BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
44 - F
11

Digitized by Google

25. E.

Digitized by Google

Digitized by Google

8.44.F.11



COMMENTARIA
ET
CONTROVERSIAE
IN PRIMAM PARTEM
SVMMAE
D. THOMAE AQVINATIS

Auctore Admod. R.P. F.
IO. PAVLO NAZARIO
CREMONENSI
ORDINIS PRÆDICATORVM
Sacræ Theologiæ Doctore, Bononiæ Collegiato, iam Regentis Munere in Academia Bononiensi ter Perfuncto,
Et nunc apud Catholicum Hispaniarum Regem pro inclyto Statu Mediolanensi Oratore.

In hac secunda Aeditione ab ipso Auctore plurimis additis illustrata, Selectissimisq; Thomisticę sapientię documentis exornata.

AD ILLVSTRISS. AC REVERENDISS.
DOMINVM
D. F. AVGVSTINVM
GALAMINIVM
S.R.E. Cardinalem Araceli Auximensem Episcopum, &c.

Cum Iudicibus locupletissimis Controversiarum, Dubitationum, locorum Sacræ Scripturæ, & rerum notabilium, nec non ad marginem ab eodem Auctore scholijs adiectis.

SVPERIORVM PERMISSV, ET CVM PRIVILEGIIS.

BONONIAE,
Apud Hæredes Ioannis Rossij.
M. D C. XX.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO D. F. AVGVSTINO GALAMINIO, S. R. E. CARD. DE ARACAELI NVNCVPATO, AVXIMENSI EPISCOPO.

Ex Prouincia vtriuſq; Lombardiæ Ord. Prædicatorum aſſumpto.

F. Ioannes Paulus Nazarius à Cremona eiuſdem Prouinciæ, & Ordinis, perpetuam à Domino fœlicitatem.

VBLIMES illas ſubſtantias ab huius Mundi ſapientibus intelligentias, & à ſacris ſcriptoribus Angelos nuncupatas, Deus rerum omnium opifex ſapientiſsimus omnipotenti virtute produxit, & mira naturæ ſuæ ſimilitudine decorauit. Cùm enim Deus in ſemetipſo fęliciſsimus, ac nullius indigens rei conſortio, ſolus eſſet exiſtens, ſuæ pelagus infinitę bonitatis in eos diffundere conſtituit rerum gradus, & ordines, ex quibus abſoluta conſurgeret huius, quod modo cernimus, Vniuerſi perfectio. Cuius nobiliſsimam partem ſubſtantias eſſe voluit ſpirituales, quarum natura materiæ prorſus expers, corruptione carens, intellectu prædita, rerum omnium cognitione perfecto proximè Deo accedit, qui ſpiritus eſt immortalis, in eſſentia ſua, velut in cauſa, primæuoq; rerum omnium fonte cuncta conſpiciens, & in fines cuiq; proprios, non minus ſuaui, quàm ſapienti, & efficaci prouidentia dirigens. His verò productis ſpiritualibus eſſentijs primo die temporis, iam tunc primo ex æternitate fluentis, multos alijs diebus addidit corporeæ naturæ gradus, mira varietate diſtinctos. Quos tandem omnes ſimul cum Angelicæ naturæ perfectione collectos, in vnum hominem de limo terræ formatum, & inſpiratione viuificatum, poſtrema ſuorum operum die, Deus arte ſapientiæ ſuæ potentiſsima colligauit; vt ſemetipſum homo, velut alterum Vniuerſum rerum omnium continens gradus, agnoſcens, ex rerum ſingularum perfectionibus, dignitatibusq; collatis intelligeret, quas ſibi maximè ſtudendum eſſet ſuis actibus, & operibus imitari, vt breuem, ac facilem ad Deum opificem contemplandum, & ſummi cultus adoratione venerandum, ac vt finem vltimum aſſequendum haberet aſcenſum. Si namq; ſuæ dignitatis immemor homo rebus corruptibilibus degeneri mentis conſideratione miſceatur, & actu dilectionis adhæreat ſimilis illis effectus, iam homo

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

non eſt,ſed illud idem efficitur ratione carẽs,cui peruerſa dilectione copulatur. Quod Rex, & Propheta Dauid Pſalm.48. Verbis illis expreſsit. *Homo,cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus,& ſimilis factus eſt illis.* Et Oſeas Propheta cap.9. *Facti ſunt* (inquit) *abominabiles, ſicut ea, quæ dilexerunt*. Quod ſi diuiniorem attenderit ſuæ naturæ gradum,quo non ſolùm ſuperceleſtibus illis ſpiritibus aſſimilatur,ſed totius etiam Vniuerſi Principis,& authoris imagine decoratur,ſtudioſis actibus mentem excoluerit,ſuper hominis naturam erectus iam non homo,ſed Angelus, &,quod amplius eſt,Dei filius,& Deus eſt,non vnitate ſubſtantiæ, ſed operis imitatione,& nexu dilectionis hasei nominum excellentias conferente. His itaque titulis virum inter religioſos Chriſtianæ Reipublicæ Principes dignè nuncupandum exquirens,cuius tutelæ volumen hoc tertium lucubrationum mearum in primam partem Summæ Theologicæ Angelici noſtri Doctoris Sancti Thomæ Aquinatis diuinæ voluntatis interpretis,vtrumq; de Angelis tractatum exponens commendarem,te Cardinalem ampliſsimum,ab adoleſcentia mihi notiſsimum ex multis mihi maximè ſuſpiciendis eiuſdem ordinis viris elegi,cui ſuprà communem ſtudioſè viuentium hominum ſtatum erecto, & vitam inter mortales Angelicam, ac propè diuinam agenti, meas has Controuerſias,& Commentaria nuncuparem. Te namq; ſanctis illis ſpiritibus eſſe ſimillimum perſpicuè declarant ſtudia litterarum aſsidua, quibus à teneris, (vt aiũt) vnguibus,incubuiſti,publicè docendi functiones, tibi quondam à Prouinciæ noſtræ maioribus iniunctæ,& cum ſumma tui nominis laude,gloriaq; perſolutæ,grauiſsima aduerſus reos violatæ religionis officia,quæ tã in Vrbe, quàm extra cum ſummo religionis,& fidei zelo,prudentia,ac fortitudine adminiſtraſti, Sacri Palatij Magiſterium præcellenti tuæ doctrinæ maximè congruens,tibi à Summo Pontifice Pavlo Quinto collatum, & non multò poſt,eodem annuente, communi Patrum conſenſu totius ordinis noſtri cura tibi demandata,qua non minori in ſubditos charitate, quã in rebus agendis prudentia,dexteritateq; perfunctus, procliuem in bonos, & de Chriſtiana Republ benemeritos Summi Pontificis voluntatem, tuorum ſupereffluenti cumulo meritorum inclinaſti,vt ad omnium maximam,quæ iam vna ſupererat,te proueheret dignitatem,& Eccleſiæ Catholicæ Cardinalem, ac Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Senatorem,& conſiliarium inſtitueret; vt veluti lucerna in ſummo candelabri faſtigio conſtituta fulgentiſsimæ tuę lucis radios ad extremas vſque partes orbis emitteres, quibus iam tui nominis gloria,virtutum,& ſanctitatis ſplendor innotuit. Cùm igitur hæc omnia te Hierarchici ordinis dignitate,contemplationis ſublimitate,viuendi ratione, regendi,ac Deo miniſtrandi prudentia, illuminandi, purgandiq; facultate ſimillimum cęleſtibus illis ſpiritibus in Hierarchias,& ordines à Deo ſapientiſsimè diſtributis eſſe declarent; volumen hoc Angelorum perfectiones,gradus, officia, ſtatus,& operationes vndiq; reſonans nobiliſsimi tui nominis ornamentum expoſcere videbatur,vt eius ductu,præſidioque munitum prodiret in lucem. Oblatam igitur in Angelici Doctoris vtrumq; tractatum de Angelis interpretationem, tibi vita, moribus,& doctrina Sanctis Angelis comparando,benigna prius animi,ac vultus hilaritate,quàm manibus excipe,ſemel euolue,oculorum acie percurre,& locum habere poſtremum in ampliſsima tua Bibliotheca permitte: ſic enim eius authorem audaciæ notam pertimeſcentem,ac animo labentem eriges,& ad maiora ſcribenda iam accincto,calcaria,aut etiam alas adiunges. Vale perpetuò felix.

Digitized by Google

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

TAMETSI perfectè promentis humanæ captu ſpiritualium ſubſtantiarum notitia ſolis congruat Sacræ Theologiæ peritis, quorum proprium eſt Angelorum eſſentias, numerum, differentias, proprietates, virtutes, originem, ſtatus, ordines, actiones, & officia ex diuinis ſcripturis, additis Sanctorum Patrum expoſitionibus, haurire, & propoſitis hinc inde circà ſingula dubitandi rationibus, ea diligenter, ac ſubtiliter examinare, & ex eiſdem ſcripturarum fontibus, & Patrum interpretationibus, aut etiam ex principijs notis lumine naturali definire (quod in his præſertim duobus tractatibus de Angelis, quos hoc tertio volumine ſuſcepimus exponendos, egregiè præſtitit Sanctus Thomas Angelicus Doctor, diuinæq; voluntatis interpres) plurima tamen ſunt, quæ de ſubſtantijs à materia ſeparatis diſcurſu rationis naturali cognouere Philoſophi, non ſolùm Academici, et Peripatetici, ſed plures etiam illis antiquiores, vt Hermes, Pytagoras, Socrates, & alij longè vetuſtiores, quos Plinius, Rhodiginus, & alij nominant, vt ſapientes apud Gymnoſophiſtas, Brachmanos, Babylonios, Thraces, Perſas, Caldæos & Indos. Cùm autem, vt ſupra diximus quæſtione prima, Sacra Theologia ſcientiarum omnium nobiliſſima, diuini luminis ornamento fulgentiſſima, ſcientijs omnibus naturali diſcurſu rationis acquiſitis vtatur, vt ancillis: neceſſe nobis fuit, in hac Summa Theologica parte, qua de ſubſtantijs agit immaterialibus, quas Angelos cum Diuinis Scripturis Theologi nominamus, multas cum D. Thom. & eius diſcipulis Capreolo, Caietano, Ferrarienſi, & alijs recentioribus Metaphyſicas difficultates, & controuerſias propoſitis ſingulorum opinionibus, examinare, & ex Philoſophia fundamentis, pro facultatis noſtræ modulo definire. Et quia plures ex difficultatibus, aut etiam interpretationibus neceſſarijs, nonnumquàm vnus, aut plures ex eiſdem S. Thomæ diſcipulis attigerunt, ac eruditis, prolixisq; diſputationibus, & commentarijs explicarunt, ſuperuacaneum eſſe duximus, & lectori moleſtum, ac prorſus inutile huic operi noſtro, quæſtiones illas, aut expoſitiones inſerere, & plus iuſto magnitudinem eius augere, atq; ideò ſæpe notatis aut horum locis, lectorem ad ea legenda remittimus. Addidimus, currente prælo, dum etiam in operis correctione multo labore detineremur, ad penultimum ſecundi tractatus Articulum duas de Magia controuerſias, in plures quæſtiones diuiſas, quibus pro dignitate tractandis, voluminis, eſſet non modici ſcriptura neceſſaria, nos ea tantum ſcribenda iudicauimus, quæ ad illius Articuli intelligentiam exiſtimauimus eſſe neceſſaria, & quæ ſatis, nè temerè ſcriberentur in ſumma temporis anguſtia præmeditata, viderentur. Scito præterea, quoſdam minùs attentè noſtra in primo volumine de prima cauſa in ſecundas influxu ſcripta legentes, & eorum ſenſum minimè percipientes, nobis eas opiniones impoſuiſſe, quas in pluribus eius operis partibus multis argumẽtis exagitamus. Quorum cenſuras, & obiecta, ne dicam calumnias, propulſare cupientes, ſententiam noſtram ſingulari quadam fortaſſe ſubtilitate difficilem, adeò perſpicuè declarauimus infra quæſt. 59. art. 3. & quæſt. 62. art. 2. vt luce meridiana clarius appareat, nihil in ea parte commune nobis eſſe cum ea recentiorum opinione, quam nimis facilè prædicti nobis impoſuerunt, pluribus alijs doctiſſimis viris legitimum dictorum noſtrorum ſenſum accipientibus, & contradictores illos produ&tis, & collatis ibidem à nobis, & alibi dictis compeſcentibus. Placuit autem duos tractatus de Angelis, quamquàm in hac parte ſummæ diſſitos ſimul coniungere, quia doctrinam de Angelis ex omni parte perfectam, & omnibus numeris abſolutam operæ pretium eſſe duximus lectori proponere, & à cæterorum tractatuum eiuſdem primæ partis commentarijs abſtinere, qui ſatis videntur Caietani, Bannesij, & aliorum interpretationibus illuſtrati, nec maiorem, quæ theologo ſit neceſſaria, declarationem expoſtulant. Deinde tres aliæ nos manent huius Theologicæ ſummæ partes interpretandæ, quas omnes, ingraueſcente iam ætate noſtris commentarijs & controuerſijs exponere nos minimè poſſe iudicamus. Accipe nunc igitur, optime lector, volumen hoc noſtrum, qualecumq; ſit, ſummis triginta menſium laboribus abſolutum, & æquamentis conſideratione percurre, & alia, fortaſſe maiora, quæ diuina bonitate vitam conſeruante, & vires, ac lumen intelligentiæ largiente, in lucem proferemus, expecta. Vale.

Digitized by Google

ATTESTATIONES.

IN additionibus,quas ego infraſcriptus vidi admodũ Reu.Patris Fr. Io.Pauli Nazarij Ordinis Prædicatorum Magiſtri in Sacra Theologia ad Tractatum ſuum de Angelis,nihil orthodoxæ fidei,aut bonis moribus repugnans,ſed omnia illis, ac Doctrinæ D.Thomæ maximè conſona animaduerti, ideoque eas duxi dignas,quę in cõmune rei Theologicę bonum imprimantur.

D.Maurus Berretta Clericus Regularis S.Pauli,& Bononiæ Præpoſitus S.Pauli pro Illuſtriſs.ac Reuerendiſs.D.Card.Archiep.

MAturius conſideratis ijs,quæ ad Tractatum de Angelis, iam typis demandatum, doctiſsimè addita ſunt ab Adm.Reu.P.Magiſt.Io.Paulo Nazario. Non potui ego Infraſcriptus non libentiſsimè aſſentiri, vt typis darentur in commune bonum Theologorum,animaduerti enim,illa eſſe ab omni prorſus erroris ſuſpicione, vt decebat tantum virum,libera. Quare.

Imprimantur. Ego Fr.Hieronym.Onuphr. Theologus Bonon. Collegiatus atque ibidem, Lector publicus,& Sanctiſs.Inquiſit.Conſultor pro Reuerendiſs.P.Magiſt.Paulo de Garrexio Inquiſit.Bonon.

ADditiones quas Adm. Reu. P.Mag.Fr. Io.Paulus Nazarius tertio Tomo ſuarum Controuerſiarum ad tractatum Angelorum ſpectantiũ pro noua eius impreſſione appoſuit vidi,& conſideraui,quæ(iudicio meo) nihil fidei Catholicæ, ſeu bonis moribus contrarium continent,& operi prefato ſummę proficuas eſſe exiſtimo. Dat. Bonon.in Conuentu S.Dominici die 24.Aprilis 1620.

Ita eſt Fr. Archangelus Caraccia de Ripalta Sacræ Theolog. Mag.& Baccalaureus in Studio S.Dominici de Bononia Ord. Prædicatorum.

EGo Fr.Iacobus Ferrarius Rhodiginus Ord.Prædic. Sacræ Theologiæ Doctor; & in Conuentu Sancti Dominici Bononiæ, Studij Mag. vidi additiones Adm.R. P.Mag.F.Io.Pauli Nazarij Cremonenſis,Ordinis eiuſdem,ad tractatum ſuum de Angelis. Eaſq; digniſsimas eſſe cenſeo; vt in eiuſdem Tractatus recuſsione;vnà cum principali; ad Studioſorũ vtilitatem,& Sancti Angelici Doctoris gloriam: imprimantur. In quorum fidem, his manu propria ſubſcripſi. Dat. in Conuentu Sancti Dominici Bonon. die 25.Aprilis 1620.

Ita eſt Fr.Iacobus Ferrarius, qui ſupra, manu propria.

CA-

Digitized by Google

CATALOGVS THEOLOGORVM,

Et Philoſophorum, quorum ſententiæ in hoc opere referuntur, vel etiam examinantur.

A

ALBERTVS Magnus Ord. Præd.
Alexander.
Alexander de Ales, Ord. Min.
Alexander Peſantius.
Alphonſus de Caſtro, Ord. Min.
Alphonſus Toſtatus.
Altiſiodorenſis.
S. Ambroſius.
Andreas Matiolus.
S. Anſelmus.
S. Antoninus Ord. Præd.
Antonius Andreas.
Apollinaris.
Ariſtoteles.
Arnobius.
S. Athanaſius.
Auerroes.
S. Auguſtinus.
Auicenna.

B

BAlthaſar Nauarretus Ord. Præd.
Bartholomæus Caſſaneus.
Bartholomæus Medina, Ord. Præd.
Bartholomæus Sybilla Ord. Præd.
Bartholomæus Spina Ord. Præd.
S. Baſilius.
Beda.
Benedictus Pererius Soc.
S. Bernardus.
S. Bonauentura Ordin. Min.

C

COelius Rhodiginus.
Cicero.
S. Cirillus.
S. Clemens.
Codex Iuſtiniani.
Concilium Aurelianenſe.
Concilium Bracharenſe.
Concilium Conſtantienſe.
Concilium Florentinum.
Concilium Lateranenſe.
Concilium Tridentinum.
Conradus Choelim Ord. Præd.
S. Cyprianus.

D

S. DAmaſcenus.
Daniel Malonius Ord. S. Hieronym.
Decretales.
Didacus Aluarez Ord. Præd.
Didacus Nugnus Ord. Præd.
S. Dionyſius Areopagita.
Diogenes Laertius.
Dominicus Bannes Ord. Præd.
Dominicus Flandrenſis, Ord. Prædicat.
Dominicus Sotus Ord. Præd.
Durandus Ord. Præd.

E

AEgidius.
Euſebius.

F

FRanciſcus Albertinus Soc.
Franciſcus Ferrarienſis Ord. Prædic.
Franciſcus Pegna.
Franciſcus Suarez Soc.
Franciſcus Toletus Soc.
Franciſcus Victoria Ord. Præd.
Franciſcus Zumell, Ord. S. Mariæ de Mer.
S. Fulgentius.

G

GAbriel Biel Ord. Min.
Gabriel Vaſquez Soc.
Galenus.
Gloſſa.
Gottifredus.
Gratiadeus Ord. Præd.
Gratiani Decretum.
Grecus.
Gregorius Arimin. Ord. Præd.
S. Gregorius Magnus.
S. Gregorius Nazianzenus.
S. Gregorius Nyſſenus.
Gregorius de Valent. Soc.
Gregorius Sayrus Ord. S. Bened.
Guilelmus Pariſienſis.

H

HEnricus.
Heruæus Ord. Præd.
S. Hieronymus.
Hieronymus Cardanus.
Hieronymus de la Rua.
S. Hilarius.
Horatius.

I

IAnus Lacinius.
Ioannes Azorius Soc.
Io. Baptiſta Porta.
Ioannes Capreolus Ordin. Prædicat.
S. Io. Chryſoſtomus.
Io. Chryſoſtomus Iauellus Ord. Præd.
S. Io. Damaſcenus.
Io. Dominicus Montagnolius Ord. Præd.
Io. Nider Ord. Præd.
Io. Franciſcus Picus.

Ioan-

Ioannes de Neapoli.
Ioannes Picus.
Ioan. Maior Ord. Min.
Ioannes Rada Ordin. Min.
Ioannes Scotus Ord. Min.
Ioannes Salas Soc.
Ioannes Iandunus.
Innocentius Papa.
S. Irenęus.
S. Isidorus.
S. Iustinus.

L

S. LAVRENTIVS Iustinianus.
Lactantius Firmianus.
Ludouicus Molina Soc.
Lychetus Ord. Min.

M

MAlleus Maleficarum.
Martinus Delrius Soc.
Marsilius Ficinus.
Melchior Canus Ord. Præd.
Michael Medina Ordin. Min.

N

NIcolaus Eymericus Ord. Præd.
Nicolaus de Lyra Ord. Min.

O

OChamus
Origenes.
Ouidius.

P

PAulus de Soncino Ordin. Prædic.
Petrus Lombardus Mag. sent.
Petrus Bergom. Ord. Præd.
Petrus de Palude Ord. Præd.
Petrus de Tarantasia Ord. Præd.
Petrus Fonseca Soc.
Petrus Aureoli Ord. Min.
Petrus Pomponatius.
Petrus Binsfeldius.
Philipponus.
Plato.
Plinius.
Plutarchus.

Q

QVintilianus.

R

RAphael Ripa Ord. Prædic.
Richardus de S. Victore.
Robertus Bellarminus Soc.
Rupertus Abbas.

S

S. SAlonius.
Sedulius.
Seneca.
Seraphinus à Porretta Ord. Præd.
Sixtus Senensis Ordin. Prædicat.
Syluester de Prierio Ordin. Prædic.
Sophronius.

T

TErentius.
Tertullianus.
Theodoretus.
S. Thomas Aquinas Ord. Præd.
Thomas Caietanus Ordin. Prædicat.

V

VAlerius Maximus.

Z

ZOroaster.

INDEX CONTROVERSIARVM, DVBITATIONVM, ET QVAESTIONVM,

Quæ in hoc Tertio Volumine examinantur, & definiuntur.

1 CONTROVERSIA: *An probet efficaciter S. Doct. esse creaturas omninò incorporeas, & tales esse Angelos.* pag. 4

2 *An Angelos carere materia probet efficaciter S. Thomas.* 11

3 *An genus in rebus materialibus desumatur à materia, differentia autem à forma.* 32

4 *An, & quomodo distinguatur in Angelis, & vniuersaliter in creaturis natura à suppposito, & personalitas ab existentia.* 13

5 *De sensu, et veritate cõclusionis, & de efficacia probationis.* 38

6 *An sit maior numerus Angelorum, quàm vniuersorum hominum existentium, præteritorum, & futurorum.* 35

7 *An secundum ordinem naturæ sint in eadem infima specie plures Angeli.* 38

8 *An per infinitam Dei potentiam possint in athoma specie Angeli, putà Gabrielis multiplicari suppositia.* 46

9 *De veritate Conclus. & de sensu, ac efficacitate probationis, An scilicet Angeli natura sua sint incorruptibiles; & in quo sit posita vis probationis D. Tho.* pag. 53

Prima Dubitatio. De Veritate illius propositionis: Communiter visum ab omnibus videtur visione corporali, qua videtur illud, quod est positum extra videntem. 63

2 *Dub. An assumpto corpori vniatur Angelus, vt forma materiæ, vel vt persona naturæ, vel vt motor mobili, & quid sit Angelum assumere corpus, ibid.*

3 *Dub. An Angelus assumat humanum corpus, tunc præsertim, cum illud possidet, aut per aera defert, vt corpus lamiæ, & an aliquo modo possit humanum corpus assumere.* 64

4 *Dub. An Angelus naturali sua virtute corpus assumat, an divina tantum.* 65

5 *Dub. Ex qua materia corpus assumatur ab Angelo.* pag. *ibid.*

6 *Dub. De figura, & qualitatibus, visu, vel tactu perceptibilibus in corpore assumpto ab Angelo.* 66

7 *Dub. An apparitiones Angelorum sint semper reales, ac veræ, an illusoriæ quandoque, & quibus modis eludi possint ab Angelis sensus nostri.* *ibid.*

8 *Dub. An possit anima separata corpus assumere, vel etiam nonnunquam assumat, sicut Angelus.* *ibid.*

9 *Dub. An Deus aliquando corpus assumpserit eo modo, quo assumit Angelus.* 67

10 *Contro. An Angeli in assumptis corporibus efficere possint illa opera vitæ, quibus aliquid est commune cum non vitalibus.* 69

11 *Contr. Quid sit, Angelum esse in loco, siue quanam sit Angelo ratio, vt existat in loco.* 74

12 *Contr. De veritate primæ Conclusionis, an scilicet vnus Angelus possit esse simul in pluribus locis.* 98

13 *Contr. De veritate secundæ Conclusionis D. Thom. an scilicet possit Angelus pro sua voluntate sibi locum determinare minorem, & minorem vsque in infinitum, vel etiam indiuisibilem.* 102

14 *Contr. De sensu, & veritate conclusionis, an scilicet, & quo sensu verum sit, duos Angelos in eodem loco simul esse non posse.* 105

15 *Contr. Quæ sit ratio motus localis Angeli, & in quo sit, vt in subiecto, & an proprie conueniat Angelo.* pag. 117

16. *Cont. An motus Angeli sit continuus, vel discretus.* pag. 126

10 *Dub. An, & quomodo inter duo loca sint infinita loca media.* 133

17 *Contr. De veritate secundæ conclusionis, An scilicet Angelus motu discreto de vno extremo transire possit in aliud, non pertransito medio.* 134

18 *Contr. De veritate primæ Conclusionis, An scilicet motus Angeli necessariò sit in tempore, vel fieri possit etiam in instanti.* 140

19 Con-

Digitized by Google

Index

19 Contr. De veritate ſecundæ, & tertiæ concluſionis D.Thomæ, an ſcilicet in Angelis ſit duplex tempus, ſcilicet continuum, & diſcretum à tempore noſtro diſtinctum, & an ſit vnum tantùm diſcretum, vel plura. 151

20 Contr. An prima ratio D.Tho. ſit efficax. 156

21 Contr. An aliæ duæ rationes D.Tho. ſ. 2. & 3. ſint efficaces. 157

22 Contr. An efficaciter probet S.D. intelligere Angeli diſtingui realiter ab eius eſſe. 164

23 Contr. De veritate concluſionis, & de efficacitate rationis. 168

24 Contr. De veritate concluſionis D.Thom. An ſcilicet in Angelo ſit intellectus agens, & poſsibilis, & de efficacitate rationis. 175

25 Contr. An ſit in Angelis potentia motiua diſtincta, ab intellectu, & voluntate. 179

26 Contr. De veritate concluſionis, & de efficacia rationis S.Thomæ. 183

27 De veritate concluſionis, an ſcilicet Angelorum ſpecies ſint à rebus acceptæ, & de efficacitate rationis D.Thom. 189

28 Contr. An ſpecies intelligibiles Angelorum fluant, vt proprietates, ab eorum eſſentijs. 195

29 Contr. An eſſe poſsit vna ſpecies intelligibilis, quæ ſit plurium quidditatum, aut rerum repræſentatiua. pag. 205

30 De veritate, & ſenſu concluſionis D.Th. & efficacia probationis, an ſcilicet angeli ſuperiores intelligant per ſpecies magis vniuerſales, quàm inferiores, & quo ſenſu vera ſit cõcluſio, & an ſit efficax eius probatio. 213

31 Contr. An vera, & rectè probata ſit concluſio D.Th. ſcilicet angelum intelligere ſe per ſubſtantiam ſuã. pag. 220

32 Contr. An quilibet angelus alios cognoſcat per ſimilitudinem intentionalem, an verò per ſubſtantiam ipſius angeli cogniti, aut per ſubſtantiam angeli cognoſcentis alios intelligat, aut intelligere valeat. 227

33 Contr. An inferior angelus cognoſcat ſuperiorem, quidditatiuè, aut etiam comprehenſiuè. 230

34 Contr. An angelus per ſuam eſſentiam, vel per additam ſpeciem Deum cognoſcat. 235

35 Contr. An perfectiorem cognitionem habeat angelus de Deo per ſuam ſubſtantiam, quàm per ſpecies aliarum rerum ſiue ſuperiorum, ſiue inferiorum. 242

36 Contr. De ſenſu, & veritate illius principij. Hoc habet ordo rerum, vt quantò aliquid eſt ſuperius, tantò habeat virtutem magis vnitam, et ad plura ſe extendentem, 249

37 Cont. De veritate, & ſenſu ſecundæ concluſionis D. Thomæ: quibus ſcilicet ſpeciebus, & modis cognoſcat angelus ſingularia materialiter exiſtentia. 252

38 Cont. An, & quomodo duratio rei ſingularis repræſentetur in ſpecie angeli intelligibili. 259

39 Cont. An aliqua futura contingentia certò cognoſcãtur ab angelis, & ea præſertim, quæ pendent ex cauſis naturalibus. 263

40 Cont. An, & qua ratione cogitationes cordium ſint naturaliter angelis occultæ, & quomodo eas cognoſcant ad ſe directas. 270

41 Contr. In quinque ſecata partes. Prima quærit in communi, Num angeli virtute, ſeu lumine ſui intellectus naturali poſsint myſteria gratiæ cognoſcere. pag. 282

Secunda pars quærit, Num myſteria gratiæ ſupernaturalia, quò ad ſubſtantiam poſsint naturaliter ab angelo cognoſci. 284

Tertia pars quærit, An Incarnationis myſterium potuerit, aut poſsit naturaliter ab angelo cognoſci. pag. 285

Quarta pars. An poſsit angelus cognoſcere naturaliter exiſtentiam corporis Chriſti in Sacramento, & exiſtentiam ſine modum exiſtendi accidentium, & abſentiam panis. 286

Vltima pars quærit, An poſsit angelus naturaliter videre penetrationem corporis cum corpore, & ea, quæ ſunt ſupernaturalia quo ad modum ſe tenentem ex parte principij. ibid.

42 Cont. Verum angeli à principio ſuæ Creationis, vel Beatitudinis lumine ſupernaturali cognouerint myſteria gratiæ, & præcipuè diuini Verbi Incarnationem, & quid cognouerint dæmones de Chriſti Diuinitate, officio, & dignitate. 289

43 Cont. An præter ſpecies intelligibiles ſint in intellectu angeli habitus aliqui congeniti, vel acquiſiti. pag. 291

44 Cont. An poſsit angelus eſſe in potentia ad omnem actum ſecundum reſpectu rerum naturaliter ab eo cognoſcibilium. 296

45 Cont. Quomodo poſsit angelus exiſtens in actu primo, circa aliquod obiectum reducere ſe in actum ſecundum erga illud. ibid.

46 Cont. De veritate ſecundæ, & tertiæ concluſionis D. Thomæ, an ſcilicet, & quomodo poſsit angelus ea, quæ per vnam, vel per plures ſpecies repræſentantur, ſimul, & diſtinctè cognoſcere. 298

47 Cont. De veritate concluſionis, an ſcilicet angelus cognoſcendo neceſſaria, vel contingentia, aut effectus in cauſa, vel è contra, vel etiam cognoſcendo ſupernaturalia, neceſſariò diſcurrat, aut ſaltem pro ſua libertate poſsit diſcurrere, ſi velit. 308

48 Cont. De veritate cõcluſionis, an ſcilicet angelus intelligat omnia, vel aliqua componendo, & diuidendo. 313

49 Cont. De veritate, & ſenſu ſecundæ, & tertiæ concluſionis, & efficacitate probationis, an ſcilicet, & quomodo in intellectu angeli poſsit per accidens eſſe falſitas, & an ſit efficax probatio D.Thomæ. 318

50 Contr. Quo ſenſu ſecundum ſanctos Auguſtinum, & Thomam ſint accipienda nomina veſpertinæ, & matutinæ cognitionis in angelis. 322

51 Cont. An voluntas hominis, & voluntas angeli ſpecie diſtinguantur. 326

52 Cont. An diligat angelus ſeipſum neceſſariò, non ſolum quo ad ſpecificationem, ſed etiam quo ad exercitium actus. 337

53 Cont. De veritate cõcluſionis, ac de efficacitate probationis. 342

54 De efficacitate rationis D.Tho pro prima concluſione, ſcilicet non eſſe probabile, vt Deus creaturam angelicam ſeorſum, ante alias creaturas creauerit. pag. 349

55 Cont. De veritate ſecundæ concluſionis, an ſcilicet eorum

Digitized by Google

corum sententia reputanda sit erronea, vel hæretica, qui dicunt, angelos ante mundum hunc corporeum fuisse creatos. 350
56 Contr. de veritate primæ conclusionis, an scilicet angeli fuerint creati beati beatitudine naturali. 356
57 Contr. De veritate conclusionis D. Thomæ, an scilicet habuerint angeli beatitudinem supernaturalem statim à principio suæ creationis. 358
58 Cont. Num gratiam ita receperint angeli in primo suæ creationis instanti, vt medio eorum proprio dispositione fuerit illis à Deo collata. 363
59 Cont. Num rationes D. Thomæ, quibus probantur duæ conclusiones in textu, sint efficaces. 369
60 Cont. Quanta sit conclusionis certitudo, scilicet angeli non possunt in beatitudine proficere, & quanta sit probationis efficacitas. 378
61 Cont. Num fieri possit à Deo creatura libera, quæ sui natura sit impeccabilis. 383
62 Cont. Quæ peccata possint angelis inesse. 392
63 Contr. De veritate secundæ conclusionis, an scilicet primum angeli peccatum fuerit superbia. 394
64 Contr. An prius ordine naturæ saltem in angelo peccante præcesserit ignorantia, vel error, aut inconsideratio tantum, vel etiam ex simplici voluntatis electione peccauerit. 401
65 Contr. De veritate secundæ conclusionis, an scilicet angelus appetierit esse, vt Deus per æqualitatem perfectum, & naturalem. 410
66 Cont. An primum angelorum peccatum fuerit appetitus inordinatus beatitudinis naturalis, an supernaturalis, vel alicuius alterius excellentiæ. 415
67 Contr. An prima opinio dicens, dæmones statim in primo instanti suæ Creationis malos fuisse per propriæ voluntatis culpam, sit hæretica, vel solum erronea, aut tantum errori, vel hæresi proxima. 428
68 Cont. De veritate conclusionis, an scilicet possibile fuerit, angelum in primo instanti peccasse, & an sit efficax probatio D. Thomæ. 430
69 Cont Quot instantia sint in angelorum via numeranda. 439
70 Cont. De causa, & modo obdurationis, siue obstinationis dæmonum, ac cæterorum omnium damnatorum. 468
71 Cont. Quæ sit causa obstinationis animæ separatæ. pag. 475
72 Cont. An dæmones, & animæ damnatorum actum aliquem, aut opus moraliter bonum valeant operari. 480
73 Cont. An dolor consequens priuationem visionis beatificæ pertineat ad pœnam damni, vel ad pœnam sensus. 484
74 Cont. An dæmonibus gaudium ineſſe possit proprie dictum de potestate, aut victoria contra peccatores obtenta. 488
75 Cont. Quomodo dæmones, & animæ damnatorum ab igne corporeo torqueantur. 491
76 Cont. De veritate, & sensu secundæ conclusionis D. Thomæ, siue de modo, quo vnus angelus alterum illuminat. 503
77 Cont. Quomodo loquatur vnus angelus alteri. 517
78 Cont. An in angelica locutione aliquid operetur distantia localis. 529
81 Dubit. De conuenientia duorum Angelorum existentium in terminis duorum ordinum. 538
82 Dubit. An ex responsione S. D. ad tertium sequatur, voluntatem esse nobiliorem intellectu, ac dignitatem ipsi primatio possitam in actu voluntatis. pag. 547
83 Dubit. An obliuione medij scientia destruatur. 550
84 Dubit. Quo sensu dicatur inferiorum Angelorum cognitio ex lumine superiorum accepta, ab eodem lumine dependere etiam in conseruari. 551
85 Dubit. An sub vno, & eodem ordine consideratu, quantum ad id, quod est naturæ, siue quantù ad perfectiones naturales Angeli mali simul cum bonis cõtineantur. 554
86 Dubit. An dæmones sub aliqua Hierarchia concludantur. 555
87 Dubit. Quomodo fiat intellectus humani roboratio per lumen intellectus Angelici. 562
88 Dubit. An Angelus ab Angelo missus dici debeat in ministerium missus. 570
89 Contr. De veritate conclusionis, & efficacitate probationum. An scilicet superiores Angeli quandoque mittantur in ministerium, & an rationes D. Thomæ conclusionem negantem probent efficaciter. 573
90 Dubit. An officium hominis custodiendi conueniat Angelis à natura, vel ex gratia. 583
91 Dubit. An, si fuisset homo conditus in puris naturalibus, datus illi fuisset à Deo Angelus custos. ibid.
92 Contr. An secundum fidem certa sit conclusio Diui Thomæ affirmans, singulis hominibus singulos Angelos ad custodiam deputari. 585
93 Dubit. Angelus custos, quomodo ab aspectu dæmonis possit defendi. 595
94 Dubit. Num conclusio D. Tho. de impugnatione dæmonum respondeat quæsito. 599
95 Dubit. An, quemadmodum ad singulos homines custodiendos singuli sunt delegati Angeli boni, sic etiã ad singulos oppugnandos singuli deputati sint Angeli mali. ibid.
96 Cont. De Magia naturali 8. complectens quæstiones. pag. 605
Quæst. 1. De vi imaginationis, tam circa corpus ipsius imaginantis, quam circa corpus alienum, ipsi tamen imaginanti coniunctum. 607
Quæst. 2. De vi imaginationis circa corpus ab imaginante separatum, & distans. 609
Quæst. 3. An per Chrisopœiam, siue Alchimiam effici possit verum aurum. 615
Quæst. 4. An Magia Mathematica sit aliculus efficaciæ. 621
Quæst. 5. De Magia astronomica, figurarum, seu imaginum operatiua. 625
Quæst. 6. De Magia astronomica diuinatiua, siue iudiciaria. 629
Quæst. 7. Num Musica sit alicuius efficacitatis. pag. 632
Quæst. 8. De Magia Perspectiua, & Præstigiatrice. ibid.
97 Contr. De Magia non naturali, sed dæmoniaca, & superstitiosa. 13. complectens quæstiones. 633
Quæst. 1. De diuinatione, quæ fit per astra. 636
Quæst. 2. De diuinatione, quæ fit per augurium, auspicia,

Index Controuerſiarum.

ſpicia, aruſpicia, & omina. 637

Queſt. 3. De diuinatione phyſionomica, & chiromantica. 638

Queſt. 4. De diuinatione, quæ fit per ſomnia. pagina 641

Queſt. 5. De diuinatione, quę fit per ſortes. ibid.

Queſt. 6. An opera Magorum vniuerſa præſtigioſa ſint, & vana, an verò ſint ex eis aliqua realia, & ſolida. ibid.

Queſt. 7. An artis Magicę facultate verum miraculum effici poſſit. 642

Queſt. 8. An, & quomodo Magi in ſuis operibus vtantur dæmonum miniſterio. ibid.

Queſt. 9. An Magi per artem notoriam ſcientias valeant efficaciter adipiſci. 643

Queſt. 10. An Magia poteſtatem aliquam habeat in dæmones. 644

Queſt. 11. An obſeruantię Magicę ad proficuas corporum immutationes ordinatę ſint alicuius efficacię, & an licitè valeant exerceri. 645

Queſt. 12. De Magia Cabala. ibid.

Queſt. 13. De Maleficijs. 648

Indicis Controuerſiarum, Dubitationum, & Quæſtionum, finis.

PRIMA PARS SVMMÆ THEOLOGIÆ ANGELICI DOCTORIS S. THOMÆ AQVINATIS,

Cum Commentarijs, & Controuerſijs.

ADM. R. P. F. IO. PAVLI NAZARII CREMONENSIS,

Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magiſtri, ex Prouincia Vtriuſque Lombardiæ.

TOMVS TERTIVS.

COMPLECTENS VTRVMQVE TRACTATVM DE ANGELIS.

QVAESTIO L.

De Subſtantia Angelorum Abſolutè, in quinque articulos diuiſa.

POST hęc conſiderandum eſt de diſtinctione corporalis, & ſpiritualis creaturæ. Et primò, de creatura purè ſpirituali, quæ in Scriptura ſacra Angelus nominatur. Secundò, de creatura purè corporali. Tertiò, de creatura cõpoſita ex corporali, & ſpirituali, quę eſt hõ.

Circa verò Angelos conſiderandum eſt primò, de his, quæ pertinent ad eorum ſubſtantiam. Secundò, de his, quæ pertinent ad eorũ intellectum. Tertiò, de his, quæ pertinent ad eorum voluntatem. Quartò, de his, quę pertinent ad eorum creationem. De ſubſtantia autem eorum conſiderandum eſt, & abſolutè, & per cõparationẽ ad corporalia. Circa ſubſtantiam verò eorum abſolutè quinq; quæruntur.

Primò. Vtrum ſit aliqua creatura omnino ſpiritualis, & penitus incorporea.

Secundò. Suppoſito quòd Angelus ſit talis, quęritur: Vtrum ſit compoſitus ex materia, & forma.

Tertiò. Quæritur de multitudine eorum.

Quarto. De differẽtia ipſorum ab inuicem.

Quintò. De immortalitate, ſeu incorruptibilitate ipſorum.

A *Ratio ordinis huius quæſtionis, et articulorum eius.*

DISSERVIT hucuſq; S. D. de proceſsione, ac modo proceſsionis creaturarum à Deo primo rerum principio, & de earum diſtinctione in vniuerſum, & inchoata ſpeciali diſtinctionis rerum conſideratione, de boni, malique differentia, & ratione tractauit. Nunc entiũ a Deo creatorum ſpecialem adhuc magis diſtinctionem, ideſt diſtincta rerum capita minus vniuerſalia, magisq; limitata conſiderat; hæc verò tria ſunt; nimirum, ſpiritualis, corporea, & ex vtraque conſtans creatura. Ex quibus ſpiritualis, quam ſacrę litterę, Patres, ac Theologi nuncupãt Angelum, eſt omnium præſtantiſsima, cæteraſq; B præcedit ordine naturæ, ſicut actus potentiam, & vnũ, ac ſimplex id, quod multiplex eſt, ac pluribus conſtat. Primum autem, quod de qualibet re propoſita ſcientia conſideratur, eſt eius eſſe, quditas, & ſubſtantia, cuius notitia principium eſt ad rei proprietates, virtutes, ac innatas perfectiones, & attributa cõgnoſcenda. Quamquam autem commune ſit Ariſtotelis documentum in primo Poſteriorum, exiſtentiam, & quidditatem ſubiecti in qualibet ſcientia ſupponendas eſſe, neutramq; ab vlla, cui propriũ ſit, facultate probari, ſed veluti per ſe notam, aut ab alia ſcientia receptam vtramq; ſupponi; maxima tamen quandoq; ſubiecti dignitas, quam humanæ mentis acies infirma perfecte nequit attingere, poſtulat, vt ex ijs, quæ nobis euidentiora ſunt, inquiratur, Arist.

ac probetur existentia, & ratio quidditatis siue subiecti, vt superius ostendimus de Deo nostræ huius diuinæ scientiæ subiecto quæst. 2. art. 2. in 1. cont. Cum itaq; præsentis tractatus subiectum sit Angelus creaturarum omnium nobilissima, cuius exiguam intellectus noster ex sensibilium natura, ac motibus notitiam assequitur, necesse fuit in hac ipsa Theologicæ doctrinæ parte tam eius essentiam, quam quidditatem inquirere, & ex notioribus nobis eiusdem, vel probabili saltem argumentatione probare. In hac igitur prima quæstione, cuius de substantia Angelorum est inscriptio, tria de Angelo quæsita proponit, & absoluit: Primum, de Angeli existentia; quod in primo determinatur articulo; secundum est de eius quidditate; de qua in eodem primo, & secundo; tertium de modo essendi; de quo tribus alijs sequentibus disputatur articulis; quorum hic esse videtur ordo: Nam primò de rei substantia secundum se differendum est. Secundo, de modo eius essendi; De substantia Angelorum secundum se disputat S. D. in primis duobus articulis; Et primo à notioribus inchoans quærit, an Angelus sit omninò incorporeus, idest talis naturæ, cui ratio corporis minimè congruit: Deinde, quoniam, vt q. 3. art. 1. & secundo obseruauimus cum Caietano; & hic art. 2. aduertit S. Tho. Auicebron asserens Angelos esse omninò incorporeos, ex materia tamen, & forma dicebat eos ille compositos; ideo necesse fuit in alio articulo, videlicet secundo quærere; an Angelus sit cõpositus ex materia, & forma. Modus autem essendi duplex in Angelica natura consideratur: Vnus est illi conueniens, prout est in inferioribus, veluti partibus subiectiuis, multipliciter distributa. Alius in ordine ad existentiam inseparabiliter ipsi naturæ copulata; Sed prior adhuc essendi modus dupliciter considerari, scilicet, in cõmuni, & in speciali: Agit itaq; primò S. D. in articulo tertio de modo essendi in communi Angelicæ naturæ in partibus subiectiuis quærens: an Angeli sint in aliquo magno numero, quocunq; modo distingui contingat eos ab inuicem; deinceps, quod speciale magis est in dicto essendi modo, considerans, quærit in articulo quarto; an Angeli differant specie. Postremò de altero differit essendi modo Angelici naturæ congruente per ordinem ad existentiam quatenus in vltimo articulo; an Angeli sint incorruptibiles.

Tractatus subiectum est Angelus.

Caiet. S. Thom.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Angelus sit omninò incorporeus.

161 2. cõ. c. 46. & 50 & po. q. 66. 6. cor. Et sup. 2. t. 5. Et opu 3. cap. 74. Et op. 15 c. 1. † Li. 2. ortho fidei. c. 3. nõ long e à prin.

AD primum sic proceditur. Videtur, quod Angelus non sit omninò incorporeus, Illud enim quod est incorporeum solùm quòd ad nos, & non quòd ad Deum, non est incorporeum simpliciter. Sed Damas.* dicit in lib. 2. quod Angelus incorporeus, & immaterialis dicitur quantùm ad nos: sed comparatus ad Deum, corporeus, & materialis inuenitur. Nõ ergo est incorporeus simpliciter.

A 2 Præterea Nihil mouetur nisi corpus, vt probatur in 6. Phys. *Sed Damas. *dicit ibidem, quòd Angelus est substantia intellectualis semper mobilis. Angelus ergo est substantia corporea. 2. li. 6. Phys. tex. 32. Damas. li. 2. cap 3.

3 Præterea Amb. *dicit in lib. de Spiritu sancto, Omnis creatura certis suæ naturæ circumscripta est limitibus. Circumscribi autem proprium est corporum. Ergo omnis creatura est corporea. Angeli autem sunt Dei creaturæ, vt patet in Psal. 148. Laudate Dominum omnes Angeli eius. Et postea subditur: Quoniam ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Ergo Angeli sunt corporei. † Li. 1. de Spiritu sancto c. 7. in prin. to. 2.

Sed contra est, quod dicitur in Psal. 103. Qui facit Angelos suos spiritus.

Respondeo. Dicendum, quòd necesse est ponere aliquas creaturas incorporeas. Id enim, quod præcipuè in rebus creatis Deus intendit, est bonum, quod consistit in assimilatione ad Deum. Perfecta autem assimilatio effectus ad causam attenditur, quando effectus imitatur causam secundùm illud, per quod causa producit effectum, sicut calidum facit calidum. Deus autem creaturam producit per intellectum, & voluntatem, vt supra ostensum est.* Vnde ad perfectionẽ vniuersi requiritur, quòd sint aliquæ creaturæ intellectuales. Intelligere autem non potest esse actus corporis, nec alicuius virtutis corporeæ, quia omne corpus determinatur ad hic, & nunc. Vnde necesse est ponere, ad hoc, quòd vniuersum sit perfectũ, quòd sit aliqua incorporea creatura. Antiqui autem ignorantes vim intelligendi, & nõ distinguentes inter sensum, & intellectum, nihil esse existimauerunt in mundo, nisi quòd sensu, & imaginatione apprehendi potest. Et quia tale imaginatione non cadit nisi corpus, existimauerunt, quòd nullum ens esset, nisi corpus, † vt Philosophus dicit in 4. Physic.* Et ex his processit Sadducæorum error, dicentium non esse spiritum. Sed hoc ipsum, quod intellectus est altior sensu, rationabiliter ostendit esse aliquas res incorporeas, à solo intellectu comprehendibiles. Q. 14 ar. 8 & q. 19 ar. 4. 417 135 Li 4 Phy. text. 52. & 57. tom. 2

Ad primum ergo dicendum, quòd substantiæ incorporeæ mediæ sunt inter Deum, & creaturas corporeas. Medium autem comparatum ad vnum extremum, videtur alterum extremum, sicut tepidum comparatum calido, videtur frigidum: & hac ratione dicitur, quod Angeli Deo comparati, sunt materiales & corporei, non quòd in eis sit aliquid de natura corporea. Tertul. li. 1. de an a Hilar can. 5. super.

Ad secundum dicendum, quòd motus ibi accipitur prout intelligere, & velle, motus qui-

quidam dicuntur: Dicitur ergo Angelus, ſubſtantia ſemper mobilis: quia ſemper eſt actu intelligens, non quandoq; actu, & quandoque potentia, * ſicut nos. Vnde patet, quòd ratio procedit ex æquiuoco.

Mat. Gen ad de Eccle. dog. cap. 11. D. 134 278

Ad tertium dicendum, quòd circumſcribi terminis localibus, eſt proprium corporum; ſed circumſcribi termini eſſentialibus, eſt commune cuilibet creaturæ tàm corporali, quàm ſpirituali; Vnde dicit Ambro.* in libro de Spiritu ſancto, quod, licèt quædam locis corporalibus non contineantur, circumſcriptione tamen ſubſtantiæ non carent.

Li. 1. de Spiritu ſancto c. 7 i prin. tom. 2.

Senſus quæſiti.

Angeli nomen quid ſignificet. Ambro. Hebr. 1. Pſ. 103.

TRes præfixi tituli voces explicant diligenter expoſitores; ac primò nomen illud: Angelus à Græcis acceptum, quod eſt latinè nuntius, ſiue miniſter, vt etiam Ambroſius admonet exponens dictum illud Apoſt. ad Heb. primo ex Pſalm. 103. *Qui facit Angelos ſuos Spiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis.* Sic enim ait: *ſi naturæ nomen quæris, ſpiritus eſt, ſi nomé quæris officij, Angelus eſt*; quam interpretationem ad verbum ſequitur Auguſtinus in Pſal. 103. ſermone primo; Nomen igitur Angeli quo ad id, à quo impoſitum eſt, officium ſignificat nunciandi, ac quo, ad id, ad quod ſignificandum eſt accommodatum, naturam, ſiue ſubſtantiam exprimit ſpiritualem, vt grauiſſimis, ac planè diuinis illis verbis declarat Apoſtol. in eodem cap. *Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi, propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis*: vbi nõ ſolùm ſignificatum vtrunque complectitur huius nominis Angelus, ſed etiam rationem affert, propter quam ſit hoc nomen ad Angeli ſubſtantiam illam ſpiritualem ſignificandam accommodatũ; quia ſcilicet ſpiritus illi cœleſtes diuina diſponentes prouidentia miniſteria ſalutis in nobis exercẽt, arcana, ac iuſſa nobis Dei ſalubertima nunciãtes; vt ſæpè Sacrorum voluminum teſtantur oracula. Quemadmodum enim ſupremo rerum principio nomen hoc Deus ab vniuerſali prouidentia fuit impoſitum, & alia plura eidem fuerunt ex varijs operationibus attributa vocabula, eo quod Deum non niſi à poſteriori cognoſcere, ac proindè nec alio modo ſignificare valeamus; ſic, cum ſubſtantias illas materiæ, & corporis expertes ex earum tantùm operationibus, & effectibus intelligamus, ex eiſdem etiam operationibus eas nominamus, earum tamen volentes ſubſtantiam ſic imperfectè cognitam eiſdem vocibus ſignificare. Et quia vox hæc: Angelus, nomen eſt officij diuina ſcilicet nunciantis, ideircò Sanctorum hominum quidam in ſacris litteris Angeli nuncupantur; vt Ioannes Baptiſta, qui diuina præcepta, legis obſeruãtiam, & miſſum à Deo Saluatorem populis nuntiabat Matth. 11. dicitur Angelus, *Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt*, (ſcilicet Malachiæ 3.) *Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam*, & apud eũdem Prophetam Sacerdos legem Dei nuncians Angelus nominatur: *Labia enim Sacerdotis cuſtodient ſcientiam & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt.* Deniq; Chriſtus Dominus Magni cõſilij Angelus dicitur. Iſaiæ 9. iuxta translationem 70. Ab antiquis verò Philoſophis cœleſtes illi ſpiritus quinq; deſignantur nominib. dicuntur enim ab Ariſt. & eius Schola intelligentiæ à prima, & nobiliſſima eorum operatione, quę eſt intelligere, & ob eandem cauſam à D. Dionyſio ſæpè nuncupantur mentes; quia ſcilicet eorum tota cognitio eſt intellectualis; vt aduertit S. Thom. infra quæſt. 54. art. 3. ad primum. Secundò vocantur à Peripateticis ſubſtantiæ ſeparatæ, ſcilicet à materia; quoniam ſimplicia, & indiuiſibilia, ex his, quæ nouimus compoſitis, ac diuiſibilibus negatiuè cognoſcuntur. Tertiò dicuntur ab eiſdem motores orbium, eo quod eorum virtutem, perfectiones, ac numerum niſi per cœleſtium ſphærarum motus cognouerint. Deniq; Platonici, ſuperiores, ac nobiliores ſpiritus, Deos, inferiores autem dæmones, ideſt ſcientes nominarunt; vt videre eſt apud Platonem in Timæo, & lib. 10. de legib. Porrò Deorum vocem etiam in ſacris litteris Angelis attributam Auguſtino teſte didicimus; qui in lib. 9. de Ciuit. Dei cap. vltimo docet Angelos bonos in Sacro eloquio frequentiſſimè Deos nuncupari; vt Pſal. 49. *Deus Deorum Dominus locutus eſt*, & Pſal. 81. *Deus ſtetit in Synagoga Deorum*; & Pſal. 85. *Non eſt ſimilis tui in dijs Domine*; & Angelus cum Moyſe loquens Deus nuncupatur; quia præcipientis Dei perſonã referebat. Reliqua duo quæſiti vocabula, ſcilicet, *omninò incorporeus* explicat hic ſubtiliter Caietanus, quem ſequuntur Bannes, Zumellus, & Valentia; Qui tàm corpus, quàm incorporeum in quatuor diſtinguunt differentias, ſiue modos; ex quib. ſcilicet incorporei differentijs ſiue modis, vltimũ omnium perfectiſſimum ad inſtitutum præſentis articuli cum Caietano dicunt minimè pertinere; Solus Molina vocem illam incorporeus iuxta primarium, ac perfectiſſimum eius ſignificatum intelligit. Cum autem obijcit Caietanus primi ſequentis queſtionis articuli redundãtiam, vbi quæritur: an Angeli habeant corpora naturaliter ſibi vnita, reſpondet id eò cõſilio factum fuiſſe, vt intelligeretur exactius, qualis nam eſſet vnio Angelorum cum aſſumptis corporibus; cum hic non eſſet proprius locus id accuratius examinandi; Qui dicendi modus non videtur diſplicuiſſe Caietano; vt patet in ſolutione tertij dubij ab eo moti. Igitur vtramq; ſuſtinendo expoſitionem dici poteſt, D. Thom. hic agere de ſubſtantia Angelorum abſolutè; in quæſtione verò ſequẽti per comparationem ad corpora, & in hoc articulo definire Angelos eſſe omninò, ideſt perfectè incorporeos ſecundùm eorum ſubſtantiam abſolutè conſideratam. Sed quoniam ex Sacris litteris conſtat Angelos vniri corporibus, ſpecialis hinc emergebat difficultas de modo vnionis ex propijs examinanda; Ad. autem ratio litteræ præſentis articuli probet efficaciter Angelum eſſe omninò, ideſt perfectè incorporeum, ſubſequentis controuerſiæ definitio declarabit.

Auguſtin.

Hebr. 1.

Matth. 11. Malach. 3.

Iſaiæ 9.

Ariſtot.

Dionyſius

S. Thomas

Plato.

Auguſt.

Pſal 49. & 81. & 85.

Caietanus Bannes. Zumellus Valentia

Molina.

Caiet.

Forma Textus.

RESpondet primò S. Doct. affirmatiuè conclusione; quam vnico probat argumento. Deinceps arguit antiquos Philosophos, & eorum sequaces Saduceos, eorum errorem referens, & radicem erroris ostendens, atque inde nouam conclusionis probationem assumens.

Conclusio est: Necesse est ponere aliquas creaturas incorporeas. Probatur: Ad perfectionem vniuersi requiritur, vt sint aliquæ creaturæ intellectuales; at hæ sunt incorporeæ; ergo, vt vniuersum sit perfectum, necesse est, vt sit aliqua creatura incorporea. Minor probatur: Quia intelligere non potest esse actus corporis, nec alicuius virtutis corporeæ; quoniam omne corpus determinatur ad hic, & nunc. Maior verò probatur: Quia perfectio vniuersi consistit in assimilatione ad Deum primam causam secundùm illud, per quod ipsa prima causa, quæ Deus est, producit vniuersum, sine creaturam; at Deus producit creaturam per intellectum, & voluntatem; ergo ad perfectionem vniuersi requiritur, vt sint aliquæ creaturæ intellectuales. Maior probatur: Quia id, quod præcipuè Deus intendit, est bonum vniuersi consistens in assimilatione ad Deum illius causam; at perfecta assimilatio effectus ad causam attenditur, quando effectus imitatur causam secundùm illud, per quod causa producit effectum; ergo perfectio vniuersi consistit, &c. Minor probatur exemplo A *quas acutè dissoluit, & post eum Bannes, Zumellus, & alij; Sed de vi discursus erit nobis statim cũ recentioribus controuersia.* Bannes. Zumellus

Disputat hic Zumellus, & post eum Valentia, Vasquez, & alij; num sit fide creditum Angelos esse, vel naturali ratione possit demonstrari, & plurima congerunt Sacrarum litterarum testimonia, & humanæ rationis argumenta partim ex D. Thom. doctrina, partim ex cõmuni Physiosophia deprompta; quæ lege, si placet, in eorum scriptis. Valentia. Vasquez.

Refert hic Vasquez, & confutat eorum Patrum, & doctorum sententiam, qui dixerunt Angelos esse corporeos, & eorum diluit argumenta; quod ante eum præstiterat Molina diligenter; Sed de hoc iterum redibit sermo in articulo primo quæstionis sequentis. B Molina.

Circa dictum illud: Sub imaginatione non cadit nisi corpus, videnda sunt, quæ supra diximus quæst. 12. articulo 3.

Controuersia Vnica.

An probet efficaciter S. D. esse creaturas omnino incorporeas, & tales esse Angelos.

Sententiæ Expositorum.

MOlina super hoc articulo versus finem commentarij, formata non satis aptè ratione D. Thõ. subiungit: Est verò solùm ratio congruentiæ, quod Deus ità disposuerit. Eandem ferè sententiam exprimit Valentia dicens rationem D. Tho. esse quidem probabilem, sed non conuincentem. Idem etiam quod Molina eisdem ferè verbis affirmat Vasquez. Sumunt autem hi expositores creaturam incorpoream pro substantia, nullum ordinem ad corpus habente, sed à corpore penitus absoluta. Caietanus in explicatione tituli, & in solutione vltimi dubij ait ratione D. Tho. solùm probari Angelum esse omninò incorporeum, ideſt, esse substantiam sic eleuatam supra corpus, vt nec ipsa, nec eius operatio sit corporea, ideſt, per organum corporeum exercita, quo modo etiam anima nostra intellectiua dicitur incorporea, ad differentiam animarum perfectorum animalium, quæ, licèt incorporeæ sint, ideſt, inextensæ, non omninò tamen sunt incorporeæ, cum omnis earum operatio sit corporea, ideſt per organum corporeum exercita; quamuis in prioribus solutionibus eiusdem dubij incorpoream perfectè substantiã probari tueatur. Quem dicendi modum sequuti sunt Bannes, & Zumellus. Molina. Valentia. Vasquez. Caiet. C Bannes. Zumellus

Ferrariensis lib. 2. cont. gent. cap. 46. rationẽ huius litteræ significat esse demonstratiuam; nã postquã latè vim eius explicuit, & satisfecit obiectis, tandem concludens ait: & sic patet, quod ratio S. Tho. optimè propositum concludit. Ferrariens. D

Ioannes Dominicus in suis Theologicis defensionibus ad hunc articulum, demonstratiuum esse discursum D. Thom. pronuntiat. Io Dominicus.

Ripa conuincentem affirmat esse rationem hãc apud docilem, & disciplinæ capacem, ac minimè repugnantem intellectum. Ripa.

Expositio Textus.

EXcedit discursus vbertas formã quæsiti. Duo namq; sunt huius processus illata; Alterum est, esse aliquam incorpoream creaturã; quod pertinet ad quæstionem an est, & expressè concluditur in textu; Alterum est, Angelum esse creaturam illam incorpoream; quod spectat ad quæstionem quid est, & implicitè tantùm habetur in textu supponente ex communi sapientum conceptione, Angelos esse nobilissimas omnium creaturas; ac præcæteris omnibus Dei similitudinem referẽtes; hoc enim supposito, sequitur euidenter secundùm ex primo: Si namq; necesse est, vt vniuersum sit perfectum, esse aliquam creaturam nobilissimam, vtpotè perfectè Deo similem, intellectualem, & incorpoream, cum Angelus sit omnium nobilissima creatura, necesse est Angelum esse Deo perfectè similem, intellectualem, & incorporeum. E

Caietanus

Tres hic excitat Caietanus dubitationes, circa propositiones assumptas, & probationis efficaciã;

Reſolutio.

Gradus rerum omnes, non autem eſſendi modos omnes poſsibiles à Deo fuiſſe productos.

QVoniam vis tota rationis D. Thomæ, qua probat eſſe creaturas incorporeas in vniuerſo, & tales eſſe Angelos, perfectioni nititur vniuerſi, conſiderandum eſt primo, in quo poſita ſit intrinſeca, & eſſentialis ipſius vniuerſi perfectio: Vt aũt hic aduertit Caietanus, & poſt eum alij expoſitores, poſtulatiua vniuerſi perfectio gradus omnes creabiles veluti partes eius integrantes in eo tanquam in ſuo toto concluſas, nõ tamen exigit modos omnes eſſendi iuxta ſingulos gradus, aut creaturarũ omnium ſpecies poſsibiles à Deo produci: Cuius differentiæ rationem affert Caietanus, quod rerũ gradus nimirum cõmunicabiles finiti ſunt tam actũ, quàm potentia, & in his ſupremus ſit ac Deo ſimillimus eſt intellectualis, vt latè docet Auguſt. libro 14. de Trinitate; at eſſendi modi ſecundùm ſingulos rerum gradus, etſi finiti ſint actus, ſunt tamẽ per Dei potentiam ab infinitum multiplicabiles ſaltem in ſupremo rerum gradu; poteſt enim Deus quolibet Angelo creato perfectiorem producere ſpecie, ac eſſendi modo differentem vſque in infinitum. Cum autem vniuerſi perfectio in eo perfectam conſtituat ad Deum ſimilitudinem, tunc erit vniuerſum Deo perfectè ſimile, cum intra ſuarum partium ordinem gradus omnes poſsibiles à Deo produci concluſerit, vt ſecundùm eos diuinæ perfectionis, ac bonitatis ſimilitudinem referat. Productos autem à Deo fuiſſe gradus omnes entiũ ſignificauit ſupra D. Thom. quæſt. 22. art. 4. vbi ſic loquitur. *Poſt bonitatem diuinam, quæ eſt finis, à rebus ſeparatus, principale bonum in ipſis rebus exiſtens eſt perfectio vniuerſi, quæ quidem non eſſet, ſi non omnes gradus eſſendi inuenirentur in rebus. Vnde ad diuinam prouidentiam pertinet omnes gradus entium producere.* Hæc ibi; ſuſpicio autem illa Caietani: *niſi forte in theſauris eſſe per eſſentiam latet aliquid*, ſcilicet alius gradus, vt probabilis, ac pietatem redolens accipienda eſt; quo modo etiam intelligenda ſunt dicta D. Tho. in 1. ſent. diſt. 44. q. 1. art. 2. & ſupra q. 25. art. 6. ad 3. vbi ſignificat aſſeri poſſe probabiliter, non omnes rerum gradus à Deo fuiſſe productos nec omnes ad vniuerſi perfectionẽ eſſe neceſſarios. Quam opinionem veluti probabilem ſupra defendimus in allegata quæſt. 25. art. 6. Sed oppoſita ſententia probabilior eſt.

Caietanus

Auguſt.

D. Thom.

Nam gradus in Deo ſupremus ex ijs, qui ſunt vniuerſo communicabiles, ille nobis habẽdus eſt, quem Deo filio generatione, per ſe primò communicat Deus pater, Quod enim maximè proprium, ac nobiliſsimum eſt naturæ, per ſe primo communicatur actu generationis: conſtat autẽ ex ſupradictis quæſt. 27. filium in diuinis qui, ex modo ſuæ proceſsionis, vt verbum, quod actus intelligendi terminus eſt, & obiectum ad intra procedere, & ex identitate perfecta diuinæ intellectionis cum eſſe perfecto ſimilem, & eandem eſſe numero verbi dicentisq; naturam; ac proinde vi proceſsionis eiuſdem non ſolum, vt verbum à dicente, ſed etiã

A vt genitum à patre procedere. Ex ijs itaque gradibus, qui per infinitam Dei potentiam ſunt vniuerſo communicabiles, ſupremus, omniumq; nobiliſsimus eſt intellectualis, quẽ ſoli gradus Deo propriſsimi minimeq; communicabiles videntur excedere; vt puritas actus, & Deitas, quos tamen magis arbitror eſſe ſupremos naturæ intellectualis eſſendi modos, quàm diſtinctos ab ea gradus; ſicut enim immaterialitas, ita puritas actus ad intellectualitatis naturam, & modum, vt eius propria radix, & ratio pertinet: Deitatis autẽ nomen à prouidentia deductum, ſupremum intellectualis naturæ modum videtur exprimere, cuius eſt vniuerſa condere, conſeruare, & in fines ſuos dirigere.

B Puritas igitur actus, & Deitas, nõ ideò communicari non poſſunt creaturis, quia gradus ſint intellectualitate maiores; ſed quia ſupremi ſunt illius eſſendi modi ſoli primo enti connaturales, ac proprij, quibus eius quaſi ſpecies, ac eſſentialis differentia deſignatur; Quare nõ diſplicet ſententia Banneſij dicentis nullum eſſe gradum entitatis in diuina natura, qui nõ ſit communicabilis, & actu communicatus ſubſtantiali communicatione alicui naturæ; cuius tamen ratio non videtur efficax. Sic enim arguit: Omne bonum ea ratione, qua bonum eſt, ſui diffuſiuum eſt, & communicabile; Sed

C omnis gradus entitatis habet rationem boni; ergo eſt communicabilis ſecundùm propriam rationẽ; Soluitur facile dicendo bonum omne, quatenus bonum, eſſe communicabile ad intra, vel ad extra; quidam verò gradus ſunt, ſiue magis eſſendi modi, qui cum in ſupremo ſint omniũ vertice conſtituti, communicari creaturæ minimè poſſunt; eo quod eius infinitè capacitatem excedant; quales ſunt, diuinitas, & puritas actus; qui diuinis tantũ perſonis per proceſsiones ad intra ſunt communicabiles. Apparebit autem magis perſpicuè dictæ rationis defectus, ſi modo eſſendi Dei ſupremo fuerit applicata, cui conſtat infinitam congruere

D bonitatem, cum tamen ad intra ſolùm ſit communicabilis; Et ex his patet immeritò a Zumello reiectam fuiſſe Banneſij ſententiam; nec rationes eius ex Deitate, & actus puritate petitæ quidquam valent; nam illi, vt oſtendimus, eſſendi modi magis dicendi ſunt, quàm gradus. Cur autẽ eſſe debeant in vniuerſo rerum gradus omnes poſsibiles, vſque ad intellectualem, & incorporeum incluſiue, nunc explicandum eſt cum D. Thoma, & eius interpretibus: igitur ſuppoſito diſcurſu præſentis articuli ſupra formato.

Banneſ. Retio Banneſij inefficax.

Zumelli obiecta diluuntur.

Probatur rerum omnes gradus poſsibiles ad vniuerſi perfectionem eſſe neceſſarios.

E OBſeruandum eſt ſecundo D. Thomã lib. 2. cõtra gent. cap. 46. ſex optimis argumentis probare gradum omnium, ac intellectualis præſertim, neceſsitatem, vt in vniuerſo veluti in effectu Dei per ſe primo debita valeat eſſe perfectio; quibus vt propriis vtuntur ex recentioribus plures, reiecta vt minus efficaci præſentis articuli probatione; quam latius explicat S. D. in prima, & quarta ratio-

D. Thom.

tione dicti capituli. Eſt autem hæc prima ratio. Ad hoc, vt vniuerſum creaturarum vltimam perfectionem conſequatur, oportet creaturas ad ſuũ redire principium; ergo neceſſe fuit ad creaturarum perfectionem aliquas eſſe creaturas intelligẽtes. Antecedens probatur: Quia tunc effectus maximè perfectus eſt, quando in ſuum reddit principium; quod manifeſtatur exemplo circuli, & motus circularis; nã ille inter omnes figuras, hic inter omnes motus eſt maximè perfectus, eo quod ſit in vtroque reditus ad principium. Conſequentia verò probatur; Quoniam ad ſuum principium redeunt omnes, & ſingulæ creaturæ, inquãtum ſui principij ſimilitudinem gerunt, ſecundùm ſuum eſſe, & ſuam naturam; in quibus quandam perfectionem habent; at intellectus Dei creaturarum productionis principium eſt; ergo. Maior probatur: Quia tunc omnes effectus perfecti ſunt, quando maximè ſimilantur cauſæ agenti: vt domus, quando maximè ſimilatur arti, & ignis, quando maximè ſimilis eſt generãti. Quarta verò ibidem ratio eſt: Poſtulat vniuerſi ſumma perfectio ſimilitudinem creaturæ ad Deum, non ſolùm ſecundũ formam in Deo agente præexiſtentem, qua agens agit, ſed etiam ſecundùm eundem eſſendi modum eiuſdem formæ, quantùm poſsibile eſt; At forma, qua Deus agit creaturas, eſt forma intelligibilis in ipſo: ergo oportet ad ſummam perfectionem vniuerſi eſſe aliquas creaturas, in quibus ſecũdùm eſſe intelligibile forma diuini intellectus exprimatur; quod eſt eſſe creaturas ſecundùm ſuam naturam intellectuales. Maior probatur; quia ſimilitudo effectus ad cauſam agentem attenditur ſecundùm formam effectus, qui præexiſtit in agente, quę forma recipitur non nunquam ſecundùm eundem eſſendi modum, quo eſt in agente; vt forma ignis generati eundem habet eſſendi modũ cum forma ignis generantis: quandoque verò ſecundùm aliũ eſſendi modum; vt forma domus; quæ modum habet eſſendi intelligibilem in mente artificis, recipitur ſecundùm modum eſſendi materialem in domo, quæ eſt ad extra. Et ex his duobus ſimilitudinis modis longè perfectior eſt primus, quàm ſecũdus; igitur poſtulat vniuerſi ſumma perfectio ſimilitudinem creaturæ ad Deum, non ſolum ſecundùm formam &c. Harum duarum rationum vim Sanct. Doct. breui præſentis articuli diſcurſu complexus eſt.

Nota differentiam.

Ad cuius, & dictarum ſimul duarum rationum euidentiam, notanda diligenter eſt differentia inter diuinum intellectum, quo res omnes producũtur in eſſe, & intellectum artificis; quo producuntur artificiata: Nam diuinus intellectus idem eſt realiter, quod eius operatio, ſiue actiua productio; quæ eſt practicum intelligere; Et præterea idem eſt diuinus intellectus cũ ſpecie intelligibili, quæ principium eſt intellectionis, & cum forma ideali, quæ ſimul cum intellectu principium eſt rerum immediatè productarum; quæ realiter etiam idẽ eſt cum ſpecie intelligibili; Sed in artifice creato realiter diſtinguuntur, intellectus, intelligere, productio artificiati, ſpecies impreſſa, & exemplar, ſiue idæa, qua producitur artificiatum; quo fit, vt intellectus artificis non ſit proximũ, & immediatum principium productionis artificiati, ſed executiua potentia; cuius actus eſt actiua productio. Diuinus autem intellectus, qui realiter idem eſt, quod eius operatio, principium eſt immediatum productionis creaturarum. Sequitur præterea neceſſe eſſe, vt vniuerſum Deo aſſimiletur ſecũdùm intellectum, nõ quidem quo ad omnes ſui partes, ſed quo ad aliquam, eamque præcipuam; ita ſcilicet vt ſit in vniuerſo à Deo creato intellectualis aliqua natura. Iam enim diximus cum D. Thom. perfectam aſſimilationem effectus ad cauſam in eo poſitam eſſe, vt effectus aſſimiletur cauſæ ſecũdùm id, per quod cauſa produxit effectum. Cum itaque Deus per ſuum intellectum vt proximum, & immediatum principium produxerit vniuerſũ, veluti totale, ac perfectum opus, conſequens eſt in eo ſimilitudinem eſſe neceſſario ſecũdùm gradũ, & virtutem intellectiuam; effectus autem artificis creati, cum ab eius intellectu non exeat, vt formalis, ac immediato principio, ſimilitudinem cum artifice non requirit ſecundùm intellectum. Nec eadem eſt de ſingulis vniuerſi partibus ratio, quæ de ipſo toto quo ad eius vnam partem; hæc enim ſimilitudo in effectu Dei totali neceſſaria eſt; quia perfectam, ideſt ſecũdùm omnes gradus requirit cum Deo ſimilitudinem; ſingulę verò partes, quãuis in ſuo genere ſint perfectæ, vnius tamen totalis effectus, & abſolutè perfecti rationem non habent, atque ideo perfectionis intellectualis naturæ minimè ſunt capaces; ſed vnicuiq; ſufficit gradum vel modum eſſendi in Deo virtualiter, & eminenter contentum iuxta menſuram in rationibus idæalibus præfinitã participare, & ſecundùm illũ Dei aſſimilari. Si namq; ſingulæ partes ſecundùm intellectualem naturam Deo aſſimilarentur, nulla graduum eſſet in rebus diſtinctio, ac proinde perfectio tolleretur vniuerſi; q̃ ex multiplici graduum diuerſitate conſurgit.

Diſcurſu D. Thomæ efficaciter probari eſſe Angelos omninò incorporeos, ideſt penitus à materia ſeparatos.

Incorporeum quatuor modis dicitur

TErtiò, ſciẽdum eſt incorporeum dici quatuor modis. Primò dicitur incorporeum per negationem corporis de genere quantitatis, quomodo punctum, & linea dicuntur incorporea; quia trina carent dimenſione quãtitatis; & apud Auicebron Angeli, licèt ex materia, & forma conſtarent, quia tamen quantitate carebant incorporei dicebãtur. Secundò dicitur incorporeũ per negationem corporis prædicamenti ſubſtantiæ; in quo dupliciter inuenitur corporeum, ſcilicet, completè; vt compoſitum ex materia & forma, & incompletè; vt forma, non quæcunque ſed extenſa per accidens; & diuiſibilis; vt formæ elementorum, lapidum, plantarum, & animalium imperfectorum. Dicitur igitur incorporeum ſecundo modo, quod neque compoſitum eſt ex materia, & forma, neque talis forma eſt, quæ ſit extenſa, & diuiſibilis; & hoc modo perfectorum animalium animæ dicũtur incorporeæ:

Ter-

Tertiò modo dicitur incorporeum per negationē formæ dependentis à corpore ſecundùm eſſe, & ſecundùm operationem; quales ſunt omnes formę rerum corruptibilium præter animam intellectiuam; Nam, & ſi perfectorum animalium animæ ſint tam per ſe, quàm per accidens inextenſæ, & indiuiſibiles, educuntur tamen de potentia materiæ, ſicque pendent à corpore ſecùndùm eſſe, & eadem ratione ſecundùm operari; Excercētur enim per organum corporeum operationes omnes animæ ſenſitiuæ; atque ideo dicitur anima ſenſitiua formaliter eſſe corporea; intellectiua verò, cuius nec eſſe, nec operatio pendet à corpore, niſi vt ab obiecto, dicitur incorporea: Poſtremò dicitur incorporeum per negationem corporis, atque corporei prædictis omnibus modis, & præterea etiā per negationem formæ corporeæ, ideſt naturaliter corpus informantis, etiam ſi neque per ſe, neq; per accidens ſit extenſa, nec à corpore pendeat ſecundùm eſſe, neque ſecundùm operationem, niſi vt ab obiecto; qualis eſt anima noſtra, quæ naturaliter eſt forma corporis; & licèt actu nō ſemper informet, ordinem tamen in ſua natura claudit eſſentialem ad corpus, ſiue materiam ſibi proportionatam, & hæc ſola ratione corporea forma dici poteſt; Cuius corporeitatis negatione incorporea dicitur ea ſubſtātia, ſiue forma, vel actus, qui ſic eſt à materia ſeiūctus, vt neque ſit, nec eſſe poſſit corporis, aut materiæ forma, vel pars compoſiti, ſed plena in ſui actualitate gaudeat ſubſiſtētia; quales poſt Deum ſolos Angelos agnoſcimus. Vt autem ex relatis expoſitorum ſententijs elucet, cō troueſia tota eſt: an ex litteræ diſcurſu concludatur efficaciter neceſſarium eſſe ponere creaturas aliquas incorporeas in tertio vel in quarto ſenſu; & eadē ratione, an Angelus ſit incorporeus in hoc, vel in illo ſenſu: Apparet autem aſſumptas hic, & in articulo primo ſequētis quæſtionis propoſitiones conſideranti cum interpretatione Caietani, quam ſequuntur communiter expoſitores, efficaciter probare, prout ſubiecta materia patitur, dari ſubſtantias incorporeas, & intellectuales in vniuerſo; quæ nulla naturali connexione, aut ordine eſſentiali ſint corporibus alligatæ. Nam, ſi bonū, & perfectionem Deus intendit vniuerſi, & hæc in aſſimilatione ad Deum perfecta conſiſtit, neceſſe eſt in hoc vniuerſo, quod cernimus, gradus omniū entium poſſibiles adunari: Videmus autēm in vniuerſo corporeorum entium gradus, & naturas in ſuo eſſe completè ſubſiſtentes abinuicem ſeparatas; igitur, & incorporeæ, ac intellectualis naturæ gradus erit in vniuerſo completè in ſeipſo ſubſiſtens, nullam ex ſui natura cum ſubſtantia corporea connexionem habens, aut ordinem eſſentialē; Cum enim in intellectuali natura veluti in ſupremo creaturæ vertice quàm maximè ſplendeat diuina bonitas, & vniuerſi perfectio, hanc meritò diuina prouidentia prius, ac magis intendit, ac voluit, quàm aliam quālibet inferioris ordinis creaturam; Si quidem ex ea complementum, & perfecta totius vniuerſi ad Deum ſimilitudo dependet; Quod etiam hic in ſecunda probatione ſignificat

A D. Thom. dicens, *hoc ipſum quod intellectus eſt altior ſenſu rationabiliter oſtendit eſſe aliquas res incorporeas à ſolo intellectu comprehenſibiles*, ideſt, penitus à corpore ſeparatas. Præterea, vt hic aduertit Caietanus, & latius explicat in dicto artic. primo ſequentis quæſtionis, poſita in vniuerſo natura intellectuali, quæ ſit pars ſubſtātiæ corporeæ, rationabile eſt poni ſubſtantiam intellectualem creatam corpore nobiliorem, & à corpore penitus abſolutam; Nam, ſi natura per plures modos, aut eſſentiales differentias diſtinguibilis ſit in rerum natura ſecundùm imperfectiorem modum, & differentiā, debet, & multò magis eſſe ſecundùm perfectioré D. Thom. Caietanus.

B eſſendi modum, ſeu differentiam: Primò; quia maior eſt naturæ, & eius authoris circa perfecta, quā circa imperfecta ſolicitudo Secūdò; quoniam ea, quæ ſunt in entibus imperfectiora, ad ea, quæ magis perfecta ſunt, veluti ad fines ordinantur: Tertiò; quia differentiæ communem aliquam diuidentes naturam ſimul natura ſunt; modi verò diuidentes analogum ordinem habent ſecundùm prius, & poſterius; ac proinde poſterius infert prius; abſq; ordinatis enim ordo non eſt. Rationem igitur hāc D. Thom. demonſtrantem exiſtimo non ſimpliciter, ſed iuxta ſubiectam materiam. Vt enim aduertit Philoſophus in 2. Metaph. tex. 15. & 16. *oportet* Ariſt.

C *eruditi quomodo ſingula ſunt recipienda; nam accribologia Mathematica non in omnibus eſt expetenda*, & primo Ethic. cap. 3. ſic ait: *Dicetur autem vtique ſufficienter ſi ſecundùm ſubiectum materiam manifeſtetur; certum enim nō ſimiliter in omnibus ſermonibus quærendum eſt; quemadmodum neq; in conditis idiſt. an ijs, quæ ſunt per artem.* & paucis interpoſitis: *Diſciplinati* (inquit) *eſt intantùm certitudinem quærere ſecundùm vnumquodque genus, in quantum res natura recipit, proximum enim* (ſcilicet peccato) *videtur*, & *Mathematicum perſuadentem acceptare, & Rethoricum demonſtrationes exigere.* Non exigit autem ars demonſtratiua æqualem, aut vniuocam propoſitionum neceſsitatem in omni materia; ſed ex ipſius

D materiæ neceſsitate propoſitionum neceſsitas ſumenda eſt: vt Caietanus obſeruat in primo Poſter. cap. 6. conſtat autem neceſsitatem rebus non vniuocè, ſed analogicè conuenire. Igitur in propoſitionibus, ſiue præmiſsis, & concluſionibus non vniuoca, ſed analogica neceſsitas inuenitur, vt docet ibi Caietanus, & ante eum D. Tho. in 6 Metaphy. tex. 16. conſtat autem perfectam ex his ſenſibilibus de ſeparatis certitudinem haberi non poſſe, quamquam in ſe certiſsima ſint; igitur illæ veluti certæ, ac neceſſariæ propoſitiones in huius materiæ diſcurſu demonſtratiuo ſunt accipiēdæ: quas Caiet. D. Thom.

E vt veras, ac certas rerum ordo, cauſarum nexus, & proportionalis indicat ſimilitudo, & commune ſapientum iudicium approbat: quales eſſe arbitror propoſitiones omnes ad probandam huius articuli concluſionē aſſumptas: vt ex prædictis ſatis elucet: Eſt igitur efficax, & demonſtratiua probatio D. Thom. prout ſubiecta materia patitur: quæ perfectum certitudinis, ac neceſsitatis gradum non admittit.

Con-

Conclusiones deductæ, & probatæ.

PRima conclusio: Ad vniuersi perfectionem necessarij sunt omnes entium gradus possibiles, & perfecta ad Deum similitudo.

Secunda conclusio: Nullus est in Deo gradus, qui non sit communicabilis, & actu communicatus creaturis.

Tertia conclusio: Supremus in Deo gradus à nobis excogitabilis est gradus intellectiuus.

Quarta conclusio: Ad perfectionem vniuersi requiritur, vt sint aliquæ creaturę intellectuales, nullam penitus habentes cum materia cõnexionem, sed in seipsis completè subsistentes.

Quinta conclusio: Ratio D. Thom. probat efficaciter, & demonstratiuè iuxta subiectam materiam, necessarium esse ponere creaturas aliquas incorporeas completè subsistentes.

Argumenta, & solutiones.

Caiet. CONtra primam, & vltimam conclusionem militat argumentum Caietani in primo dubio, quod à recentioribus etiam refertur, & soluitur.

umellus Contra secundam, & tertiam conclusionem argumentatur Zumellus. Primò: Gradus diuinæ entitatis, & substantiæ non est communicabilis adeo tota, ita vt creatura habeat diuinitatem per essentiam, vt partem sui intrinsecam, sicut quidam hæretici dixerunt.

Secundò: Esse actum purum est vnus gradus ex supremis, qui contemplantur in diuina natura, & tamen nulli creaturæ est communicabile, quod sit actus purus per essentiam.

Tertiò, posset addi argumentum ex infinitate simpliciter, quæ soli Deo conuenit.

Respondetur hæc non esse speciales essendi gradus, sed modos tantum essendi nobilissimos supremi gradus, scilicet intellectiui, & incorporei, vt antediximus.

Valentia. Contra quartam conclusionem argumentatur Valentia punctò secundo: Quia posset aliquis dicere satis perfectum fuisse futurum vniuersum, si aliqui Dei effectus essent similes Deo in intelligendo, tam etsi non etiã in illo mõdo intelligendi plane independenter a corpore; Ergo: probatur antecedens: Quia non est necesse, vt vniuersum quouismodo sit perfectius, sed satis est, si suo modo sit perfectum. Nam, etiam esset perfectius, si in illo essent aliæ perfectiores creaturæ, quàm sint Angeli, vel alius gradus superior intellectuali, qualẽ Deus sua infinita sapientia, & potentia condere posset, nec tamen ideirco necesse est tales creaturas, aut gradus esse.

Respondetur falsum esse antecedens. Ad probationem dico non esse necesse vniuersum quouismodo perfectius esse, scilicet, quoad omnem essendi modum: id enim est impossibile: cum sint infiniti possibiles essendi modi: oportere tamen simpliciter esse perfectum; talem autem esse non posse, nisi gradus omnes rerum possibiles in se contineat, ex quibus supremus, ac omnium optimus est intellectualis: Quare falsum est posse gradum alium à Deo fieri superiorem: cum nec diuinitas ad superiorem pertineat gradum, sed in intellectuali natura, siue gradu sit supremus, ac simpliciter infinitus essendi modus. Ex quo sequitur euidenti satisratione ex perfectione vniuersi desumpta, demonstrari posse Angelos esse: cuius oppositũ affirmat Valentia puncto primo, absque legitimo fundamento.

Contra vltimam conclusionem sunt argumenta, quæ proponit hic, & soluit Caietanus, in secunda, & tertia dubitatione, & post eum Bannes, & Zumellus: qui eadem argumenta latius explicant, & soluunt: sed expræmotatis omnia facilè diluũtur. caietanus Bannes Zumell.

Contra eandem conclusionem argumentatur Caietanus, & post eum Valentia, & alij: Quoniam Angelos esse substantias omninò incorporeas, ideſt non solùm inextensas, sed etiam à corpore penitus absolutas probatur in articulo primo sequentis quæstionis. caietanus Valentia.

Sed huic obiectioni iã supra satisfecimus: nunc autem addimus formaliter esse distinctas rationes dubitandi, & distincta quæsita: nam postquã fuerit definitum Angelum esse omnino incorporeum, ideſt non esse corpus, nec formam, siue partem substantiæ corporeæ, superest adhuc difficultas, an sit quouismodo naturaliter corpori colligatus: quam difficultatem resoluit ibi S. Doc. ex propriis vnionis, vel vnibilitatis, vt sic, excludendo causas vnionis substantiæ intellectualis cum corpore.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum Angelus sit compositus ex materia, & forma.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd Angelus sit compositus ex materia, & forma. Omne enim quod cõtinetur sub aliquo genere est compositum, ex genere, & differentia, quæ aduenientes generi, constituit speciem. Sed genus sumitur ex materia, differentia verò ex forma; vt patet in 8. Meta.* Ergò omne, quod est in genere, est compositum ex materia, & forma. Sed Angelus est in genere substantiæ: ergo est compositus ex materia, & forma.

2 Præterea. In quocunq; inueniuntur proprietates materiæ, ibi inuenitur materia. Proprietates autem materiæ sunt recipere, & substare. Vnde dicit Boet.† in lib. de Trinit. quòd forma simplex subiectum esse non potest. Hoc autem inuenitur in Angelo. Ergo Angelus est compositus ex materia, & forma.

3 Præterea. Forma est actus. Quod ergo est forma tantum, est actus purus. Sed Angelus non est actus purus, (hoc enim solius Dei est:) ergo non est forma tantum, sed habet formã in materia.

4 Præ-

162 2. d. 8 q. 1. art. 1. & 2. con. c. 49. & 50. & spiritu ar. 1. Et quol. 9. art. 6. & op. 3. c. 74. & 95. & opu. 15. c. 3. 5. 6. 7. 8 & 18 & opu. 30 li. 6 & 9. & opu. 51. c. 4. & 5.

* Tex. 3 to mo 3.

† Ante medium lib. de Trinit.

Digitized by Google

4 Præterea. Forma propriè limitatur, & finitur per materiam. *Forma ergo quæ non eſt in materia, eſt forma infinita. Sed forma Angeli non eſt infinita, quia omnis creatura finita eſt. Ergo forma Angeli eſt in materia.

Sed contra eſt, quod Dion. *dicit 4. cap. de diu. nom. quòd primæ creaturæ, ſicut incorporales, ita, & immateriales intelliguntur.

Reſpondeo. Dicendum, quòd quidam ponunt Angelos eſſe compoſitos ex materia, & forma: & hanc opinionem aſtruere nititur Auicebron, in libro fontis vitæ. Supponit enim, quòd quæcunque diſtinguuntur ſecundùm intellectum, ſint etiam in rebus diſtincta. In ſubſtantia autem incorporea, intellectus apprehẽdit aliquid, per quod diſtinguitur à ſubſtantia corporea, & aliquid, per quod cum ea conuenit. Vnde ex hoc vult concludere, quòd illud, per quod differt ſubſtantia incorporea à corporea, ſit ei quaſi forma, & illud quod ſubijcitur huic formæ diſtinguenti, quaſi commune, ſit materia eius. Et propter hoc ponit, quod eadem eſt materia vniuerſalis ſpiritualium, & corporaliũ; vt intelligatur, quod forma incorporeæ ſubſtantiæ, ſic ſit impreſſa in materia ſpiritualium, ſicut forma quãtitatis eſt impreſſa in materia corporalium. Sed primo aſpectu apparet eſſe impoſſibile, vnam eſſe materiam ſpiritualium, & corporalium. * Non enim eſt poſſibile, quod, forma ſpiritualis, & corporalis recipiatur in vna parte materiæ: quia ſic vna, & eadem res numero, eſſet corporalis, & ſpiritualis. Vnde relinquitur, quòd alia pars materiæ ſit, quę recipit formam corporalem, & alia quę recipit formam ſpiritualem. Materiam autem diuidi in partes non conuenit, niſi ſecundùm quòd intelligitur ſub quantitate; qua remota, remanet ſubſtantia indiuiſibilis, vt dicitur in primo Phyſic. *Sic igitur relinquitur, quòd materia ſpiritualium ſit ſubſtantia ſubiecta quantitati, quod eſt impoſſibile. Impoſſibile eſt ergo, quòd vna ſit materia corporalium, & ſpiritualium. Sed adhuc vlterius impoſſibile eſt, quòd ſubſtantia intellectualis habeat qualemcunq; materiam. Operatio enim cuiuslibet rei, eſt ſecundùm modum ſubſtantiæ eius: Intelligere autem eſt operatio penitus immaterialis. *Quod ex eius obiecto apparet, à quo actus quilibet recipit ſpeciem, & rationem. Sic enim vnumquodque intelligitur, Inquantùm à materia abſtrahitur, quia formę, in materia, ſunt indiuiduales formæ, quas intellectus non apprehendit ſecundùm quod huiuſmodi. Vnde relinquitur, quòd ſubſtantia intellectus eſt omninò immaterialis. Non eſt autem neceſſarium, quòd ea, quæ diſtinguuntur ſecundùm intellectum, ſint diſtincta in rebus, quia intellectus non apprehendit res ſecũdùm modum rerum, ſed ſecundùm modũ ſuũ. *Vnde res materiales, quæ ſunt infra intellectum noſtrum, ſimpliciori modo ſunt in intellectu noſtro, quàm ſint in ſeipſis. Subſtantię autem Angelicæ ſunt ſupra intellectum noſtrũ. Vnde intellectus noſter non poteſt attingere ad apprehendendum eas, ſecũdùm quod ſunt in ſeipſis, ſed per modum ſuum, ſecundùm qđ apprehendit res compoſitas. Et ſic etiam apprehendit Deum, vt ſupradictum eſt. *

Ad primum ergo dicendum, quòd differentia eſt, quæ conſtituit ſpeciem. Vnumquodq; autem conſtituitur in ſpecie, ſecundùm quod determinatur ad aliquem ſpecialem gradum in entibus, quia ſpecies rerum ſunt ſicut numeri, qui differunt per additionem, & ſubtractionem vnitatis, vt dicitur in 8. Metaph. * In rebus autem materialibus, aliud eſt, quod determinat ad ſpecialem gradum, ſcilicet forma, & aliud, quod determinatur, ſcilicet materia. Vnde ab alio ſumitur genus, & ab alio differentia. Sed in rebus immaterialibus non eſt aliud determinans, & determinatum; * ſed vnaquęque earum ſecundùm ſeipſam tenet determinatum gradum in entibus. Et ideo genus, & differentia in eis non accipitur ſecundũ aliud, & aliud, ſed ſecundùm vnum, & idem, * quæ tamen differunt ſecundùm conſiderationem noſtram. Inquantùm enim intellectus noſter conſiderat illam rem, vt indeterminatè, accipitur in eis ratio generis: inquantùm verò conſiderat, vt determinatè, accipitur ratio differẽtiæ.

Ad ſecundum dicendum, quòd ratio illa ponitur in libro fontis vitæ. Et eſſet neceſſaria, ſi idẽ eſſet modus, quo recipit intellectus, & quo recipit materia. Sed hoc patet eſſe falſum, Materia enim recipit formam, vt ſecundùm ipſam cõſtituatur in eſſe alicuius ſpeciei, vel aeris, vel ignis, vel cuiuſcunq; alterius. Sic autem intellectus nõ recipit formam: alioquin verificaretur opinio Empedo. * qui poſuit q terram terra cognoſcimus, & ignem igne. Sed forma intelligibilis eſt in intellectu, ſecundùm ipſam rationem formæ: ſic enim cognoſcitur ab intellectu. Vnde talis receptio, non eſt receptio materię, ſed eſt receptio ſubſtantię immaterialis.

Ad tertium dicendum, quòd licèt in Angelo non ſit compoſitio formę, & materię, eſt tamen in eo actus, & potentia. Quod quidẽ manifeſtum poteſt eſſe, ex conſideratione rerum materialium, in quibus inuenitur duplex compoſitio: Prima quidem formę, & materię, ex quibus conſtituitur natura aliqua. Natura autem

35 cap. 4. non remotè à princ.
36 Tex. 15. vi detur haberi. to. 2.
238 360 369 261
79 85 c 2
9. 3. a. 3. ad 1.
8. Met tex 10. to. 3.
371 d 441 d D 116. 264 a
a 366
Li. 1. de anima apud Arift. tex. 25. to. 3.
D. 168.

tem ſic compoſita non eſt ſuum eſſe, ſed eſſe eſt actus eius. Vnde ipſa natura comparatur ad ſuum eſſe, ſicut potentia ad actum. Subtracta ergo materia, & poſito, quod ipſa forma
D. 113. ſubſiſtat non in materia, adhuc remanet comparatio formæ ad ipſum eſſe, vt potentiæ ad actum. Et talis compoſitio intelligenda eſt in
d 366 Angelis. Et hoc eſt quod à quibuſdam dicitur, quòd Angelus eſt compoſitus ex quo eſt, & quod eſt: vel ex eſſe, & quod eſt, vt Boet. dicit. Nam quod eſt, eſt ipſa forma ſubſiſtens. Ipſũ autem eſſe, eſt quo ſubſtantia eſt, ſicut curſus eſt, quo currens currit. Sed in Deo non eſt a-
q 3. ar. 4. liud eſſe, & quo eſt: vt ſupra oſtenſum eſt. * Vnde ſolus Deus eſt actus purus.

Ad quartum dicendum, quòd omnis creatura eſt finita ſimpliciter, inquantùm eſſe eius
D. 736. non eſt abſolutè ſubſiſtens, ſed limitatur ad naturam aliquam cui aduenit. Sed nihil prohibet aliquam creaturam eſſe ſecundùm quid infinitam. Creaturę autem materiales habent infinitatem ex parte materię: ſed finitatem ex parte formę, quę limitatur per materiam in
D. 118. qua recipitur. Subſtantię autem immateriales creatę ſunt finitę ſecundùm ſuum eſſe, ſed infi-
36 nitę ſecundùm quod eorũ formę non ſunt receptę in alio: ſicut ſi diceremus albedinem ſeparatam exiſtentem, eſſe infinitam quantùm ad rationem albedinis: quia non contrahitur ad aliquod ſubiectum. Eſſe tamen eius eſſet finitum, quia determinatur ad aliquam naturã ſpecialem. Et propter hoc dicitur in libro de cauſis, quod intelligentia eſt finita ſuperius, inquantum ſcilicet, recipit eſſe à ſuo ſuperiori: ſed eſt infinita inferius, inquantùm non recipitur in aliqua materia.

Senſus quæſiti.

Caietanus Zumell. TItulum explicat Caietanus hìc, & latius ſupra quæſt. 3. art. 1. & ſecundo in titulo vtriuſque articuli, & Zumellus ſuper hoc articulo, quæſt prima, & colligitur ea declaratio ex corpore præſentis articuli.

Forma Textus.

REfertur primò opinio Auicebron ex falſa ſuppoſitione deducta. Secundò duabus concluſionibus reſpondetur ad quæſitum, & impugnatur prædicta opinio. Tertiò confutatur eiuſdem opinionis ſuppoſitio.

Duo dixit Auicebron. Primum eſt: Angelum, ſiue ſubſtantiam incorpoream eſſe compoſitum ex materia, & forma. Secundum eſt: Eandem eſſe materiam vniuerſalem corporalium, & ſpiritualiũ. Suppoſitio erat: Quæcunq; diſtinguuntur ſecundùm intellectum, in reb. etiam eſſe diſtincta.

Prima concluſio eſt: Impoſsibile eſt vnam eſſe materiam ſpiritualium, & corporalium. Probatur: Quia, ſi eſſet vna materia corporalium, & ſpiritualium ſequeretur, quod materia ſpiritualiũ eſſet ſubſtantia ſubiecta quantitati; at hoc eſt impoſsibile; ergo. Probatur ſequela maioris: Quia tunc alia pars materiæ eſſet, quæ reciperet formam corporalem, & alia, quæ reciperet formam ſpiritualem: at materiæ non conuenit diuidi in partes, niſi ſecundùm quod intelligitur ſub quantitate: ergo tunc materia ſpiritualium eſſet ſubiecta quantitati. Maior probatur: quia non eſt poſsibile, quod forma ſpiritualis, & corporalis recipiatur in vna parte materiæ: nam ſic vna, & eadem res numero eſſet corporalis, & ſpiritualis. Minor verò probatur ex primo Phyſicorum; vbi dicitur ablata quantitate remanere ſubſtantiã indiuiſibilem.

Secunda concluſio: Impoſsibile eſt ſubſtantiam ſpiritualem habere qualemcunq; materiam. Probatur: Operatio cuiuslibet rei eſt ſecundùm modũ ſubſtantiæ eius; at intelligere eſt operatio penitus immaterialis; ergo ſubſtantia intellectualis eſt omninò immaterialis. Probatur minor, ex obiecto, à quo actus quilibet recipit ſpeciem, & rationem ſic: Vnumquodq; intelligitur inquantum à materia abſtrahitur; ergo intelligere eſt operatio penitus immaterialis. Antecedens probatur: Quia formæ in materia ſunt indiuiduales formæ: quas vt indiuiduales ſunt, intellectus non apprehendit; ergo vnum quodq; intelligitur inquantum à materia abſtrahitur.

Poſtremò confutatur ſuppoſitio Auicebron dupliciter. Primò in communi: quia intellectus non apprehendit res ſecundùm modum rerum, ſed ſecundùm modum ſuum: ergo non eſt neceſſarium, vt ea, quæ diſtinguuntur ſecundùm intellectum, ſint diſtincta in rebus. Antecedens probatur à ſigno: Quia res materiales, quæ ſunt infra intellectum noſtrum ſimpliciori modo ſunt in intellectu noſtro, quàm ſint in ſeipſis. Secundò probatur in ſubiecta materia: Quia intellectus noſter non poteſt attingere ad apprehendendum ſubſtantias Angelicas, nec Deum, ſecundùm quòd in ſeipſis ſunt, ſed per modum ſuum, ſecundùm quod apprehendit res compoſitas; ergo non eſt neceſſarium, quod ea, quæ diſtinguuntur, &c. Antecedens probatur: quia ſubſtantiæ Angelicæ ſunt ſupra intellectum noſtrum.

Expoſitio Textus.

OPinionem Auicebron in textu relatam explicat author, & impugnat vberrimè in opuſculo de Angelis, quod eſt in ordine 15. à capite 5. vſque ad octauum inclusiuè. De veritate ſecundæ concluſionis huius articuli diſputant hìc contra D. Bonauenturam, Richardum, & Aureolum, Bannes, Zumellus, & Valentia, poſt Capreolum in 2. ſent. diſt. 3. quæſt. 1. S. Thom. Banner. Zumellus Valentia. Capreol. Vaſquezij dictũ refellitur.

Aduerte præterea Vaſquezium hìc meritò à Ripa reprehendi, quod dixerit materiam hucuſque nullum hactenus conceſsiſſe, niſi corpoream, ac proinde niſi Theologi prædicti S. Bonauentura, Richardus, & alij occaſionem præbuiſſent non neceſſe fuiſſe alia ratione probare Angelum non conſtare ex materia, & forma, niſi quia incorporeus eſt, ſuperiusq; futurum præſentem articulum; atq; ideo rationem, quam affert in explicatione tituli Caietanus pro neceſsitate huius articuli, nihil valere. Falſum eſt enim manifeſtè, qđ aſſumit Vaſquez; nam teſte D. Tho. in dicto opuſculo de Angelis, S. Thom.

Digitized by Google

lis, cap. 5. opinabatur Auicebron materiam in Angelis esse spiritualem, & rationabilem esse dubitationem de tali materia in Angelis asserenda, declarat S.D. de potentia, quæst. 6. artic. 6. ad 4. & in hac quæst. art. 4. in 2. ratione. Quapropter res ipsa quauis etiam opinione præcisa specialem secum affert difficultatem, ac proprium requirit articulum. Mouet dubitationem Caietanus de probatione primæ conclusionis; quam optimè soluit.

Caiet.

Circa responsionem ad primum vide, quæ scribit S. Tho. super Boetio de Trinit. q. 4. art. 2. de genere Physico, & Logico, & quæ notat hic Caietanus, & Zumellus.

S. Thom. Caietanus Zumellus Bannes Ferrarien.

Responsionem ad secundùm explicant hic latè Caietanus, Bannes & Zumellus, quæst. 5. in tertio notabili, & quæst. 4. & Ferrariensis in 2. cont. gen. cap. 49 ratione 3.

Responsionem ad tertium explicat S. Doc. in 2. cont. gent. capit. 53. & 54. & Caietanus de ente, & essentia, cap 5. post quæstionem 9. vbi ostendit decem differētias inter compositionem ex materia, & forma, & compositionem ex esse essentiæ.

Caietanus

Prima Controuersia.

An Angelos carere materia probet efficaciter S. Thom.

Sententiæ Doctorum.

Durandus Caietanus Valentia.

DVrandus in 2. sent. dist. 3. quæst. prima, ait rationem D. Tho. non valere, nisi contra tenentes Angelos esse substantias intellectuales secundùm se totos; & quia Caietanus respondens argumento Durandi affirmat hic supponere D. Thom. Angelum esse substantiam completam in sua specie, dicit Valentia responsionem hanc non satisfacere, & duobus illam impugnat argumentis, & aliam adhibet solutionem ad argumentū Durandi.

Resolutio.

Ostenditur efficacitas rationis D. Thomæ ex perfectione vniuersi, & ex intellectionis excellentia, reiecta interpretatione Valentiæ.

EX his, quæ in superiori controuersia ad præcedentem articulum dicta sunt, satis perspicuè patet propositæ difficultatis solutio, addita præsertim doctrina, quam hic breuiter aduersus Durandum annotat Caietanus.

Caietanus

Obseruandum est igitur primò, immaterialitatem subsistentem, cuiliber esse intellectuali substantiæ communem: Intellectualis enim substantia, quatenus talis, iudependentiam sibi vendicat à materia secundùm esse, & consequenter etiam secundum operari; vt efficaciter probat hic S. D. ex eius operatione, & obiecto; quo fetè etiam argumento latius explicato probatur inferius, qu. 75. art. 5. animam intellectiuam non esse compositam ex materia, & forma. Sed quia diuiditur intellectualis substantia in eam, quæ in suæ complementū speciei perfecta subsistit, & eam, quæ corporis est forma, & pars compositi completè subsistentis; idcirco necesse est duos in intellectuali substā-

A tia modos, siue gradus immaterialitatis distinguere; vt altera, quæ scilicet in sua specie completa subsistit, perfecta gaudeat immaterialitate; altera verò, quæ corpus informat, hoc ipso, quod actus est materiæ, & ad eam est essentialiter ordinata, à plena deficit immaterialitate, & in ordinē descendit rerum corporearum; non quod ipsa per se corporea sit, sed quia pars est corporei, sensibilisque compositi; Ostendimus autem in dicta controuersia cum D. Thom. & Caietano, ad vniuersi perfectionem, quæ in assimilatione ad Deum perfecta consistit, necessarias esse substantias incorporeas à solo intellectu comprehensibiles, ac penitus à corpore separatas, quas Angelos nuncupamus: Cum itaque de Angelis sit hic articulus, & eorum quærat, probet, & concludat immaterialitatem, solam eam intendit; quę perfecta est, & quę subsistenti in sua specie completè potest intellectuali substantiæ conuenire; qualem substantiam intellectualem significat hoc nomen: Angelus, cuius significationem supponit hic S. D. vt etiam aduertit Caietanus.

D. Thom. Caiet.

B

Caietanus

Secundò aduertendum est D. Thom. hìc probare actum intelligendi esse operationē penitus immaterialem; quia vnumquodque intelligitur, inquantùm à materia abstrahitur; eo quod formæ existentes in materia sunt individuales; quas intellectus non apprehendit, vt tales sunt. Cum autem solus intellectus noster intelligat per abstractionē à materia, non autem Angelicus, de intellectu tantùm nostro procedit hæc ratio directè, & immediatè; consequenter autem de intellectu Angelico, & de intellectu, vt intellectus est; Ex quo patet ēt Valentiæ solutionem aduersari intentioni D. Tho. & vim rationis eius non assequi; aic enim operationem intellectualem hic sumi non quomodocunque, sed pro vt nullo modo pendet à corpore, non solùm vt organo, sed neque vt obiecto; sic enim inquit: *rectè sequitur illam substantiam esse immaterialem, cuius operatio isto modo est intellectualis, & immaterialis.* Sed cum probet hic S. Doct. intelligere esse operationem penitus immaterialē, ex hoc, quòd vnumquodque intelligitur, inquantùm abstrahitur à materia, consequens est operationem intellectualem, de qua loquitur hic S. Thomas, à corpore dependere, vt ab obiecto; non enim fit intelligibilis abstractio à materia, & à conditionibus individualibus, nisi prius in phantasmate singulariter obiecta, & representata, ac deinceps lumine intellectus agentis illustrata, & à conditionibus materialibus deputata. Est igitur manifestè contra textum glossa Valentiæ dicentis actum intelligendi, de quo directè loquitur textus non esse dependentem à corpore, neque vt organo, neque vt obiecto. Quomodo verò ex sola intellectionis independentia à corpore, vt organo probetur ipsum intelligere esse penitus immateriale, iam dictum est. Vt n. aduertit Caietanus, concludit ratio litteræ substantiam intellectuam, vt sic, esse immaterialē, ideò independentem secundùm esse à materia ex eius operatione, & obiecto, quòd à nobis per abstractionem intelligitur. Ex quo sequitur intelligere, qua-

Valentiæ interpretati reijcitur.

C

D

Vis ratio.

Caietanus

quatenus intelligere, nihil habere commune cum materia; nam, si intelligere nostrum, quod infimũ omnium est, fit per abstractionem medio lumine intellectus agentis à materia; siue obiecto sensibili in phantasmate representato, consequens est, vt actus intelligendi in suo genere perfectus sit à materia excellentiori separatione remotus, sitque independens à corpore, non solùm vt organo, sed ét vt obiecto; ac proinde substantiæ conueniat immateriali in sua specie completè, perfectéq; subsistenti. A

conclusio. Caiet. Sit igitur vnica conclusio: Probat hìc efficaciter S.D. Angelos esse penitus immateriales, & vim rationis exprimit, ac tuetur optimè Caietanus. B

Argumenta, & solutiones.

Durandus. COntra priorem partem conclusionis argumẽtatur Durandus: Operatio intelligendi dicitur alicuius esse dupliciter; Vno modo, sicut suppositi operantis; Alio modo, sicut principij eliciẽtis, vel immediatè susципientis; Primo modo falsa est illa propositio, quæ dicit, quod illud, cuius intelligere est propria operatio, non habet materiã partem sui, quia homo est, quod intelligit, vt suppositum; cuius operatio est intelligere, & tamen homo habet materiam partem sui; Secundo modo vera C est; quia illud, quod est principium elicitiuum, vel susceptiuum actus intelligendi, non habet materiam partem sui; & hæc in homine est anima intellectiua cum sua potentia; similiter ergo potest dici, quòd Angelus est illud, cuius operatio est intelligere vt suppositi operantis; & ob hoc non oportet, quòd non sit compositus ex materia, & forma, sicut est homo: Sed Angelus non est principium elicitiuum, vel susceptiuum operationis intelligendi secundùm se totum, sed forma eius, quæ non habet materiam partem sui; sicut nec anima in homine. Hæc Durandus ad verbum.

Caietan. Respondet Caietanus rationem litteræ manifestè conuincere substantiam omnem intellectualẽ, vt sic, esse immaterialem, hoc est independentem à materia, ac per hoc substantiam illam intellectualem, quæ fuerit in specie completa, fore penitus immaterialem; litteram autẽ supponere quid nominis Angeli, quo significatur substantia intellectualis in specie completa; cum sit alia quæstio de animabus cœlorum, & aliorum animatorum, & alia de Angelis. D

Sed contra responsionem hanc, & secundã partem conclusionis argumentatur Valentia: Primò: Quia D. Thom. nondum probauit Angelum, vt est intellectualis creatura, esse substantiam completam; sed id probat primum, quæst. sequenti, art. 1. Valentia. E

Secundò: Quia, & si id supponeret, nondum tamen satis perspicitur, cur, si operatio Angeli sit intellectualis, consequatur Angelum esse immaterialem.

Respondetur ad primum, & negatur assumptũ; satis enim ostendimus in præcedenti controuersia probari Angelum in genere intellectualis creaturæ esse substantiam completam.

Ad secundum iam diximus ex operatione intellectuali in suo genere perfecta rectè probari Angelum esse penitus immaterialem. Necesse est autẽ, vt vniuersum sit perfectum, in eo esse perfectam in suo genere operationem intellectualem; cũ natura, & eius author non minorem habeat solicitudinẽ de perfectis in aliquo genere, siue gradu possibilibus, quàm de imperfectis eiusdem generis.

Secunda Controuersia.

An genus in rebus materialibus desumatur à materia, differentia autem à forma.

Opinio, & argumenta Vasquezij.

CIrca responsionem ad primum argumentum disputat latè Zumellus in sua quæst. 2. an, & qualem habeat Angelus compositionem præsertim ex genere, & differentia, & vnde sumenda sit hæc compositio; de qua re differit etiam hic Vasquez suam disputationem extendens etiã ad materialia. Controuersiam hanc quo ad substantias immateriales supra definiuimus, quæst. 3. artic. 5. Quod autẽ attinet ad materialia, de quibus agit Vasquez, cap. 2. suæ disputationis, hìc erit breuiter absoluenda, proposita dicti expositoris sententia, & eius argumentis. Ait ergo genus in rebus materialibus non sumi à materia, nec differentiã à forma proximè, vel remotè. Primò: Quoniam, vt ego concipiam in re aliqua rationem communem illi cum alia, & rationem particularem illius, qua distinguitur ab alia, non debeo specialiter respicere materiam, & formam; sed satis est rem totam diuerso modo concipere, vt in Angelis constat. & S. Tho. fateturs ergo nec proximè, nec remotè ex materia sumo genus, & ex forma differentiã: Et confirmatur: Quoniam ego (inquit) non capio, qua ratione materia sit radix omnis potentiæ, quæ in solis conceptibus inuenitur, & forma totius actus, qui in intellectu solùm est. Secundò: Animal, quod est genus hominis, & equi in suo conceptu includit compositionem ex anima, & corpore secundùm rationem communem; & rationale, quod est differentia, eandem includit compositionem secundùm rationem particularem; ergo frustra genus ex materia, & differentia ex forma sumenda esse dicemus. Tertiò: Non solùm in rebus spiritualibus, sed etiam in materialibus non distinguuntur esse, & essentia; ergo inde non potest sumi genus, & differentia. Zumellus. Vasquerij opinio, & argumẽta.

Vltimò: Si opus esset in qualibet re distinguere materiam, vel aliquid loco illius, vnde sumeretur genus, vel forma, aut aliquid pro ea, vnde sumeretur differentia, esset propter Aristotelis, & Porphirij authoritatem: at illi nihil tale docent, sed tolũ affirmant genus esse simile materiæ, & differentiam formæ, quod verissimum est, etiam, si in eadem re, cui conuenit genus, & differentia non sint illa duo, ex quibus dicũt aliqui sumi genus, & differentiam.

Reso-

Digitized by Google

Reſolutio.

Oſtenditur genus in rebus materialibus à materia deſumi, differentiam autem à forma, & diluuntur argumenta Vaſquezij.

SEd leuiſsima ſunt hæc argumenta; patet enim euidenter eorum ſolutio ex ijs, quæ tradunt D.Thom. & Caietanus in 6.cap. de ente, & eſſentia, & Ferrarienſis in 2.cont.gent. c.95. & Conradus 1.2.q.54.art.1.circa reſponſionem ad primũ. Sumitur enim in rebus materialibus genus à tota eſſentia, vt rationem habet determinabilis, ſeu pfectibilis tanquam à re formaliter ſignificata, vel denominata ab ipſo genere, à materia verò tanquam à radice formalis ſignificati eiuſdem generis; Differentia verò ſumitur à tota eſſentia ſecundùm vlteriorem, ac determinatiuam eius perfectionem, vt à re formaliter ſignificata nomine differentiæ, vel ab ea denominata; à forma verò tanquam à radice formalis ſignificati ipſius differẽtiæ; Radix enim potentialitatis in rebus ſenſibilibus, & in ratione earũ generica eſt materia, perfectionis autem, & actualitatis, ac determinationis per differentiam ſignificatæ radix eſt forma, vt latè, & ſubtiliter explicant expoſitores prædicti, & poſt eos Zumellus hic quæſtione ſua ſecunda.

S. Thom. Caiet. Ferrarien. Conrad. Zumellus

Ad primum igitur argumentum reſpondetur falſum eſſe antecedens de conceptione perfecta, & radicali generis, & differentiæ in rebus materialibus. Quod ſi ſermo ſit in antecedente de ſimplici conceptione generis, & differentiæ ſecundũ eorum rationes formales, admiſſo antecedẽte negatur conſequentia; Nam, cum generis potentialitas in rebus materialibus ſit à materia tanquam à radice, & actualitas differentiæ à forma, vt à radice, poſt generis, & differentiæ conceptiones; relinquitur etiam conceptio radicis vtriuſque. Ad confirmationem dico facilè intelligi poſſe materiam eſſe cauſam potentialitatis generis fundamentaliter ſumpti; nam quod eſſentia hominis, vt ſubſtãtia, vel animal eſt, concipi valeat, vt potentialis, ac determinabilis per rationale, & quod ſit ab exiſtentia remotior, quàm rationale, id habet radicaliter à materia; quæ primò, & maximè potentia eſt; quam intimè claudit humanitas ex materia formæ copulata reſultans; ſicut perfectio, & actualitas rationalitatis à forma eſt; Quomodo verò diſtinguantur genus, & differentia fundamentaliter ſumpta, diximus ſupra quæſt. 3. art. 5.

Ad ſecundum negatur conſequentia. Nam ad materiam, vt ad id, quod maximè potentiale eſt, reducitur, vt ad primam radicem omnis determinabilitas, ad formam verò tanquam ad actum reducitur omnis determinatio; Quamuis itaq; tam animal, quàm rationale conſtent ex anima, & corpore, quia tamen vtrunque ſcilicet anima, & corpus communiter ſumptum indeterminatum eſt, ſecundùm rationem autem particularem talis corporis, & talis animæ puta intellectiuæ determinatum eſt, idcirco rectè dicimus, rationem animalis, pro vt genus eſt, cui conuenit indeterminatio, ad materiam reduci, rationem autem rationalis, vt differentia eſt, cuius eſt diſtinguere, & determinare, ad formã, vt primã eius radicem, pertinere.

Ad tertium negatur antecedens; cuius falſitatẽ oſtendimus ſupra quæſt. 3. art. 4.

Ad vltimum reſpondetur quamuis Ariſt. & Porphirius id non obſcurè ſignificent, vt patet ex 8. Metaph. tex. 6. eorum tamen ſolis dictis non innititur S.D. ſed ordini rerum, ſiue rationum formalium naturali; quibus ſic à natura diſpoſitis, cauſalitas quædam, & dependentia conuenit ſaltem virtualis; ſicut etiam in Deo perfectam immutabilitatem, vt priorem concipimus, & cauſam æternitatis in eſſendo virtualiter. Sic igitur materiam vt cauſam intelligimus, ſicut, & verè eſt, omnis potentialitatis; & indeterminationis eſſentię, ſeu naturæ ſenſibilis; formam autem determinationis eiuſdem naturæ, quæ natura poſterior, & effectus eſt ex forma materiaq; dependens; ac proindè rationem vtriuſque claudens, & proprietates, ac modos vtriuſque participans. Nec illuſtrium, ac ſapiẽtum deeſt Philoſophorum authoritas; Vt enim ait S.Tho. in dicto 6. cap. de ente, & eſſentia, Auicenna in principio ſui libri de anima, ait formam in rebus compoſitis ex materia, & forma eſſe differentiam ſimplicem eius, quod conſtituitur ex illa; non quod ipſa forma ſit differentia, ſed quia principium eſt differentiæ; vt affirmat idem author in ſua metaphyſica; Commentator etiam in 2. cœli tex. 49. ait. Si corpora cœleſtia conueniunt in genere, & differunt in ſpecie, ſunt compoſita ex materia, & forma, manifeſtè ſignificans ſumi genus à materia, differentiam autem a forma.

Ariſt. S. Thom. Auicenna Auerroes.

Circa eandem reſponſionem ad primum argumentum diſputat Zumellus in eadem ſua quæſt. 2. de compoſitione Angeli ex eſſe, & eſſentia, & ex actu, & potentia; de qua re videndus eſt Caiet. in 5. cap. de ente, & eſſentia, quæſt. 10. & ibidem Ripa, quæſt. 6. Hanc nos quæſtionem latè ſupra tractauimus, ac definiuimus, q. 3. art. 4. Contron. 1.

Zumellus caietanus Ripa.

Tertia Controuerſia.

An, & quomodo diſtinguatur in Angelis, & vniuerſaliter in creaturis natura à ſuppoſito, & perſonalitas ab exiſtentia.

Senſus quæſiti, & ſententiæ Doctorum.

DE natura, & ſuppoſito dupliciter loqui poſſumus: vno modo ſecundum rem, ſeu metaphyſicè. Alio modo ſecundùm modum concipiendi, & ſignificandi, ſiue logicè, quatenus ſcilicet concipiuntur, & ſignificantur abſtractè, vel concretè, in communi, vel in particulari; Non eſt hic quæſtio de natura, & ſuppoſito logice ſumptis; hanc enim ſupra definiuimus, quæſt. 3. art. 3. in explicatione textus; ſed de natura, & ſuppoſito metaphyſicè; quærimus, an & quomodo diſtinguantur ab inuicem. Implicat autem propoſita controuerſia quatuor difficultates, ſiue quæſita, vt Caietanus aduertit tertia parte, quæſt. 4. art. 2. Primum eſt: An ſuppoſitum, ſiue perſona ſupra naturam hanc aliquid addat ſecundùm rem, an ſecundùm rationem tantùm. Secundum: An id, quod addit ſuppoſitum

Caiet.

ſitum in re ſupra naturam, ſit aliquid poſitiuum, an ſola negatio. Tertium: An illud additum ſit intrinſecum, an extrinſecum ipſi ſuppoſito, vel perſonæ. Quartum quid ſit hoc additum.

Caiet. Medina. Referunt, & confutant Caietanus, & Medina in dicta quæſt. & art. & alij recentiores infra nominandi ſeptem Theologorum ſententias de differentia naturæ, & ſuppoſiti. Prima eſt Henrici quolib. 4. q. 3. & Durandi in 1. ſent. diſt. 34. q. 1. & aliorũ, quos refert Vaſquez in eadem quæſt. & art. dicentium naturam, & ſuppoſitum in ſubſtãtijs omnibus creatis re idem eſſe, ſoloq; differre modo concipiendi; ita vt eadem res apprehenſa in ratione quo, ſit natura, concepta verò in ratione quod, ſit ſuppoſitum. Secũda opinio eſt Heruei; qui quolib. 3. q. 6. docet naturam, & ſuppoſitum eandem rem eſſe quo ad intrinſeca, ſed re differre, quo ad connotata ex ipſo modo ſignificandi; ait enim Sortẽ eſſe ſuam humanitatem in concreto, vt ſignificatur habens ea omnia, ſine quibus exiſtere nequit humanitas; hanc Vaſquez immeritò tribuit Iauel lo 7. Metaph. q. 17. vbi docet idem quod D. Thom. & Caietanus ſupra q. 3. art. 3. quã doctrinam ibidem explicauimus. Tertia eſt quorundam aſſerentium inter naturam, & ſuppoſitum eſſe realem diſtinctionem mediam inter intrinſecam, & extrinſecam, quia nimirum ſuppoſitum addit ſupra naturam affectionem, qua ſubſtat accidentibus; atq; ideo ſortem dicunt non eſſe ſuam humanitatem; quia Sortes dicit humanitatem, vt affectam accidentibus, humanitas verò ſolùm hominis naturã ſignificat. Quarta eſt eorum, qui dicunt ſuppoſitũ realiter à natura diſtingui, vt totum à parte, quia dicit compoſitũ ex natura, & eſſe exiſtentiæ. Quinta eſt Capreoli in 3. ſent. diſt. 1. q. 3. dicentis ſuppoſitum à natura differre per actum eſſendi extrinſecum connotatum à ſuppoſito, quoniam eſſe eſt actus ſuppoſiti proprius; hanc ſequitur Sylueſter ſuper hoc articulo, & ſupra quæſt. 3. artic. 3. Sexta eſt Scoti in 3. ſent. diſt. 1. q. 1. affirmantis ſuppoſitum addere ſupra naturam hanc duplicem tantũ negationem, ſuppoſito tamen intrinſecam, & eius conſtitutiuam, negationem, ſcilicet tam actualis, quàm aptitudinalis dependentiæ à perſona diuina: Quam ſententiam explicant, & tuentur eiuſdẽ authoris diſcipuli, & expoſitores in eadem diſtinctione. Septima ſententia eadem ferè cum ſexta eſt Ioannis de Neapoli; qui naturæ duplicem affirmat ſuppoſitum addere negationem, ſcilicet extrinſeci poſitiui, & intrinſecæ vnionis ad illud. Præter has opiniones poſitiuam differentiam intrinſecam negantes inter ſuppoſitum, & naturam, quinque aliæ ſunt hic referendæ poſteriorum ſententiæ. Prima eſt Petri Fonſecæ lib. 5. Metaph. cap. 8. q. 6 ſect. 4. qui tria dicit. Primum: Suppoſitum non addit naturæ ſingulari aliquid ab ea realiter diſtinctum. Secundum: Suppoſitalitas eſt entitas poſitiua ſub exiſtentia latens, vt purus terminus naturæ, ſine quo naturaliter exiſtere non poteſt. Tertium: Suppoſitalitas eſt modus eſſendi entitatiuus, & ſubſtantialis, & ratio ſubſiſtendi; quam ſententiam ſequitur Valentia tertia parte in cõm.

Henricus. Durand. Vaſquezij

Heruæus.

Vaſquezij impoſtura

Capreol.

Syluester.

Scotus.

Ioann. de Neap.

Fonſeca.

Valentia.

ad dictam quæſtionem, & articulum.

Secunda ſententia eſt Suarezij diſp. 34. Metaph. ſect. 4. vbi dicit ſex. Primum: Perſonalitas ad hoc datur naturæ, vt illi det vltimum complementum in ratione exiſtendi, vel vt exiſtentiam compleat in ratione ſubſiſtentiæ, ita vt perſonalitas non ſit propriè terminus, aut modus naturæ ſecundùm eſſe eſſentiæ, ſed ſecundùm eſſe exiſtentiæ ipſius naturæ. Secundum: Id, quod ſuppoſitum creatum addit ſupra naturam, diſtinguitur quidem in re ab ipſa natura, non tamen omninò realiter, tanquam res à re, ſed modaliter, vt modus rei à re. Tertium: Perſonalitas creata veram facit compoſitionem cum creata natura, tanquam modus cum re modificata, ſeu tanquam terminus cum re terminabili. Quartum: Subſtantialis natura perfectior eſt ſua ſubſiſtentia. Quintum: Perſonalitas non comparatur ad naturam, vt actus intrinſecus, ideſt eſſentialis, ſed dici poteſt intrinſeca naturæ, vel qa illi eſt intime coniuncta, vel quia ex natura rei illi debetur. Sextum: Perſonalitas dici poteſt intrinſeca perſonæ, tanquam de intrinſeca ratione, & conſtitutione eius, quia illam intrinſecè componit. Eandem ſententiam quò ad priora duo dicta ſequitur Vaſquez tertia parte diſputatione 31. dicens commentitiam ſibi ſemper viſam eſſe ſententiam Caiet. eo quòd explicare non poſſit, quid nã ſit illa entitas, qua dicit compleri ſuppoſitum, vel qua de cauſa neceſſariò ſit concedenda.

Suarez

Vaſquez.

Caiet. Ferrarien. Medina. Banncz.

Tertia ſententia eſt Caietani 3. par. qu. 4. art. 2. quem ſequuntur Ferrarienſis lib. 4. cont. gent. cap. 43. Medina in eodem articulo, ait igitur Caietan. hypoſtaſim ſiue ſuppoſitum intrinſeca quadã realitate conſtitui, & per eam à natura diſtingui.

Quarta ſententia eſt Banneſij ſupra q. 3. art. 3. dubio 1. & 2. vbi poſt relatam, & approbatam ſententiam Caietani duas ſtatuit cõcluſiones. Prima eſt; Probabiliſsimum eſt, quod ſuppoſitum addat intrinſecè ſupra naturam modum realem, per quẽ intrinſecè conſtituitur in eſſe ſuppoſiti, & addat etiam actum exiſtentiæ, extrinſecè tamen, ideſt ordinem ad actum exiſtentiæ, ita vt ſuppoſitum conſtituatur in ratione ſuppoſiti per ordinem ad exiſtentiam, tanquam ad proprium actum ipſius ſuppoſiti, non tamen includat intrinſecè exiſtentiam. Secunda concluſio eſt: Probabile eſt illum modum ſola ratione formali à natura diſtingui, ſicut modus rei ab ipſa re, vt ſeſſio à ſedente; probabilius tamen eſt, quod ille modus diſtinguatur à natura, tanquam res à re.

Zumelius

Vltima ſententia eſt Zumelli ſupra q. 3. art. 3. & ſuper hoc art. qu. 3. qui in priori loco declarat, & tuetur ſententiã Caietani; ſed in hoc articulo diſſidet à Caietano dicens in tertia concluſione ſubſiſtentiam, & exiſtentiam non eſſe duas res, ſed in quolibet Angeli ſuppoſito perſonalitatem, ſubſiſtentiam, & exiſtentiam eſſe idem realiter; quam concluſionem colligere nititur ex Caietani verbis infra quæſt. 54. art. 1. ad quartum dubium, vbi ait ſubſiſtere importare affirmationem eſſendi in rerum natura, & negationem ſuſtentationis in alio, & ex D. Thom. tertia parte, quæſt. 7. art. 2. & alibi, & ex

& ex Capreolo, & Ferrarienſi, quorum dicta producentur, & explicabuntur in poſtrema parte cõtrouerſiæ.

Reſolutio.

Explicatur mens Angelici Doctoris, & Ariſtotelis, & diluuntur obiecta Suarezij, & conciliantur dicta Diui Thomæ.

POſtulat huius controuerſię reſolutio notitiam multiplicium diſtinctionis modorũ, de quib. ſatis ſupra diximus, quæſt. 3. art. 3. recentiores autem, ac præſertim Fonſeca lib. 5. Metaph. cap. 6. q. 6. & 7. & Suarez diſp. Metaphy. 7. ſect. 1. & 2. modos diſtinctionis tàm realis, quàm rationis, ac me dix, ſcilicet ex natura rei nimis operosè, ſuperfluęq; multiplicant, cum tamen à nobis Thomiſti eaque doctrina verbis tantùm diſſideant, quamuis nobiſcum, nec inter ſe de naturæ, & ſuppoſiti diſtinctione conueniant.

Fonſeca. Suarez

Mens D. Thom

Eſt autem duplex in re propoſita difficultas; vna de mente Diui Thomę, altera ſimpliciter. Mẽs itaque primò diligenter quærenda, eſt Angelici noſtri Doctoris; cuius dicta ſatis apertè videntur pugnantia. Nam in 3. de anima, lect. 8. tex. 11. & in 7. Metaph. lect. 11. tex. 41. & 8. Metaph. lect. 3. tex. 8. ſtatuit cum Ariſtot. differentiam inter materiales ſubſtantias, & abſtractas, quòd nulla res materiam habens eſt ipſum quodquid eſt: cum talis res materiam habeat indiuidualem, quæ non pertinet ad quodquid eſt; ſubſtantiæ verò, quæ ſunt formæ tantùm ſubſiſtentes, non habẽt aliquod, per quod indiuiduentur, quod ſit extra rationẽ rei, ſiue ſpeciei ſignificantem quodquid ſt; atque ideo quęlibet illarum eſt ſuum quodquid erat eſſe; Quam doctrinam ſæpè repetit, S. D. & ſupra quæſt. 3. art. 3. latiùs explicat; qui locus omnino legendus eſt, & in 4 cont. gent. cap. 55. ad quartam rationem ait, congruentius fuiſſe humanam naturam magis, q̃ Angelicam aſſumi à Deo, quia in homine aliud eſt natura, & aliud perſona: cum ſit ex materia, & forma cõpoſitus, nõ aũt i Angelo, qui immaterialis eſt.

At pluribus alijs in locis docet apertè S. D. diſtingui realiter etiam in ſeparatis à materia ſuppoſitum à natura, præterquàm in Deo, qui ſola rõne differt à Deitate. Nam quolib. 2. q. 2. art. 4. probat in Angelis differre ſuppoſitum à natura hoc argumento: Cuicunque poteſt aliquid accidere, quod non ſit de ratione ſuæ naturæ, in eo differt ſuppoſitum à natura; at Angelo accidit aliquid præter id, quod eſt de ratione ſpeciei; ergo in Angelo differt ſuppoſitum à natura. Maior probatur ex Philoſopho 7. Metaphy. tex. 20. dicente, in ijs, quæ dicuntur per ſe, idem eſſe rem, & quodquid eſt rei; in ijs autem, quæ dicuntur per accidens, non eſſe idem; igitur cuicunque poteſt aliquid accidere, &c.

2. Conſequentia probatur: Quia in ſignificatione naturæ, includitur ſolum id, quod eſt de ratione ſpeciei; ſuppoſitum autem, non ſolùm habet hæc, quæ ad rationem ſpeciei pertinent, ſed etiam alia; quæ ei accidunt, & ideo ſuppoſitum ſignificatur, vt totum, natura verò, ſiue quidditas, vt pars formalis. Minor autem probatur: Quia, & ipſum eſſe Angeli eſt præter eius eſſentiam, ſeu naturam, & alia quædam ei accidunt, quæ omninò pertinent ad ſuppoſitum, non autem ad naturam. Vt autem nobis perſpicuè mens innoteſcat D. Thomæ, propoſitæ primo vis rationis eſt examinanda, deinde cætera eiuſdem S. D. loca, quæ videntur oppoſita, ſunt conciliãda.

Arg. Suar. contra D. Thomam.

Suarez in ſupradicta diſp. 34. num. 12. vſque ad 17. propoſito vix medio dictæ probationis eam impugnat, & quęſtionem definiens ait argumenta concludere diſcurſum D. Thomæ non eſſe euidentem, ſed ad ſummum probabilem coniecturam. Sic autem arguit primo: Vel D. Thomas intelligit huiuſmodi accidentia, vel exiſtentiam eſſe id, quo formaliter ſuppoſitum diſtinguitur à natura ſpecifica, aut indiuidua; Vel intelligit non eſſe quidẽ accidentia ipſa, quibus ſuppoſitum diſtinguitur à natura, ſed tamen ex illis ſumi indicium, quod illa res ſubſiſtens, cui immediatè conueniunt, aliquid addit ſupra naturam ſpecificam, extra cuius rationem ſunt; At neutrum dici poteſt; Ergo.

Primum.

Probatur primum dici non poſſe, quia falſum eſt accidentia, vel exiſtentiam eſſe id, quo formaliter ſuppoſitum diſtinguitur à natura. Secundum etiam videtur abſurdum: Quia nulla eſt repugnantia in hoc, quòd ſubſtantia aliqua ſit eſſentialiter ſubſiſtens, & tamen ſit capax accidentium; Ergo.

Probatur antecedens: Quia ſubſiſtentia, & potentia (verbi gratia) intelligendi ſunt perfectiones valdè diuerſæ; ergo non benè infertur: Si potẽtia eſt accidens, etiam ſubſiſtentiam eſſe debere extra eſſentiam rei.

confirmatio.

Confirmatur; Quia poteſt res aliqua peruenire ad eum gradum perfectionis, in quo per ſuam eſſentiam ſolam habeat vim ſubſiſtendi, vim autem operandi non habeat niſi per accidentia; Quod probatur à ſimili ex D. Thoma dicente, materiales naturas ſubſtantiales, tam indiuiduationem, quã ſubſiſtentiam cum exiſtentia, & accidentibus habere per aliquid, vel aliqua, quæ adduntur vltra naturam ſpecificam; de immaterialibus autem naturis ait habere indiuiduationem ſine additione ad ſpeciem; cætera verò per additionem; ergo ſimili modo poſſet excogitari alia nobilior natura; quæ per ſe, & ex vi eſſentiæ habeat ſubſiſtentiam, & nihilominus indigeat accidentibus ad alia multa. Præterea ſic arguit dictum diſcurſum D. Thomæ: Exiſtentia non eſt aliquid additum ſuper eſſentiam actualem; ergo eſt aliquid propinquius eſſentiæ, multoque minus diſtinctum ab illa, quã ſit ſubſiſtentia.

Fecidum.

Satisfit argumẽto.

His argumentis, vt ſatisfiat, cõſiderandum eſt, rem, cui ſola primi modi, ſiue eſſentialia tantùm poſſunt attribui prædicata, ab ea neceſſariò realiter, intrinſecèq; differre, cui cuiuſq; generis poſſunt prædicata congruere; Prædicatorum enim in ſubiecto capacitas, & ad eadem repugnantia, cũ valde diuerſa ſint, & oppoſita, in diuerſas, & oppoſitas etiam radices ſeu rationes, aut cauſas, non quaſcunque, ſed rebus intrinſecas neceſſariò eſt reducenda; Nam, ſi qualitates, aut reſpectus tantùm aſsignentur extrinſeci, ideſt accidentales, de

Digitized by Google

illis eadem redibit quæſtio: cur hoc vni cõueniat, illud alteri, ſicque tandem ex intimis dictæ differentiæ radix erit eruenda. Cum itaque naturæ, vt natura eſt, ſola congruant eſſentialia, prædicata; ſuppoſitum verò, vt ſuppoſitum eſt, tam eſſentialia, quàm accidentalia prædicata ſuſcipiat, diſtingui neceſſe eſt à natura ſuppoſitum per aliquid illi intrinſecum, naturæ verò accidentaliter additũ; hoc autem nihil aliud eſt, quàm ſuppoſitalitas ſiue ſubſiſtentia, qua fit, conſtituiturque ſubſtantia per ſe ſeparatim ſubſiſtens; quæ nuncupatur hypoſtaſis, ſiue ſuppoſitum, cui ſoli conuenit eſſe, vt quod, cum tamen naturæ conueniat eſſe tantùm, vt qua, ſcilicet ſuppoſitum habet eſſe. Et hoc eſt, quod in allegato quolibeto S.D. intendit dicens: Cuicunque poteſt aliquid accidere, quod non ſit de ratione naturæ, in eo differre ſuppoſitum à natura; loquitur enim de potentia ex intrinſeca radice, ſiue cauſa procedente, & hoc idem inſinuat, aut ſupponit Philoſophi dictum in 7. Metaph. tex. 20. quamuis in cortice litteræ ſolam videatur D. Thomas extrinſecam differentiam agnoſcere.

Ad primũ. Ad primum igitur argumẽtum dico neutro modo proprie intelligendam eſſe maiorem illam Diui Thomæ: *Cuicunque, &c.* ſed tertio modo, ita ſcilicet vt differentia ſuppoſiti à natura poſita ſit in radice, ſiue cauſa aptitudinis ad recipiendum aliquid non exiſtens de ratione naturæ; quam tamen radicem indicat actualis accidentium in ſubiecto receptio, & eorum de illo prædicatio. Ad huius verò partis impugnationem negatur antecedẽs. Ad eius probationem negatur illatio; nam, & ſi ſubſtantia, & virtutes, ſiue potentiæ ſint perfectiones valdè diuerſæ, quia tamen potentiæ non attribuũtur naturæ, ſiue quidditati, vt quidditas eſt, dicuntur autem de ſubſiſtente, vt ſubſiſtens, idcircò neceſſe eſt ſubſiſtentiam, qua ſuppoſitum in eſſe ſubſiſtentis formaliter conſtituitur, eſſe realiter à natura diſtinctam, vt amplius patebit ex dicendis.

Ad confirmationem. Ad confirmationem negatur aſſumptum. Ad eius probationem ex D. Thoma, dico non eſſe ſimile, quod affertur pro ſimili; ná immateriales ſubſiſtentiæ hoc ipſo, quod à materia naturaliter ſunt abſtractæ, nullo prorſus indigent limitatiuo, ſeu contractiuo naturæ; ſed ex ſemetipſa natura ſtatim eſt hęc; & vna numero: adeò vt immaterialem naturam numero multiplicari ſit contradictio; materiales verò ſubſtantiæ, ſicut materiam intimè claudunt, ita per eius multiplicem diuiſionem numero multiplicantur: His autem duobus naturarum generibus, ſiue gradibus in rebus creatis, aut creabilibus nullus eſſe, cogitariue põt altior; vt eſſe cogitariue poſſe arbitratur Suarez; cuius oppoſitum ſatis ſupra oſtendimus cum D. Thom. Caietano, & alijs.

Ad ſecũdũ. Ad ſecundum argumentum negatur aſſumptũ; de quo videnda ſunt, quæ diximus quæſt. 3. art. 4.

Ad prioris etiam argumenti confutationem, & D. Thom. ampliorem intelligentiam doctrinæ, mentiſq; D. Thomæ, notanda eſt eiuſdem S. Doct. explicatio in dicto quolib. 2. quæſt. 2. artic. 4. ad primum; vbi ait non ſolùm in compoſitis ex materia, & forma, ſed etiam in ſubſtantijs ſpiritualibus inueniri aliquod accidens præter eſſentiam ipſius ſpeciei, diuerſa tamen ratione. *Dupliciter enim* (inquit) *accipitur aliquid, vt accidens præter rationem rei: vno modo, quia non cadit in definitione ſignificante eſſentiam rei, ſed tamen eſt deſignatiuum, vel determinatiuum alicuius eſſentialium principiorum; ſicut rationale accidit animali, vt potè præter definitionem eius exiſtens, & tamen eſt determinatiuum eſſentiæ animalis; vnde eſt eſſentiale homini, & de ratione eius exiſtens. Alio modo accidit aliquid alicui; quia non eſt de eius definitione, nec eſt determinatiuum alicuius eſſentialium principiorum: ſicut calidum accidit homini. His ergo, quæ ſunt cõpoſita ex materia, & forma accidit aliquid præter rationem ſpeciei exiſtens vtroque modo cum enim de ratione ſpeciei humanæ ſit, quod componatur ex anima, & corpore, determinatio corporis, & animæ eſt præter rationem ſpeciei, & accidit homini, inquantùm eſt homo, quod ſit ex hac anima, & ex hoc corpore, ſed hoc cõuenit per ſe huic homini, de cuius ratione eſſet, ſi definiretur, quod eſſet ex hac anima, & ex hoc corpore: ſicut de ratione hominis communis eſt, quod ſit ex anima, & corpore. Accidunt etiam compoſitis ex materia, & forma præter rationem ſpeciei multa alia: quæ non ſunt determinatiua eſſentialium principiorum: Subſtantijs verò immaterialibus creatis accidunt quidem aliqua præter rationem ſpeciei: quæ non ſunt determinatiua eſſentialium principiorum vt dictum eſt: non tamen accidũt eis aliqua, quæ ſunt determinatiua eſſentiæ ſpeciei: quia ipſa natura ſpeciei non individuatur per materiã, ſed per ſe ipſam, ex hoc, quod talis forma non eſt nata recipi in aliqua materia, vnde per ſe ipſam non eſt multiplicabilis, neque prædicabilis de pluribus: ſed quia non eſt ſuum eſſe accidit ei præter rationem ſpeciei, ſcilicet ipſum eſſe, & alia quædam; quæ attribuuntur ſuppoſito, & non naturæ: propter quod ſuppoſitum in eis non eſt omninò idem cum natura.* Hæc ibi Diuus Thom. Ex quibus facilè eſt interpretari cætera eiuſdem, & Ariſt. dicta ſupra notata de differentia inter materiales ſubſtantias, & abſtractas quoad identitatem, vel diſtinctionem naturæ à ſuppoſito; hoc .n. ſolùm intendit, videlicet in ſeparatis à materia non diſtingui ſuppoſitum à natura ideſt, quidditate, per aliquid deſignatiuum, ſiue determinatiũ naturæ; quo fiat ex cõmuni ſingularis, ſicut in reb. euenit ex materia, formaq; compoſitis; quamuis etiam in abſtractis à materia ſubſtantijs diſtinguatur realiter non extrinſecè tantùm, ſed etiam intrinſecè ſuppoſitum à natura, ſcilicet per proprium ſuppoſiti conſtitutiuum; quod naturæ deſignatiuum non eſt, ſed completiuum.

1 concilia tio.

Cur autem in dictis locis Ariſtot. & S. D. in aſſignãda diſtinctione ſuppoſiti à natura ad ſolum reſpexerint naturæ deſignatiuum, ait Caietanus in cauſa fuiſſe, quod hominum ingenia in perſcrutandis ſubtilitatibus diſtinctionis naturæ ſingularis, & ſuppoſiti, minimè tunc fuiſſent exercitata, ſed huic ſpeculationi Sanctæ Trinitatis, & Incarnationis myſteria diuinitus reuelata materiam præbuiſſe. In eodem ſenſu iam dicto accipienda ſunt antiquiorum dicta Thomiſtarum ſcilicet Capreoli, Iauelli, & aliorum; à quibus non diſſentit Petrus

Caietanus

Capreol. Iauellus.

Ber-

Bergomē. Bergomenſis author aureæ Tabulæ, dub. 114. vbi pluribus diſtinctionibus minimè neceſſarijs prædicta D Thomæ pronunciata conciliat, eiuſq; doctrinam ex parte ferè ad verbum ſequutus eſt Caietanus ſupra quæſt. 3. art. 3.

Planius conciliantur diuerſa tam D. Thomæ, quàm Ariſtot. dicta de identitate, & diuerſitate naturæ, & ſuppoſiti.

AD planiorem autem verborum Ariſtotelis, ac Sancti Doctoris intelligentiam, conſiderandum eſt primò nominibus naturæ vniuerſaliter, ſiue abſolutè ſumptæ, & quodquid eſt idem ſignificari realiter, ac formaliter ſaltem explicitè; idem enim ſunt humana natura, & quodquid eſt hominis. Poteſt autem humana natura dupliciter ſignificari, ſcilicet in abſtracto, & Metaphyſicè nomine humanitatis, & in concreto, ac Logicè per definitionem dicendo animal rationale; in quo ſaltem implicitè continentur principia indiuiduantia ſicut in ſignificato cuiuslibet concreti materialis; & vtroque modo eſt idem cum quodquid eſt; ſumpta tamen natura in rebus materialibus ſingulariter, vt hæc humanitas, differt realiter à quodquid eſt per inclusa principia indiuiduantia. His verò nominibus, ſcilicet ſuppoſitum, & id cuius quidditas eſt, non ſemper idem ſignificatur; Suppoſitum enim proprie rem ſingulariter ſubſiſtentem: id autem cuius eſt quidditas rem ſignificat quidditati ſubiectam, ſiue ſit, & intelligatur vt ſingulariter ſubſiſtens, vt Sortes, & Plato, ſiue concipiatur vniuerſaliter, ac veluti ſpecies, vt homo? non ſolùm enim Sorti, ac ſingulari cuilibet ineſt humana natura, vel animal rationale, ſed etiã homini; cui ſoli proprie, ac per ſe primò conuenit eſſe animal rationale; quamuis negandum non ſit hominem, prout ſuppoſitionem habet indiſtinctã pro ſingulis humanæ naturæ ſuppoſitis, quadam ratione ſuppoſitum dici poſſe; vt colligitur ex Dicto Thom. ſupra quæſt. 3. art. 3. quod etiam ibi addertit, & probat Bannes.

D. Thom. Bannes

Secundò obſeruandum eſt ex D. Thoma 7. Metaph. tex. 41. duplicitèr quæri poſſe, an quodquid eſt ſit idem cum eo cuius eſt, ac dupliciter etiam poſſe reſponderi, ſcilicet Logicè, & Phyſicè, ſeu ètiam Metaphyſicè: Sumitur autem id cuius eſt Logicè, cum vniuerſaliter, ſeu ſpecificè ſumitur; Metaphyſicè autem accipitur, cum eius nomine ſuppoſitũ intelligimus; vt enim ait S. Doct. in dicto tex. 41. quodquid erat eſſe eſt id, quod ſignificat definitio; quæ non indiuiduis, ſed ſpeciebus tantùm aſſignatur; atque ideo materia ſignata, quæ principiũ eſt indiuiduationis, nec definitionem ingreditur, neque ad id, quod eſt quodquid erat eſſe pertinet. Et quia ſpecies in rerum natura nullum habet eſſe, niſi in indiuiduo, neceſſe eſt quamlibet rem naturæ, ſi materiam habeat, quæ eſt pars ſpeciei, ac proinde quæ pertinet ad quod quid eſt: vt materiã etiam includat ſignatam, ſiue indiuidualem minimè pertinentem ad quod quid eſt; quo fit, vt nulla res naturæ materiam habens ſit ipſum quod quid eſt, ſed ſit habens illud; ſicut Petrus non eſt humanitas, ſed humanitatem habens; igitur, ſi dari poſſet in rebus homo conſtans ex anima, & corpore, non autem ex hac anima, & hoc corpore, licèt haberet materiam, idem eſſet quod ſuum quodquid erat eſſe: Quamuis autem in rerum natura ſine materia ſignata, & præter ſingularia non ſit homo ſubſiſtens, ratione tamen abſtrahente concipitur abſque tali materia; ſic verò rem concipere naturam habentem, logici proprium eſt.

2 concilia tio.

Cum itaque Philoſophus in 7. Metaphy. tex. 21. de quod quid erat eſſe logicè differat, illud affirmat in omnibus idem eſſe cum eo cuius eſt, præterquam in ijs, quæ dicuntur per accidens; in textu verò 41. vbi ad principia naturalia deſcendit, quæ ſunt materia, & forma; quorum non eſt idem eſſendi modus in re communiter accepta, atque in ſingulariter ſubſiſtente, negat idẽ eſſe quod quid eſt in ſubſtantijs materialibus cum eo, cuius eſt; ſolaſque ſubſiſtentes ſine materia formas idẽ eſſe quod ſuum quodquid erat eſſe pronuntiat. Hæc verò phyſica, ſiue potius Metaphyſica eſt quidditatis, & eius, cuius eſt quidditas conſideratio. Ariſt.

Ex ijs elucet alia verborum Ariſtot. & S. Doct. intelligentia; Cum enim affirmãt in ijs ſolùm, quæ dicuntur per ſe, idem eſſe quodquid erat eſſe, & id cuius eſt, formaliter, ac præciſè accipiendum eſt de ijs, quæ per ſe in primo modo ſimpliciter inſũt habenti quidditatem; ita vt quo ad hæc tantùm ſit idem quod ſua quidditas; ſicque non tantùm homo, ſed etiam Sortes erit ſua quidditas; Licèt enim de ratione Sortis, vt hic homo eſt, ſit hæc materia ſignata, non tamen ei per ſe ſimpliciter conuenit; id enim ſolùm per ſe ſimpliciter ineſt, quod vniuerſale eſt; vt patet ex Ariſt. 1. Poſter. dicente id prædicari per ſe in primo modo, quod eſt definitio, aut pars definitionis; hæc verò vniuerſalia ſũt. Et quamuis Sortes, vel hic homo ſit quidditatẽ habens, ſeu id, cuius eſt quidditas, magis tamen proprie, ac formaliter dicitur illud quidditatem habens, cui per ſe primò quidditas conuenit; conſtat autem quidditatem, ſiue concretè, ſiue abſtractè conceptam per ſe primò conuenire ſpeciei, & eius participatione ad indiuidua deriuari; hominem enim quatenus homo eſt, per ſe primò conuenit humanitas, & animal rationale, & per hominem Sorti, ac cæteris humanæ ſpeciei ſingularibus; igitur Sorti conuenit quidditas hominis, quatenus Sortes homo eſt. 3. cõciliatio.

Neque tamen negãdum eſt ſuppoſitum eſſe proprie quidditatem habens, vt per ſe primò ſubſiſtens; vt patet ex ſupradictis quæſt. 39. art. 4. & 5. ſed proprium, vt diximus, ac per ſe primò ſpecificæ quidditatis ſubiectum, cui ſcilicet adæquatè, & vniuerſaliter ineſt, ſola ſpecies eſt. Et ex his videtur explicari facilè poſſe diſcurſus D. Tho. ſup. notatus ex quolibeto 2. intelligendus eſt enim de ſuppoſito quatenus non ſolùm habet ea, quæ de illo per ſe, ſed etiam illa, quæ de illo per accidens prædicantur; qualia ſunt accidentia, & exiſtentia; ſic enim à quidditate diſtinguitur; cui non niſi per ſe dicta conueniunt.

Et quamuis ſubſiſtentia ſuppoſito congruat, vt

intrinseca, non est tamen prædicatum per se simpliciter, sicut nec materia signata respectu Sortis: loquimur enim de subsistentia in actu exercito, prout huic suppositio conuenit; actualiter existenti; sic enim vniuersale prædicatum non est.

Capreol. Et hac fortè ratione Capreolus, & alij supra notati solam in Angelis agnoscunt extrinsecam differentiam inter suppositum, & naturam, quos sequutus est Caietanus supra quæst. 3. art. 3. vbi etiã nõ distinguens inter subsistere, & existere sic ait: *In substantijs separatis suppositum à natura differt extrinsecè: quia suppositum vt sic, includit subsistere: quod est esse per se, non intrinsecè, sed quodammodo quasi vt proprium actum, ad quem quodammodo deberet definiri, si definiretur, natura autem non*, cuius oppositum expresè docet tertia par. q. 4. art. 2.

caietanus

4. Cõcilia tio. Ad maiorem autem dictorum intelligentiã scito existentiam, & accidentia omnia, etiam individuantia quadam ratione prius conuenire naturæ, simpliciter autem prius inesse supposito; Est enim natura formale principium existentiæ, & ad eam ordinem habet transcendentem: quantitas autẽ, & situs, siue ordo partium prius naturam determinant, vt sit hæc, quàm suppositalitatis complemento terminetur: proprietates etiam tam genericæ, quàm specificæ ex ipsa natura, vt formali, & quasi effectiuo principio, vt lux à Solis natura, resultant. Sed quia suppositum prima substantia est, quæ propriè, principaliter, & maximè substantia dicitur, ac prædicatis omnibus subijcitur, & accidentia sustinet vniuersa, vt ait Philosophus in prædicamentis: idcirco suppositum est proprium, per se primò, ac immediatum existentiæ, & accidentium subiectum; natura verò quasi mediatum, & secundarium; fit enim media suppositalitate, siue subsistentia natura capax existentiæ, & cæterorũ consequenter accidentium, quæ simpliciter dictã, siue substantialem existentiam præsupponunt.

Arist.

Et ob hanc causam sæpiùs affirmat S.D. suppositum à natura distingui per existentiam, & accidentia in eo veluti in subiecto recepta, & naturæ superaddita, quæ tamẽ differentia non est prima, sed aliam indicat priorem, quę est per subsistentiã supposito propriam.

5. Conciliatio. Tertiò considerandum est, supposito posse naturam dupliciter comparari: Vno modo vniuersaliter, siue absolutè conceptã, & significatam; vt cũ humanitas absolutè sumpta Sorti comparatur: Alio modo singulariter acceptam; vt cum hæc humanitas individua huic supposito comparatur, quod est Sortes.

Arist. S. Thom. De distinctione suppositi, & naturæ vniuersaliter, vel absolutè sumptæ differunt Arist. & D. Tho. locis supra notatis; vbi negant in separatis à materia suppositum à natura distingui; quia scilicet in eis suppositum nullum addit naturæ limitationũ; quo natura absolutè sumpta determinetur, & fiat hæc; cum quælibet forma subsistens hoc ipso, quod est naturaliter à materia diuincta, sit hæc, & individua. Controuersia verò hæc nostra est de natura singulariter sumpta, an, & quomodo distinguatur à supposito; exempli gratia, per quid distinguatur

A hæc humanitas Sortis à Sorte, & hæc natura Gabrielis Angeli à Gabriele. Iam autem diximus ſm mentem D. Tho. & Caietani, suppositum in omnibus substantijs à singulari sua natura distingui p realitatem quandam intrinsecam ipsius suppositi constitutiuam. Ad cuius euidentiam præmittenda est suppositi definitio, qua realitas illa nobis eluceat, per quam suppositum à natura distinguitur.

Affertur suppositi, & subsistentiæ definitio latissimè declarata.

Caietan. B Est autem suppositi definitio supra notata ex Caietano quæst. 3. art. 3. contr. vnica; Suppositum est substantia, completa, individua, subsistens, incommunicabiliter; cuius singulas particulas ibi declarauimus. Communis est hęc definitio creato, & increato supposito; propter quod apposita est illa particula postrema: *incommunicabiliter* ob diuinam essentiam; quæ suppositum non est; cũ tamen illi per se primò congruat subsistentia; in definitione verò creati suppositi, cui soli, ac per se primo conuenit subsistentia, particula illa necessaria non est. Præsens igitur difficultas in eo præcipuè posita est, vt explicetur subsistentię ratio, quã addit naturæ suppositum, & qualis sit eius ad naturam hanc singularem, & ad suppositum ipsum, & ad existentiam habitudo. Diximus autem sup. quæst. 29. art. 4. contr. 1. nomine subsistentiæ abstractè sumptæ, quomodo nunc de ea loquimur, significari rationem subsistendi. Cuius definitionem, siue descriptionem assignare possumus ex Caietano tertia par. q. 4. art. 2. Subsistentia est realitas intrinsecè constitutiua subsistentis, siue suppositi, vt sic, tanquam terminus vltimus, ac vt sic purus, naturæ substantiæ.

C Subsistentiæ definitio.

D Dicitur realitas, vt excludantur opiniones Henrici Durandi, & Scoti, ac omnium asserentium suppositum à natura distingui solo modo concipiendi, aut illi nihil nisi negationem vnam, aut plures adiungere. Probatur autem subsistentiam esse realitatem. Primò: Quia persona significat id, quod est perfectissimum in tota natura, ob eam causã, quia significat subsistens in rationali natura, vt habetur ex D. S. supra quæst. 29. art. 3. igitur subsistentia ad complementum, & perfectionẽ naturæ pertinet, quæ nisi per seipsam in rerum natura subsistat, perfecta non est, vt ibidem aduertit Caietanus; ergo subsistentia realitas quædam est. Probatur consequentia: Quia negatio, aut ens rationis formaliter nullius rei perfectio est.

D. Thom. Caietanus

E Secundò probatur eadem pars argumento Caietani. Constitutiuum rei in hoc, quod est esse per se primò susceptiuum entitatis realis, oportet esse realitatem aliquam, sed subsistentia est constitutiua suppositi in hoc, quod sit susceptiuum entis realis; ergo. Maior probatur: Quia negatio, aut ens rationis formaliter non potest esse constitutiuum subiecti entitatis realis; subiectum enim entitatis, vt sic, purum ens reale est; negatio verò formaliter nihil est, ens autem rationis in re non est; igitur ex neutro potest rei conferri capacitas, & constitui subiectum entitatis realis. Minor autem pro-

probatur: Quia hic homo in hoc differt ab hac humanitate, quod claudit in se aliquid, quo est per se primò susceptiuus entitatis realis repugnantis huic humanitati; ergo claudit in se realitatem cõstitutiuam in esse, quo differt ab hac humanitate: sed non differt nisi in esse personali, quo hic homo est hypostasis, siue persona, humanitas non; ergo subsistentia, siue personalitas huius hominis addit super hanc humanitatem aliquam realitatem intrinsecè cõstitutiuam personæ humanæ ad hoc, vt sit susceptiua entis realis.

A

Antecedens latè probatur à Caietano ex duob. dictis D. Thomæ: Primum est in tertia parte, q. 17. art. 2. vbi statuit differentiam inter suppositum, & naturam; quod suppositum est primum subiectum actus essendi in rerum natura in actu exercito, natura verò minimè; sic enim ait: *Esse pertinet ad naturam, & ad hypostasim; ad hypostasim quidem, sicut ad id, quod habet esse; ad naturam autem, sicut ad id, quo aliquid habet esse.* Et in responsione ad primũ: *Esse consequitur naturam, non sicut habentem esse, sed qua aliquid est, personam autem, siue hypostasim, sicut habentem esse.* Secundum est in eodem lib. q. 35. artic. 5. vbi docet suppositum esse subiectum filiationis realis, non autem naturam, eius verba sunt: *Sed quia subiectum filiationis non est natura, aut pars naturæ, sed solùm persona, vel hypostasis, in Christo autem non est persona, vel hypostasis nisi æterna; non potest in Christo esse aliqua filiatio, nisi quæ sit in hypostasi æterna.* Et in responsione ad primum: *Naturitas* (inquit) *temporalis causaret in Christo temporalem filiationem realem, si esset ibi subiectum huiusmodi filiationis capax.* Et infra: *Natura autem humana nullo modo potest esse subiectum filiationis: quia hæc relatio directè respicit personam.* Discursum hunc explicat latè Caietanus, & post eum Medina, Bannes, Zumellus, & alij recentiores Thomistæ.

B

Sed quoniam vtrunque dictum negant extranei, duas asserentes in Christo filiationes, & totidem existentias, ideo Caietanus aduertit hoc argumento probari non absolutè, sed secundùm D. Thomæ doctrinam distingui realiter suppositum à natura: Quapropter idem expositor eãdem probat veritatem pluribus alijs ex diuina Theologia, & ratione naturali, ac Metaphysica petitis argumentis, quibus passim vtuntur iuniores prædicti. Ad eiusdem particulæ probationem multa congerunt argumenta Zumellus, Fonseca, Suarez, & Vasquez, locis supra notatis, quibus Henrici, Scoti, Durandi, & sequacium sententiam impugnant: Ex quibus Fonseca discursum approbat Caietani supra notatum, dicens veram esse eius sententiam: quatenus ait suppositalitates esse positiua quædã sub existentia suppositorum latentia, quæ sint pars terminni naturarum, quæ suppositatæ sunt; sine quibus illæ salvè naturaliter existere non possunt: sed in eo sibi Caietani sententiam non probari, quod ait suppositum addere naturæ singulari aliquid ab ea realiter distinctum, nec fundamenta ex D. Thoma delumpta realem distinctionem inter illa concludere, nisi realis distinctionis nomine intelligatur sola distinctio ex natura rei, quod

C

Caietanus minimè vult. Vasquez autem, & Suarez negant vllam esse potentiam propriè receptiuam, aut susceptiuam existentiæ dicentes existentiæ respondere tantùm potentiam obiectiuam, & vnamquamque essentiam creatam, vel creabilem esse per se ipsam capacem propriæ, & proportionatæ existentiæ, & suppositum non oportere intelligi esse id, quod est vt subiectum existentiæ, sed vt constitutum per existentiam completam, & vndique terminatam, seu vt habens existentiam terminatam per subsistentiam: cuius opinionis author primus videtur fuisse Zumellus super hoc articulo in dicta sua quæst. 2. Eorum argumenta producentur, & soluentur inferius. Secunda descriptionis particula est: *intrinsecè constitutiua subsistentis, siue suppositi, vt sic.*

D

Hæc patet primo ex quid nominis subsistentiæ; iam enim diximus esse rationem subsistendi, igitur est quo aliud, nimirum subsistens, siue suppositum subsistit; ergo proprium est illius constitutiuum. Secundò probatur hæc pars illis omnibus argumentis, quibus probat Caietanus subsistentiam esse realitatem, & præsertim ijs, quæ desumpta sunt ex Arist. 5. Metaphys. in c. de substantia, & in prædicamentis, & ex communi hominum confessione de significato formali vocum hypostasis, suppositi, & personæ, & nominum significantium in concreto naturas cum præiunctis pronominibus, vt hic homo, hic leo, & pronominum demonstratiuorum personaliter, vt ego, tu, ille, quæ substantiam formaliter, & modum eius intrinsecum omnes significare confitentur; quod idem affirmant authores, & expositores prædicti, vno excepto Zumello; qui supra quæst. 3. art. 3. in sua quæstione ad illum articulum, in probatione quintæ conclusionis ait personalitatem absolutè loquendo non esse de intrinseca ratione personæ, sed reduplicatiuè tantùm, & in sensu formali quatenus, scilicet persona est. Tertia particula est: *tanquam terminus.*

E

Hanc probat Caietanus, quia naturam personari est naturam terminari, & personare naturam est eam terminare, ergo: Probatur antecedens dupliciter: Primò: Quia naturam humanam in Christo ideo per Verbum dicimus personari, quia per eius personam terminatur. Secundò probatur ex ijs, quæ nobis perspicua sunt in naturalibus substantijs homogeneis; in quibus ex sola diuisione conspicimus diuersorum entia prædicamẽtorum absque aliquo generante simul actu fieri; vt patet in ligni, vel aquæ diuisione, qua parti cuilibet nouus acquiritur terminus in genere quantitatis, & noua relatio totalitatis, & nouum esse actualis existentiæ: & noua hypostasis, seu substantia prima; vt explicat eruditè, & cumulatè Caietanus; Vbi aduertè subsistentiam terminando naturam constituere substantiam cum eo essendi modo; quem exprimimus per hoc, quod est esse per se separatim, ita, scilicet vt ei repugnet in alio esse, non solùm vt accidens in subiecto, sed etiam vt pars, vel quasi pars in toto, siue vt quo in quod.

Cum autem talis substantiæ modus, nimirum perfecta totalitas sit manifestè prior existentia; quæ

D. Thom. — Vasqu. & Suarez contra Caiet. — Zumellus — 2. parte. — Caietanus Arist. — Zumellus singularis — 3 partic. ca[illegible]

caietanus Medina Bannes Zumell. — Fonseca, Suarez, Vasquez, Fölec. contra Caiet.

quæ solis ijs propriè substantijs tantùm cõuenit, quæ cæterarum partes minimè sunt, sed in suiper fecta totalitate consistunt; nullus sanè mentis negare poterit distingui realiter, saltem metaphysicè subsistẽtiam ab existentia, aut, quod peius est, affirmare subsistentiam modum esse existentiæ; & ea posteriorem. Priùs enim necesse est rei naturã in sui constitui complemento, quàm actuetur existentia; quæ rei completæ dumtaxat, & rationem habentis cuiusdam totius propria est actualitas: in hoc enim homine, puta Socrate existente id, q denominatur existens, est quoddam totum adeo perfectum in ratione totalitatis, vt nullius rei secundùm rem, aut secundùm modum pars esse possit; igitur subiectum existentiæ proprium non est essentia, siue natura; quoniam hæc pars est formalis hãbentis naturam; igitur est habens naturã: hoc verò nil aliud est, quam subsistens in ipsa natura, siue suppositum: Nec dici potest, id esse totũ compositum ex natura, & existẽtia, implicat enim manifestè subiectum formæ, aut actualitatis per ipsam formam, aut actualitatem in eo recipiendã constitui; præsertim secundùm eam rationem formaliter, secundùm quam in eo recipitur; Non igitur potest ex natura, & existentia constitui res, q denominatur existens ab existentia in ea recepta; sicut non potest ex niue, & albedine constitui subiectum albedinis, aut ex substantia, & quanto constitui subiectum quãtitatis. Quarta particula est. *Vltimus*. Probatur: Quia natura etiam individua vltimò terminata non est, nisi personetur, & postquam fuerit personata, terminabilis vltra non est, saltem naturaliter, aut intensiuè; vt fides indicat in humanitate Christi, cui, cum secundum se deesset vltimi termini complementum, posteq; proprium, vel diuina personalitate terminari, Verbi diuini fuit personalitate terminata, & in quodam essendi complemento, siue modo essendi completo constitu a, quod apertè significat S.D. in 3. sententiarum dist. 5. q. 3. art. 3. dicens: *Quod assumitur trahitur ad aliquid completius: ipsum incompletum existens, & hoc ist* (inquit) *contra rationem personæ, quæ maximam completionem importat*: Est igitur incompleta singularis natura sine personalitate, siue subsistentia; cum ea verò, vel ex ea formaliter sui supremum habet complementum; quod nihil aliud est, quàm subsistentiam, siue personalitatem vltimum esse naturæ terminum; quomodo diximus totius homogenei partes sola diuisione nouum acquirere terminum, non solùm de genere quantitatis, sed etiam de genere substantiæ, vt dicemus, ac per hoc formaliter totalitatem, & completionem accipere; qua vere sint hypostases, seu primæ substantiæ, quibus conuenit existere separatim; vt explicat accuratè Caietanus loco superius allegato: Propter quod S. Tho. in dicto art. 3. sent. ad 3. ait, si Verbum assumptam dimitteret humanitatem, separationem vtrique partium daturam totalitatẽ; constat autem in eo casu humanam Christi naturam propria fore personalitate, siue subsistentia terminandam; idem igitur sunt naturę totalitas, & complementum, cum vtrumque vltima termi-

A natione consumetur. Quinta particula est, *vt sic purus*. Probatur: Quia terminare, vt terminare, nullam dicit causalitatem, ac proinde subsistentia, siue personalitas nullam habet respectu naturæ terminatæ causalitatis habitudinem; sicut nec punctus, quo linea terminatur, eius causa est in aliquo genere causæ; cuius oppositum falsò docet Zumellus supra quæst. 3. art. 3. in probatione suæ sextæ conclusionis, affirmans personalitatem habere non nihil causalitatis respectu eiusdem naturæ; eo quod sit triplex munus personalitatis in ordine ad naturam. Primum est terminare dependẽtiam naturæ. Secundum est conseruare eandem naturam. Tertium est, eam actuare. Falsum est enim primò personalitati conuenire causalitatem respectu naturæ; alioquin diuini Verbi personalitas humanam in Christo naturam terminando causalitatem aliquam in eam exerceret; quod adeò absurdum est, vt vnionis mysterium destruat personalis. Peto namq; cuius nam generis causæ sit hæc causalitas; nam, si materialis esse respondeas, obstat infinita diuinæ dignitas personalitatis; Si verò ad formalis causę genus attinere pronunties, & hoc cum summa pugnat hypostasis diuinæ perfectione, cui nullius rei conuenit esse partem, actum, aut modum; cum horum omnium ratio imperfectionem claudat intrinsecè; vt probat S. D. supra q. 3. art. vltimo, & in primo cont. gent. cap. 26. & 27. Quod si ad efficientis, aut finalis causæ genus alteras pertinere, cum hæ tribus sint communes in Trinitate personis, eisdem etiam communis erit vnio personalis cum humana natura. Et ex his patet etiam falsò diuinæ tribui personalitati munus conseruandi, & actuandi naturam; illud enim ad efficientem, hoc ad formalem causam pertinet: Et quamuis formaliter loquendo verè dici possit diuina personalitas terminare dependentiam humanæ naturæ; eo, scilicet modo, quo punctum lineæ dependentiam ab eo, veluti termino formaliter dicitur terminare; si tamen nomine dependentiæ causalitatem aliquam intelligamus in personalitate respectu naturæ, negandum omninò est personalitatem, siue creatam, siue increatã terminare naturæ dependentiam.

1. partic.

Zum. dictũ reijcitur.

B

C

D

Explicatur, & probatur Sexta particula, & ostenditur subsistentiam non esse complementum existentię, sed naturę contra Vasquezium, Suarezium, & Zumellũ.

E

VLtima particula est, *naturæ substantiæ*, per quã excluditur figmentum Vasquezij, & Suarezij, ex Zumello deductum, & genus designatur, ad quod reduci debet subsistentia, aut personalitas. Dicunt enim authores prædicti personalitatem ad hoc aduenire naturæ; vt illi det vltimum complementum in ratione existentiæ, vel vt existentiã eius compleat in ratione subsistentiæ; ita vt personalitas non sit propriè terminus, aut modus naturæ secundùm esse essentiæ, sed secundùm esse existentiæ ipsius naturę; nam existere (inquit Suarez) ex se solum dicit habere entitatem extra causas, seu in rerum natura; atque ideo de se indifferens est ad modum existendi, imitando alteri, vt sustentanti;

4. partic.

S. Thomas

Caietan. S. Thom.

Digitized by Google

tanti;& ad modum exiſtendi per ſe,ſine dependé A teſtihunc itaq; ſubſtantiæ modum hypoſtaſis conſtitutiuum,naturæq; completiuum terminum appellamus intrinſecum.

tia ab aliquo ſuſtentante ; At verò ſubſiſtere dicit determinatum modum exiſtendi per ſe,& ſine dependentia à ſuſtentante;vnde illi opponitur inexiſtere,vel ineſſe; Igitur quandiu exiſtentia non eſt terminata per modum exiſtẽdi in ſe,& per ſe, adhuc eſt incompleta,& in ſtatu quaſi potentiali; & ideo,vt ſic non poteſt habere rationem ſubſiſtentiæ;tunc igitur exiſtentia naturæ ſubſtãtialis, erit completè terminata, quando fuerit affecta modo exiſtendi per ſe; hic ergo modus complet rationẽ exiſtentiæ creatæ;Hæc Suarez in dicta diſput. 34. ſect. 4.num.24.

Quæ licèt effigiem præſeferant probabilita- B tis,vacua tamen ſunt intùs debita ſoliditate veritatis.In primis enim hic abutitur manifeſtè Suarez vocabulo termini,& complementi; modum.n. ſeu differentiam exiſtentiæ communiter ſumptæ diſtinctiuam,& determinatiuam, terminum , & complementum eius appellat ; quo modo generis differentiæ ipſum ad ſpecies determinãtes,& modi quilibet entis diuiſiui poſſent eius termini , & complementa nuncupari.Nunc autem de termino loquimur ad eiuſdem naturæ, non ſolùm ſpecificæ,ſed etiam numericæ, cuius terminus eſt , rationem ſaltem reductiuè pertinentem, quem aſſerimus eſſe naturæ complementum, quoniam ipsã C in quadam totalitate,perfectioneq; conſtituit;ſicut pũctus lineam terminat,& linea ſuperficiem , non vt differentia,vel modus communem genericè,aut analogicæ rationem diſtinguens,& ad vnũ formaliter determinans , ſed vt vltimum eiuſdem ſpecie,ac numero rei,puta lineæ,vel ſuperficiei cõplementum ad ipſius rei completæ ſpeciem pertinens;tametſi verum ſit ſubſtãtiam diuidi in eſſentiam,& ſubſtantiam primam, ſiue hypoſtaſim, p duos eſſendi modos;qui ſunt eſſe per ſe,hoc eſt nõ in alio,ſicut accidens in ſubiecto;per quem modũ conſtituitur eſſentia,& eſſe per ſe ſeparatim;quod eſt in alio eſſe non poſſe, ſicut quo in quod, ſiue vt D pars,aut quaſi pars in toto;per quem modum conſtituitur hypoſtaſis,vt ante diximus; Hoc enim nihil obſtat propoſito , cum hic modus ſubſtantiæ primę conſtitutiuus,ita diſtinguat naturam à ſuppoſito,vt ſit ipſius naturæ terminus, & complemẽtum;ac proinde ad terminatæ,completæq; per ipſum naturæ ſpeciem reducatur.

Deinde quoduis individuũ, ſiue ſingulare ſubſtantiæ ante omnem exiſtentiæ conſiderationem ſibi totalitatis vendicat complementum;priùs .n. ac intimiùs rei conuenit ratio totius,aut partis, q̃ exiſtentia:natura verò non ſolùm vniuerſaliter , ſed etiam individuè ſumpta per ſe ipſam incompleta eſt : cum ſit veluti forma, ſiue pars formalis ſubſtantiæ primæ,vel hypoſtaſis,cui ſoli conuenit totalitas ſubſtantialis.

Quam differentiam naturæ,ſcilicet, & hypoſtaſis Theologi cum Metaphyſicis exprimunt dicentes,naturam habere rationem quo , ſuppoſitũ habere rationem quod; quia,ſcilicet nec ineſt alteri, vt accidens,aut forma partis, vel totius, ſicut natura,nec quouis modo rationem partis habere poſſ

Patet euidẽter quod diximus,in humana Chriſti natura , quæ in eo pars eſt perſonæ compoſitæ ex ipſa creata natura,& diuino ſuppoſito , à quo terminatur,& ipſa terminatione completur , vt exiſtat:cum ſoli completæ ſubſtantiæ propriè congruat exiſtentia;igitur ſubſiſtentia non eſt exiſtẽtiæ complementum,neque exiſtentia completa,vt aiunt Suarez,& Vaſquez, ſed eſt immediatus naturæ terminus,eiuſque naturale complementum , vt eo completa natura,& in quadam totalitate cõſtituta ſit exiſtentiæ capax: quæ præcisè ſumpta nulla ratione in ſe ipſa poſſet exiſtere.

Ad cuius ampliorem intelligentiam aduertendum eſt,prædictos duos eſſendi modos,hoc eſt nõ in alio,ſicut accidens in ſubiecto,& per ſe ſeparatim,dupliciter ſumi poſſe. Vno modo nominaliter:& ſic ad eſſentiam,ſeu naturam pertinent: cuius duplex eſt eſſendi modus non ſolum ratione , aut ex natura rei,ſed etiam reipſa diſtinctus ; alter fundans negationem tantùm eſſend' in alio , tanquam in ſubiecto;alter cui non ſolùm eſſe non conuenit in alio,vt in ſubiecto , ſed neque vt pars in toto,ſiue vt quo in quod ; hic enim eſſendi modus licèt in eſſentia,prout præcisè quidditas eſt , non claudatur , ad eam tamen maximè pertinet , prout eſt in ſui complemento ; cum ſcilicet per ſe ſubſiſtit; Subſiſtere namq; per proprium terminũ non diſtinguitur contra per ſe ſubſiſtere:quia terminus aliquid eſt terminati,& idem quodammodò cum illo,vt Caietanus aduertit; pertinet igitur hic eſſendi modus ad ens nominaliter ſumptum , non quomodocunque, ſed quatenus eſt in ſui complemento conſtitutum, priùs tamen natura ſeipſo vt exiſtente. Alio modo ſumi poſſunt modi prædicti participialiter,prout, ſcilicet ſpectant ad ens, qua ratione formaliter exiſtens eſt : & ſic non eſſe in alio,vt accidens in ſubiecto,nihil aliud eſt,quã non exiſtere in alio,vt accidens in ſubiecto,& eſſe per ſe ſeparatim idẽ eſt, quod exiſtere ſeparatim. Et ſicut exiſtentia naturæ ordine poſterior eſt eſſentia,& ex ea conſequitur, vt formali principio, ſic exiſtentiæ modi ſunt eodem ordine poſteriores modis eſſentiæ,& ad eos quaſi ad formalia ſua principia naturaliter conſequuntur. Et ex his aperitur latens æquiuocatio : quæ prædictos fefellit authores, qui tam primo , quàm ſecundo eſſendi modo vſi ſunt, vt vniuocè dicto exiſtimantes vtrumque modum prædictum ad ens participialiter tantùm pertinere . Sed fiet hæc veritas etiam euidentior ex dicendis.

Nota diſtinctionẽ.

Caietꝰ

E Supereſt explicandum id, quod indicat eadem poſtrema deſcriptionis particula,nimirum ſubſiſtentiam ad illud idẽ ſubſtantiæ genus,ſpeciemq; pertinere,cuius per eam natura terminatur ; hoc autem ex hucuſque dictis ſic facilè poteſt oſtendi: Ad illud genus,ſeu prædicamentum,& ad eam ſpeciem pertinent reductiuè intrinſeca rei principia,& propria eius conſtitutiua,& complementa, in quo directè res illa collocatur : At hypoſtaſis, ſiue

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

siue suppositum, quod in rationali natura persona est, directè ponitur in prædicamento substantiæ, & per subsistentiam constituitur, vt sit hypostasis; ergo subsistentia, quæ proprium eius constitutiuum est, ad idem attinet prædicamentum. Maiorem admittunt omnes Metaphysici, & patet inductiuè in materia, forma, differentijs, & partibus substantiæ materialis integralibus, in linea, & punctо, & similibus. Minor quo ad priorem partè euidens est; quoniam hypostasis idem est quod substantia prima; quæ propriè, principaliter, & maximè substantia est; vt ait Philosophus in prædicamentis. Quo ad secundam verò partem superius probata est.

Quæ sit habitudo, & distinctio subsistentiæ respectu naturæ, suppositi, & existentiæ; & quot modis differat compositio ex materia, & forma, & compositio ex natura, & supposito.

IAm verò qualis sit habitudo subsistentiæ ad naturam, suppositum, & existentiam, præsertim quo ad distinctionem, vel identitatem breuiter explicandum est; in hoc enim multos ex recentioribus habent Caietanus, & S. D. aduersos; qui tamen nec inter se cõsentiunt; vt patet ex dictis eorum in principio huius controuersiæ relatis. Summatim itaq; procedendo, ad primã huius postremæ dubitationis partem, dico subsistentiam realiter à natura distingui eo modo, quo terminus à re terminata distinguitur; sicut punctus à linea; Est enim entitas realiter ab ea distincta; sed quia terminus aliquid est rei terminatæ, (est enim punctus aliquid lineæ, sicut linea est aliquid superficiei per ipsam terminatæ,) idcirco idem quodammodo est terminus cum re terminata; atque ideo prima substantia, quę est hypostasis, siue suppositum dicitur non solùm per se subsistens, sed dicitur etiam per essentiam terminatam tamen, siue completam subsistens; quia scilicet terminus, quo constituitur prima substantia, siue suppositum in esse suppositi, ac proinde subsistentis, aliquid est naturæ terminatæ; Et ob eandem causam non est ea compositio, quę dicitur ex his inter terminum, & terminatum, & consequenter inter subsistentiã, & naturam, sed ea tantùm, quæ dicitur cum his; vt ait Caietanus 3. par. quæst. 2. art. 4. Et ideo substãtia prima, siue hypostasis non est alia substantia præter substantiam, ideſt naturam compositam ex materia, & forma; Nam, cum nihil addat suppositum supra singularem essentiam præter terminum, qui aliquid est ipsius naturæ singularis, non ponet in numerum suppositum cum natura composita, nec cũ natura simplici; Quo fit, vt diuisioni substantiæ in materiam, formam, & compositum, non sit addẽdum quartum membrum, nempè suppositum, tanquam à tertio distinctum, sed sit vel ut vnum cum eo computandum.

Caiet.

Ad quorum euidentiam explicanda est conuenientia, & differentia inter eam compositionem, quæ est ex materia, & forma, & eam quæ est ex natura, & supposito, siue ex natura, & subsistentia. Conueniunt enim in hoc, quod vtriusque compositionis extrema sunt in eodem genere; hominis enim materia, & forma, & ipsa essentia, quæ est humanitas, & eius subsistẽtia, siue personalitas, in vna, & eadẽ humana specie continentur: Sed octo sunt inter eas differentiæ. Prima est, quod materia, & forma; quæ primæ sunt compositionis extrema, sunt substantiæ partes, nec directè sunt in genere substantiæ, sed reductiuè tantùm; natura verò, & suppositalitas; quæ sunt secundæ compositionis extrema, non sunt partes substantiæ; sed vnum eorum scilicet natura, siue essentia totum quoddam est in prædicamento substantiæ directè collocatum; alterum verò scilicet subsistentia, quamuis aliquid essentiæ sit, non est tamen directè, sed reductiuè tantùm in genere substantiæ. Secunda differentia est; quod primum extremum primæ compositionis, scilicet materia pura potentia est; secũdùm autem actus eius est; sed primum secundæ compositionis extremum, scilicet natura compositum est ex actu, & potentia; secundùm autem eiusdem compositionis extremum, scilicet subsistẽtia non est illius actus, sed terminus. Tertiò differunt, quod extremum primæ compositionis, scilicet materia non est id, quod est propriè loquẽdo; extremum autem primum secundæ compositionis, scilicet natura quodam modo est id, quod est, aut fit, quamuis magis propriè dicatur fieri, & esse de supposito, quam de natura singulari. Quarta differentia est, quod secundùm extremum primæ compositionis, scilicet forma ad rei compositæ quidditatem pertinet, & in ea clauditur intimè; at secundùm alterius compositionis extremum, s. subsistentia ad rei quidditatem secundùm se minimè pertinet; sed in ratione suppositi per ipsum constituti intrinsecè clauditur; ac proinde proportionalitate seruata conueniunt, quod vtrumq; in suo constituto clauditur intimè. Quinta differentia est, quod ex primæ compositionis extremis, s. materia, & forma fit vnum tertium, quod per se vnum est; at ex secundę compositionis extremis, s. natura, & subsistentia non fit vnum tertium, per se vnum propriè loquendo; iam enim diximus cõpositum ex natura, & subsistentia non ponere in numerum cum composito ex materia, & forma; quia subsistentia aliquid est naturæ, vt eius terminus, & vltimum complementum, & non comparatur ad naturam, vt actus ad potentiam, neque ad suppositum, vt pars; vnum autem per se propriè loquendo non fit nisi ex duobus, quorum vtrumque sit pars substantiæ, & vnum sit actus, alterum autem sit pura potentia; Neque tamen ex his extremis fit vnum per accidens; sed subsistentia naturæ iungitur per se, vt vltimus terminus, & complementum vltimum entitatis, & vnitatis eius per se; Et ex his facilè diluuntur argumenta Suarezij cõtra Caietanum. Sexta differentia est; quod prima compositio, scilicet ex materia, & forma est compositio ex his; atque ideò ex ea fit vnum tertium, quod est vnum per se, secunda verò compositio, s. ex natura, & subsistentia est compositio cum his; nam, & si resultet suppositum, non est tamen propriè tertia res à natura omninò distincta ob iam dictam

A Prima differentia.

B Secunda.

Tertia.

C Quarta.

Quinta.

D

E Sexta

Septima. dictam cauſam. Septima differentia eſt, quod prima compoſitio anguſtiorem habet entium latitudinem, quam ſecunda; nam primæ compoſitionis extrema ſcilicet materia, & forma in ſolis inueniuntur rebus ſenſibilibus; at ſecundæ compoſitionis extrema non ſolùm entibus ex materia, formaq; compoſitis, ſed rebus etiam inſunt à materia ſeparatis; cum ſit in Angelis quidditas, ſiue natura, & ſubſiſtentia; quo fit, vt prima compoſitio ſecundùm inferat, ſed non è contra. Vltima differentia eſt ſecundùm paſsiones proprietates, & accidentia vtramque compoſitionem conſequentia. Ad primam enim ſequitur quantitas, localis trãſmutatio, & qualitates ſenſibiles; at ſecundam comitatur terminatio, & complementum; ſequitur autem vniuerſaliter capacitas exiſtentiæ, & rationis huius, quod eſt eſſe principium operationis, vt quod; ſunt enim operationes ſingularium ſubſiſtẽtium; in animantibus autem ſequitur etiam filiationis capacitas.

Vltima differentia.

Quomodo verò differat hæc ſecunda compoſitio ab ea, quæ eſt ex eſſe, & eſſentia ex dictis colligi facilè poteſt additis ijs, quæ latè tradit Caietanus de ente, & eſſentia cap. 5. de differentia compoſitionis ex materia, & forma, & compoſitionis ex eſſe, & eſſentia. Huius enim vltimæ compoſitionis, videlicet ex eſſe, & eſſentia, alterum extremum, ſcilicet exiſtentia actualitas eſt perfectiſſima; quæ extra rationem eſt non ſolùm eſſentiæ, ſed etiam ſuppoſiti; nec ad complementum eſſentiæ, aut ſuppoſiti propriæ pertinet; quorum completa ratio naturæ ordine præcedit exiſtentiam, vt ſupra diximus. Sed ait Zumellus in dicta ſua quæſt. 3. ad hunc articulum in reſponſione ad ſecundùm argumentum, exiſtentiam idem eſſe realiter cum ſubſiſtentia, & eſſe de ratione ſubſiſtentis, & exiſtentis, vt ſic; ſicut albedo eſt de conceptu albi, vt ſic; quem modum dicendi ſequitur etiã Suarez. Sed, cum exiſtentia conſequatur perſonã, & rem ſubſiſtentem, ſicut habentem eſſe, vt ait D. Thomas, neceſſe eſt rei prius ordine naturæ conuenire ſubſiſtentiam, quàm exiſtentiam. Præterea: Sicut neceſſe eſt aliquid eſſe prius albedine, quod denominatur album, ita neceſſe eſt aliquid eſſe prius exiſtentia, quod denominatur exiſtens; hoc autem non eſt natura formaliter, & præcisè ſumpta; quoniam, vt diximus, rationem habet quo, & apud Metaphyſicos habetur, vt pars ſuppoſiti formalis, ſiue vt forma totius; igitur eſt ſuppoſitum, prout ſubſiſtentia conſtituitur. Nec eadem ratio eſt de ſubſiſtentia, à qua denominatur ſubſiſtens; quia ſubſiſtẽtia, cum ex ſui ratione formali ſit terminus, & complementum, rem ipſam, cuius eſt cõplementum, conſtituit, nõ autem ſupponit, & ideo non extrinſecè, ſeu accidentaliter, ſed intrinſecè, & quaſi eſſentialiter rem ipſam ſubſiſtentem denominat; ſicut anima animatum; at exiſtentia de ſui ratione neque terminus eſt, neque complementum, ſed actualitas vltima rei iam terminatæ, & in perfecta totalitate, & complemento conſtitutæ; atque ideo non ſolùm naturæ, ſed etiam ſuppoſito extrinſeca eſt ſimpliciter, & abſolutè loquendo, & conſequenter eius denominatio extrinſeca eſt, ſeu accidentalis; quia ſcilicet in intrinſeca ratione ſuppoſiti non includitur.

Caiet.

Zumelli, & ſuar. reſponſio.

Refutatio.

A

Ex dictis ſequitur primò ſubſiſtentiam formaliter neque eſſe modum exiſtentiæ, neque exiſtentiam, vt affectam modo, ſcilicet per ſe exiſtendi; Omnis enim exiſtentiæ modus per ſe diuiſiuus, & determinatiuus infra latitudinem rationis formalis exiſtentiæ clauditur; ſicut omnis modus per ſe diuiſiuus potentiæ potentialitas quædam eſt, & omnis differentia pedis pedalitas quædam eſt, vt ait Ariſt. in 7. diuinorum tex. 43. Cum igitur exiſtẽtia formaliter ſit vltima actualitas, omnis eius

Subſiſtẽtia non eſt exiſtentia.

Ariſt.

B

modus per ſe diuiſiuus, & determinatiuus vltima quædam erit actualitas; hoc autem manifeſtè pugnat cum ratione ſubſiſtentiæ ſuperius explicata; igitur ſubſiſtentia neque modus eſt exiſtentiæ, neque ipſa exiſtentia cum modo, vt arbitrantur Suarez, & Vaſquez; igitur implicantia docent authores prædicti, cum aſſerunt ſubſiſtentiam eſſe primum terminum, & eſſe modum exiſtentiæ, aut exiſtentiam cum modo; Nam terminus purus vt ſic, cauſalitatem, & actualitatem reſpectu alterius formalem excludit; exiſtentia verò, & omnis eius perſe differentia, ſiue modus perfectiſſimam dicit actualitatem reſpectu rei per eam exiſtentis.

Suarezij, & Vaſq. ſententia reijcitur.

C

Secundò ſequitur diſtingui realiter ſubſiſtentiam non ſolùm ab eſſentia, ſiue natura, ſed etiam ab exiſtentia. Tanta namq; rationum etiam oppoſitarum his tribus ſcilicet naturæ, ſubſiſtentiæ, & exiſtentiæ conuenientium diuerſitas addita ſeparabilitate naturæ à ſubſiſtentia, & exiſtentia propria, realis inter hæc diſtinctionis ſignum eſt euidentiſsimum.

Poſtremò notanda diligenter eſt doctrina Caietani 3. par. quæſt. 4. art. 2. dub. 2. circa reſponſionem ad tertium argumentum D. Thom. vbi declarat, quomodo perſonalitas conſequatur naturam, non ſicut propria paſsio, ſed ſicut perfectio, & cõplementum actionis, & effectus generantis, aut efficientis.

Caiet.

D

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: In compoſitis ex materia, & forma non differunt realiter quod quid eſt, & id cuius eſt, ſiue natura, & ſuppoſitum logicè loquendo, neque etiam Phyſicè, aut Metaphyſicè, quo ad prædicata per ſe. Huius concluſionis ſenſus, & veritas patet ex ſupradictis.

Secunda concluſio: In compoſitis ex materia, & forma differt ſuppoſitum realiter à natura abſolutè ſumpta, non ſolum per additam exiſtentiam,

E

& accidentia, ſed etiam per intrinſecam naturæ limitatiuum. Hęc ſatis fuit probata ſuperius, & explicata.

Tertia concluſio: Suppoſitum tàm in rebus ex materia, formaque compoſitis, quàm in ſeparatis à materia, diſtinguitur realiter non ſola negatione, aut modo concipiendi, ſed poſitiua realitate. Hanc concluſionem poſt Caietanum late probãt recentiores ſupra notati.

Quarta concluſio: Suppoſitum creatum etiam An-

Angelicum distinguitur à natura non solùm per additam existentiam proprietates, & accidentia, sed etiam per subsistentiam ipsius suppositi constitutiuam. Conclusionem hanc multis argumẽtis probant recentiores prędicti contra Capreolum.

Quinta cõclusio: Distinctio suppositi à natura per subsistentiam non est tm̃ ex natura rei, sed verè, & propriè realis est. Hęc patet ex dictis.

Sexta conclusio: Subsistentia neque est idem cũ existentia absolutè, neq; prout est affecta tali modo, neque etiam idem est cum ipso existentiæ modo. Hæc satis fuit probata contra Suarezium, & Vasquezium.

Argumenta, & solutiones.

Soncinas. Flandren. Iauellus

CONtra primam conclusionem sunt argumenta, quæ proferunt, & soluunt Soncinas, Flandrensis, Iauellus, & alij in suis quæstionibus ad tex. 20. 31. & 41. septimi Metaphysices.

Bannes Zumellus Capreolus

Contra secundam conclusionem sunt argumẽta producta, & soluta à Bannesio, & Zumello sup. quæst. 3. art. 3. & ea quæ refert, & soluit Capreolus in primo sent. distinct. 4. quæst. 2.

Caietanus Medina. Vasquez. Capreolus

Contra tertiam conclusionem sunt argumenta Scoti, & Aureoli, quæ refert, & soluit Caietanus in 3. par. quæst. 4. artic. 2. & ibidem Medina, & Vasquez, & Capreol. in tertio sent. dist. 5. quæst. 3.

Medina Bannes.

Contra quartam conclusionem præsertim quo ad priorem eius partem sunt argumenta, quæ referunt, & soluunt Medina in dicta q. 4. art. 2. Bannes supra quæst. 3. art. 3. dub. 2. Aduersus hanc conclusionem produci possunt etiam argumenta statim adducenda contra sextam conclusionem.

Contra quintam conclusionem militant à remotis ea omnia argumenta; quibus probatur esse etiam etiam in rebus creatis non distingui realiter ab existentia, præsertim sm̃ eorum sentẽtiam; qui docent idem esse subsistentiam, quod existẽtia. Ea verò argumenta soluimus sup. q. 3. art. 4. contr. 1.

Bannes

Contra eandem conclusionem argument. Bannes in vltima sua conclusione. Primò: Dicunt Aristot. & D. Tho. in immaterialibus suppositum non distingui realiter à natura: At, si subsistentia plusquam formaliter distinguitur à natura, non potest eorum dictum in vllo sensu verum esse; ergo.

Respondetur verum esse dictum Arist. & D. Th. in sensu superius explicato; nimirum, suppositum in separatis à materia non distingui à natura per aliquod naturæ limitatiuum; sicut in rebus materialibus.

Secundò: Doctissimi viri, inter quos est Soto, dicunt, quod suppositum non distinguitur à natura, sicut res à re; & ita admittunt hanc perpositionem: homo est res, quæ est humanitas.

Respondetur, parum, aut nihil probabilitatis habere in via D. Tho. sententiam hanc, & propositionem illam: homo est res, quę est humanitas, esse absolutè falsam, nisi limitetur, aut explicetur, vt procedat tantùm de prædicatis per se in primo modo. Tertiò: Pluralitas rerum non est admittenda sine grauissima necessitate; Ergo.

Respondetur rationes superius allatas per nostra conclusione grauem inferre necessitatem, & præsertim pro tuenda, & capienda fidei veritate de mysterio Incarnationis.

Fonseca.

Contra eandem conclusionem argument. Fonseca. Primò: satis est distinctio ex natura rei inter naturam, & suppositum, vt verum sit, quod ait D. Thom. videlicet naturam nõ esse subiectum filiationis, nec actus essendi, & ex anima, & corpore constitui duplicem entitatem, vnam naturæ, & alteram suppositi, ac denique corruptum iri personam creatam in rerum natura existentem, si eius natura ad subsistentiam diuinæ personę assumeretur; ergo. Antecedens probatur à simili. Nam, & si species, & indiuidua, & omninò superiora, & inferiora non distinguuntur, vt res à rebus, dicimus tamen non species, sed indiuidua esse subiecta per se accidentium communium: itemque ex materia, & forma constitui non modo entitates superiorum, sed etiam inferiorum, ac demum dicimus alias figuras corporum corrumpi, alias generari, cum alia corpora in alia transformantur; tametsi figuræ non sint res distinctæ ab ipsis corporum quantitatibus. Eodem ferè argumento latius explicato vtitur Suarez in dicta disput. 34. sect. 4. num. 33. vsque ad 39. dicens iuxta hanc sententiã expediri facilè omnia, quæ de subsistentia interrogari solent, & difficultates, q̃ circa illã occurrunt.

Suarez.

Respondetur longè melius, ac facilius percipi prædictas veritates posita distinctione reali inter naturam, & subsistentiam, cum præsertim in via D. Thom. vix admitti possit illa distinctio ex natura rei. Secundò dico indiuiduum à specie, & inferius à superiori distingui realiter. Tertiò dico exemplum quantitatis, & figuræ non esse simile: nam, cum transformatur vnũ corpus in aliud non manet eadẽ quantitas destructa figura, sicut manet eadẽ natura corrupta psonalitate i dicto casu.

Secũdò arguit virtualiter ex dictis à se in 5. Metaph. cap. 6. quæst. 6. de distinctione reali; ex quo loco trahi potest hoc argumentum: Ad realem distinctionem vna saltem requiritur ex tribus conditionibus: Prima est alietas producentis, & producti. Secunda est alietas causę, & effectus. Tertia est alietas suppositorum: cuius quasi gradus tres possunt constitui. Primus est in ipsis suppositis, quæ omnium maximè distinguuntur realiter. Secundus verò in ijs: quæ, cum ex natura rei distinguantur, existunt, aut saltem existere possunt in diuersis suppositis; quo pacto distinguũtur realiter accidentia absoluta Socratis, & Platonis, non item relatio, & fundamentum, aut figura, & quantitas, cuius sit figura. Tertius denique eorum, quæ existunt, aut existere possunt in ijs, quæ, cum ex natura rei distinguantur, nihil repugnat, quo minus in diuersis suppositis existant: quo pacto relatio inherentiæ formæ Socratis, & relatio subiectionis huius sub illa distinguuntur realiter: nam, & si relationes ipsæ in distinctis suppositis existere nequeunt: existunt tamen in forma, & materia Socratis: quæ nihil repugnat in distinctis suppositis existere: At nulla ex dictis conditionibus cõuenit naturę, & subsistentię: vt patet discurrenti per singulas: ergo.

Respon-

Digitized by Google

Reſpondetur falſam eſſe maiorem; quoniam ad realem diſtinctionem ſufficit vnus ex modis ſuperius enumeratis, q. 3. art. 3. quos arbitratur Fonſeca ad diſtinctionem ex natura rei pertinere; ac proinde controuerſia videtur eſſe de nomine.

Suarez. Contra eandem concluſionem argumentatur Suarez. Primò: Manifeſta eſt contradictio, quod ſubſiſtentia ſit res diſtincta à natura, & quod ex illa, & natura conſurgat ſuppoſitum, quod eſt ens per ſe vnum, & quod non ſit per veram, & propriã compoſitionem; ergo. Probatur antecedens: Quoniam neceſſe eſt, vt inter ſubſiſtentiam, & naturã realis vnio intercedat; ergo eodem modo neceſſe eſt, vt intercedat compoſitio. Probatur conſequentia: Quia compoſitio nihil aliud eſt, quàm realis vnio rerum diſtinctarum; ergo.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens de compoſitione ex ijs. Ad eius probationem negatur ſequela. Ad cuius probationem negatur aſſumptum; ſi ſermo ſit de compoſitione ex ijs; quamuis ſit verũ de compoſitione indiſtinctè ſumpta, & de compoſitione ſaltem cum ijs. Dico ſecundò naturam, & ſubſiſtentiam eſſe res ita diſtinctas, vt ſubſiſtẽtia ſit terminus vltimus, & complementum naturæ; & ideo non facit cum ea compoſitionem propriæ dictam; quæ nuncupatur ex ijs, ſed tantùm compoſitionem minus propriè dictam; quę dicitur compoſitio cum ijs. Dico tertiò ex natura, & ſubſiſtentia conſurgere ſuppoſitum, ſed nõ vt vnum per ſe, modo ſuperius explicato.

Secundò: Suppoſitum creatum non eſt ens ſimplex ex vi ſuæ conſtitutionis; ergo eſt ens compoſitum; ergo eſt compoſitum ratione compoſitionis, quæ ſit ex natura, & ſuppoſitalitate.

Reſpondetur; eſſe ens compoſitum compoſitione cum ijs, non ex ijs; Et per hoc ſoluitur aliud eiuſdem authoris argumentum ab exiſtentia petitum; quæ facit compoſitionem cum eſſentia.

Tertiò: Ex Verbo, & humanitate ſit propria, q̃uis ineffabilis, compoſitio, & tamen Verbum, neque eſt forma, neque accidens, ſed terminus naturæ aſſumptæ; ergo ratio compoſitionis, ſeu extremi componentis latius patet, quàm hæc omnia; ergo ſuppoſita diſtinctione, ſiue reali, ſiue ex natura rei inter perſonalitatem, & naturam, neceſſariò fatendum eſt ex eis fieri compoſitionem, tanquam ex termino, & terminabili. Confirmatur: Quia licèt linea non componatur ex punctis, ſolis ſcilicet, aut immediatè inter ſe vnitis, componitur tamen ex partibus, & punctis; nam partes per puncta, partes autem, & puncta inter ſe immediatè vniuntur, & ita lineam componunt.

Caiet. Reſpondetur cum Caietano 3. par. quæſt. 2. art. 4. ad tertium dubium, perſonam Chriſti dupliciter eſſe compoſitam, ſcilicet compoſitione ex ijs; quatenus in duobus eſſe diuino videlicet, & humano ex duabus ſubſiſtit naturis, & compoſitione cũ ijs; quatenus perſona Verbi cõiungitur cum hoc, quod eſt eſſe hunc hominem; quia ſcilicet facta eſt hic homo aſſumendo humanã naturam. Ad confirmationem dico cõpoſitionem illam, cuius extrema ſunt linea, & punctũ, non eſſe compoſitionẽ ex ijs, ſed cum ijs, ob rationem ſuperius aſſignatam.

Contra ſextam concluſionem argumentatur Zumellus: Primò: Caietanus cęcus eſt, nec ſibi conſtat; nam infra quæſt. 54. art. 1. ad 4. dubium docet, quòd ſubſiſtere importat affirmationem eſſendi in rerum natura, & negationem ſuſtentationis in alio: Secũdò ait, quòd ſubſiſtere importat quẽdam naturalem modum entis, cui ſunt coniuncta illa duo ſuperius poſita, ſcilicet affirmatio eſſendi in rerum natura, & negatio ſuſtentationis in alio; ergo ſecundùm Caietanum ſubſiſtentia, & exiſtẽtia ſunt idem. Probatur ſequela: Quoniam exiſtentia importat affirmationem eſſendi in rerum natura, & hoc etiam ipſum importat ſubſiſtentia, & ſubſiſtere; & hanc ſententiam tenet Capreolus in 3. ſent. diſt. 5. q. 3. in reſponſionibus ad argumenta contra ſecundam concluſionem.

Zume. hic.

Reſpondetur; Caietanum ibi ſumere ſubſiſtentiam, ſiue ſubſiſtere, prout dicit modum eſſendi per ſe ſeparatim nominaliter, & participialiter ſimul acceptum, quamuis de eo nominaliter ſumpto præcipuè differat. Secundò dico Caietanum ex notoriis, id, quod occultum eſt, inſinuaſſe; Et eodem modo interpretari poſſe videntur illæ reſponſiones Capreoli; quamuis non ſit neceſſe; quia videtur opoſitam habuiſſe ſententiam.

Secundò: Oppoſita ſententia magis conformis eſt myſterio Dominicæ Incarnationis; ergo. Probatur antecedens: Quia in Chriſto non eſt exiſtentia creata; ſed per eandem ſubſiſtentiam perſonalitatis Verbi diuini exiſtit humanitas eius; ergo.

Reſpondetur: falſum eſſe antecedens. Ad probationem negatur ſequela; Nam in perſona Verbi nõ diſtinguitur realiter ſubſiſtentia ab exiſtentia; Et quoniam exiſtere ſuppoſiti tantùm eſt, ideo hoc ipſo, quod humana natura ad Verbi ſuppoſitalitatem eleuatur, ita vt ſit vnũ ſuppoſitũ diuinæ, & humanæ naturæ, vna etiam, & eadem eſt exiſtentia diuina vtriuſque naturæ; qua non ſolum Verbum, & humana natura, ſed etiam tota Trinitas exiſtit.

Tertiò: Exiſtentia ſubſtantiæ intrinſecè, & formaliter importat per ſe exiſtere; Sed ſubſiſtere nihil aliud eſt, quàm per ſe exiſtere; ergo.

Minor probatur ex dicto Caietani in argumento præcedente relato.

Reſpondetur; falſam eſſe minorem. Ad probationem iam dictum eſt, quo ſenſu verba Caietani ſint intelligenda.

Quartò: Subſiſtere eſt taliter habere eſſe in ſe, vt non pendeat ab alio ſuſtentante; ſed hoc importatur in eo, quod eſt per ſe exiſtere; ergo.

Reſpondetur falſam eſſe minorem formaliter, & præcisè loquendo; nam per ſe exiſtere importat illud eſſe ſub exiſtentia, ſiue potius exiſtentiam illius eſſe; quod eſt ſignificare eſſe per ſe participialiter, vt ſuperius oſtendimus.

Quintò: Exiſtentia eſt vltimum complementũ ſubſtantiæ; Sed ſubſiſtentia, vel ſuppoſitalitas nihil aliud eſt, quàm id, per quod vltimatè completur ſubſtantia in ſuo genere; ergo.

Reſpondetur ſubſtantiam dupliciter conſiderari: Vno modo, vt eſt ens per ſe nominaliter; & ſic

Digitized by Google

eius vltimum complementum est suppositalitàs, siue subsistentia: Alio modo, vt est ens per se participialiter; & sic eius complementũ est existẽtia.

Sextò. Secundum communem sententiam antiquorum Thomistarum esse distinguitur realiter ab essentia saltem, tanquam modus ab illa diuersus, & similiter subsistẽtia, seu personalitas distinguitur ab essentia; ergo idem sunt subsistentia, & esse existentiæ. Probatur consequentia: Quia alias pluraficarentur entitates sine necessitate.

Respondetur nullam esse consequentiam. Ad probationem negatur sequela; iam enim satis ostẽdimus necessitatem dictarum entitatum.

Septimò: Statim atq; intellectus noster intelligit aliquid existere in natura rationali, & indiuidua, concipit illud esse personam, vel suppositum; ergo esse personale idem est cum actu essendi, & cũ esse existentiæ. Ant cedens probatur: Quoniam persona est rationalis naturę indiuidua substãtia.

Respondetur primò nullam esse consequentiã; quoniam ex posteriori magis noto: facile intelligitur prius minus notum; sicut ex risibili intelligitur rationale; hoc tamen sequitur; ergo risibile idẽ est, quod rationale. Secundò dico intellectum nostrum intelligendo existens indiuiduum in natura rationali, vt sic præcisè, non intelligere suppositũ formaliter, sed materialiter, & consequenter tantùm; sicut intelligendo risibile, vt sic, non intelligo rationale formaliter, sed materialiter, & consequenter; quia risibile in est rationali, & ad ipsum consequitur.

Octauò: In sexta Synodo generali actione vndecima pro eodem reputatur subsistentia, & existentia Christi; & sicut dicitur vnam tantùm esse subsistentiam, ita dicitur esse vnam tantùm existẽtiam; sic enim ait Concilium: *In illo namque* (scilicet Verbo diuino) *& non in semetipsa habuit existentiam vnam Christi humanitas.*

Respondetur primò Concilium illud congregatum fuisse contra Nestorium asserentem duas in Christo personas humanam, scilicet, & diuinam, & consequenter etiam duas existentias; sequitur enim hoc secundùm ex primo necessariò; igitur sacrum Concilium in dicto errore condemnando, quamuis frequenter vtatur nomine subsistentiæ, quandoque tamen vtitur eriam nomine existẽtiæ, vt ex duplici capite pestilentem excludat errorẽ. Secundò dico Nestorium asseruisse duas in Christo personas actu existentes, & ideo de vnitate existentię Christi mentionem fieri. Tertiò dico in Hęresi Nestorij nullam inuolui difficultatem de distinctione subsistentiæ, & existentiæ, sed in ea pro vno subsistentiam cum existentia reputari ob dictam causam; quia nimirum ex vnius vnitate sequitur alterius vnitas. Vel etiam, quia tunc non erat dictarum duarum entitatum satis nota distinctio; & ideo Sancta Synodus in illius erroris condẽnatione indifferenter vtitur vtroque vocabulo. Et ex his soluuntur etiam alia, quæ tangit idem expositor in eodem argumento.

Nonò contra Caietanum sic argumentatur: Si existentia supponit suppositum, vt ipsius existen-

A tiæ susceptiuum; ergo supponit subsistentiam suppositi; At subsistentia in sententia Caietani importat affirmationem essendi in rerum natura, & negationem sustentationis in alio; ergo, si semel intelligamus aliquid esse suppositum, & subsistere sine aliquo alio statim concipimus verè esse, & habere actum essendi; ergo subsistentia non distinguitur ab actu essendi. Et confirmatur: Quia subsistentia dicitur quasi sistentia, & ad se sistentia.

Respondetur ad minorem, iam explicatum fuisse sensum verborum Caietani. Ad confirmationẽ negatur sequela; nam id conuenit etiam subsistentiæ ante omnem actum existentiæ.

B Decimo: S. Thomas, & Caietanus ob id negant filiationem realem temporalem in Christo ad suã matrem, quia relatio filiationis recipitur in supposito; ergo ob eandem neganda est in Christo existẽtia creata præter personalitatem Verbi; At Caietanus concedit in Christo existentiam creatã præter subsistentiam Verbi; ergo ex eius doctrina satis colligitur, quòd actus existentiæ aduenit suppositò increato; oportebat ergo memorem esse Caietanum, & non docuisse subsistentiam realiter esse distinctam ab actu essendi, seu ab existentia. Cõfirmatur ex D. Thoma supra quæst. 29. artic. 2. vbi ait suppositum vocari subsistentiã secundùm qđ

C per se existit, & non in alio; Illa enim subsistere dicimus, quæ non in alio, sed in se existunt.

Respondetur hunc expositorem aut fuisse, aut simulasse se cęcum, aut certè fuisse prorsus immemorem doctrinæ Caietani 3. par. q. 17. artic. 2. vbi latissimè disputat aduersus Scotum, & alios, qui duas in Christo asserebant existentias, & cum D. Thoma vnam esse tantùm in Christo, scilicet diuinã sustinere existentiam. Ad confirmationem dico D. Thom. vbi significatum huius nominis subsistẽtia ab eo, quod notius est; scil. existentia declarasse; siquidem etiam à notioribus nobis sunt desumpta nomina; quibus ea, quæ sunt occulta significemus.

D Contra eandem conclusionem argumentatur Suarez; Et primò probat personalitatem non comparari ad naturam, vt aliquid prius existentia propria ipsius naturæ: Quia, si ita esset, non posset facere realẽ compositionẽ cum illa. Probatur consequentia: Quia compositio, quæ in re fit, requirit in extremis componentibus entitatẽ actualem; quã vnum non habet ab alio formaliter; sed ante existentiam nulla talis entitas concipi potest; ergo multo minus potest intelligi realis compositio ex natura, & personalitate, quæ omnem rei existentiam antecedat etiam ordine naturæ. Suarez.

Respondetur duplicem esse entitatem actualẽ, videlicet essentiæ, & existentiæ; sub entitate verò essentiæ comprehendimus hic etiam eius termi

E num, & complementum, quod est subsistentia: cõpositio realis siue sit ex ijs, siue cum ijs, requirit in extremis componentibus entitatem essentiæ realem; quam vnum extremum non habeat ab alio; non tamen ita requirit in eisdem extremis entitatem existentiæ realem, vt vnum illam non habeat ab alio, nam ex materia, & forma fit vera, & propria compositio, ex qua resultat natura cor-

corporea; & tamen materia pendet à forma secundùm esse reale existentiæ; & similiter ex essentia, & existentia fit realis oppositio cum ijs, vt ostendimus supra q. 3. art. 4. cont. 1. in responsione ad argumenta contra vltimam conclusionem; & tamen omnis entitas realis existentiæ, quam habet essentia, est ab existentia formaliter. Ad argumentum igitur negatur sequela. Ad probationem negatur maior de entitate actuali existentiæ; conceditur, autem de entitate essentiæ. Ad minorem dico falsam esse de entitate essentiæ; veram autem de entitate existentiæ. Secundò dico compositum ex natura, & supposito præcedere existentiam in genere causæ materialis, & ab ea præcedi in genere causæ formalis.

Secundo: Admissa vera compositione reali ex natura, vtcunq; præconcepta in esse existentiæ, & existentia, iam tunc superflua est hæc alia compositio ex natura in esse essentiæ, & ex personalitate, quæ ordine naturæ sit prior, quàm compositio essentiæ cum existentia: Ergo.

Probatur consequentia: Quia natura per se ipsam, seu per principia intrinseca habet actualitatem essentiæ; & rursus ad illam igitur illi personalitas, quæ terminat illam; ita vt non immutatur alteri, sed per se sit; ergo necesse non est aliam rursus entitatem adiungi. Probatur hæc sequela: Quia iam intelligitur res extra causas; & per se, ac intrinsecè terminata.

Respondetur, nullam esse consequentiam. Ad probationem negatur sequela. Ad probationem negatur assumptum quoad priorem partem; nam per subsistentiam, siue personalitatem res non ponitur extra causas, sed tantùm per existentiam, vt ante diximus.

Tertiò probat non rectè assignari personalitati munus constituendi proximum subiectum existentiæ: Quia nulla est propriè potentia receptiua, aut susceptiua respectu propriæ existentiæ, sed tantùm obiectiua; ergo fictæ est talis entitas; quæ constituit proximum subiectum existentiæ.

Respondetur, falsum esse antecedens; cuius nullam affert probationem Suarez.

Quartò probat idem: Quia eo modo, quo res potest dici capax existentiæ, vnaquæq; essentia creata, vel creabilis, est per se ipsam capax propriæ, & proportionatæ existentiæ: ergo.

Respondetur, falsum esse hoc assumptum loquendo de essentia præcisè, quæ .f. non sit terminata, & completa suppositalitate, siue subsistentia.

Quintò contra totam sententiam Caiet. sic argumentatur: Nam ex illa sequitur primò, humanitati Christi duas entitates deesse ex ijs, quæ in alijs personis humanis esse solent, videlicet, personalitatem, & existentiam; ex quo vlterius sequitur ex parte humanæ naturæ duplicem vnionem factam esse ad Deum, vna ad constituendum personam, & altera ad existendum. Tertiò sequitur primam ex ijs vnionibus factam esse ad proprietatem personalem Verbi, secundam verò factam esse ad proprietatem essentialem, quæ est existere. Probatur hæc sequela: Nam iuxta hanc opinionem existere solùm dicitur de

A Deo essentialiter; Ex quo sequitur quartò, posteriorem vnionem esse communem; quia sit in re cõmuni toti Trinitati, quod esse omninò falsum docet meritò Caietanus contra Durandum. Vltimò potest probabiliter inferri posse vnam ex his vnionibus separari ab alia potentia absoluta, atq; ita humanitatem personatam propria personalitate posse vniri existentiæ diuinæ, vt per illam existat, etiam si non vniatur personæ diuinæ, & suppositetur. Quæ omnia partim sunt falsa, partim etiam noua, & superflua, & sine fundamento, aut necessitate asserta.

B Respondetur, primam consequentiam cum suo consequente vt veram libenter à nobis admitti cũ Caiet. Ad secundã dico, non esse duplicem vnionẽ propriè loquendo, sed vnam tantùm; Nam, quia soli supposito propriè debetur existentia, vt ei quod existit; hoc ipso, quod natura humana vnita fuit diuino per se primò supposito, vnita est etiam consequenter eius existentiæ, vt explicat Caietanus latè 3. part. q. 17. art. 2. & per hoc etiam satisfit absurdo deducto in tertia consequentia; nõ enim sũt duæ vniones, sed vna tantùm. Quarta verò consequentia nulla est ob eandem causam; quia scilicet vnio non est facta in existentia primò, ac immediatè, & absolutè, sed secundario, & mediante vnione ad personam Verbi; & ideo non est facta vnio in existentia communi propriè, & absolutè, sed quatenus existentia in ipsa Verbi perfectione comprehenditur; Per quod etiam aperitur falsitas vltimæ consequentiæ; nam, si diuinæ existentiæ non vnitur humana natura, nisi media vnione ad personam, non sequitur per Dei potentiam absolutam posse remota vnione ad personam, remanere vnionem ad existentiam, aut etiam fieri vnionem ad personam, & non ad eius existentiam, habent enim hæc adinuicem necessariam connexionem, & ordinem. Caiet.

C

Contra eandem conclusionem argumentatur D Vásquez. Primò: Si subsistentia est entitas distincta ab existentia, sequitur prius natura constitutum, & productum esse suppositum extra causas suas, quam habeat existentiam. Probatur consequentia: Quia suppositum completur entitate illa reali, .f. subsistentia; quæ prior est, quàm existentia, vt per illam sit subiectum existentiæ: Sequitur præterea posse produci suppositum integrum, & completum sine existentia. Probatur sequela: Nam id, quod prius est, esse potest sine posteriori. Vasquez.

Respondetur, nullam esse primam consequẽtiã. Ad probationẽ negatur etiam consequẽtia; Nam ex prioritate entitatis secundũ genus causæ materialis non recte deducitur prioritas secũdũ existẽtiam; sicut patet de materia prima; quæ formam E præcedit secundum genus causæ materialis; nec tamen prior est secundum existentiam, quam habet tantùm à forma; vt satis ostendimus supra q. 3. art. 2. in cõtrouersia de principio individuationis. Secunda etiam consequẽtia falsa est. Nec eius probatio aliquid valet; sed falsum assumit; nam quando prius, & posterius necessariã habent connexionem, neutrum potest esse sine altero.

Digitized by Google

Secundò: Sequitur ex sententia Caietani prius natura acceptam fuisse humanitatē Christi à suppositō diuinō, quàm existeret. Probatur sequela: Quia suppositum diuinum subrogatū est pro suppositō proprio, quod prius est, quàm existentia.

Respondetur, veram esse consequentiam, & consequens, loquēdo de prioritate naturæ; nam in eodem instanti temporis, quo fuit assumpta humanitas à Verbo, fuit etiam existens; quod sufficit ad realis circa eam actionis exercitium.

Suarez. Disputat latè Suarez disp. 34. sect. 5. Vtrū omnis subsistentia creata sit indiuisibilis; & sustinet cuiuslibet rei corporeæ, & materialis subsistentiā esse compositam, & habere partes; quod idem affirmat de existentia: Sed oppositam sententiam satis Vasquez. efficaciter tuetur Vasquez 3. part. q. 4. art. 2. disp. 32. vbi refert, & soluit argumenta Suarezij.

Caietan. Ferrarien. Zumellus. Legenda sunt præterea, quæ scribit Caietanus in commentario præsentis articuli, & post eum Ferrariensis 2. cont. gent. cap. 49. & Zumellus in sua q. 4. de modo receptionis speciei intelligibilis in intellectu.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrum Angeli sint in aliquo magno numero.

163 2. d. 3 q. 1. art 3. Et 2. cō c 91 & 92. Et po. q. 6 art 6. cor fin. et opu. 15 c. 2 3 & 4. *Ar. 1 huius quæst.

D tertium sic proceditur. Videtur, quòd Angeli non sint in aliquo magno numero. Numerus enim species quantitatis est, & sequitur diuisionem continui. Hoc autem non potest esse in Angelis, cum sint incorporei, vt supra ostensū est.* Ergo Angeli nō possūt esse in aliquo magno numero.

2 Præterea. Quantò aliquid est magis propinquum vni, tantò minus est multiplicatū, vt in numeris apparet. Natura autem Angelica inter alias naturas creatas est Deo propin-

54 quior.* Cum ergo Deus sit maximè vnus, videtur quòd in natura Angelica inueniatur minimum de multitudine.

3 Præterea. Proprius effectus separatarum substantiarum, videtur esse motus corporum cœlestium. Sed motus corporum cœlestium sunt secundùm aliquem determinatum numerum parcum, qui à nobis apprehendi potest. Ergo Angeli non sunt in maiori multitudine, quàm motus corporum cœlestium.

Cap. 4 aliquā ulum à princip. 4 Præterea. Dion.* dicit quarto cap. de diui. no. quòd propter radios diuinæ bonitatis subsistunt intelligibiles, & intellectuales omnes substantiæ. Sed radius non multiplicatur, nisi secundùm diuersitatem recipientium. Nō autem potest dici, quòd materia sit receptiua intelligibilis radij, cùm substantiæ intellectuales sint immateriales, vt supra ostensum est.* Art 2. huius quæst. Ergo videtur, quòd multiplicatio substantiarum intellectualium non possit esse, nisi secundùm exigentiam primorum corporum: scilicet cœlestium, vt ad ea quodammodo processus prædictorum radiorum terminetur. Et sic idem quod prius.

Sed contra, est, quod dicitur Dan. 7. Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei.

Respondeo. Dicendum, quòd circa numerū substantiarum separatarum, diuersi diuersis vijs processerunt. Plato enim posuit* substantias separatas esse species rerum sensibilium, vt puta: si poneremus ipsam naturam humanam esse separatam: & secundùm hoc oportebat dicere, quòd substantiæ separatæ sint secundùm numerum specierum sensibilium. Sed hanc positionem improbat Aristo.* ex eo, quòd materia est de ratione specierum sensibilium.* Vnde substantiæ separatæ non possunt esse species exemplares horum sensibilium, sed habent quasdam naturas altiores naturis rerum sensibilium. Posuit tamen Arist.* quòd illæ naturę perfectiores habent ordinem ad sensibilia ista, secundùm rationem mouentis, & finis. Et ideo secundùm numerum primorum motuum, conatus est adinuenire numerum substantiarum separatarum.*

Ita refert Arist. 12. Meta. tex. 6.

Li. 1. meta. te. 31 p multos tex. to 3. 369

Li 12. Meta. tex 43. to. 3.

b 141

Sed quia hoc videtur repugnare documentis Sacræ scripturæ,* Rabbi Moy. Iudæus volens vtrumque concordare, posuit, quòd Angeli, secundùm quòd dicuntur substantiæ immateriales, multiplicantur secundùm numerū motuum, vel corporum cœlestium, secundùm Arist.* Sed posuit, quòd Angeli in scriptura dicuntur etiam homines diuina annuntiantes, & iterum virtutes rerum naturalium, quæ Dei omnipotentiam manifestant. Sed hoc est alienum à consuetudine scripturæ, quòd virtutes rerum irrationabilium, Angeli nominentur. Vnde dicendum est, quòd etiam Angeli, secundùm quod sunt immateriales substantiæ, in quadam multitudine maxima sunt, omnem materialem multitudinem excedētes. Et hoc est quod dicit Dion.* 9. cap. Cœlest. Hierarch. Multi sunt beati exercitus supernarum mentium, infirmam & constrictam excedentes nostrorum materialium numerorum commensurationem.* Et huius ratio est; quia, cum perfectio vniuersi sit illud, quod præcipuè Deus intendit in creatione rerum, quantò aliqua sunt magis perfecta, tantò in maiori excessu sūt creata à Deo: sicut autē in corporib. attēditur excessus sīn magnitudinē, ita in reb. incorporeis potest attēdi excessus sīn multitudinē. Videmus autem, quòd corpora incorruptibilia, quæ sūt perfectiora inter corpora, excedunt quasi incomparabiliter secundū magnitudinem corpora corruptibilia. Nā tota sphæra actiuorū, &

Li 12. Meta tex. 43. to. 3.

Cap. 14 in med illius

b 552

a 551 & passiuorum est aliquid modicum, respectu corporũ cœlestium. Vnde rationabile est, quòd substantiæ immateriales excedant sm̃ multitudinem substantias materiales, quasi incomparabiliter.

Ad primum ergo dicendum, quòd in Angelis non est numerus, qui est quantitas discreta, causatus ex diuisione continui, sed causatus ex distinctione formarum, prout multitudo est de transcendentibus, vt supra dictum est.

Q. 11.

Ad secundum dicendũ, quòd ex hoc, quòd natura angelica est Deo propinqua, oportet, q̃ habeat minimũ de multitudine in sui cõpositione. non autem ita, quòd in paucis saluetur.

Ad tertium dicendum, quòd ratio illa est Arist. in 12. Metaph. Et ex necessitate concluderet, si substãtiæ separatæ essent propter substantias corporales. Sic enim frustra essent immateriales substantiæ, nisi ex eis aliquis motus in rebus corporalibus appareret. Non est autem hoc verum, quòd substantiæ immateriales sint propter corporales, quia finis nobilior est his, quæ sunt ad finem. Vnde etiam Arist.

q. 47. ar. 1. dicit ibidem, quòd hæc ratio non est necessaria, sed probabilis. Coactus autem fuit hac ratione vti: quia ad cognoscendum intelligibilia, non possumus peruenire nisi per sensibilia.

Ad quartum dicẽdum, quòd ratio illa procedit secundùm opinionem eorum, qui causam distinctionis rerum ponebant esse materiam, hoc autem improbatum est. *Vnde multiplicatio angelorum, neq; sm̃ materiam, neq; secundùm corpora est accipienda, sed secundùm diuinam sapientiam, diuersos ordines immaterialium substantiarum excogitantem.

Sensus quæsiti.

SEnsus quæsiti explicatur à D. Thoma in responsione ad primum; vbi declaratur ratio numeri, qui reperitur in Angelis.

Forma Textus.

TRibus relatis, & confutatis opinionibus, scilicet Platonis, Aristotelis & Rabbi Moysi quæsito satisfit hac vnica conclusione: Angeli secundùm quòd sunt immateriales substantiæ, in quadam multitudine maxima sunt, omnem materialem multitudinem excedentes. Probatur primò authoritate Dionysij 9. capit. cælestis Hierarch. dicentis: Multi sunt beati exercitus, &c. Secundo ratione sic probatur; Quantò aliqua sunt magis perfecta, tantò in maiori excessu, vel secundum magnitudinem, vel secũdum multitudinem sunt creata à Deo: Sed Angeli sunt perfectissimi: ergo in maximo excessu sunt creati a Deo; non secundùm magnitudinem: ergo secundùm multitudinem. Minor patet ex 1. art. Maior vtres habet partes: & probatur primò quo ad primam, illam videlicet, tantò in maiori excessu: quia perfectio vniuersi est illud, quod præcipuè Deus intendit in creatione rerum. Quo ad secundam verò partem, illam scilicet, vel secundùm magnitudinem: Quia videmus corpora incorruptibilia; quæ sunt perfectiora inter corpora, excedere quasi incomparabiliter secundùm magnitudinem corpora corruptibilia: ergo, probatur assumptũ: Quia tota sphæra activorum, & passiuorum est aliquid modicum respectu corporum cælestium. Quo ad tertiam verò partem illam videlicet: secundùm multitudinem probatur: Quia, sicut in corporibus attenditur excessus secundùm magnitudinem, ita in incorporeis attendi potest excessus secundùm multitudinem.

Expositio Textus.

SEntentiam Aristotelis dicentis substantias separatas habere ordinem ab sensibilia secundùm rationem mouẽtis, & finis, vt narratur in textu, declarat accuratè D. Thom. & Ferrariensis in 2. cont. gent. cap. 92. in principio, ex doctrina D. Thomæ, quæst. de spirit. creat. art. 5. & 6. & de potent. quæst. 6. art. 6. & opusc. 15. cuius inscriptio est: De Angelis cap. 2. & ex Arist. 12. Metaph. tex. 48.

S. Thom. Ferrarien.

Vasquez hic cap. 1. dub. 180. affirmat cũ Eugubino lib. 40 de perenni Philosophia c. 2. Aristot. in primo cœli tex. 100. docuisse plures alias esse intelligentias præter orbium motrices; cum ibi dicat extra, vel supra cœli connexum esse substantias separatas beatam vitam degentes significans eas esse diuersas ab ijs, quæ cœlestium orbiũ sunt motrices. Verba Arist. sunt. *Extra cœlum autem extensum est, quia neque est, neque contingit fieri corpus. Manifestum est igitur, quia neque locus, neque vacuũ; neque tempus est exterius, propter quod neque in loco esse, quæ ibi sunt, apta nata esse, neque tempus ipsa facit senescere; neque etiam vllius vna transmutatio eorum, quæ super eam, quæ maximè extra ordinatam lationẽ; sed inalterabilia, & impassibilia, optimam habentia vitam, & per se sufficientissimam perficiunt toto æterno. &c.* Hæc ibi Arist. quem textum S. D. exponens reiecta Alexandri expositione subiungit. *Et ideo cõuenientius est, quòd hoc intelligatur de Deo, & de substantijs separatis, quæ maximè neque in tempore, neque in loco continentur; cum sint separatæ ab omni magnitudine, & motu, huiusmodi autem substantiæ dicuntur esse ibi, idest extra cœlum, non sicut in loco, sed sicut non contenta, nec inclusa sub continentia corporalium verũ, sed totam corporalem naturam excedentia, &c.* Cum itaque prædictæ substantiæ non sint in loco, & sint ab omni motu separatæ, totamque corporalem naturam excedant, quæ vero cœlestium orbium sunt motrices, hoc ipso, quòd operantur mouendo, sint in loco, puta in oriente, sequitur necessario substãtias illas beatas, de quibus ibi loquitur Arist. non esse cœlorum motrices.

Vasquez ij dictũ confutatur.

Arist.

Sed considerandum est Arist. duos intelligentiarum ordines posuisse; alterum earum, quæ cælestium orbium motus causant effectiue; & hæ cœlestibus corporibus sunt vnitæ, vel tanquam formæ, vel saltem vt motores; alterum earum, quæ finales sunt earundem lationum causæ, propter quas scilicet mouent effectrices motuum causæ; & hæ sunt à corporibus, & a motu omninò separatæ, sunt, que penitus immobiles tam per se, quam per accidens nec sunt in loco, cum effectiue non moueant, & na-

Digitized by Google

turali gaudent felicitate in separatorum, ac Dei præsertim contemplatione collocata. De his itaq; separatis immaterialibusq; substantijs loquitur Arist. in dicto textu, & cum eo D. Thom. non autē de alijs præter numerum in 12. Diuinorum stabilitum, per solos enim corporum motus sensibiles cognosci potuerunt à Philosopho substantiæ separatæ: Nec consueuit Arist. aliquid enunciare, cuius rationem veluti testem ex sensibilibus honorabilem, ac fide dignum non afferret.

2. Thomas Ferrarien.

Conclusionem præsentis articuli probat S. D. in secundo cont. gent. cap. 92. firmioribus, & euidentioribus argumentis, quæ Ferrariensis ibidem explicat eruditè.

Prima Controuersia.

De sensu, & veritate conclusionis, & de efficacia probationis.

Sensus quæsiti, rationes dubitandi, & Sententiæ Doctorum.

MVltis capitibus constat hæc quæstio. Primū est, an sit intelligenda conclusio de qualibet rerum materialium multitudine etiam numerica, an de specifica tantùm: Et, si de specifica, dubitatur iterum, An de rerum omnium materialiū: An verò de primarum tantùm partium materialium multitudine sermo sit. Secundum caput est: An conclusio, vt iacet, si materia fidei; idest, prout affirmat maximam Angelorum multitudinem cū excessu ad rerum materialium multitudinem; an pro vt absolutè tantùm maximam Angelorum enunciat multitudinem. Tertium caput est: An, & quo sensu vera sit illa maior; Quantò aliqua sunt magis perfecta, tantò in maiori excessu, vel secundùm magnitudinem; vel secundùm multitudinē sunt creata à Deo: Et rationes dubitandi sunt argumenta Durandi, & aliorum inferius adducenda. Postremum caput est de efficacia probationū conclusionis, & dictæ maioris quo ad singulas eius partes.

Sylvester.

Sylvester tria dicit. Primum, S. Thom. non intendit inferre cōclusionem quasi necessariò, sed quasi probabiliter, & suasoriè arguendo, & ostendendo non esse incredibile, quod scriptura docet de Angelorum multitudine. Secundum: Corpora cœlestia, quæ ad inferiora comparantur sicut superiores spiritus ad animas nostras, sunt producta respectu materialium specierum in excessu cōtinuæ quantitatis, & discretæ incorporabiliter; cum omnes stellæ sint species: vnde rationabile est, quod illi spiritus respectu omnium corporalium sint creati in vtroque excessu .s. perfectionis, & multitudinis; ita vt maior propositio intelligatur de vtroq; excessu, licèt in conclusione non inferatur nisi de numeralis; quia alius non est ad propositum quæstionis. Tertium: Sicut superiora corpora plus habent de forma, idest quantitate; quæ est vt forma respectu substantiæ, & præsertim materiæ, & minus de materia, quam inferiora, ita superiores essentiæ plus habent de multitudine formali, idest specifica, & minus de materiali, idest numerali.

Molina.

Molina dicit quatuor. Primum. D. Thom. non comparauit singula corpora simplicia inter se, sed totam sphæram corporum incorruptibilium cum tota sphæra corporum corruptibilium. Secundum: Esto propositio D. Thom. intelligenda sit vniuersim, de partibus omnibus, & singulis intelligenda est per se; per accidens verò, quando aliud postulat finis, ad quem conditum est vniuersum, potest deficere, quantùm finis ipse vniuersi postulat, & sic per accidens est effectum, vt aqua esset minor, quàm terra; quia necesse fuit eam esse discoopertam aquis ad procreationem viuentium, quæ gignuntur super terram: Et quia etiam Sol (qui præcipuam habet influentiam in hæc inferiora) non longè distare debebat ab his inferioribus; vt suæ influentia potentius ea attingeret; inde etiam per accidens effectū est; vt contineretur intra alios orbes ipso ignobiliores: ac proinde esset minor illis: Tertiū: Cōclusio intelligēda est de substantijs materialib. quo ad species, non autem quo ad individua. Quartum: Ratio D. Tho. est solum probabilis.

Vasquez.

Vasquez tria dicit: Primū; Nihil certi potest in hac re rōne definiri. Secundū: Rationes D. Tho. & aliorū, qui probant maiorem esse Angelorum multitudinē numero aliarum rerū, facili negotio dissolui possunt. Tertiū: Neq; authoritate aliquid certū probare possumus; & Dionysius 14. de cęlesti Hierarchia non significat maiorem esse multitudinem Angelorum numero corporum, sed eā numerari à nobis non posse quauis numeri multiplicatione, qua in rebus corporeis numerandis vti consueuimus; vt cēnario, & millenario numero, &c. concedit tamē ipsismet Angelis benè notā esse suā multitudinē pro lumine sibi à Deo cōcesso.

Caiet.

Caiet. tria dicit. Primum: Conclusio præsentis artic. intelligitur formaliter, & explicitè de multitudine specifica primarum partium corporaliū vniuersi, .s. pertinentium ad primam integritatem vniuersi; vt corpora cœlestia, & elementa; virtualiter autem, & implicitè intelligitur de multitudine specifica, reliquarum omnium rerum materialium, quæ sunt in vniuerso, quoniam primę partes corporales vniuersi continent cęteras species; & si non formaliter, saltem virtualiter. Secundum: Nō est similis ratio de materiali, seu numerali distinctione; quoniam sermo hic est de illis, quæ ad perfectionem pertinent vniuersi; qualis non est multitudo numeralis, sed specifica primarum partiū formaliter, secundarum autem virtualiter. Tertium: Maior S. Tho. intelligenda est in primis partibus vniuersi; & in illis est verissima, & sufficit proposito. Vbi aduertē apud Caietanum, & Syluestrum hanc esse maiorem: Quantò aliqua sunt in entibus perfectiora, tātò in maiori excessu creata sunt; quæ propositio vniuersalis est ad omne genus entium, tam materialium, quàm separatorum à materia. Eandem sententiam in substantia sequitur Bannes, & Valentia, dicens rationem D. Thom. probabilem esse, sed non conuincentem.

Bannes. Valentia. Ferrarien.

Ferrariensis in 2. cont. gent. cap. 92. duo dicit. Pri-

Primum: concluſio intelligitur quantùm ad ſpecies rerum materialium, non quantùm ad indiuidua. Secundum: Maior propoſitio intelligenda eſt de perfectioribus ſeu nobilioribus, non ſecundùm gradum ſpecificum tantùm, ſed de nobilioribus ſecundùm ordinem, & modum eſſendi, ſcilicet de ijs, quæ ad ſuperiorem, & digniorem ordinem, & ad ſuperiorem modum eſſendi pertinent. Eandem ſententiam ad verbum ſequitur Zumellus.

Reſolutio.

Concluſionem intelligendam eſſe de multitudine rerum materialium ſpecifica. Maiorem autem illa; Quantò &c. interpretandam eſſe de perfectione ſecundùm gradus ordinis in vniuerſo, & de multitudine ſpecifica rerum omnium materialium formaliter, & explicitè.

EX omnibus relatis dicendi modis, nullum video, quo proponi conſuetis plenè ſatisfieri poſſit argumentis. Videtur autem in re præſenti difficultas oriri præcipuè ex ſuperfluis quibuſdã diſtinctionibus propoſitę quæſt. punctum minimè contingentibus. Nos diſtinctiones hic dumtaxat neceſſarias proponemus; quæ propoſitæ difficultatis nodum diſſoluant, & ſcopum inquiſitæ veritatis attingant, & cæterarum diſtinctionum redundantiam oſtendant. Sit igitur prima diſtinctio: Partes huius vniuerſi ſunt in duplici differentia; Quædam ad primam eius integritatem, & ſubſtantialem perfectionem pertinent; vt intellectuales ſubſtantiæ, cœleſtes orbes, & elementa; Quædam autem ad ſecundariam tantùm attinent eiuſdem vniuerſi perfectionem, ad cuius ſubſtantialem perfectionem veluti profluentes paſſiones comparantur; hæ verò ſunt vniuerſa mixta, quæ in ſphæra ſublunari ex elementis per cœleſtium ſphærarum influxum generantur. Secunda diſtinctio eſt: Duplex eſt multitudo: Vna conſtans ex vnitatibus, ſiuè rebus vnis ſpecificè diſtinctis abinuicem; ſicut multitudo ſpecierum ſub vno genere; Altera ex ſolo numero diſtinctis conſurgens vnitatibus; ſicut multitudo indiuiduorum ſub vna ſpecie, vel etiã ſub vno genere, vel etiam analogo. Tertia diſtinctio eſt: Perfectio, ſiue nobilitas entis, ſeu patris vniuerſi ſecundùm duo poteſt attendi; nimirum ſecundùm gradus rerum ſpecificos; quatenus vna ſpecies nobiliori conſtituitur differentia, quàm alia. Alio modo ſecundùm gradus ordinis in vniuerſo, quatenus ſcilicet vna res propria ſui gradus excellentia ſic totam alicuius genericę latitudinis perfectionem excedit, vt nihil vniuocum Phyſicè ſit illi cum ea commune; ſicut immateriales ſubſtantiæ nimirum Angeli reſpectu corporum, & cęleſtes orbes reſpectu corruptibilium. Ex his ad propoſitas difficultates dico primò concluſionem S.D. intelligendam eſſe de multitudine Angelorũ ſpecifica, vel magis de multitudine Angelorum abſolutè; quæcunq; illa ſit, (nam de modo diſtinctionis Angelorum, an ſcilicet numericè, vel ſpecificè tantùm diſtinguantur differit quartus articulus) ſicut etiam eadem interpretanda eſt de multitudine rerum materialium ſpecifica, ac de plura-

A litate indiuiduali in humana natura; vt oſtendemus in ſequenti controuerſia; ita vt immaterialium ſubſtantiarum multitudo abſolutè comparetur ſpecificæ rerum omnium materialium multitudini, & numero omnium hominum. Probatur hoc dictum primò ex D. Thom. infra quæſt. 112. art. 4. ad 2. vbi ſic ait; *Sicut corpora ſuperiora tranſcendunt corpora inferiora magnitudine quaſi in immenſum, ita ſuperiores naturæ incorporeæ tranſcendũt omnes naturas corporeas; quia, quod eſt melius, eſt magis à Deo intentum, & multiplicatum* & 1. cont. gent. cap. 91. ratione 4. in fine, *Illas* (inquit) *ſubſtantias* (ſcilicet immateriales) *eſſe plures oportet iſtis ſpecieB bus rerum materialium, & de* por. quæſt. 6. art. 6. in corpore verſus finem ſic loquitur: *Vnde & ſubſtantiæ corporeæ* (*ſicut Dionyſius dicit* 14. *cap. cæleſt. Hierarch.*) *omnem multitudinem materialium ſpecierum tranſcendunt*; vbi Dionyſij verba hic adducta, quæ videntur indifferentia, de multitudine rerum materialium ſpecifica docet intelligenda. Præterea, vt ait Caietanus, numerus lapillorum, arenæ maris, & ſimilium non ſapienter videntur rebus intelectualibus comparari; nec adeò vaſtam Angelorum eſſe multitudinem vllus prudenter aſſereret, quamuis nonnulli haud magni nominis Theologi ita ſenſiſſe referantur. S. Thom. Caiet.

C Secundò dico, Maiorem illam propoſitionem: *Quantò aliqua ſunt magis perfecta, tantò in maiori exceſſu ſecundùm magnitudinem, aut ſecundùm multitudinem ſunt à Deo creata*, intelligendam eſſe de perfectione ſecundùm gradus ordinis in vniuerſo. Probatur hoc ex littera comparante corpora incorruptibilia corruptibilibus, & ſubſtantias immateriales rebus ex materia, formaq; compoſitis; conſtat autem ex dictis cœleſtia corpora à ſublunaribus, & immateriales ſubſtantias à corporeis ſecundùm gradum ordinis eſſe differentes; atque ideo nomine rerum, vel ſubſtantiarum perfectiorum in vniuerſo intelligit ſubſtantias pertinentes D ad primam perfectionem vniuerſi; quamuis non omnes abſolutè loquendo, ſed eas tantùm, quæ ſpeciales conſtituunt gradus; Et quoniam elementa non habent gradum ordinis altiorẽ gradu mixtorum, cum quibus in materia, & genere Phyſico conueniunt, immò, & eorum materia ſunt; ideo in textu ſola nominantur cœleſtia corpora, & ſola cæteris in pèrfectione, & magnitudine comparãtur; Quamuis etiam elementa, qua ratione ſecundùm ſe tota ſunt incorruptibilia, & cœleſtium virtutum quodammodo ſunt inſtrumenta, dignitatẽ iam dictam cœleſtium corporum imitentur; vt ſcilicet quantò vnum eſt altero ſuperius, atq; perE fectius, tantò ſit maius ſuæ quantitatis exceſſu; & eadem, imò potiori ratione cęteras ſuperet rerum materialium ſpecies, quæ ſecundùm dictas rationes ſunt elementis ignobiliores; ſic enim elementa cum cœleſtibus ſphæris quodammodò computantur, eorumq; nobilitate dignantur; quamuis præciſis his rationibus, & abſolutè loquendo ſint mixta nobiliora ſimpliciter elemẽtis. Nec verum eſt, quod ait Molina, aquam minorem eſſe terra quantitate, vt certiſſimis demonſtrationibus, & Duo Molinæ dicta reijciũtur.

expe-

Digitized by Google

experimentis probant Coſmographi: Quod autē ait de Solis nobilitate reſpectu ſuperiorum corporum, ridiculum eſt, & voluntariè dictum.

Tertiò dico; eandem propoſitionem intelligendam eſſe de multitudine ſpecifica, ſicut & ipſa cōcluſio; vt oſtendimus.

Quartò dico, multitudinem ſpecificam rerum materialium, ad quam proximè, & immediatè fit comparatio in concluſione, & in probatione tertiæ partis maioris, eſſe multitudinem ſpecificam non ſolùm cœleſtium corporum, ſed etiam rerum omnium materialium. Hoc dictum eſt contra Caietanum aſſerentem in concluſione, ac proindè etiam in probatione prædicta fieri comparationē ad primas vniuerſi partes formaliter, & explicitè; ad reliquas verò rerum ſpecies virtualiter, & implicitè; eo quod in actiua cœleſtium corporum virtute continentur; Quæ doctrina nunquam mihi placuit; Quoniam virtualiter contenta in aliqua cauſa non ponunt in numerum nec cum illa cauſa, nec inter ſi ſimpliciter loquendo; cum effectus omnes in vna, & eadem cauſa contenti, vt ſic, ſint realiter, & actualiter idem, non ſolum cum ipſa cauſa, ſed etiam inter ſe; vt patet de rana, mure, & vermiculo exiſtentibus in virtute Solis; & eſt communis Philoſophorum, ac Theologorum doctrina ſupra quæſt. 4. art. 2. igitur ex hoc, quod immateriales ſubſtantiæ ob ſui perfectionem, ac nobilitatem excedunt in multitudine cœleſtia corpora, non poteſt legitima, & formali conſequentia deduci, quod ſpecierum etiam corruptibilium multitudinem ſuperent in earum virtute contētam; hęc etenim continentia virtualis ad perfectionem attinet cœleſtium corporum; ac proinde magis eos aſſimilat in perfectione ſubſtantijs ſeparatis, & conſequenter tantò minorem infert in eis ſcilicet ſeparatis multitudinem, quantò per hanc ſpecierum continentiam ſunt cœleſtia corpora ipſis immaterialibus ſubſtantijs ſimiliora. Fit ergo ſubſtantiarum ſeparatarum comparatio ad rerum omnium materialium ſpecies immediatè; iam enim diximus in maiori ſermonem eſſe de perfectione ſecundùm gradus ordinis in vniuerſo; conſtat autem Angelos ſecūdùm ſui ordinis gradum nobiliores eſſe toto gradu ordinis ſpecierum omnium corporearum, tam corruptibilium, quàm incorruptibilium.

Caietani dictum cō futatur.

Maiorem illam: Quantò aliqua &c. non eſſe intelligendam coniunctim de vtroq; exceſſu, & concluſionem, vt iacet non eſſe de fide, ſed illi conſonam.

QVintò dico; Propoſitionem illam: Quantò aliqua ſunt magis perfecta, tantò in maiori exceſſu ſunt creata à Deo, nulla ratione intelligendam eſſe coniunctim de vtroq; exceſſu ſcilicet ſecundum magnitudinem, & ſecundum multitudinem. Probatur primò: Quia S. Thom. ponit eam diſiunctiuè. Secūdò: Quia in nobiliſsimis creaturis, quales ſunt Angeli, non eſt magnitudo quantitatis continuæ, de qua loquitur textus. Quod ſi dicas in eis eſſe magnitudinem perfectionis: præterquam quod litteræ ſenſum deſtruis, nugationem etiam eidem addis, & vim probationis eneruas; Senſus enim eſſet; Quantò aliqua ſunt magis perfecta, tātò in maiori exceſſu perfectionis ſunt creata, quod eſſet idem de eodem prædicare. Secundò probatur idem dictum: Quia cœleſtia corpora nō excedunt generabilium ſpecies multitudine. Sed ait Sylueſter; Stellas eſſe quædam cœleſtia corpora, & ſpecie differre: At hoc falſum eſt; cum in octaua ſphæra defixæ non differant à reliquis eiuſdem ſphæræ partibus, niſi denſitate; inter ſe verò virtutibus influendi diſtinguantur; quod illius indicat orbis nobilitatem; qui diuerſis ſuis partibus velut organis vtitur ad ſuæ virtutis influxum in ſublunaria tranſmittendum; ſicut idem hominis corpus plurimos habet partes ſic à natura diſpoſitas, vt apta ſint inſtrumenta vnius animę ad multiplices eius operationes exercendas; Sicut ergo non dicimus partes illas organicas humani corporis, vt aures, & oculos ſpecie differre; quamquam figura, & diſpoſitionibus valde differant; ſic nec eiuſdem globi ſtellas aſſerendum eſt eſſe ſpecie differentes ob ſolam influendi diuerſitatem.

Syluestri dictū reijcitur.

Sexto dico: Concluſionem S. D. vt iacet, non eſſe de fide, eſſe tamen valde fidei congruentem, & doctrinæ Sanctorum, ac Dionyſij præſertim apprimè conſentaneam; adeò vt eam negare non nihil temeritatis eſſe videatur. Probatur prima pars: Quoniam ſpeciebus rerum materialium maiorem eſſe numerum Angelorum ſcriptura non docet; neque poteſt ex ea deduci per neceſſariam, & euidētem conſequentiam; neq; id Eccleſia definiuit. Secunda pars probatur ex lib. Iob. 25. cap. vbi dicitur: *Nunquid eſt numerus militum eius*, ideſt Angelorū; vt exponit Gregorius lib. 17. Moral. cap. 7. & Pſal. 76. *Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium*, quibus verbis Hieronymus, & alij Sancti Patres Angelorum dicunt maximam multitudinem ſignificari. Danielis 7. dicitur. *Millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei*. Quorum verborum ſenſum exponit infra S. D. q. 112. art. 4. ad 2. & Dionyſius in allegato c. 14. & Gregorius 17. Moralium, & Hieronymus in commentario dicti capituli dicentes Angelorum multitudinem numero materialium ſpecierum lōgè ſe maiorem, & poni numerum determinatum pro indeterminato. Matth. 26. Petrum alloquens Chriſtus ſic loquitur: *An putas, quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo pluſquam duodecim legiones Angelorum?* quibus verbis nō omnem Angelorum militiam, ſed partem eius aliquā à Patre mittendam inſinuat. Ex his diuinæ Scripturæ locis proſpicuè ſatis elucet cœleſtium ſpirituum multitudinem numero ſpecierum materialium eſſe maiorem; Quis enim ſpecificæ rerum materia conſtantium multitudini numeros illos omnem humanæ intelligentiæ modum excedentes putet vere poſſe congrueres, addita præſertim Dionyſij, Hieronymi, & aliorum Patrum expoſitione? Sed ait Vaſquez Dionyſium non ſignificare maiorem eſſe multitudinem Angelorum numero corporum, ſed eam numerari à nobis non poſſe, quauis numeri multiplicatione, qua in rebus corporeis

Iob. 25. Gregor. Pſal. 76. Hiero.

Daniel.

S. Thom.

Vaſquezij cuiuſdā dicitur.

poreis numerandis vti conſueuimus; vt centenario, vel millenario &c. id enim ſignificant illa verba: *Infirmam, & conſtrictam excedentes noſtrorum materialium numerorum commenſurationem*, vbi loquitur (inquit) non de rebus numeratis, ſed de numero ipſo, quo numeramus. At non ſincerè de mente tanti Patris diſſerit Vaſquez. Præmiſerant enim Dionyſius: *Hoc etiam dignum eſt, meâ quidem ſententia ſpiritualis coadoratione ſcriptura diuina cum ſingulorum numerum tradunt, mille millia eorum eſſe dicere, & decies centena millia; quibus numeros maximos, quos adhibemus, in ſe reflectunt, & augent, atq; his planè declarare cœleſtium naturam: qui à nobis numerari non poſſunt ordines* Vbi ex hoc, quod Sacræ litteræ, maximos numeros, quibus vti conſueuimus, in ſe reflectunt, aſſerit cœleſtes ordines declarari, qui à nobis numerari non poſſunt; Vult igitur Dionyſius Angelorum multitudinem eſſe à nobis ſimpliciter innumerabilem. Quod autem ait verba illa: *Infirmam, & conſtrictam, &c* non de rebus numeratis, ſed de numero ipſo, quo numeramus, eſſe intelligenda, non ſolùm ſenſui, ſed & verbis ipſis aduerſatur apertè; quæ numeros noſtros numeros materiales appellat; certum eſt autem numerum, quo numeramus, non eſſe materialem, ſed intelligibilem; Infirmos igitur, & conſtrictos numeros noſtros materiales vocat Dionyſius comparatiuè tantùm ad innumerabilem cœleſtium ſpirituum multitudinem; nullus verò Philoſophorum dixit vnquam, aut ſapienter dicere potuit, rerum corporearum ſpecies noſtrorum numerorum, quibus etiam reflexis vti conſueuimus, excedere quantitatem. His accedunt rationes optimæ; quibus locis ſupra notatis vtitur S.D. & præſertim in dicto cap. 92. ſecũdi cont. gent. quarum vim, & ſenſum explicat etiam Ferrarienſis; cuius doctrinam magna ex parte Zumellus inſeruit primæ ſuæ quæſtioni ad hunc articulum. Poſtremò dico fide certum eſſe maximum eſſe, ac inæſtimabilem Angelorum numerum. Hoc probant ſupra notata diuinæ ſcripturæ loca.

Ferrarien. Zumellus

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: Articuli concluſio intelligenda eſt de multitudine Angelorum ſpecifica, vel abſolutè, & de multitudine rerũ omniũ materialiũ ſpecifica, & de indiuiduali etiã in natura humana, vt probabitur in ſequenti controuerſia.

Secunda concluſio: Illa maior propoſitio: *Quantò aliqua ſunt magis perfecta, tantò in maiori exceſſu ſecundùm magnitudinem, aut ſecundùm multitudinem ſunt creata*, veriſsima eſt, & intelligenda eſt de perfectione ſecundùm gradus ordinis in vniuerſo.

Tertia concluſio: Eadem maior intelligenda eſt de multitudine ſpecifica rerum omnium materialium, quibus proximè, & immediatè comparantur Angeli tam in concluſione præſentis articuli, quàm in dicta maiori, & non ſolis cœleſtibus ſphęris, vt ait Caietanus.

Quarta concluſio: Hæc propoſitio: Quantò aliqua in entibus ſunt magis perfecta, tantò in maiori exceſſu ſunt creata a Deo, non eſt intelligenda A coniunctim de vtroq; exceſſu ſcilicet, ſecundùm magnitudinem, & ſecundùm multitudinem.

Quinta concluſio: Quamuis concluſio D. Tho. non ſit de fide, eſt tamen quàm maximè conſona ſacris litteris, & doctrinæ Patrum, ac præſertim D. Dionyſij.

Vltima concluſio: Fide credendũ eſt maximam eſſe ſpiritualiũ ſubſtantiarum multitudinem. Harum omniũ concluſionum veritas patet ex ſupradictis, & probant eam hic recentiores latiſsimè.

Argumenta, & ſolutiones.

B GOntra primam, & tertiam concluſionem ſunt argumenta Durandi, quæ referunt hic, & ſoluunt Caietanus, Bannes, Zumellus, & Valentia, & Ferrarienſis in dicto cap. 92.

Caietanus Bannes. Zumell. Valentia

Contra eaſdem concluſiones argumentatur Caietanus: Quia maior illa propoſitio de primis vniuerſi partibus intellecta veriſsima eſt, & ſatis ſufficit propoſito; ergo. Probatur antecedens; Quoniam ex hoc non ſolùm concluditur, quod numerus Angelorum, ideſt intellectualium ſubſtantiarum excedit numerum cœlorum, & elementorum; ſed quòd etiam incomparabiliter excedit cæterorum materialium ſpecificam multitudinem; ergo. Probatur hoc aſſumptum: Quia longè plus diſtant C ſubſtantiæ ſpirituales à corporibus, quàm quæcunq; corpora inter ſe; At inter ſuperiora, & inferiora corpora inuenitur exceſſum magnitudinis incomparabiliter; ergo ex maiori ſic intellecta cõcluditur, non ſolùm quod numerus Angelorum excedit numerum cœlorum, & elementorum, ſed quod etiam incomparabiliter excedat cæterorum materialium ſpecificam multitudinem.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens. Ad eius probationem negatur aſſumptum. Ad cuius probationem negatur conſequentia; & ratio negationis eſt; quoniam, vt ait S.D. in 2. cont. gent. c. 92. ſępè allegato: ignobiliora ſunt propter nobiliora S. Thomas atq; ideo oportet, vt nobiliora quaſi propter ſe exiſtentia multiplicentur, quantum poſsibile eſt. Nã, vt ibi notat Ferrarienſis; ea, quæ ſunt ad finem, accipiunt limitationem, & determinationem ex fine; quia tot, & tanta quæruntur, quanta ſufficiunt ad ipſum finem; finis autem ipſe in infinitum quæritur; vt etiam ait S.D. Rom. 12. lect. 1. & 1. Corinth. 11. lect. 3. Quæritur enim ſanitas non in hoc, aut illo determinato gradu, ſed quanta haberi poteſt; conſtat autem primas partes vniuerſi ſubſtantiarum integrantes eſſe propter ſe, & eſſe quodammodo fines cæterarum, reliquas autem eſſe propter eas. Cum itaq; ſit comparatio inter primas vniuerſi partes quo ad multitudinem, ex perfectionum gradibus procedentem, debet intelligi de ea perfectione, quæ partibus conuenit vniuerſi: vt primæ ſunt; & proindè, vt ſunt propter ſe, & conſequenter etiam reliquarum fines; non autem debet, aut poteſt extendi ad eas partes, quę non ſunt primę, nec intentæ propter ſe, ſed propter alias; cum in eis perfectio earum propria non ſit ratio multiplicationis, ſed tota ratio multiplicationis in eis ex fine petenda ſit. Quamuis igitur longè plus diſtent

Ferrarien. S. Thom.

Ange-

Angeli à naturis corruptibilium, quàm à cœlestibus sphæris, non tamen secundùm formalem consequentiam licèt inferre longè maiorem esse separatarum substantiarum multitudinem, quàm sit numerus corruptibilium naturarum; quoniam vis tota discursus secundùm Caietanum non in quacunq; partium perfectione fundatur, sed in ea, qua partes constituuntur, vt primæ, & consequenter, vt sint propter se, & aliarum fines; cum præsertim ex hac ipsa radice non inferatur numerus, sed magnitudo tantùm in cœlestibus sphæris. Fit igitur tam in conclusione articuli, quàm in maiori comparatio Angelorum immediatè cum omnibus rerum materialium naturis, vt affirmat tertia nostra conclusio cum Ferrariensi, & alijs; & hoc idem concludit argumentum Caietani, nimirum Angelorum multitudinem specificæ rerum omnium multitudini immediatè comparatam esse maiorem; sunt enim singulæ rerum species individuorum fines; & secundùm hanc rationem sunt propter seipsas intentæ; quàmuis vt minus principales ad alias principaliores ordinentur.

Contra secundam conclusionem est argumentum Molinæ ex aquæ elemento, & sphæra solari superius tactum, & solutum. Molina.

Contra quartam conclusionem argumentatur Sylvester. Omnes stellæ sunt species; ergo rationabile est, quòd illi spiritus respectu omnium corporalium sint creati in vtroq; excessu, scilicet continuo, & discreto; ergo maior propositio intelligitur de vtroq; excessu, licèt in conclusione non inferatur nisi de numerali: quia alius non est ad propositum quæstionis.

Respondetur; falsum esse antecedens, vt supra probauimus.

Sed contra responsionem hanc videtur esse doctrina D. Thom. de spirit. creat. art. 8. ad 10. vbi sic loquitur: *Plures tamen videntur esse species corporum animatorum, quàm inanimatorum; præcipuè, si corpora cœlestia sint animata; & omnes stellæ adinuicem specie differant.* Quod si dicas conditionalem esse locutionem, reijcitur statim hęc responsio ex articuli eiusdem argumento 12. cum sua responsione, argumentum est: *Sicut inferiora elementa sunt ornata plantis, & animalibus, & cœlum syderum stellis, Sole, & Luna, ita etiam cœlum empyreum ornatum est Angelis; sed in plantis, & animalibus inueniuntur multa eiusdē speciei, ita similiter etiam videtur, quòd omnes stellæ sint vnius speciei; quia communicant in vna forma nobilissima, quæ est lux; ergo &c.* Responsio verò est. *Dicendum est, quod ornamenta terræ, & aquæ, quia corruptibilia sunt, requirunt multitudinem in eadem specie; corpora autem cœlestia etiam sunt diuersarum specierum; lux enim non est forma substantialis eorum, cum sit qualitas per se sensibilis; quod de nulla forma substantiali dici potest; et præterea non est eiusdem rationis lux in omnibus; quod patet ex hoc: quod diuersorum corporum superiorum radij diuersos habent effectus.* Hæc ibi S. Thom. Igitur secundùm S. Thomam stellæ singulæ sunt adinuicem specie differentes; de illis enim loquitur argumentum. Replica D. Thom.

Respondetur, admissa priori solutione, D. Tho. in argumento illo 12. loqui de cęlo sydereo, prout complectitur Solem, & Lunam, & Stellas omnes tā fixas, quàm erraticas, & obijcere, quòd sint vnius speciei, eo quod in ipsa luce, veluti vna forma conueniant; responsio autem est, corpora cœlestia esse diuersarum specierum, & consequenter etiam Stellas ad diuersa corpora pertinentes esse diuersarum specierum; vt Sol, Luna, Saturnus, Iupiter, Mars, & singuli alij planetæ: Cum itaque stellæ fixæ non ad diuersa, sed ad idem pertineant cœleste corpus, scilicet octauam Sphæram, cuius sunt partes, nulla inter eas erit specifica differentia, sed numerica tantùm eo modo, quo partes eiusdem corporis numero distinguuntur ab inuicem; Quod autem asserit S. D. de differentia lucis in corporibus superioribus, referendum est ad corpora secundùm se tota, vel ad sydera, quæ partes sunt diuersorum corporum; Quòd si lucis hæc specifica diuersitas ad singulas etiam, vel plures extendatur Stellas octauæ sphæræ; Dicendum est ex ea diuersitate deduci solum cœlestis illius corporis perfectionem; quod tot partibus, velut organis vtitur ad producendos apud nos tam varios suæ virtutis effectus. Sicut anima nostra, cuius diuersæ sunt specie potentiæ ad multiplicetur exercendas suas operationes pluribus vtitur sui corporis partibus, velut organis ad eas, veluti fines diuersis figuris, & qualitatibus à natura dispositis. Contra eandem conclusionem est hoc argumentum: Maior assumit excessum disiunctiuè, videlicet secundum magnitudinem, vel secundùm multitudinem; ergo non potest inferre excessum Angelorum respectu corporum nisi disiunctiuè. s. secundùm magnitudinem perfectionis, vel secundùm numerum; ergo malè infertur determinatè excessus numeralis.

Respondetur, ex littera, quod, sicut in corporib. attenditur excessus secundū magnitudinem, ita in incorporeis potest attēdi secundùm multitudinē.

Sed contra: Quia, licèt hoc esse possit, non tamen est necessarium ita esse, sed dici poterit etiam in incorporeis excessum attendi secundum magnitudinem perfectionis, quæ respondet magnitudini quantitatis.

Respondetur primò rationem esse probabilem, non autem demonstratiuam. Secundò dico propositionem illam. *Sicut in corporibus attenditur excessus secundùm magnitudinem, ita &c.* probatam fuisse à D. Tho. in dicto cap. 9. hoc argumento. Formæ, quæ sunt extra materiam habent esse completius, & vniuersalius, quàm formæ, quæ sunt in materia, quæ recipiuntur in materia secundùm eius capacitatem; ergo non sunt minoris multitudinis, quā sint species rerū materialiū. Probatur consequentia: Quia etiam species rerum materialium non multiplicantur per materiam, sed per formā. S. Thomæ

Contra quintam conclusionem est argumentū Vasquezij desumptum ex littera Dionysij perperam interpretata; cuius solutio patet ex dictis. Vasquez.

Contra vltimam conclusionem militant argumenta, quæ producit, & soluit S. D. hic, & alijs locis ad marginem huius articuli notatis. S. Thom.

Se-

Digitized by Google

Secunda Controuersia.

An sit maior numerus Angelorum, quàm vniuersorum hominum existentium, præteritorum, & futurorũ.

Sententiæ Doctorum.

Durandus DVrandus in 2. dist. 3. q. 4. partem sustinet negatiuam; quæ fuit sententia quorundam antiquorum Theologorum dicentium tot homines fore saluandos, quot fuerunt Angeli creati; vt patet supra q. 23. art. 7. D. Athanasius in libro quæstionum ad Antiochum quæstionem hanc proponit, & insolutam dimittit.

Athanas.

Molina. Molina disp. 2. vtramq; partem sustinet, vt probabilẽ, & argumentis per vtraq; parte respondet.

Vasquez. Vasquez cap. 3. eandem ferè sententiam sequitur, dicens affirmatiuam esse magis probabilem propter reuelationem S. Brigitæ à Cartusiano relatam; si tamen (inquit) testimonijs scripturæ, aut ratione solùm agendum esset, nihil de hac re conijcere possemus; & ibidem rationibus pro vtraque parte satisfacit.

Zumellus Pesantius Rada. Zumellus partem affirmantem ait esse probabilem eius sententiam sequuntur Pesantius hic, & Rada in sua 2. part. cont. 5. art. 3. conclusione 5.

Resolutio.

Maiorem esse numerum Angelorum tota hominũ multitudine probatur rationibus ex doctrina D. Tho. deductis.

QVanquam proposita difficultas nulla firma possit authoritate, certaue ratione definiri; multa tamen adduci possunt adeò consona veritati; vt prudentis, ac bene dispositi viri mentem inflectant. Ac primò discursus authoris superius explicatus; quo numerum probat Angelorum esse lõgè maiorem, quàm sit materialium omnium specierum multitudo, probat etiam satis euidenter vniuersis hominibus esse maiorem. Nam ex partibus per se primò, ad mundi perfectionem attinentibus illas affirmat S. D. in excessu maiori secundùm magnitudinem aut secundùm multitudinem esse creatas à Deo, quæ magis perfectæ sunt; constat autem ex q. 23. art. 7. inter omnes corporeas creaturas homines principalius ordinari ad bonũ vniuersi igitur, cum ait S. D. *Quanto aliqua sunt magis perfecta, tanto in maiori excessu sunt creata; quia perfectio vniuersi est illud, quòd præcipuè Deus intendit.* nomine eorum, quæ perfecta sunt, & ad vniuersi perfectionem pertinent, non solùm rerum omnium species, sed etiam omnes, & singulos homines intellexit; ac proindè maior erit numerus Angelorum, quàm tota sit non solùm specierum omnium corporearum, sed etiam omnium hominum multitudo; sicut ob eandem causam oportet esse maiorem hominum multitudinem numero specierum omnium corruptibilium. Colligitur hæc veritas euidentius ex 3. ratione D. Tho. in 2. cont. gent. c. 92. vbi nobiliora ex eo probat multiplicari, quãtùm possibile est, quòd propter se sunt existentia, & ignobiliorum fines esse videantur, subsumens intellectuales substantias omnibus corporib. esse nobiliores, vt immobiles, & immateriale mobili, & materiali: Certum est autem singulos homines, qui secundùm partem intellectiuam sunt immortales, esse propter se magis, quàm cœlestia corpora; *quæ creauit Deus in ministerium electis gentibus*, vt dicitur Deuter. 4. & fines esse non solum cœlestium corporum, sed etiam cæterarum omnium corruptibilium creaturarum, vt affirmat expresse S. D. depot. q. 3. art. 18. ad 5. Eius verba sunt: *Vnde ex hoc probatur homo esse finis creaturarum; finis autem, licet sit primus in intentione, est tamen vltimus in operatione; vnde & homo vltimò factus est.* Hæc ibi; quod etiam satis perspicuè declarant Sacræ litteræ in vniuersali dominio homini in cætera animãtia à Deo concesso Genesis primo; *Dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli &c.* & Ps. 8. *Minuisti eum paulominus ab Angelis; gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum; omnia subiecisti sub pedibus eius &c.* Quibus verbis ad litteram describitur dignitas hominis naturalis, in cuius vsum, & commodum creatæ sunt omnes corporeæ creaturæ tam corruptibiles, quàm incorrupcibiles. Cum igitur in textu comparantur Angeli, vt nobiliores omnibus corporeis creaturis, quæ ad vniuersi perfectionem pertinẽt, saltem secundariam per se, & directæ, quales sunt omnes perpetuitatem habentes, vt species; & his omnibus sit homo nobilior; cui non solùm secundùm speciem conuenit esse perpetuum, sed etiam secundùm individua; quorum animæ sunt immortales, & corpora, quę quamuis nunc morti sint obnoxia; sunt tamen in extremo temporis proprijs animab. copulanda, & ad vitam immortalem reparanda; consequens est Angelorum multitudinẽ esse maiorem non solum numero specierum omnium corporearum, sed vniuersa etiam hominum multitudine, præsentes, præteritos, ac futuros complectente.

Genes. 1.

Deuter. 4.

S. Thom.

Molina Vasquez.

His addi possunt argumenta leuiora ex Molina, Vasquezio, & alijs. Primum est: Quia singuli Angeli ex infimo tantùm Angelorum ordine singulis hominibus ad custodiam deputantur; ita vt idem Angelus non sit plurium hominum custos, neq; simul, neq; successiuè; igitur plures incomparabiliter sunt Angeli quam homines. Consequentia patet: Quia soli infimi ordinis Angeli adæquãt hominum numerum, & supereft adhuc innumera superiorum ordinum multitudo. Antecedens autẽ probatur. Primò: Quia non decet eosdem Angelos à principio vsq; ad finem mundi esse in continua custodia. Secundò: Quia quilibet Angelus in die Iudicij cineres colliget huius tantùm hominis, s. à se custoditi; cuius etiam comes erit in iudicio Secundum argumentum est: Demus vnum Angelum plures homines successiuè custodire, adhuc supersunt superiores octo chori beatorũ Angelorũ, & Dæmones omnes; qui videntur esse tertia pars totius multitudinis Angelorum, iuxta illud Apoc. 12. *Draco traxit secum tertiam partem stellarum.* Maior est igitur numerus Angelorum, quam hominũ Vltimum est ex reuelatione S. Brigitæ; quam narrat Carthusianus in Dionysium cap. 14. Huic. n.

Apoc. 12.

Sanctæ

Sanctæ dicitur à Deo fuisse reuelatum, multò plures esse Angelos, quàm homines; ita vt decem possint cuilibet hominum in custodiam deputari; præter quos adhuc sunt Angeli mali.

Sit igitur vnica conclusio: Quamuis satis probabilis sit ea sententia, quæ ait minorem esse numerum Angelorum toca hominum multitudine, longè tamen probabilior est opposita sententia, quæ docet multò maiorem esse numerum Angelorum toco numero hominum præsentium, præteritorũ, ac futurorum simul accepto. Prior pars huius conclusionis patebit ex argumentis statim adducendis: Posterior verò pars ex dictis est manifesta.

Argumenta, & solutiones.

CONtra secundam partem conclusionis militant hæc argumenta: Primum: Probabile est ex hominibus tot, vt minimum saluari, quot Angeli ceciderunt; sed tertia pars Angelorum cecidit, & plures, quam duæ partes, immò quam quadraginta partes hominum damnantur; Ergo pauciores sunt Angeli, quàm homines, qui sunt, fuerunt, & erunt. Prima propositio probatur ex Psal. 109. *implebit ruinas*: & ex communi Theologorum sententia; & declaratur quo ad illam particulam: *vt minimum*; quoniam Anselmus lib. 1. cur Deus homo cap. 8. August. lib. 22. de ciuit. Dei cap. 1. & in Enchirid. cap. 28. & 29. & Gregorius hom. 34. in Euangelia, & alij plures affirmant multò plures hominum saluari, quam fuerint Angeli desertores. Secũda verò propositio patet ex illo Apoch. 12. *Draco traxit secum tertiam partem stellarum*. Altera pars habetur in Euang. Matth. 7. *Lata porta, & spaciosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam. Quàm angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inueniunt eam* Et declaratur: Quia præter malos Christianos, & Hæreticos; quorũ maxima est multitudo, est numerus infidelium propemodũ infinitus.

Psal. 109. Anselmus Augustin. Gregor. Apoc. 12. Matth. 7.

Respondetur, ad primam propositionem eius oppositum esse probabilius. Ad probationem dico locum illum habere varias expositiones. Nam Hieronymus exponit de ruinis hominum non credentium; August. de ruinis cuiuslibet peccatoris: apud Caietanum non habetur ruinas, sed corpora, atq; ita significat resurrectionem mortuorum. Ad secũdam propositionem dico locum illum Apoc. 12. de tertia parte stellarum variè à Doctoribus exponi; Quidam enim de hominibus; & quidam de Angelis, alij de Angelis simul, & hominibus exponunt. Rupertus interpretatur de parte filiorum Israel; quos ibi duodecim stellarum figura significat. Quod autem affirmant Anselmus, August. & Gregorius nihil officit; quia certum non est tertiam Angelorum partem, cecidisse; forsitan enim, qui ceciderunt, nec decima, nec vigesima, nec centesima pars numeri sunt Angelorum.

Rupertus. Gregor.

Secundum argumentum est ex authoritate Gregorij Hom. 34. in Euangelia, vbi ait, tot ex hominibus esse saluandos, quot Angeli remanserunt; cum ergo plures sint damnandi, vt ante diximus; sequitur longè maiorem esse numerum omniũ hominũ quàm Angelorum.

Respondetur cum D. Tho. supra q. 23. Soli Deo cognitum esse numerum electorum, & ideo Gregorij dictum probabili tantùm nititur coniectura. Cui verò sententia placuerit opposita, rationibus in eam productis satisfaciat.

Omitto leues multorum sententias de numero Angelorum determinato à quibusdam recentioribus relatas, quas legat in eis, qui voluerit.

ARTICVLVS IV.

Vtrum Angeli differant specie.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod Angeli non differant specie. Cum enim differẽtia sit nobilior genere, quæcunq; conueniunt secundùm id, quod est nobilissimum in eis, conueniunt in vltima differentia constitutiua, & ita sunt eadem secundùm speciem. Sed omnes Angeli conueniunt in eo, quod est nobilissimũ in eis, s. intellectualitate. Ergo omnes Angeli sunt vnius speciei. 264 2 dist 3. q. 1 art 4. Et 1. con c. 91 & 92 & 93 rõne 4 Et spia 9 Et opu. 30 lc. 6 & lec. 9. princ. Et opu. 32. c. 161.

2 Præterea. Magis & minus non diuersificant speciem. Sed Angeli non videntur differre secundùm magis, & minus: prout. s. vnus alio est simplicior, & perspicacioris intellectus. Ergo Angeli non differunt specie.

3 Præterea. Anima & Angelus ex opposito diuiduntur: sed omnes animę sunt vnius speciei. Ergo & Angeli.

4 Præterea. Quantò aliquid est perfectius in natura, tãtò magis debet multiplicari. Hoc autem non esset, si in vna specie esset vnum tantùm indiuiduum. Ergo multi Angeli sunt vnius speciei.

Sed contra est, quod in his, quæ sunt vnius speciei, non est inuenire prius, & posterius, vt dicitur in 3. Metaph. * Sed in Angelis etiam vnius ordinis sunt primi, & medij, & vltimi, vt dicit Dionys. * 10. cap. Angelicæ Hierar. Ergo Angeli non sunt eiusdem speciei. Li. 3. met. tex. 11. to. 3. * Cap. 4. & 10. Cœl. Hier. à medio.

Respondeo. Dicendum, quod quidam dixerunt, omnes substantias spirituales esse vnius speciei, etiam animas. * Alij verò, quod omnes Angeli sunt vnius speciei, sed non animę. Quidam verò, quòd omnes Angeli vnius Hierarchiæ, aut etiam vnius ordinis, sed hoc est impossibile. Ea enim, quæ conueniunt specie, & differunt numero, conueniunt in forma, sed distinguuntur materialiter. Si ergo Angeli non sunt compositi ex materia, & forma, vt dictũ est supra: * sequitur, * quòd impossibile sit esse duos Angelos vnius speciei: sicut etiam impossibile esset dicere, quod essent plures albedines separatæ, * aut plures humanitates; cum albedines non sint plures, nisi secundùm quod sunt in pluribus substantijs. * Si tamen Angeli haberent materiam, nec sic possent esse plu- 368 Art. 1 huius q. 2. 368 234

res

res Angeli vnius ſpeciei. Sic enim oporteret, quòd principium diſtinctionis vnius ab alio eſſet materia: non quidem ſecundùm diuiſionẽ quantitatis, cùm ſint incorporei, ſed ſecundũ diuerſitatem potentiarum. Quæ quidem diuerſitas materiæ, cauſat diuerſitatem non ſolùm ſpeciei, ſed generis.

Ad primum ergo dicendum, quòd differentia eſt nobilior genere: ſicut determinatũ indeterminato, & propriũ communi, nõ autẽ ſicut alia, & alia natura. * Alioquin oporteret, quòd omnia animalia irrationalia eſsẽt vnius ſpeciei, vel quòd eſſet in eis aliqua alia perfectior forma, quàm anima ſenſibilis. Differunt ergo ſpecie animalia irrationalia ſecũdùm diuerſos gradus determinatos naturæ ſenſitiuæ. Et ſimiliter omnes Angeli differunt ſpecie ſecundùm diuerſos gradus naturæ intellectiuę.

161

Ad ſecundum dicendum, quòd magis, & minus ſecundùm quòd cauſantur ex intenſione, & remiſsione vnius formæ, non * diuerſificant ſpeciem. Sed ſecundum quòd cauſantur ex formis diuerſorum graduum, ſic diuerſificant ſpeciem: ſicut ſi dicamus, quòd ignis eſt perfectior aere: & hoc modo Angeli diuerſificantur ſecundùm magis, & minus.

D. 648.

Ad tertium dicendum, quòd bonum ſpeciei præponderat bono indiuidui. Vnde multò melius eſt, quòd multiplicentur ſpecies in Angelis, quàm quòd multiplicentur indiuidua in vna ſpecie.

Ad quartum dicendum, quòd multiplicatio ſecundùm numerum, cùm in infinitum protendi poſſit, non intenditur ab agente, ſed ſola multiplicatio ſecundùm ſpeciem, vt ſupra dictum eſt. * Vnde perfectio naturæ Angelicæ requirit multiplicationem ſpecierum, non autẽ multiplicationẽ indiuiduorum in vna ſpecie.

Q. 47. ar. 1

Senſus quæſiti.

VT quæſiti ſenſum intelligas, aduerte dupliciter intelligi poſſe Angelos differre ſpecie: Vno modo purè, & præcisè; ſicut ſpecies, ſeu ideæ Platonis, quæ ſolis eſsentialibus, ac ſpecificis differentijs poterant eſse diſtinctæ: quomodo etiam rerum naturæ intellectus abſtractione conceptæ diſtinguuntur. Alio modo poteſt intelligi Angelos non ſpecie tantùm, ſed etiam numero abinuicem eſse differentes; ſicut hic homo, hic leo, & hic canis ſpecie ſimul, ac uumero diſtinguuntur; ſimiliter etiam Angelos numero diſtingui dupliciter poſſumus opinari; Vno modo præcisè; ita vt ſola ſit inter eos numerica differentia, ſit autem vna eorum ſpecifica natura; Alio modo, vt numero ſimul, ac ſpecie differant ſinguli à ſingulis, ita vt æqualis ſit in Angelis ſpecierũ, & indiuiduorũ multitudo; hic ſumitur differre ſpecie abſolutè, prout diſtinguitur ab hoc, quod eſt differre numero præcisè; adeò vt ſit ſenſus; Vtrum Angeli ſpecie diſserant, an potiùs ſolo numero ſub eadem ſpecie.

A

Forma Textus.

RElatis tribus antiquorum Theologorum ſententijs vnica concluſione reſpondet; quam duobus probat argumentis; quibus ſimul confutat tres dictas opiniones. Prima opinio fuit dicentium omnes Angelos eſſe vnius ſpeciei, & etiam omnes animas. Secunda fuit eorum, qui dixerunt Angelos omnes eſſe vnius ſpeciei, ſed non animas. Poſtrema fuit aſſerentium Angelos omnes vnius eſſe Hierarchiæ, vel etiam ordinis.

B *Concluſio eſt: Impoſsibile eſt Angelos eſse vnius ſpeciei. Probatur primò: Ea, quæ conueniunt in ſpecie, & differunt numero, conueniunt in forma, ſed diſtinguuntur materialiter; At Angeli non diſtinguuntur materialiter; ergo. Maior probatur exemplo duplici, ſcilicet albedinis, & humanitatis ſeparatæ: nam impoſsibile eſt eſſe plures albedines ſeparatas, aut plures humanitates; quia non ſunt plures albedines, niſi prout ſunt in pluribus ſubſtantijs. Minor probatur: Quia Angelus non eſt compoſitus ex materia, & forma. Secundò probatur concluſio: Etiamſi Angeli haberent materiam, non poſſent plures Angeli eſſe vnius ſpeciei; ergo Angeli neceſsariò differunt ſpecie. Probatur antecedens: Omnis diſtinctio cauſata ex materia, aut eſt ſecundùm diuiſionem quantitatis, aut ſecundùm diuerſitatem potentiæ; ſed in Angelis non eſt diſtinctio ſecundùm diuiſionem quantitatis, quia ſunt incorporei; ergo in eis eſſet diſtinctio ſecundùm diuerſitatem potentiarum; quod eſt impoſsibile; nam talis diſtinctio cauſat diuerſitatem non ſolùm ſpeciei, ſed etiam generis.*

C

Expoſitio Textus.

Differentiam materialem aſſumptam in maiori dupliciter ſumi poſſe iuxta diuerſas expoſitiones, ſcilicet Caietani, Sylueſtri, & Ferrarienſis.

D DVbitationem hic excitat Caietanus de ſenſu, & veritate maioris aſſumptæ in prima ratione pro concluſione, & de efficacitate diſcurſus. Ratio pro concluſione eſt: Ea, quæ conueniunt in ſpecie, & differunt numero, conueniunt in forma, ſed diſtinguuntur materialiter; At Angeli non diſtinguuntur materialiter; ergo. Circa quam ſic dubitat Caietanus: Hæc ratio aut aſſumit falſum, aut nihil probat; ergo nulla eſt: Probatur antecedens: Quoniam particula illa: *differunt materialiter* aut ſignificat differre materia propriè dicta, quæ ſit altera pars rei differentis: aut ſignificat differentiam in materia propriè dicta, non tamen quæ ſit pars rei differentis; aut ſignificat differentiam in materia communiter ſumpta, ideſt in eo, quod ſe habet vt materiale reſpectu ſpeciei; Sed ex quolibet horum trium admiſſo, ſequitur alterũ ex prædictis abſurdis, aut etiam vtrunque, nimirum rationem aut aſſumere falſum, aut nihil probare, vel etiam vtroq; defectu laborare; ergo. Probatur hæc ſubſumpta propoſitio quo ad primam partẽ: Nã, ſi differre materialiter ſignificat differre materia propriè dicta, quæ ſit altera pars rei differentis,

Caietanus

E

D falſum

falſum aſſumitur;quia duæ animæ differunt materialiter,& duę lineę mathematicè ſumptæ,& ſimiliter duo accidentia eiuſdem ſpeciei in Angelis,& tamen non habent materiam partem ſui.Secundò probatur eadem propoſitio quo ad ſecundam partem:Quia,ſi differre materialiter ſignificat differentiam in materia propriè dicta,quæ tamen non ſit pars rei differentis;ſequitur primò falſum aſſumi;quoniam,vt dictum eſt, duæ lineæ mathematicę differunt materialiter; & ſimiliter duo accidentia eiuſdem ſpeciei in Angelis; & tamen nō habēt materiam propriè dictam,nec vt partem, nec vt ſubiectum. Secundò ſequitur per dictam rationē nihil probari,ſed in ea committi fallaciam compoſitionis ab inferiori ad ſuperius negatiuè: Probatur hæc ſequela: Quoniam differre materialiter materia propriè dicta ſuperius eſt ad differre materialiter,ideſt materia, quæ ſit pars rei differentis,& ad differre materialiter,ideſt ſecundùm materiam aliquo modo, puta per ordinem ad materiam;igitur ex negatione compoſitionis, non poteſt inferri negatio differentiæ materialis, ſed eſt fallacia conſequentis. Denique probatur vltima pars dictæ ꝓpoſitionis: Quia, ſi differre materialiter ſignificat differentiam in materia communiter ſumpta;ideſt,in eo,quod ſe habet vt materiale reſpectu ſpeciei,ſic ab omnibus acceptatur,vt verum,ſed efficacitas diſcurſus nulla eſt; cum nihil omninò probetur ad propoſitum. Nam tunc minor dictæ rationis,videlicet: Angeli non differunt materialiter non rectè probaretur ex hoc, quod non ſunt compoſiti ex materia,& forma, ſed eſſet ſophiſma conſequentis ab inferiori ad ſuperius negatiuè; Nam differre materia cōmuniter ſumpta, longè communius eſt, quàm eſſe compoſitum ex materia,& forma; igitur ex negatione cōpoſitionis ex materia, & forma non rectè probatur negatio differentiæ ſecundùm materiam communiter ſumptam, ſicut ex negatione hominis non ſequitur negatio animalis.

Reſponſio Caiet.

Huic argumēto reſpondet Caietanus maiorem illam eſſe tertio modo intelligendam, ſcilicet de differentia ſecundùm materiam communiter sūptam;eo quod ſenſum hunc indicet exemplum de plurificatione albedinis,quæ non indiuiduatur ex materia,ſed ex quanto. Ad argumentum autem aduerſus hanc partem reſpondet rationem illam pro concluſione eſſe efficacem in ſubiecta materia,ideſt in ſubſtantijs completis,quales ſunt Angeli;de quorum differentia differitur. Nam diſtinctio omnis purè materialis,aut oritur ex quantitate;vt in rebus materialibus,ideſt ex materia, formaq; compoſitis;aut ex ſubiecto; vt in accidentibus ſpiritualibus;differentia autem ex quantitate proueniens in ſubſtantijs eſſe non poteſt,niſi rōne materiæ; at verò materia in ſubſtantijs completis nō eſt,niſi vt earum pars. Cum itaque de Angelis, qui ſunt completæ ſubſtantiæ loquatur hic D.Thomas,ſufficienter (inquit Caietanus)excluditur ab eis differentia materialis per hoc,quòd ab eiſdem excluditur compoſitio ex materia,& forma.

Syluęſtri ſolutio.

Syluęſter eandem approbat ſolutionem, & alia etiam via diluit propoſitum argumentum, dicens differre materialiter hìc ſumi primo modo; prout ſcilicet ſignificat differre materialiter proprie,quæ eſt pars compoſiti;& tunc,cum in maiori dicitur:Ea, quæ conueniunt,&c.fit diſtributio non omniū ſimpliciter,ſed omnium ſubſtantiarum, & fit ſenſus. Quæcunque ſubſiſtentia conueniunt in ſpecie, & differunt in numero,conueniunt in forma, ſed diſtinguuntur materialiter, ideſt materia,vt eorum parte;& in eodem ſenſu additur minor, videlicet: Sed Angeli non diſtinguuntur materialiter, ideſt materia,quæ ſit eorum pars.Ad argumentum autem Caietani de exemplo duarum albedinum reſpondet,exemplum fuiſſe datum à ſimili non ſimpliciter,ſed proportionaliter.Hunc dicendi modū ſequitur Ferrarienſis in 2.cont.gent.cap.93. reiecta ſolutione Caietani;quoniam hìc ſermo eſt(inquit) non de differentia materiali accidentium, ſed ſubſtantiarum,de quibus etiam loquitur Ariſtot. in 12.Metaphyſ.tex.49. vnde rationem hanc deſumpſit S.Thom.per quam ibi probat Ariſt. primum principium immobile eſſe tantùm vnū; conſtat autem Philoſophum in eo textu materiā accipere pro materia propriè dicta;quæ pura potentia eſt in genere ſubſtantiæ. Iam autem diximus in ſubſtantijs per ſe completè ſubſiſtentibus,de quibus hic agitur, diſtinctionē oēm materialem,ſiue indiuidualem in eadem ſpecie eſſe non poſſe, niſi per materiam propriè dictam,quę ſit pars compoſiti.Hic dicendi modus ſatis videtur probabilis, cum nihil habeat rationi,aut textui repugnans,& Ariſtotelis primi huius rationis authoris mētem attingat. Sed Caietani noſtri ſolutio, quæ maiorē illam ſuſtinet in ſuæ communitatis amplitudine, abijcienda non eſt,cum in textu haud ſpernendu habeat fundū ab exēplo albedinis per ſolū ſubiectum numeraliter multiplicatæ, & verbis etiā Ariſtot.poſsit adaptari modo ſuperius expreſſo.

Ferrarien. Ariſt. Sentia authoris.

Circa ſecundam rationem, vbi dicitur diſtinctionem cauſatam à materia eſſe ſecundū diuerſitatem potentiarum, & cauſare diuerſitatem generis,legendus eſt D.Thom. ſuper Boetio de Trinit.quæſt.4.art.2.& de ſpirit.creat.art.8.

Prima Controuerſia.

An ſecundùm ordinem naturæ ſint in eadem infimæ ſpēcie plures Angeli.

Senſus quæſiti,& ſententiæ Doctorum.

DE numero Angelorum in eadem ſpeciei duplex eſt inter Scholaſticos Thologos cōtroueria; Vna limitibus ordinariæ Dei potentiæ,& naturalibus ordinis vniuerſi finibus circumſeptat Altera nullis conſtricta potentię terminis,ſed infinitæ virtutis efficaciam,& repugnantiam,aut obſequium naturæ ſpecificæ immaterialiter ſubſiſtētis circa multiplicationem indiuiduorum inquirens. Priorem nūc aggredimur;de altera poſt hęc immediatè tractaturi:Quæſtio verò eſt de ſola, & infima ſpecie;nam plures Angelos eadem continere ſpecie ſubalterna nullus ambigit.

Tribus conſtat propoſita cōtroueria Doctorū ſententijs. Prima eſt Alberti Magni in 2. parte ſū-

mæ

Albertus. Bonauen. Guliel. mæ tract. 2. q. 8. & Bonauenturæ in 2. senten. dist. 9. art. 1. q. 1. & Gulielmi Parisiensis in 2. parte secundæ partis de vniuerso cap. 116. qui dicunt, omnes Angelos esse vnius speciei infimæ.

Secunda sententia docet, in Angelis esse plures species, & in singulis esse plures Angelos solo numero differentes. Hæc tribuitur Alensi in 2. parte q. 20. membro 6. art. 2. Ricardo de S. Victore in 2. dist. 5. art. 5. q. 7. Scoto dist. 3. q. 7. & alijs à recentiorib. nominatis. Hanc vt probabilem, & Veram sequuntur Molina, Valentia, Vasquez, Posantius, Malonius in 2. sen. disp. 3. & Rada in sua contr. 5. de plurificatione Angelorum, & quidam alij. Eandem etiam vt probabilem sustinet Zumellus; quãuis oppositam complectatur, vt veram in prima q. ad hunc articulum.

Alensis. Richard. Scotus.

Molina. Valentia. Vasquez. Posantius. Malonius. Rada. Zumellus D. Thom. Ferrarien.

Vltima sententia est D. Th. hic, & alibi sæpè dõcẽtis; impossibile esse duos Angelos vnius speciei esse; Hanc sequuntur nostrates omnes Thomistæ, vno dũtaxat Ferrar. excepto, qui in 2. cont. gen. c. 93. plures affirmat esse forsitã Angelos in vna specie: quamuis distinctionis eorum causa nobis sit ignota, & D. Thom. asserere id esse impossibile, si modos tantùm attendamus distinctionis indiuidualis nobis notos. Eandem D. Thom. sententiam sequitur Zumellus, vt magis probabilem, & Suarez disp. Metaph. 35. sect. 3. num. 42. & 43

Zumellus Suarez.

Resolutio.

Non esse plures Angelos in eadem infima specie probatur ex dictis Aristotelis.

PRæcipuum determinandæ veritatis in proposita controuersia fundamẽtum illud est, quod hìc, & alibi sæpè D. Thom. ad negatiuæ conclusionis probationem assumpsit ex Arist. 12. Metaph. text. 49. cuius verba sunt: *Quod autem vnum cælum manifestum, Si enim plures essent cæli, vt homines, foret principium, quod circa vnumquodq; species vnum, numero verò multa. Sed quæcunque sunt numero multa, materiam habent: vna enim, & eadem ratio multorum; vt hominis, Socrates verò vnus: Quod autẽ quodquid erat esse non habet materiam primam: endelechia enim. Vnum igitur, & ratione, & numero mouens primũ immobile existens, & motum ergo semper, & continuè vnũ solũ: Vnũ ergo solùm cælũ.* Ex quo textu trahit S. Tho. hoc argumentum ad probandam huius articuli conclusionem. Ea, quæ conueniunt in specie, & differunt numero conueniunt in forma, sed distinguuntur materialiter; At Angeli non distinguũtur materialiter, ergo. Sed ait Valentia dictũ illud Arist. Quæcunq; sunt numero multa, materiam habent, habere locum in reb. corporeis, non autem in omnib. reb. Sed hæc glossa manifestè destruit textum, in quo probatur primum principiũ, quod est purus actus, & mouens immobile, esse vnũ numero tantùm, quia quæcunq; sunt numero multa, materiam habent. Aliam affert glossam Scotus lib. 7. Metaph. q. 13. & in 2. sen. dist. 3 q. 7. quam sequitur, & explicat Antonius Andreas eius discipulus lib. 5. Metaph. q. 5. dicens materiam, & formam opponi relatiuè; quot verò modis dicitur vnum relatiuũ, tot etiam modis dicitur eius correlatiuũ:

Valentiæ, obser.

Reijcitur.

Scoti glos. aut Andr.

A dicitur autẽm forma dupliciter: vno modo de forma partis, vt anima: alio modo de forma totius, siue de quidditate: vt humanitas; similiter itaque materia duplex erit, scilicet materia partis, quæ est materia prima, & materia totius, quæ est proprietas seu differentia indiuidualis: Cũ igitur ait Philosophus: Quæcunque sunt numero multa, materiã habẽt, sensus est: quæcũq; sunt numero multa, habent materiã, vel primò, vel secundò modo dictã. Quamuis autẽ in Angelis non sit materia, quæ est pars cõpositi: est tamen in eis materia: id est proprietas, siue differẽtia indiuidualis, per quã sub vna specie possunt numero multiplicari. Hunc

B dicendi modũ sequitur Rada in dicta sua controuersia. Verùm hæc glossa destruit non solũ textũ illum 49. Sed vniuersam Arist. Philosophiam quo ad eam partem, quæ tractat de distinctione numerica substantiarum. Nunquã enim inuenitur nisi triplex materia apud Arist. Prima est illa, quæ pars est potentialis substãtiæ compositæ, & dicitur materia prima: quæ pura potẽtia est: atq; ideo dicitur non esse quid, nec quale, nec quantum nec aliquid aliorum, quib. est ens determinatum, sed omnia in potentia. Secunda est materia sensibilis: cuius potentia est ad formas accidentales, vt æs, & lignum materiæ quædã sunt potentiã habentes ad formã

C statuæ, vel etiã ad formã substãtialẽ ratione insitæ materiæ primæ. Tertia materia est intelligibilis, quæ Mathematicis cõuenit sub propria abstractione cõsideratis. Legẽdus est, Arist. in 1. & 2. Phys. & 7. Metaph. & text. præsertim 35. & lib. 12. a tex. 9. vsq; ad 29. Aliã materiã præter istas non inuenies apud Arist. aut alios antiquos Peripateticos. Præterea Arist. in dicto tex. 49. de illa materia loquitur, quam in eodẽ lib. textu 30. & 41. & 8. Phys. tex. 78. & 79. excluserat à primo motore: hæc autẽ est materia, quæ pars est cõpositi ad genus substãtiæ pertinẽs: vt patet ex vi processus, quæ nulla prorsus esset, si de alia materia, quam de corporea, &

Rada. Scoti gl. reijcitur.

Arist.

D quãtitati subiecta sermo esset. Deniq; plurib. alijs omissis profero tex. 28. septimi diuinorum, vbi sic discurrit Philosoph. contra Platonẽ: *Quarè palàm, quia non oportet quasi exẽplum specie probare, maximè enim in his exquirerentur formæ, nã substantiæ maximę hę; sed sufficiens, vt generans facere, & speciei causã esse in materia, omnis verò iãtalis species in his carnib. & ossib. Callias, & Sortes, & diuersa quidem propter materiã, (diuersa nã q;) idẽ verò specie.* In quibus verbis perspicuè constat; sumi materiã pro generationis subiecto, in quod per agentis, siue generantis operationẽ inducitur forma similis formæ generantis: hanc verò causam esse diuersitatis numeralis inter generãs, & genitũ asserit Arist. vt patet etiã ex cõmuni Græcorũ Latinorũ, & Arabum interpretatione, q; etiã explicat euidentiùs Arist. in tex. immediate sequente. Nec aliquid valet adducta ratio Scotistarũ; quoniam, licèt materia, & forma quadã ratione relatiuè dicantur, dicitur tamen æquiuocè, & satis improprie forma de quidditate: quæ nuncupatur forma totius, & consequẽter eius materia non erit aliquod receptiuum omnino distinctum ab ipsa quidditate, sed erit ipsũ

E

Soluitur ratio Scotistarum.

indiuiduum, siue suppositū, in quo est quidditas, siue natura, tanquam in habente quidditatem ipsam: nam, & si proprietas Socratis indiuidualis quidditati comparetur, vt determinans ad determinabile, & vt quasi materiale ad formale: materia tamen verè non est, nec dici potest, sed potiùs constitutiua materiæ valdè impropriè dictæ, nimirum suppositi, in quo quidditas est, vt in habente. Secundò dico cum D. Thoma supra q. 3. art. 3. S. Thom. materiam quidditatis esse materiam ipsam indiuiduantem: sic enim ait ibi S. Doctor: *Humanitas significatur vt pars formalis hominis, quia principia definientia habent se formaliter respectu materiæ indiuidentis.* Igitur materia, quæ principium est indiuiduationis respondet quidditati: quæ est forma totius, quasi vt eius materia.

Obiectio Radæ dilu-itur.

Sed arguit Rada: Si suppositum naturæ compositæ ex materia, & forma nihil præter naturam ipsam in concreto includeret, eius quodquid est esset idem omninò cum eo, & per ipsam quidditatē esset singulare, ac suppositum: sicut Deus ex sua quidditate præcisè est hic Deus singularissimus, nihil præter Deum includens: ergo per materiam Aristm 7. Metaph. tex. 29. 21. & 41. verè intellexit differentiā indiuidualē contrahentē naturā specificā ad esse indiuidui. Respondetur suppositū materiale non includere solā naturā in concreto, sed etiā quantitatē materiæ, & naturæ limitatiuā, per quā ita hæc materia, & ab omni alia materia distinguitur; ex qua vt prima radice resultat proprietas indiuidualis, & distinguitur suppositum à natura. Deinde cōcedēdo (inquit Rada) Philosophū per materiam intellexisse alterā partē cōpositi, dico, mentē eius fuisse, omne non habens materiā, vt alterā sui partē esse idem suo quodquid est; primò ab ea causam; quia omne non habens materiā existimauit esse ens formaliter necessarium; ex quo principio sequitur necessariò in tali natura in re non posse esse suppositorū pluralitatē; Nā, si plura in tali natura possent esse suppositā, ergo & infinita, ergo actu essent infinita, cum in necessarijs non differant esse, & posse; principium autem illud (inquit Rada) omninò falsum est; Quē dicendi modū ex Molina desumpsit. Sed de principij illius veritate disseremus in articulo sequente. Scito tamen rationem Arist. cum eo principio, nullam habere connexionē, sed ex sola quidditatis immaterialitate subsistētē dependere; vt affirmat expressè S. Doctor supra q. 3. art. 2. ad 3. dicens. *Illa forma, quę non est receptibilis in materia, sed est per se subsistēs, ex hoc ipso indiuiduatur, quod non potest recipi in alio:* S. Thomas Quod idem etiam docet in ar. 3. eiusdem quæstionis dicens; ea, quæ non sunt composita ex materia, & forma, per se indiuiduari, & in q. 13. art. 9. idipsum repetit. Quo fit, vt neq; sola negatione materiæ, neq; proprietate aliqua naturā consequēte indiuiduetur forma subsistens, sed se ipsa præcisè; quia, scilicet talis forma, & quidditas est, quæ separationē sibi vendicat à materia, & consequēter ei repugnat in plura distingui, & numero multiplicari; sublata verò propria numeri causa, remanet vnitas numerica necessariò. Nec eget forma subsistēs aliquo limitāte; sed hoc ipso vna numero est, quod cum tota suæ perfectionis latitudine minimè diuisa subsistit; vt ostendetur inferius.

Scoti, & Molinæ dictum reiicitur.

Iā verò Scotus, & eius discipuli, quos sequitur Molina dicunt Arist. errasse in supradicto fundamento, quod, licèt infirmū, assumpsit, vt ex eo deduceret numerum intelligentiarū iuxta numerum motuum cœlestib. sphæris congruentium. Sed ex dictis, & ex ijs omnib. locis, vbi loquitur Arist. de causa vnitatis, & pluralitatis numericæ, & vnitatis, aut distinctionis quidditatis ab habente quidditatē, patet euidenter solā materiā cum eide annexa quantitate, causam esse distinctionis, & multitudinis numeralis; adeò vt etiā remotis cœlorū motib. & ipsis orbib. nusquam existentib. verissima sit ea doctrina ex ipsis rerū naturis, & experiē tia recto rationis discursu, ac arte legitima Philosophandi deducta: Quā ob causam S. D. dictū principium ad suæ conclusionis probationem assumpsit: non autem ob solum studium cum Arist. consentiendi: vt nimis audacter affirmat Molina.

Probatur idem rationibus D. Thom. quę defenduntur contra Scotum, Valentiam, & Radam.

SEcundum eiusdem Peripateticæ, ac Thomisticæ veritatis fundamentum est ex ordine vniuersi ex quo S. D. de spirit. creat. ar. 8. trahit hoc argumentum: Id, quod caret ordine per accidens, nō habet plura indiuidua eiusdē speciei: At Angeli carent ordine per accidens; ergo. Maior probatur: Quia inter indiuidua vnius speciei non est ordo nisi per accidens; quoniam indiuidua conueniunt in natura, & differunt secūdùm principia indiuiduātia, & diuersa accidentia: quæ per accidens se habent inter se, & ad naturam speciei; quæ autem speciē differunt, ordinem habent per se, & secundum essentialia principia; In speciebus enim vna super aliam abundat, sicut & in speciebus numerorum; vt ait Philosophus 8. Metaph. tex. 10. Minor autem probatur: Quia tres sunt partes vniuersi, scilicet infima: in qua sunt generabilia, & corruptibilia: media, quæ constat cœlestib. sphæris; suprema denique, quæ substantias continet immateriales: quarum omnium partium intrinsecum bonum est ordo; vt ait Phylosophus 12. Metaph. tex. 52. Et cum duplex sit ordo, scilicet per se, & per accidens; ea Aristot. pars vniuersi, in qua est ordo per se purus, est potior ea, in qua est ordo per se admixtus ordini per accidens; vt ibidem ait Arist. At substantiæ immateriales, ideſt Angeli sunt perfectissima pars vniuersi; ergo in eis non inuenitur ordo per accidens, sed tantum per se. Et confirmatur; quia non minus excludit ordinem per accidens suprema pars vniuersi, quàm media: At media pars excludit ordinem per accidens; ergo & suprema. Maior probatur ex dictis: quia bonitas vniuersi in ordine consistit, & ordo per accidens est quid imperfectum, & deficiens ab ordine per se; immò cum esse ordinatum per accidens sit conditio diminuens rationē ordinis esse ordinatū per accidens est esse inordinatū; igitur, quò fuerit perfectior, & altior vniuersi pars, eò minus habebit de ordine p accidēs.

Minor

Minor autem probatur: Quia ſingulæ cœleſtium corporum ſpecies ſingula tantùm continent individua: cùm ſit tantùm vnus Sol, & Luna, & ſic de alijs.

Rada ſolutio. Huic argumento reſpondet Rada ſoluens aliud ſimile; & negat minorem argumenti principalis. Ad eius probationem negat maiorem quo ad eam partem, quæ ait eam, vniuerſi partem, in qua eſt ordo per ſe purus, eſſe nobiliorem ea, in qua eſt ordo per ſe admixtus ordini per accidens. Ad confirmationem negat maiorem.

Ad eius probationem nihil directè, aut diſtinctè reſpondet: Ratio eius reſponſionis eſt, quoniã Auguſt. lib. 19. de Ciuit. Dei cap. 13. ſic ordinem definit: Ordo eſt parium, & imparium rerum vnicuique ſua loca diſtribuens congrua diſpoſitio. At per res impares intelligit Aug. ſpecies, & rerum eſſentias; quæ in perfectione quidditatiua æquari nequeunt; nam, ſi æquarẽtur, iam non eſſent diſtinctæ ſpecies, & eſſentiæ, itaq; per res pares intelligit individua ſub eadem ſpecie atoma contenta; quæ ob id dicuntur paria; quia eandem omninò perfectionem eſſentialiter participant. Et quoniã res impares eſſentialiter ordinantur, res verò pares accidentaliter tantùm, ſiue per accidens; ideo principalius res impares, quàm pares ad ordinem vniuerſi pertinent; quamuis vtraq; requirãtur iuxta deſcriptionem ex Aug. relatam: Et quamuis individua per accidens ordinentur inter ſe; ſi tamen ad totum vniuerſum comparentur, per ſe ad eius ordinem pertinent; qui eſt bonum vniuerſi intrinſecum: alioquin malè rerum paritatem Auguſt. in rerum ordinis deſcriptione collocaſſet.

Auguſt.

cõfutatio Sed hæc friuola ſunt. Primò: Quoniam ad perfectionem vniuerſi non requiritur in qualibet eius parte rerum parium diſpoſitio, cum in cœleſtib. ſphæris nullæ ſint pares in ſenſu Radæ; ſufficiet igitur ad vniuerſi perfectionem ea paritas: quam habent corruptibilia ſingularia ſub vna ſpecie. Secundo: Quoniam non eſt requirenda paritas in ea eſſentia ſpecifica, quæ naturalem, & intrinſecam habet cum ipſa paritate repugnantiam: habent autem tam cœleſtia corpora, quàm Angeli cum tali paritate repugnantiam: vt iam ſupra diximus, & euidentius oſtendemus in ſequenti controuerſia. Tertio: Quia paritas illa, de qua loquitur Aug. non eſt inter individua, ſed inter ſpecies, & quaslibet rerum naturas: quæ vt in communi generis ratione conueniunt, pares dicuntur; vt verò comparantur adinuicem ſecundùm magis, & minus perfectam differentiam communem generis naturam contrahentem, & ſpeciem ipſam conſtituentem dicuntur impares; vel etiam quæ vnius ſunt generis, aut ordinis vt ſic, pares dicuntur; vt autem ijs, quæ ſunt alterius ordinis, comparantur, impares nuncupantur; vel deniq; pares dicuntur res à Deo creatæ proportionaliter, vt ait S. D. ſupra quæſ. 47. art. ſecundo ad 2.

S. Thom.

Valentiæ ſolutio. Alio modo reſpondet eidem argumento Valentia dicens, quamuis ordo individuorum ſit imperfectior, quàm ordo ſpecierum, non idcirco tamen ordinem individuorum eſſe remouendum ab Angelis; ſicut, quamuis gradus genericus ſit imperfectior, quàm ſpecificus, tamen non propterea negamus in Angelis eſſe gradum genericum: ſunt enim (inquit) huiuſmodi imperfectiones tales, vt etiam contineant quaſdam perfectiones non abhorrentes ab Angelo; neq; ob eam cauſam cœli omnes ſunt diuerſæ ſpeciei, quia repugnat illis imperfectio ordinis individuorum in eadem ſpecie, ſed quia non fuit neceſſarium, aut vtile, vt eſſent plures cœli eiuſdem ſpeciei, ideſt, vt eſſent duo cœli Saturni, & duo ſtellati, neq; id Deus voluit, quia non expediebat ad perfectionẽ vniuerſi. Hæc illæ.

Sed rationes huius expoſitoris omnes ſunt fallaces, aut falſum aſſumunt: Non enim negatur in ſeparatis ordo per accidens ab Ariſt. & D. Tho. ob eam cauſam præciſè, quod ſit imperfectior ordine per ſe; ſic enim procederet eius argumentum à ſimili in ratione generica; ſed propria cauſa eſt, quoniam ordo per accidens tollit ſimpliciter ordinis perfectionem in ijs, in quibus ordo per accidens admiſcetur ordini per ſe ita, vt tales res ordinis perfectione careant abſolutè; quæ tamen ſimpliciter conuenit illis, in quibus ſolus reperitur ordo per ſe. Iam enim diximus per accidens ordinata, vt ſic eſſe inordinata; conſtat autem id perfectam ordinis rationem non habere, quod aliqua ratione eſt inordinatum. Quare non eſt eadem, ſed longè diuerſa ratio de gradu generico, & de ordine per accidens in Angelica natura; nam gradus genericus eſſentialem habet ordinem ad ſpecificum, & ab eo completur, nec realiter ab eo diſtinguitur; ſed ordo per accidens non habet eſſentialem habitudinem ad ordinem per ſe, nec ab eo cõpletur, & ab eo realiter diſtinguitur; & cum eo facit vnum per accidens in ſubiecto vtriuſque ordinis receptiuo; quod etiam ex eo denominatur inordinatum, vel non perfectè ſimpliciter ordinatum; atque ideo nec in Angelis, nec in cœleſtibus corporibus, quibus ratio debetur ordinis perfectiſſima, reperitur ordo per accidens; ac proinde nec pluralitas individuorum in vna ſpecie.

cõfutatio.

Auguſt.

S. Thom.

Tertium eiuſdem noſtræ doctrinę fundamentũ habetur in 2. cont. gent. cap. 93. & ſumitur ex ipſa natura, & eſſendi modo naturali ſubſtantiarum ſeparatarum. Nam ſubſtantiæ ſeparatę ſunt quidditates ſubſiſtentes: at quidditates ſubſiſtentes non poſſunt eſſe plures, niſi ſint plures ſpecies; ergo. Maior patet ex Ariſt. 7. Metaph. tex. 41. Minor probatur: Quia ſpecies rei eſt, quam ſignificat definitio: quæ eſt ſignũ quidditatis rei; ergo quidditates ſubſiſtentes ſunt ſpecies ſubſiſtentes: ergo non poſſũt eſſe plures quidditates, niſi ſint plures ſpecies.

ariſt.

Huic proximum eſt quartum ex ſupradicto articulo, de ſpirit. creat. quod deſumitur ex Angelicæ naturæ perfectione: In ſuprema parte vniuerſi reperitur hic gradus perfectionis, vt ſcilicet vni individuo nihil deſit eorum, quæ ad totam ſpeciem pertinent, & ſic non ſint plura individua ſub vna ſpecie: Sed Angeli ſunt ſuprema pars vniuerſi; ergo. Minor patet. Maior probatur ſupponendo primò illud eſſe perfectum, cui nihil deeſt eorũ, quæ ad ipſum pertinent; Deinde explicando gradus perfectionis ex rerum extremis: quæ ſunt Deus, & cor-

corruptibilia: Nam Deo, qui eſt in ſupremo perfectionis, nihil deeſt eorum, quæ pertinent ad rationem totius eſſe; cum in ſe præhabeat excellenter rerum omnium perfectiones, rei verò cuiuslibet corruptibilis individuum ex eo perfectum eſt, quod habet quidquid ad ſe pertinet ſecundùm rationē individuationis ſuę, non autem quidquid pertinet ad naturā ſuę ſpeciei; cum natura ſuę ſpeciei etiā in alijs individuis inueniatur; hoc verò ad imperfectionem pertinet, quòd ſcilicet natura plura neceſſariò poſtulet individua, ſiue ad conuictum, ſiue ad generationem, ſiue ad naturam ipſam perpetuò ineſſe conſeruandam: Igitur ab extremis ad media procedendo ſuperior vniuerſi pars, quæ cœleſtibus orbibus conſtat; cum ſit in altiori perfectionis gradu conſtituta ſecundùm quamlibet ſpeciem ſub vno concluditur individuo, totā ſuæ ſpeciei naturam habente; ſicuti Soli nihil deeſt eorū, quæ ad propriam eius ſpeciē pertinent: Igitur multò magis in ſuprema parte rerum creatarum; quæ eſt Deo propinquiſſima, ſcilicet in Angelis hæc inuenitur perfectio, vt vni individuo nihil eorum deſit, quę ad totam ſpeciem pertinent; ſicq; nō ſint plura individua in vna ſpecie.

Valentiæ, & Radæ obiectio.

Sed contra dicta duo fundamēta inſurgunt Valētia, & Rada cum Scoto: Ait enim Valentia, quāuis forma per ſe exiſtens habeat omnem perfectionem intrinſecam ſibi; & eſſentialem, non tamen eſſe neceſſe, vt habeat omnem perfectionem individualem. Rada verò ſic arguit: Primò: Sequeretur aliquod individuum habere totam ſpeciei perfectionem, quæ nata eſt ex ſe eſſe in infinitis; & conſequenter haberet perfectionem infinitam, & ſimiliter in qualibet ſpecie eſſet perfectio infinita; & ita non erit limitata per vltimam differentiam.

Secundò: Quia falſum eſt formam ſeparatam non participabilem à materia, quæ eſt altera pars compoſiti phyſici, habere totam perfectionem ſuę ſpeciei; quia albedo ſeparata à ſubiecto nō eſt participabilis à materia: cum eam vt proprium ſubiectum informare non poſſit, & tamen non habet totam perfectionem ſpeciei albedinis.

Tertiò: Quia, licèt eſſentia Angeli non ſit participabilis à materia, quę eſt altera pars compoſiti, eſt tamen participabilis à plurib. materialibus, i. à plurib. individuis habētib. quidditates materiales; quæ dicuntur materiales reſpectu quidditatis non contractæ, prout quidditas dicitur forma.

Solutio.

His verò facilè ſatisfit. Nam, ſi quidditas ſit naturaliter ſubſiſtens, non ſolùm totam claudit eſſentialis perfectionis latitudinem, ſed individualem hoc ipſo perfectionem habere neceſſe eſt. In trib. enim conſiſtit individualis perfectio; videlicet in gradu, & modo perfectionis ipſius naturę in individuo ſubſiſtentis, & in ipſa ſubſiſtentia, & in accidentibus naturam ſic individualiter ſubſiſtentem conſequentib. In quidditate verò ſubſiſtente erit natura ſecūdùm omnem ſuæ perfectionis gradum, & modum non minus, ſed multò magis, quā ſit in eadem ab intellectu concepta; prout autem ab intellectu concipitur, gradum omnem habet, & modum à quouis ſingulari participabilem; ſi-

A eſſe id, quod eſt per eſſentiam præhabet id, quod ex eo participatur ab alio; & tantò erit eius ſubſtantia perfectior, quantò nobilior, ac perfectior erit natura per ipſam ſubſiſtētiam terminata; ita vt ea vnica ſubſiſtentia omnem in tali natura poſſibilem includat ſubſiſtendi modum, & ex eadem radice, ſcilicet perfectione naturæ fluant accidentia modum omnem perfectionis habentia poſsibilem in ordine ad talem naturam; ſicut patet de intellectu, & voluntate Angeli, & ſpeciebus, ac ſcientia ad eius intellectus perfectionem pertinentib. Nec abſurdum eſt, vt arbitratur Rada individuū aliquod eſſe perfectionis infinitæ ſecundùm quid,
B infra latitudinem rationis formalis ſuæ quidditatis, & multò minus naturam, ſiue ſpeciem ipſam: cui infinitati nō repugnat ea limitatio, quæ fit per eſſentialē differentiam; hæc enim tollit ſolùm infinitatem infra totius entis latitudinē; ſicut ſi quantitas eſſet infinita, nullos haberet terminos quantitatis, eſſet tamen limitata ad tale genus entis, quod eſt quantitas; de hoc videndus eſt Caietanus de ente, & eſſentia cap. 6. q. 12. in reſpōſione ad primum argumentum Scoti. Ad ſecūdam autem eiuſdem obiectionem dico albedinem à materia ſeparatam, ſi naturaliter ſubſiſteret, habituram totam albedinis perfectionem; ſi verò non naturaliter,
C ſed miraculosè tantùm ſubſiſteret, iam participabilis eſſet à ſubiecto, nec haberet omnem albedinis perfectionem: quia naturaliter haberet ordinē ad particulare ſubiectum, à quo determinatū ſuæ perfectionis modum acciperet. Tertia verò eiuſdem obiectio facilè confutatur ex dictis; implicat enim eſſe quidditatem ſubſiſtentem, & eſſe participabilem à pluribus ſecundùm ſe ipſam formaliter quocunque modo; nam, quod à pluribus participatur, non omnem, ſed determinatum tantùm habet modum perfectionis in tali natura: quod verò eſt ipſa natura ſubſiſtens, perfectionem omnē
D includit poſsibilem infra talis naturæ latitudinē: vt ante diximus. Si verò de participatione cauſaliter dicta ſermo ſit, hoc ipſo infinita erit, quòd ab infinitis poteſt individuis participari.

Caiet.

Alia veritatis eiuſdem fundamenta vide, ſi placet, in dicto cap. 93. vbi Ferrariēſis ea tuetur egregiè contra Scotum. Quaſdam ſet iam rationes eis fundamentis innixas hic afferunt Bannes, & Zumellus, quos hic referre non eſt neceſſe.

Ferrarien. Bannes Zumellus

Ex dictis ſequitur hæc vnica Concluſio: Secundum ordinem naturæ non ſunt plures Angeli numero diſtincti in eadem infima ſpecie.

cōcluſio.

Argumenta, & ſolutiones.

E CONtra concluſionem argumentatur Molina, Auguſt. in Enchirid. cap. 29. ſic ſcribit: *Quia tota natura humana perierat, oportuit hominem reparari; quæ ratio neceſſitatis non fuit in Angelis; eo quod non tota natura Angelorum corruerit*, igitur videtur ſentire omnes Angelos eſſe eiuſdem ſpeciei, indecensq; reputat totam aliquam ſpeciem intellectualem fruſtrari vltimo fine, ad quem condita eſt: quod tamen ſequitur ex opinione aſſerentium nullos duos Angelos eſſe eiuſdem ſpeciei. Deinde

Molina. Auguſt.

Gre-

Nissenus. Gregorius Nissenus in lib. de creatione hominis, cap. 18. affirmat infinitæ Angelorum millia consistere in eadem essentia. Nazianz. Gregorius item Nazianzenus in oratione in laudem virginitatis. *Omnes* (inquit) *inter se miro iunxit concordia nexu?*

idem quisque sibi, natura est omnibus vna,

vnaquæque mens simulq; Dei rapiuntur amore.

Athanas. Athanasius in quæstionibus ad Antiochũ, aut quicunque alius earum author. *Sicut* (inquit) *Angeli vnius speciei sunt, ita credimus de nostra natura,* & quæst. 8. sic loquitur: *Substantia certè, vt hominum, sic & Angelorum est vna.* Basilius. Basilius lib. 3. contra Eunomium: *Angeli* (inquit) *omnes, vt appellationis vnius, sic eiusdem etiam sunt naturæ inter se:* & paulo post: *Sicut inter Angelos quidam officio, authoritate, dignitateq; excedunt alios, & tamen omnes sunt eiusdé naturæ, & essentiæ; ita Spiritus sanctus, licèt ordine originis, sit tertius in gloriosissima Trinitate, est tamè eiusdem naturæ cum Patre, & filio:* Et quibusdam interpositis: *Quorsum hæc oratio? Quod non omninò, si quid ordine, ac dignitate secundum, aut tertium est, id & naturam alteram habet. Nam Angelorum alius princeps, & alius subditus, & tamen omnes Angeli naturæ sunt, & in dignitate quædam diuersitas, in natura verò communitas est, & stella stellæ præstat in gloria, & naturæ stellarum omnium vna est, & mansiones multæ apud Patrem, id est dignitatum diuersitates: glorificatorum verò vna natura est.* Damasc. Damascenus etiam in elementis (si tamen eius est opus) lib. 1. cap. 7. scribit ea, quæ sola indiuidua continent, species infimas vocari. *Eiusmodi* (inquit) *sunt Angeli, equus, &c.* Anselmus Valentia. Malonius. Anselmus lib. 1. cur Deus homo, cap. 21. omnes (inquit) Angeli sunt vnius naturæ. Eodem argumento vtitur Valentia, & Malonius in 2. sent. dist. 3. disp. 3. qui prædictis addit alia dicta Damasceni lib. 2. de fide Orth. capit. 4. vbi loquens de Dæmonibus ait: *Eiusdem igitur naturæ cum Angelis existentes malo facti sunt:* & in lib. cuius inscriptio: Primæ institutiones cap. 1. dicit: *Vniuscuiusq; spiritus vna natura est, & omnũ hominũ, & omniũ bonum, &c.* addit ét Theodor. Theodoretum in Epithome diuinorum decretorũ cap. de Angelis, vbi sic loquitur: *Immortalis natura supernacanea est generis diuisio:* & loquitur ibi de Angelis. Denique addit Concilium Florentinum Concilij Florent. sess. 20. vbi sic dicitur: *Angeli omnes, vt appellationis vnius, sic ét eiusdé naturæ sunt inter se:* & infra: *Quéadmodũ Angelorũ alius est princeps, alius subditus, & tamen omnes Angeli natura sunt, & in dignitate quadá diuersitas, in natura verò communitas est.*

Augustin. Respondetur, & præmittendum est primò Augustinum in Enchirid. cap. 18. & de Gen. ad litteram lib. 12. cap. 19. & lib. contra Priscillanistas ad Damasc. Horosium cap. 11. & Damascenum lib. 2. fidei orth. cap. 3. libere fateri se ignorare quot, & quantæ singulorum generum sint in Angelis differentiæ; & quomodo vnus ab alio gradatim superetur, vt ait Augustin. Denique an æquales sint secundum substãtiam, vel alicui cui discrimen sortiti sint, vt ait Damascenus. Igitur in communi loquendo: Dico primò quosdam fortasse ex sanctis Patribus existimasse plures Angelos sub eadem athoma specie collocari; cum præsertim quidam eorum existimarint eos esse corporeos; vt aduertit S. Thomas in quæst. sequenti, art. 1. & expositores ibidem; posse verò in Angelis corporeitate facilè potuerunt numerice sub vna infima specie multiplicari. Secundò dico Patres illos nomine speciei, siue naturæ, non infimam, sed subalternam speciem significare voluisse; sic enim est Angelorum omnium vna natura, siue essentia corporeitatis, & materiæ prorsus expers, incorruptibilis, & intellectualis; cuius tamen plures sunt essentiales, ab specie differẽtiæ. Secunda, et 3. Ex D. Tho. & Caietano. Tertiò dico cum D. Thom. in dicto artic. de spirit. creat. ad primum, & Caietano de ente, & essentia, cap. 6. quæst. 12. plures ex dictis Patribus, & præsertim Augustinum loqui de natura Angelica, & humana; non vt consideratur in suo esse naturali, sed prout ordinantur ad beatitudinem; sic enim aliqui in natura humana, & Angelica perierunt. Quantum autem ad ordinem beatitudinis, natura humana diuiditur contra totam naturam Angelicam; quia tota natura Angelica à vno modo nata est peruenire ad beatitudinem, vel ab ea deficere irraparabiliter, scilicet statim ad primã electionem; natura vero humana per decursum temporis; Loquuntur itaq; Patres, & Augustinus præcipuè de omnibus Angelis, sicut de vna natura, propter vnum modum ordinis ad beatitudinem; licèt differant secundùm speciem naturæ; Vt enim ait S. Thom. S. D. in 1. cont. gent. Creaturæ non sunt de consideratione theologica, nisi vt ordinantur à Deo in Deum supremum omnium finem; vt etiam aduertit Caietanus supra quæst. 12. art. 1. Deinde ad singula breuiter dico, verba Nisseni, & Nazianzeni, Caiet. Athanasij, & Basilij, & Damasceni pati secundam interpretationem; Basilij verò comparatio Angelorum ad personas Trinitatis intelligenda est quo ad similitudinem ordinis, & conuenientiæ in natura, non autem quo ad eandem conuenientiam, siue vnitatem in natura, ita vt, sicut trium personarum vna est species, & numero natura, sic & Angelorum omnium sit vna numero natura, vel saltem species infima; satis enim subsistit similitudo, si fuerit Angelorum vna natura vnitate speciei subalternæ, quæ in Angelis figuram quandam habet infimæ speciei, per hoc, quod Angeli conueniunt in nobilissima natura; nec differunt, nisi secũdùm diuersos gradus naturæ intellectiuæ: sicut irrationalia differunt secundùm diuersos gradus naturæ sensitiuæ; vt ait hic S. D. ad primum, & explicat optimè Caietanus: Et in eodem sensu accipienda sũt Caietan. verba ex Concilio Florentino relata; non enim est decretum Concilij, sed Ioannis Theologi cũ Græcis patribus disputatio de processione Spiritus-sancti a Filio; cuius occasione referuntur ibi verba Basilij supra notata. Theod. autem nomine generis, substantialem vnius ex alio generationem intellexit, dicens eam in Angelis non esse necessariam, quia sunt immortales. Sed contendit Rada, Damasc. existimasse plures esse Angelos in vnaquaq; specie infima; Qui tamen nihil aliud affirmat, nisi Deum condidisse Angelos differentes secundùm vnumquemque ordinem, & secundùm vnamquãque speciem; quia scilicet sicut Deus condidit Angelos Infert Rada.

1. solutio.

gelos ordinibus differentes, ita etiam specie voluit esse distinctos.

Scot. & Rada. Secundo contra eandem conclusionem argumentatur Scot. & post eum Rada. Primò: Omnis quidditas, quàtum est de se, est communicabilis. Intelligentia est aliqua quidditas: ergo quidditas intelligentiæ est de se communicabilis. Maior probatur: Quia, si quidditas omnis non esset communicabilis, vel communicabilitas repugnaret ei rône perfectionis quidditatiuæ, aut ratione imperfectionis; Non ratione perfectionis, quia communicabilitas conuenit quidditati diuinæ, quæ summè perfecta est; Nec ratione imperfectionis, quia cõmunicabilitas conuenit quidditatibus substantiarum compositarum, quæ sunt imperfectæ; cum ergo ratione neutrius repugnet, relinquitur maiorẽ esse veram.

Caietan. Capreol. Respondet Caiet. de ente, & essentia cap. 5. q. 9. post Capreol. in 1. sent. distin. 3. q. 1. triplicem esse communicabilitatem. Prima est cum diuisione essentiæ: sicut vniuersale communicabile est particularibus. Secunda absque diuisione essentiæ, sicut essentia diuina communis est tribus. Tertia per assumptibilitatem ad hypostaticam vnionem: sicut natura humana communicabilis est omnibus suppositis diuinis. Si in præmissis Scotus assumit communicabile primo modo, falsa est maior; vt patet in essentia diuina. Si secundo modo, falsa est etiã maior; quia nulla essentia creata est illo modo cõmunicabilis. Si tertio modo, falsa quoque est maior; vt patet de essentia diuina. Si autem accipiatur communicabile nullo illorum modorum, sed pro communicabili in communi, non descendendo determinatè ad hoc, vel ad illud communicabile, concesso toto argumento, non concluditur Angelicam quidditatem esse communicabilem, sicut vniuersale particularibus; quia committitur fallacia consequentis à superiori ad inferius affirmatiuè. Ad probationem maioris dico communicabilitatem primo modo repugnare intelligentijs propter earum perfectionem, communicabilitatẽ verò secundo modo repugnare intelligentijs propter earum imperfectionem, negatiuè sumendo imperfectionem; communicabilitas autem tertio modo conuenit eis ex earum imperfectione; quia esse distinguitur in eis realiter ab earum essentia.

Instat Rada. Sed instat Rada dicens in maiori sumi communicabile in communi, vt distinguitur contra communicabile primo, & secundo modo tantùm; sic enim optima est probatio maioris, ex qua sequitur euidenter naturam Angelicam esse communicabilem pluribus; ex quo rursus infertur necessariò, quòd sit communicabilis altero illorum modorum; & cum secundo modo sibi repugnet communicari, sequitur quòd primo modo communicetur, vel sit communicabilis. Nam, licèt à superiori ad inferius non valeat consequentia, valet tamẽ à superiori descendendo ad inferius per diuisionem; sequitur enim optimè; Petrus est animal; ergo est homo, vel brutum, sed non est brutum; ergo est homo. Sic in proposito, natura Angelica est cõmunicabilis pluribus; ergo vel sine diuisione, seu distinctione numerica sui, vel cum ea; sed non sine diuisione numerica; quia hoc soli naturæ diuinæ competit, ergo cum diuisione sui numerica.

A

Respondetur argumentum, Scoti sic explicatũ vim non habere maiorem, quam illud idem habeat, vt refertur à Caietano; & eadem omnino dilui responsione; Vult enim Rada maiorem illam: *Omnis quidditas quàtum est de se est cõmunicabilis* intelligendam esse sub disiunctione, scilicet primo, vel secundo modo. In quo sensu negatur etiam à Caietano: Tum quia datur etiam tertius modus, scilicet per assumptionem à diuino supposito: Tũ quia etiam hoc tertio remoto falsa est. Ad cuius probationem dico cum Caiet. repugnare alicui quidditati, nimirum Angelicæ communicari, vel propter imperfectionem, vel propter perfectionẽ; nam, si termo sit de communicari secundo modo, repugnat Angelicæ quidditati ob eius imperfectionem negatiuè sumptam: Si verò loquamur de communicari primo modo, repugnat eidem quidditati ratione perfectionis. Vel dicas, repugnare alicui quidditati, i. Angelicæ communicari ratione imperfectionis quo ad vnum, videlicet secundum modum communicationis, & ratione perfectionis quo ad alterum, scilicet primum modum communicationis: Et quia maior absque disiunctione profertur à Scoto: ideo bene Caiet. ait sumẽdo communicabile in communi conuinci in argumento fallaciam consequẽtis à superiori ad inferius affirmatiuè: non enim disiunctiue procedit Scotus qui minorem illam Radæ, nec probat, nec assumit.

B

solutio.

C

Secundò sic arguit: Omnis quidditas intelligibilis sub ratione vniuersalis absque contradictione est plurificabilis numero. At quidditas separata est huiusmodi: ergo, &c. Probatur maior: Quoniam implicat intelligi sub ratione vniuersalis, & esse de se hoc, cum vniuersalitati opponatur hæceitas.

D

Caietanus Zumellus

Huic argumento respondet cumulatè Caiet. de ente, & essentia cap. 5. q. 9. cuius solutio diluit etiã instantias Radæ. Videndus est Zumell. in 6. concl. & in resp. ad 3. argum. vbi plures ordinatè aduersus rationem Caiet. profert instantias, seu replicas, & soluit ex eadem ratione Caiet.

Tertiò: Omnis natura, vel quidditas, quæ non est purus actus, potest determinari, & contrahi quantum est de se aliqua entitate positiua. Sed natura Angelica specifica non est purus actus, vt patet; ergo potest ipsa contrahi, & determinari ad esse hanc aliqua entitate positiua, & per consequens in sua specie plurificari. Consequentia patet. Maior probatur: Quia natura, quæ non est purus actus, non est ex se singularis, ac per consequens est per singularitatem contrahibilis: cum illam perfectissima identitate reali non contineat, nec radicaliter eam præhabeat: hoc enim soli naturæ diuinæ competit respectu eorum, quæ in sua ratione formali non claudit.

E

Respondetur falsam esse maiorem de identitate positiua à natura distincta. Ad probationem negatur assumptum: cuius oppositum supra probauimus

Digitized by Google

mus dicentes cum D.Thom. formam omnem naturaliter subsistentem esse de se hanc, siue indiuiduamita vt singularitas non radicaliter, sed formaliter includatur in forma subsistente, vt forma subsistens est.

Quartò: Anima distinguitur numero in diuersis hominibus numero distinctis, & tamen est eadem ipeciei: ergo plures Angeli possunt esse solo numero distincti. Probatur: Quia eadem militat ratio, scilicet carentia materiæ, &c.

Caiet. Respondit Caiet. & negat consequentiam. Ad probationem negat assumptum: Quia animæ, licet materiam non habeant partem sui, sunt tamē partes speciei corporibus vnibiles: non autem Angeli.

Rep. Rada. Sed istat Rada, Primò: Quia anima rationalis priùs natura est terminus creationis, quàm corpori infundatur, & vniatur: ergo prius natura est hæc, & singularis per aliquid priùs.

Solutio. Respondetur nullam esse consequentiam; quia anima est hæc non per actualem, sed per aptitudinalem vnionem: quæ est eius ordo transcendens ad corpus: qui ordo idem est realiter cum ipsa anima.

Replica eiusdem. Sed arguit Rada: Primò: Anima dicitur habere inclinationem ad hoc corpus, quia est hæc anima, & non è conuerso. Secundo: Anima est singulare absolutum singularitate absoluta, & actuali: ergo aptitudo ad corpus non est ratio formalis singularitatis: Consequentia probatur: Quia ratio aptitudinis formaliter loquendo non est entitas absoluta, nec ratio entis in actu.

Solutio. Respondetur ad primum, falsum esse antecedens. Ad secundum negatur antecedens, si sermo sit de absoluto omnibus modis, vt etiã distinguitur contra relatiuum transcendentale. Secundò negatur illatio. Ad eius probationem negatur antecedens, loquendo de aptitudine, vt est relatio transcendens, & de absoluto, vt distinguitur contra respectiuum prædicamentale.

Quintò: Angelus Gabriel est verè, & propriè indiuiduũ; ergo vel est indiuiduum primò, & per se per suam quidditatem, vel per aliquam entitatẽ quoquomodo à quidditate distinctam. Non primum; Quia quidditas Angelica, vt sic, solùm constituit in esse ipecifico; ergo constituitur per prædictam entitatem; ergo natura Angeli est determinabilis per proprietatem indiuidualem ad esse indiuidui: ergo ex ratione sua intrinseca, ac formali non sibi determinat proprietatem indiuidualem, & per consequens, sicut determinatur per hanc, potest per aliam determinari; & ita eius naturæ non repugnat in pluribus esse.

Respondetur de quidditate Angelica posse nos loqui dupliciter: Vno modo secundũ se, siue prout est à parte rei: & sic per eandem quidditatem constituuntur æquè primò in Angelo species, & indiuiduum; quia forma subsistens hoc ipso, quòd non est receptibilis in materia, sed naturaliter in seipsa subsistit, simul natura est, & indiuiduum, vt supra diximus. Alio modo loqui possum' de quidditate Angeli, prout à nobis concipitur ad modũ rerum materialium; primò quo ad rationem naturæ specificæ, secundò quo ad rationem singularitatis: & ita docent Bannes, & Zumellus per formam subsistentem primò constitui naturam, secundò indiuiduum; Et quia natura, & indiuiduum in Angelo à parte rei eodem formaliter, & adæquatè constituuntur, ideo nec sunt, necesse possunt in Angelica specie plura singularia: Et ex his soluuntur et obiecta Radæ, quæ militant contra primum dicendi modum dictorum expositorum: secundam autem eorum responsionem iam supra reiecimus. Bannes. Zumell. Rada defectus.

Postremo adducit articulos Parisienses, nec tamen refert, aut impugnat responsiones, sicut vulgatissimas, ita solidissimas Capr. Caiet. Ferrar. & cæterorum veterum, ac recentiorum Thomistarũ; adeò vt non veritatis, sed Scoticæ causæ patrocinium suscepisse videatur. simplex?

Contra eandem conclusionem argumentatur Vasquez: Principium indiuiduationis sub eadem specie non debet esse aliquid distinctum secũdùm rem ab ipsa natura, & specie, tam in rebus simplicibus, quàm in compositis; ergo aut in omnibus speciebus debet esse distinctio indiuiduorum sũ numerum, aut in nullis. Probatur consequentia: Quia, si aliqua ratione in simplicibus nõ esset multiplicatio secũdùm numerum, ideo esset, quia principium deberet esse aliquid distinctũ, sicut in corporibus ponitur materia signata quantitate; At principium indiuiduationis nõ est huiusmodi, sed est omnino idem secundùm rem cũ principio specifico, & sola ratione diuersum, ac proinde æquè in omnibus speciebus potest reperiri; ergo non est cur negemus in simplicibus, & à materia separatis distinctionem secundùm numerum sub eadem specie. Antecedens autem probat primò: Quia in eodem homine idem secundùm rem est genus, species, & indiuiduum, & sola ratione nostra hæc differunt; ergo etiam erit idem principium generis, speciei, & indiuiduationis. Probatur hoc antecedens. Quia ratio generica, & specifica non est aliqua realitas, quæ simul sit in homine, & equo, in Petro, & Ioanne; sed cogitatione nostra ex his omnibus abstrahitur conceptus communis: cuius fundamentum est singularis natura, prout multis similis inuenitur; ergo in qualibet re omnino eadẽ, & simplicissima secundùm rationem tria principia possumus assignare, scilicet genericum, & specificum, & indiuiduationis. Præterea: vt genus multiplicetur secundùm speciem, non est necesse distingui secundùm rem principium, seu differentiã specificam contrahentem genus ab ipso genere; ergo etiam, vt multiplicetur species secundùm numerum, non videtur necessarium principium indiuiduationis distingui secũdùm rem à ratione speciei. Probatur consequentia: Quoniam eadem videtur vtriusque ratio, cum in eadem serie, & ordine prædicamenti Metaph. collocentur, & ex his solùm fiat Metaph. compositio longè diuersa à compositione Physica, quæ est ex materia, & forma. Vasquez.

Respondetur falsum esse antecedens. Ad eius probationem negatur assumptum; nam indiuiduũ supra genus, & speciem addit realem materiæ designationem per quantitatem, vt ostendimus sup. q. 3.

q.3.art.2. Ad probationem negatur consequentia; & similiter ad aliam probationem antecedentis principalis negatur consequentia. Ad cuius probationem, dico, nõ esse eandem rationem; nam, licèt ex genere, & differentia fiat sola Metaphysica cõpositio, ex natura tamen specifica, & quãtitate fit compositio Physica. Nec obstat, quòd individuũ ponatur in prædicamento substantiæ, sicut, & species; quia quantitas non est principale, nec formale, sed secundarium, & radicale tantùm principiũ individui constitutiuum.

Contra eandem conclusionem argumentatur Valentia. Valentia: Quoniam Angeli, licèt materiæ sint expertes, habent tamẽ aliquam perfectionem infra, & extra perfectionem specificam: ergo possunt individualiter multiplicari salua vnitate specifica. Antecedens probatur: Quoniam in Angelis est personalitas; quæ est infra, & extra perfectionem Angeli specificã. Consequentia verò probatur: Quia, si potest intelligi, quòd res aliqua expers materiæ possit nihilominus infra, & extra latitudinem suæ rationis specificæ habere aliquam rationem, seu gradum, qui ad ipsius perfectionem, & quasi complementum pertineat, rectè etiam intelligi potest, quòd sine materia possit ea res multiplicari individualiter, salua sua vnitate specifica. Probatur hoc assumptum: Nam D. Thom. & alij, qui asserũt, rem specificam multiplicari non posse individualiter sine materiæ idcircò id asserunt, quoniam existimant, ad ipsam perfectionem specificam rei expertis materiæ debere intrinsecè pertinere qdquid perfectionis esse potest in eiusmodi re, vt cõfirmat D. Tho. illo exemplo albedinis, seu formæ separatæ; ergo.

Respondetur; nullam esse consequentiam. Ad probationem negatur assumptum. Ad cuius probationem iterum negatur assumptum; Nam propria ratio secundùm D. Thom. ob quam res specifica multiplicari non potest sine materia, est, quia caret limitatiuo, & determinatiuo naturæ specificæ; personalitas autem in Angelo non est limitatiua naturæ specificæ, sed eius terminus adequatus: Constat autem per terminum naturæ adæquatum non limitari naturam, sed perfici tantùm in modo essendi; & ad idem ostendendum affertur exemplũ albedinis; quæ, si subsisteret, careret limitatiuo: quæ autem habeat aliquid aliud extraneum, impertinens est ad rationem individuationis.

Aduersus eandem conclusionem sunt quædam alia argumenta, quę referunt, & soluunt Thomistę supra notati, ac præsertim Zumell. præter ea, quæ affert, & soluit hic S. Doct. in dicto art. 8. de spirit. creat. & alijs locis ad marginem notatis. Vide præterea dictum expositorem infra quæst. 108. art. 1. q. 2, 3. vbi refert, & soluit quatuor argum.

Zumellus D. Thom.

Secunda Controuersia.

An per infinitam Dei potentiam possint in athoma speciei Angeli, puta Gabrielis multiplicari suppositi.

Sententiæ Doctorum.

PRæter eos, quos in præced. controu. sententiæ nostræ notauimus aduersarios; quos hic denuò recensere non expedit. Ferrar. in 2. cont. gent. cap. 93. partem sustinet affirmantem de mente D. Tho. post Capreol. in 2. sent. dist. 3. quæst. 1. dicentem, eam esse probabilem. Eandem sententiam sequitur Bannes in secunda dubitatione ad hunc artic. Suar. disp. 5. Metaph. sect. 2. Ripa, & nouissimè omnium Io. Dominicus Montagn. Sed oppositam sententiam videtur amplecti Caiet. de ente, & essentia, cap. 5. quæst. 9. & Pet. Bergomas in cõcord. dictorum D. Thom. dub. 115. & Heruæus in 2. distin. 3. quæst. 1. art. 2. & Aegid. quolib. 2. quæst. 4. Hanc sententiã sustinet Capreol. de mente D. Tho. in dicta quæst. 1. ad secundum argumentum Durãdi contra secundam conclusionem.

Ferrariens. Capreol. Bannes. Suarez. Ripa. Montagn. Caietanus Bergomas Heruæus. Aegidius. Capreol.

Resolutio.

EX ijs, quæ in præcedente controuersia notata sunt, colligi facilè potest huius secundæ controuersiæ definitio. Cuius præcipuum fundamentum duobus satis firmis, ac euidẽtibus principijs videtur inniti. Primum est, substantias separatas; quas dicimus Angelos, esse quasdam formas, & quidditates naturaliter subsistentes, vt ait S. D. in 2. cont. gent. cap. 93. ex hoc enim sequitur primò, necessariò quemlibet Angelum illum essendi modum sibi vendicare, qui modos omnes perfectionis possibiles infra suæ naturæ latitudinem in seipso claudat intrinsecè, vt ostendimus de abstractis omnibus subsistentibus, quæ sunt talia per essentiam supra quæst. 4. art. 2. in quadam dubitatione ibi proposita, & resoluta, vbi tamen sequentes Caietanum, quæst. 44. artic. primo excepimus intelligentias; quia locus ibi non erat difficultatẽ illam quo ad hanc partem subtiliùs examinandi. Nunc autem dicimus Angelum, quamuis ex specie, aut genere proximo non sit naturaliter receptibilis in materia; quia tamen actus quidam, & forma est, cui generi scilicet formarum nõ repugnat in materia recipi, cum plurimæ etiam intellectuales sint in materia receptæ, vt patet de nostris, & cœlestium corporum animabus: si verè animatæ sunt, idcircò non obstat prima ibi posita cõditio, quo minus Angelus quilibet sit tale subsistens abstractum, cui necessariò cõgruat omnis perfectio possibilis infra propriæ naturæ latitudinem; vt ét affirmat S. Tho. de spirit. creat. art. 8. ratione 3. vbi tandem sic concludit: *Multò ergo magis in suprema parte rerum creatarum, quæ est Deo propinquissima, s. in Angelis hæc perfectio inuenitur, vt vni individuo nihil desit eorum, quæ ad totam speciem pertinent*; Quod euidenter sequitur ex dicto principio; sicut enim humanitas, aut quælibet rei materialis natura specifica, si naturaliter esset subsistens, omnem suę rationis formalis possibilem clauderet perfectionis modum, id multò magis existimandũ est de quidditate substantiæ immaterialis naturaliter subsistente. Vbi verò plura sub vna specie sunt singularia, quodlibet eorum totam essentialiter continet quidditatem, modum tamen eius omnem essendi non habet; cuius scilicet essendi modi tot esse vidẽtur differentiæ, quot individua; vt manifestè patet in hominibus, quorum alter altero præstat animi, cor-

S. Thom.

corporisq; nobilitate. Quamobrem etiam Plato, qui rerum ſpecies exiſtimabat eſſe ſubſiſtentes, omnem illis poſsibilem attribuebat perfectionẽ, ex eorum participatione, docens ſingulares naturas cum definito eſſendi modo deriuari: Quã perfectionem idæis non denegat Ariſt. hypotheſi facta, nimirum, ſi congruere poſſet eis ſubſiſtentia. Quamuis ergo Gabriel non ſit talis per eſſentiam proprijſsimè loquendo; eo quod ei multa coniungantur extrinſeca; eſt tamẽ verè talis per eſſentiã: prout eſſe tale per eſſentiam diſtinguitur contra eſſe tale limitatè, & participatiuè.

Secundum principium eſt, indiuiduum ſub vna ſpecie cõſtitui, & ab alio diſtingui per aliquid intrinſecum. Intelligitur hoc aſſertum non ſolùm de eo, quo primò, ac principaliter indiuiduum conſtituitur in eſſe indiuidui, ſed etiam de eo, quod ſecũdariò tantùm indiuiduationis eſt cauſa; In ſingularibus enim materialibus duæ ſunt indiuiduationis cauſæ: Vna principalis, & hæc eſt materia; Altera ſecundaria, & hæc eſt quantitas, & vtraq; in ratione materialis indiuidui clauditur intimè: quamuis ſola materia ad prædicamentum ſubſtãtiæ pertineat: vt oſtendimus ſupra quæſt. 3. art. 2. Probatur autem iam dictum principium: Quia indiuiduum eſt vnum per ſe: igitur principium eius conſtitutiuum, & diſtinctiuum in eo intimè clauditur. Probatur ſequela: Nam, ſi extraneum ab eo eſt, vnum facit cum eo per accidens. Et confirmatur ex eorum ſententia, qui dicũt materiam ſignatam quantitate radicali eſſe principiũ indiuiduationis: ita vt ante quantitatis actualis aduentum ſit indiuiduum completè conſtitutum: igitur qđlibet accidens ſuperueniens indiuiduum ſupponit iam plenè conſtitutum. Differt tamẽ indiuiduum ſpiritualis ſubſtantiæ ab indiuiduo materiali: huius enim indiuiduatio quantitate completur: quæ accidens eſt: In rebus enim materialibus diſtinctio numeralis per ſe primò conuenit quantitati: nec alio modo fieri poteſt, quàm per quantitatem: cum duo ſubſtantialia principia, ſcilicet materia, & forma ex ſeipſis communia ſint: At in abſtractis à materia quidditatibus, & formis, quales sũt Angeli, nullum aliud relinquitur diſtinctiuum, niſi formale, qđ eſt ipſamet quidditas, ſeu forma ſeipſa formaliter ab alia diſtincta; Proprietates igitur neſcio quas indiuiduales numericè diſtinguẽtes imaginari chimericum eſt, & rei materialiter ſubſiſtentis naturæ contrariũ; quæ hoc ipſo, quod naturaliter abſtracta ſubſiſtit, omnem poſsibilem ſuæ latitudinis perfectionem, ſeu modum perfectionis, ſibi vendicat; ac proinde contradictio eſt aſſerere talem naturam numericè proprietatibus indiuidualibus in plura immaterialiter ſubſiſtentia diſtingui, quæ non totam habeant perfectionis plenitudinem, ſed modum quendam eius participent determinatum.

Ex dictis itaque principijs ſic argumentor: Species Gabrielis de facto nunc in vno tantùm naturaliter ſubſiſtit indiuiduo perfectiſsimo modo ſuę ſpeciei naturam habente; igitur nõ poteſt hæc eadem ſpecies in ſuppoſita plura diſtingui. Probatur ſequela: Quoniam ex intrinſeca huius ſpeciei natura prouenit, vt ſeipſa ſit indiuidua; ergo per extrinſecum quodcunque ſuperadditum non poterit, alio modo indiuiduari, ſed neceſſe erit variari naturam; quæ primum eſt, & propriũ indiuiduationis principium. Et confirmatur: Quia natura Sortis ex hoc ipſo, quòd naturaliter eſt proprietatibus Sortis indiuiduata, non poteſt amplius in alia ſuppoſita diſtingui; alioquin iam non eſſet natura Sortis; de cuius ratione eſt tales habere proprietates.

Sed dicunt Bannes, & Zumellus. Primò poſſe Deum addere proprietatem quandam ſubſtãtialem emanantem à natura Gabrielis, non quidem ſecundùm ſe, ſed prout talis natura ſpecifica ſubeſt actioni diuinæ ſupernaturali, & abſolutæ Dei potentiæ. Secundò dicunt poſſe Deum producere Angelos in eadem ſpeciæ diuerſimodè aptos ad opera eiuſdem ſpeciei exercenda; ſicut creat animas rationales eiuſdem ſpeciei magis, & minus perfectas eſſentialiter, & magis, & minus aptas ad exercenda opera vitæ; & ſicut diuerſa diſpoſitio corporis eſt ratio, cur producantur animæ diuerſimodè perfectæ, ſic poterit Deus nullo exiſtente motiuo extrinſeco, ideſt pro ſola ſua volũtate plures creare Angelos eiuſdem ſpeciei. Poſtremò dicunt poſſe Deum per abſolutam ſui potentiã producere eandem naturam Gabrielis, ad quam pertineat per ſe indiuidualiter aliqua ſubſtantialis perfectio, maior, aut minor, quàm ſit illa, quæ modo in Angelo Gabriele reperitur, licèt nunc de facto Gabriel habeat omnẽ ſibi debitam perfectionem, ſicut quamuis lumen Solis habeat omnẽ perfectionem ſibi debitam in ratione luminis, poteſt à Deo augeri, & perfici. Bannesij, & Zumel. reſponſio.

Sed hæc omnia manifeſtam præſeferunt abſurditatem, & contradictionem implicant. Nam proprietas illa non naturaliter, ſed per abſolutam Dei potentiam ex natura Gabrielis emanans extrinſeca neceſſariò eſt, & merè accidentalis ipſi naturę, ſicut gratia per actionem Dei ſupernaturalem ex obedientiali potentia ſubſtantiæ ſpiritualis educta; igitur ex ea, & ſubſtantia Gabrielis non reſultabit, niſi vnum per accidens. Et præterea: Gabrielis natura nunc ex ſeipſa naturaliter, & ab intrinſeco ad vnum tantùm ſuppoſitum eſt determinata: igitur per extrinſecam Dei potentiam, & per quamlibet eductam ex ea qualitatem, nunquam poterit in plura diſtingui. Probatur ſequela: Quia natura Gabrielis ab intrinſeco vna numero eſt, & pluralitati repugnat. Nec eadem, aut ſimilis ratio numericæ multiplicationis in Angelo militat, ſicut in anima; hæc enim eſſentialiter eſt compoſiti pars, & forma corporis; ad quod eſſentialiter eſt ordinata, & eidem naturaliter coaptata; atq; ideo iuxta magis, aut minus nobilem corporis diſpoſitionem nobilior, aut minus nobilis infunditur anima; Quod etiam non obſcurè ſignificat ſacer textus Sapien. 8. dicens: *Puer eram ingenioſus, & ſortitus ſum animam bonam, & cum eſſem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum*. Igitur animarum numerica diſtinctio in diuerſa conſiſtit eſſentiali cõ cõfutatio

mensuratione ad propria singularum corpora; ex qua prouenit substãtialis inter ipsas diuersitas secundùm gradus indiuiduales; & cõsequenter etiã similes perfectionum gradus in potentijs, & operationibus. Porrò nulla potest essentialis in Angeli substantia commensuratio cogitari, cum non sit corporis forma, nec ad operationem essentialem habeat habitudinem; alioquin Angeli substantia ad genus operationis pertineret, aut è contra, sicut ad idem genus attinent corpus, & anima, materia, & forma, potentia, & actus, motus, & eius terminus, eo quòd adinuicẽ sint essentialiter coaptata. Denique longè diuersa est ratio, quòd lumen Solis à Deo possit intendi: & quòd Angelicæ naturæ iã productæ substantialis possit addi perfectio; Lux enim quoddam accidens est ex sui ratione formali latitudinẽ habens in ordine ad subiectum in quo recipitur; ac proinde etiam in Sole diuina virtute potest intendi; at verò substantia ex sui ratione formali caret latitudine; vt affirmat S.D. prima secundæ, quæst. 52. art. 1. & ibidem explicat Caietanus; & ideo nec ab intrinseco, nec ab extrinseco potest augeri, nisi variata specie; vt dicitur 8. Metaph. tex. 10. Ob dictas causas existimo D. Tho. hìc, & in 2. sent. & alibi sæpè dixisse, impossibile esse plures Angelos in eadem specie à Deo produci numero distinctos; quia scilicet, nec per Dei potentiam absolutam id effici potest; Quẽ sensum etiam ex eius verbis accepit Scotus, & pluribus argumentis impugnauit, volens absque contradictione posse Deum plures Angelos in vna specie producere; quæ diluit Caietanus post Capreolum, sustinens implicare cõtradictionem esse, aut fieri plures Angelos in vna specie. Patet enim argumenta Scoti in maiori parte inniti absolutæ Dei potentiæ: & de eadem etiam in eorundem argumẽtorum solutionibus loqui Capreolum, & Caietanum; Quod miror Ripam non aduertisse, qui sentẽtiam oppositam tribuit Caietano.

Quamuis autem partem hanc negantẽ, vt maximè nobis probabilem complectamur; contrariã tamen affirmantem, vt falsam, vel vt prorsus improbabilem non abijcimus, sed suis, quanquam leuibus, coniecturis gaudere permittimus.

Cõclusio. Sit igitur vnica conclusio: Impossibile est etiã per Dei potentiam infinitam esse plures Angelos in vna infima specie.

Argumenta, & solutiones.

CONtra conclusionem præter argumenta in superiori controuersia soluta, sunt alia quædã magis directè militantia. Arguit igitur primò Scotus, & post eum Rada: Deus potest hunc Angelum in hac specie annihilare; quo annihilato potest eãdem speciem de nouo producere in aliquo alio indiuiduo; non autem in eodem; ergo per Dei potẽtiam possunt esse plura indiuidua in eadem specie Angelica. Probatur antecedens, quo ad secundam partem: Quia secundùm sententiam Thomistarũ idem numero annihilatum reparari non potest, ergo. Probatur hoc assumptum. Quia dicunt hominem non posse resurgere eundem numero, nisi anima intellectiua eadem numero maneret incorrũpta; quod tenet D. Thomas in 4. sent. dist. 44. q. 1. art. 1. q. 2. ad tertium.

Respondetur falsum esse antecedens, quo ad vltimam partem, illam scilicet: *non autem in eodem*: Ad probationem negatur assumptum. Ad eius probationem negatur sequela; & ratio est; quoniam differt resurrectio à reproductione, quia resurrectio, ex sui ratione, vt scilicet sit resurrectio, requirit existentiam partis principalis, quæ anima est; vnde, si fuerit anima annihilata, vel corrupta, poterit quidem eadem numero reproduci, & eidem vniri materiæ, & sic idem homo numero reparari; non tamen illa reparatio dici poterit resurrectio; & ideo S.D. ibidem ait: *Si anima sensitiua, & rationalis distinguerentur realiter in homine, tunc anima sensitiua esset corruptibilis, & in resurrectione nõ esset eadem anima sensitiua, & per consequens, nec idem animal, nec idem homo: Si autem* (inquit) *ponamus, quòd eadem anima secundùm substantiam in homine sit rationalis, & sensitiua, nullas in hoc angustias patiemur.* S. Thomas

Sed ex his verbis deducit Rada velle D. Thom. Si anima rationalis destrueretur, nullatenus intelligi posse, quomodo possit idem numero redire. Replica Radæ.

Respondetur D. Thomam ibi non loqui de reditu; sed de resurrectione; quæ non potest intelligi esse eiusdẽ rei numero, nisi forma, vel formæ, si plures essent, perseuerent eædem numero incorruptę; Nam, si duplex esset anima in homine, scilicet sensitiua, & intellectiua, & prima desineret esse, secunda verò remaneret, quamuis prima reproduceretur, non diceretur idem homo resurgere, sed idem homo reparari; quia pars nobilior hominis, scilicet anima secundùm omnes suas partes non mansisset incorrupta. Secundò dici potest D. Thomam ibi negare futurum in eo casu eundem numero hominem ex vi resurrectionis formaliter; nam, si non accederet reproductio animæ sensitiuæ; resurgeret compositum ex anima intellectiua, & corpore; quod compositum non esset homo; quia non esset animal propter defectum animæ sensitiuæ, & hæc responsio videtur attingere sensum D. Thomę; qui de resurrectione formaliter ibi loquitur.

Secundò: Contra eandem conclusionem argumentãtur Capreolus, Ferrariensis, Bannes, Zumellus, & alij; quia S. Thom. in opusc. 16. cap. 5. habet hæc verba: *Dato, quòd non esset de natura intellectus, quòd multiplicaretur, non propter hoc illum multiplicari includeret contradictionem: Nihil enim prohibet aliquid non habere in sua natura causam alicuius, quod tamen habet illud ex alia causa; sicut grane esse sursum; sic ergo, si intellectus naturaliter esset vnus omnium, nõ haberet naturalem causam multiplicationis, posset tamen sortiri multiplicationem ex causa supernaturali, nec esset implicatio contradictionis. Quod non tantùm dicimus propter propositum, sed magis ne hæc arguendi forma ad alia extendatur.* Hæc ibi S. D. Cum autem sit eadem omninò ratio in Angelis, sequitur nullã implicare contradictionem eos in eadem specie multiplicari.

Respondetur ex postrema parte verborum D. Thom. colligi solutionem argumenti; Nihil enim aliud

aliud ibidem intendit S.Doct.quàm negare conſe-
quentiam illam Auerrois,in intellectu nõ eſt cauſa multiplicationis;ergo implicat contradictionẽ illum multiplicari; poſſet enim (inquit) ex alia cauſa;quàm ex natura prouenire multiplicatio,ſ. ex cauſa ſupernaturali; Et ne videretur hoc aſſeruiſſe ſimpliciter tanquam verum, & indubitatũ; ſubiunxit id ſe dixiſſe, ad oſtendendum formam illam arguendi nihil valere. Poſſet ſecundò dici non eſſe parem rationem de intellectu noſtro, & de Angelico; quoniam intellectus noſtri multiplicatio fieret per ordinem ad materiam; quamuis id eſſet ſupra naturam ipſius intellectus ex ſe non habentis cauſam talis multiplicationis: At Angeli multiplicatio nulla ratione fieri poſſet in ordine ad materiam;quia ſubſtantia in ſeipſa omninò cõpleta eſt.

Bannes. Zumellus Auguſt. Tertiò Bannes,& Zumellus proferunt ex Durãdo dictum Auguſt.lib.1.de lib.arbitr. dicentis, Si Deus annihilaret omnes Angelos, poſſe ſine dubio creare multo plures eiuſdẽ ſpeciei, & gradus.

Reſpondetur Diuum Auguſtinum loqui de ſpecie ſubalterna,& de gradu ordinis,vel Hierarchię

Zumellus Quartò arguit Zumell.Nõ eſt denegandum aliquid diuinæ potentiæ,niſi manifeſtam habeat cõtradictionem,iuxta illud Luc.1.*Non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum*: at non conſtat hoc implicare contradictionem;ergo.

Luc. 1.

Reſpondetur ſatis perſpicuè nos oſtendiſſe dictam pluralitatem implicare contradictionem.

Ripa Quintò arguit Ripa: Si hoc inuolueret contradictionem, nullus ex Sanctis Patribus pronunciaſſet abſolute eſſe,vel poſſe eſſe plures in eadem ſpecie Angelica.

Reſpondetur primò mentem Sanctorum Patrũ in ſuperiore controuerſia fuiſſe declaratam.Secundò dico in re maximè occulta,& ad Metaphyſicas ſubtilitates pertinente variari facilè poſſe doctiſſimorum etiam hominum iudicia.

Suarez Sextò arguit Suarez:Hæc ſententia ſupponit materiam ſignatam eſſe adæquatũ principium illius indiuiduationis,in qua indiuiduum addit aliquid poſitiuum rationi ſpecificę;quæ poteſt dici indiuiduatio poſitiua; at hæc ſuppoſitio in prædicto ſenſu falſa eſt;ergo.Maior patet.Minor(inquit)probatur ſect.ſequenti etiam in ſubſtantijs materialibus. Præterea diuerſæ ſubſtantiæ habent diuerſa principia ſuis naturis accommodata;neq; ex modo compoſitionis,aut indiuiduationis in reb. exterioribus inuento potens ſufficiens argumentum ſumi ad res ſuperioris;rationis;ergo.Probatur aſſumptũ: Nam alioquin eadem ratione poſſet quis negare dari in Angelis compoſitionum metaphyſicam ex genere:& differentia,quia in rebus materialibus genus ſumitur à materia, & differentia à forma.Deinde eadem facilitate poſſet quis dicere incorporibus cœleſtibus non addere indiuiduum ſupra ſpeciem aliquid poſitiuum, etiam ratione diſtinctum;vel quia non habent materiam,vt exiſtimauit Auerroes; vel certè quia habent materiã alterius rationis. Probatur conſequentia;Quia,ſi verum eſt in illis rebus inferioribus materiam eſſe vnicam radicem differentiæ indiuidualis, ſolũ poſſumus id nos attribuere materiæ huic inferiori;nam de ſuperiori nulla ſufficienti ratione poſſumus colligere,an hoc etiam ei conueniat, cum ſit diuerſæ rationis.

Reſpondetur falſam eſſe minorem propoſitionem:cuius probationibus in alia ſectione poſitis ſatisfecimus ſupra q.3.artic 2. in controuerſia de principio indiuiduationis. Ad aliam probationẽ dico D.Thomam, & alios non ſumere argumentũ indiuiduationis ſubſtantiarum ſeparatarum ex modo indiuiduationis in rebus materialibus inuẽto;ſed ex ipſa natura,& modo ſubſtantiæ immaterialis completè ſubſiſtentis, & omnem ſuæ ſpecici poſsibilem perfectionem,gradum, intenſionem, & modum includentis:vt patet ex fundamentis ſupra poſitis,& explicatis.

Secundò dico ex oppoſitis principijs, & naturis deduci oppoſitas conditiones,& modos per ſe, & neceſſario conſequentes talia principia; non autem ſi per accidens tantùm conſequantur; conſtat autem Angelos ſola forma per ſe ſubſiſtente conſtitui;materialia verò,ſiue corruptibilia, ſiue incorruptibilia per formam conſtitui in materia receptam:igitur diuerſos, & oppoſitos habent etiã eſſendi,& indiuiduationis modos p ſe dicta principia conſequentes; Compoſitio verò generis, & differentiæ per ſe dependet ex eo,quod materialibus,ſeparatiſque ſubſtantijs commune eſt; accidit autem generi, vt à materia ſumatur radicaliter,quatenus ſcilicet in ſubſtãtijs ex materia,formaq; compoſitis conſideratur, vt explicant D. Th.& Caiet.de ente,& eſſentia,cap.6. propè finẽ.

Secundò: Quod diuina natura eſſentialiter includat indiuiduationem ſuam poſitiuam,& incõmunicabilitatem reſpectu inferiorum,ex eo præciſè prouenit, quod infinitati eius repugnat talis multiplicatio: At omnis ſubſtantia immaterialis creata finita eſt;ergo non eſt,cur ei repugnet habere aliam omnino ſimilem eſſentiam diſtinctam tamen realiter in entitate;ergo.

Reſpondetur ſubſtantiam ſpiritualem eſſe finitam in genere entis, ſed infinitam in ſpecie ſua;cuius totam intrinſecè perfectionem includit ex hoc ipſo,quod forma eſt à materia ſeparata naturaliter in ſeipſa ſubſiſtens; ſicut albedo,ſi naturaliter ſubſiſteret,totam,& infinitam ſuæ naturæ perfectionem includeret. Ad argumentum negatur prima ſuppoſitio,ſi ſermo ſit de infinitate ſimpliciter cum excluſione infinitatis ſecundùm quid.

Suar.rep Sed hanc reſponſionem ſic impugnat Suarez: Hæc infinitas non poteſt dici intenſiua,nec extenſiua;ergo. Probatur antecedens; & primò non eſſe intenſiuam. Primò: Quia perfectio intenſiua talis Angeli continetur intra certum gradum: & limitẽ talis ſpeciei,in qua nulla eſt formalis infinitas intenſiua;niſi forte dicatur infinita ſecũdùm quid, quia poteſt ſub ſe continere ſpecies inferioris ordinis ſyncathegorematicè infinitas: At hoc nõ indicat infinitatem, ſed perfectionem quandam ſuperioris rationis; quod probatur: Quia id poteſt eſſe commune ſpeciebus rerum materialium; vt

Digitized by Google

patet in ſpecie humana, ſub qua ſpecies brutorum in infinitum multiplicari poſſunt; igitur hoc perfectionis, ſeu infinitatis genus nil refert ad quæſtionem, de qua agimus, nec poteſt eſſe ratio, ob quã ſpecies aliqua indiuidua ſit, nec poſsit in indiuiduis multiplicari.

Secundò admiſſa etiam illa infinitate intenſiua vera, & formali in aliquo limitato gradu intrinſecè, non ſequitur talem perfectionem non poſſe in multis ſimilibus indiuiduis reperiri; ergo. Probatur antecedens: Quia hoc, quod eſt non poſſe in multis indiuiduis reperiri, non habet neceſſariam connexionem cum tali infinitate; quod probatur exemplo gratiæ Chriſti; quæ licèt daretur infinitè intenſa in anima Chriſti, non propterea ſequitur non poſſe dari alias qualitates gratiæ numero diſtinctas, ſiue finitas, ſiue infinitas; & hoc (inquit) argumentum declarat infinitatem illam intenſiuam propriam non magis poſſe dari in ſubſtãtijs, quàm in accidentibus. Deinde probat dictam infinitatem non eſſe extenſiuam. Primò: Quia ſic petitur principium; quia hæc extenſio non eſt aliud, quam multiplicatio indiuiduorum in ea ſpecie. Secundò: Quia repugnantiam inuoluit; nam illud indiuiduum in ſe vnum tantum eſt; igitur non poteſt infinitatẽ extenſiuam in ſe continere; quæ in ſola multiplicatione indiuiduorum conſiſtit, &c.

Reſpondetur dictam infinitatem eſſe intenſiuã. Ad primum argumentum in contrarium dico falſum eſſe nullam eſſe formalem infinitatem intenſiuam intra gradum, ſeu limitem talis ſpecie, ideſt conuenientem tali ſpeciei ſecundùm totam latitudinem ſui gradus; eſſe namque in ſingulis Angelis talem infinitatem ſatis oſtendimus ex pluribus locis doctrinæ D. Thom. Quibus adde articulum primum, & ſecũdum quæſtionis ſeptimæ, vbi formas abſtractas à materia ſubſiſtentes, ſcilicet Angelos affirmat eſſe infinitos, eo quod omni careant limitatiuo, & contractiuo, quo formæ ſolẽt ad certum ſuæ perfectionis gradum determinari; id aũt eſt materia: Quam doctrinam alibi ſæpè repetit S. D. Non igitur ea tantùm ratione conuenit Angelis infinitas intenſiua, quòd ſpecies ſint ſuperioris ordinis ſub ſe continentes ſpecies inferioris ordinis infinitas ſyncathegorematicè; ſed præcipuè cõgruit illis infinitas ſecundùm propriam; & intrinſecam ſuæ perfectionis latitudinem nullius certi gradus indiuidualis limite circumſcriptam.

Infinitas gratiæ Chriſti.

Ad ſecundum negatur antecedens. Ad cuius probationem negatur aſſumptum; nec ſimile eſt exemplum de gratia Chriſti infinita. Primò; quia infinitas gratiæ inhærentis non eſt infinitas intenſiua; ſed dicitur infinita primò ex ordine ad vnionem hypoſtaticam. Secundò: quia principium eſt gratificandi homines etiam infinitos, ſi darentur: Tertiò: quia modum habet eſſendi altioris ordinis, quam gratia quælibet puræ creaturæ; poteſt autem per Dei potentiam abſolutam intẽdi, cum in ordine ad ſubiectum, ſcilicet animam Chriſti Domini, non ſit ſumma, niſi ſecundùm legem Dei ordinariam, vt eleganter explicat Medina tertia parte, quæſt. 7. art. 12. & alij recentiores poſt eum.

Medina.

A Secundò dico non eſſe eandem rationem de qualitate, & de ſubſtantia: quia qualitas numero diſtinguitur, & multiplicatur ex ſubiectis, ſiue ex eſſentiali ordine ad ſubiecta; ſubſtantia verò præſertim ſpiritualis completa, qualis eſt Angelus, per ſeipſam abſque vllo ordine ad extrinſecum indiuiduatur.

Tertiò ſic arguit: Anima rationalis Phyſicè cõſiderata eſt ſimplex entitas, & ſpiritualis, & tamẽ non eſt indiuidua ex ratione eſſentiali, ſed aliquid ſecundùm rationem addit; ergo.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam; quoniam anima rationalis ordinem habet tranſcendẽ

B talem ad corpus, & ex eo indiuiduatur.

Replica Suarez.

Sed replicat Suarez. Primò: Quoniam hoc eſt incertum: nam forſaſſe tam verum eſt, hanc animam ideò dicere talem habitudinem ad corpus, quia talis ipſa eſt, ſicut è conuerſo.

Secundo: Anima rationalis, quæ habet ſpecificam rationem cum habitudine trãſcendentali ad corpus, non habet indiuiduationem ex vi illius ꝓcisè, ſed ex additione aliqua ſecundùm rationem, per quam illa habitudo determinatur ad tale corpus, vel potius ad talem habitudinem ad corpus: ergo eadem proportione ſubſtantia Angeli, quæ habet rationem eſſentialem abſolutam abſque trã

C ſcendentali habitudine, non erit indiuidua ex vi illis, ſed ex aliquo addito ſecundùm rationẽ proportionato illi. Et confirmatur ex ſimili in accidẽtibus ſpiritualibus, in quibus indiuiduum addit aliquid ſupra ſpeciem, non ſolùm in ordine ad diuerſa ſubiecta, ſed etiam reſpectu eiuſdem: ideò enim poſſunt hæc accidentia reſpectu eiuſdẽ ſubiecti numero diſtingui, & multiplicari ſaltem ſucceſsiuè, vt patet de diuerſis actibus eiuſdem rõnis in eodem intellectu Angelico: Si ergo in illis actibus reperitur eadem ratio ſpecifica ſpiritualis cõtrahibilis ad diuerſa indiuidua non ex diuerſis

D ſubiectis, ſed diuerſis differentijs indiuidualibus in ordine ad idem ſubiectum, poterit etiam eadẽ ratio ſpecifica ſubſtantialis, & ſpiritualis ſimiliter contrahi per differẽtias indiuiduales ſibi proportionatas.

Reſpondetur ad primum. Certum eſſe quod diximus ijs, qui rerum naturas, & eſſendi modos, ac differentias ſubtiliter contemplantur. Ad ſecundum negatur antecedens; quoniam, ſicut anima, vt anima per ſe, & eſſentialiter ordinatur ad corpus, ſic anima rationalis eſſentialiter ordinatur ad corpus humanum, & hæc anima rationalis ad hoc corpus; vt Caietanus aduertit in 6. cap. de ente, & eſſentia, q. 13. & ex hac habitudine priores

Caietan.

E habitudines cõmuniores contrahente indiuiduatur anima: Id igitur, ex quo primò deſumitur indiuidualis animæ differentia, corpus, ſiue materia propria illius eſt: quamuis ipſa differentia ſit intrinſeca: Et ſicut corpus hoc addit ſupra corpus, & ſupra corpus humanum principia materialiter contrahentia, ſic anima hæc ſupra animam, vt ſic, & ſupra animam rationalem rationem addit habitudinis indiuidualis ad hoc corpus determinatè ab eo veluti cauſa materiali per ſe primò depẽdente.

Digitized by Google

dente. Igitur indiuiduationem habet anima ex vi habitudinis ad tale corpus præcisè, quę habitudo differentia est per se habitudinis ad corpus vt sic, vt explicat ex Arist. Caietanus loco superius allegato. Cum igitur Angelo nulla talis insit ad corpus habitudo, non poterit in eo cogitari differentia diuidualis intrinseca naturæ, seu differentiæ specificæ superaddita, qua possit vnus ab alio sub eadem specie distingui; atque ideo necesse est ipsũ indiuiduari ex vi naturæ, siue differentiæ essentialis in specie constitutiuæ. Ad confirmationem ex actibus intellectus respondetur singulos differre per essentiales, & indiuiduales habitudines ad potentias numero distinctas, quas in eodem numero intellectu respiciunt.

Quartò producit multos Scholasticos pro contraria sententia; quorum authoritas non est tanti ponderis, vt possit iacta superius fundamenta cõuellere, aut aliqua ex parte labefactare.

Adducit etiam dictum D. Thomæ ex opusc. 16. superius expositum. Deniq; affirmat eos propriã vocem ignorare, qui dicunt in naturis Angelicis dari conceptum obiectiuum verè specificum, & Logicè vniuersalem, & tamen illam naturam esse ex se ita incommunicabilem, vt implicet contradictionem esse in pluribus indiuiduis: Cui difficultati iam in præcedenti controuersia satisfecimus. Alia argumenta, quæ tangunt Molina, Zumellus, & Bannes ex supra notatis facilè diluuntur.

Proponitur, & explicatur primum argumentum, & eius responsio.

PRimum argumentum S. Thom. singula rem affert difficultatem: quam prægnantibus verbis, sed à paucis intellectis responsio diluit. Est autem hoc argumentum: Quæcunque conueniunt secundum id, quod est nobilissimum in eis, conueniunt in vltima differentia constitutiua, & ita sũt eadem secundùm speciem. Sed omnes Angeli conueniunt in eo, quod est nobilissimum in eis: ergo omnes Angeli sunt vnius speciei. Maior probatur: Quia differentia est nobilior genere: ergo quæcunque conueniunt, &c. Minor verò probatur. Quia omnes Angeli conueniunt in intellectualitate: at intellectualitas est id, quod est nobilissimum: ergo. Vt autem huius argumenti vim intelligas, scito duobus innixi fundamẽtis duarum propositionum, scilicet maioris, & minoris probationibus significaris. Primum fundamentum est illa propositio: Differentia est nobilior genere: quæ, vt assumitur in argumento, significat nobilitatem differentiæ, tanquam alterius naturę à natura generis, prout apparet in corporeis, materialibusq; substantijs apud nos existentibus: in quibus ratio, siue natura generis inuenitur existens actu separata à tota vna latitudine differentiæ perfectioris ordinis, vt hic obseruat Caietanus: reperitur enim corporeitas absque perfectione mixtionis; nam elementa corpora sunt omni mixtione carentia: & mixta plura sunt absque vita, & vitam habentia multa sunt absque sensu, vt plantæ, & sensum habentia quædam sunt absque motu, vt conchilia, & ostrea: & plurimis conueniunt motiua potentia; quæ sunt intellectus expertia. Secundum fundamentũ est altera propositio ad probationem minoris assumpta, videlicet: intellectualitas est id, quod est nobilissimum, ideſt natura nobilissima. Vis ergo rationis in hoc consistit: Si natura generis separata reperitur actu à tota vna latitudine differẽtiarum perfectionis ordinis, & Angeli conueniunt in genere, & differunt specie, necesse est reperiri naturam eorum genericam separatam à summa, & perfectissima natura differentiali, vt natura minus nobilis à nobiliori altioris ordinis: igitur vel non conueniunt in summa natura: vel non est in eis natura generica, in qua conueniant.

Caietanus

Huic argumento respondet S. D. hac distinctione. Conuenire in nobilissimo cõtingit dupliciter, scilicet in nobilissima natura, & in nobilissimo gradu naturæ. Maior propositio falsa est de conuenientibus in nobilissima natura: vera autem de conuenientibus in nobilissimo gradu naturæ: minor autem est falsa, si Angelos asserat conuenire in nobilissimo gradu naturæ: quamuis sit vera si affirmet eos conuenire in nobilissima natura. Ad probationem autem maioris, illam videlicet; differentia est nobilior genere, respondet illam esse falsam in sensu, in quo assumitur, videlicet differentiam esse nobiliorem genere, vt naturam aliam à natura generis: Cuius rationem affert: quia differentia necessariò, & per se loquendo, nobilior tantum est genere, vt quid determinatum indeterminato, & proprium communi, non autem vt alia natura: quod probat in genere animalium irrationalium: nã, si genus necessario, distingueretur à differentijs, vel à differentia, vt alia natura; oporteret, vel vt omnia animalia essent vnius speciei, vel vt in eis esset alia pfectior forma, ideſt altioris ordinis, quàm anima sensibilis: quod cum sit manifestè falsum, relinquitur, vt differant animalia irrationalia secundùm diuersos tantùm gradus naturæ sensitiuæ: & hoc eodem modo differunt Angeli scilicet secundùm diuersos gradus naturæ intellectiuæ, nec est in eis natura generis communis separata ab vna aliqua tota latitudine differentiarum nobilioris ordinis.

Notanda distinctio

ARTICVLVS V.

Vtrum Angeli sint incorruptibiles.

ADquintum sic proceditur. Videtur, quòd Angeli non sint incorruptibiles. Dicit enim Damas.* de Angelo, quòd est substantia intellectualis gratia, & non natura immortalitatem suscipiens.

2 Præterea, Plato dicit in Timæo,* O Dij Deorum, quorum opifex idem pater que ego: Opera si quidem ves mea, dissolubilia naturã. Hos autem Deos non aliud, quam Angelos intelligere potest. Ergo Angeli natura sua sunt corruptibiles.

3 Præt. Secundũ Greg.* omnia in nihilum

* 1.d 3.q 1. ar. 1 co. 5 it d 7.q 1.ar 1.cor. & 2. cont c.54. & 91.ad 3. & po q 5. art 3. & 4. cor. 5 it op. 3.c 74. & op. 9. c. 47 Li 2.orth. fid. c 3 fcot. fuæ 5. fol. à prin li. numerando. † Li 26 moral. ca 18. nõ procul à princip. † Ca. 4 pa rũ à prin.

tenderent,niſi ea manus omnipotentis conſer uaret.Sed qđ in nihilum redigi poteſt, eſt cor ruptibile. Ergo cũ Angeli ſint à Deo facti, vi detur,quod ſint corruptibiles ſecundùm ſuam naturam.

Sed contra eſt,quòd Dion.*dicit 4.c.de di. no.quòd intellectuales ſubſtantiæ vitã habent indeficientẽ ab vniuerſa corruptione, morte, & materia,& generatione,mundæ exiſtentes.

Reſpondeo. Dicendum,quòd neceſſe eſt di cere,Angelos ſecundùm ſuam naturam eſſe * incorruptibiles.Cuius ratio eſt:quia nihil cor rumpitur,niſi per hoc, quòd forma eius à ma teria ſeparatur. Vnde, cùm Angelus ſit ipſa forma ſubſiſtens, vt ex dictis patet, *impoſsi bile eſt,quòd eius ſubſtantia ſit corruptibilis. Quod enim conuenit alicui ſecundùm ſe,nun quam ab eo ſeparari poteſt.*Ab eo autem cui conuenit per aliud, poteſt ſeparari, ſeparato eo ſecundùm quod ei conueniebat. Rotundi tas enim à circulo ſeparari non poteſt:quia cõ uenit ei ſecundùm ſeipſum: ſed æneus circu lus poteſt amittere rotunditatem per hoc, qđ circularis figura ſeparatur ab ære.Eſſe autem ſecundùm ſe competit formæ,vnumquodque enim eſt ens actu ſecundùm quod habet for mam. Materia verò eſt ens actu per formam. Compoſitum igitur ex materia,& forma deſi nit eſſe actu per hoc, quòd forma ſeparatur a materia.Sed,ſi ipſa forma ſubſiſtat in ſuo eſſe, ſicut eſt in Angelis,vt dictum eſt,* non poteſt amittere eſſe,ipſa igitur immaterialitas Ange li eſt rõ, quare Angelus eſt incorruptibilis ſe cundùm ſuam naturam,& huius incorruptibi litatis ſignum accipi poteſt ex eius intellectua li operatione. Quia enim vnumquodque ope ratur ſecundùm quod eſt actu,operatio rei in dicat modum eſſe ipſius.Species autem,& ra tio operationis ex obiecto comprehenditur. Obiectum autem intelligibile, cum ſit ſupra tempus,eſt ſempiternum.Vnde omnis ſubſtã tia intellectualis eſt incorruptibilis ſecundùm ſuam naturam.

Ad primum ergo dicendum,quòd Damaſ. accipit immortalitatem perfectam,quæ inclu dit omnimodam immutabilitatem: quia om nis mutatio eſt quædam mors,vt Auguſt.* di cit. Perfectam autẽ immutabilitatem Angeli nõ niſi per gratiam aſſequuntur: vt infra pa tebit.

Ad ſecundum dicendum, quòd Plato per Deos intelligit corpora cœleſtia,quæ exiſtima bat eſſe ex elementis compoſita: Et ideò ſecũ dùm ſuam naturam erant diſſolubilia, ſed vo luntate diuina ſemper conſeruabantur in eſſe.

Ad tertium dicendum,quòd, ſicut ſupra di

D. 112.

Ar 1. & 2. huius q.

26. 367

44 367

D. 1131.

Art. 2. huius quæſt.

367

44 Li. 3. con. Maximin. c. 12. a medio co. 6. & in epiſt. ad Dioſc. fere circa med

IQ. 61.

338 b

Q. 44. ar. 1

ctum eſt,* quoddam neceſſarium eſt,quod ha bet cauſam ſuæ neceſsitatis. Vnde non repugnat neceſſario,nec incorruptibili, quod eſſe eius dependeat ab alio,ſicut à cauſa. Per hoc ergo,quod dicitur,quod omnia deciderent in nihilum,niſi continerentur à Deo,& etiã Angeli:non datur intelligi, quod in Angelis ſit aliquod corruptionis principium,ſed quod eſſe Angeli dependeat à Deo ſicut à cauſa. Nõ autem dicitur aliquid eſſe corruptibile, per hoc,quod Deus poſsit illiud in non eſſe redigere,ſubtrahendo ſuam conſeruationem: ſed per hoc, quod in ſeipſo aliquod principium corruptionis habet,vel contrarietatem, vel ſaltem potentiam materiæ. b 367

Senſus quæſiti.

QVid ſit eſſe incorruptibile declaratur in tex tu.

Forma Textus.

CONcluſio eſt. Neceſſe eſt dicere Angelos ſecundùm ſuam naturam eſſe incorruptibiles.Probatur du pliciter,Primò: Nihil corrumpitur, niſi per hoc,quòd forma eius à materia ſeparatur; At in Angelo non poteſt ſeparari forma à materia; ergo. Probatur minor: Quia Angelus eſt ipſa forma ſubſiſtens; ergo in eo non eſt materia,à qua poſsit forma ſeparari. Maior verò probatur: Nihil corrumpitur,niſi per hoc,quod amittit eſſe; ſed non amittit eſſe,niſi per hoc, quod eius forma à materia ſeparatur; ergo nihil corrumpitur, niſi per hoc,quod eius forma à materia ſeparatur. Minor huius argumenti probatur:Quod conuenit alicui ſecundùm ſe,nunquam ab eo ſeparari poteſt; ab eo autem, cui conuenit ſecùndùm aliud,poteſt ſeparari ſeparato eo, ſecundùm quod ei conueniebat; at eſſe ſecundùm ſe competit formæ,materia verò eſt ens per formam; igitur nihil amittit eſſe,niſi per hoc,quod eius forma à materia ſeparatur; Ex quo ſequitur ſolùm id,quod eſt compoſitum ex materia,& forma,definere eſſe;quoniam in eo ſolo forma ſeparatur à materia. Maior huius argumenti declaratur exemplo circuli;nam rotunditas a circulo ſeparari non poteſt;quia conuenit ei ſecundùm ſeipſum,ſed æneus circulus poteſt amittere rotunditatẽ per hoc,quòd circularis figura ſeparatur ab ære. Minor autem probatur;quia vnumquodque eſt ens actu, ſecundũ quòd habet formam. Secundò probatur concluſio: Quia operatio rei indicat modum eſſe ipſius,& ſpecies,ac ratio operationis ex obiecto comprehenditur: At obiectũ intellectus eſt ſempiternum; ergo omnis intellectualis ſubſtantia eſt incorruptibilis ſecundùm ſuam naturam.

Prima propoſitio probatur: Quia vnumquodque operatur ſecundum quòd eſt actu. Secunda verò: Quia obiectum intelligibile eſt ſupra tempus.

Expoſitio Textus.

ANgelos eſſe incorruptibiles certa fide tenendum eſſe probant hic omnes fere moderni S. Doct.interpretes;quos vide,ſi placet. S. Thom

Con-

Ferrarien. Concluſionem huius articuli probat S. Doct. in 2. cont. gent. cap. 55. tredecim optimis argumentis; quorum vim explicat ibi latè Ferrarienſis; & quædam ex eis deſumpſere quidam ex recentioribus, ac veluti propria ſibi vendicarunt. Primum autem in ordine idem eſt cum prima ratione præſentis articuli; de cuius argumenti, & rationis maiore duas ibi Ferrarienſis proponit dubitationes, & ſoluit. Vim dictæ rationis, & ſecundam etiam

Caiet. probationem, ac eius vim hic explicat Caietanus.

Ferrarien. De cuius argumenti materia differit etiam infra qu. 75. ar. 6. & Ferrarienſis in dicto cap. 55. ratione decima, & duodecima.

Zumellus Diſputat hic latiſsimè Zumellus in quæſt. ſua ſecunda, an eſſe ſit effectus formæ, an ſolius Dei tãtùm; de qua re ſupra ſatis egimus, quæſt. 3. art. 4. cont. 2. vbi definiuimus formam eſſe cauſam efficientem quo, ideſt principium formale exiſtẽtiæ, quod idem hìc, & ibi ſuſtinet Zumellus poſt Capreolum, & Ferrarienſem. Aduerte propoſitionem illam: *Vnumquodque eſt ens actu, ſecundùm quod habet formam*, probari per hoc, quòd forma conſtituit proprium ſuſceptiuum eſſe; de quo Ferrarienſis in dicto cap. 55. ratione prima.

Ferrarien.

Controuerſia Vnica.

De veritate concluſionis, et de ſenſu, ac efficacitate probationis. An ſcilicet Angeli natura ſua ſint, ac dici debeant incorruptibiles; an verò ſint, ac enunciari poſſint, aut debeant natura ſua corruptibiles; & in quo ſit poſita vis probationis Diui Thomæ.

Sententiæ Doctorum.

Gabriel. QVo ad priorem partem propoſitæ controuerſiæ Gabriel in 2. ſent. diſt. 2. q. 1. docet Angelos ſecundùm ſui naturam eſſe corruptibiles, ſed beneplacito diuinæ voluntatis in perpetuum eſſe conſeruandos.

Aureolus Aureolus apud Capreolum in 1. diſt. 8. quæſt. 3. affirmat Angelum ex ſua natura eſſe poſsibilẽ nõ eſſe. Quàm ſententiam ſecuti ſunt quidam Pariſiẽſes, & plures alij, quos innominatos refert Caietanus ſupra quæſt. 9. art. 2. qui etiam oppoſitam ſententiam, quam tuetur hìc, & vbique S. D. eſſe fidei repugnantem aſſeruere.

Pariſienſ. Caietanus

Vaſquez. Eandem opinionem ſequitur Vaſquez diſp. ſua 182. vbi dicit ſex. Primum: Si loquamur reſpectu potentiæ Dei, & nomina hæc; mortale, & corruptibile, ſumantur pro Deo, quod deſinere poteſt ſaltẽ per deſtructionem, & annihilationem, & immortale, & incorruptibile ſignificent negationem oppoſitã, nulla creatura natura ſua eſt immortalis, & incorruptibilis; immò verò natura ſua ex potentia reali in ipſa exiſtente eſt corruptibilis, & mortalis; quod proinde eſt (inquit) ac ſi dicamus, natura ſua ſubeſt potentiæ Dei, vt annihilari ab ea poſſit. Secundum: Angelus, & anima rationalis reſpectu creatæ potentiæ incorruptibilis eſt, & immortalis; quocunque modo incorruptibile, & immortale accipiatur. Tertium: Res omnes creatæ beneficio, & gratia non corrumpuntur, ideſt non annihilantur. Quartum: Gratiã incorruptibilitatis Angelis communicata non eſt negatio potentiæ paſsiuæ, ſed negatio actus tantùm; quod eſt gratia illis eſſe non deſtrui, & non annihilari, non autem non poſſe deſtrui; quod nec illis vllo modo poteſt communicari. Quintum: Si Angelus annihilaretur, ei annihilatio quodammodo foret ſupranaturalis, reſpectu ſcilicet cauſarum naturaliter agentium, & reſpectu communis concurſus, & ordinis rerũ; ſed reſpectu Dei agentis, & reſpectu ipſius Angeli non eſſet ſupra naturam. Sextum: Annihilatio, quodammodo eſſet contra naturam, quatenus .ſ. conſideratur, vt exiſtens; cui vt ſic, opponitur annihilatio, ſicut non eſſe; at ſi ſpectetur natura ſecũdùm eſſentialia ſola prædicta, & ſecũdùm eſſe poſſibile, annihilatio non eſt ipſi contraria; ſic enim indifferens eſt vt ſit, & non ſit, hoc eſt inter eſſentialia illius prædicata non magis connumeratur eſſe, quàm non eſſe illius.

Oppoſitam ſententiam profert S. Doc. in huius articuli concluſione, quam tredecim probat argumentis in 2. cont. gen. cap. 55. Eandem ſententiam ſequuntur omnes eius diſcipuli, & expoſitores eius, etiam extranei, vno Vaſquezio duntaxat excepto.

S. Thom.

Vaſquez.

Poſterior verò controuerſiæ pars verſatur circa propoſitionem aſſumptam ad probationem maioris primæ rationis, videlicet: *eſſe per ſe conuenit formæ*: duplicem enim ſenſum illi tribuit Caietan. Primus eſt, vt eſſe dicatur conuenire formę per ſe; ideſt non per aliud, ſiue ſine medio, ſeu immediatè, non prout dictio immediatè negat mediam formam, ſed actionem tantùm mediam, quia ſcilicet eadem actione producitur forma, & eius exiſtentia, ita vt fieri formæ ad coniunctionem terminetur exiſtentiæ cum illa. Secundus ſenſus eſt: Eſſe conuenit formæ per ſe, ideſt non per accidens. Sed dupliciter contingit aliquid cõuenire per ſe, ideſt non per accidens: Vno modo ſimpliciter, ſiue logicè. Alio modo Phyſicè; ait igitur Caietanus eſſe cõuenire formæ per ſe, non primo, ſed ſecundo modo. Hanc expoſitionem Ferrarienſis impugnat; & ait: Primò ea propoſitione ſignificari eſſe formæ conuenire per ſe ſimpliciter; quoniam illi cõuenit per propria, & intrinſeca ipſius formæ, & cõſequitur eſſentiam formæ. Secundò, eſſe conuenire formæ ſecundùm quod ipſum, ſiue primò: quia omni formæ conuenit eſſe, & eſſe nulli cõuenit, niſi quia aut eſt forma, aut participat formam.

Caietanus

Ferrar.

Zumellus in ſua primâ quæſtione ad hunc articulum in ſolutione tertij argumenti reijcit cũ Ferrarienſi primam interpretationem Caietani, ſecũdam verò tuetur contra Ferrarienſem.

Zumellus

Reſolutio.

Quid ſit corruptibile, & incorruptibile, mortale, & immortale.

EX multiplici terminorum ſignificatione diligenter explicanda propoſitæ controuerſiæ definitio eſt colligenda. Docet S. D. in textu nihil corrumpi, niſi per hoc, quòd eius forma ſeparatur à materia, & in 2. cont. gent. capit. 55. ait, in omni

Digitized by Google

corruptione remoto actu remanere potentiam, illud igitur tantùm verè, & propriè dicetur corruptibile, à cuius materia poteſt forma ſeparari, aut actus ſubſtantialis à potentia; & ex oppoſito illud erit incorruptibile, cuius forma à materia, nec actus eſt à potentia ſeparabilis; Quod ex triplici cauſa poteſt euenire, vt ait D. Thom. infra quæſt. 97. art. 1. nimirum ex parte materiæ; & ex parte formæ, & ex parte efficientis; Contingit autem inſeparabilitas, & conſequenter incorruptibilitas ex parte materiæ duobus modis: Vno modo negatiuè; quia ſcilicet formæ nulla coniuncta eſt materia; ſicut in immaterialibus ſubſtantijs, quales ſũt Angeli, nulla reperitur materia, à qua poſsit forma ſeparari; quia puri ſunt actus, ſiue formæ ſubſiſtentes. Alio modo poſitiuè, quia ſcilicet forma talis materiæ coniungitur, quæ nõ eſt in potentia niſi ad vnam formam; ſicut cœleſte corpus, cuius materia ad eam ſolam formam in potentia eſt, quam habet actu. Ex parte verò formæ poteſt inſeparabilitas euenire, ſi rei corruptibili per naturam inhæreat aliqua diſpoſitio à corruptione præſeruans; ſicut beatorum corporibus poſt reſurrectionem inerit gloria corruptionem prohibens. Poſtremò formæ inſeparabilitas à materia, ſiue rei ex materia, formaq; compoſitæ, ac natura ſua corruptibilis incorruptibilitas euenit ab agente; ſicut in ſtatu innocentiæ corpus hominis erat incorruptibile, & vinculum animæ, & corporis indiſſolubile non per aliquem immortalitatis vigorem in eo exiſtentem; ſed inerat (inquit Sanctus Doctor) animæ vis quædam ſupernaturaliter data diuinitus, per quam poterat corpus ab omni corruptione præſeruare, quãdiu ipſa Deo ſubiecta mãſiſſet.

S. Thom.

Incorruptibilitatis cauſæ.

Ex quibus omnibus incorruptibilitatis modis, ſolus primus ad præſentem attinet cõtrouerſiam; quæſtio ſi quidem eſt. An ob eam cauſam veluti propriam, adæquatam, & ſufficientem ſit, ac dici debeat Angelus ſimpliciter incorruptibilis, an verò ſit in Angeli natura corruptibilitatis aliqua ratio, ob quam ſimpliciter, aut propriè, ac verè dici poſsit, & debeat corruptibilis, ex horum terminorum declaratione dependet, & cum ea ex parte coincidit explicatio huius vocis immortale, de quo S. D. in reſponſione ad primum.

Immortale tripliciter.

Tripliciter enim dicitur aliquid immortale. Primò quod perpetuam habet ex aliqua cauſa ſaltẽ extrinſeca durationem; quomodo dicitur æternus ignis inferni, & homo in ſtatu innocentiæ erat immortalis, ſi non peccaſſet. Secundò dicitur immortale, quod ex intrinſeco principio nullam habet corruptionis, ſiue mortis cauſam, quo modo cœleſtia corpora, animæ rationales; & Angeli dicuntur immortales. Tertiò dicitur immortale, quod neque ab intrinſeco, neque ab extrinſeco principio cauſam corruptionis habet vllam; quod ſoli Deo congruere teſtatur Apoſt. 1. ad Timoth. 6. dicens. *Qui ſolus habet immortalitatem.* Ex his itaque tribus immortalitatis modis, ſecundus tantùm cõgruit Angelis, ex quo tamen, vt oſtendemus, tales ſimpliciter, ideſt immortales, ſeu incorruptibiles abſolutè poſſunt, ac merito debent appellari.

1. ad Tim. 6.

A *Poſsibilis, & impoſsibilis duplex ſignificatio.*

SEcundò conſiderandum eſt poſsibile, impoſsibile, neceſſariũ, & per ſe eſſe voces analogas, ſiue æquiuocas à conſilio; quarum ambiguitate decepti contrariæ ſentẽtiæ ſectatores, in meridianæ lucis ſplẽdore ſunt allucinati. Vt igitur eniteat perſpicua veritas, & obiecta ſophiſmata diluantur, operæ pretium erit ſingula ad rem propoſitã pertinentia dictarum vocum aperire ſignificata. Ac primò poſsibile, & impoſsibile, vt aduertit Capreolus in 1. diſt. 8. quæſt. 3. dicuntur dupliciter; Vno modo ſecundùm intrinſecam aliquam potentiam realem, actiuam, aut paſsiuam, ſicut homini poſsibile eſt ambulare ſecundùm gradiendi potẽtiam in eo exiſtentem; volare verò impoſsibile, cũ nulla ſit ad volatum in homine vis actiua, neque paſsiua naturalis; & ſimiliter homini, Leoni, plantæ, ac lapidi poſsibilis eſt corruptio, impoſsibilis autem perpetuitas; quia materiam habẽt partem ſui exiſtentem in potentia ad alias formas, è contra verò cœlo poſsibilis eſt perpetuitas, & impoſsibilis corruptio; quia eius materia non eſt in potentia ad alias formas. Nam, vt ſcitè notat Caietanus ſupra quæſt. 9. art. 2. non poteſt rei conuenire potentia naturalis, quæ primò tendat ad non eſſe; docet enim Philoſophus in 1. Ethic. & lumen ipſi naturæ demonſtrat, nullius entis appetitum reſpicere primò non eſſe; omnis enim appetitus in bonum tendit; igitur in ens, quod inquantùm huiuſmodi bonum eſt, ergo omnis potentia realis in rebus primò eſt ad eſſe; Sicut potentia terræ per ſe primò eſt ad eſſe ignis; ſed quoniam eſſe ignis incompoſsibile eſt cum eſſe terræ, ideo ſecundariò eadem potentia terræ eſt ad non eſſe terræ: & quia realis, ſeu Phyſica potentia ad aliud eſſe eo adueniẽte remanet, ac eo perficitur, ideo res omnis potentiam habens ad non eſſe, habet aliquid in ſe reale, quod remanere poſsit cum priuatione illius eſſe, quod actu habet, vt ibidem ſignificat S. Thom. & affirmat expreſsius in dicto cap. 55. 2. lib. cont. gent. Alio modo poſsibile dicitur, aut impoſsibile ſecundùm habitudinem terminorum, ſiue logicè, quod eſt dici poſsibile, aut impoſsibile ſecundùm nullam potentiam, vt ait Philoſoph. in 5. Metaph. in cap. de potentia. Nam, ſi terminorum ſignificata cohæreant, poſsibile dicetur id, quod propoſitione tales terminos continente ſignificatur; vt hominem nunquam mori, aut in cœlum transferri; aut mortuum reſuſcitari; ſi verò nulla ſit cohærentia terminorum, dicetur impoſsibile. Cuius rationem affert Capreolus: quoniam omnis diſcohærẽtia terminorum eſt ratione alicuius oppoſitionis; in omni verò oppoſitione includitur affirmatio, & negatio, vt ait Philoſ. in 10. Metaphyſ. igitur in omni tali impoſsibili clauditur affirmatio ſimul, & negatio, hoc autem, quod eſt affirmationem, & negationem eidem ſecundùm idem &c. conuenire, nulli ſubeſt actiuæ potentiæ; omnis enim actio virtutis actiuæ terminatur ad eſſe per ſe primò; quamuis etiam ad non eſſe quandoque ſecundariò terminetur, quatenus ſcilicet eſſe productum

B

C

D

E

Caiet. Ariſt.

S. Thom.

Ariſtot.

Capreol.

Ariſt.

non

non compatitur aliquod aliud esse; sicut esse ignis ex aere producti non compatitur esse aeris, nec esse callidi compatitur esse frigidi; & ideo calor agens primò facit esse calidum, destruit autem esse frigidum ex consequenti, siue secundariò. Hoc autem, quod est affirmationem, & negationem esse simul, nullam potest habere rationem entis, aut non entis, quoniam esse tollit non esse, & non esse tollit esse; quod autem implicat esse simul, & non esse, nullius potest esse potentiæ terminus: quod ét affirmat, & explicat Sanc. Doct. de potentia, quæstione 1. artic. 3. S. Thom.

Necessarij duplex significatio, & multiplex vtriusque differentia.

IAm verò necessarium illud est, quod non potest non esse. Dupliciter autem, quod ad rem præsentem attinet, aliquid non potest non esse: Vno modo ex intrinseco principio, vt in re ipsa posito, siue sit materiale, quemadmodum dicimus compositum ex contrarijs non posse non corrumpi, siue sit formale, sicut cœlum existere, aut Solem lucere; & hoc est necessarium reale, siue Physicum; quoniam attenditur penes rerum naturas, prout actu sunt existẽtes in vniuerso. Alio modo aliquid non potest non esse ex intrinseco principio secundùm se sumpto, abstrahendo ab existentia, & hoc est necessarium logicum, siue ex habitudine terminorum, sicut hominem esse animal: necessaria est enim habitudo, siue connexio hominis cum animali, adeò vt implicet contradictionem esse hominem, & non esse animal, quia prædicatum est de ratione intrinseca subiecti. Duplex est igitur necessarium: alterum reale, siue Physicum, aut etiam Metaphysicum, & alterum Logicum. Et vtrumque nuncupatur à D. Thom. necessarium simpliciter. Nam infra quæst. 82. art. 1. sic loquitur. *Necesse est enim quod non potest non esse: quod quidem conuenit alicui, vno modo ex principio intrinseco, siue materiali; sicut cum dicimus, quòd omne compositum ex contrarijs necesse est corrumpi; siue formali; sicut cum dicimus, quòd necesse est, triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, & hæc est necessitas naturalis, & absoluta.* Et in 1. sent. dist. 6. q. 1. art. 1. leguntur hęc verba: *Necessarium absolutè dicitur, quod est necessarium per id, quod in essentia sua est, siue illud sit sua essentia, sicut in simplicibus, siue sicut in compositis, illud principium sit materia, sicut dicimus, hominem mori est necessarium: siue forma, sicut dicimus, hominem esse rationale est necessarium: hoc autem absolutè necessarium est duplex: quoddam enim est, quod habet necessitatem, & esse ab alio: sicut in omnibus, quæ causam habent, quoddam autem est, cuius necessitas non dependet ab alio, sed ipsum est causa necessitatis in omnibus necessarijs: Sicut Deus.* Hæc ibi. Quod idem sæpius alibi repetit S. D. & præsertim in 2. cont. gent. cap. 30. Dicitur etiam necessarium Logicum absolutè, & simpliciter necessarium, vt patet supra q. 19. art. 3. in corpore cuius principium est: *Necessarium dicitur aliquid dupliciter, scilicet absolutè, & ex suppositione. Necessarium absolutè indicatur aliquid ex habitudine terminorum: vtpote quia prædicatum est in definitione* A *subiecti, sicut necessarium est hominem esse animal, vel quia subiectum est de ratione prædicati, sicut hoc est necessarium, numerum esse parem, vel imparem.* Conuenit igitur vtrumque necessarium, scilicet Physicũ, & Logicum *in hoc*, quòd in vtroque est inseparabilis extremorum connexio; sed triplex est inter ea differentia. Prima est, quòd necessarium Logicum nihil supponit non necessarium; attenditur enim vt diximus, penes rerum naturas secundùm se, & vt abstrahunt ab existentia: at necessarium Physicum supponit aliquid non necessarium, scilicet productionem rei, quæ necessaria dicitur, in rerum natura; & ex hac consequitur altera differentia, videlicet oppositum necessarij Physici, B vt cœlum non esse, aut Socratem non mori, non implicare contradictionem; oppositum autem necessarij Logici contradictionem implicat; vt hominem non esse animal, aut numerum non esse parem, vel imparem. Tertia differentia est, quòd quamuis vtrumque dicatur absolutè necessarium, non est tamen æqualis gradus hæc absoluta necessitas in vtroq. Nam Physica necessitas dicitur absoluta, prout à conditionata necessitate distinguitur, quæ est necessitas consequentiæ, siue suppositionis. Quæ suppositio multiplex esse potest; vt explicat D. Thom. in 2. cont. gent. cap. 29. & Bannes supra quæst. 19. art. 8. Hæc tamen Physica necessitas non est à suppositione prorsus immunis; supponit enim rem esse à Deo productam, & ab eo semel existentiã accipisse, veluti à prima causa totius esse; qua suppo sita res, quæ dicitur Physicè necessaria, non potest non esse; Quod tamen non posse non esse non conuenit ex vi solius suppositionis, sed ex intrinseco rei principio materiali, vel formali; nam ex Angeli, & cœli producta natura necessariò sequitur existentia, veluti à suo formali principio, cum quo necesariam habet connexionem; adeo vt nõ sit, nec esse possit in tota natura creata causa aliqua intrinseca, vel extrinseca, cuius virtute natura priuari possit existentia; Quamuis itaque respectu D Dei, qui prima causa est maximè libera, nihil sit absolutè necessarium, sed vniuersa, sicut Dei nutu producta sunt in esse, sic ab eodem liberè conseruentur, in nihilumq; decideret subtracto diuinæ virtutis influxu; quia tamen Physica necessitas attenditur in ordine ad secundas, & intrinsecas rerũ causas, vt ostendemus inferius, ideo nuncupatur, & ipsa necessitas absoluta; At necessitas logica nihil non necessarium omninò supponit, sed secundùm solam attenditur habitudinem extremorum; quorum alterum nequit ab altero per quamcunq; potentiam separari, vt rotunditas à circulo, rationalitas ab homine, & homo ab animali: Arctius E igitur huius necessitatis est vinculum, quàm realis, aut Physicæ.

S. Thom. Bannes

Et ex his sequitur aliquid esse necesariũ Physicè, quod tamẽ est possibile Logicè: Cœlum enim, & Angelum esse necessarium est Physicè, quod tamen logicè non est necesarium, sed possibile; sicut enim nulla contradictio est in affirmando cœlum esse, ita nec in negando: Quo fit, vt illud omne, quod logicæ possibile dicitur possit etiam reale

Possibile Logicæ.

Digitized by Google

le posibile hunc vpari,non simpliciter,sed extrinsecè,ex reali scilicet omnipotentia Dei,cui posibile id omne est,cuius termini, siue rationes non secum pugnant,siue contradictionē in se nō claudunt.Et ideo S.D.supra q.9.art.2. præmissa distin-
S. Thom. ctione mutabilis per potentiam in se,& per potentiam in alio,probat omnem creaturam esse mutabilem ab esse in non esse per potentiam in alio existentem,scilicet in Deo,ita concludens: *Sic igitur per potētiam,quæ in altero est,sunt mutabiles, inquantum ab ipso ex nihilo potuerunt produci in esse, & de esse possunt reduci in non esse.*

Explicatur duplex genus propositionis per se,& conciliantur sententiæ Caietani,& Ferrariensis.

VNde à rebus ad propositiones procedendo: Cum omnis propositio necessaria sit etiam propositio per se,& iuxta modum,& gradum necessitatis,sit etiam modus,& gradus perfeitatis; vt patet ex 1.post.cap.5.6.7.sequitur in omni propositione prædicatum,quod ineſt necessariò subiecto necessitate Physica,eidem subiecto per se cōuenire perfeitate Physica,& prædicatū,quod subiecto conuenit necessariò necessitate Logica,eidē etiam conuenire per se perfeitate Logica,ac proinde,quæ supra de conuenientia,& differentia inter duos necessitatis modos dicta sunt, congruunt ēt duobus eos respicientibus perfeitatis modis, vt hic notat eruditè Caietanus; A quo non sensu,sed affectata solùm verborum extrinseca contentione
Caiet. Ferrarien. dissidet Ferrariensis in allegato cap.55.vbi sententiam suam non alijs quàm ipsius Caietani munit fundamentis; Ait enim primò Caietanus in hoc cōuenire duas iam dictas perfeitates, quòd, sicut conueniens alicui per se simpliciter, siue logicè, necessario,& inseparabiliter adhæret illi absolutè sumpto;sic proportionaliter, quod conuenit alicui per se Physicè, necessariò, & inseparabiliter comitatur illud in esse naturali positum. Secundò ait differre duas has perfeitates,primò; Quia prædicata per se simpliciter nihil non necessariū supponunt, prædicata verò per se Physicè supponunt aliquid non necessarium, scilicet subiecta fuisse producta in rerum natura. Secundò; Quia perfeitas simpliciter, siue logica adeo est necessaria,vt oppositum implicet contradictionem; perfeitas vero Physica non ita est necessaria, vt oppositum implicet contradictionem;nam mixto conuenit per se,vt corrumpatur quandoq; & tamen non implicat contradictionem illud nūquam corrumpi;sed implicat illud suę naturæ dimissum nunquam corrumpi;& similiter existere prædicatum est per se respectu formę;quia perfeitate Physica competitur illi;eo quòd formam productā necessariò comitatur existere;& implicat non consequi existere ad formam sibi dimissam.

Ferrarien. Hæc autem omnia confirmat Ferrariensis dicens,primò esse conuenire formæ; quia ex ipsa essentia formæ consequitur;Secundò,oppositā propositionum secūdi modi,puta huius: Angelus est, implicare contradictionem:quoniam implicat,vt subiecto suæ naturæ derelicto conueniat oppositū prædicati per se; quamuis non implicet contradictionem simpliciter,& omninò: Subiectum verò, puta Angelum suæ naturæ derelinqui declarat intelligendum,non per subtractionem influxus diuini;(sic enim in nihilum decideret,) sed per remotionem actionis diuinæ impedientis naturalē sequelam existentiæ ad essentiam Angeli, naturalemque cursum prohibentis; sicut in humanitate à Verbo assumpta impedita fuit animæ, & totius humanitatis existentia naturalis,ne ex ea flueret; cum fuerit ab esse diuino præuenta,& ad illud assumpta;vt hìc etiam notat Caietanus. Tertiò ait Caiet.
existentiam conuenire formæ per se primò simpliciter;quia conuenit illi vt effectus eius formalis,& conuenit omni formæ, & nulli conuenit, nisi quia aut est forma,aut participat formam; & ab ea cursui naturali relicta nunquam potest separari; Nam,licèt forma cum suo esse definat: non per hoc tamen dicitur ab esse separari; sed oporteret, vt manente forma tolleretur esse,quod est impossibile;vt in simili docet S.D.de potent.q.5.artic.3. S. Thom.
ad 10. Compositio verò non conuenit esse per se primò,nisi vt actus propriæ potentiæ,aut susceptiuo,cui conuenit esse vt quod; & ideo potest ab eo existentia separari ipso manente secūdùm sui partem intrinsecam,scilicet materiam:Hæc autē constat prædictæ Caietani doctrinæ non aduersari, sed illi maiorem firmitatem,ac robur adiungere. Obiectis verò Ferrariensis satisfiet inferius.

Creaturas ex se nihil esse, nec tamen Angelum, aut cælum esse per realem in ipso potentiam corruptibile.

TErtiò aduertendum est sæpè dici à D. Thom. creaturas,quantum est ex se,nihil esse; & in opusculo de mundi æternitate ait: Si mundus fuisset ab æterno productus, tunc intelligeremus creaturam prius natura fuisse nihil,antequā esset producta;quia prius ineſt cuilibet naturaliter id, qd ei conuenit secundùm se,quàm id,quod habet solùm ex alio; creatura verò non habet esse, nisi ab alio,sibi verò relicta,& in se considerata nihil est; Qua loquendi formæ videtur significare in creaturis esse potentiam naturalem ad non esse; Sed ea, & similia verba,non affirmatiuè,sed negatiuè sūt intelligenda, vt Caietanus admonet supra quæst. Caiet.
9.art.2.Hæc enim negatio videlicet: non ex se esse, conuenit omni creaturæ; cui tamen non congruit hæc affirmatio,scilicet ex se nō esse propriè loquendo;sic enim esset in creatura potentia naturalis ad non esse.

Cum itaque dicitur creatura ex se nihil esse, & ei prius natura conuenire non esse,quàm esse,negatiuè interpretandum est, ac si diceretur, creaturam non ex se esse aliquid, & hoc, quod est non ex se esse,prius conuenire creaturæ,quàm esse; quoniam in factione non esse præcedit esse,& in creatione non esse simpliciter præcedit esse: Et quia rerum omnium esse à Deo pendet in fieri, & conseruari,dicendo res creatas ex se nihil esse, & in nihilum tendere,nil aliud significatur, quàm dicta rerum à Deo dependentia;sicut etiam ait S.D. in secundo contra gent.cap.30. cuius verba sunt:

Di-

Dicuntur res à Deo creatæ eo modo in nihilum tendere, quo ſunt ex nihilo; quod quidem non eſt niſi ſecundùm potentiam agentis; ſic igitur, & rebus creatis non ineſt potentia ad non eſſe, ſed creatori ineſt potentia, vt eis det eſſe, vel eis deſinat eſſe influere &c. Hæc ibi. Ex quibus manifeſtè patet error Vaſquezij dicentis creaturam omnem reſpectu diuinæ potentiæ naturaſua, & ex potentia reali in ipſa exiſtente eſſe corruptibilem, & mortalem; nam, & ſi Deo ſuæ cõſeruatiuæ virtutis influxum ſubtrahente deſinerẽt eſſe cœli, & Angeli, non ſit tamen conſequens eſſe eos ex natura ſua, & reali potentia corruptibiles, ſed à Deo tantùm eſſentialiter dependere, & per eius potentiam à conſeruatione ceſſantem poſſe non eſſe; quod eſt poſſe non eſſe non per potentiam in ſe, ſed per potentiam in alio; vt explicat S.D. in dicto art. 2. quæſt. 9. & locis ſupra notatis.

Vaſquezij opinio cõfutata.

Quartò notandum eſt ex D. Thom. de pot. quæſtione. 1. art. 4. & 1. ſent. diſt. 42. ar. 3. Iudicium de poſsibili, & impoſsibili poſſe dupliciter conſiderari: vno modo ex parte iudicantium, alio modo ex parte eius, de quo iudicatur. Quo ad primum ſciẽdum eſt duas ſcientias, quarum vna conſiderat alteriores cauſas, altera verò minus altas, non idem, ſed diuerſum iuxta diuerſitatem cauſarum, quas conſiderant, de eadem referre iudicium.

Nam (exempli gratia) Aſtrologus, qui ſuperiores cauſas conſiderat, ſcilicet poſitionem ſyderũ, ſecundùm eas de ſanitate, vel morte iudicabit ægroti. Medicus autem; qui proximas tantùm infirmitatis cauſas ſpeculatur; quæ ſunt virtus naturę, & grauitas morbi, ſecundùm eas de morte futura iudicium proferret. Eſt autem inquit S. D. duplex ſapientia: vna mundana; quæ dicitur Philoſophia; quæ productas à Deo cauſas conſiderat, & ſecundùm eas iudicat; altera ſapientia Diuina eſt Theologia nuncupata; quæ cauſas contemplatur altiſſimas, ſcilicet diuina attributa, vt ſapientiam bonitatem, voluntatem, &c. & ſecũdùm eas iudicat. Eos igitur effectus, qui non à ſuperioribus tantũ, ſed etiam ab inferioribus cauſis dependent (de his enim ſolis eſt quæſtio) iudicat Theologus eſſe poſsibiles, aut impoſsibiles ſecundùm cauſas ſuperiores; Philoſophus autem tales effectus iudicat eſſe poſsibiles, aut impoſsibiles ſecundùm inferiores tantùm cauſas. Quo ad ſecundùm autem ſcilicet iudicium, ex parte naturæ eius rei, de qua fertur iudicium, debent effectus iudicari poſsibiles, aut impoſsibiles ſecũdùm cauſas proximas, eo quòd actio ſuperiorum cauſarum iuxta proximarũ naturam, & modum determinetur, quas ſecũdas cauſas præcipuè imitantur effectus; Quod à ſimili declaratur in potentia paſſiua: Nam materia remota non propriè dicitur eſſe in potentia ad formã, aut compoſitum aliquod determinatè, ſicut terra ad ſciphum, ſed quæ adeò proxima eſt, vt ab vno motore poſsit in actum reduci, vt ait Philoſophus in 9. Metaph. tex. 1. & 12. quemadmodum aurum eſt in potentia ſciphus; ex qua poteſt ab arte ſola in actum educi. Sic igitur effectuum, ſecundarumque cauſarum conſiderata natura reſpectu propinquarum tantùm cauſarum, poſsibiles dicendi

Aristot.

A ſunt effectus, aut impoſsibiles. Hæc ibi ferè ad verbum S.D. Quod autem diximus de poſsibili, & impoſsibili; quæ contrariè opponuntur, dicendum eſt etiam de neceſſario, & poſsibili; quæ ſunt oppoſita contradictoriè.

Sed hæc doctrina non placet Zumello ſupra qu. 9. artic. 2. ait enim eam à Theologis non probari; quoniam iudicium de rebus accipiendum eſt ſecũdùm naturam, & conditionem ipſarum rerum intrinſecam, & ſecundùm cauſas proximas, & non ſecundùm cauſas communes, & vniuerſales, & remotas. Deus autem communis cauſa eſt; igitur nõ ſecundùm Dei potentiam abſolutam iudicandum B eſt de natura rei. Nam, ſi roges à Theologo, vtrum ignis poſsit frigefacere, optimè reſpondebit non poſſe; Cum igitur Angeli ſecundùm cauſas naturales non poſsint non eſſe, ſequitur eos abſolutè loquendo eſſe entia neceſſaria; ac proinde ſine trepidatione Theologorum affirmare eſſe quædam entia præter Deum immortalia, & incorruptibilia ſecundùm eſſe ſubſtantiale.

Zumellus Obiectio

Sed hęc facilè confutantur ex ipſo ſenſu verborum: & mente D. Thomæ; non enim intendit ibi S. D. aſſerere quemlibet omninò effectum à ſuperioribus, & inferioribus cauſis dependentem poſsibilem, aut impoſsibilem à Theologo nuncupari in C ordine tantùm ad ſupremas cauſas; ſed de ijs tantùm effectibus loquitur, qui poſsibiles, aut impoſsibiles denominari ſolent ex ordine ad vtraſq; cauſas, ſcilicet ſuperiores, & inferiores, ex quibus oppoſitas habent denominationes. Hi verò ſunt illi præcipuè; qui cum cauſas proprias intrinſecas habeant, quarum comparatione impoſsibiles ſunt, & verè dicuntur, diuinæ tamen omnipotentiæ cõparati in Sacris litteris, Concilijs, & Patribus paſſim dicuntur poſsibiles, & ex eis plures iam facti narrantur; ſicut mortui reſurrectio Matth. 28. cæleſtium motuum immutatio Ioſue 10. & Iſa. 38. humani corporis glorificatio cum dotibus immortalitatis, & ſubtilitatis, Matth. 28. & alij ſimiles; D vt tranſubſtantiatio Gen. 19. *Verſa eſt in ſtatuam ſalis*, & Matth. 3. *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* Quibus adde rerum omnium reductionem in nihilum; quam poſsibilem eſſe pronuntiant Sacræ litteræ, Sap. 11. *Diligis enim omnia, quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti; nec enim odiens aliquid conſtituiſti, aut feciſti. Quomodo autẽ poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes; aut quod à te vocatum non eſſet conſeruaretur: parcis autẽ omnibus, quoniam tua ſunt domine, qui amas animas.* Rerum igitur permanentia, & conſeruatio diuinæ voluntatis, & amoris eſt gratia, cuius ſubtractione res E eſſe deſinerent, & in nihilum verterentur. Sed conſiderandum diuerſitatem hanc iudicij inter Theologum, & Philoſophum non eſſe intelligendã, quo ad iudicium, quod fertur ab vtroque de re ſimpliciter, ſed de iudicio tantùm, quod fertur in ordine ad cauſas ab vtroque principaliter conſideratas: nam quo ad iudicium de re ſimpliciter non differunt Theologus, & Philoſophus: Sicut enim Philoſophus iudicat, & affirmat ſimpliciter cœlos, & intelligentias eſſe entia incorruptibilia, & neceſſaria,

cõfutatio.

March. 28. Ioſue 10. Iſa. 38. Gen 9. Matth. 3

Sap. 11.

ria, ſic etiam iudicat, & enunciat Theologus: quia ſcientiarum humanarum vtens miniſterio rerum naturas, & earum intrinſecas, & proximas cauſas contemplatur, & ſecundùm eas de rebus ipſis iudicat abſolutè: vt patet ex hoc articulo, & ex dicto cap. 30. & 1. ſent. diſtin. 8. q. 3. art. 2. Differt igitur hoc ſolo Theologus à Philoſopho, quòd Philoſophi iudicium ſemper cõſonat rei naturæ, eo quòd fit ex proximis, & intimis eius cauſis; Theologi verò iudicium non ſimpliciter, ſed in ordine ad ſuprimas tantùm cauſas, ſecundùm quas illi ſoli conuenit iudicare, totam ſuperat naturæ facultatem: & hæc eſt mens Angelici noſtri Doctoris; quam non eſt aſſecutus Zumellus; atque ideo illo ſuo argumẽto aerem verberat. Nam iuxta D. Thomæ doctrinam non reſpondebit ſapiens Theologos ignẽ poſſe frigefacere, niſi cum addito, ſcilicet per omnipotentem Dei virtutem.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Angeli ſecundùm naturam ſuam ſunt incorruptibiles.

Secunda concluſio. Angeli dicendi ſunt ſimpliciter incorruptibiles, & immortales, ac entia neceſſaria.

Tertia concluſio. Angeli reſpectu diuinæ potentiæ, non debent dici corruptibiles, aut mortales, ſed poſsibiles non eſſe. Probatur: Corruptibile, & mortale propriè id ſolum eſt, cuius aliquid potentiale poteſt manere, cũ priuatione eius eſſe, quod habet: Hoc autem Angelo non conuenit, ſed repugnat, vt patet ex dictis; ergo.

Quarta concluſio: Eſſe conuenit formæ per ſe. i. immediatè non media, ſcilicet actione, & per ſe Phyſicè: Has omnes concluſiones latè ſupra probauimus.

Argumenta, & ſolutiones.

CONtra primam, & ſecundam concluſionem ſunt argumenta. Aureoli apud Capreolum in 1. diſt. 8. quæſt. 3. ibi ſoluta, & ea, quæ proferũt, & ſoluunt hic, & quæſt. 9. art. 2. Baunes, Zumellus, Valentia, & alijs recentiores. Capreol. Baunes. Zumell. Valentia. Vaſquez.

Contra eandem concluſionem argumentatur Vaſquez. Primò authoritate Scholaſticorum, Alexandri prima parte, quæſt. 4. membro 5. S. Bonauẽturæ primo ſent. diſtin. 8. art. 2. quæſt. 2. Richardi art. 2. q. 2. Scoti quæſt. 5. & 4. ſent. diſt. 49. quæſt. 6. Ocami in 2. quæſt. 7. Gabrielis in 2. diſt. 2. quæſt. 1. art. 2. concluſione 6. qui omnes affirmant creaturam omnem ex ſe mutabilem eſſe, non tantùm ſecundùm accidentia, ſed etiam ſecundùm ſubſtãtiam definendo, idq; ſuapte natura creaturę conuenire. At, quod alicui conuenit ex natura ſua, ab intrinſeco conuenit; ergo.

Reſpondetur primò Doctores prædictos aſſerere immutabilitatem, quam dicunt inuertibilitatẽ in nihilum nulli creaturæ conuenire per naturam, ſed per gratiam, ideſt per gratuitam Dei voluntatem omnibus conuenire, nec tamen fit conſequens oppoſitam mutabilitatem creaturis omnibus eſſe naturalem, & ab intrinſeco conuenire.

A Secundò dico, creaturam omnẽ dupliciter poſſe conſiderari: Vno modo materialiter, ſiue ſecundùm ſuam ſubſtantiam, & naturam abſolutè ſumptam. Alio modo formaliter, vt creatura eſt à Deo pendens tam in fieri, quàm in conſeruari. Primò modo ſumpta creatura non omnis eſt mutabilis ſubſtantialiter ab intrinſeco, ſed ſublunares tantùm; nulla verò ab intrinſeco vertibilis eſt in nihilum, ſed per actiuam tantùm Dei potentiam. Secũdò verò modo conſiderata vertibilis eſt in nihilũ omnis creatura, qa ſubtracto diuinę virtutis influxu cedet in nihilum, ſed hoc illi propriæ non congruet ex natura, ſed ab extrinſeca Dei conſeruantis potentia, formaliter enim creatura ſignificat B effectum ſecũdùm, ſe totum à cauſa creatrice dependentem; ac proinde per extrinſecam Dei ab eo potentiam deſtruibilem, quamuis ex intrinſeca principiorum natura ſubſtantialiter eſſet immutabilis. Tertiò dico eas authoritates interpretandas eſſe negatiuè; quia nimirum creaturæ non habent ex ſe principium eſſendi ſufficiens. Poſtremò dico, quicquid illi ſentiant, magis aſſentiendũ eſſe D. Thomæ, & communi Theologorum ſententiæ, quam paucorum opinioni, verbis etiam obſcuris, & ſatis ambiguis explicatæ.

Secundò profert Sanctorum Patrum dicta, Sanctí Iuſtini, Cyrilli, Damaſceni, Naziãzeni, Sophro nij & ſextæ Synodi actione vndecima, & tertiadecimadicentium Angelos non eſſe per naturã immortales, ſed per Dei voluntatem, & gratiam, ex C quo ſequitur (inquit) omnes natura ſua mortales, & corruptibiles eſſe reſpectu potentiæ Dei. Probatur ſequela: Nam, ſi gratia immortalitatem conſequũtur, natura ſua corruptibiles ſunt; gratia enim tollit id, quod natura ipſis conueniret.

Reſpondetur primò cum D. Thoma hic ad primum Sanctos Patres loqui de immortalitate perfecta, quæ mutabilitatem omnem excludit; hanc. n. Angeli per gratiam aſſequuntur. Secundò dico, Patres loqui de immortalitate tertio modo ſumptã, prout. ſ. dicit immutabilitatem ab intrinſeco, & ab extrinſeco principio, hanc enim habent Angeli per gratiam, ideſt gratuitam Dei voluntatem, quæ ſtatuit ab æterno eos in tempore productos perpetuò conſeruare; Immortales igitur ſunt Angeli ab intrinſeco naturaliter, ab extrinſeco verò ex gratuito, ac immutabili diuinæ voluntatis decreto. Quare falſa eſt argumenti deductio; nam tantum ſequitur eos per extrinſecam Dei potentiam abſolute ſumptam eſſe corruptibiles. Nec probatio aliquid valet: Nam, ſicut immortalitas Angelorum ex gratia conuenit illis in ordine ad Dei potẽtiam, vt ſubeſt decreto volũtatis, ita corE ruptibilitas illis conuenit ſolùm in ordine ad extrinſecam Dei potentiam abſolutè ſumptam. Angelorũ immortalitas.

Tertiò producit dictum D. Thomæ ſupra quæſ. 25. artic. 3. vbi aſsignans obiectum omnipotentiæ Dei ſic loquitur: *Quæcunque contradictionem non implicant, ſub illis poſsibilibus continentur, reſpectu quorum dicitur Deus omnipotens; ea verò, quæ contradictionem implicant, ſub diuina potentia nõ continentur, quia non poſſunt habere poſsibilis rationem*, prius autem S. Thomas

eem dixerat, Deum non dici omnipotentem, quia posſit omnia, quæ ſunt poſsibilia ſuæ potentiæ, qa ſic eſſet circulus in manifeſtatione omnipotentię: Docet igitur ibi S. D. res omnes priuſquàm potentia diuina ipſas reſpiciat, & ab ea poſsibiles denominentur, ſuapte natura eſſe obiecta diuinæ omnipotẽtiæ, eo quod in ſe talis ſint naturæ, vt à Deo produci poſsint, quia non implicant contradictionem; & eadem ratione dicendum eſt, quamcunq; rem ex ſeipſa ſecundùm rem potentiam habere logicam, vt non ſit, quæ realis eſt, & rebus ipſis natiua. Nam eodem modo verſatur omnipotentia Dei circa non ens, ſicut circa ens, hoc eſt, ita facit rem non eſſe, ſicut producit, & facit eſſe. Cum igitur Angeli ſint obiecta diuinæ omnipotentiæ, vt non ſint, fit, vt etiam ex ſeipſis, antequam omnipotentia ad ipſos referatur, poſsint non eſſe; ac proinde in illis ſit natiua illa non repugnantia, vt non ſint; quod ſanè intrinſecum, & eſſentiale videtur omni creaturæ non minus, quàm non repugnantia, vt ſint, & producantur.

Reſpondetur primò; nullam eſſe conſequentiã; Nam, & ſi non repugnantia illa fundetur in eſſentia rei abſolutè ſumpta, ipſa tamen eſſentia ante creationem nihil eſt; & ideo non poteſt illi cõgruere potentia realis. Secundò dico, argumentum ſeipſum deſtruere; nam potentia realis dicit aptitudinem poſitiuam actiuam, vel paſsiuam ad aliqd reale; potentia verò non repugnantiæ mera negatio eſt in ordine ad actiuam Dei potentiam: Quãuis enim non repugnantia præcisè ſumpta non dicat ordinem ad Dei potentiam; ſi tamen concipiatur ſub ratione potentiæ logicæ, & quaſi natiuæ, claudit ordinem intrinſecè ad Dei potẽtiam; Hac enim ſola ratione non repugnantia potentia eſt, quoniam ea poſita poteſt Deus rem producere, cui conuenit negatio repugnantiæ; igitur talis potentiæ tota realitas ſe tenet ex parte diuinæ potentiæ.

Dico itaque, licèt eſſentiæ rerum ante creationem dici poſsint eſſe reales, prout ens reale diſtinguitur contra ens rationis, & eis vt ſic conueniat dicta non repugnantia, non ob id tamen illis ineſt potentia realis, vt ſint; Primò, quia ſimpliciter reales non ſunt rerum eſſentiæ pro illo ſtatu. Secundò; Quoniam hæc non repugnantia mera negatio eſt; nec poteſt, vt potentia concipi, niſi per ordinẽ ad actiuam Dei potentiam, vt diximus; & ideo res verè, & realiter non dicuntur poſsibiles, niſi per actiuam Dei potentiam.

Ferrarien. Contra vltimam concluſionem, quo ad priorẽ eius partem argumentatur Ferrarienſis. Primò: Quia non videtur Caietanus ad mentem Philoſophi interpretari per ſe, vt diſtinguitur contra per aliud; ergo.

Probatur antecedens: Nam, quòd alicui conueniat immediatè per excluſionem mediæ actionis, non videtur conſtituere illud per ſe; ergo. Probatur hoc antecedens: Quia riſibilitas, & rationalitas cõuenit illo modo immediatè Sorti; cum vna, & eadem actione producatur Sortes, & ſua riſibilitas, ſuaque rationalitas, & tamen iſta non conueniunt Sorti hoc modo per ſe, ſed per aliud ſcilicet per hominem.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens. Ad probationem negatur antecedẽs. Ad eius probationem negatur rationalitatem, & riſibilitatem non conuenire Sorti per ſe, ideſt non per aliud, quamuis non conueniat ei per ſe primò; conuenit enim Sorti riſibilitas nõ per aliud realiter ab eo diſtinctũ. Secundò dico Caietanum non affirmare id omne, quod conuenit alicui per ſe, ideſt immediatè, conuenire etiam illi per ſe in primo, vel in ſecũdo modo; Nam duos proponit ſenſus inter ſe diuerſos.

Secundò: ſic arguit ſecundam partem eiuſdem concluſionis: Si eſſe per ſe conuenit formæ ſubſiſtenti poſitæ in natura, neceſſe eſt, vt ei per ſe ſimpliciter conueniat; at hoc falſum eſt; ergo.

Probatur aſſumptum: Quia oportebit in definitione eſſe ponere ipſam formam. Probat hoc antecedens ex Ariſtotele, & Diuo Thoma primo Poſterior. Lect. 14. dicente: Si aliquod accidens de neceſsitate, & ſemper ineſt ſubiecto, oportet, vt cauſam habeat in ſubiecto, qua poſita non poſsit accidens non ineſſe; ac proinde neceſſe eſt, vt in eius definitione ponatur ſubiectum, & conſequenter, vt ſit accidens per ſe. Ariſt. S. Thomas

Reſpondetur, aſſumptum eſſe falſum: Ad probationem dico formam non abſolutè ſumptam, ſed vt ab agente productam, & conſeruatam ponẽdam eſſe in definitione exiſtentiæ. Ad probationẽ dico accidens, ſiue perfectionem, quæ neceſſariò ineſt, habere cauſam in ſubiecto, vel abſolutè sũpto, vel ab agente producto, ideſt ſuppoſita eius productione, & ita non poteſt non ineſſe ſubiecto ſic accepto.

Tertiò contra eandem partem ſic argumentatur: Si diceretur, eſſe per ſe conuenire formæ, quia formam productam in natura comitatur neceſſariò, eadem ratione diceretur per ſe omni naturæ conuenire; & ſic ſequeretur omnem naturam eſſe incorruptibilem. Probatur ſequela: Quia omnem rem poſitam in natura neceſſariò comitatur exiſtere; immo eſt de ratione ſua, inquantum ponitur in natura; ergo. Probatur hoc antecedens: Quia repugnat rem poni in natura extra cauſam ſuam, & non exiſtere; cum non propter aliud dicatur aliqd poni in natura, niſi quia accipit eſſe extra ſuã cauſam. Eodem ferè argumento vtitur Zumellus. Zumellus

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam. Ad probationem negatur antecedens. Primò: Quia compoſitum non eſt principiũ exiſtentiæ, ſed formæ; quæ à compoſito ſublunari poteſt naturaliter ſeparari; qua remota tollitur etiam eſſe: à forma verò nunquam ſeparatur eſſe, ſed ipſa cum ſuo eſſe definit. Secundò: Quia compoſitum ſublunare habet intrinſecè principia corruptionis, & non eſſe; licèt, dum eſt, neceſſariò ſit; ex forma verò neceſſariò promanat exiſtentia, tanquam ex principio formali, & proprio, ſuppoſito influxu Dei, nec habet principia corruptionis, ideſt ſeparationis ab eſſe, ſicut compoſitum. Secundò reſpondetur, eſſe conuenire formæ per ſe primò, ideſt non per aliud realiter ab ea diſtinctum: compoſito verò con-

Digitized by Google

conuenit per formam realiter ab eo diſtinctam, eo modo, quo pars diſtinguitur realiter à toto. Quare non eſt eadem ratio de riſibilitate, quæ cõuenit Sorti per aliud. 1. per hominem; nam Sortes non diſtinguitur realiter ab homine, vt pars à toto, vel è contra; vnde, quamuis hìc non loquatur S. D. de per ſe, vt idem eſt omnino quòd per ſe primò, termo tamen eſt de per ſe, vt diſtinguitur à per aliud tanquam per partem.

Zumellus

Contra eandem partem ſunt argumenta, quæ profert, & ſoluit Zumellus in ſua ſecunda quęſtione ad hunc articulum.

QVAESTIO LI.

De comparatione Angelorum ad corpora in tres articulos diuiſa.

DEinde quæritur de Angelis per comparationem ad corporalia. Et primò, de comparatione Angelorum ad corpora. Secundò, de comparatione Angelorum ad loca corporalia. Tertiò de comparatione Angelorum ad motum localem.

Circa primum quæruntur tria.

Primò: Vtrum Angeli habeant corpora naturaliter ſibi vnita.

Secundò: Vtrum aſſumant corpora.

Tertiò: Vtrum incorporib. aſſumptis exerceant opera vitæ.

Ratio ordinis huius quęſtionis, & articulorũ eius.

DE ſubſtantia Angelorum abſolutè diſſeruit S. D. in quæſtione præcedente; nunc eius conſiderationem aggreditur in ordine ad corpora, & ad quædam corporum accidentia; quæ ſunt locus, & motus in loco. Triplex autem poteſt, & conſueuit moueri quæſtio de Subſtantia Angelorum reſpectu corporum. Prima pertinens ad eorum ſubſtantiam ſecundùm ſeipſam immediatè; an ſcilicet Angeli habeant corpora naturaliter ſibi vnita; quæ definitur in primo articulo. Secunda ſpectans ad ipſam Angeli ſubſtantiam ratione potentiarum, & operationum, quas circa corpora poſſunt exercere; quarum duplex differentia ſignificatur in Sacris litteris; Quædam enim ſunt corporis figuratiuæ, & aſſumptiuæ ad naturales ipſius Angeli proprietates ſignificandas; de quibus agit ſecundus articulus. Quædam verò eidem in aſſumpto corpore congruentes, de quibus in vltimo diſputatur articulo.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Angeli habeant corpora naturaliter ſibi vnita.

166 2 di 8 ar. 1. Et 2. cõ. c 48 89 & 90. Et pot. q 6 art 6. Et Mal. q 6. art 1 & ſpũ art. 9.

AD primum ſic proceditur: Videtur, quòd Angeli habeant corpora naturaliter ſibi vnita. Dicit enim Orig. in lib. Periarchon.* Solius Dei, ideſt Patris, & Filij, & Spiritu ſancti naturæ illud proprium eſt, vt ſine materiali ſubſtantia, & abſque vlla corporeæ adiectionis ſocietate, intelligatur exiſtere. Bernardus etiam dicit in 6. Homil.* ſuper can. Demus Deo ſoli, ſicut immortalitatem, ſic incorporeitatem, cuius natura ſola neque propter ſe, neque propter alium ſolatio indiget inſtrumenti corporei. Liquet autem, omnem ſpiritum creatum corporeo indigere ſolatio. Auguſtin.* etiam dicit ſuper Geneſ. ad lit. Dæmones aerea dicuntur animalia: quia corporum aereorum natura indigent. Eadem autem eſt natura Dæmonis, & Angeli. Ergo Angeli habent corpora naturaliter ſibi vnita.

Et op. 23. 3. c. & 24. Et op. 15. cap. 8. † Li. 1. c. 6. in fine c. 4. * Serm. 5. & 6 cum prin. Li 2 c. 17. & li 12 ſu. Gen c. 10. in princ. tom. 3.

2 Præterea. Grego.* in Homil. Epiphaniæ nominat Angelum rationale animal. Omne autem animal componitur ex corpore, & anima. Ergo Angeli habent corpora naturaliter ſibi vnita.

Hom. 10 in euang. circa prin.

3 Præterea. Perfectior eſt vita in Angelis, quàm in animabus. Sed anima non ſolùm viuit, ſed etiam viuificat corpus. Ergo Angeli viuificant corpora naturaliter ſibi vnita.

Sed contra eſt, quod dicit Dio.* 4. c. de di. no. quòd Angeli, ſicut incorporales intelliguntur, ita & immateriales.

Capi 4. pa rũ à prin.

Reſpondeo. Dicendum, quòd Angeli non habent corpora ſibi naturaliter vnita. Quod enim accidit alicui naturæ, non inuenitur vniuerſaliter in natura illa: ſicut habere alas, quia non eſt de ratione animalis, non conuenit omni animali. Cùm autem intelligere non ſit actus corporis, nec alicuius virtutis corporeæ, vt infra patebit: * habere corpus vnitum, nõ eſt de ratione ſubſtantię intellectualis, in quantùm huiuſmodi, ſed accidit alicui ſubſtantiæ intellectuali propter aliquid aliud: ſicut humanæ animæ competit vniri corpori: quia eſt imperfecta, & in potentia exiſtens * in genere intellectualium ſubſtãtiarum, non habens in ſui natura plenitudinem ſcientiæ, ſed acquirens eam per ſenſus corporeos à ſenſibilibus reb. vt infra dicetur * In quocumque autem genere inuenitur aliquid imperfectum, oportet pię exiſtere aliquid perfectum in genere illo. Sunt igitur aliquæ ſubſtantię perfectæ intellectuales in natura intellectuali, non indigentes acquirere ſcientiam à ſenſibilibus reb. Non igitur omnes ſubſtantiæ intellectuales ſunt vnitę corporibus: ſed aliquæ ſunt à corporibus ſeparatæ, & has dicimus Angelos.

Q. 75. ar. 2 390 q. 84. ar. 6. & 89 ar. 1.

Ad primum ergo dicendum, quòd, ſicut ſupra dictum eſt, * quorundam opinio fuit, quòd omne ens eſſet corpus. Et ex hac exiſtimatione deriuatum videtur, quòd aliqui exiſtimauerunt nullas ſubſtantias incorporeas eſſe niſi corporibus vnitas: adeo quod quidam etiam poſue-

Q. 50. ar. 1.

Digitized by Google

ſt 7 de ci. Dei cap. 6. to. 5.

posuerunt, Deum esse animam mundi.* vt Aug. narrat in 7. de Ciuit. Dei. Sed quia hoc fidei Catholicæ repugnat, quæ ponit, Deum super omnia exaltatum, secundùm illud Psal. 8. Elevata est magnificentia tua super Cœlos. Orig. hoc de Deo dicere recusans, de alijs secutus est aliorum opinionem, sicut & in multis alijs deceptus fuit, sequens antiquorum Philosophorum opiniones. Verbum autẽ Ber. potest exponi, quòd spiritus creati indigeant corporali instrumento, non naturaliter vnito: sed ad

ev. Reg. aliquid assumpto, vt infra dicetur:* Aug. autẽ loquitur non asserendo; sed opinione Platonicorum vtens, qui ponebant esse quædam animalia aerea, quæ dæmones nominabant.

Ad secundum. Dicendum, quòd Gregor. nominat Angelum rationale animal, metaphoricè propter similitudinem rationis.

Ad tertium. Dicendum, quòd viuificare effectiuè simpliciter perfectionis est. Vnde & Deo conuenit secundùm illud 1. Reg. 10. Dominus mortificat, & viuificat: sed viuificare formaliter est substantiæ, quæ est pars alicuius naturæ, & non habentis in se integram naturã speciei. Vnde substantia intellectualis, quæ non est vnita corpori, est perfectior, quàm ea, quæ est corpori vnita.

Sensus quæsiti.

QVæritur hìc de vnione naturali ad corpus, non quomodocunq; sed in ratione formæ substantialis, eo modo, quo rationalis anima naturaliter vnitur corpori ad constituendum simul cũ eo vnum per se, quod est homo, cõstans ex anima, & corpore: colligitur hæc oppositio ex littera præsentis articuli, & præcipuè ex argumentis, & corũ solutionibus. Quod verò sit discrimen inter hunc articulum, & primum quæstionis præcedentis, satis ibi diximus.

Forma Textus.

CONclusio est. Angeli non habent corpora naturaliter sibi vnita. Probatur: quia habere corpus naturaliter vnitum non est de ratione substantiæ intellectualis, inquantùm huiusmodi; sed accidit substantiæ intellectuali propter aliquid aliud, puta propter imperfectionem; ergo non omnes substantiæ intellectuales sunt vnitæ corporibus, sed aliquæ sunt à corporibus separatæ, quas dicimus Angelos.

Antecedens probatur: quia animæ nostræ accidit vniri corpori, quia est imperfecta, & in potentia existens ad genere substantiarum intellectualium, vt potè non habens in sui natura plenitudinem scientiæ; sed acquirens eam per sensus corporeos à sensibilibus rebus: cõsequutia verò probatur: primò quoad minus infertur ea pri-

ri parte antecedentis; quia quod accidit alicui naturæ, non inuenitur vniuersaliter in natura illa, sicut habe-

re alas, quia non est de ratione animalis, non conuenit omni animali: secundò probatur quatenus infertur ex secunda parte eiusdem antecedentis; quia in quocunq; genere inuenitur aliquid imperfectum, oportet præexistere aliquid perfectum in genere illo; ergo si substantiæ intellectuali accidit propter imperfectionem habere corpus sibi naturaliter vnitum oportet esse aliquas substantias intellectuales à corporibus separatas.

Expositio Textus.

QVinque dubitationes hic excitat, & definit optimè Caietanus, & post eum Bannes. Primo est circa antecedens, & eius probationem, quoniam antecedens plures significat esse substantias intellectuales perfectas; vis autem probationis vnam infert tantùm necessariò, non autem plures. Caiet. Bannes

Secunda est de veritate illius maioris assumptæ in prima probatione dicti antecedentis, videlicet: *quod accidit alicui naturæ non inuenitur vniuersaliter in natura illa.* Cuius solutio manifestè colligitur ex D. Thom. in 2. cont. gent. cap. 91. ratione 2.

Tertia est circa minorem eiusdem argumenti, & eius probationem, siuè manifestationem in anima humana; quam dubitationem vltimo loco ponit Caietanus.

Quarta est de illa propositione assumpta in secunda probatione eiusdem antecedentis, videlicet: *In quocunq; genere inuenitur aliquid imperfectum &c.* quo ad eos terminos *perfectum, et imperfectum.* Cui difficultati satisfacit optimè Ferrariensis in 2. cont. gent. cap. 91. ratione 4. Etsi vis secundam Caietani responsionem intelligere, quomodo scilicet modus habendi scientiam ab intrinseco sit possibilis secundùm naturam, modus autem habendi species sensibiles congenitas sit impossibilis in natura, lege D. Thom. in 4. cont. gent. cap. 11. in principio; vbi distinguit, & ordinat gradus emanationum; & statuit gradum emanationis incipientis ab intra supra gradum emanationis incipientis ab extra; constat autem emanationem intelligibilem animæ nostræ incipere ab extra; igitur nõ potest esse in natura emanatio sensus incipiens ab intra; alioquin sensus esset nobilior intellectu; igitur in sensu non est possibilis talis emanatio physicè loquendo, & secundùm ordinatam Dei potentiam. S. Thom.

Vltima est circa eandem propositionem quo ad illam particulam: *in eodem genere.*

Ad huius articuli intelligentiam necessaria sunt, quæ supra diximus articulo primo, quæstionis præcedentis.

Disputant hìc recentiores, præsertim Bannes, Zumellus, Valentia, & Vasquez, an sit vera, & omninò certa conclusio præsentis articuli, rationem accipientes dubitandi ex plurimis Sanctorum Patrum, & quorundam etiam Conciliorum dictis, ac Philosophorum placitis; quorum expositorum laborì, ac diligentiæ nihil addendum occurrit. Bannes. Zumellus Valentia Vasquez.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum Angeli assumant corpora.

1. dist. 8. a. 1. Et pot. q. 6 art. 7.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd Angeli non assumant corpora. In opere enim Angeli nihil est superfluum, sicut neque in opere naturæ. Sed superfluum esset si Angeli corpora assumerẽt. Angelus enim non indiget corpore, cùm eius virtus omnem virtutem corporis excedat. Ergo Angelus non assumit corpus.

2 Præterea. Omnis assumptio ad aliquam vnionem terminatur: quia assumere dicitur quasi ad se sumere. Sed corpus non vnitur Angelo, vt formę, sicut dictum est. * Ex eo autem, quòd vnitur sibi, vt motori, non dicitur assumi: alioquin sequeretur, quòd omnia corpora mota ab Angelis, essent ab eis assumpta. Ergo Angeli non assumunt corpora.

Art. præc.

3 Præterea. Angeli non assumunt corpora de terra, vel aqua: quia non subito dispararẽt; neque iterum de igne: quia comburerent ea, quæ contingerent; neque iterum ex aere: quia aer infigurabilis est, & incolorabilis. Ergo Angeli corpora non assumunt.

Sed contra est, quod Augustinus * dicit 15. de Ciui. quòd Angeli in assumptis corporibus Abrahæ apparuerunt.

Lib. 15. de ci. Dei ca. 29 circa prin. & li. 16. ca 29. tom. 5.

Respondeo. Dicendum, quòd quidam dixerunt, Angelos nũquam corpora assumere: sed omnia, quæ in scripturis diuinis leguntur de apparitionibus Angelorum, contigisse in visione prophetiæ, hoc est secundùm imaginationem. Sed hoc repugnat intentioni scripturæ. Illud enim, quod imaginaria visione videtur, est in sola imaginatione videntis. Vnde non videtur indifferenter ab omnibus. Scriptura autem diuina sic introducit interdum Angelos apparentes, vt communiter ab omnibus viderentur. Sicut Angeli apparentes Abrahę, visi sunt ab eo, & tota familia eius, & à Loth, & à ciuibus Sodomorum. Similiter Angelus, qui apparuit Tobiæ, ab omnibus videbatur. Ex quo manifestum fit, huiusmodi contingisse secundùm corpoream visionem, qua videtur id, quod positum est extra videntem: vnde ab omnib. videri potest. Tali autem visione non videtur nisi corpus, Cum igitur Angeli, neque corpora sint, neque habeant corpora naturaliter sibi vnita, vt ex dictis patet, * relinquitur, quòd interdum corpora assumant.

ar præce. & aic. 1 q. 30.

Ad primum ergo dicendum, quòd Angeli non indigent corpore assumpto propter seipsos, sed propter nos, vt familiariter cum hominibus conuersando, demonstrent intelligibilem societatem, quam homines expectant cum eis habendam in futura vita. Hoc etiam, quòd Angeli corpora assumpterũt in veteri testamẽto, fuit quoddam figurale indiciũ, quod verbum Dei assumpturum esset corpus humanum. Omnes enim apparitiones veteri testamenti, ad illam apparitionem ordinatæ fuerunt, qua filius Dei apparuit in carne.

Ad secundum dicendum, quòd corpus assũptum vnitur Angelo, non quidem vt formæ, neque solùm, vt motori. Sed sicut motori repræsentato per corpus mobile assumptum. Sicut enim à Sacra scriptura proprietates rerum intelligibilium sub similitudinib. rerum sensibilium describuntur. ita corpora * sensibilia diuina virtute sic formantur ab Angelis, vt congruant ad repræsentandum Angeli intelligibiles proprietates. Et hoc est Angelum assumere corpus.

D. 117

Ad tertium dicendum, quòd, licèt aer in sua raritate manens, non retineat figuram, neque colorem, quando tamen condensatur, & figurari, & colorari potest; sicut patet in nubibus. Et sic Angeli assumunt corpora ex aere, cõdensando ipsum virtute * diuina, quantũ necesse est ad corporis assumendi formationem.

D. 117

Sensus quæsiti.

QVid sit Angelum assumere corpus, explicatur in responsione ad secundum argumentum, & de pot. q. 6. art. 7. ad primum, & clarius in secundo sententiarum distinctione octaua quæstione prima art. 2. ex quo loco suam explicationem desumpsit Caietanus. Nomine verò corporum in plurali non diuersarum specierum, sed diuersarum figurarũ, & colorum corpora significantur; vt enim ait S. D. hìc ad tertium, & in secundo sententiarũ distinctione iam dicta art. 3. corpora ab Angelis assumpta sunt aerea; quibus tamen nonnunquam vnam, & nonnunquàm alteram adaptant figurã; vt modo vnam, modo alteram sui, vel etiam Dei proprietatem repræsentent.

S. Thom. Caiet.

Vnde Sanctus Doctor in dicto art. 2. in fine corporis ait, Angelos quandoque apparere in forma hominis, vel Leonis, & huiusmodi. & Exodi tertio dicitur Dominus apparuisse Moysi in flãma ignis ardentis in rubo; certum est autem ex Sacris litteris Actorum septimo, Hebræorum secundo, & ad Galat. 3. vt etiam explicat S. Tho. in prima secundæ quæst. 98. art. 3. Deum per seipsum immediatè non fuisse locutum cum Moyse, neque flammam illam assumpsisse, sed per Angelum dedisse legem Moysi, & vniuersa mandata; qua propter affirmandum est; flammam illam, & quædam alia similia corpora, ad aliquid diuinum significandum repente formata, ab Angelis assumpta fuisse ad Dei perfectiones, siuè eminentiam, ac eius dona gratuita, quibusdam specialiter collata declaranda, vt expressè docet S. Thom. in dicta dist. 8. quæst. 1. art. 6. vbi etiam ait Angelum inferiorem non nunquam

S. Thom. Exodi 3. Act. 7. Hebr. 2. Galat. 3.

quam assumere corpus ad exprimendas Angeli superioris proprietates, & tunc dici superiorem Angelum apparere.

Forma Textus.

REfertur primò, & confutatur opinio Rabbi Moysis negantis Angelos vnquam assumere corpora, & asserentis omnia, quæ in Scripturis diuinis leguntur de apparitionibus Angelorum, contigisse in visione Prophetica, hoc est secundùm imaginationem.

Secundò respondetur quæsito hac conclusione: Angeli interdum assumunt corpora. Totum discursum ordinat optimè Caietanus secundùm formam syllogisticam, quam vide, si placet.

Expositio Textus.

ERrorem Rabbi Moysis in textu relatum, & cõfutatum, quem secutus est Vldericus quidã à Carthusiano relatus in 2. dist. 8. quæst. 1. impugnat hic Valentia; qui verba quædam exponit Epiphanij dictum errorem sonantia. Vasquez autem disput. 174. cap. 1. quædam explicat verba Damasceni lib. 2. de fide orth. cap. 4. quæ videntur eidẽ errori fauere, & pro Catholica veritate multa profert Sanctorum dicta.

Valentia. Vasquez.

Prima Dubitatio.

De veritate illius propositionis: Communiter visum ab omnibus videtur visione corporali &c.

CIrca rationem, qua confutatur error Rabbi Moysis occurrit dubitatio; quia non videtur vera illa propositio: *Communiter visum ab omnibus videtur visione corporali, quæ videtur illud, quod est positum extra videntem.* Nam eadem virtute, qua potest Angelus circumstantem hominum multitudinem cæcitate percutere, ne videant id, quod est positum extra videntem, poterit etiam in eiusdem multitudinis imaginatione visionem, seu apparitionem causare, quam voluerit; Sed duo Angeli, qui apparuerunt Loth, percusserunt vniuersos circumstantes Sodomæ viros cæcitate, idest acrisia, siue semicæcitate; *ita vt ostium inuenire non possent*, vt dicitur Gen. 19. ergo eadem virtute, &c.

Gen. 19.

Caietanus.

Respondetur primò cum Caietano propositionis dictæ veritatem dependere ex differentia inter visionem corporalem extrinsecam, & imaginariã, quæ attenditur ex parte obiecti; Visio namq; puræ imaginaria ad obiectum terminatur intus existens in phantasia; quo fit, vt visum imaginarie, vt sic, in solius appareat imaginatione videntis, & ab eo solo videatur; quod autem oculo cernitur secundùm seipsum extra videntem est; atque ideo ab omnibus videri potest. Ad argumentum autem dico, propositionem illam: *Communiter visum ab omnibus &c.* veram esse per se, & formaliter loquẽdo, & secundum ordinem naturalem à Deo inditũ actibus nostræ sensationis, quamuis præter hunc ordinem possit Angelus (sola tamen forsasse diuina virtute) apparitionem aliquam in circumstãtis multitudinis imaginatione causare; sicut viros illos, diuina virtute credendum est ab Angelis fuisse excæcitate percussos. Secundò dico, magnam esse differentiam inter effectum cæcitatis, & apparitionis quo ad vim, & modum agentis in operando; nam cæcitas, siue acrisia circa singulos induci potest intus, aut extra, posito visionis impedimento; neque necessaria est actionis continuatio; at in apparitione imaginaria non sufficit vnica, & minimè continuata motio phantasiæ; sed requiritur actio continua seruans in ea species, vt persueret apparitio; alioquin facilè posset euanescere; nõ est autem verisimile posse Angelum virtute sua naturali simul in omnes agere totius circũstantis multitudinis phantasias, quis id posset virtute diuina.

Exod. 7.

Postremò dico cum D. Thom. de potentia, q. 6. art. 7. ex ipso modo loquendi diuinæ scripturæ, facilè colligi posse, quid significetur, vt res gesta, & quid per modum prophetica visionis: Cum enim (inquit S. Thom.) aliqua apparitio per modum visionis debeat intelligi, ponuntur aliqua verba ad visionem pertinentia. Sicut quod dicitur Ezech. 8. *Eleuauit me spiritus inter cælum, & terram, & adduxit me in Hierusalem in visionibus Domini.* Vnde patet, quòd illa, quæ fieri simpliciter narrantur, simpliciter intelligi debeant esse gesta: Sic autem legitur de pluribus apparitionibus in veteri testamento. Vnde simpliciter concedendum est, quòd Angeli quandoque corpus assumunt, formando corpus sensibile, exteriori siue corporali visioni subiectum; sicut & qnandoque aliquas species in imaginatione formando apparent, secundùm imaginariam visionem. Hæc ibi.

Ezech. 8.

Vide præterea D. Thomam in eodem art. 7. vbi dictum errorem confutat, & conclusionem huius articuli probat tribus optimis argumentis.

D. Thom.

Septem aliæ mouentur hic ab expositoribus dubitationes; ex quibus non nullæ sunt ad huius articuli materiam minimè pertinentes; quas tamen omnes ad ampliorem litteræ præsentis explicationem breuiter attingemus, quibus vnam addemus de anima separata. 2

Secunda Dubitatio.

De modo vnionis: An scilicet assumpto corpori vniatur Angelus, vt forma materiæ, vel vt persona naturæ, vel vt motor mobilis, & quid sit Angelum assumere corpus.

DIfficultatem hanc proponunt, & soluunt hic Banes, Zumellus, & Valentia contra Tertullianum in libro de carne Christi, ex quibus Zumellus eam versat vberrimè, ac scitè definit. Breuiter explicatur hæc veritas tribus dictis.

Banes. Zumellus. Valentia.

Primum est: Angelus neque potentia sua naturali, neque diuina virtute potest alienam naturam ad vnitatem suæ personalitatis assumere. Probatur prima pars: Quia personalitas Angeli ex naturali adæquatione terminat eius naturam; ergo ad eam solam naturaliter est determinata, ac limitata; ergo vi sua naturali non potest aliam numero de genere substantiæ naturam terminare. Antecedens patet; Prima consequentia euidens est; Nam, quod est alteri naturaliter adæquatum, eius limites non excedit; ac proinde naturaliter ad illud est

determinatum. Secunda verò probatur: Quoniam esset manifesta contradictio; quod enim ad vnam tantùm naturam terminandam naturaliter est limitatum, hoc ipso naturaliter ad aliũ nequit extendi, & è contra; quod extenditur ad plures naturas naturaliter, hoc ipso non est ad vnam naturaliter definitum. Secúda dicti pars satis aperte colligitur ex Diuo Thom. 3. par. quæst. 2. art. 1. ad secundum; cuius verba sunt: *Hoc autem est proprium diuinæ personæ propter eius infinitatem, vt sit in omnibus naturis, non quidem accidentaliter, sed secundùm subsistentiam.* Hanc, & priorem etiam partem post Caietanum probat ibi latè Medina, & alij recentiores; quos vide, si placet.

S. Thomas

Caiet. Medin.

Secundum dictum est: Angelus per nullam potentiam potest vniri corpori, vt sit eius forma substantialis. Probatur: quoniam Angelus est substantia completa in suo esse perfectè subsistens; ei verò, quod tale est, repugnat esse formam alterius substantialem; ergo.

Maior patet ex quæstione præcedente. Minor probatur: Quoniam ex forma, & materia per eam informata resultat compositum, quod est vnum per se; cui soli completè conuenit subsistentia; partib. autem hoc ipso, quod partes sunt, ad alterius, scili cet totius complementum concurrentes, non nisi per compositum, aut in potentia tantùm, & incompletè conuenit subsistentia; quæ inter formas animæ solis rationali concessa est; Angelum igitur vniri corpori, tanquam formam, contradictio est: sic enim esset completè subsistens, & non esset completè subsistens.

Vltimum dictum est: Angelum assumere corpus, non est vniri corpori præcisè in ratione motoris, sed est Angelum, ita corpus mouere, & formare, vt appareant in eo aliquæ proprietates visibiles, inuisibilibus eius, aut superioris Angeli, vel etiam Dei proprietatibus repræsentandis congruètes, vt ait S. Tho. in 2. sent. dist. 8. q. 1. art. 2. addita doctrina, art. 6. eiusdẽ quæstionis; Quod hic apertius explicat in responsione ad 2. quo ad priores particulas, sed omnes simul explicat eleganter in dicto 6. artic. vbi de apparitionibus Dei loquens, ait: *In omnibus illis apparitionibus corporalibus, corpus formatum est, & assumptum, & motum ab Angelo, sed tamen in corpore assumpto per Angelum dicitur apparere Angelus, & aliquando Deus. Formatio enim, & apparitio corporis assumpti, vt dictum est, fit ad ostendendas proprietates spiritualium substantiarum; quandoque enim Angelus, qui immediatè illuminat hominẽ, vult instruere eum de propria virtute, quam ipse habet; & tunc in corpore illo exprimit similitudinem suæ virtutis; & sic dicitur ille inferior Angelus apparere; aliquando autem vult instruere hominem de virtute diuina, vel etiam superioris Angeli, per quam operatur; & tunc format corpus assumptum ad exprimendum eminentiam diuinæ maiestatis, vel etiam proprietates superioris Angeli, & tunc dicitur Deus apparere, vel ille superior Angelus: & hoc etiam Gregorius dicit in glossa Ex 3. assignans causam, quare Angelus, qui loquebatur Moysi, quandoque vocatur Angelus, quandoque Dominus.* Hæc ibi S. D. quibus explicat luculenter,

S. Thom.

A quid sit assumptio corporis facta per Angelum: Est enim vnio ad corpus, vt ab Angelo motum, & figuratum, siue formatum, ad repræsentandum visibilibus corporis proprietatibus inuisibiles proprietates ipsius assumentis, vel superioris Angeli, vel ad exprimendam eminentiam diuinæ maiestatis. Ex quo patet Bannesium hic contra mentẽ D. Thomæ negare Angelos proprie loquendo ea corpora assumpsisse, in quibus repræsentabatur diuina maiestas, sumpta est prædicta doctrina, & definitio ex Dionys. de Celest. Hier. cap. 15. vt ait S. D. de pot. q. 6. art. 7. ad 1. Quod autẽ Angelus definitiue sit in assumpto corpore, ad assumptionem per se, & formaliter minimè pertinet, sed per accidens, & materialiter Angelicæ coniungitur assumptioni; quia finitæ virtutis est Angelus; vnde neq; necesse est, vt corpus assumptum Angelicæ virtuti respondeat adæquatè, vt in eo sit Angelus veluti in adæquato sibi loco. Probatur vtrumque, & primò primum: Nam, si Deus moueret, ac formaret immediatè aliquod corpus, vt per sensibiles eius proprietates notæ nobis fierent aliquæ diuinæ perfectiones, certè diceretur Deus corpus illud assumere; eum tamen in eo non esset definitiuè; sicut nec Verbi diuinitas, aut persona erat in assumpta personaliter humanitate definitiuè. Secundum probatur: Quia potest esse tantæ virtutis Angelus, vt duo, vel etiam tria, aut plura corpora sitv non multum distantia possit assumere, tunc autem nõ singula, sed omnia simul eruht vnum adæquatum mobile, & locus vnus, & adæquatus Angeli. Aliis argumentis idem probat Molina disp. 2.

Quid sit assumptio

Bannesij dicti refellitur.

B

C

Tertia Dubitatio.

An Angelus assumat humanum corpus, hic præsertim cum illud obsistat, aut per aera defert, vt corpus lamiæ, & an aliquo modo possit humanum corpus assumere.

D EX dictis ad præcedentem dubitationem sequitur euidenter huius etiam difficultatis solutio, quo ad priorem eius partem; Nam vt boni dæmonis ad corpus obsessum, aut delatum non conuenit assumptionis deducta definitio; deest enim illa particula: *formatum ad repræsentandum &c.* quæ locum tenet vltimæ differentiæ; Cuius etiam defectu non dicuntur Angeli, qui cœlos mouent, ipsos assumere, nec Angelus, qui per os asinæ Balaã verba formabat eius corpus, aut linguam assumpsit, sicut nec Dæmon per serpentem Euam alloquutis corpus serpentis assumpsit, ea nimirũ assumptione, de qua loquimur hic cum D. Thoma.

Molinæ recentia refellitur.

E Quo ad alteram verò partem docet hic Molina disp. 2. quòd Angelus malus si vniatur cadaueri, quòd mortui effigiẽ retineat, & illud moueat, aut in eo loquatur, vel etiam assumat corpus viuum, in quo sermonem faciat, seque ipsum manifestet (quasi corpus illud personam dæmonis sustineat) verè dicitur assumere tale corpus. Sed longè melior est sententia Durãdi in 2. dist. 8. quæst. 1. negantis ab Angelo posse corpus assumi, qd sit verè corpus animalis. Hoc enim naturalibus, ac sensui

Durandus

ma-

manifeſtis accidentibus illius, cuius eſt corpus animalis, proprietates exprimit, & naturam per ſe primò; Nec ſpiritualis ſubſtantiæ proprietates occultæ, per ea, quæ mixtis naturaliter congruunt, accidentia, ad ipſius mixti naturam, & perfectionem ordinata facilè poſſunt repreſentari; ſed peculiaris quædam videtur eſſe neceſſaria corporis aſſumendi diſpoſitio, quo ad extrinſecus apparentem formam, ſiue figuram, & accidentia, ac modos, præter communem corporum mixtorum curſum, & ordinem, vt per ſe primò naturales aſſumentis Angeli proprietates oſtendat.

S. Thom. Confirmantur hæc omnia authoritate D. Tho. in 2. ſent. diſt. 8. q. 1. art. 3. ſic dicentis: *Corpus aſſumptum ab Angelo non habet veritatem illius naturæ, quæ oſtenditur; vnde, & ſi aliquis Angelus bonus, vel malus moueat corpus alicuius veri animalis, non dicitur propriè illud aſſumere; ſicut non dicitur Angelus aſſumpſiſſe linguam aſinæ, per quam locutus eſt ad Balaã; nec Dæmon corpus hominis, quem nexat; cuius ratio eſt, quia proprietates, quæ ſecundùm veritatem ſunt in aliquo corpore, ducunt in cognitionem principiorũ ſubiecti, & non aliunde in cognitionem ſubſtantiæ ſpiritualis; quæ ductio eſt totus finis viſibilium formationum ſecundùm Dionyſium. Vnde quantum ad finem apparitionis, oportet, vt ſint illæ proprietates ſecundùm ſimilitudinẽ tantùm, vt non intelligatur illis ſubeſſe aliqua res, niſi Angelus, vt quaſi corpus Angeli eſſe videatur, & proprietates eius ſint proprietates Angeli.* Hæc ibi S. D.

Quarta Dubitatio.

An Angelus naturali ſua virtute corpus aſſumat, an diuina tantùm.

Vaſquez. VAſquez diſp. 184. cap. 4. in fine ſequens Albertum, & Bonauenturam affirmat probabili eſſe Angelum virtute propria corpus aſſumere; cũ vt ait Scotus ſola poſſit corpus condenſatione figurari, condenſatio verò fieri poſſit Angeli virtute naturali, & quamuis aliquando corpus non ſola condenſatione figurari cõtingat, id efficere poterit Angelus aliarum cauſarum naturalium applicatione. Idem perſpicuè docet S. Tho. in 2. ſent. diſt. 8. q. 1. artic. 2. ad ſecundum, dicens Angelum virtute ſuæ naturæ poſſe aſſumere, & deponere corpus, quando vult; ſicut & homo ſuum inſtrumentum. Sed oppoſitam ſententiam profert hìc S. D. ad tertium dicens: Angelum ex aere corpus aſſumere condenſando ipſum virtute diuina, quantũ neceſſe eſt ad corporis aſſumendi formationem. Hãc apparentem contradictionem conciliat Bergomas dubio 117. dicens: Primò vtrunque verum eſſe; cum Dei ſimul, & Angeli virtus in aſſumptione concurrat, illa principaliter, hæc autem inſtrumentaliter. Secundò ait D. Thomam in 2. ſent. loqui de aſſumptione, quo ad ſimplicem corporis motum, addendo, & figurationem; in prima verò parte quo ad aeris condenſationem, & figurationem eius talem, quæ congrua ſit ad virtutes intelligibiles, & myſteria, ac effectus gratiæ Dei pro ſalute hominum repræſentanda; quam conciliationem non ſatis prudenter diſſimulauit Vaſquez, cũ locũ illum Bergomatis ſe legiſſe declaret.

S. Thom. Bergomas. Vaſquez reprehenditur.

Quinta Dubitatio.

Ex qua materia corpus aſſumatur ab Angelo.

S. Thom. DIuus Thomas hìc ad tertium affirmat Angelum ex aere corpus aſſumere; quid autem aeris nomine ſit intelligendum explicat in 2. ſen. diſ. 8. q. 1. art. 3. dicens: *Materia corporis aſſumpti ab Angelo põt conſiderari dupliciter: Vel quantũ ad principiũ aſſumptionis, vel quantum ad terminum; Si quantũ ad principium, ſic dico, ſicut in littera dicitur, quòd aſſumit de aere propter hoc, quia aer maximè tranſmutabilis eſt, & conuertibilis in quæcunque, & huius ſignum eſt, quod quidam videntes corpus à Dæmone aſſumptum ſcindere gladio, vel perfodere volentes, id efficere nõ valuerunt; quia partes aeris diuiſi ſtatim continuantur: ſed propter hoc, quòd aliquam figuram recipere poſſunt cõpetentem Angelo apparenti, oportet, quòd quantum ad terminum aſſumptionis aer iſte ſit in aliquo inſpiſſatus, & ad proprietatem terræ accedens, ſeruata tamen aeris veritate, quòd efficere poßumus tam per motum localem congregando partes, quàm etiam per ſemina elementis reſperſa.* Et ibidem in reſponſione ad quintum ait, Corpus ab Angelo aſſumptum eſſe aliquo modo terreſtre, inquantùm habet terræ proprietates per condenſationem; quæ tamen denſitas ſubitò diſſoluitur remotis cauſis denſitatis. Ex quibus patet corpora ab Angelis aſſumpta non eſſe neceſſariò mixta imperfecta propriè loquendo; & ſi fortaſſe nonnunquàm corpora à malis Angelis aſſumpta permixtos habeant vapores, & exhalationes; Qđ tamen de omnibus Angelorum corporibus abſq; legitimo fundamento ſenſit Scotus, quem ſequuntur Zumellus, Molina, & Vaſquez. Quamuis autẽ vſque ad humanæ carnis, & oſſium duritiem non videatur purus aer naturali potentia poſſe denſari, diuina tamen accedente virtute id effici facilè poterit; Vel dicamus poſſe etiam Angelum reprimendo ſua naturali virtute contigui, & calcantis corporis compreſſionem quandam duritiei ſimilitudinem referre in aſſumpto corpore. Quod autẽ ait Zumellus, & poſt eum Vaſquez, nullam eſſe diſſenſionem inter Scotum, & D. Thomam, exiſtimo falſum eſſe; eo quòd verus aer quantauis denſitate cõpreſſus ſit verè corpus ſimplex à quouis mixto ſubſtantiali diuerſitate ſeiunctum: quamuis affirmet etiam S. Thom. de pot. q. 6. art. 7. ad 7. poſſe Angelum ex quolibet elemento, vel etiam ex pluribus elementis commixtis corpus aſſumere, in fine eiuſdem reſponſionis addent: *vt quantùm ad præſens non ſit differentia inter purum aerem, & vaporẽ, ſeu fumum, qui in aeris naturam tendunt:* iam autem dixerat competere, vt Angelus ex aere corpus aſſumat; igitur addendo declarationem iam dictam ſignificat Angelos indifferenter ex aere, & ex vapore corpus aſſumere. Sed benè conſideranti apparet verba illa: *vt quantum ad hoc, &c.* referri ad coloris ſuſceptionẽ ex oppoſitione lucidi corporis; ſic enim ęquè colorari poteſt corpus ex aere puro, ſicut corpus ex vaporibus condenſatum, & è contra: ſupponit tamen ibi S. D. Angelum ex vtraque illa materia poſſe corpus aſſumere: quamuis conuenientius ex aere puro. Si quis autem contendat

Reiicitur opinio Scoti, Zumelli, Molinæ, & Vaſquezij.

S. Thom.

verbis illis declarari ſignificatum huius vocis *aer*: de quo dixerat conuenientius aſſumi corpus ab Angelo: non repugno, probabilis enim eſt interpretatio.

Sexta Dubitatio.

De figura, & qualitatibus, viſu, vel tactu perceptibilibus in corpore aſſumpto ab Angelo.

Vaſquez ij opinio.

VAſquez haud conſequenter loquens ad prædicta de corporis aſſumpti materia, docet in 2. cap. nullam eſſe in aſſumpto corpore figuram, niſi apparentem; ſicut in nubibus ſic, vel ſic poſitis, & obiectis tales apparent figuræ: nullum præterea in eo eſſe colorem, ſed ſolam lucis mixtionem; vt in irride; eo quòd materia illorum corporum adeo ſubtilis, & ſimplex eſt, vt coloris, & ſecundarum obſtatio qualitatũ capax non ſit. Denique negat in eo corpore eſſe duritiem, aut mollitiẽ corporis duritici ſimilem; ſed ait virtute Angeli fieri tactui reſiſtentiam, ita vt dictæ qualitates ineſſe corpori videantur: Sed, ſi corpora hæc ſunt verè mixta terræ vaporibus, & exhalationibus, vt ait Vaſquez, figurarum, colorum; & qualitatum tangibilium verè, & realiter erunt ſuſceptiua; ſicut, & cætera ſimilia corpora: vt pruina, nix, grando, &c. Sed tamen D. Thomas de pot. q. 6. ar. 4. ad 7. docet prædicta corpora poſſe colorari p alicuius lucidi corporis oppoſitionem: ſicut apparet in nubibus, ſignificans illum verè, & propriè nõ eſſe colorem: Nec verum eſt nubium formam eſſe ſolùm apparentem; habent enim nubes proprios, ac veros ſuæ quantitatis terminos: ſicut, & cætera corpora trina neceſſariò dimenſione conſtantia ad externam vtique ſuperficiem terminata: quam naturaliter figura comitatur; quamuis ob frequentem nubium variationem, & motum, & diſtantiam, poſitionemque diſformem fallatur aſpectus, nec veram apprehendere valeat earum figuram: Conſtat autem ex ſupradictis, & ex ſacrarum litterarum hiſtorijs, nullam ex dictis cauſis locum habere in corporibus ab Angelis aſſumptis, vt figura, colore, duritiæ, ac ſimilibus carere debeant qualitatibus: hæc enim, vt diximus, per Angeli potentiam naturalem, diuina præſertim accedente virtute poſſunt adeò condenſari, vt verè ſolida ſint: ac proinde veram habentia, ſenſibilemq; figuram, colorem, & duritiẽ, ac moltitudinem iuxta partium ipſorum corporũ diuerſitatem, ac prout intentæ ab Angelo repræſentationi congruit; quamuis haud improbabile ſit Angeli virtutem compreſsioni reſiſtẽtem aliquid efficere poſſe, & nonnunquam feciſſe ad prędictas qualitates tangibiles in ſuo corpore præmonſtrandas.

Septima Dubitatio.

An apparitiones Angelorum ſint ſempor reales, ac veræ, an illuſoriæ quandoque, & quibus modis eludi poſſint ab Angelis ſenſus noſtri.

DIfficultatem hanc recentiores hic optimè definiunt; Dubitatio præcipua eſt de lamijs, ſiue ſtrigibus, an corporaliter à Dæmone deferan-

A tur, an opere Dæmonis apparentibus tantùm in phantaſia ſimulacris illudantur; quod vtroq; modo fieri poſſe, ac ſæpè contigiſſe compertum eſt. Legendi ſunt Bannes hic dubio primo circa tertiã concluſionem Zumellus, q ſua ſecunda, dub. 3. Valentia quæſtione, ſiue dubio 3. & Vaſquez, cap. 1. Materiã hanc vberrimè tractat Bartolomæus Spineus in tractatu de ſtrigibus aduerſus Ponzinibium, & Sylueſter de Strigimagarum, dœmonũq; mirandis lib. 2. Direct. Inquiſit. par. 2. q. 43.

Bannes Zumellus Valentia. Spineus. Syluester. Directorium Inquiſit.

Octaua Dubitatio.

B *An poſsit anima ſeparata corpus aſſumere, vel etiam nonnunquam aſſumat, ſicut Angelus.*

QVæſtio hæc moueri poteſt de anima ſeparata, vel quoad eius potentiam naturalem, vel quo ad virtutem ſupernaturalem eidem diuinitùs impartitam: Si de naturali facultate ſit quæſtio, ſoluitur ex artic. 4. q. 117. huius primæ partis: vbi quærit S. D. vtrum anima hominis ſeparata poſsit corpora ſaltem localiter mouere, & reſpondet nõ poſſe; quoniam anima corpori coniuncta non mouet corpus, niſi viuificatum; igitur ſeparata nullũ poteſt corpus mouere. Probat antecedens: Quia, ſi aliquod membrum non viuificetur, non obedit a- S. Thom.

C nimæ ad motum localem. Conſequentia autem, quia nullum corpus viuificatur ab anima ſeparata: igitur quantum eſt ex virtute animæ naturali, nullum ei corpus obedit ad motum localem: cuius probationis vim explicat, & tuetur ibidẽ egregiè Caietanus; Conſtat autem oportere ſubſtantiam omnem ſpiritualem aſſumentem corpus illi dupliciter vniri; primò, ac prius natura in ratione motoris, ſecundò in ratione repreſentati per aſſumpti corporis proprietates. Cum itaque nullum poſſit anima naturali ſua virtute corpus mouere, minus poterit illud ad ſui repreſentationem aſſumere. Si verò de ſupernaturali diuinitus recepta vir-

D tute ſit quæſtio, certum eſt non minus ab anima, quàm ab Angelo poſſe corpus aſſumi; nulla ſiquidem hic apparet contradictio, vel abſurditas. An autem quandoque diuina virtute ex animabus aliquæ corpus aſſumant, non ſatis conſtat; id tamen videtur aſſerere D. Thom. in 4. ſent. diſt. 45. q. 1. ar. 1. quæſtiunc. 3. cuius verba ſunt: *Secundum diſpoſitionem diuinæ prouidentiæ aliquando animæ ſeparatæ à ſuis receptaculis egreſſæ conſpectibus hominum præſentantur: ſicut Auguſtinus in libro de cura pro mortuis agenda narrat de Felice martyre: qui ciuibus Nolanis viſibiliter apparuit cum à Barbaris oppugnarentur: et hoc etiam credi poteſt, quòd aliquando de damnatis contingat; quòd ad eruditionem hominũ, & terrorem permittuntur viuentibus apparere, aut etiam ad ſuffragia expetenda, quantum ad illos, qui in purgatorio detinentur; vt per multa, quæ in 4. Dialogorum narrantur, patet. Sed hoc intereſt inter Sanctos, & damnatos: quod Sancti, cum voluerint, apparere poſſunt viuentibus, non autem damnati, &c.* vt in reſponſione ad vltimum doctrinam hanc explicat euidentius dicens: *Quãuis aliquando animæ Sanctorum, vel damnatorum præſentialiter adſint, vbi apparent: non tamen credendum*

E *eſt*

eſt hoc ſemper accidere; aliquando enim huiuſmodi apparitiones fiunt, vel in dormiendo, vel in vigilando, operatione bonorum, vel malorum ſpirituum, ad inſtructionem, vel deſtructionem viuentium.

Hæc ibi. Ex quo duplici apparitionis modo planè conſtat animas nonnunquam ſcilicet tunc, cũ præſentialiter adſunt, corpus aſſumere; alioquin inter dictos duos apparitionis modos nullum eſſet diſcrimen, & fruſtra præſens eſſet anima, niſi videri poſſet in aſſumpto corpore. His adde ſpiritum à corpore ſeparatum loco præſentem non eſſe, niſi per operationem, ſiue contactum alicuius corporis; & qua ratione poteſt anima corpus mouere, ſcilicet virtute diuina, poſſe etiam corpus aſſumere, & in eo ſeipſam humanis oculis præſentare. Fieri tamen vt plurimum apparitiones animarum per Angelos bonos, vel malos docet Athanaſius, quæſt. 26. ad Antiochum, & Chryſoſtomus hom. 23. in Matthæum, & Auguſtinus loco allegato, & alij, quos conſulitò prætereo.

Athanaſ. Chryſoſt. Auguſt.

Vltima Dubitatio.

An Deus aliquando corpus aſſumpſerit, eo modo, quo aſſumit Angelus.

LOcus huic difficultati proprius videtur eſſe in 3. par. quæſt. 39. art. 6. & 7. vbi agitur de apparitione, & de ſcenſu Spiritus ſancti in ſpecie columbæ. Et quoniam Dei apparitiones tam in veteri, quàm in nouo teſtamento factæ leguntur, de ijs primò, quæ vetus narrat hiſtoria, dicendum eſt cum D. Thoma de pot q. 6. art. 7. ad tertium, corpora illa Dei maieſtatem referentia ab Angelis aſſumpta fuiſſe, ſed dici tamen Deum in eis apparuiſſe; quia Deus ipſe finis erat, in quem intendebant Angeli mentem hominis eleuare per repreſentationem diuinæ maieſtatis in corporibus illis; Quo fit, vt in illis apparitionibus ſcriptura quandoque dicat Deum apparuiſſe; quandoque Angelum, quam veritatem explicant, & probant hic latiſſimè recentiores, & præſertim Zumellos, q. ſua ſecunda, & Vaſquez diſp. 185. De ijs autem, quæ in Euangelica leguntur hiſtoria, eodem modo cenſendum eſt, vt latè prædicti probant expoſitores: Sed de columba ſuper Chriſtum Dominum in baptiſmo deſcendente magna controuerſia eſt: an fuerit verum animal, an corpus aereum figura, & accidentibus columbæ ſimillimum; plures enim ex Patribus, quibus aſſentitur D. Thom. in 3. parte loco allegato, affirmant fuiſſe verum animal; Alij verò negant, & horum ſententiam ſecutus fuerat S. D. in primo ſent. diſt. 16. q. 1. ar. 3. eadem placuit Caietano in eius commentario Matth. 3. capit. Molinæ ſuper hoc artic. & Suarez in diſput. ad dictam q. 39. tertiæ partis. Eandem opinionem, vt probabiliorem ſequuntur Zumellus, & Valétia. Sed hoc loco non expedit difficultatem hanc extraneam, & inſtituto præſenti minimè neceſſariam latiùs explicare. Certum tamen eſſe debet columbam illam, ſi verè non fuit animal, formatam, & aſſumptam ab Angelo fuiſſe ad excellentiam, & effectũ Spiritu ſancti repreſentandum. Quòd ſi verum animal fuit, probabile eſt à Deo aſſumptum fuiſſe, ſicut & ab eius infinita virtute fuit immediatè formata ad Spiritu ſancti perſonam repreſentãdam, non tamen fuiſſe Deo perſonaliter vnitam, ſicut humanitas Verbo, ſed eo duntaxat modo, quo aſſumenti Angelo corpus vnitur. Vide, ſi placet, notatos expoſitores totam hanc materiam perſpicuè declarantes.

D. Thom. Zumellus Vaſquez. S. Thom. Caiet. Molina Suarez. Zumellus Valentia.

ARTICVLVS III.

Vtrum Angeli in corporibus aſſumptis, opera vitæ exerceant.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd Angeli in corporibus aſſumptis, opera vitæ exerceant. Angelos enim veritatis non decet aliqua fictio. Eſſet autem fictio, ſi corpus ab eis aſſumptum, quod viuum videtur, & opera vitæ habens, non haberet huiuſmodi. Ergo Angeli in aſſumpto corpore opera vitæ exercent. 168 2. d 8. 2. 4. Et poſt. q. 6. art 8. Et quol 3. ar. 5.

2 Præterea. In operibus Angeli non ſunt aliqua fruſtra: fruſtra autem in corpore aſſumpto per Angelum formarentur oculi, & nares, & alia ſenſuum inſtrumenta, niſi per ea Angelus ſentiret. Ergo Angelus ſentit per corpus aſſumptum. Quod eſt proprijſſimum opus vitæ.

3 Præterea. Moueri motu proceſſiuo, eſt vnum de operibus vitæ, vt patet in 2. de anima *manifeſtè autem Angeli apparent in aſſumptis corporibus moueri. Dicitur enim Geneſ. 18. quòd Abraham ſimul gradiebatur deducens Angelos, qui ei apparuerant. Et Angelus Tobiæ quærenti. Noſti viam, quæ ducit in ciuitatem Medorum? reſpondit, Noui, & omnia itinera eius frequenter ambulaui. Ergo Angeli in corporibus aſſumptis, frequenter exercẽt opera vitæ. Li 2. de anima tex. 13. com 2.

4 Præterea. Locutio eſt opus viuentis. Fit enim per vocem, quæ eſt ſonus ab ore animalis prolatus, vt dicitur in 2. de anima. *Manifeſtum eſt autem ex multis locis ſcripturæ, Angelos in aſſumptis corporibus locutos fuiſſe. Ergo in corporibus aſſumptis exercent opera vitæ. Li 2. de anima tex. 90. to 2.

5 Præterea. Comedere eſt proprium opus animalis. Vnde Dominus poſt reſurrectionem in argumentum reaſſumptæ vitæ, cum diſcipulis manducauit, vt habetur Lucæ vlt. Sed Angeli in aſſumptis corporibus apparentes comederunt, & Abraham eis cibos obtulit: quos tamen priùs adorauerat; vt habetur Gen. 17. Ergo Angeli in aſſumptis corporibus exercent opera vitæ.

6 Præterea. Generare hominem eſt actus vitę

vitæ. Sed hoc competit Angelis in assumptis corporibus. Dicitur enim Genes. 6. Postquàm ingressi sunt filij Dei ad fil. hominum, illæque genuisti sunt potentes à seculo viri famosi. Ergo Angeli exercent opera vitæ in corporibus assumptis.

Sed contra, Corpora assumpta ab Angelis, non viuunt, vt supra dictum est. * Ergo nec opera vitæ per eos exerceri possunt.

Art. præc. arg. 2. principio.

Respondeo. Dicendum, quòd quædam opera viuentium habent aliquid commune cum alijs operibus; vt locutio, quæ est opus viuentis, conuenit cum alijs sonis inanimatorum, inquantum est sonus: & processio cum alijs motibus, inquantùm est motus. Quantùm ergo ad id, quod est commune utrisque operibus, possunt opera vitæ fieri ab Angelis per corpora assumpta: non autem quantùm ad id, quod est proprium viuentium: quia secundùm Philosophum in lib. de som.* & vig. cuius est potẽtia, eius est actio. Vnde nihil potest habere opus vitę, quod non habeat vitam, quæ est potentiale principium talis actionis.

Cap. 1. ante med. tex. 2.

Ad primum ergo dicendum, quòd, sicut nõ est contra veritatem, quòd in scriptura, intelligibilia sub figuris sensibilibus describuntur: quia hoc non dicitur ad astruendum, quòd intelligibilia sint sensibilia, sed quod per figuras sensibilium proprietates intelligibilium secũdùm similitudinem quandam dantur intelligi: ita non repugnat veritati sanctorum Angelorum, quòd per corpora ab eis assumpta, videntur homines viuentes, licèt non sint. Non enim assumuntur, nisi vt per proprietates hominis, & opera hominis, spirituales proprietates Angelorum, & eorum spiritualia opera designentur. Quod non ita congruè fieret, si veros homines assumerent: quia proprietates eorũ ducerẽt in ipsos homines, nõ in Angelos.

Ad secundum dicendum, quòd sentire est totaliter opus vitæ. Vnde nullo modo est dicẽdum, quòd Angeli per organa assumptorũ corporum sentiant: nec tamen superfluè sunt formata. Non enim ad hoc sunt formata, vt per ea sentiatur, sed ad hoc, vt per huiusmodi organa, virtutes spirituales Angelorum designẽtur: sicut per oculum designatur virtus cognitiua Angeli, & per alia membra aliæ eius virtutes, vt Dio * docet vlt. ca. cœl. Hierarc.

cap. 15. inter princ. & med.

Ad tertium dicendum, quòd motus, qui est à motore coniuncto, est proprium opus vitæ. Sic autem nõ mouentur corpora assumpta ab eis, quia Angeli non sunt eorum formæ. Mouẽtur tamen Angeli per accidens motis huiusmodi corporibus: cum sint in eis, sicut motores in mobilibus, & ita sunt hic, quod non alibi: quòd de Deo dici non potest. Vnde, licèt Deus non moueatur motis his, in quibus est, quia vbique est: Angeli tamen mouentur per accidens ad motum corporum assumptorum. Non autem ad motum corporum cœlestium, etiamsi sint in eis, sicut motores in mobilibus: quia corpora cœlestia non recedunt de loco secundùm totum. Nec determinatur spiritui mouenti orbem locus, secundùm aliquam determinatam partẽ substantiæ orbis, quæ nunc est in oriente, nunc in occidente, sed secundũ determinatum situm: quia semper est in oriente virtus mouens, vt dicitur in 8. Physic.

Li. 8. tex. 8 to. 2.

Ad quartum dicendum, quòd Angeli propriè non loquuntur per corpora assumpta, sed est aliquid simile locutioni, inquantũ formant sonos in aere, similes vocibus humanis.

Ad quintum dicendum, quòd nec etiam comedere, proprie loquendo, Angelis conuenit, quia comestio importat sumptionem cibi cõuertibilis in substantiam comedentis. Et quãuis in corpus Christi post resurrectionem cibus non cõuerteretur, sed resolueretur in præiacentem materiam: tamen Christus habebat corpus talis naturæ, in quod posset cibus conuerti. Vnde fuit vera comestio. Sed cibus assũptus ab Angelis, neque conuertebatur in corpus assumptum, neq; corpus illud talis erat naturæ, in quod posset alimentum conuerti. Vnde non fuit vera comestio, sed figuratiua spiritualis comestionis. Et hoc est, quod Angelus dixit Tobiæ 12. Cùm essem vobiscum, videbar quidem manducare, & bibere, sed ego potu inuisibili, & cibo vtor. Abraham autem obtulit eis cibos, existimans eos homines esse, in quibus tamen Deum venerabatur, sicut solet Deus esse in Prophetis, vt Aug. * dicit 16. de Ciuit. Dei.

Lib. 16. de ciuit Dei c. 29 à medio to. 5.

Ad sextum dicendum, quòd sicut Aug. * dicit 15. de Ciuit. Dei multi se expertos, vel ab expertis audisse confirmant, Syluanos, & Faunos (quos vulgus incubos vocat) improbos sæpè extitisse mulieribus, & earum expetisse, atque peregisse concubitum. Vnde hoc negare imprudentiæ videtur. Sed Angeli Dei sancti, nullo modo sic labi ante diluuiũ potuerunt. Vnde per filios Dei intelligũtur filj Seth, qui boni erant. Filias aũt hominũ, nominat Scriptura eas, q̃ natæ erant de stirpe Caim. Neq; mirãdũ est, q̃ de eis gigantes nasci potuerunt. Neq; n. oẽs gigantes fuerũt, sed multo plures ante diluuium, quàm post. Si tamen ex coitu dæmonum aliqui interdum nascuntur, hoc nõ est per semen ab eis decisum, aut corporibus assumptis, sed per semen alicuius hominis ad hoc acceptum, vtpotè, quòd idem dæmon, qui

Lib. 15 de ciuit Dei c. 23. parũ à princ. to. 5.

est

est succubus ad virum, fiat incubus ad mulierem: sicut, & aliarum rerum semina assumunt ad aliquarum rerum generationem (vt Aug. dicit 3. de Trin.) vt sic ille, qui nascitur, non sit filius dęmonis, sed illius hominis, cuius est semen acceptum.

Lib. 3 de Trin. cap. 8. & 9. tom. 3.

Sensus quæsiti.

OPera vitalia sunt, quæ à vita, vt primo principio intrinseco procedunt. Hæc verò sunt in duplici differentia: Nam quædam sunt, quæ penitus à materia sunt abstracta; vt intelligere, & velle, & hæc neque exercentur, neque exerceri possùt per corpus, vt organum: Quædam verò sunt non prorsus à materia separata, sed in corpore veluti subiecto recepta, vt nutritio, & sensatio; & horum principium non est anima sola, sed corpus etiam concurrit, vt organum. De posteriori hoc operum genere quæstio proponitur; adeò vt particula illa: *in corporibus assumptis* non denotet solum loci, vbi sunt Angeli operantes, sed proprium denotet instrumentum, ac principium operationi proximum: ac si dictum esset: Verum Angeli per corpora assumpta &c. nam, si de loco præcisè sermo sit, certum est Angelos in assumptis corporibus existentes opus vitæ perfectissimum exercere, quod est intelligere.

A

B

C

Forma Textus.

DVplicem insinuat primò distinctionem S. D. deinde quæsito respondet vnica conclusione. Prima distinctio est: operatio duplex est; Quædam vitalis, quæ nutrimentum est ab anima, prout anima est; & quædam non vitalis, quæ scilicet est à natura tantùm; vt motus sursum, vel deorsum. Secunda distinctio est: Vitalium operationum quædam aliquid habent commune cum non vitalibus, & aliquid proprium, inquantum vitales sunt; vt loctio, quæ est opus viuentis conuenit cum alijs sonij inanimatorum, inquantum est sonus, & processio cum alijs motibus, inquantum est motus; Quædam verò totaliter vitales sunt, vt sentire.

Conclusio est: Ab Angelis effici possunt opera vitæ per corpora assumpta, quantùm ad id, quod est commune vtrisque operibus, non autem quantùm ad id, quod est proprium viuentium. Prior huius conclusionis pars relinquitur probanda in quæst. 53. & nihilominus explicatur in responsione ad tertium, & quartum argumentum. Posterior verò pars probatur: Nihil potest habere opus vitæ, quod non habet vitam. At Angelorum corpora vitam non habent; ergo Angeli non habent opus vitæ, vt exercitum per ipsa corpora. Maior est Philosophi in libro de somno, & vigilia cap. 1. dicentis: eius esse potentiam, cuius est actus. Minor patet ex art. 1. huius quæstionis.

D

Expositio Textus.

NOtandum est primò ad genus operationum om nino vitalium pertinere omnes illas operationes, quæ sunt ab anima, & terminantur in animato, siue eandem numero, vt nutritio, siue eadem specie tantùm: vt generatio, vt patet. Nec D. Thom. de po. q. 6. ar. 8. generationem connumerat ijs operibus, quæ communicant in effectu cum non vitalibus: sed solum cum ijs, quæ terminantur ad exteriorem effectum: eo quod forma geniti & ipsum genitum sit extrinsecum à generante; & ideo ibidem, & in 2. sent. dist. 8. quæst. 1. art. 4. ait, generationem non posse fieri per Angelum, nec etiam eo modo, quo fieri potest locutio, & conceptio; sed tantùm medio actu generantis naturali. Angelo verò tribui solùm motum localem: quo semen defert ad locum generationi congruum; ita vt actus generationis sit eius, à quo semen est acceptum: & qui ex tali semine nascitur, non sit filius Dęmonis, sed hominis, cuius virtute fit generatio. Et ex his soluitur dubitatio, quam proponit hic vltimam Caietanus.

D. Thom. sensus exponitur.

Secundò obserua declarationem distinctionis, & Conclusionis apud Caietanum ex doctrina D. Thom.

Caietan. S. Thom.

Tertiò, vim probationis explicatam ex littera lege apud eundem expositorem, quam etiam doctrinam perspicuè tradit S. D. in dicto art. 8. de potentia. Quartò lege, si placet, disputationem Vasquez ij ad hunc articulum, vbi conclusionem, & eius probationem explicat elegantèr.

Vasquez.

Controuersia Vnica.

An Angeli in assumptis corporibus efficere possint illa opera vitæ, quibus aliquid est commune cum non vitalibus.

Sententiæ Doctorum.

SAnctus Bonauentura in 2. sent. dist. 8. in primâ parte dist. art. 3. affirmat Angelum in assumpto corpore motum habere progressiuum; siue deambulationem non minùs proprie, quàm animal; quia deambulatio ab anima est, vt à motrice; vis autem corporum motiua multò perfectiùs conuenit Angelo, quam animæ.

a. Bonau.

Scotus eadem dist. quæst. vnica negat Angelum efficere posse motum progressiuum proprie dictum; sed tantùm illum in assumpto corpore posse vere continere; quam etiam opinionem tribuunt Alensi in 2. par. summæ quæst. 15. memb. 2.

Scotus.

Alensis. b. Thom.

D. Thomas hic, & alibi sæpè docet neutram dictarum operationum ab Angelo proprie fieri posse, sed similitudinariè tantùm. Cuius sententiam sequuntur, & explicant omnes eius expositores.

Resolutio.

Quædam opera vitæ ab Angelis effici posse quo ad eorum substantiam, & esse, non autem simpliciter, & proprie.

PRo resolutione cõsiderandum est primò in ijs vitalibus operationibus, quæ aliquid habent commune cum non vitalibus, & aliquid proprij, inquantum vitales sunt, vt in locutione, conceptione, & ambulatione, id, quod commune est, differre dupliciter ab eo, quod est proprium, scilicet formaliter, & realiter. Nam, cum in omni operatione vitali duo sint formaliter distincta, scilicet subsi-

C

tia operationis, siue actus materialiter sumptus, & propria ratio formalis, ac species ipsius actus, quę attenditur non solum ex ordine ad obiectum, sed etiã ex ordine essentiali ad principium, à quo procedit actus; vt ait S. Doct. de potent. q. 6. art. 8. In operationibus primi generis vnum tantum, scilicet ratio formalis, & species actus vim respicit animæ naturalem tanquam principium; substantia verò operationis, siue actus ipse materialiter sumptus nullam ad vitale principium in corpore dicit habitudinem; sed oriri potest indifferenter ab intrinseco principio vitali corporeo, & ab extrinseca virtute mouentis; exempli gratia, deambulatio formaliter, & propriè sumpta vim respicit animæ motiuam in ipso corpore moto existentę, & ab eius forma substantiali procedentem, hoc enim significat propriè, ac formaliter vox ambulatio, scilicet motum à tali principio procedentem. Si verò solam actus substantiam, quæ motus est localis, in ambulatione contemplemur, certum est, eã non ad aliquam animæ corpus informantis potentiã, sed ad motorem tantùm, vt sic habere respectum; alioquin motus omnis localis ab intrinseca mobilis forma, virtuteque procederet. Nomine verò substantiæ actus rationem proximi generis ipsius actus hic intelligimus, siue rationem illam, quę in actu relinquitur præcisa ab eo specifica differentia; Quo fit, vt operationes iam dictæ fieri possint ab Angelis quo ad substantiam actus, vt ambulare, comedere, & loqui; quas ait S. D. de pot. art. 8. p similitudinem tantùm Angelis conuenire; quia nimirum præcisa à dictis operationibus vltima differentia, non vera species, sed generica tantũ actus similitudo relinquitur.

Operationes autem omninò vitales specificè sumptæ, nihil habent tale commune cum nõ vitalibus, quia non conueniunt cum eis in genere proximo, aut in substantia operis, & per hæc soluitur obiectio Caietani aduersus hanc partem.

Secundo, prædicta duo, scilicet id, quod commune est vitalibus, & non vitalibus, & quod vitalibus est proprium differunt etiam in eadem operatione, licet secundùm aliam considerationẽ, vt hic aduertit Caietanus ex D. Thoma. Nam in qualibet operatione vitali duo sunt, scilicet principium, & terminus, siue effectus; sicut in ambulatione principium est potentia animæ motiua, terminus autem est motus; & in locutione principiũ est vis animalis linguæ motiua, cum naturalibus instrumentis necessarij; terminus autem est aeris diuisio, & motio auditus: Constat autem hæc duo, ninirum potentiam, & effectum ab ea productum realiter esse distincta, & primum, scilicet potentiã animæ proprium esse vitalium actionum principium, secundum autem, scilicet motum localem, aeris diuisionem, & motionem auditus, multis ẽt non vitalibus actibus esse communia.

Et ex his patet primo differentia inter duo membra secundæ diuisionis in textu posita. Secundò, patet vis argumenti pro conclusione: Probat enim necessariò, nullum opus vitæ in assumptis corporibus ab Angelis verè, propriè, ac simpliciter effici posse, cum nullam habeant vitalem potentiam, quamuis effectus quosdam non vitalibus etiam operationibus cõmunes possint producere, qui sibi similitudinem habeant cum operationibus vere vitalibus, puta locutione comestione, & ambulatione, vt hic explicat Caietanus, & D. Thomas in dicto ar. 8. de pot. Tertiò patet sensus doctrinæ eiusdem S. D. in quolib. 3. art. 5. vbi ex naturalibus operationum principijs, & instrumentis distinguit operationes veras veritate naturalis speciei, ab operibus veris veritate tantùm significationis, dicẽs, Angelorum comestionem fuisse veram sola veritate significationis, Christi verò comestionem post resurrectionem fuisse verã veritate naturalis speciei; hic autem ad quintum, & alibi ob eam causã Christi comestionem post resurrectionem ait operationem fuisse vitalem; quod Christi corpus talis esset naturæ, vt posset in illud cibus conuerti; quæ cõsideratio est operationis ex parte termini. Quartò, patet discursus Molinæ, Valentię, & Vasquezij de ambulatione, locutione, comestione, & generatione Angelorum esse doctrinam D. Thom. & Caiet. partim hic, & partim alibi latiùs explicatam. Denique patet solutio ad motiuum D. Bonauenturæ; nam, vt sit ambulatio verè, ac propriè dicta, non sufficit quæcunque potentia motiua, sed necesse est, vt sit ab essentiali, & intrinseco principio, videlicet ab anima, quæ sit ambulantis corporis forma.

In responsione ad primum, & secundum argumentum, aduertẽ per proprietates sensibiles corporis assumpti ab Angelo, non posse cognosci proprietates Angeli intelligibiles, nisi mens hominis illuminetur ab Angelo ad sensibiles illas proprietates intuendas, tanquam signa proprietatum spiritualium ipsius Angeli in assumpto corpore apparentis; & ideo Abraham quando tribus Angelis apparentibus cibos obtulit existimans eos homines esse, tunc ex sensibilibus corporum proprietatibus, non cognouit eorum, aut Dei cuius maiestatem referebant intelligibiles perfectiones, seu proprietates, quas tamen post ea credendum est cognouisse cum Deum esse, quisper Angelos loquebatur ex ipsorum Angelorum loquutione cognouit, præsertim ex illis verbis: *Num celare potero Abraham, quæ gesturus sum?* &c.

Circa eandem responsionem vide, quæ de natura corporum assumptorum ab Angelis scribit S. D. in 3. sent. dist. 8. q. 1. art. 3. in principio corporis.

Angelos moueri per accidens in assumptis corporibus, sustinetur aduersus Scotum, & Radam.

IN responsione ad tertium affirmat S. D. Angelos in assumptis corporibus moueri per accidens motis ipsis corporibus. Cuius oppositum ex doctrina Scoti probare nititur Rada in sua 2. par. cont. 7. art. 2. concl. 4. & arguit. Primò: Angelus nõ habet naturalem vnionem, & cõiunctionem cum corpore, in quo est, neque continetur vllo modo ab eo; ergo non sufficit motus illius corporis ad hoc, vt secluså omni alia causalitate effectiua moueatur ipse Angelus; ergo non mouetur Angelus propriè

Digitized by Google

proprie per accidens ad motum corporis. Probatur vltima conſequentia: Quia tũc dicitur aliquid proprie moueri per accidens, cum mouetur præciſe ex vi motus rei, hoc eſt ſine alio concurſu cauſæ efficientis motum. Prima verò conſequentia probatur: Quia tantùm poteſt moueri ex vi motus alicuius rei id, quod cum ea habet naturalem aliquã connexionem, vt accidentia in ſubiecto, & partes cum toto; aut quod ab ea continetur: vt aqua à vaſe, & homo à naui, vel aliquo vehiculo; vel ei coniungitur aliqua neceſſitate naturali, vt grauia illi, cui innititur. Et confirmatur; Quia, ſi corpus aſſũptum ab Angelo, aut in quo eſt Angelus, vt in loco, moueatur ab aliquo homine, non mouebitur Angelus, niſi velit ſeipſum mouere; ergo ſignum eſt, Angelum nunquam moueri præciſè ex vi motus corporis, & ex conſequenti neque per accidẽs, ſed quia ipſe vult ſeipſum mouere.

Reſpondetur, falſam eſſe primam conſequentiã. Ad probationem, negatur antecedens; ſufficit enim coniunctio voluntaria per virtutis contactum, ſecundùm quam eſt Angelus in corpore moto, tanquàm in loco; hac enim ſuppoſita coniunctione, ſi moueatur corpus, neceſſe eſt etiam Angelum moueri per accidens. Ad confirmationem, negatur aſſumptum, ſuppoſita coniunctione iam dicta; vt patet euidenter in Angelo per vim in aliquo loco detento ab Angelo ſuperiori.

Rada reſponſio. Sed ait Rada, Angelum voluntariè applicatum moto corpore, ſi nolit ſe mouere, nullo modo moueri, ſed manere in ſpatio, in quo erat corpus: Si verò detineatur ab Angelo ſuperiori, non poſſe moueri præciſè ex vi motus corporis, niſi per ſe moueatur ab Angelo ſuperiori; quòd ſi nolit eum mouere, ſignum eſt, non habere voluntatem efficacẽ detinendi eum alligatum illi corpori.

cõfutatio. Verum hæc puerilia ſunt, & paruulorum ſagittæ. Supponimus enim Angeli coniunctionem perſeuerare cum corpore moto, & quærimus, ac diſputamus, an moto corpore, Angelus illi actu coniunctus ad motum corporis moueatur per accidens: certum eſt enim colligatione remota nõ moueri per accidens Angelum ad motum corporis, in quo priùs erat, ſed iam non eſt; ſicut, ſi nauta recedat à naui, in qua priùs erat, non mouebitur per accidens ad motum nauis in flumine deſcendẽtis.

Præterea, Angelus operans in corpore moto, in eò eſt, tanquàm in loco definitiuè; ergo mouetur per accidens ad motum corporis. Antecedẽs probabitur in articulo primo, ſequentis quæſtionis. Conſequentia probatur: Quia vel moto corpore deſinit in eo operari; & ſic vana, & ridicula eſt diſputatio: an Angelus moueatur per accidẽs ad motum corporis, in quo non eſt, neque de hoc eſt difficultas. Cum enim ait S. Doct. Angelos moueri per accidens moto corpore ab eo aſſumpto, rationem addit dicens; quia ſunt in eis ſicut motores in mobilibus, & ita ſunt hic, quòd non alibi. Vel non deſinit Angelus in corpore operari, & tũc ſic arguo: Angelus, vbi operatur, ibi eſt definitiuè; ergo moto corpore extra ſphæram actiuitatis Angeli, neceſſariò mouebitur Angelus ad motum corporis, in quo eſt. Conſequentia probatur. Quia alioquin ſequeretur, Angelum non eſſe in loco definitiuè, quia poſſet indifferenter eſſe in vno loco, & in pluribus, nec eſſet ei determinata loci magnitudo. Et confirmatur: Quia poteſt Angelus vtiri corpori adæquato virtuti motiuæ, vel actiuæ ipſius Angeli, igitur eo corpore moto, mouebitur etiam Angelus per accidens. Sequela probatur: Quia, ſi nõ mouetur per accidens, & tamen operatur in corpore moto, iam ſimul operabitur in corpore moto, & in corpore, à quo continebatur corpus motum, vel in corpore illi ſuccedente in priori loco, atq; ita nullum eorum adæquabitur virtuti motiuæ, vel actiuæ ipſius Angeli; quod eſt contra ſuppoſitum ab omnibus conceſſum; eo quòd Angelus ſit finitæ virtutis.

Lege, ſi placet, Capreolum in 2. diſt. 2. quæſt. 1. ad tertium argumentum Scoti, vbi difficultatem à Scoto propoſitam ſoluit ex doctrina D. Thomæ. Capreol.

Circa reſponſionem ad ſextum argumentum. Vide loca patrum, quæ notat, & gloſſat Medina 1. 2. q. 72. art. 2.

QVAESTIO LII.

De comparatione Angelorum ad loca, in tres articulos diuiſa.

DEinde quæritur de loco Angeli. Et circa hoc quæruntur tria.

Primò. Vtrum Angelus ſit in loco.

Secundò. Vtrum poſſit eſſe in pluribus locis ſimul.

Tertiò. Vtrum plures Angeli poſſint eſſe in eodem loco.

Ratio ordinis huius quæſtionis, & articulorum eius.

ABſoluta conſideratione Angelorum in ordine ad corpora ab eis aſſumpta, illis non contactu ſolùm, ſed etiam repreſentatione coniuncta, nunc de Angelis agitur per comparationẽ ad corpora prorſus extrinſeca; quibus ſola ſuæ virtutis operatione copulantur, & in eis veluti locis conſtituuntur. Tres habet articulos hæc quæſtio. In primo definiuntur duæ quæſtiones. Prior eſt; An ſit Angelus in loco. Poſterior eſt; Quid ſit Angelum eſſe in loco; eo quòd omnis quæſtio ſit quæſtio medij, vt dicitur 2. Poſt. cap. 1. & medium ad probandũ Angelum eſſe in loco ſit eius operatio tranſiens, ex qua ſumitur ratio, & definitio locationis Angeli. Deinde in duobus alijs articulis agitur de modo, quo Angelus eſt in loco; qui modus dupliciter poteſt conſiderari; Vno modo ex parte Angeli; & de hoc veluti priori differitur in 2. artic. vbi quæritur; an Angelus poſsit eſſe in pluribus locis ſimul, ideſt, an tanta ſit Angeli virtus, vt poſsit, &c. Alio modo ex parte loci; & ſic de eo diſputatur in vltimo articulo; vbi quæritur: Vtrum plures Angeli ſimul eſſe poſsint in eodem loco, ideſt, an vnitas loci, ſiue effectus ab Angelo productus patiatur plures Angelos eſſe ſimul. Alia poſſet etiam Arist.

afferri ratio ordinis. Nam in primo articulo quæritur de comparatione Angeli ad locum abſolutè; & quia pluralitas ſequitur vnitatem, ideo in art. 2. quæritur de locorum pluralitate in ordine ad vnum Angelum, in 3. verò de pluralitate Angelorum in ordine ad vnum locum, vnitas enim primò conſideranda eſt ex parte Angeli; hæc autem non eſt vnitas Angeli ſecundùm ſe, ſed quo ad operationem, quæ eſt ei ratio locandi; quam primò S.D. comparat loco abſolutè, deinde locorum pluralitati; vnitas verò loci, quæ poſterior eſt vnitate Angeli, conſideratur in vltimo articulo in ordine ad pluralitatem Angelorum, quæ etiam poſterior eſt eorum vnitate.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Angelus ſit in loco.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd Angelus non ſit in loco. Dicit enim Boet. * in lib. de Hebd. Communis animi cõceptio apud ſapientes eſt, Incorporalia in loco non eſſe. Et Ariſt. in quarto Phyſic. * dicit: quod non omne, quod eſt, eſt in loco, ſed mobile corpus. Sed Angelus non eſt corpus (vt ſupra oſtenſum eſt. *) Ergo Angelus non eſt in loco.

2 Præterea. Locus eſt quantitas poſitionẽ habens. Omne autem, quod eſt in loco, habet aliquem ſitum: ſed habere ſitum non poteſt conuenire Angelo, cum ſubſtantia ſua ſit immunis à quantitate, cuius propria differentia eſt poſitionem habere. Ergo Angelus non eſt in loco.

3 Præterea. Eſſe in loco eſt menſurari loco, & contineri à loco, vt patet per Philoſophum lib 4. Phyſic. * Sed Angelus non poteſt menſurari, neque contineri a loco: quia continens eſt formalius contento, ſicut aer aqua: vt dicitur in quarto Phyſic. * Ergo Angelus non eſt in loco.

Sed cõtra eſt, quod in collecta dicitur. * Angelorum ſancti habitatores, nos in pace cuſtodiant.

Reſpondeo. Dicendum, quòd Angelo conuenit eſſe in loco: æquiuocè tamen dicitur Angelus eſſe in loco, & corpus. Corpus enim eſt in loco per hoc, quòd applicatur loco ſecundùm contactum dimenſiuæ quantitatis. Quæ quidem in Angelis non eſt, ſed eſt in eis quantitas virtualis. Per applicationem igitur virtutis Angelicæ ad aliquem locum qualitercunque, dicitur Angelus eſſe in loco corporeo. Et ſecundùm hoc patet, quod non oportet dicere, quòd Angelus commenſuretur loco, vel quòd habeat ſitum in cõtinuo; hoc enim conuenit corpori locato, prout eſt quantum quantitate dimenſiua. Similiter etiam non oportet propter hoc, quòd contineatur à loco. Nam ſubſtantia incorporea ſua virtute contingens rẽ corpoream, continet ipſam, & non continetur ab ea. Anima enim eſt in corpore, vt continẽs, & non vt contenta. * Et ſimiliter Angelus dicitur eſſe in loco corporeo, non vt contentũ, ſed vt continens aliquo modo.

Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

Senſus quæſiti.

DVplex, vt diximus, ſub hoc vno quæſito quæſtio continetur.

Prima eſt: An Angelus ſit in loco; ſecundùm quam procedit primum argumentum.

Secunda eſt: quid ſit Angelum eſſe in loco; iuxta quam proponitur ſecundum, & tertium argumentum: Nec aliud ſignificat Cajetanus dicens intentionem Theologorum, & D. Thomæ eſſe, quærere de modo; loquitur enim de modo eſſentiali, & intrinſeco locationẽ Angeli conſtituente, non autem de modo conſequente, aut accidentaliter adiacente.

Forma Textus.

REſpondetur quæſito vnica concluſione cum tribus ad eam conſequentibus corollarijs; quibus tria diluuntur argumenta.

Concluſio eſt: Angelo conuenit eſſe in loco: æquiuocè tamen dicitur Angelus eſſe in loco, & corpus. Probatur ſimul vtraque pars, Corpus eſt in loco per hoc, quòd applicatur loco ſecundùm contactum dimenſiuæ quantitatis; ergo Angelus eſt in loco corporeo per applicationẽ virtutis ad aliquem locum qualitercunque, ergo æquiuocè. Antecedens patet cum ſecunda conſequentia. Prima verò conſequentia probatur. Quoniam in Angelis non eſt quantitas dimenſiua, ſed eſt in eis quantitas virtualis.

Primum corollarium: Vt Angelus ſit in loco, non oportet, vt commenſuretur loco. Probatur; quoniam cõmenſurari loco corpori locato conuenit, prout eſt quantum quantitate dimenſiua.

Secundum corollarium: vt Angelus ſit in loco, non oportet, vt habeat ſitum in continuo. Probatur eadem ratione, qua primum.

Tertium corollarium: vt Angelus ſit in loco, non oportet, vt contineatur à loco. Probatur: ſubſtantia incorporea, ſua virtute contingens rem corpoream continet ipſam, & non cõtinetur ab ea; ſed Angelus eſt ſubſtantia incorporea, per hoc ergo eſt in loco, quòd ſua virtute contingit rem corpoream; ergo eſt in loco non vt quid contentum, ſed vt continens aliquo modo. Maior probatur. Quia anima eſt in corpore, vt continens, & non vt contenta. Minor patet ex dictis.

Expoſitio Textus.

Corpus, Angelum, & Deum eſſe differenter in loco. Chriſti verò corpus ſub ſpecibus ſacramentalibus, vt in loco non eſſe, neque definitiuè.

MOlina multos hic comminiſcitur modos exiſtendi in loco, ſupponens ſpatium aliqua ratione locum eſſe, & extra cœlum eſſe ſpatiũ infinitum. Molina.

* 2. d 37 q. 3. a 1 & 2. & 2 d. 6. a. 3. & po q. 3. art. 19 & quol. 11. q. 1.
† Boe in l. An oẽ qđ eſt, bonũ ſit circa p.
† Li. 4 Phi hic tex. 45. & 57. to 2 † Q 50. a 1
* Lib 4. ex tex. 119.
Li 4. Phy. tex 35. & 49 to 2.
† In collecta quæ ſolet cantari in completorio.
2 b 40

nitum, in quo ſit Deus per immenſitatem eſſentiæ ſuæ; quod eſſe falſum multis argumentis oſtendimus ſupra q. 8. art. 2. Vt autem veros, ac legitimos exiſtendi in loco modos à fictitijs, & adulterinis diſcernamus, eos hic adnotabimus, quos Angelicus Doctor expreſsit. Tres modos exiſtendi in loco diſtinguit S. D. in articulo ſequenti dicens:

S. Thom.

Diuerſimodè eſſe in loco conuenit corpori, & Angelo, & Deo: nam corpus eſt in loco circumſcriptiuè, quia commenſuratur loco; Angelus autem non circumſcriptiuè, cum non commenſuretur loco, ſed definitiuè; quia ita eſt in vno loco, quòd nõ in alio; Deus autẽ neq; circũſcriptiuè, neque definitiuè, quia eſt vbique: & in 4. ſent. diſt. 10. q. 1. art. 3. quæſt. 2. ſic ait: Ad hoc, vt aliquid ſit in loco definitiuè, duo requiruntur. Primũ eſt, vt competat ibi eſſe ei; quia quod non eſt in aliquo loco, non poteſt loco illo definiri.

Secundum eſt, vt ſit ibi ſicut in loco commenſurato aliquo modo ſuæ quantitati, vel virtuti; corpus enim bicubitale non definitur loco vnius cubiti; quamuis aliquo modo ſit ibi; neque anima eſt definitiuè in manu; quia eſt in alijs partibus; eò quòd non eſt in manu ſecundum totam virtutem ſuam; & ideo omne, quod habet quantitatem finitam, vel virtutem, oportet, quòd ſit definitiuè in loco, in quo eſt; & ideo Angeli definitiuè ſunt in loco, non tamen Deus. Corpus autem Chriſti quamuis ſecundum veritatem ſit ſub ſpecietibus, non tamen competit ei ratione ſui; quia neque ratione ſuæ quantitatis, neq; ratione ſuæ virtutis, ſed ratione illius, quod in ipſum conuerſum eſt præexiſtens: cuius dimenſiones adhuc manẽt, quibus ad locum illum determinabatur; & ideo non definitur loco illo, ſed ſimili modo poteſt eſſe alibi, vbicunque fuerint partis dimenſiones conuerſi in ipſum.

Hæc ibi. Ex quibus apparet, illud eſſe in loco definitiuè, quod ita eſt ibi, vt nec ſit, nec eſſe poſsit ſimul in alio loco diſtincto.

Quid ſit Angelum eſſe in loco definitiuè.

Pro cuius definitionis intelligentia, obſeruandum eſt primò, mobile, quod mouetur ab Angelo, & conſequenter etiam locum, dupliciter ad virtutem Angeli poſſe comparari. Vno modo, vt virtutem adæquet Angeli mouentis. ſiue operantis in loco; Alio modo, vt virtus Angeli mouentis, & operantis in loco ſit excellentior mobili, & loci termino intra quos operatur, excedat; ita vt ad ampliorem magnitudinem poſsit extendi, vel alijs in locis abſq; in quo eſt, diſiunctis operari; Quod etiam dupliciter poteſt intelligi.

Vno modo, vt illa alia loca ſint, vel ſumãtur, vt partes vnius integri loci ipſius Angeli; quod erit, ſi fuerint intra ſphæram adæquatam Angelicæ actiuitati, etiam ſi fuerint abinuicẽ ſeparata; Alio modo, vt non ſint, neque ſumantur vt partes vnius integri loci ipſius Angeli, ſed ita diſtent abinuicem; vt eorum ſpatium, & diſtantia magnitudinem excedat ſphæræ Angelicæ actiuitati proportionatæ. Secundo notãdum eſt, Angelum dupliciter eſſe poſſe in loco definitiuè: vno modo perfectè, ſeu completè, vel adæquatè; alio modo imperfectè, ſeu incompletè, & inadequatè, ita vt dictiones illæ completè & incompletè & c. determinent, & diſtinguant dictionem illam definitiuè, non autem hoc, quod eſt eſſe in loco. His præmiſſis duo; dico

A Primum eſt: Angelum eſſe in loco definitiuè completè, & adæquatè, cum mobile in quo operatur virtutem eius adæquat, & eius virtuti commenſuratur, & de hoc modo eſſendi in loco definitiuè loquitur S. D. in 4. ſent. locu notato. Secũdum eſt: Angelum eſſe in loco definitiuè incompletè, & inadequatè, cum eius virtus excedit mobile in quo operatur, & poteſt vltra locum vbi operatur extendi. Dicitur n. eſſe ibi definitiuè; quia ibi tantùm eſt, vt in loco, & non alibi; incompletè verò, & inadequatè, ibi eſt definitiuè; quia non eſt in loco ſuæ virtuti commenſurato, ſed poteſt vlterius extendi; non tamen vltra ſphæram ſuæ actiuitatis.

B Nam, ſi Bononiæ circuitus ſit adæquata ſphæra actiuitatis Gabrielis, & operetur actu Gabriel in conuentu S. Benedicti exiſtentis in extrema parte ſeptentrionali ciuitatis, non poterit ſimul actu operari in Conuentu Sancti Michaelis, qui extra muros eſt in oppoſita parte meridionali; quamuis operari ſimul poſsit in Conuentu Sanctæ Mariæ Gratiarum; qui in eadem parte eſt, ſed intra muros, atque ideo dicetur Gabriel eſſe in Conuentu Sãcti Benedicti definitiuè. Et ratio iam dicta eſt, quia prior locus, ſcilicet Conuentus Sãcti Michaelis eſt omninò diſtinctus à Conuentu Sancti Benedicti, eo quòd eadem non contineatur ſphæra actiuitatis, & ideo cenſetur alius locus totalis ab alio diſtinctus; poſterior verò locus ſcilicet Gratiarũ, cum intra eandem ſit ſphæram actiuitatis, pars neceſſariò eſt vnius loci totalis Gabrielis; ac proinde, licèt Gabriel operans, & exiſtẽs in vno, poſsit, ſi voluerit, etiam ſimul in alio operari, & ibi eſſe, dicetur tamen dum in vno tantùm operatur, in eo eſſe definitiuè; quòd ſi virtutem ſimul etiam ad alterum extendat, in vtroque tanquam in vno loco totali dicetur eſſe definitiuè; Sicut, ſi per generationem introduceretur anima in vnam aliquam partem animalis, puta cor, & deinde ſucceſsiuè extenderetur ad epar, ad caput, ad brachia, & ad pedes, anima primò diceretur eſſe in corde definitiuè, deinde in corde ſimul & epate, deinceps ſimul etiam in capite, &c. quoniam primò erat in corde, vt in quodam toto perfectibili, licèt non adæquante perfectionem animæ; Cum verò multæ, vel omnes corporis partes ſimul actu perficiuntur ab anima, in nulla earum ſeorſum eſſe dicitur anima definitiuè, vt ait S. D. quia ſingulæ ſeorſum acceptæ non totius, ſed partis rationem habent.

C

D

Ex dictis ſequitur, Primò, Deum nulla ratione eſſe in mundo definitiuè; Differunt enim diuina virtus, & Angelica vt ait Caietanus in articulo ſequenti; quòd Angelica plures quidem ſimul attingit effectus, non tamen vt plures ſunt, ſed qua ratione ſunt vnum; reſpicit enim hæc virtus ens particulare; ad quod per ſe loquendo non ſequitur multitudo; At diuina virtus in plura poteſt, non ſolùm vt vnum ſunt, ſed etiam vt diſtinguuntur, & vt plura ſunt; ſic enim ad perfectionem attinent vniuerſi; qui proprius eſt diuinæ virtutis effectus, eam tamen non adæquans; cum per infinitam Dei potentiam plures, ac plures vſque in infinitum rẽ ſeipſa poſsit, quàm ſpirituales poſsint creaturæ produ-

Deum nõ eſſe in mũdo definitiuè.

E

Digitized by Google

duci; quarum omnium esse, sicut à Deo dependet in fieri, ita & in conseruari; atque ideo necesse est in omnibus à Deo productis Deum esse. Est igitur Deus in distinctis locis, quatenus distincta sunt, & est vbique per se, vt probat Sanctus Doctor supra quæstione octaua, articulo tertio, & consequẽter in nullo loco, nec in omnibus simul est definitiuè completè seu adæquatè, aut incompletè seu inadæquatè; quia nullam habet determinatam sphæram suæ actiuitatis, nec eius virtus ad aliquam determinatam effectuum multitudinem, aut quantitatem limitatur, neque vnquam ita est in vno loco quin simul sit in omni alio.

Christi corpus.

Sequitur secundò; Corpus Christi sub specieb. Sacramentalibus non esse definitiuè. Primò; quoniam, vt ait Sanctus Doctor, quod in loco non est, non potest esse in loco definitiuè, constat autem Corpus Christi non esse sub speciebus Sacramentalibus, vt in loco.

Secundò; quoniam plura numero esse Sacramentalia Corporis Christi sub pluribus speciebus non sunt partes vnius esse Sacramentalis; igitur iuxta prædicta sub his speciebus huius numero hostiæ non erit Corpus Christi definitiuè.

Tertiò; quoniam, vt ait S. Thomas simili modo potest esse alibi, & vbicunque fuerint dimensiones panis conuersi in ipsum.

Vltima sphæra.

Sequitur tertiò; Corpus omne per se loquendo esse in loco circumscriptiuè, etiam vltimam sphæram; quia, licèt corpore non contineatur, vt tale corpus est, puta vltimum, quatenus tamen corpus est, ei non repugnat ab alio corpore contineri, sed hoc ipso, quòd finitum est, potest à maiori, si fuerit in rerum natura, concludi; quamquam verum est primum continens in loco actu non esse nisi per accidens, siue per partes; vt ait Philosophus in quarto Physicorum text. quadragesimoquinto, ratione quarum in loco est circumscriptiuè.

Aristot.

Molinæ ipsius.

Postremò sequitur, nec veræ Theologiæ, nec pietati satis esse consonam Molinæ doctrinam, affirmantis, Deum esse in vniuerso definitiuè cum addito, scilicet replendo locum, & Corpus Christi esse sub speciebus sacramentalibus definitiuè cum hoc addito, vt scilicet sit totum in toto, & totum in qualibet parte, nec commensuretur loco. Caueat igitur hęc prudens Theologus, vt noua, & modo loquendi veterum minime consona, ac propria Sacræ doctrinæ soliditate carentia.

Caiet.

Vide, si lubet, Caietanum explicantem vim argumenti, quo probatur conclusio.

Tractant expositores hic aduersus Philosophos, & Hæreticos, & quosdam etiam Catholicos illam quæstionem; an substantiæ spirituales à corporibus separatæ, quales sunt Angeli, verè sint in loco; Eam latè versat, & definit Zumellus in sua quæstione prima ad hunc articulum, & post eum Vasquez disputat. 187. & Rada in sua secunda parte controuersia sexta, articulo primo, & Malonius in secundo sententiarum disputat. octaua; alij breuiùs eam attingunt, vt Bannes, Molina, & Valentia, & Pesantius disputat. prima Zumellus

Zumellus Vasquez Rada. Malonius. Bannes. Molina Pesantius. Valentia Zumellus

A quæstione quarta, in prima parte quæstionis disputat de tribus Corollarijs in textu deductis. Aduerte tamen hunc expositorem in dicta sua quæstione prima, docere, Angelum non esse in loco propriè; cuius oppositum esse verum patebit ex dicendis infra quæstione sequenti articulo primo. Videnda sunt quæ diximus infra de situ Angeli quæstione 53. articulo primo, controuersia 1. §. Quinto sciendum.

Controuersia Vnica.

B *Quid sit, Angelum esse in loco, siue quænam sit Angelo ratio, vt existat in loco.*

Sententiæ Doctorum.

Durandus.

DVrandus in primo distinctione 37. in secunda parte d. quæstione prima, numero 26. docet Angelum per solam suam substantiam in loco esse; non ita, vt debeatur ei locus; vel situs definitiuè (sic enim ait nusquam esse) sed sic esse præsentem cuilibet corpori, præsentia ordinis non situs, vt possit mouere, siue moueat corpus, siue non: sed quando mouet, dici esse ibi specialiter, vbi mouet, secundùm quandam appropriationem; quia ibi manifestatur eius virtus; cum tamẽ realis eius præsentia ad locum præcedat operationem eius in loco. Et numero trigesimotertio, ait, Angelum esse vbique, non sicut Deus, qui vbique est vt prima causa replens, & conseruans &c. sed solùm vt habens habitudinem ex ordine naturæ ad mouendum quodlibet corpus.

C

S. Bonau.

S. Bonauentura eadem distinct. articulo primo, quæstione nona, & in secundo distinct. secunda parte secunda articulo secundo, quæstione prima, quem sequitur Scotus ibi quæstione sexta, & alij, quos referunt hic expositores, affirmat Angelum per suam substantiam esse in loco definitiuè. Hãc opinionem suppresse nomine auctoris refert, & confutat S. Doct. in primo sent. distinct. 37. quæst. tertia, articulo primo, eandem explicat, & tuetur ad mentem Scoti, Rada in sua secunda parte, controuersia sexta, articulo secundo, vbi statuit sex conclusiones.

Scotus

D

Rada.

Prima est: Ratio formalis proxima, & propriè dicta, qua Angelus est formaliter in loco, est vnio Angeli cum loco, seu relatio præsentiæ ad locum.

Secunda est: Angelus non est in loco per operationem immanentem, nec transeuntem, tanquam per rationem fundamentalem.

Tertia conclusio est; Angelus non est in loco per applicationem suæ virtutis ad locum.

E

Quarta: Ratio fundamentalis, per quam Angelus est in loco, est eius essentia, vel substantia aqualiter existens; ac proinde Angelus in loco est per suam sustantiam, sicut substantia corporea per quantitatem.

Quinta: Ratio per modum determinantis efficienter, qua Angelus sit in aliquo loco determinato, est propria virtus motiua; qua liberè se transtulit ad eum locum; aut virtus extrinseca, qua vel in

eo

eo productus est, vel ad eum translatus, aut etiam in eo desinetur.

Vltima eius conclusio est: Ratio per modum determinantis efficienter, quare Angelus sit in tanto, vel tanto loco, est aliqua causa ex dictis in præcedenti conclusione; ratio verò formalis fundamẽtalis est ipsa substantia Angeli, vt subest liberæ applicationi ad tantùm, vel tantùm locum factæ ab aliqua ex illis causis prædictis in præcedente conclusione.

Molina. Suarez. Pesantius. Hanc eandem sententiã sequitur Molina in sua disputatione membro quinto, & Suarez disp. 50. Metaph. sect. tertia, & Pesantius disp. 2. reiecta sententia D. Thomæ, & modis dicendi Capreoli, Caietani, & Ferrariensis.

Malonius. Malonius in 2. dist. octaua, disp. 9. existimat Angelos esse in loco per illud idem esse, quo existunt in rerum natura.

Zumellus Zumellus in quatuor suis quæstionibus ad hunc articulum vndecim habet dicta. Primum, quæst. 2. Angelus non potest habere realem, & substantialem præsentiam ad aliquod corpus præcise per suam substantiam, sed requiritur operatio, vel applicatio virtutis ad agendum per iudicium practicum. Secundum ibidem, & latius quæst. 4. §. *Hinc constituitur*, Sententia Scoti non est omnino improbabilis. Tertium quæst. 3. Angelus habet determinatam sphæram suę actuationis, intra quam, & non extra potest agere; ac proinde postulat certam approximationem mobilis, vt in illo operetur. Quartum ibidem; Angelus melius, & facilius, & velocius potest mouere corpus sibi propinquum, quàm distans; & maximè illud, in quo est intimè per suam substantiam. Quintum ibidem; Quamuis sententia, quæ docet Angelum non semper esse necessariò præsentem substantialiter, vbi operatur, sit probabilis, absolutè tamen certior est opposita sententia, quam existimo esse Diui Thomæ. Sextum quæstione quarta, in principio Angelus non est in loco circulariter, non mensuratur loco, non est, vt contentus in loco. Septimum eadem quæst. conclusione 2. Neque esse, siue existentia, neque substantia, aut potentia Angeli potest esse illi ratio existendi in loco. Octauum ibidem conclusione tertia: Applicatio virtutis Angelicæ ad locum non est ratio existendi in loco in Angelo. Nonum ibidem conclusione quarta. Operatio transiens Angeli est ratio existendi in loco. Decimum quæst. 5. Nulla substantia Angelica facta, vel possibilis, esse potest intimè, & realiter præsens omnibus rebus factis, & creabilibus. Vltimum ibidem: Omnis substantia Angelica habet certum terminum in spatio, vel corpore, cui potest esse realiter præsens; qui tamen terminus maior est, aut minor iuxta maiorem, vel minorem Angeli perfectionem.

Vasquez. Vasquez impugnatis, & reiectis sex Theologorum sententijs, suam tandẽ explicat tribus dictis.

Primum est: Existentia Angeli in loco non est sola relatio præsentiæ, vel distantiæ suæ, siue hæc dicatur intrinseca, & realis, siue extrinseca, & solùm rationis.

Secundum: Fundamentum præsentiæ Angeli in loco, aut in corpore est modus aliquis absolutus additus substantiæ Angeli ex voluntate illius, tanquàm ex principio efficienti, ratione cuius, cum vniatur corpori, præsens est illi; & cum hic modus proximè non oriatur à substantia, maior, & minor esse potest; immò ita Angelo conuenit, vt eo omninò carere possit.

Tertium; modus hic est indiuisibilis indiuisione quantitatis; sicut modus animæ rationalis, quę habet in corpore; sed tamen est diuisibilis eo modo, quo habitus dicitur habere diuisionem, cum extenditur ad plures conclusiones, quam vocant extensionem virtualem; nam, & modus Angelicus ipsum esse in loco diuisibilis & extenso.

Albertinus Albertinus Corollario 16. Theologico ex primo principio Philosophico dub. 2. confutatis sententijs Caietani, Ferrariensis, & Vasquezij, docet in Angelo esse quantitatem virtualem; quam ait esse potentiam transcendentalem, & intrinsecam in Angelo operandi transeuntem, vt dicit ordinem ad operationem transeuntem, non quidem successiuam, vt putauit Durandus; quia tunc Angelus esset vbique, sed simultaneam; quam potest Angelus exercere in corpore; & hanc affirmat esse adæquatam rationem constituendi Angelum in loco adæquato; ita vt tota ratio completa sit illa potentia connotando illam operationem simultaneam; nõ quæ actu exerceatur, vt vultu Caietanus, sed quæ possit exerceri ab Angelo, etiamsi nunquam exerceatur; accedente tamen tanquàm conditione applicatione voluntatis, qua se constituat in tali loco, in quo possit operari, si velit. Ad hanc itaque conditionem resoluitur tota ratio locandi, & remouetur à potentia illa transcendentali.

S. Thom. Diuus Thomas hic affirmat, Angelum esse in loco per applicationem suæ virtutis qualitercunque; quod dictum ab antiquioribus Thomistis ei' expositoribus varie fuit expositum. Nam Capreolus in 2. sent. dist. 2. quæst. 1. mentem interpretans Capreol. Diui Thomæ ait, Angelum non posse definiri, & determinari ad locum, nisi per actionem, vel operationem. Dico autem (inquit) operationem communiter, secundùm quòd Angelus se habet ad corpus contentum in loco per modum præsidentis, aut ministrantis, aut aliquo modo agentis, aut patiẽtis, & respondens ad argumenta Aureoli sic ait:

Contactus virtutis, quo Angelus contingit locum, potest dicere omne illud, quod se habet per modum operationis transeuntis in locum, aut corpus extrinsecum, & exeuntis ab Angelo, siue illud sit motus localis, siue motus illuminatio Angeli, siue præsidentia super corpus locatum, siue continentia, qua continet corpus, siue nutus eius ad corpus, siue influxus in corpus, siue fortificatio virtutis corporis, siue quodcunque aliud per modum actus secundi, & operationis transeuntis in res locales, corporeas designatum. Nomine verò præsidentiæ declarat Capreolus se intelligere quandam nobilitationem, & exornationem, & actuationem corporis per spiritum nobis non plenè manifestam, sicut ait S. D. in 4. sent. dist. 48. quæst. 2. art. 4. ad tertium, partem illam terræ, in qua est infernus, loco gloriæ, quæ est per claritatem, habituram, spiritus rationales,

S. Thom.

Digitized by Google

hominum,& dæmonum;qui,quamuis ratione vul
A nem præsentiæ ad locum causaliter, siue fundamẽ
taliter,aut formaliter sumptam.

Ad cuius euidentiam scit o duplicem esse posse rationem formalem,qua res aliqua dicitur esse talis. Altera est proprie dicta, quæ forma est rei in tali esse immediatè,ac formaliter constitutiua; & denominatiua; vt similitudo Sortis ad Platonem consequens albedinem in vtroque existentem forma quædam est,qua Sortes constituitur immediatè, & formaliter in esse similis, & denominatur Platoni similis;dicitur enim,& est Sortes Platoni formaliter similis,similitudine in seipso Sorte existente.Altera est ratio formalis, qua res aliqua dicitur talis non formaliter, sed causaliter tantùm, B siue fundamentaliter,quam Metaphysici formale principium appellant,sicut albedo existens in Sorte est ratio formalis,ideſt, causa vt principiũ formale,quòd Sortes sit Platoni albo similis,& calor in igne dicitur esse ratio formalis, ideſt principiũ formale calefactionis, siue calefaciendi: cum tamen ignis calefactione formaliter calefaciat.

Ratio formalis duplex.

Sic igitur in proposito ratio formalis existendi in loco duplex potest in qualibet re locata considerari. Vna,qua formaliter res est in loco,& denominatur locata,& hanc nobiscum affirmant Scotus, Rada,& alij esse relationem præsentiæ, qua scilicet res corporea,vel spiritualis ad locum, vt in eo C locata refertur,sicut etiam in allegata quæstione, & articulo supra diximus.Alia est ratio formalis, non qua formaliter, & immediatè res est locata, siue in loco existens,sed qua vt formali principio, siue causa fundamentali res est in loco,& à qua resultat relatio rei,quatenus locata est, ad locum,vt locus est, à qua relatione dicitur res locata formaliter,& existens in loco formaliter,quatenus locus est.De hac posteriori ratione formali,quæ relationis est fundamentum, tota quæstio est inter Doctores supra nominatos; vt hic etiam aduertit Caietanus;qui, quoniam materiam hanc explicauit egregie,sapienterque definiuit,satis esse duximus eius fundamenta proponere, ac paulo fusius explicare,& contra producenda recentiorum tophismata præmunire. D

Cæt.

Distinguuntur quinque modi, quibus opinari possumus rem esse loco præsentem,& explicatur,ac probatur præsentia ordinis.

SEcundò igitur considerandum est quinque modis,seu formalibus principijs posse nos ex rebus sensibilibus imaginari rem locatam esse loco præsentem ex quibus tamẽ modis quidam, vt ostendemus,vtiles sunt,reales,ac veri: quidam autem E inutiles,ac fictitij,& falsi. Sumendo itaque præsẽtiam fundamentaliter, scilicet pro formali principio,siue fundamento præsentiæ relatiuæ, distinguitur primò præsentia rei existentis in loco ad ipsum locum in circumscriptiuam,& definitiuam; illa commensurationem significat rei locatæ secũdùm partes eius quãtitatiuas ad totidem loci partes; hęc verò,scilicet definitiua determinationẽ, seu limitationem,tantum importat rei,quæ in loco est,ad locum,vt scilicet ita sit in hoc loco, vt in

alio

Eandem sententiam sequitur Syluester; quitamen impugnat distinctionem præsentialitatis in plures modos hic positam,& explicatam à Caietano.Sequuntur,& tuentur eandem opinionem,scilicet Capreoli,& Caietani, Bannes,& Ripa.

Caietan.

Syluester.

Bannes Ripa. Ferrarien.

Ferrariensis in 3.cont.gent. cap.68. circa med. ait secundùm mentem D.Thomæ Angelum esse in loco per eam tantùm operationem transeuntem, qua effectus aliquis in loco,aut re locata producitur;ita vt Angelus ibi tantùm sit,vbi operatur tali operatione;nec oporte:(inquit)solicitari,qua operatione agat in cœlum Empyreum, aut in aliquẽ alium locum,in quo dicitur esse;quia,sicut non nobis plenè cognita est natura Angelica, neque cœli Empyrei natura;ita nec nobis notæ sunt omnes operationes, quibus potest Angelus aliquid in cœlo Empyreo,& in corporibus operari.

Valentiæ.

Valentia relatis opinionibus Scoti, Capreoli, Caietani,& Ferrariensis,affirmat: sibi videri omnibus modis per eas assignatis censeri posse Angelum esse formaliter in loco, arbitratur enim vnã, & eandem esse Scoti,Diui Thomæ,& dictorum eius expositorum sententiam;nititurque monstrare eos in veritate non esse discordes. Denique cõtra Caietanum ait primò Angelum in loco non esse per solam operationem,vel applicationem virtutis ab eo descriptam.Secundò ait, Angelos verè propriè,ac immediatè esse in cœlo Empyreo, Tertio Absurdum esse Angelum quandoque nusquam esse.Cuius oppositum nedum prædicti omnes expositores,sed etiam S.D.affirmat in 1.sent. distin. 37.quæst.3.art.1.ad quartum.

D.Tho.

Resolutio.

Aperitur sensus,ac status Controuersiæ.

MVlta supra notauimus,quæst.8. art.1. contr. 1.ad propositæ quæstionis definitionẽ maximè necessaria: quæ summis,vt aiunt,labijs hic attigisse sufficiet.Quod autem primo declarandũ occurrat,lentus est,siue status controuersiæ; quæ nonnulla supponit,vt certa; quædam autem inquirit,vt dubia.Supponit enim tria. Primum est posse locum in rebus corporeis Angelo conuenire.Secũdum est Angelum in loco non esse per quantitatẽ molis,nec per eiusdem quantitatis cõtactum, sed per virtualem tantum quantitatem, & contactum itidem virtualem. Tertium est,contactum hunc, qui ratio est Angelo,vt existat in loco,esse relatio-

Prima ſubſtantiæ.

alio ab eo diſtincto loco ſimul eſſe non poſsit. Duplicem autem poſſumus mente concipere definitiuam præſentiam; Vnam ſcilicet ſubſtantialem, & alteram cauſalem. Dicitur præſentia ſubſtantialis relatio præſentiæ fundamentaliter ſumpta, id eſt ratione fundamenti, quod intelligitur habere in ſubſtantia immediatè, & quod idem eſt realiter, quòd ipſa ſubſtantia; quo fundamento vt principio formali ſic huic loco ſit præſens ſubſtantia etiam indiuiſibilis, vt alibi ſimul eſſe non poſsit. Cauſalis verò præſentia triplex poteſt intelligi, iuxta triplicem efficientis cauſæ ſtatum, qui ſecundum maiorem, vel minorem acceſſum ipſius efficientis ad operationem, vel effectum attenditur.

Præſentia ordinis.

Prima eſt præſentia ordinis, quæ eſt relatio proportionis fundamentaliter ſumpta exiſtens inter agés, & patiens, quando iam ſunt in potentia proxima præparata, ac immediata, ad operandumque ſufficiente ſecluſis omnib. impedimentis. Secunda eſt

Præſentia approximationis.

præſentia approximationis, quæ eſt relatio fundamentaliter approximationis immediatæ agentis in patiens immediatè præueniens actionem ordine ſaltem naturæ. Tertia eſt præſentia operationis, quæ eſt relatio fundamentaliter ſumpta agentis actualiter ad paſſum immediatè. Triplicis huius præſentiæ ponit exemplum Caietanus in nauta reſpectu nauis. Nam primò præſens eſt nauta nauiPræſentia operationis. Caietan. præſentia ordinis; ideſt proportione ſuæ virtutis ad nauim, vt ab ipſo gubernabilem. Secundò ſit eidem præſens ſecundum approximationem; dum prius nauta cõcipitur vt naui approximatus, quã actu gubernet. Denique per actualem gubernationem ſit naui præſens eo modo, quo agés immediatum dicitur eſſe præſens paſſo, & mouens mobili.

Sunt igitur quinque modi præſentiæ, quib. rem locatam eſſe loco præſentem poſſumus opinari, ex quibus tres tantùm ſunt reales, ac veri, ſcilicet præſentia circumſcriptiua, ordinis, & operationis; duo verò alij videlicet præſentia ſubſtantialis, & approximationis fictitij ſunt, ac planè falſi. Tres autem prædictos modos eſſe reales, ac veros rationibus primò, deinde etiam S. Doct. authoritate probandum eſt. Et de circumſcriptiua quidem

Præſentia circũſcriptiua. Ariſt. Præſentia ordinis q. 8. Caiet.

præſentia, quæ ſolis corporibus eſt propria, nulla poteſt eſſe dubitatio, cum ſit oculo ſenſuique conſpicua, & eius naturam, proprietateſque deſcribat Philoſophus in 4. Phyſ. & D. Thom. in art. ſequenti eam recenſeat inter modos eſſendi in loco ibidem enumeratos.

Præſentiam autem ordinis eſſe realem, ac verã oſtendendum eſt primò naturam eius explicando, deinde rationibus idem, & doctrina Diui Thomæ comprobando. Vt autem hic aduertit Caietanus, præſentia ordinis non diſtinguitur à præſentia operationis vt potentia ab actu ſecundo, ſed potius eo modo quo diſtinguitur habitus ab actu ſecundo. Nam ex hoc quòd Angelus poſſit habere operandi in aliquo loco, non dicitur ibi eſſe; aliquam vbique eſſet, cum poſsit indifferenter operari in quouis determinato loco, aut determinabili. Addit autem præſentia ordinis in Angelo quatuor ſupra nudam potentiam; Primum ſe te-

nens ex parte ſubſtantiæ eſt negatio diſtantiæ ſi-
tualis, eo modo, quo poteſt diſtantia ſitualis ſub-
ſtantiæ ſpirituali, ſcilicet Angelo conuenire; nimi-
rum per accidens ſaltem extrinſecè, ideſt ratione
corporis in quo eſt: tunc verò propriè ſic eſt Ange
lus indiſtans, cum nulli corpori eſt applicatus, ſed
verè nullibi eſt; aut ſi alicubi eſt, ibi eſt vt motum,
vel operationem inchoans; ſic autem dicitur etiã
indiſtans; quia non eſt omninò ab eo loco diſtans
in quo dici poteſt eſſe inchoatiuè vt cum Angelus nullibi operans ſtatuit operari in aliquod
corpus, ſed hæc indiſtantia non erit merè negatiua, ſed poſitiua, incompleta tamen, eo quòd non
ſit Angelus completè tali corpori coniunctus;
nec præcedit hæc indiſtantia reliquas tres conditiones, ſed per eas conſtituitur. Si autem actu exiſtens in Cœlo cuſtodiat hominem exiſtentem in
terra, erit Angelus in Cœlo completè, in homine
verò cuſtodito erit incompletè, & erit indiſtans
ab eo poſitiuè, ſed incompletè. Non enim neceſſaria eſt indiſtantia omnino negatiua præueniens
præſentiam ordinis, licèt nonnunquã interueniat
vt cum Angelus nullibi eſt, ſed ſufficit indiſtantia
poſitiua incompleta, quæ conſtituitur per tres
alias conditiones ſtatim explicandas. Secundum
igitur ſe tenens ex parte intellectus eſt cognitio
cum iudicio practico vltimo de tali operatione in
hoc corpus nunc, ſiue tali tempore ab ipſo Angelo exercenda, maximè ſi immediatè, ideſt ante
omnem aliam operationem in aliud quodcunque
corpus in hoc iudicet operandum: Poteſt enim Gabriel nullibi exiſtens dupliciter iudicare operandum eſſe ſibi in hac aula; vno modo vt iudicium
natura tantùm præcedat operationem, & ſic iudicat ſibi nunc eſſe operandum in hoc loco: alio modo poteſt Angelus iudicare eſſe ſibi operandum
in hac aula craſtina die; & vtrunque iudicium practicum ſatis eſt cæteris conditionibus concurrentibus ad ſtatuendum Angelum præſentem ſecundum præſentiam ordinis, præſertim, ſi nihil ante
ſit alibi operaturus; ſic enim aderit illi manifeſtè
tertia conditio ſtatim explicanda. Tertium igitur
ſe tenens ex parte potentiæ executiuæ eſt expeditio, ita vt nec à ſuperiori ligetur, ſiue detineatur
potentia, neque alterius occupata ſit operis exercitio, ſed vndique prompta, paraque ſit ad operandum pro eo ſaltem tempore; vel inſtanti, quo
iudicat Angelus eſſe operandum. Quartum ſe tenens ex parte voluntatis eſt electio non ſolùm
operationis: ſed etiam expeditionis, & præparationis ad operandum in hoc corpus.

Quibus omnibus concurrentibus conditionibus dicetur Angelus eſſe præſens loco præſentia ordinis; quam ex prædictis patet habitu maximè aſsimilari, de cuius ratione duo ſunt. Primum, vt ſit diſpoſitio potentiæ ad operandum. Secundum eſt, vt operans eo poſsit vti, quando voluerit; conſtat autem quatuor prædicta concurrentia ad præſentiam ordinis conſtituendam ad vnam integram, perfectamque pertinere operatiuæ potentiæ diſpoſitionem; qua ſe liberè Angelus in operationem extendit. Et quemadmodum interpo-

tentiam & operationem mediat habitus, ſic præſentia hæc ordinis, quæ dicitur etiam applicatio, præterea, ſi naturæ tantum præcedat operationem, media eſt inter Angelum cum ſua potentia, & eius operationem, & ſicut habitus potentiam reſpicit vt ſubiectum, in quo eſt, marem autem circa quam exercenda eſt operatio, reſpicit vt obiectum, ſiue terminum extrinſecum; ſic ordinis præſentia in Angeli potentia eſt vt in ſubiecto, ſed corpus, ſiue locum extrinſecum, in quem exercenda eſt operatio, reſpicit vt obiectum, ſiue materiam, & terminum tali præſentiæ fundamentaliter ſumptæ proportionatum. Ex quo ſequitur, vt quemadmodum corpus in loco eſt per ſuam quantitatem in ipſo formaliter exiſtentem, vt accidens in ſubiecto: quæ tamen reſpicit locum, à quo paſſiue tangitur, & continetur, nec ea tantùm ratione corpus in loco eſt quòd habeat quantitatem, ſed ob eam præcipuè cauſam, ſiue rationem formalem, quòd habet quantitatem ſic applicatam quãtitati corporis continentis, ſic Angelus in loco eſt, non ea ratione tantum, quòd facultatem habet operandi quomodocunque, ſed quia virtutem habet operandi quaſi actiuè contingentem, & continentem locum; &, vt ait Bannes, ſic applicatam vt poſſit cum voluerit, operari nulla noua ſuperaddita diſpoſitione, aut mutatione.

Caiet. Aduerte tamen hic cum Caietano primò diuiſim præſentiam Angelum in loco reſpuam quam eſſe cõpletè, ſed impleriè, & inchoatiuè tantùm, ſecundùm rationem non eſſe completè, ſed inchoatiuè, tantum præſentem loco, per operationem autem eſſe completè præſentem.

Hac explicatione præmiſſa probatur nunc præſentiam ordinis eſſe realem, ſaltem veram. Primò Quoniam ablata omni ſubſtantia corporea atque exiſtentibus ſubſtantijs ſpiritualibus, quarum vna poſſet aliquid ab alia recipere, intelligeremus inter eas eſſe ordinem, ſiue proportionem agentis ad paſſum prius natura, quatenus vna actu operaretur in alteram; ſecundùm quam proportionem altera poſſet in alteram agere proxima, & expedita potentia, & altera recipere; Actio hoc poſita eſſet ratio præſentiæ ordinis; ergo. Probatur hæc propoſitio: Quoniam præſentia ordinis formaliter, ſiue relatiue ſumpta conſequitur immediatè rationes potentiæ actiuæ, & paſſiuæ proximæ bene motis impedimentis; & inueniuntur non ſolum in corporeis, ſed etiam in ſpiritualibus; ſumpta verò fundamentaliter eſt ipſa ratio potentiæ actiuæ, & paſſiuæ proximæ, ac præparatæ, dedutis impedimentis.

1. Ratio.

2. Ratio. Et eundem probatur, & explicatur eadem veritas: In quolibet agente, quod immediatè agit in paſſum, præter ſubſtantias, & potentias agentis, & paſſi, eſt etiam in ipſo agente prius natura quam operetur, applicatio agentis, & virtutis eius actiuæ; quæ quidem applicatio modus quidam eſt, & coaptatio quædam agentis, & virtutis eius ad paſſum, ad quam vt ad formalis principij complementum ſequitur operatio; de qua applicatione multa diximus ſupra quæſtione 3. hac quarti

A cont. 2. Cuius applicationis exemplum affert poteſt expluribus magnam aliquam molem nitentibus trahere, quæ tamen ob exceſſiuam grauitatem virtuti trahentium reſiſtentem, actu non trahitur; eſt igitur hic virtutis omnium trahentium applicatio non ſolum operatione prior, ſed etiam abea penitus ſeparata; Sic itaque, cum Angelus operatur in loco, illi prius ſaltem naturæ intelligitur applicari, & cum ſua quodammodo virtute cõtingere, & alia vtrà, ac poſtea operari; hoc verò nihil aliud eſt, quàm Angelum eſſe loco præſentem præſentia ordinis.

S. Thom. B Confirmatur idem ex dictis Angelici noſtri Doctoris, & totius eſt in hoc articulo; *Per applicationem (inquit) virtutis Angelicæ ad aliquem locum quicunque dicuntur Angelus eſſe in loco corporeo.* Secundum eſt in quodlib. 1. art. 4. vbi ſic loquitur: *Si quis autem velit virtutis contactum operationem vocare, propter hoc, quòd operatio eſt proprius effectus virtutis, dicat, quòd Angelus eſt in loco per operationem; ita tamen quòd per operationem non intelligatur ſola motio, ſed quæcunque vnitio, qua ſua virtute ſit corporis vnius præſentia, vel contiguitas, vel quocunque alio modo.*

Caiet. Exquibus colligit Caietanus præſentiam ordinis in Angelo, vt per eam eſſe dicatur in loco ſaltem incompletè. Sic enim poſſumus argumentari:

C Præſentia ordinis eſt applicatio, & vnitio virtutis ad locum præcedens natura ſaltem operationem: Sed Angelus per applicationem, & vnitionem ſuæ virtutis ad aliquod corpus, ſiue locum qualitercunque dicitur eſſe in loco corporeo; ergo Angelus per præſentiam ordinis eſt in loco ſaltem inchoatiuè. Maior patet ex dictis. Minor eſt D. Thom. in locis ſæpè & verbis tam notatis; Et per hoc excluditur expoſitio Ferrarienſis in prædicto cap. 68. dicentis D. Thomam in prædictis verbis ſignificare tantùm veram operationem, quæ non ſit ſola motio, ſed poſſit etiam eſſe præſidentia; qua ſua virtute ſubſtantia ſpiritualis continet corpus in eo aliquid efficiendo, vel vnitio, qua ſe vni corpori; quæ eſt ſecundùm aliquam operationem tranſeuntem, quæ tamen non eſt motus localis. Sed, cum prius naturæ ſit applicatio, quam operatio, & affirmet S. Doct. Angelum per applicationem ſuæ virtutis ad locũ qualitercunque eſſe in loco, ſequitur neceſſariò ſecundùm mentem D. Tho. Angelum in loco eſſe ſaltem in completè priùs natura, quàm actu propriè operetur. Quod autem ſic vnitionè Angeli ad corpus eſſe per aliquam operationem tranſeuntem, falſum eſſe, & voluntariè dictum; applicatio namque operationè præuenit vnitio quædam eſt, vt ante dictum eſt; quæ tamen operatio verè, ac propriè non eſt; vt aperte ſignificant verba illa D. Thomæ: *Si quis autem velit virtutis contactum operationem vocare*, quaſi diceret: verè contactus ille operatio non eſt, quod ſi cui proſua voluntate contactum vocare placuerit, &c.

Ferra. expoſitio refellitur.

Quid ſit operationis præſentia, & quid operationis nomine ſit intelligendum.

D Nunc quid ſit operationis præſentia, & quid operationis nomine ſit intelligendum in re propoſita dicendũ eſt: eſſe namq; verè, & realiter præſen-

præsentiam operationis in rebus perspicuum est ex Arist. 7. Physic. probante simul esse mouens, & quod mouetur, in omni genere motus; Vnde S. D. supra quæst. 8. art. 1. ex eodem principio deducit oportere omne agens, quod scilicet est immediatum immediatione suppositi, contingere in quod immediatè agit, & sua virtute illud contingere; cuius dicti sensum explicauimus supra quæst. 8. artic. 1. conclus. 1. & 5. non.

Aristot. 8. Thom.

Quid autem sit operationis præsentia deest, quo modo operatio sit ratio præsentiæ agentis ad passum latè diximus supra quæstione octaua, art. 1. concl. 1. vbi ostendimus Deum rebus omnibus esse præsentem, vt agens immediatum, & intimè in omnibus existens.

Ad huius tamen veritatis euidentiam obseruandum est primò, in Angelo existente in loco, sicut & in qualibet alia re locata tria considerari; scilicet rationem essendi in loco, rem existentem in loco, & modum existendi in loco. Ratio existendi in loco est operatio. Res in loco existens duplex est iuxta duplicem loci considerationem, scilicet vt restat, siue vt perfectibile, quoddam est, & vt locus est. Quod existit in loco priori modo sumpto, est operatio; quæ in corpore, siue loco recipitur, vt antecedens, & perfectio in subiecto perfectibili, & vt ratio locandi, non autem vt id, quod est in loco proprie, vt locus est, & quod denominatur absolutè locatum. Quod autem existit in loco, vt locus est, Angeli substantia est; id enim est in loco proprie, vt locus est, cuius esse omninò distinctum est ab esse loci tam substantialis, quàm accidentalis, vt patet in corporibus locatis, & eorum locis: Constat autem, substantiam Angelicam secundùm se, quàm secundùm suum esse substantiale, & accidentale distingui penitùs ab esse substantiali, & accidentali corporis, in quod operatur Angelus, & in quo dicitur esse, tanquàm in loco; Est igitur Angeli substantia in loco, vt locus est, æquiuocè tamen ad corpus; non enim cõtinetur Angelus a loco, sed continet locum. Denique modus, quo Angelus existit in loco, duplex est, scilicet per substantiã, & per potentiam; sicut etiam dupliciter Angelus operatur in corpus, nimirum immediatè immediatione suppositi, & mediatè; est enim Angelus per substantiam suam (non tamen vt rationem locandi, sed vt rem locatam) in eo corpore, quod immediatè immediatione suppositi sua virtute, siue operatione contingit. Quid autem sit operari immediatè immediatione suppositi diximus in allegata controuersia; At in eo corpore, siue loco, in quo mediatè operatur Angelus, nullo modo per substantiam est, sed per operationem tantùm, & potentiam.

Secundò principaliter notandum est in præsentia substantiæ spiritualis ad locum tria considerari, scilicet substantiam, contractum virtualem, siue operationem, & relationem præsentiæ; Substantiæ conuenit esse præsentem vt quæ; & hæc etiã est prima radix virtualis contactus, quatenus ex ipsa deriuatur operatiua potentia, quæ principium est operationis, per quam spiritualis substantia in loco est; Contactus autem virtualis, siue operatio, non quomodocunque, sed immediatè simpliciter, vel immediatione suppositi, ratio formalis est, qua substantia spiritualis fit loco præsens; Denique relatio præsentiæ inter spiritualem substantiam, & corpus, in quod operatur, ea est, qua denominatur formaliter substantia spiritualis præsens; nec distinguitur hæc relatio; sed eadem est omninò realiter sola ratione distincta ab ea relatione, quæ est inter substantiam spiritualem, vt agentem, & corpus vt patiens: vt hic aduertit Caietanus, quem sequitur Zumellus.

Caiet. Zumellus

Scitò tamen. Angelum in eo priori naturæ, in quo agit in corpus antequã confurgat relatio præsentiæ, verè, & propriè esse in eo corpore tanquam in loco, & esse illi præsentem, quamuis tunc nõ denominetur relatiuè præsens. Sicut duæ albedines sunt similes similitudine conuenientiæ in vna ratione specifica albedinis, antequam resultet relatio similitudinis, licèt inter eas nondum intelligatur esse relatio similitudinis: posita enim causa, & propria ratione similitudinis necesse est etiam poni similitudinem, & similiter posita ratione locandi, & præsentiæ, necesse est locationem, & præsentiam, quo ad absoluta cõstitui; quis nondum intelligatur relatio, & denominatio præsentiæ relatiua.

Possumus autem inter tria prædicta duplicem ordinem contemplari. Primus est secundùm eorũ esse in rerum natura; & sic primò est substantia, secundò contactus virtualis, siue operatio, tertiò relatio præsentiæ consequens virtutis contactum: Secundus ordo est secundùm rationem præsentiæ, quatenus scilicet prædicta concurrunt ad constituendam rem loco præsentem; & sic primò est contactus, siue operatio, secundò substantialis præsentia, tertiò relatio præsentiæ, qua spiritualis substantia præsens denominatur; vtrumque affirmat expresse S. D. in dicto quolib. 1. art. 4. ad primum: Quo fit, vt tria prædicta, scilicet substantia, contactus, & relatio ad præsentiam spiritualis substantiæ concurrentia non sint omninò diuersa, sed connexionem habeant causalitatis, & vnum alterius sit ratio, ac fundamentum; Nam, quamuis aliud sit absolutè loquendo, spiritualem substantiam esse præsentè secundùm substantiam suam, & esse præsentem secundùm operationem, aut potentiam, idem tamen est spiritualem substantiam esse præsentè secundùm substantiam, & esse præsentem secundùm operationem, aut virtutem immediatè immediatione suppositi attingentem effectum; hoc enim illius ratio est.

D. Thom.

Cum ergo probat S. D. Angelum esse in loco, qa suã virtute, siue operatione contingit locum, procedit ostenditque a priori, scilicet a causa, & formali principio præsentiæ secundùm locum; vt enim diximus, hoc, quod est immediatè attingere, ratio est præsentiæ ipsius substantiæ spiritualis. Et quemadmodum in rebus corporeis substantia fit situ præsens, & non situs tantum est præsens, sed ipsa substantia præcipuè, medio tamen situ, siue quantitatum contactu, vt ratione præsentiæ; sic in spiritualibus fit operationis contactu substantia præsens, & non

& non ſolus, nec primò contactus eſt præſens, ſed ipſa ſubſtantia; eſt enim præſens Angelus, & ſecundùm contactum, & ſecundùm ſubſtantiam; Vbi ta men cauēda eſt locutionis ambiguitas; cum enim dico Angelum eſſe præſentem ſecundùm ſubſtantiam, dictio illa ſecundùm ſubſtantiam non denotat rationem, ſiue cauſam præſentię, ſed rem ipſā, cui conuenit eſſe præſentem.

Poſtremò notanda eſt explicatio duarum propoſitionum. Prior eſt: Subſtātia ſpiritualis eſt, vbi res eſt, aut ſimul cum re, in quam operatur. Poſterior eſt: Oportet agens coniungi ei, in quod immediatè agit, quas in dicta controuerſia, 1. quæſt. 8. art. 1. declarauimus.

Quid autem operationis nomine ſignificet S. D. cum ait, Angelum eſſe in loco per operationem, declarant Capreolus, & Caietanus ex ipſo D. Thoma. Verba Capreoli ſupra notata ſunt, cum referretur eius ſententia, à qua nihil ferè diſtat ſententia Caietani; qui duplex diſtinguit genus operationum. Primum eſt earum, quæ continuò exercentur circa paſſum: vt mouere lapidem, aut cœlum, & continere aquam, vel partes totius ne defluant, aut graue, ne deorſum cadat, & illuminare. Secundum eſt earum, quarum in externam materiam exercitia non ſunt continua, ſed interciſa; vt præſidentia, & cuſtodia hominis, ciuitatis, aut prouinciæ. Cum itaque fiat Angelus in loco per operationem, iuxta duplex operationis genus, erit etiā dupliciter Angelus in loco: Vno modo per operationem haud interciſam, ſed continuò exercitam; alio modo perſeuerantibus tantùm, continuis practici intellectus iudicio, expeditione potentiæ, & electione voluntatis, externa verò tantùm operatione nonnunquam intermiſſa; ſicut accidit Angelis hominum, ac prouinciarum cuſtodibus; qui nō ſemper actu circa ſuæ cuſtodiæ commiſſum aliqd agunt, quamuis actu practici intellectus ſemper attendent, ac præſint, præſtò ſint, cum neceſſe fuerit auxiliaria, vel opportuna, aut etiam iuſſa diuinitus exequi: Nam neq; cuſtodis officium apud nos continuatam exigit operationem; ſed ſtudiū, vigilantiam, attentionem, quæ perpetuam moraliter homini poſsibilem: Scito tamen, Angelum cuſtodientem, quo tempore nihil exterius actu operatur, non eſſe in loco perfectè, ſiue completè, ſed inchoatiuè tantùm, & incompletè, ſicut paulò ante diximus de Angelo exiſtente in loco per præſentiam ordinis: Remota ſiquidem actuali operatione exterius exercita ab Angelo, ſolæ remanent in Angelo conditiones ad præſentiam ordinis pertinentes, vt patet ex dictis.

Capreol. Caiet.

Quomodo Angelus exiſtens in vno loco diſtet ab alio, & quomodo per accidens moueatur.

SEd quæri ſolet. An, & quomodo ſubſtantia Angeli exiſtens in vno loco diſtet ab alio. Cui q̄ſito reſpondet Caietanus diſtantiam dupliciter ſumi poſſe. Vno modo propriè pro diſtantia locali, ſuæ ſituali; alio modo pro diſtantia inter agens, & patiens, vt ſic, ideſt pro improportione inter agēs, & patiēs, vt illud agat, hoc verò patiatur. Si loquamur (inquit) de diſtantia ſecundo modo ſumpta, certum eſt, Angelum eſſe vni loco propinquiorem, quàm alteri; quod eſt, Angelum eſſe proportionatum agens reſpectu vnius magis, quàm alterius; Si verò de diſtantia ſituali ſermo ſit, diſtinguēdum eſt (inquit) nam Angelum diſtare diſtantia ſituali dupliciter poteſt intelligi, ſcilicet per ſe, & per accidens. Et rurſus per accidens dupliciter diſtare poteſt: Vno modo intrinſecè, ita vt diſtantia redūdet in ipſum Angelum, ſicut albedo dicitur diſtare per accidens diſtantia ſituali, quia verè ſecundùm ſeipſam ſitualiter diſtat, quamuis per accidens, ideſt per aliud ſcilicet per corpus, per quod eſt quanta per accidens. Alio modo extrinſecè, ita vt diſtantia non redundet in ipſum Angelum; quia ſcilicet Angelus non eſt ſubiectum diſtantiæ ſitualis; quomodo affirmat Ariſt. in 8. Phyſic. tex. 45. motorem inferioris orbis moueri per accidens ad motum ſuperioris orbis; quia ſcilicet orbis inferior à ſuperiori reuoluitur ab oriente in occidentem, nec tamen motus in ipſo inferiori motore recipitur. Ariſt.

Quibus præmiſſis tres ſtatuit concluſiones. Prima eſt: Angelus non eſt per ſe diſtans, aut propinquus loco alicui. Secunda: Angelus ſecundùm ſeipſū non eſt per accidens diſtans, aut propinquus alicui loco. Tertia: Angelus eſt per accidens diſtans, aut propinquus alicui loco ratione corporis, in quo eſt, ita vt diſtantia ſitualis non redundet in ipſum Angelum, vt ſcilicet in eo ſit diſtantia ſitualis, vt in ſubiecto. Vnde etiam idem expoſitor conſequenter loquens in ſequenti quæſt. art. 1. negat ſubſtantias ſpirituales motu localī localiter verè moueri; quia eas moueri non eſt eſſe ſubiectū motus; ſicut nec eas locari eſt eſſe ſubiectum vbi. Quę doctrina, quamuis ſubtiliſsima ſit, difficultatibus tamen non exiguis eſt implicata; non enim videtur ſatis conſona ſupradictis in art. vltimo, quæſt. precedentis de motu per accidens Angeli in aſſūpto corpore; & præſertim ijs, quæ docet ibi D. Th. ad 3. dicens Angelum moueri per accidens ad motum corporum aſſumptorum, non autem ad motū corporum cęleſtium, etiam ſi ſint in eis vt motores in mobilibus; quia corpora cœleſtia non recedunt de loco ſecundùm totum, nec determinatur ſpiritui mouenti orbem locus ſecundùm aliquam determinatam partem ſubſtantiæ orbis, quæ nunc eſt in Oriente, nunc in Occidente; ſed ſecundùm determinatum ſitum; quia ſemper eſt in Oriente virtus mouens; vt dicitur in 8. Phyſic. tex. 8. Dubitatio. S. Thomæ. Ariſt.

Ex quibus verbis ſic arguo. Vel Sanctus Doctor loquitur de moueri, aut non moueri per accidens intrinſecè, ſiue ſecundùm ſe, aut extrinſecè tantū: ſiue ratione corporis, ita vt motus localis non redundet in Angelum. Si primum, igitur ſecundùm D. Thomam mouetur Angelus per accidens intrinſecè in aſſumpto corpore, & cum defert lapidem de loco ad locum. Si ſecundum, ſic impugno. Caiet.

Illum motum per accidens S. D. affirmat de Angelo in aſſumpto corpore, & de Angelo ſi eſſet affixus determinatæ parti orbis, quem negat de Angelo exiſtente in determinato ſitu, puta oriente, & mouente

mouente orbem. Sed de Angelo exiſtente in determinato ſitu, & ſic orbem mouente, negat moueri per accidens tãtùm intrinſecè: ergo. Probatur hęc minor: Quia, ſi negaret vniuerſaliter motorem corporis cœleſtis moueri per accidens extrinſecè ob eam cauſam, quia corpora cœleſtia non recedunt de loco ſecundùm totum, nec determinatur motori locus ſecundùm determinatam partem orbis, loqueretur manifeſtè contra Philoſophum affirmãtem motorem inferioris orbis moueri per accidẽs ad motum ſuperioris; igitur, cum affirmat S. Doc. Angelum moueri per accidens, vel abſolutè in aſſumpto corpore, vel ex hypotheſi talis vnionis ad corpus cœleſte, videlicet ſecundùm eius determinatam partem, loquitur de moueri per accidens intrinſecè, ſiue ſecundum ſe.

Secundò: Magis propriè mouetur per accidens Angelus in aſſumpto corpore, vel cum lapidẽ defert, quàm moueatur per accidens motor Saturni ad motum octauæ ſphæræ; & rurſus motor Saturni magis propriè moueretur per accidens, ſi eſſet affixus determinatæ parti orbis, quàm modo moueatur exiſtens in determinato ſitu; ergo, ſi ad motum ſuperioris orbis mouetur tantùm per accidẽs extrinſecè, & impropriè, ſecundùm alios dictos duos modos mouebitur per accidens intrinſecè, & propriè.

Denique anima intellectiua mouetur per accidens intrinſecè ad motum corporis, in quo eſt; ergo, & Angelus. Sequela videtur euidens; quia ambæ ſunt ſubſtantiæ ſpirituales, ſcilicet anima, & Angelus, & vtrique conuenit eſſe in loco tantũ definitiuè. Vnde S. Thom. in 1. ſent. diſt. 37. quæſt. 4. art. 1. ad 4. ſic ait: *Si accipiatur motus Angeli per modum corporalis motus, ſic non mouetur in loco, niſi per accidens ad motum corporis aſſumpti, in quo operatur.* Et infra: *Anima mouetur per accidens moto toto corpore, & non mota manu tantùm; vnde motus localis, ſecundùm quod eſt corporum, non conuenit Angelo, niſi metaphoricè, ſed aquiuocè loquendo de motu, conuenit ei propriè.* Ex quibus verbis Capreolus in 2. diſt. 2. q. 1. art. 3. deducit non eſſe inconueniens, Angelũ, qui mouet cęlum, rotari per accidens, & metaphoricè ad motum orbis, in quo eſt definitiuè; quod intellige data hypotheſi prædicta.

S. Thom.

Capreol.

Sed pro reſolutione notandum eſt non eſſe neceſſarium: Angelum ſic per accidens diſtantem, aut motum eſſe ſubiectum ſitus, aut motus, ſed ſatis, eſt ſitum, aut motum toti mobili per ſe primò conuenire, & conſequenter omnibus eidem limitatè, ſiue definitiuè copulatis. Ad cuius euidentiã. Primò recolendum eſt ex 4. Phyſ. poſſe corpus eſſe in loco dupliciter. Vno modo per ſe, ſiue ſecundũ ſe totum, quod ſcilicet in alterius quantitate concaua cõtinetur. Alio modo per aliud, ideſt per partes, vt vltima ſphæra; quæ nullo clauditur ambiente corpore: & eodem modo diſtinguendum eſt de ſitu, & motu. Eo namque modo corpori conuenit moueri, quo in loco eſt; quod enim in loco eſt ſecũdùm ſe totum, moueri poteſt etiam per ſe primò ſecundùm ſe totum: quod autem in loco eſt ratione partium, mouetur etiam motu partibus per ſe

Ariſtot.

A primò congruente, & per eas toti.

Secundò conſiderandum eſt, illi mobili, cui ſecundùm ſe, ſiue per ſe primò conuenit moueri, plura poſſe coniungi ad ipſum aliquo modo pertinentia, & vnum aliquo modo cum ipſo conſtituentia; Primò namq; partes habet ad ipſius integritatem pertinentes; ſecundò quantitatem, figuram, & accidentia reliqua ad eius perfectionem naturalem ſpectantia, tertiò quandoque ſubſtantiam in ſe habet aliquam corpoream, aut ſpiritualem, vt in loco exiſtentem: ſicut nauis intra ſe habet nautam, & corpus ab Angelo aſſumptum, aut motum habet Angelum; ſit autem vnum quodammodo ex

B continente, & contento in eo corpore, & ex aſſumẽte, & aſſumpto, & mobili, & motore eidem definitiuè coniuncto.

Cum ergo, vt ait Ariſt. motis nobis, ſcilicet per ſe primò, moueantur omnia, quæ definitiuè ſunt in nobis, ſequitur, vt moto per ſe primò quocunq; corpore, moueantur per accidens non ſolùm eius partes, & accidentia, ſed quæuis etiam ſubſtantia corporea, aut incorporea eidem immediatè copulata perſeuerante coniunctione. Nam, ſi corpore moto non mouetur, ſed in primo loco perſiſtit, iã ceſſat coniunctio, nec in eo amplius eſt, vt in loco, ſed in alio; Cum autẽ Angelus, vt ſupra diximus, moto aſſumpto corpore non moueatur per ſe, conſequens eſt, vt moueatur per accidens; Quod autẽ ſic mouetur per accidens, nõ eſt neceſſe, vt ſit ſubiectũ motus; ſicut nec quod ita eſt in loco per accidens, oportet, vt ſit ſubiectum vbi: illud enim propriè eſt ſubiectum motus, quod per ſe, aut per accidens quantum eſt; quod autem rei in ſuo complemento, tam ſubſtantiali, quàm accidentali conſtitutæ copulatur extrinſecùs, vt motor mobili, re

C

Ariſt.

ſe primò mota dicetur, & illud moueri per accidens, nõ quia ſit ſubiectum motus, ſed quia vnum quodammodo eſt cum eo, quod per ſe primò mouetur; hoc ipſo enim, quod eſt vnum cum eo, neceſſe eſt, vt eo per ſe primò, ſiue ſecundùm ſe totũ moto, moueatur coniunctione manente.

D

Et quia talis ſubſtantia, ſcilicet ſpiritualis ſubiectum motus, aut vbi, vel ſitus corporei eſſe non poteſt immediatè, & ſecundùm ſe, ſufficit, vt rõne ſibi coniuncti corporis ea ſuſcipiat, ſicque dicatur moueri, diſtare, aut propinquare per accidẽs, ideſt per aliud, ſcilicet per corpus illi coniũctum, ita tamen, vt ipſa ſpiritualis ſubſtantia modo ſuæ naturæ congruo verè mutet locum, & ſit verè diſtans, aut propinqua localiter, non tamen immediatè, ſed mediatè; ſicut etiam ſubſtantia Angeli per ſuam operationem verè eſt præſens loco, & nõ tantùm eius operatio; & qua ratione vnum eſt cũ loco, vel corpore, diſtat localiter ab alio loco quodammodo intrinſecè, & immediatè; ſicut intellectui ex colligatione cum cogitatiua cognitio tribuitur ſingularium, vt affirmat Capreol. quamuis Angelus abſolutè non diſtet, niſi mediante corpore, ſiue loco, in quo eſt, cui per ſe primò conuenit localis diſtãtia, vel propinquitas. Et hoc eſt, quod fortè voluit Caietanus dicens, diſtantiam ſitualẽ non redundare in ipſum Angelum, quia ſcilicet diſtan-

Capreol.

Caiet.

ſtantia ſitualis non eſt in Angelo ſecundùm ſe, vt in ſubiecto; ſicut nec motus localis corporis. Sed de hoc infra quæſt. ſeq. art. 1. differemus vberius.

Ad argumentum ſupra poſitum dico D. Thom. ibi loqui de motu per accidens propriè dicto, hic verò tunc ſolùm motori conuenit, cum eius mobile locum mutat ſecundùm ſe totum, vt in corpore aſſumpto, vel cum motor alicui determinatæ parti mobilis applicatur, quæ locum mutat; vt pars cæli, quæ in mane eſt in oriente, motu diurno tranſfertur, vt veſpertino tempore ſit in occidente; ſubſtantia verò ſpiritualis, quæ ſic mouetur per accidens, non eſt ſubiectum vbi, aut motus, nec intrinſecè dicitur moueri per accidens, ſed extrinſecè tantum. Latius enim patet moueri per accidens propriè, quam moueri per accidens intrinſecè; Nã dupliciter aliquid mouetur per accidens propriè: primò, quia eſt ſubiectum motus; & hoc modo nõ mouentur, niſi corpora, vel corporea; ſecũdò, quia corpus, aut pars corporis, cui coniungitur ſubſtantia ſpiritualis, ſecundùm ſe totam mutat locum; & quod ita per accidens mouetur, dicitur moueri per accidens extrinſecè, & tamen propriè, ad differentiam eius, quod dicitur moueri per accidẽs, quia eius mobile mouetur ab alio, & tamen ipſum mouens ſemper eſt in eodem ſitu; vt patet de motore Saturni reſpectu primi mobilis; dicitur enim ille motor moueri per accidens extrinſecè, & impropriè.

A B C

Præſentia approximationis reijcitur, & multis argumentis oſtenditur fictitiam eſſe præſentiam ſubſtantialem, &c.

PRobatis, ac ſtabilitis duobus præſentiæ modis veris, ac realibus ſpirituali ſubſtantiæ congruentibus, ſupereſt iam duos alios, quos adulterinos, ſeu fictitios eſſe diximus, fulgidæ luci veritatis offerre, & cæcutientes abijcere. Et præſentiam quidem approximationis, aut fictitiam eſſe, aut ab ordinis præſentia non differre efficaci probat argumento Caietanus, ad quem lectorem remittimus. Cuius etiam diſcurſu alijs quibuſdam addictis argumentis, vanam, ac nullam prorſus oſtendemus eſſe ſubſtantialem præſentiam, eo modo, quo ſtatuunt illam oppoſitæ ſententiæ defenſores; ex quibus recentiores nonnulli leuibus quibuſdam reſponſionibus noſtræ demoliri profitentur ſententiæ fundamenta; ſed eorum æneam eſſe ſoliditatem oſtendemus.

D

Fictitiam igitur eſſe præſentiam ſubſtantialẽ, quocunque modo ponatur, ſic oſtendo cum Caietano: Omnis reſpectus, ſiue intrinſecus, ſiue extrinſecus aduenies exigit aliquod fundamẽtum; Sed reſpectus præſentiæ ſubſtantialis, vt ponitur à Scoto, & alijs, nullum habet fundamentum; ergo mere fictitius eſt. Maiorem aduerſarij concedunt, & probat eam ſubtiliter Caietanus. Minor ſic probatur: Aut fundamentum talis reſpectus eſt aliquod abſolutum inuentum in pura ſubſtantia, aut abſolutum cum aliquo extrinſeco connotato, ſed neutrum poteſt poni; ergo.

Caietanus

E

Probatur minor quo ad priorem partem, nullũ ſcilicet abſolutum eſſe fundamentum talis reſpectus: Nam in ſubſtantia quatuor tantùm ſunt, i. ratio ſubſtantiæ, limitatio eius, virtus, & limitatio virtutis; at nullum horum poteſt eſſe fundamentũ dicti reſpectus; ergo. Probatur hæc minor primò quo ad rationem ſubſtantiæ, quia ſubſtantia, inquantùm ſubſtantia, non fundat hunc reſpectum: ergo. Probatur antecedens: Primò: Quia non omnis ſubſtantia poteſt illum fundare. Secũdò: Quia ponentes dictum reſpectum fatentur ſubſtantiam, non eſſe rationem eſſendi in loco definitiuè iuxta articulum Pariſienſem 218.

Quo ad limitationem autem ſubſtantiæ probatur; Quoniam æquiuocè dicitur limitatio de limitatione ad locum, & de limitatione eſſentiali, quæ eſt ad genus, ad ſpeciem, & ad ſingulare; Quoniã entis modi, & differentiæ eſſentiales contrahunt ens ad tale hoc ens, & non ad ens in loco, ſeu locabile, niſi cum contrahitur ens per quantùm quantitate molis; Qua probatione vtitur S. D. in primo ſent. diſt. 37. quæſt. 1. art. 1. Et eodem modo poteſt argumentum conſtrui de virtute Angeli, & eius limitatione; eo quod limitatio virtutis entitatiua eſt limitatio ad talem, vel tantùm effectum ex ea producibilem; non autem localis. Denique talis reſpectus fundamentum non eſſe ſubſtantiam cum alio aliquo extrinſeco connotato probatur: Tale extrinſecum non poteſt eſſe niſi negatio, aut relatio: At neutrum, eſt ergo: non eſſe relationem probatur: Quia neceſſe erit aſsignare illius fundamẽtum, & ſic eadem redibit quæſtio.

Negationem verò non eſſe probatur: Quia non poſſet eſſe, niſi indiſtantia à loco; ſed hęc non poteſt eſſe ratio, aut conditio fundandi dictum reſpectum; ergo. Antecedens probatur: Quoniã indiſtantia cõuenit ſubſtantiæ indiuiſibili etiam nuſquam exiſtenti. Huic argumento reſpondent Molina, Rada, & alij, & negant minorẽ. Ad eius probationem dicunt fundamentum talis reſpectus eſſe ſubſtantiam Angeli; quæ formaliter à tali reſpectu denominatur præſens; rationem verò fundandi eſſe applicationem ſubſtantiæ Angeli ad ſpatium, vel per motum localem, quo à ſe per imperium liberæ ſuæ voluntatis, vel ab alia virtute extrinſeca ab alio ſpatio in illud tranſfertur, vel per productionem, qua à Deo producitur potius in eo ſpatio, quàm in alio; & cum motus localis non ſit ad relationem, ad quam per ſe nullus eſt motus, ad verum vbi terminatur.

Molina, & Rada reſpondent.

Zumellus ſuſtinens, vt probabilem ſententiam hanc affirmat Angelum eſſe in loco per ſuam ſubſtantiam, & locum Angeli non eſſe corpus, cui eſſe intimè præſens, nec ſuperficiem circundantem tale corpus, ſed quendam modum ſe habendi ipſius ſubſtantiæ Angelicæ, qui intelligitur, & explicatur per ordinem ad ſpacium; Angelus enim quando operatur in corpus, potius continet corpus, inquantum illud ſubijcit actiuæ ſuæ virtuti, quæ ſe habet per modũ formæ eius non informantis propriè, ſed operantis. Vaſquez autem ait, fundamentum dictæ relationis præſentiæ in corpore, aut loco eſſe modum quẽdam abſolutum additum ſubſtantiæ

Zum reſp.

Vaſquez reſpondet.

ſtantiæ Angeli ex voluntate illius, tanquã ex principio efficienti; ratione cuius, cum vniatur corpori, præſens eſt illi; & eum proximè non oriatur hic modus ex ſubſtantia, maior, & minor eſſe poteſt; imò (inquit) ita Angelo conuenit, vt eo omninò carere poſſit; & hoc opinatur ſignificare voluiſſe D. Thom. cum ait Angelum eſſe in loco per applicationem virtutis; vt ſcilicet applicationis vocabulo intelligamus modum illum, quo coniungitur corpori; hæc enim (inquit) coniunctio præcedere debet, vt virtus eius operetur in corpore, & in loco.

Valentiæ reſponſio.

Denique Valentia reſpondet, fundamentum dictæ relationis eſſe ſubſtantiam Angeli cum negatione diſtantiæ, ideſt cum negatione loci, vel ſpacij medij inter ſubſtantiam Angeli, & hunc locũ. Ad rationem autem Caietani aduerſus hanc partem reſpondet, & negat antecedens; ad cuius probationem negat aſſumptum dicens, ſubſtantiam ligni hic exiſtentis detracta quantitate eſſe diſtãtem à corpore Romæ exiſtẽte: quod probat quibuſdam argumentis inferiùs adducendis, & ſoluendis.

Reſutatio

Sed his reſponſionibus vis non infringitur argumenti. Nam primò reſponſio Molinæ dicens, applicationem ſubſtantiæ Angeli ad ſpatium, quæ fit per motum localem, quo à ſe per imperium liberæ ſuæ voluntatis, vel ab &c. eſſe rationem fundandi reſpectum prædictũ, quo ad primam partem coincidit cum ſententia noſtra: Applicatio enim per motum, & per actum imperij eſt operatio tranſiens Angeli: quia operatur per imperium ſuæ voluntatis, vt alibi diximus cum D. Thoma. Vel ſi dicat Angelum agere in ſeipſum, vt ſeipſum moueat, indicula eſt, & ſine fundamento. Secunda verò pars ſcilicet alia virtute extrinſeca &c. merè voluntaria eſt: non enim docet, quomodo per extrinſecam ſuperioris Angeli virtutem poſſit inferior Angelus de loco ad locum trasferri, nec in locum agendo, nec ab eo patiendo, neque explicat, quid in Angelo ponat hæc applicatio. Tertia verò pars: vel per productionem, quã à Deo producitur &c. eandem patitur difficultatem: Nam productio terminatur ad eſſe rei ſubſtantiale, & naturale, quod ex ſe indifferens eſt ad omnem locum: oportet igitur ſpecialem aliquam rationem locandi ſubſtantiæ ſuperaddicam, & in ea exiſtẽtem aſſignare: per quã magis ſit in hoc, quàm in alio loco: Quæ, cum ex vi paſſiuæ creationis Angelo non conueniat, cum extra locũ omnem creari potuerit, ita vt eſſet nullibi, aliunde ſumenda eſt. Vltima verò pars inſinuans motum, quo ſe metipſum mouet Angelus, ad vbi terminari, vt per vbi ſtatuatur in loco, naturalem rerum ordinem peruertit: Nam priùs natura locus eſt, quàm vbi non igitur per vbi locatur Angelus: ſed magis per locum acquirit, vbi ſecũdùm eorum ſententiam, qui ſpirituali ſubſtantiæ in loco exiſtenti aſcribunt vbi, de quo in ſequenti quæſtione redibit ſermo.

Zumelli vero reſponſio, quamuis in principio nobis contraria videatur, in ſucceſſu tamẽ expreſsè nobis fauet, dum ait per modum illum Angelũ continere corpus, inquantùm illum ſubijcit actiuæ ſuæ virtuti. Quibus verbis rationem locandi in Angelo manifeſtè reducit ad eius operationem, aut ſaltem ad præſentiam ordinis: cum præſertim non explicet, vnde nam inſit Angelo modus ille, & quæ ſit eius cauſa. Quod autem ait modum illum eſſe locum Angeli ridiculum eſt; ſequeretur enim Angelum in ſeipſo tantùm, tanquam in loco eſſe, non autem in corpore, circa quod operatur; cuius oppoſitum affirmant nedum Scholaſtici Doctores, & Sancti Patres communiter, ſed etiam Sacræ litteræ narrãtes, Angelos in hoc, aut illo fuiſſe corporeo loco determinatè, non ſolùm in aſſumpto corpore, ſed etiam abſque vllo corpore; vt patet de Angelo deſcendente in piſcinam Ioannis 5. Ex hoc verò, quòd Angelus eſt in loco, vt continens locum, non ſequitur modum illum eſſe locum Angeli, ſed potius corporis; quod tamen non eſt verum; eo quod illa continentia non eſt localis, ſed actiua; qua ſignificatur plenum Angeli operantis dominium ſupra materiam, in quam operatur. Ioan. 5.

Vaſquezij reſp. confutatur.

Vaſquezij quoque reſponſio duo continet abſurda, & abſque fundamento dicta. Primum eſt modum illum abſolutum addi ſubſtantiæ Angeli ex eius voluntate; Nam, ſi voluntas Angeli modũ aliquem addit abſolutum eius ſubſtantiæ, neceſſe eſt, vt agat in ſubſtantiam propriam, illam immutando; nam, cum modus ille non ſit Angelicæ ſubſtantiæ naturalis, & inſit ex tempore per actũ voluntatis, neceſſe eſt, vt per eundem actum ſubſtantia ſe nunc habeat aliter, quàm prius, vt ex ea reſultet talis modus; alioquin, ſi eodem prorſus modo ſe habet, ſicut prius ei non inerat talis modus, neque nunc ineſſet; non enim ab extrinſeco poteſt apponi; certum eſt autem nec per propriam, nec per alterius creatam voluntatem poſſe cuiuſuis Angeli ſubſtantiam immutari. Secundum eſt, Diuum Thomam nomine applicationis ſignificare modum illum; Cuius dicti falſitas liquidò deprehenditur ex ſequentibus huius quæſtionis articulis, & ex locis ſupra notatis; vbi de hac eadem materia differit S. D. & loco applicationis ſæpe ponit nomen operationis, qua virtutis actum, non autem eſſentiæ modum ſignificari perſpicuum eſt; Quamuis enim, vt ante diximus, operationis vocabulum multiplex ſit, quælibet tamen eius ſignificatio ab omni ſubſtantiæ modo potentiæ, & eius actus præueniente quàm longiſſimè diſtat; non minus enim operatio differt à prædicto modo, quàm in rebus corporeis quantitas à ſubſtantia, & eius modo.

Præterea aduerſus modum hunc Vaſquezij ſic argumentor: Ante omnem modum per Angeli voluntatem eius ſubſtantiæ ſuperadditum neceſſe eſt in Angelo eſſe perfectionem aliquam, ſiue rationem formalem, per quam intelligatur priùs in actu primo, & habitualiter dominari loco, vt deinde per illud dominium actualiter exercitum cõſtituatur in loco: modus ille Vaſquezij non eſt ratio formalis, qua Angelus dominetur loco; ergo Maior probatur: Quia Angelus eſt in loco per modum continentiæ perfecti, & liberi; hæc verò cõtinen-

tinentia, cum ſit actiua præſupponit naturalé Angeli præſentiam ſupra locum, & independentiã eius à loco, & alias conditiones, quibus ſit verè ac proximè potens huic ſe loco applicare determinatè; hæ verò ſecundùm Diuum Thomam, Capreolum, & Caietanum illæ ſunt, quas ſupra diximus ad præſentiam ordinis pertinere. Minor verò probatur: Quia modus ille non conuenit Angelo, niſi per actum voluntatis; ergo, dominium de quo loquimur, prius natura ſaltem eſt eo, quàm modus ille; ideo namque poteſt Angelus hunc modum in ſeipſo producere, quia prius liberè poteſt huic, vel etiam, cui voluerit, loco ſeipſum applicare; hoc verò eſt propriè, ac formaliter loco dominari; igitur per hunc modum, vt rationem locandi formalem non conſtituitur Angelus in loco.

Valentiæ ſolutio reijcitur.

Tandem ſolutio Valentiæ dicentis, fundamentum dicti reſpectus eſſe ſubſtãtiam cum negatione diſtantiæ, corporeamque ſubſtantiam detracta quantitate ab alia diſtare quantitatem habente, ex imaginatiuæ debilitate procedit; quæ corporeis quantitate concluſis aſueta res à magnitudine ſeparatas apprehendit vt quantas, ac per conſequẽs vt locum, ſitum, diſtantiam, aut propinquitatem habentes; Cum enim rebus corporeis propria, & vnica ratio in loco exiſtenti præciſa operatione ſit quantitas, ea remota, ſequitur eas neceſſariò nullibi eſſe; quod ſi dicas ratione ſubſtantiæ locari; idem contra te militabit argumentum, quo ſpirituales ſubſtantias per ipſam rationem, aut modum ſubſtantiæ locari minimè poſſe probauimus.

Secunda ratio.

Secundò ſic arguo cum Durando: Si ſubſtantia eſt ratio Angelo exiſtendi in loco, ſequitur Angelum eſſe ſemper in loco ſibi æquali. Probatur ſequela: Quia ratio exiſtendi in loco eſt ſubſtantia perfectionis finitæ; perfectio verò ſubſtantialis Angeli non ſubiacet eius libertati; ſed eſt illi naturalis; ergo vbicunq; ſe collocet, neceſſe eſt, vt ſit per modum ſubſtantiæ: quemadmodum neceſſe eſt corpus hominis eſſe in loco ſuis dimenſionibus æquali.

Radæ reſponſio.

Reſpondet Rada, quòd, licèt perfectio ſubſtantialis Angeli abſolutè non ſubdatur eius libertati, quo ad vnionem tamen cum loco, quæ eſt veluti vſus, & exercitium quoddam ipſius, poteſt ei ſubdi: ſicut corpus Chriſti quantum ad vnionem cum ſpeciebus panis tantæ, aut tantæ quantitatis pendet à Sacerdote conſecrante, tanquam ab inſtrumento Dei: quamuis ſecundùm ſeipſum ab eo non dependeat. Ad exemplum autem humani corporis reſpondet non eſſe ſimile: quoniam quantitas perfectionis in Angelo habet duo, ratione quorum conuenit ipſi ita ſubdi libertati ipſius Angeli, primum eſt, quòd ex propria entitate, & modo, quo vnitur, non repugnat ipſi indifferenter vniri toti, & parti eius: alterum eſt illam vnionem eſſe terminum operationis liberæ ipſius Angeli (ſcilicet motus localis) quoniam Angelus medio motu locali applicat, & vnit ſeipſum efficienter alicui loco; At verò quantitati corporeæ deeſt primum ratione ſuæ extenſionis, ſecundum autem deeſt animæ rationali, & ideo non ſubditur eius libertati ſubſtantiæ propria quantùm ad vnionem corporis, quod informat: quoniam talis vnio non eſt terminus alicuius actionis liberæ ipſius animæ, ſed fit ab agente extrinſeco.

Sed reſpõſio hæc in multis deficit. Primò: quoniam æquiuocè dicitur quantitas de quantitate perfectionis ſubſtantialis, & de quantitate locabĩlis, vt ſic: & quantitas ſubſtantialis vt ſic, abſtrahit à locabili vt ſic, igitur eſſe locabile non conuenit ſubſtantiæ ratione perfectionis ſubſtantialis addito ſolo voluntatis actu veluti efficiente: ſed neceſſe eſt ineſſe ſubſtantię rationem aliquam talem ab ea diſtinctam: quæ ſit ei ratio locandi. Secundò, longè diuerſa eſt ratio de corpore Chriſti per Sacerdotis conſecrationem, vt per inſtrumentum Dei exiſtente in hoſtia maioris, aut minoris quantitatis; hic enim effectus eſt infinitę Dei virtutis principaliter operantis; locatio verò Angeli effectus eſt virtutis eius naturalis. Et præterea, cõſecratione totum, quod erat panis, fit corpus Chriſti: & ideo iuxta panis quãtitatem, vnio eſt etiam corporis Chriſti cum ſpeciebus: in vnione autem Angeli ad locum, nulla fit loci, aut Angeli mutatio ſubſtantialis. Tertiò: Modus, quo Angelus vnitur corpori ſecundùm Scotum eſt ipſa ratio ſubſtãtiæ, quæ ſecundùm ſe vnius, & inuariabilis eſt perfectionis; ergo eodem modo ſemper vnietur, nec per actum voluntatis poterit nunc vno, nunc alio modo vniri; quia voluntas Angeli non poteſt eius immutare ſubſtantiam. Quarto: Si per motum localem Angelus vnit ſe loco tanquam termino, neceſſe eſt prius eum in alio loco fuiſſe, vnde cœpit mouerì; nunc quæro de illo loco, an per motum fuerit acquiſitus ab Angelo, an alio modo: & tandem neceſſe erit deuenire ad vnum primum locum Angelo congruentem abſque motu: Dices per Dei creationem Angelum in eo loco fuiſſe conſtitutũ. At creatio Dei vt ſic, terminatur ad Angelum quod ad eius eſſe ſimpliciter, non autem quo ad eſſe in loco: igitur ſi à Deo conſtitutus eſt Angelus in primo loco per aliquam aliam actionem formaliter à creatione diſtinctam, neceſſe eſt fuiſſe conſtitutum: non apparet autem quomodo poſſit Angelus actione etiam diuina in loco conſtitui, niſi prodùc & prius in Angelo aliqua ratione locandi abſq; ſubſtantia diſtincta: cum hæc, vt oſtendimus, non ſufficiat. Poſtremò dicere Angelum per motũ conſtituere ſeipſum in loco, eſt approbare manifeſtè ſententiam Angelici noſtri Doctoris affirmantis, Angelum per operationem in loco conſtitui. Nam motus Angeli non eſt eius operatio immanẽs, ſed tranſiens, ſucceſſiue attingẽs diuerſa loca: igitur ſi per motum Angelus conſtituitur in loco, vel in termino motus, ſequitur Angelum in loco eſſe, quã operatur in loco, vt in vltimo termino, ſiue quia ſua operatio locum hunc attingit, vt locorum omnium vltimum: ergo ceſſante operatione, quæ erat ratio attingendi locum hunc, ceſſat Angelus in eo eſſe: ſicut ceſſante motu, (qui eſt operatio) ſucceſſiue in priori, & poſteriori loco, & alijs præcedentibus locis deſijt Angelus in eis eſſe. Barnes eandem cõcluſionem, ſiue ſententiam, optimo probat argu-

Digitized by Google

argumento: quod apud eum vide, si placet.

Albertini sententia reijcitur.

Ex dictis sufficienter excluditur etiam modus dicendi Albertini in dicto corollario, dicentis Angelum in loco constitui per potentiam transcendẽtalem, & intrinsecam in Angelo operandi transeũter, vt dicit ordinem ad operationem transeuntẽ simultaneam; quam scilicet potest Angelus eodẽ tempore exercere in corpus, ita vt tota ratio completa, & adæquata, constituendi Angelum in loco sit illa potentia comparando illam operationem simultaneam; non quæ actu exerceatur, sed quæ possit exerceri ab Angelo, etiam si nunquam exerceatur, concurrere q; simul applicationem propriæ voluntatis Angeli, tanquam conditionem operandi circa hoc vel illud corpus; quæ applicatio non est voluntas efficax operandi, sed solùm, vt se constituat in tali loco, in quo possit operari, si velit. Hæc enim sententia non differt in substantia ab opinione Scoti, superius explicata, & eisdem patitur angustias, ac eisdem reijcitur argumentis: & præterea semetipsam destruit manifestè, dum vltimo affirmat, Angelum per voluntatem efficacem operandi in loco constitui, vt in eo possit operari; Prius igitur est Angelum in loco constitui per actum voluntatis, quàm posse ibidem operari, & cũ voluntas operandi dicat electionem, præsupposito iudicio practico, & expeditione potentiæ, sequitur Angelum in loco constitui per præsentiam ordinis saltem incompletè; atque ita nobiscum authorem hunc facit præsentiam ordinis, quàm impugnat.

Conclusiones deductæ, & probatæ.

PRima conclusio: Angelus non est in loco circũscriptiuè propriè loquendo, sed definitiuè. Hæc probatur in textu.

Secunda conclusio: Angelus non est in loco per suam substantiam, aut existentiam, vt rationem locandi. Hæc est contra Scotum.

Contra Scotum.

Tertia conclusio: Angelus nõ est in loco per modum alicuius absoluti additi substantiæ Angeli ex eius voluntate, vt principio efficienti. Hæc est contra Vasquezium.

Quarta conclusio: Angelus non est in loco per potentiam transcendentalem intrinsecam in Angelo operandi transeuntem, vt dicit ordinem ad operationem transeuntem, simultaneam, quam potest Angelus exercere in corpore accedente, tanq; conditione applicatione voluntatis, qua se constituat in tali loco, in quo possit operari, si velit. Hæc est contra Albertinum.

Contra Albertinũ.

Quinta conclusio: Angelus est in loco per operationem transeuntem. Hæc est contra prænominatos omnes authores.

Sexta conclusio: Nomine operationis transeuntis non intelligitur tãtum operatio cum continua exteriori actione, vt mouere; sed etiam operatio nonnunquam intercisa, vt præsidere, custodire, &c. immo etiam solus ordo ex conditionibus superius explicatis consurgens; quibus diximus præsentiã ordinis constitui. Hæc est contra Ferrariensem, & alios Doctores prædictos.

Contra Ferrarien.

Argumenta, & solutiones.

A

COntra primam conclusionem militant argumenta, quæ profert, & soluit Zumellus in sua quarta quæst. in primo eius capite.

Zumellus.

Contra secundam conclusionem arguimentatur Rada pro Scoto. Primò; Angelus sua virtute, aut diuina potest moueri localiter per vacuum; sed circa vacuum non potest Angelus exercere operationem transeuntem; ergo in illo casu fiet Angelus præsens alicui loco secundùm suam substantiam absque alia intermedia operatione transeunte. Prima propositio probatur; Quia probabile est

Rada.

B

corpus posse moueri localiter per vacuum; ergo et Angelum. Consequentia verò patet, quia motus localis non fit absque acquisitione loci.

Respondetur falsam esse primam propositionẽ. Ad probationem negatur assumptum absolutè loquendo: Quoniam omnis motus est ab aliquo termino in aliquem terminum; in vacuo autem nullus est terminus, neque medium per se loquendo: quare non posset à Deo, vel ab Angelo moueri mõdus per spatium illud infinitum: in quo secundùm aliquos est creatus; quamuis creatis duobus corporibus in vacuo illo infinito posset vnum alteri propinquare: quo dato casu, nullum eorum esset in

C

loco secundùm se totum, sed tantùm per partes; ac proinde nec esset ibi motus localis, verè, ac propriè dictus; cum nulla sit intermedia magnitudo realis, aut reale spatium, sed imaginarium tantũ. Deinde negatur consequentia; quoniam, vt diximus, potest corpus esse in loco per partes, & non tantùm per extrinsecam suam quãtitatem ab extrinseca corporis quantitate contentam, Angelus verò sola operatione, cui proportionatur externa corporis quantitas, in loco est, & quia vacuum, cũ sit nihil, non est capax operationis Angelicæ, ideo non potest Angelus habere locum, aut motum in vacuo.

D

Secundò: Angelus sua substantia vnitur immediatè cuicunque loco determinatè; ergo propria substantia Angeli est Angelo ratio formalis existendi in loco determinato. Antecedens probatur: Quia ipsa substantia Angeli est res, quæ vnitur, & est præsens loco; sed non vnitur loco media aliqua potentia, neque media operatione; ergo vnitur immediatè per seipsam. Probatur minor: Quia nulla est ratio vrgens ad dicendum substantiam Angeli vniri loco mediante aliqua potentia potius quã seipsa immediatè; cum quæcunque potentia Angeli sit tam immaterialis, & tam independens à loco, quàm eius substantia. Quod verò non vniatur

E

media operatione, patet, quia operatio transiens neque est idem cum substantia Angeli, neque recipitur in ea, sed in passo; neque habet vllam connexionẽ cũ ea, nisi tanquam cũ causa efficiente: ergo ab ipsa non potest determinari formaliter, aut tãquam à ratione formali ad vnionem cum loco.

Respondetur, falsum esse antecedens. Ad probationem autem in

contrarium, negatur illatio; nam hoc ipso, quod operatio in passo recepta est ab Angelo, vt ab agẽte immediatè, idest non medio alio supposito, est ratio determinandi Angelum ad hunc locum, in quo recipitur eius operatio.

Tertiò: Immediatio Angeli ad passum, circa qd immediatè operatur, est prior quacunque operatione eius circa ipsum; ergo non est in loco per operationem, sed per suam substantiam, per quam est immediatè vnitus passo. Patet consequentia: Quia agens immediatum prius intelligitur, vt agens immediatum, quàm operetur; ergo illa immediatio prior est actione agentis circa passum.

Bannes Huic argumento respondet Bannes, operationem Angeli immediatam dupliciter intelligi posse; Vno modo, quia præintelligitur Angelus immediatè assistere loco, antequam operetur, vel applicet virtutem operandi, & hoc est falsum: Alio modo dicitur immediata operatio immediatione causalitatis; quatenus scilicet operatur Angelus nulla alia mediante causa: & hoc modo dicimus operationem Angeli esse immediatam. Ad argumẽtum autem negatur consequentia, sed magis oppositũ sequitur: eo quod operatio sic immediata est ratio formalis, per quam Angelus est in loco. Secun-

Caietanus dò respondetur cum Caietano, immediationem Angeli ad passum secundùm præsentiam ordinis esse priorem operatione, non autem immediationem purè substantialem; prius enim natura præsens est Angelus loco, siue passo præsẽtia ordinis; quàm præsentia operationis: quia præsentia ordinis est appropinquatio eius ad passum; vnde ad argumẽntum negatur consequentia.

Rada rep. Sed instat Rada: Quia aut per immediationem ordinis intelligitur immediatio situs, & loci, aut solùm proportio agentis ad passum, hoc est, quod passum subdatur actiuitati agentis. Nõ primum: Nam, si id conceditur; ergo prius est Angelus in loco, quàm operetur, & per consequens non est in loco per operationem. Neque secundum: Quia multa suos agentia, quorum actiuitati subditur passum, & tamen quamuis agant in ipsum, non fiunt ei immediata secundùm suam substantiam ratione actionis, aut cuiusuis alterius rei. Confirmatur: Quia virtus actiua, & totum id, quod requiritur ex parte ipsius ad agendum, præsupponitur actioni, & non est secundùm illam actionem effectus talis actionis; sed immediatio ad locum in ordine ad passum est conditio requisita ex parte Angeli, vt agat tanquam agens immediatum; ergo præsupponitur huiusmodi immediatio ad actionem; & ex consequenti non est eius effectus, neque conuenit Angelo ratione ipsius. Probatur minor: Quia, sicut ad actionem absolutè sumptã requiritur debita approximatio agentis ad passum per ordinẽ ad spatiũ, ita ad actionem immediatam requiritur immediata vnio, quæ est ipsa approximatio.

Respõdetur nomine immediationis ordinis intelligi negationem distantiæ situalis cum practica cognitione talis operis in hoc corpus, vt exercẽdi ab Angelo, & cum expeditione potentiæ executiuæ ad operandum absq; medio supposito, & ele-

A actione dictæ præparationis ad opus in hoc corpus exercendum; per hæc enim simul concurrentia, & non per solam proportionem ad passum, quod ei subdatur actiuitati, dicitur Angelus esse agens immediatum passo prius natura, quàm operetur. Ad confirmationem dico, immediationem prædictã non esse effectum actionis, sed esse natura priorẽ operatione, & ex tali immediatione dici etiã operationem immediatam. Nec attenditur dicta immediatio, nisi per ordinem ad corpus, in quod operatur Angelus; sicut etiam immediatio agentis corporei intelligitur per ordinem ad corpus, quod ab eo contingitur nullo medio corpore; nõ autem

B per ordinem ad spatium imaginarium, quod intelligitur repleri corpore, vt arbitratur Rada.

Sed contra respõsionem hanc militat aliud argumentum Radæ; sic enim arguit: In corporibus necessaria est approximatio per ordinem ad spatium; eo quod virtus actiua ipsorum est limitata, & finita; & ideò habent sphæram suæ actiuitatis limitatam, & finitam ex parte spatij: sed similiter virtus actiua Angeli est limitata, & finita; ergo habet sphæram suæ actiuitatis limitatã ex parte spatij: & ex consequenti etiam Angelus eget approximatione locali, vt possit agere in aliquod passum.

Respondetur falsam esse maiorem, loquendo de

C causa propria, & præcisa; hæc enim non est limitatio simpliciter, sed talis, f quantitatiua: quod autẽ in corporeis facit situs, id in spiritualibus efficit ordo; quo fit, vt Angelus, siue nullibi existat, siue sit in aliquo loco, prius natura per præsentiam ordinis sit in hac aula, quàm operetur: necesse est n. eum prius natura, saltem prædictas habere conditiones, quàm operetur; hoc ipso enim, quod priorem locum relinquit, vt ad aliud se transferat, habet eius respectu distantiæ negationem. Nec aduersus hanc respõsionem militant alia quædam eiusdẽ authoris argumenta, quæ tamùm probant per indistantiam negatiuam non esse sufficienter agens

D approximatum passo; quod gratis admittimus.

Zumellus in sua quæst. 3. ad hunc articulum §. **Zumellus** *Oppositam sententiam* probat multis argumẽtis secundùm mentem D. Thomæ agens, & patiens in spiritualibus debere esse simul simultate substantiæ; Eius tamen argumenta non probant simultatem hanc substantiæ esse priorẽ operatione actuali substantiæ spiritualis, sic enim Angelus per præsentiam ordinis indistans, immediatus, præsens, & approximatus passo; per operationem autem actualem fit non solùm præsens, sed etiam substantialiter simul: quia per actualem operationem, vt rationem locandi constituitur in se, vel etiam in-

E tra rẽ, circa quã, vel in quã operatur, & fit in ea existens cõplete tanquã in loco; cum antequã operaretur, non esset indistans nisi negatiuè, & præsens secundùm præsentiam ordinis superius explicatam.

Nec aliud concludunt argumenta Vasquezij **Vasquez** disp. 189. cap. 2.

Contra eandem conclusionem militant ea omnia argumenta, quæ referunt, & soluunt Capreo- **Capreol. Caiet. Bannes. Zumell.** lus, Caietanus, Bannes, Zumellus, & alij.

Con-

Contra eandem produci possunt ea omnia argumenta, quibus impugnatur quinta conclusio.

Malonius. Aduersus eandem conclusionem argumentatur Malonius primo: De fide est, dum homo viuit, etiamsi nihil operetur, tamē animam rationalem esse in illius corpore; ergo.

Respondetur, nullam esse consequētiā; quia anima est pars cōpositi corporei, & locus debetur toti essentiali, nō autē parti, quæ sit materia, vel forma; vnde anima in corpore quidem est vt forma in materia, non autem vt locatum in loco.

Secundò: Christus dominus verè est in Sacramento Eucharistiæ substantialiter, & realiter, licèt non operetur; ergo.

Respondetur, nullam esse consequentiam; Non est enim hic modus essendi vt in loco, sed sacramētalis, & ineffabilis longè diuersus ab eo, quo substantia spiritualis, aut corporea dicitur esse in aliquo tanquam in loco.

Alia eiusdem argumenta producentur infra cōtra quintam conclusionem.

Vasquez. Contra tertiam conclusionem nulla pro sua sententia Vasquez adducit argumenta; sed reiectis aliorum opinionib. sola sua existimat satisfecisse propositioni & explicatione sententiæ.

Albertin. Contra quartam conclusionem argumentatur Albertinus: Quia D. Thom. quolib. primo, art. 4. vbi dicit Angelum esse in loco per contactum virtutis, explicat contactum virtutis esse ipsam potē tiam, tanquam rationem formalem, & ipsam operationem in obliquo, tāquam effectum necessariò connotatum, sic enim ait: *Si quis velit virtutis contactum operationem vocare, dicat, quòd Angelus est in loco per operationem.*

Respondetur, malè allegari verba D. Tho. quæ, si referātur integra, perspicuè sonant oppositum. Eius igitur verba sunt: *Si quis autem velit virtutis contactum operationem vocare, propterea hoc, quòd operari est proprius effectus virtutis dicatur, quòd Angelus est in loco per operationem, ita tamen, quòd per operationem non intelligatur sola motio, sed quæcunq; applicatio, qua sua virtute corpori se vnit præsidendo, vel continendo, vel quocunque alio modo.* Vbi manifestè docet S. Doct. non potentiam, sed effectum potentiæ, qui est operatio etiam latè sumpta, esse rationem locandi Angelum; id enim significant illa verba: *Propter hoc, quòd operari, est proprius effectus virtutis.*

Contra quintam conclusionem sunt argumenta, quæ referunt, & soluunt Capreolus, Caietanus, Ferrariensis, Bannes, Zumellus, & alij; ex quibus nonnulla producemus, vt satisfiat obiectionib. recentiorum, quibus dictorum Thomistarum respōsiones impugnant.

Capreolus. Caieta. Ferrarien. Bannes. Zumellus. Scotus. S. Thom. Capreol.

Arguit igitur Scotus. Primò: Quia sequeretur, Angelum aliquando, immò frequenter nusquam esse. Probatur sequela. Quia nihil operatur in cœlo Empyreo, cum illud non sit variabile, neq; mobile; igitur nusquam Angelus est in cœlo Empyreo, vbi autem est vt plurimum; ergo.

Respondet huic argumento S. D. quolib. primo, art. 4. ad quartum, dicens absurdum non esse Angelum esse posse sine loco, siue nusquam esse, quan-

A do nullam habet operationem circa locum; sicut nullum est inconueniens, vt sine colore esse dicatur; Addit autem Capreolus responsionem hanc esse intelligendam de esse in loco actu, sed tamen Angelum semper esse in loco in potentia proxima; eius oppositum affirmarunt aliquando quidam Philosophi dicentes Angelum nusquam esse nam actu, quàm potentia, contra quos statuerunt Parisienses quosdam articulos, de quo autem alias loco dicemus inferius.

Sed contra responsionem hanc inducitur Rada in primo articulo dictæ sextæ controuersiæ. Primo Angelus suppositum existentiæ suæ naturæ debet ex

B propria natura necessariò existere, aut intra mundum, aut extra; sed quocunque modo existat necesse est eum esse præsentem alicui loco veræ vel imaginario; ergo Angelus ex propria natura habet vt semper sit præsens alicui loco suppositæ propriæ eius existentiæ. Minor probatur. Quando Angelus sit intra mundum, necesse est, vt sit præsens alicui corpori, aut parti ipsius mundi; si verò sit extra mundum, oportet eum esse præsentem spatio imaginario.

Respondetur Angelum existere intra vel extra tantum dupliciter intelligi posse. Vno modo, prout dictiones illæ intra & extra dicunt differentias loci, vel situs, & sic falsa est maior. Alio modo

C vt dicunt rationem partis integrantis, aut integratæ integratem totius, & sic maior, & consequentia admissa, maior negatur minor.

Ad eius probationem negatur illud assumptum, si Angelus sit intra mundum, quòd vtique vnius parti necessariò sit præsens alicui corpori, vel parti ipsius mundi. Pars enim vt pars vnius totius formaliter dicit talem eius gradum, vel modum, non autem talem rationem, ad quam sumitur præcisiuè cum sit pars in corpore.

Secundo sic instatur. Angelus habet ex propria natura virtutem actiuam limitatam ad certam partem spatij; ergo postulat ex propria natura vt sit

D tali spatio; ergo ex propria natura vt sit per eius virtutem, & ex consequente propria substantia, cum exhibeat actu præsens alicui spatio vel imaginario determinato.

Probatur consequentia. Quia non potest designari in spatio certa spharica virtuti actiuæ Angelicæ nisi supposito quod talis virtus sit in aliqua parte spatij; alioquin non magis distabit ab vno termino, quàm ab alio, ac proinde nulla erit ratio, cur potius extendi possit ad vnum terminum, quàm ad alium.

Respondetur certā partē spatij dupliciter sumi posse, vno modo signate, & sic falsum est antecē

B dens: nullius enim Angeli virtus ita est determinata ad hanc certam partem spatij, puta ad hanc aulam, vt non possit alteri simili loco se applicare.

Alio modo sumi potest certa pars spatij vagè sumpta in actu signato, vt idem sit quod certa mensura spatij, puta vnius miliaris, cuiuscunque rei applicetur hæc mensura, & sic potest antecedens, sed falsa est consequentia. Ad eius probationem negatur assumptum; nā & si Angelus nulli parti sit actu applicatus, determinata ratio est ei secundum quā-

Tertia.

1. Rada in sententia.

Secunda.

Tertia.

citatem virtutis quantitas magis coadiuuans ſimo cui poſsit applicari; & quia Angelus nullibi exiſtens indibans eſt negatiue à qualibet parte corporea, ideo poteſt ſe, aut volueris, applicare.

Tertia. Tertio ſic inſtat: Quælibet natura immaterialis ſicuti ex propria natura habet, vt coexiſtat alicui tempori vero, vel imaginario, ita etiam habet vt vniatur & ſit præſens loco, aut ſpatio: ergo, ſicut impoſsibile eſt actu habere durationem, quin ſecundum eam coexiſtat alicui tempori vero, vel imaginario, ita etiam eſt impoſsibile actu habere ſuam ſubſtantiam, quin ſecundum eam vniatur, & ſit præſens alicui loco vero, vel imaginario. Confirmatur: Quia non magis abſtrahit ſubſtantia ſimplex à loco, quam à tempore.

Reſpondetur, longè diuerſam eſſe rationem de coexiſtentia propriæ durationis Angelicæ, ſufficiens, ad corpus, & de vnione ad locum. Nam coexiſtentia Angeli ſecundum ſuum ad tempus ſequitur naturaliter, & neceſſariò ex naturali ſubordinatione menſurarum durationis; quarum vna excedit, & quodammodo continet alteram. At vnio Angeli ad locum non ſequitur naturaliter, & neceſſario ex aliqua ſimilitudine, aut habitudine Angeli, & loci, aliàquin omnis Angelus, plures, vel abſque naturaliter vni tantùm loco eſſet vnitus; vel, ſi non eſt maior ratio de vno quàm de alio, omnibus ſimul actu locis vniretur; quod repugnat eius limitationi. Quod igitur hoc loco, magis quàm illi applicetur Angelus, ex eius libera voluntate proceditque ipſa quod ipſa ſit libera, eſt, ad nullum enim determinatur, aut agit locum eſt determinata: ſed poteſt nulli vere vnitus loco, & ſic nullibi eſſe. Ad confirmationem dico, ſubſtantiam ſimplicem immaterialem in actu exercito magis abſtrahere à loco, ideò, quia minorem habet connexionem cum loco, quam cum tempore, ob dictam rationem; quamuis quidditatiue ſumpta æquè abſtrahat à tempore, ſicut à loco.

Secundò dico rectè conſtitui poſſe ſimilitudinem inter Angelum habentem durationem, & eundem ſubeuntem operationem; ita vt, quemadmodum Angelus habens durationem ſecundum tam coexiſtit alicui tempori, ſic habens operationem in corpus ſit præſens corpori.

Molina. Contra eandem reſponſionem argumentatur Molina membro 4. Primò: Non ſatis capit intellectus Angelum eo ipſo, quòd eminenter ſubtrahit applicationem ſuæ virtutis ad locum, exiſtere quidem in rerum natura, & tamen nullibi exiſtere; nempe quia eo ipſo, quòd diuina virtute denudetur quantitate, exiſtere in rerum natura, & nullibi exiſtere, efficaciæ negatiuæ indistantem ab omni loco. Sed credimus (inquit) illud implicare contradictionem. Deinde probat ſubſtantiam aquæ, quæ erat in vaſe, manere in eodem ſpatio: Licèt Deus ſeparet ab ea quantitatem; quoniam, ſi Deus reliquat illam ſuæ naturæ, continuò à forma ſubſtantiali illius reſultabit noua quantitas in materiam, non ſecus, atque in inſtanti generationis aquæ à forma ſubſtantiali reſultat quantitas; ſed quantitas illa non reſultabit in alio loco, quàm in vaſe.

Sit minus, dicant aduerſarij, vbinam reſultabit, reddantque rationem, quare potius in eo loco quàm in alio; quod ſane nunquam præſtabant: Cum ergo non ſit alia ratio, quare quantitas illa reſultet in vaſe, niſi quia ſubſtantia ibi manſit, & quantitas redundat in ſubſtantiam in loco, in quo eſt ipſa ſubſtantia, ſic, vt ſubſtantia manet in vaſe; eodem argumento vtitur Rada.

Reſpondetur: Angelum ſubtracta virtutis applicatione, & aquam quantitate denudatam poſſe nos intelligere nullibi eſſe, ſi rerum naturas, & ordinem eorum naturalem attendamus: Spiritualis enim ſubſtantia ſui ordinis in vniuerſo ſuprema dignitate corporeas omnes ſubſtantias antecellit, eaſque penitùs ab eis independens; ac proindè nulli earum indiget vnirі neceſſariò, vt exiſtat veluti pars in vniuerſo; Subſtantia verò corporea, cum præciſa operatione, non niſi per quantitatem, vt propriam cauſam, rationemque locandi ſit in loco, conſequens ſit, vt ablata quantitate loco careat, ac nullibi ſit; hæc verò non percipere eſt imaginationem non poſſe tranſcendere, vt ait Albertus in ſuo com. ad lib. Dionyſ. de cœleſt. hierar. cap. 2. Ad argumentum verò dico, ex aqua ſubſtantia ſimplici dimiſſa tunc reſultare quantitatem in vaſe, ſiquidem per reſultare eo quantitatem in aqua iterum erit in vaſe, & non abbit: nec vt ibi reſultet, requiritur præſentia ſubſtantialis, ſed ſufficit antiqua præſentia aquæ, quæ erat per quantitatem, cum negatione diſtantiæ ab eo, & ab omni alio loco, vt ab authore naturæ ob dictam cauſam determinetur magis ad tale locum, quàm ad aliud, ne fruſtrà malè placeret mirabile; hoc enim conſonat magis ordini rerum.

Secundò: Si per impoſsibile Angelus eſſet agens naturale, & non liberum, ita videlicet, vt ab eo emanaret actio ex neceſsitate naturæ, vel ageret in omnem locum immediatè, atque ita eſſet vbique, vel in nullum locum ageret; verumque verò abſurdum eſt. Probatur ſequela: Quia ab omni loco eſſet æque negatiuè indistans, nec maior eſt ratio, quare in vnum locum agat, quàm in alium.

Reſpondetur primò, ſi tale agens neceſsariò ageret, eſſet ſemper in eodem loco per actionis connaturalis modum, ad quem primò determinaretur ab authore naturæ; ſicut etiam aqua per actionem infrigidandi prius agebat in vas, & ideo erat ibi duplicitèr, ratione quantitatis, & ratione actionis immediatæ remotæ quantitate eſſet ibi vt agens immediatum. Si verò ponamus, actionem etiam ſuſpendi, & deindè ſuæ naturæ relinqui, idem omnino dicendum eſt, quod de quantitate reſultante diximus ad præcedens argumentum; remaneret enim quidam ordo agentis ad paſſum, in quod prius agebat; ita, vt quem ordinem diceretur aqua illi eſſe præſens quaſi inchoatiuè, ratione cuiuscumque ordinis, & præſentiæ naturaliter ageret magis in hoc, quàm in alio; atque ideo magis eſſet hic, quàm in tribu

Tertiò mirabile eſt Angelum ſubtrahentem ab hoc loco ſuam actionem, & influxum, ac per hoc manſuetè inducentem negatiuè à loco diſtante ab hoc per viginti mille leucas, & huic etiam in-

Digitized by Google

coniunctum posse immediatè in eo agere in eo instanti, in quo primò subtrahit suum influxum ab hoc alio loco. Confirmatur: Quia secundum authores huius sententiæ perinde Angelus est indistans negatiuè ab omni loco, ac esset indistans negatiuè, si non existeret in rerum natura. Nam quo ad distantiam negatiuè non differunt; sed differunt solùm, quia Angelus existens habet potentiam ad agendum existentem, Angelus verò non existens minimè; mirum est autem indistantiam negatiuè ab omni loco, qualis esset, si Angelus nõ existeret, esse illi sufficientem conditionem, vt agere posit immediatè in quocunque loco voluerit.

Respondetur non esse mirabile, Angelum à loco independentem, & à loci legibus absolutum, cui distantia ad locum non potest conuenire; nisi per accidens, scilicet ratione corporis, in quod operatur, semota operatione remanere indistantè ab omni loco; ac proinde posse pro libito suæ voluntatis, in quod voluerit corpus, operari, & ibi esse. Ad confirmationem dico, multum differre negatiuam indistantiam in Angelo existente positam, ab eadem in nullo Angelo positam, sed solamente conceptam. Secundò dico, nos non asserere solam indistantiam negatiuam esse Angelo cõditionem sufficientem ad agendum, vbicunq; voluerit: sed accedentibus reliquis conditionibus superius explicatis ex parte intellectus, voluntatis, & potentiæ Angeli.

Deinde contra conclusionem sic argumentatur cum Scoto: Primò: Actio transiens non est in Angelo, sed in loco, tanquam in subiecto: ergò Angelus non est in loco per actionem corpoream, & transeuntem; ita vt substantia Angeli in seipsa efficiatur magis coniuncta, præsens, & assistens loco, quàm ante esset.

Confirmatur: Nam, cum dicunt sectatores D. Thom. substantiam Angeli esse tunc in loco nouo modo, sicut mouens in moto, & operans in operato: Vel nomine illius existentiæ intelligunt existentiam agentis in passo, non quidem secundum se, sed secundum suum effectum; aut nomine talis existentiæ intelligunt coniunctionem substantiæ Angeli cum loco, quæ antecedit actionem, & ad eam tanquam conditio sine qua non, prærequiritur. Si primum, tunc substantia Angeli non esset simpliciter in loco, sed sola actio, & effectus illius inesset loco tanquam subiecto, substantia verò Angeli secundum quid, & cum addito valdè diminuente dicetur esse in loco; sicut Sol dicitur esse in effectu à se producto. Si secundum; tunc falsum est, Angelum esse in loco per actionem: nam per aliquid prius transferretur, & applicaretur substantia Angeli ad locum, vt postea sequeretur actio.

Capr. Respondetur cum Capreolo ad quartam Scoti, & ad primum Durandi, falsam esse consequentiam: quoniam Angelus non est in loco per modũ locati, & situati per se, sed per accidens tantùm; est igitur Angelus in loco per operationem transeuntem, quæ est motus, qui est perfectio mobilis, sed dicit relationem originis à mouente immediato immediatione suppositi; Angelum enim operari in loco immediatè est illum esse simul cũ loco, & esse in loco.

Ad confirmationem dico nomine existentiæ Angeli in loco intelligi coniunctionem Angeli id est substantiæ Angeli cum loco, non ita tamen, vt substãtia, quatenus operationẽ præcedit, sit ratio vnionis, sed operatio modo superius explicato.

Sed responsionem hanc impugnat Molina, & post eum Rada argumento Durandi; Quantitas separata à substantia corporea non potest illi esse ratio existendi in loco; ergo neq; actio Angeli trãsiens, quæ non est in ipso, sed in alio tanquam in subiecto, potest esse illi ratio existendi in loco. Replica Molinæ. Radæ.

Respondetur cum Capreolo, nullam esse consequentiam: eo quòd esse in loco dicitur æquiuocè de corpore, & Angelo; corpus enim in loco est circumscriptiuè, & commensuratiuè: nihil autem potest loco circumscribi, & cõmensurari, nisi habeat dimensiones sibi formaliter inhærentes; Angelus autem est in loco definitiuè, vt agens immediatum, vt ante diximus.

Quæ verò huic responsioni obijcit Rada, solutionem habent ex dictis euidentem.

Secundò sic argumentatur cum Scoto contra eandem conclusionem: Angelus est in cœlo Empyreo, & tamen in eo nihil operatur, aut imprimit. Hoc etiam argumento vtitur Vasquez, & Rada. Quomodo Angelus sit in cœlo Empyreo. Vasquez.

Huic argumento multæ solent adhiberi solutiones: Prima est Capreoli dicentis, Angelos esse in loco Empyreo, vt in loco per ipsos exornato; quam solutionem impugnat Caietanus, Ferrariensis, Bannes, Zumellus, Rada, & alij. Capreolus Caietanus Ferrar. Zumellus Rada Ripa.

Secunda est Caietani; qui ait locutionem esse metaphoricam affirmare Angelos esse in Cœlo Empyreo, quia sunt in gloria, ad quam sanctificatum est cœlum Empyreum; hanc etiam communiter reijciunt expositores, & authores prædicti.

Tertia solutio est eiusdem Caietani, quam sequuntur Ferrariensis, & Ripa, Angelos nimirum in cœlo Empyreo operari, sed illius operationis qualitatem nos latere.

Sed responsionem hanc impugnant recentiores, & primo Zumelius: Quia Angeli in cœlo Empyreo non operantur motum localem, cum cœlũ Empyreum sit omnino quietum; nec formam aliquam substantialem, cum sit incorruptibile; nec formam accidentalem, nisi fortè lucem, aut splendorem virtute diuina; quod tamen non est credibile; cum posset Deus facere cœlum illud natura sua fulgidum, & splendidissimum, si tale esse oportebat. Eandem sic impugnat Malonius: Indignum videtur Theologo fingere operationes in Angelis, quas nequeat explicare; vnde & Philosophi admittentes influentias, hoc solo argumento refelluntur, quod ad ignota gratis recurrant. Quod si dicas, disparem esse rationem de Theologo, & Philosopho; eo quod plurima sint in Theologia, quæ non potest explicare Theologus, cum tamen ea debeat affirmare, respondet id locum habere in ijs, quæ fidei sunt, non autem in ijs, quæ absq; vlla authoritate pronunciantur; qualis est operatio Angelorum, & animarum in cœlo Empyreo. Rada Malonius. Rada

ciratem virtutis quantitas maximè diffinitiſſimæ cui poſsit applicari: & quia Angelus nullibi exiſtens indiuiſus eſt negatiuè à qualibet parte corporea; ideo poteſt ſecundum voluerit applicari.

Tertio. Tertiò ſic inſtat: Quælibet natura immaterialis ſuſcipit ex propria natura habere vt coexiſtat alicui tempori vero, vel imaginario, ita etiam habere vt vniatur & ſit præſens loco, aut ſpatio; ergo ſi quis poſſibile eſt actu habere durationem, quin ſecundum eam coexiſtat alicui tempori vero, vel imaginario, ita etiam eſt poſsibile actu habere ſuam ſubſtantiam, quin ſecundum eam vniatur, & ſit præſens alicui loco vero, vel imaginario. Conſirmatur: Quia non magis abſtrahit ſubſtantia ſpiritualis à loco, quàm à tempore.

Reſpondetur, longè diuerſam eſſe rationem de coexiſtentia propriæ durationis Angelicæ, ſeilicet eius, ad tempus, & de vnione ad locum. Nam coexiſtentia Angeli ſecundum ſuum ad tempus ſequitur naturaliter, & neceſſariò ex naturali ſubordinatione menſurarum durationis; quarum vna excedit, & quodammodo continet alteram. At vnio Angeli ad locum non ſequitur naturaliter, & neceſſario ex aliqua ſimili cauſa. Naturaliter Angelus, & locatus, aliquis ignis Angelus, puta Gabriel naturaliter vni certum locum eſt vnitus, vel ſimul eſt materialis ratio de vno, quia mille alios omnibus ſimul actu locis vniretur; quod repugnat eius limitationi. Quod igitur huic loco magis quàm illi applicetur Angelus, ex eius libera voluntate procedit, quæ ſua ipſius quòd libera eſt, ad nullum rerum determinatur, aut ex loci determinata: ſed poteſt quilibet vero loco, & ſic nullibi eſſe. Ad confirmationem dico, ſubſtantiam ſimplicem immaterialem in actu exercito magis abſtrahere à loco, ideſt minorem habere connexionem cum loco, quàm cum tempore, ob dictam cauſam; quamuis quidditatiuæ ſimplicitatis æquè abſtrahat à tempore, ſicut à loco.

Secundo dico rectè conſtitui poſſe ſimilitudinem inter Angelum habentem durationem, & eumdem habentem operationem; ita vt, quemadmodum Angelus habens durationem ſecundum eam coexiſtit alicui tempori, ſic habens operationem in corpus ſit præſens corpori.

Contra eandem reſponſionem argumentatur Molina membro 4. Primò: Non ſatis capit intellectus Angelum eo ipſo, quòd omnino ſubtrahitur applicationem ſuæ virtutis ad locum, exiſtere quidem in rerum natura, & tamen nullibi exiſtere; nempe quam eo ipſo, quòd diuina virtute denudetur quantitate, exiſtere in rerum natura, & nullibi exiſtere, eſſéque negatiuè indiſtantem ab omni loco. Sed credimus (inquit) illud implicare contradictionem. Deinde probat ſubſtantiam aquæ, quæ erat in vaſe, manere in eodem ſpatio: licet Deus ſeparet ab ea quantitatem; quoniam, ſi Deus reſumat illam ſuæ naturæ, continuò à forma ſubſtantiali illius reſultabit noua quantitas in materiam, non ſecus, atque in inſtanti generationis aquæ à forma ſubſtantiali reſultat quantitas; ſed quantitas illa non reſultabit in alio loco, quàm in vaſe,

Molina.

A Sin minus, dicant aduerſarij vbinam reſultabit, reddaneque rationem, quare potius in eo loco quàm in alio; quod ſane nunquam præſtabunt: Cum ergo non ſit alia ratio, quare quantitas illa reſultet in vaſe, niſi quia ſubſtantia ibi manſit, & quantitas redundat in ſubſtantiam in loco, in quo eſt ipſa ſubſtantia, ſit, vt ſubſtantia manſerit in vaſe; eodem argumento vtitur Rada.

Reſpondetur: Angelum ſubtracta virtutis ap- Rada.
plicatione, & æquam quantitate denudatam poſſe nos intelligere nullibi eſſe, ſi rerum naturas, & ordinem eorum naturalem attendamus: Spiritualis enim ſubſtantia ſui ordinis in vniuerſo ſuprema di-
B gnitate corporeas omnes ſubſtantias antecellit, eſtque penitus ab eis independens; ac proinde nullo earum indiget vniri neceſſariò, vt exiſtat veluti pars in vniuerſo; Subſtantia verò corporea, cum præciſa operatione, non niſi per quantitatem, vt propriam cauſam, rationemque locandi ſit in loco, conſequens ſit, vt ablata quantitate loco careat, ac nullibi ſit; hæc verò non percipere eſt imaginationem non poſſe tranſcendere, vt ait Albertus in Alberto.
ſuo com. ad lib. Dionyſ. de cœleſt. Hierar. cap. 13.
Ad argumentum verò dico, ex aquæ ſubſtantia ſibi dimiſſa tunc reſultare quantitatem in vaſe, ita
C eſſe per reſultantem quantitatem aquam iterum erit in vaſe, & non alibi; nec vt ibi reſultet, requiritur præſentia ſubſtancialis, ſed ſufficit antiqua præſentia aquæ eſſet per quantitatem, cū negatione diſtantiæ ab eo, & ab omni alio loco, vt ab auctore naturæ ob dictā cauſā determinetur magis ad eā locū, quā ad aliū: ne frustrā multiplicetur miracula; hoc enim conſonat magis ordini rerum.

Secundò: Si per impoſsibile Angelus eſſet agens naturale, & non liberum, ita videlicet, vt ab eo emanaret actio ex neceſſitate naturæ, vel ageret in omnem locum immediatè, atque ita eſſet vbique, vel in nullum locum ageret; verumque verò abſurdum eſt. Probatur ſequela: Quia ab omni loco eſſet æ-
D què negatiuè indiſtans, nec maior eſt ratio, quare in vnum locum agat, quàm in alium.

Reſpondetur primò, ſi tale agens neceſſariò ageret, eſſe ſemper in eodem loco per actionis continuationem, ad quem primò determinaretur ab auctore naturæ; ſicut etiam aqua per actionem infrigidandi prius agebat in vas, & ideo erat ibi duplici ratione, ratione quantitatis, & ratione actionis immediatæ remotæ quantitate eſſet ibi vt agens immediatum. Si verò ponamus, actionem etiam ſuſpendi, & deinde ſuæ naturæ relinqui, idem omnino dicendum eſt, quod de quantitate reſultante diximus ad præcedens argumentum; remaneret
E enim quidam ordo agentis ad paſſum, in quod prius agebat; propter quem ordinem diceretur aqua ipſi eſſe præſens quaſi inchoatiuè, ratione cuius ordinis, & præſentiæ naturaliter ageret magis in hoc, quàm in alio; atque ideo magis eſſet hic, quàm alibi.

Tertiò: mirabile eſt Angelum ſubtrahentem ab hoc loco ſuam actionem, & influxum, ac per hoc manentem indiſtantem negatiuè à loco diſtante ab hoc per vigies mille leucas, & huic etiam incon-

Digitized by Google

coniunctum posse immediatè in eo agere in eo instanti, in quo primò subtrahit suum influxum ab hoc alio loco. Confirmatur: Quia secundum authores huius sententiæ perinde Angelus est indistans negatiuè ab omni loco, ac esset indistans negatiuè, si non existeret in rerum natura. Nam quo ad distantiam negatiuè non differunt; sed differunt solùm, quia Angelus existens habet potentiam ad agendum existentem, Angelus verò non existens minimè; mirum est autem indistantiam negatiuè ab omni loco, qualis esset, si Angelus nõ existeret, esse illi sufficientem conditionem, vt agere possit immediatè in quocunque loco voluerit.

A

Respondetur non esse mirabile, Angelum à loco independentem, & à loci legibus absolutum, cui distantia ad locum non potest conuenire; nisi per accidens, scilicet ratione corporis, in quod operatur, semota operatione remanere indistantẽ ab omni loco; ac proinde posse pro libito suæ voluntatis, in quod voluerit corpus, operari, & ibi esse. Ad confirmationem dico, multùm differre negatiuam indistantiam in Angelo existente positam, ab eadem in nullo Angelo positam, sed solamente conceptam. Secundò dico, nos non asserere solam indistantiam negatiuam esse Angelo cõditionem sufficientem ad agendum, vbicunq; voluerit: sed accedentibus reliquis conditionibus superius explicatis ex parte intellectus, voluntatis, & potentiæ Angeli.

B

Deinde contra conclusionem sic argumentatur cum Scoto: Primò: Actio transiens non est in Angelo, sed in loco, tanquam in subiecto: ergò Angelus non est in loco per actionem corpoream, & transeuntem; ita vt substantia Angeli in seipsa efficiatur magis coniuncta, præsens, & assistens loco, quàm ante esset.

Confirmatur: Nam, cum dicunt sectatores D. Thom. substantiam Angeli esse tunc in loco nouo modo, sicut mouens in moto, & operans in operato: Vel nomine illius existentiæ intelligunt existentiam agentis in passo, non quidem secundum se, sed secundum suum effectum; aut nomine talis existentiæ intelligunt coniunctionem substantiæ Angeli cum loco, quæ antecedit actionem, & ad eam tanquam conditio sine qua non, prærequiritur. Si primum, tunc substantia Angeli non esset simpliciter in loco, sed sola actio, & effectus illius esset loco tanquam subiecto, substantia verò Angeli secundum quid, & cum addito valdè diminuente dicetur esse in loco; sicut Sol dicitur esse in effectu à se producto: Si secundum; tunc falsum est, Angelum esse in locò per actionem: nam per aliquid prius transferretur, & applicaretur substantia Angeli ad locum, vt postea sequeretur actio.

C

D

E

Capr. Respondetur cum Capreolo ad quartum Scoti, & ad primum Durandi, faliam esse consequentiam; quoniam Angelus non est in loco per modũ locati, & situati per se, sed per accidens tantùm; est igitur Angelus in loco per operationem transeuncem, quæ est motus, qui est perfecto mobilis, sed dicit relationem originis à mouente immediato immediatione suppositi; Angelum enim operari in loco immediatè est illum esse simul cũ loco, & esse in loco.

Ad confirmationem dico nomine existentiæ Angeli in loco intelligi coniunctionem Angeli id-est substantiæ Angeli cum loco, non ita tamen, vt substãtia, quatenus operationẽ præcedit, sit ratio vnionis, sed operatio modo superius explicato.

Sed responsionem hanc impugnat Molina, & post eum Rada argumento Durandi; Quantitas separata à substantia corporea non potest illi esse ratio existendi in loco; ergo neq; actio Angeli trãsiens, quæ non est in ipso, sed in alio tanquam in subiecto, potest esse illi ratio existendi in loco. Replica Molinæ. Radæ.

Respondetur cum Capreolo, nullam esse consequentiam: eo quòd esse in loco dicitur æquiuocè de corpore, & Angelo; corpus enim in loco est circumscriptiuè, & commensuratiuè: nihil autem potest loco circumscribi, & cõmensurari, nisi habeat dimensiones sibi formaliter inhærentes; Angelus autem est in loco definitiuè, vt agens immediatum, vt ante diximus.

Quæ verò huic responsioni obijcit Rada, solutionem habent ex dictis euidentem.

Secundò sic argumentatur cum Scoto contra eandem conclusionem: Angelus est in cœlo Empyreo, & tamen in eo nihil operatur, aut imprimit. Hoc etiam argumento vtitur Vasquez, & Rada. Quomodo Angelus sit in cœlo Empyreo. Vasquez.

Huic argumento multæ solent adhiberi solutiones. Prima est Capreoli dicentis, Angelos esse in loco Empyreo, vt in loco per ipsos exornato; quam solutionem impugnat Caietanus, Ferrariensis, Bannes, Zumellus, Rada, & alij. Capreolus Caietanus Ferrar Zumellus Rada Ripa.

Secunda est Caietani; qui ait locutionem esse metaphoricam affirmare Angelos esse in Cœlo Empyreo, quia sunt in gloria, ad quam sanctificatum est cœlum Empyreum; hanc etiam communiter reijciunt expositores, & authores prædicti.

Tertia solutio est eiusdem Caietani, quam sequuntur Ferrariensis, & Ripa, Angelos nimirum in cœlo Empyreo operari, sed illius operationis qualitatem nos latere.

Sed responsionem hanc impugnant recentiores, & primò Zumellus: Quia Angeli in cœlo Empyreo non operantur motum localem, cum cœlũ Empyreum sit omninò quietum; nec formam aliquam substantialem, cum sit incorruptibile; nec formam accidentalem, nisi fortè lucem, aut splendorem virtute diuina; quod tamen non est credibile; cum posset Deus facere cœlum illud natura sua fulgidum, & splendidissimum, si tale esse oportebat. Eandem sic impugnat Malonius: Indignum videtur Theologo fingere operationes in Angelis, quas nequeat explicare; vnde & Philosophi admittentes influentias, hoc solo argumento refelluntur, quod ad ignota gratis recurrant. Quod si dicas, disparem esse rationem de Theologo, & Philosopho; eo quod plurima sint in Theologia, quæ non potest explicare Theologus, cum tamen ea debeat affirmare, respondet id locum habere in ijs, quæ fidei sunt, non autem in ijs, quæ absq; vlla authoritate pronunciantur; qualis est operatio Angelorum, & animarum in cœlo Empyreo. Rada. Malonius. Rada.

Caietani reſponſionem aſſerit eſſe voluntariam, nec admittendam; alioqnin omnia argumenta difficilia ſoluerentur per ſolutionis ignorantiam.

Reſpondetur, argumento Zumelli probari Angelum non habere operationem nobis notam. Ad argumentum verò Malonij, dico abſurdum non eſſe, Theologum affirmare operationes Angelorum in Empyreo, & eorum qualitates, ac modos explicari nõ poſſe; quia, ſicut Angelorum natura, ita & eorum virtutes, & operationes non niſi valde imperfectè ſunt nobis notæ; Quamobrem etiã

S. Thom. S.D. in 4. ſent. diſt. 45. q. 1. art. 1. ad primum ſic ait:

Incorporalia non ſunt in loco modo aliquo noto nobis, & conſucto, ſecundum quòd dicimus corpora propriè in loco eſſe; ſunt tamen in loco modo ſubſtantijs ſpiritualibus conueniente; qui nobis plenè manifeſtus eſſe non poteſt.

Hæc ibi. Quibus adde cœlum Empyreum ſolo nobis innoteſcere diſcurſu Theologico, ſedemq; ſupernaturalem eſſe beatorum; quid mirum ergo, ſi communem in eo locandi rationem aſſeramus, ſcilicet operationem, qualitatem autem eius, & modnm ignoremus? atque ideo nec explicare valeamus? Quod autem obijcit Rada puerile eſt; nõ n. omniũ diſputationũ, ſiue argumentorũ materia ſuapte natura vim ſuperat intellectus humani, ſicut Angelorum eſſentiæ, virtutes, & operationes.

Bannes. Zumelius. Vltima reſponſio eſt Banneſij, & Zumelli: Qui dicunt cœlum Empyreum influxum aliquem, & actionem excellentiſsimam habere in hæc inferiora, hanc autem eſſe influxum perpetuitatis, & ſtabilitatis circa motus, & rerũ generationes, ab Angelisq; illic exiſtentibus hanc cœli virtutem perfici, vt efficacius attingat effectum, vel etiam ex ea ſpecificus aliquis ſequatur effectus, ad quem ſola poteſt Angeli virtute cœleſte corpus attingere; ſicut Sol ad generationem attingit viuẽtium, vt inſtrumentum motricis intelligentiæ. De hoc influ-

S. Thom. xu cœli Empyrei agit S.D. infra q. 66. art. 3. ad ſecundum, & quolib. 6. art. 9.

Replica. Rada. Sed contra reſponſionem hanc ſic inſtat Rada: licèt cœlum Empyreum perpetuitatem in hæc inferiora influere ſit probabile, quia nulla alia eius operatio apparet; non eſt tamen probabile de Angelis, quorum propriæ operationes ſunt ſatis notæ; ergo.

Et confirmatur: Quia, ſi Angeli influunt in cœlũ Empyreũ; vel ergo per actionem immanentẽ, vel tranſeuntem; At per nullam harum; ergo. Minor probatur: Nam actio immanens non habet terminum extra productum; actionem autem tranſeuntem habere non poſſunt in illud cœlum; quia nec motum, nec peregrinas recipit impreſſiones.

Confirmatur ſecundò. Quia animæ beatæ ſunt in cœlo Empyreo, & tamen circa ipſum nullam habent operationem tranſeuntem.

Malonius. Eandem reſponſionem ſic impugnat Malonius: Quia ad prædictam influentiam ſatis erit vnus Angelus, vel duo, vel centum, vel mille: Nam, ſi omnes occupantur circa has influentias efficiendas, vel moderandas vbi erunt Angeli aſsiſtẽtes Deo? numquid tantus Angelorum numerus continuò occupabitur in influentijs, & earum moderationibus? Eſto etiam quod omnes Angeli id efficiant, certè de animabus beatis nulla ratione dici poterit; cœlum enim non indiget in operationib. ſuis naturalibus opitulatione animarum.

Reſpondetur ad primum: Operationes Angelorum non eſſe nobis minus, ſed multò magis occultas, quàm ſit operatio cœli Empyrei. Ad primã confirmationem dico, influentiam illam eſſe per operationes tranſeuntes; quæ vel ſunt immiſſiones virtutis intentionalis, confortantis, & eleuantis, cœli virtutem ad producendum effectus nobiliſsimos; quales ſunt ſtabilitas, & perpetuitas; vel

B eſt illuminatio longè ſublimior, quàm eſſe poſſit quæcunque naturalis corporis illuminatio. Poſſe autem Angelos cauſa re lumen, iam ſatis oſtendimus ex D. Thom. in primo ſententiarum diſt. 37. q. 3. art. 1. per hoc autem cœlum non recipit impreſſiones peregrinas; quæ ſcilicet pertineant ad naturas corporum elementarium. Ad ſecundam confirmationem dico, ſtabilitatem, & perpetuitatem Deo per ſe primò, ac proprijſsimè conuenire, ſecundò beatis Angelis, & animab. tertiò etiã corporib. cœleſtib. & demum Angelorum, & cœleſtium corporum miniſterio ad hæc inferiora dimanuta quædam participatione deriuari: Cum enim

C permanentia, & perpetuitas ſit nobiliſsima perfectio cœleſtib. omnib. ſpiritibus, & corporib. communicata, voluit etiam diuina bonitas in hoc ei ſpiritus omnes beatos aſsimilari, vt ſimul omnes in vno loco, cœlo ſcilicet Empyreo beatitudini congruenti commorantes, per illud vt inſtrumentum cõmuni virtutis influxu, ſtabilitatem, ac perpetuitatem, quæ proprius, ideſt per ſe primo, eſt diuinitatis effectus, in reb. caducis efficerẽt; Quid mirum ergo, ſi beatorum animæ ſimiles Angelis, eadem ſimul æternitate gaudentes, & multos eorũ gloria præcellentes in eadem etiam efficiẽda perpetuitate communicent? Neque his influentijs tol

D litur, aut impeditur Angelorum aſsiſtentia; quæ in hoc poſita eſt, vt qui dicuntur aſsiſtere, diuinorum myſteriorum ſecreta in ipſa diuinæ eſſentiæ claritate immediatè percipiant, vt ait S.D. infra q. 112. art. 3. ſicut nec eorum, qui mittuntur, operatio viſionem eorum impedit beatificã. Et per hæc ſoluuntur etiam obiecta Malonij. Nec ad miſsionem pertinet hic influxus, ſed quaſi naturam ſequitur Angelorum, prout eis veluti nobiliſsimis vniuerſi partibus cœleſtia corpora naturaliter, vt inſtrumenta ſubordinantur.

S. Thom.

E Tertiò: Non apparet, quid producant Dæmones, aut animæ damnatæ in Inferno, vt ibi dicantur tanquã in loco relidere; præſertim, cum ex D. Tho. ſententia Angeli nihil corporeũ valeant producere, niſi mediante motu locali, applicãdo actiua paſsiuis, & multo minus animæ damnatæ. Eodem argumento vtuntur Vaſquez, & Peſantius.

Reſpõdetur dæmones, & animas dãnatas in inferno locari non per agere, ſed per pati, ſ. per alligationem ignis, vt inſtrumentum eſt diuinæ iuſtitiæ: Eadem enim ratione, qua locatur Angelus per operationem immediatam eius in corpus, locari

cari poterit etiam per actionem corporis immediatam in ipsum Angelum. Et quoniam ignis alligatio dæmones, & animas impedit, ne possint extra locum illum operari, sequitur eorum operationem, quando exit in actum, ad illum esse locum determinatam, atque ideo dicantur hac etiam ratione ibi esse. Præterea dici potest, dæmones, & animas damnatorum in locum, in quo detinentur, continuò per quandam suæ virtutis renitentiam operari, vt inde liberentur, etiamsi nihil efficiant; sicut in cæteris diuinæ semper opponûtur iustitiæ, quamuis prævalere non valeant locantur ergo tã dæmones quam animæ damnatæ per suam operationem secundariò. Colligitur hæc responsio ex doctrina D. Thom. in quarto sent. dist. 44. quæst. 3. artic. 3. quæstiunc. tertia. Nec verum est, quod ait Ferrariensis in dicto cap. 68. scilicet D. Thom. ibi significare detentionem, & alligationem dæmonis in igne præsupponere illius existentiam in igne: vt patet benè consideranti discursum illius articuli, & articulum tertiumdecimum quolib. 21.

S. Thom. Ferrariensis interpretatio reijcitur.

Sed obijcit Vasquez, hoc modo non tolli difficultatem de animabus Patrum in sinu Abrahæ, & puerorum in limbo; & animæ Christi, cum ad inferos descendit.

Respondetur Sãctorum Patrum animas in limbo fuisse detentas virtute loci diuinitus illi collatæ: vnde metaphorica locutione dicunt Sancti Patres locum illum vectibus ferreis fuisse conclusum, ita vt firmissimi carceris fungeretur officio, quod idem censendum est nunc de eodem loco respectu infantium sine Baptismo decedentium. Posset præterea dici animas illas aliquid operari, sed latere nos operationem illam; sicut asserit Caietanus de Angelis in cœlo Empyreo existentibus; De anima verò Christi certum est aliquid effecisse in limbo Patrum, locum illum ad minus illuminando.

Pesantius

Sed contra responsionem hanc argumentatur Pesantius: Cum assumitur aliquid à Deo tanquam instrumentum ad operationem supernaturalem, perinde est, siue coniungatur secundum præsentiã cũ passo, siue non, sed totum pendet ex Dei voluntate, vt assumat in instrumentum rem, quæ sit præsens, vel absens; atque ita non erit ipsa operatio causa præsentiæ, sed sola voluntas Dei; ergo demones non locantur per pati.

Respondetur, assumptum non esse verum de tali instrumento, quod scilicet, assumitur ad detinendum, & includendum aliquid intra se; sicut ignis assumitur ad includendos spiritus; nam hoc ipso, quod eos includit intra se, coniungitur illis secundum præsentiam; implicat enim contradictionem inclusum non esse præsentem includenti, & è contra.

Quartò sic arguit: Difficilè explicabunt, quonam pacto dæmones deferant animas damnatorum ad inferos, & quonam pacto vnus dæmon expellat alium, aut Angelus bonus Angelum malum ab aliquo loco, & quomodo vnus Angelus alicubi alium detineat; eodem argumento vtitur Pesantius.

Pesantius.

A Respondeo primò cum S. Thom. in quarto sent. distinctione quarta quæst. 1. articulo primo, quæstiuncula secunda, *Quodlibet in corporalibus est grauitas, vel leuitas: quæ feruntur in locum suum, qui finis est motus ipsorum, sic in animabus meritum est, vel demeritum; quibus peruenitur animæ ad præmium, vel pœnam, quæ sunt fines actionum ipsarum; vnde sicut corpus per grauitatem, & leuitatem statim fertur in locum suum, nisi prohibeatur, ita statim animæ soluto vinculo carnis, per quod in statu viæ detinebantur, præmium consequuntur, vel pœnam, nisi aliquid impediat.* Hæc ibi. Secundò respondetur, damnatorum animas in primo separationis instanti includi in igne B velut in carcere, & in eo deferri per accidens à dæmonibus. Tertio dico ignem inferni, vt instrumentum diuinæ iustitiæ agere in animam damnati in primo separationis instanti, ac per hoc animam in eodem instanti constitui in igne, & in inferno tanquam in loco, cum enim anima damnati in illo instanti, quantùm sit ex se sit indifferens ad omnem locum, per actionem ignis in ipsam determinatur ad talẽ locum. (ad ipsum ignẽ. Quartò dico damnatorum animas, cum habeant paratum sibi locum inferni, extra quod non possunt operari, in primo separationis instanti dici esse in inferno, iuxta illud Lucæ 16. *Mortuus est autem diues, & sepultus est in inferno.* Quintò dico: Locutionem esse metaphoricam, cum dicitur animas ad infernum deferri à dæmonibus; quia scilicet dæmones assistunt animę in vtroque termino, & vim habent animæ virtute maiorem, ex qua contingit agenti, vt possit aliquid deferre, præsertim cum dæmones nihil omittant, vt animas in infernum impellant. Sed de beatis animabus alia ratio est: videntur enim sua operatione continua, vel discreta per virtutem diuinitus acceptam versus cœlum moueri, vel magis in primo instanti separationis in cęlo esse, ita vt in statu separationis nullum detur instans, in quo non sint in cęlo, remoto purgationis D impedimento: dicuntur tamen ab Angelis deferri, sicut Lucæ sextodecimo, de Lazaro dicitur: *Factum est autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ*, eo quòd iustorum animabus assistant, qui virtute saltem naturali animæ virtutem excedunt, & eam in transitu muniũt contra dæmones, & illi præsto sunt in termino.

S. Thom.

Lucæ 16.

Ad secundam argumenti difficultatem respondetur, vnum Angelum alium expellere, quatenus illum impedit, ne possit in aliquo loco operari.

Ad tertiam, dico difficile esse docere, quomodo possit vnus Angelus virtute sua naturali alium E detinere, cum nec appareat, quomodo possit eius virtutem determinare ad operandum in vno aliquo certo loco, nec possit medio corpore, vt instrumento in ipsum agere; potest tamen Angelus beatus virtute diuina corpus determinare, in quod solùm agat malus Angelus, & in corpore à multis dæmonibus obsesso vnus potentior poterit alium expellere ab omnibus partibus, & cohibere ab omnibus vnam illi solam partem relinquendo; & sic dicetur eum alligare, quæ tamen

men alligatio negatiua tantùm erit, & ex hypoteſi, quòd velit ille dæmon manere in eo corpore.

S.Thomas Sed quia D.Thom. in quarto contra gent. cap. 90.& quolib. ſecundo, articulo tertiodecimo, affirmat dæmones per necromantiam poteſtate ſuperiorum dæmonum alligari aliquibus imaginibus, vel aliquibus alijs rebus: ex quo deducit multò magis ſpiritus poſſe alligari diuina virtute igne corporeo; qua loquendi forma videtur aſſerere Sanctus Doctor poſſe dæmonem inferiorem virtute naturali ſuperioris alicui corpori ſimpliciter alligari; dicendum eſt poſſe dæmonem ſuperiorem ſemper impedire dæmonis inferioris operationem in quodcunque corpus, vel operando in dæmonem, aut eius potentiam directè, vel potius diſponendo, detinendo, aut contrariè mouendo corpus, in quod voluerit dæmon inferior operari, vt eius operationem non recipiat; exempli gratia; dum vult inferior mouere lapidem ad Orientem, mouebit illum ſuperior ad Occidentem, aut ſua virtute detinebit, ne moueatur; vel, dum applicat inferior actiua aliqua naturalia ad alterandum, ſuperior amouet, vel contrarijs appoſitis impedit, ſicque coercet eum ab omni operatione tranſeunte, & ab omni loco totius vniuerſi; atque ita conſequenter dicitur eum alligare vni determinato loco, in quo ſolo permittit eum operari; nam, & ſi poſsit dæmon inferior ibi nolle operari; dicitur tamen ibi alligatus, quia in eo tantum loco poteſt, ſi voluerit, operari. Secundò dici poteſt, alligationem factam per ſuperiores dæmones eſſe indirectam, vexant enim adeò inferiores illos dæmones, vt eos in eo ſolo loco conſiſtere patiantur. Tertio dici poteſt alligationem illam fieri per imperium moraliter efficax ob naturalem ſubordinationem dæmonis inferioris ad ſuperiorem addita voluntatis iniquæ conſpiratione in hominum pernicie procuranda, quam dæmones ſuperiores per inferiorum alligationem ſemper intendunt, & non nunquã efficiũt.

Albertin. Capreolus Poſtremo producit articulos Pariſienſes, & poſt eum Albertinus, quibus abundè ſatisfecerat Capreolus in allegata quæſtione prima; cuius tamen præterit ſolutiones, & Summorum Pontificum decreta in fauorem doctrinæ Diui Thomæ, & contradictos articulos ab eo relata. His adde dictos articulos iam ab Eccleſia fuiſſe condemnatos, & in Indice librorum prohibitorum annuente Summo Pontifice fuiſſe deſcriptos, vt ait Montagnolius ſupra quæſt. 50. art. 4.

Vaſquez. Contra eandem concluſionem argumentatur Vaſquez. Primò: Damaſcenus libro primo de fide cap. 17. Angelus (inquit) quia promptè, ac celeriter tranſit in diuerſis locis operatur; ergo ſecundũ Damaſcenum, prius eſt Angelum eſſe in loco, & loca tranſire, quàm in illis operari.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam. Primo, quia poteſt eſſe ratio à poſteriori, non autem ex causa. Secundò: Quia Damaſcenus ibi non reddit rationem, cur Angelus ſit in loco, ſed reddit rationem diuerſitatis locorum ex velocitate motus Angeli; quia, ſcilicet, nulla interpoſita mora põteſt vnum locum relinquere, & alteri ſe applicare, & hoc ipſo formaliter quod ſe nunc applicat vni loco, & poſtea immediatè operatur in altero, fit, vt operetur Angelus in pluribus locis; ita vt ſit idem Angelum velociter tranſire, quod velociter applicari.

Secundò: Quia ſequeretur Angelũ, dum mouet aliquod corpus, ſemper cũ eo moueri, nec pro tũc poſſe quieſcere. Probatur ſequela: Nam corpori, quod mouet Angelus, non poteſt eſſe præſens per aliam operationem tranſeuntem, quàm per motũ localem in corpore autem, quod mouetur, non poteſt ipſe quieſcere, vt perſpicuum eſt: ergo.

Reſpondetur, corpus ab Angelo dupliciter poſſe moueri: Vno modo circulariter, alio modo non circulariter, ſed aliqua alia ſpecie motus localis; quo etiam modo poteſt dupliciter ab Angelo corpus moueri, ſ. immediatè, & mediatè. Ad argumẽtum negatur illatio, ſiue loquatur de motu circulari, ſiue de quouis alio motu locali. Ad probationem, ſi de motu circulari ſermo ſit, negatur ſecunda propoſitio, videlicet Angelum in corpore ab ipſo moto non poſſe quieſcere; ſi namq; mouendo, non vni tantùm, ſed pluribus ſucceſsiuè partibus ſphæræ motæ in eodem ſitu ſibi ſuccedentibus virtutem applicet, non mouebitur Angelus, cum in eodem ſemper ſitu maneat, & eandem habeat ad polos Mundi diſtantiam. eo modo, quo ſitus, & diſtantia poſſunt Angelo cõuenire. Si verò de motu minimè circulari ſermo ſit, dicendum eſt, Angelum mouentem immediatè corpus ſimul cum eo neceſſario moueri, non autem, ſi mediatè moueat, vt patet in lapidis proiectione apud Ariſtotelem in 8. Phyſ. mediant enim inter motorem primo mouentem, & lapidem actu motum diuerſæ partes aeris, quæ motum iam lapidem impellunt primi mouentis virtute ſuſcepta.

Tertiò: Si Angelus eſſet per operationẽ in loco; ſequeretur primo, eum, qui nunc mouet cęlum, eſſe in toto orbe; quod videtur abſurdum. Probatur ſequela: Quia totum mouet. Secundò: Sequeretur quemlibet Angelum poſſe ſua virtute ſimul eſſe in cęlo, & in terra. Probatur hæc ſequela: Quia, ſi poteſt Angelus mouere tanto mõtu corpus viginti palmorum, exempli gratia, poterit ſimul cum alijs mouere corpus longum vſq; ad cęlum, tunc autẽ eſſet in toto corpore, non in parte determinata illius; ergo ſimul eſſet in cęlo, & in terra.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam. Ad probationem negatur ſequela; vt enim ait S.D. in q. præcedente art. vltimo, ad tertium non determinatur locus Angelo mouenti orbem ſecundum determinatam partem ſubſtãtiæ orbis, quæ nunc eſt in Oriente, nunc in Occidente, ſed ſecundũ determinatũ ſitũ; quia ſemper eſt in Oriente virtus mouens, vt dicitur in octauo Phyſic. multò minus autem ſecundum D. Tho. eſt Angelus in toto cęlo: ſic enim non poſſet ei determinari ſitus, ſed vbiq; ſimul eſſet immediatè cũ orbe. Mouet igitur Angelus totum orbem media vna parte, quam ſua virtute contingit immediatè, ità tamen, vt non eãdẽ

numero

S.Thomas

Ariſt.

numero ſemper attingat, ſed vnam poſt aliam; ſic in eodem ſitu, ſcilicet Orientis vna ſuccedit alteri. Similiter itaque, ſi plures ſimul Angeli corpus miræ longitudinis moverent, quilibet determinatam partem attingeret immediatè, & per eam totum moveret.

Replica. Sed contra reſponſionem hanc eſt argumentū: Quia licet Philoſophus imaginetur hominem habentem caput, & pedes in polis, & brachia protenſa ad Orientem, & Occidentem, tamen ſecundùm veritatem, ſi cœlum ponatur primum mobile, non quieſcens, nullus punctus in cœlo eſt magis Oriēs, quàm alius ſecundùm veritatem, ſed quilibet punctus eſt Oriens ſucceſsiuè. Nec vllus eſt ibi punctus, qui magis ſit capax motus, quàm alius ſecundùm veritatem; ergo non eſt in cœlo ex natura rei dextrum, aut ſiniſtrum, ſicut in animali.

Capreol. Reſpondetur cum Capreolo determinari ſitum Angelo ex ordinatione diuina; in quo ſitu conſiſtens vnam tantùm immediatè partem mouet, & per eam alias, quæ recedente mouet aliam, & reliquas per ipſam; & ita ſingulas in eo ſitu ſibi ſuccedentes immediatè non ſimul, ſed ſucceſsiuè contingit, donec iterum prima recurrat, vt eam ſecundò tangat, deinde reliquas ſucceſsiuè, & ſic in infinitum. Situs igitur ille, in quo diuina diſpoſitione prouidentia reſidet Angelus, & præter labentem partem quamlibet ſua virtute contingit, dextera cœli pars à Philoſopho nuncupatur.

Reliqua dicti expoſitoris argumenta ex præcedentium ſolutionibus facilè confutantur.

Rada. Contra eandem concluſionem argumentatur Rada Primò: Angelum eſſe in loco præſupponitur ad operari in loco: ergo non eſt in loco per operationem. Antecedens probatur: Quia ſecundū Ariſtot. agens, & patiens oportet eſſe ſimul.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens. Ad eius probationem negatur conſequentia. Nam Angelus, & quodlibet agens hoc ipſo, quod eſt indiuiſibile negatiue, & caſualiter, quia ſcilicet nullo medio ſuppoſito operatur in paſſum, ſimul eſt cum paſſo, & ei coniungitur, & in eo eſt, ſit enim ipſa operatione formaliter præſens, non ergo præſupponitur operationi præſentiæ, ſed ex operatione cauſatur, vt formali principio.

Replica. Sed inſtat Rada: Nam ex hac reſponſione ſequitur, vel propoſitionem Ariſt. non eſſe vniuerſalem, ſed conuenire tantum corporibus, vel ſi conuenit etiam ſpiritibus, merā nugatio eſt: nam idem eſſet dicere, in ſpiritibus agens, & patiens oportet eſſe ſimul, ac ſi dicamus, agens oportet agere, & patiens pati.

Solutio. Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam: Nam in ſpiritualibus agentis præſentia probatur à priori ex operatione immediata, quæ eſt ratio præſentiæ.

Replica. Sed arguit Rada: Quia in agentibus corporeis prius eſt agens locatum eſſe, quàm agere. Secundò: Quia, ſi Angelus per operationem eſt in loco: ergo nunquam operatur in loco. Probatur ſequela: Quia operari in loco ſupponit locum, & rem in loco conſtitutam, ſed Angelus operans non ſequitur reſpectu vt conſtitutum in loco; quandoquidē per operationem eſt per te in loco.

Reſpondetur ad primum, nullam eſſe conſequētiam, quoniam agens corporeum locatur per qualitatem, quæ eſt actione prior. Ad ſecundum negatur ſequela. Ad probationē nego maiorem: nam vere, ac propriè dicitur agens in loco operari, ſi per operationem ipſam in loco conſtituatur: itaque ſi eſſet operatio præſupponat locum, non tamen præſupponit operantem in loco conſtitutum.

Secundò: Quando aliquid eſt in loco per aliud, eodem modo eſt in loco, quo illud, ratione cuius eſt in loco. Sed operatio extrinſeca Angeli eſt circumſcriptiuè, vel menſuratiuè in loco, ſicut & corpus in quo recipitur; ergo, & Angelus, ſi per ipſam eſt in loco.

Reſpondetur, falſam eſſe primam propoſitionē: longè eſt enim diuerſa ratio de ſubſtantia corporea, & de Angelo; Nam ſubſtantia corporea, quæ recipit in ſe quantitatem, quę eſt illi ratio, vt ſit in loco, ideò prius natura extenditur ſecundùm partes per quantitatem ſibi inhærentem, quàm per eandem commenſuretur loco. At operatio Angeli, quæ in corpore, ſiue loco recipitur, quæ eſt actio phyſica, extenditur quidem per accidens ad extēſionem corporis, in quo recipitur, ſed Angeli ſubſtantiam non poteſt extendere, quoniam in ea non eſt. Actio verò metaphyſica, quæ in Angelo eſt, ex quâ prouenit actio phyſica, indiuiſibilis eſt, ſicut & Angelus.

Replica. Rada. Sed inſtat Rada: Quia res exiſtēs in loco neceſſariò debet proportionari rationi, per quam eſt in loco; Ergo, ſi Angelus eſt in loco per operationem, debet ei proportionari; ergo eſt in loco eo modo, quo ipſa poteſt eſſe ratio eſſendi in loco; ſed ipſa non poteſt eſſe ratio eſſendi in loco, niſi extenſiuè; ergo. Probatur minor: Quia ipſa eſt extenſa.

Solutio. Reſpondetur antecedens verum eſſe, de proportione exiſtentis in loco vt ſic, ad rationem exiſtendi in loco, prout eſt ratio exiſtendi in loco: Conſiſtit autem hæc proportio in tribus. Primum eſt, vt poſita ratione locandi res, cuius eſt ratio, ſit in loco. Secundum eſt, vt ibi, ideſt in quacunque parte, ſeu latitudine, in qua eſt ratio locandi, ſit etiā ibi ſubſtantia rei locatæ, & conſequenter à quocunq; diſtat ratio locandi, ab eodem etiam diſtet res locata, & è contra; falſum eſt autem de proportione quo ad modum exiſtendi in loco; Nam ſubſtantia per ſe eſt in loco, quantitas autem, & operatio per accidens; ſubſtantia eſt in loco, vt quod: ratio verò locandi eſt in loco, vt quo; & in re poſita ratio locandi, quæ eſt operatio, recipitur in loco, vt in ſubiecto, & ad eius extenſionem extēditur, ſubſtantia verò Angeli, nec in ſubiecto recipitur, nec extenditur.

Alia eiuſdem authoris argumenta pertinēt ad Dei exiſtentiam in rebus; de qua ſatis egimus in quæſt. 8. art. 1. & 2.

Malonius. Contra eandem concluſionem argumentatur Malonius: quibuſdam ſatis leuibus argumentis. Primò: Diabolus agens in animam illam torquendo, non eſt in illa: quia vnus ſpiritus ſubſtantialiter

ter non ingreditur alium ſpiritum; ergo Angelus non eſt in loco per operationem.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam: quia ſermo eſt de loco, cui verè, & propriè poteſt competere ratio loci; hoc autem eſt aliquid corporeũ; Erit quidem ſubſtantia ſpiritualis in alterã agẽs, & illi præſens: non tamen erit in ea ſicut in loco, quia repugnat rei ſpirituali habere rationem loci. Et per hoc ſoluuntur alia quędam ſimilia eiuſdem authoris argumenta.

Secundò arguit; Quia ſequeretur, Angelum interdum nuſquam eſſe: hoc autem eſt abſurdum: ergo. Probat minorem authoritate Damaſceni libro primo, cap. 7. ſic loquentis: *Angelus non dicitur eſſe nuſquam, ſed alicubi intelligibiliter circumſcribi, vbi & operatur.*

Reſpõdetur: Damaſcenum loqui aduerſus eos, qui negabant, Angelum poſſe eſſe in loco, ſolis corporibus id eſſe proprium exiſtimantes: quod etiã indicant dicta verba: declarans enim quomodo Angelus ſit alicubi, ait: *vbi & operatur*, ac ſi diceret, in eo tantùm loco Angelus eſt, vbi operatur: quia nimirum ratione ſolius operationis eſt in loco. Cum autem eius operatio tranſiens ſit omninò libera, poterit Angelus quandoque nõ operari, ac proinde nullibi eſſe. Alia eiuſdem authoris argumenta non ſunt viſa relatione digna.

Contra eandem concluſionem argumentatur Peſantius: Quia, ſi Angelus eſt in loco per operationem, nunquam diceretur Angelus quieſcere in loco: ergo. Probatur ſequela: quia nullam aliam habet Angelus operationem tranſeuntem in corpore, niſi motum localem.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam. Ad probationẽ negatur antecedens: poteſt enim agere locũ illuminando, aut continendo partes aquæ, ne defluant, vel ſuſtinendo molem aliquã, ne deorſum cadat.

Secundò ſequeretur, quòd corpus mouẽs aliud corpus ratione huius motus, quem facit; erit in loco, & non ratione tantùm quantitatis; at hoc eſt abſurdum: ergo. Probatur minor: Quia vel erit in maiori loco; vel in minore, quàm requirat quantitas: in maiore, ſi eſt, vbi eſt motus, qui poteſt eſſe ad maximum ſpatium: in minore, ſi eſt tãtùm, vbi per contactum imprimitur motus: quod fieri poteſt ratione exiguarum partium mouentis, & mobilis: hoc autem eſt abſurdum: ergo.

Reſpondetur corpus mouens, qua ratione eſt mouens, præciſa per intellectum quantitate, non poſſe eſſe in maiori loco, quàm ſit ille, qui conuenit illi ratione quantitatis, ſed tantùm in minori: quia agens non eſt niſi vbi proximè, & immediatè operatur; corpus autem nõ operatur proximè, niſi in extremo corporis contigui. Et quia poteſt quandoque in vna tantùm parte corporis operari, ideo conſiderata ratione formali agentis, vt ſic, non erit tunc, niſi in ea parte; quamuis ex quãtitate maiorem ſibi vendicet locum: quo fit, vt, ſi per Dei potentiam ſepararetur ab eo quantitas, eſſet tunc in minori loco, quam modo ſit per quantitatem.

Contra vltimam concluſionem argumentatur Ferrarienſis, & poſt eum Zumellus; Quia S. Thom. infra quæſt. 113. art. 6. ad 3. ait: *Et ſi Angelus interdum derelinquat hominem cuſtoditum loco, non tamen derelinquit eum quantùm ad effectum cuſtodiæ: nam ſi, cum eſt in cœlo, cognoſcit, quid circa hominem agatur, nec indiget mora temporis ad motum localem, ſed ſtatim poteſt adeſſe*; ergo, vt Angelus dicatur eſſe in aliquo loco, non ſufficit, vt habeat continuatam attentionem ad locum, aut ſit proximè diſpoſitus ad operandum, deductaque ſint omnia impedimẽta; ſed requiritur, vt ibi aliquid agat exteriori actione. Et confirmatur ex eodem S. D. in ſecundo diſt. 11. q. 1. art. 4. ad 5. dicente Angelum, quamuis non ſemper ſit præſens, poſſe tamen ſemper cuſtodire, inquãtum effectus eius manet poſt actionem ſuam. Simili argumento vtitur Molina.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam; poteſt enim Angelus eſſe in vno loco, puta in cœlo empyreo perfectè, in alio autem, ſcilicet, in cuſtodito, inchoatiue; Quia, licèt, dum eſt in cœlo empyreo, diſtet à cuſtodito, atque ita non habeat primam conditionem ad præſentiam ordinis requiſitam; reliquas tamen omnes poteſt habere, quę ſecundũ doctrinam D. Tho. ſuperius allegatam ex quolibetis videntur ſufficere ad præſentiam ordinis. Supra tamen cum Caietano inter conditiones poſita eſt etiam indiſtantia negatiua; tum quia nonnunquam concurrit; tum quia poſitis alijs conditionibus non cenſetur Angelus eſſe diſtans à cuſtodito, cum ſit ita diſpoſitus, ac præparatus, vt ſtatim abſque vlla interpoſita mora poſſit adeſſe; & quãuis actu operetur in cœlo, dicitur tamen habere potentiam expeditam propter præparationem intellectus, & voluntatis, quæ ſunt eius operatiuæ potentiæ.

Contra eandem concluſionem argumentatur Zumellus. Primò: Virtus Angeli non eſt ei ratio exiſtendi in loco; ergo neque applicatio virtutis. Antecedens probatur: Quia virtus Angeli nihil aliud eſt, quàm intellectus, & voluntas, aut eſſentia Angeli; quorum nullum eſt ratio, vt Angelus ſit in loco. Conſequentia verò probatur à ſimili: Nam, ſi quantitas non eſt ratio exiſtendi in loco; ergo neque applicatio quantitatis.

Quod ſi dicas, Angelum eſſe in loco per iudicium practicum, & actum ſuæ voluntatis, quibus applicat ſuam virtutem ad locum: Contra. Primò: Quoniam hæ non ſunt rationes exiſtendi in loco; ſed ſunt rationes applicantes virtutem, & rationẽ exiſtendi in loco. Secundò: Quia iſti ſunt actus immanentes, & eadem ratio eſſet de illis, & de ſubſtantia ſpirituali ipſius Angeli.

Confirmatur: Quia iſta applicatio virtutis eſt cauſa ſine qua non, & præſupponitur ad eſſe in loco: ergo non poteſt eſſe ratio formalis exiſtendi in loco.

Deniq; ſi applicatio eſſet ratio eſſendi in loco, ideo eſſet, quia ex vi illius ita applicaretur ſubſtantia Angelica huic corpori, vt ſine alia mutatione poſſet in eo operari; at tunc illa voluntas non eſſet ratio formalis eſſendi in loco, ſed tanquã efficiens applicans agens paſſo.

Re-

Digitized by Google

Respondetur, nullam esse consequentiam. Ad probationem negatur consequentia; quoniam applicatio quantitatis, nec est ratio corpori existendi in loco incomplete, sed sola conditio, nec principium est productiuum quantitatis, sicut applicatio, quæ est per iudicium practicum intellectus, & electionem voluntatis est principium operationis; quæ est ratio locandi complete. Ad primum argumentum contra responsionem hanc, negatur assumptum. Quamplurimæ sunt actiones exigendi in loco incomplete, & inchoatiue nec applicane, sed causant rationem existendi loco; quæ est operatio. Ad secundum negatur consequentia loquendo de esse in loco tantum inchoatiue; sunt enim principia operationis ad extra. Nec eadem est ratio de substantia, quæ remotissimè respicit operationem. Ad confirmationem negatur assumptum, quo ad priorem partem: non est enim conditio, sed principium proximum rationis locandi; quo ad alteram verò partem dico, applicationem illam præsupponi ad esse in loco complete, non autem ad esse in loco incomplete, sed sic per ipsam Angelus est in loco.

Ad vltimum, admissa priori propositione conditionali, ad aliam quæ subsumitur dico, voluntatem, idest volitionem esse rationem essendi in loco non complete, sed incomplete, & non esse efficientem applicationis, sed esse applicationem ipsam, quæ principium est operationis.

Zumell. Sed adhuc instat Zumellus: Quia illa applicatio, quæ est determinatio intellectus, & voluntatis cum expeditione potentiæ est ratio, quòd Angelus sit magis in vno loco, quàm in alio; non quia faciat maiorem propinquitatem ad vnum locum, q̃ ad alium; sed quia facit, vt Angelus habeat potius habitudinem quandam ad vnum locum magis q̃ ad alterum; sicque per illam fit potius in vno loco, quàm in alio; At hæc habitudo non sufficit, vt Angelus sit in hoc loco determinato magis, quàm in alio. Probatur hæc minor: Quia (secundùm Caietanum) si materialis substantia, puta terra, diuina virtute nudetur sua quantitate, naturalem retinebit respectum ad locum infimum, & tamen ratione talis respectus, non dicetur esse in loco infimo; ergo nec similis respectus sufficit in substantia spirituali, vt sit in loco determinato.

Respondetur primò falsam esse maiorem; quoniam hoc facit ordo in spiritualibus, quod facit situs in corporalibus. Secundò negatur minor. Ad probationem dico, primò terram sua quantitate denudatam non habituram respectum ad locum infimum in ratione agentis magis, quàm ad aliũ locum, vt patet. Secundò dico. Terram habituram naturalem ordinem, siue propensionem ad locum infimum, vt conseruantem magis, quàm ad alium locum: & quia corpora non esset ablata quantitate statim esset in centro, & ibi esset magis patiendo passione perfectiua, siue conseruatiua, quã agẽdo; si verò Deus actionem & passionem suspenderet, nullibi esset, vt ante diximus.

Secundo arguit: Quia, si Angelus est in loco per tales actiones immanentes, sequitur necessariò eũdem Angelum posse esse in pluribus locis adequatis, & plures Angelos in eodem loco. Probatur consequentia quo ad primam partem: Quia potest Angelus animo suo decernere, vt vbicunque Deus iusserit, statim se collocet, & sic erit in omnibus locis, de quibus potest iubere Deus; cum non sit maior ratio de vno, quàm de alio. Quo ad secundam verò partem probatur: Quia vnus Angelus potest modo esse determinatus ad aliquid operandum in loco, sibi adæquato seclusis omnibus impedimentis, & illo inscio, potest etiam Angelus superior habere eandem determinationem, ac proinde ambo erunt in eodem loco.

Respondetur nullam esse consequentiam, quo ad vtramque partem. Ad probationem primæ partis dico talem determinationem non esse sufficientem ad præsentiam ordinis in Angelo; cum non respiciat vnum numero locum determinatè: Nam iudicium practicum vltimum, & electio voluntatis, ad quam proximè sequitur operatio, semper est de vno aliquo singulari determinato: sicut etiã quælibet actio est in re singulari: Vnde, si post dictam determinationem iubeat Deus Angelo, vt hic operetur, mouebitur Angelus ad operandum non ex illo vniuersali iudicio, & volitione vt principio proximo, sed ex nouo iudicio practico, & electione operationis nunc, & hic exercendæ. Ad secundam partem, quæ pertinet ad tertium articulum dico pro nunc, id nullam implicare contradictionem, nec tamen fieri posse secundùm rectum ordinem Angelicæ naturæ congruentem; si autem duo Angeli assistãt principi, vnus vt princeps est, alius vt est particularis persona, iam loca sunt diuersa formaliter, licèt sint idem materialiter.

Molina. Contra eandem conclusionem, quo ad secundã partem argumentatur Molina: Si Angelus per conditiones prædictas est loco præsens præsentia ordinis, sequitur Angelum dicto modo posse esse simul in pluribus locis. Probatur sequela: Quia, si Angelus illo modo sit paratus subuenire homini sibi in custodiam tradito, quocunque ille per suũ arbitrium perrexerit, & vbicunque suo præsidio indiguerit, potentia Angeli æquè illa loca respiciet, nullumq; determinabit; ergo, si Angelus per eam est in loco, simul erit in multis locis, quod Caietanus cum D. Thoma negat.

Respondetur primò, Angelum custodientem determinari per actum custodiæ primò ad locum materialiter sumptum, qui est persona custodita, ad quam primò dirigitur eius custodia, secundariò verò ad locum formaliter sumptum, prout ab Arist. definitur in 4. Physic. quo fit, vt Angelus per se primò locum vnum tantùm determinatè respiciat, secundariò verò, & quasi per accidens respiciat plura, non tamen, vt simul sit in pluribus, sed vt in vno aliquo eorum indifferenter esse possit: Vnde ad argumentum negatur consequentia: Ad eius probationem negatur illatio; Licet enim Angelus simul habeat potentiam ad plura loca, vt possit in eis operari, non tamen habet potentiam simultaris, vt scilicet possit in omnibus simul acceptis operari; sicut dici solet de potentia libera respiciente opposita contrarie, & contradictorie.

Se-

Secundò dico, iudicium practicum vltimum de ſubueniendo homini cuſtodito non fieri ab Angelo, niſi homine exiſtente in determinato loco. Tertiò dico non ſequi Angelum eſſe in pluribus locis ſimul ſed tantum moueri per accidens ad motum hominis cuſtoditi, in quo prædicto modo eſt Angelus. Et ſicut eo modo nõ eſt in loco perfectè, ſed diminutè, & inchoatiuè tantum, & incompletè, ſic dici poteſt Angelus diminutè, & ſecundùm quid moueri ad motum perſonæ cuſtoditæ, ſimpliciter autem quieſcere in loco, vbi ſimpliciter eſt, puta in cœlo.

Vaſquez. Peſantius. Contra eandem concluſionem, argumentatur Vaſquez, & poſt eum Peſantius: Quia ſequeretur, Angelum in toto ferè vniuerſo ſe poſſe collocare. Probatur ſequela: Quia poteſt Angelus attentionẽ ſuam in vniuerſo orbe habere.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam. Ad probationem negatur conſequentia: nam, & ſi poſſit Angelus, ſaltem ſupremus attentionem habere circa ſingulas vniuerſi partes, non poteſt tamen habere iudicium practicum, & electionem circa omnes ſimul operandi, nec potentiam ſimultatis ad omnes. Alia eiuſdem expoſitoris argumenta ſoluuntur ex dictis.

Albertin. Contra duas vltimas concluſiones profert Albertinus quædam argumenta, quæ in ſubſtantia non differunt à prædictis, & facile diluì poſſunt ex datis reſponſionibus, & iactis fundamentis.

ARTICVLVS II.

Vtrum vnus Angelus poſſit eſſe in pluribus locis ſimul.

370 3.d. 17. q. 3. art. 2 Et q 4 art 1. cor & 4 d 44 q 2 ar. 3. qu 2 ad 2. & po q. 3. ar 29 ad 3 21 6. de tr. c. 6 to. 3.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd Angelus poſſit eſſe in pluribus locis ſimul. Angelus enim non eſt minoris virtutis, quàm anima: ſed anima eſt ſimul in pluribus locis, quia eſt tota in qualibet parte corporis, vt Aug. *dicit: Ergo Angelus poteſt eſſe in pluribus locis ſimul.

2 Præterea. Angelus eſt in corpore aſſumpto, & cum aſſumat corpus continuum, videtur, quòd ſit in qualibet eius parte. Sed ſecundùm partes eius conſiderantur diuerſa loca: Ergo Angelus eſt ſimul in pluribus locis.

Li 2. Or. tho. fi dei. c 3. & lib. 3. c. 17. 3 Præterea. Damaſc.* dicit, quòd, vbi Angelus operatur, ibi eſt. Sed aliquando operatur ſimul in plurib. locis, vt patet de Angelo ſubuertente Sodomam; ergo Angelus poteſt eſſe in pluribus locis ſimul.

Lib 2 c. 3. circa med. Sed contra eſt, quòd Damaſc.* dicit, quòd Angeli, dum ſunt in cœlo, non ſunt in terra.

Reſpondeo: Dicendum, quòd Angelus eſt virtutis, & eſſentiæ finitæ. Diuina autem virtus, & eſſentia infinita eſt, & eſt vniuerſalis cauſa omnium, & ideo ſua virtute omnia contingit, * & nõ ſolum in pluribus locis eſt, ſed vbi-

549

A què: virtus autem Angeli, quia finita eſt, non ſe extẽdit ad omnia, ſed ad aliquid vnum determinatum. Oportet enim, quicquid comparatur ad vnam virtutem, vt vnum aliquid cõparari ad ipſam: Sicut igitur vniuerſum ens comparatur, vt vnum aliquid ad vniuerſalem Dei virtutem, ita, & aliquod particulare ens comparatur, vt aliquid vnum ad Angeli virtutem. Vnde, cum Angelus ſit in loco per applicationẽ virtutis ſuæ ad locum, ſequitur, quòd non ſit vbiq; nec in pluribus locis, ſed in vno loco tantùm.

B Circa hoc tamen aliqui decepti ſunt, Quidam enim imaginationem tranſcendere non valentes, cogitauerunt indiuiſibilitatem Angeli ad modũ indiuiſibilitatis puncti. Et ideo crediderunt, quòd Angelus non poſſet eſſe niſi in loco punctali. Sed manifeſtè decepti ſunt: nam punctum eſt indiuiſibile habens ſitum, ſed Angelus eſt indiuiſibile extra genus quantitatis, & ſitus exiſtens. * Vnde non eſt neceſſe, quòd determinetur * ei vnus locus indiuiſibilis ſecundùm ſitum: ſed, vel diuiſibilis, vel indiuiſibilis, vel maior, vel minor, ſecundùm quod voluntariè applicat ſuã virtutem ad corpus maius, vel minus. Et ſic, totum corpus, cui per ſuam virtutem applicatur, correſpondet ei, vt vnus locus. Nec tamen oportet, quòd ſi aliquis Angelus mouet cœlum, quòd ſit vbique. Primò quidem, quia non applicatur virtus eius, niſi ad id, quod primò ab ipſo mouetur. Vna autem pars cœli eſt, in qua primò eſt motus, ſcilicet pars orientis. Vnde etiam Philoſophus in 8. Phyſic.* virtutem motoris cœlorum attribuit parti Orientis. * Secundò, quia nõ ponitur à Philoſophis, quòd vna ſubſtantia ſeparata moueat omnes orbes immediatè. Vnde non oportet, quòd ſit vbique. Sic igitur patet, quòd diuerſimodè eſſe in loco, conuenit corpori, & Angelo, & Deo. Nam corpus eſt in loco circumſcriptiuè: quia cõmẽſuratur loco. Angelus autem non circũſcriptiuè, cum non commenſuretur loco, ſed definitiuè: quia ita eſt in vno loco, quòd non in alio. Deus autem neque circumſcriptiuè, neque definitiuè, quia eſt vbique.

40 D. 112.

Lib. 8 tex. 84 com 2. c 166

C Et per hoc patet de facili reſponſio ad obiecta: quia totum illud, cui immediatè applicatur virtus Angeli, reputatur, vt vnus locus eius, licèt ſit continuum.

Senſus quæſiti.

NOtandum eſt diligenter quæſtionem hãc nõ eſſe de potentia logica, & conſequenter nec de potentia Dei abſoluta; ſed de potentia Angelicæ naturæ congruente, & de potentia ordinaria Dei, qua bonorum præſertim Angelorum dirigit operationes.

Fere-

Forma Textus.

TRibus conclusionibus respondet quæsito S. D. & earum veritate probata; tria in principio proposita vnica responsione diluit argumenta.

Prima conclusio est: Angelus non est vbique, nec in pluribus locis, sed in vno tantùm loco determinatè. Probatur quòd ad omnes eius partes: *Quia Deus sua virtute omnia contingit; virtus autem Angeli non se extendit ad omnia, sed ad aliquid vnum determinatum; ergo Deus non solùm in pluribus locis est, sed vbique. Angelus autem non est vbique, nec in pluribus locis, sed in vno loco tantùm.* Probatur consequentia: *Quia Angelus est in loco per applicationem suæ virtutis.* Antecedens autem probatur ex differentia inter Deum, & Angelum; *quoniam Angelus est virtutis, & essentiæ finitæ: Deus autem virtutem habet, & essentiam infinitã, & est vniuersalis causa omnium; ergo Deus sua virtute omnia contingit, virtus autem Angeli, &c.* Probatur hæc: consequentia: *Quoniam oportet, quidquid comparatur ad vnam virtutem, vt vnum quid comparati ad ipsam; ergo, sicut vniuersum ens comparatur, vt vnum aliquid ad vniuersalem Dei virtutem, sic & aliquod particulare ens comparatur, vt aliquid vnum ad Angeli virtutem; ita vt, sicut Deus sua virtute infinita contingit omnia ad integritatem, & vnitatem vniuersi pertinentia, sic Angelus virtute sua finita ad vnũ se extendat tantùm ens determinatum.*

Secunda conclusio: Non est necesse, vt determinetur Angelo vnus locus indiuisibilis secundum situm, sed vel diuisibilis, vel indiuisibilis, vel maior, vel minor, secundùm quòd voluntariè applicat suam virtutem ad corpus maius, vel minus: ita vt totum corpus, cui per suam virtutem applicatur, correspondeat vt vnus locus. Ad cuius conclusionis euidentiam refert primò S. Doctor quorundam errorem, secundò eumdem confutat, & probat conclusionem, tertio difficultatem, seu obiectionem diluit emergentem: *Errauerunt igitur quidam imaginationem transcendere non valentes, & Angeli indiuisibilitatem ad modum indiuisibilitatis puncti cogitantes, atque ideo credentes, Angelum non posse esse nisi in loco puncti.* Quorum errorem simul confutat, & suam probat conclusionem hoc argumento: *Punctum est indiuisibile habens situm: Angelus autem est indiuisibile extra genus quantitatis, & situs existens: ergo non est necesse, &c.* Difficultas autem, siue obiectio est: *Quia, si Angelus mouet cælum, ergo est vbique.* Quæ soluitur negando consequentiam: *Primò; Quia virtus Angeli non applicatur nisi ad id, quod primo ab ipso mouetur: est autem vna tantùm cæli pars, scilicet orientis, in qua primò est motus, vt ait Philosophus in 8. Phys. tex. 84. Secundò: Quia non affirmant Philosophi vnam substantiam separatam mouere omnes orbes immediatè; & ideò non sequitur vnum aliquem Angelum esse vbique.*

Tertia conclusio: Esse in loco, diuersimodè conuenit corpori, & Angelo, & Deo. Probatur: *Quia corpus est in loco circumscriptiuè; Angelus non circumscriptiuè, sed definitiuè, Deus autem neque circumscriptiuè, neque definitiuè; ergo.* Probatur prima pars antecedentis: *quia corpus commensuratur loco; secunda verò: quia Angelus non commensuratur loco, sed tamen esse in vno loco, quàm non in alio, tertia verò quia Deus est vbique.*

Postremò vnica solutione diluit argumenta, vt patet in textu.

Expositio Textus.

ANgelum in pluribus locis simul esse non posse, vt affirmat prima conclusio, testantur sacræ litteræ Exodi 14. vbi sic dicitur: *Tollensque se Angelus Domini, qui præcedebat castra Israel, abiit post eos, & cum eo pariter columna nubis priùs dimittens post tergum, stetit inter castra Ægyptiorum, & castra Israel:* dicens enim Tollens se, significat Angelum priori loco dimisso subsequentem occupare, non simul vnquam in duobus, sed in vno tantùm loco constitisse. Exod. 14.

Quare meritò S. Doctor in primo sent. distinct. 37. quæst. 3. artic. 2. affirmat, oppositam opinionem erroneam fuisse reputatam à Magistris; eo quòd sequeretur: Angelum neq; definitiuè, neque circumscriptiuè in loco esse. An autem quælibet locorum discretio sufficiat ad eorum pluralitatem simpliciter constituendam, examinabitur in speciali controuersia. S. Thom.

Disputat hic latè, & subtiliter Caietanus, & posterum Bannes, & Zumellus de sensu, veritate, & efficacia illius propositionis: *Oportet, quidquid comparatur ad vnam virtutem, vt vnum aliquid comparari ad ipsam;* cuius doctrina diligenter notanda est, ac memoriæ commendanda. Caietan. Bannes Zumelius

Circa secundam conclusionem aduerte præterrationem hic in textu positam, posse quatuor etiã argumentis probari, quibus hic vtitur Molina ad eandem veritatem confirmandam.

Deveritate tertiæ conclusionis disputat Bãnes dubitatione tertia, & Zumellus in vltima parte suę secundæ quæstionis ad hunc articulum, & eius sensum explicat accuratè. Bannes Zumellus

Postremò dubitatio occurrit circa vltima illa verba, videlicet: *Licet sit continuum*, Videtur enim deesse negatio; ita vt legendum sit, *Licèt non sit continuum*: Nam videntur apposita ad excludendam tacitam obiectionem aduersus determinationem, seu solutionem argumentorum verbis illis expressam: *Totum illud, cui immediatè applicatur virtus Angeli reputatur, vt vnus totus*, quibus statim additur secundùm communem lectionem, *Licèt sit continuum*, quasi continuitas obsit vnitati loci; quod esse falsum quis non videat? videtur ergo S. Doctor excludere dubitationem, seu difficultatem, quam tertio proposuerat argumentò de Angelo subuertente Sodomam, & in pluribus locis etiam discontinuis operante; videtur igitur apponenda negatio, atque ita legendum: *licet non sit continuum.*

Respondetur, nullam addendam esse negationem; & verba illa: *Licet sit continuum*, addita fuisse ad excludendam difficultatem secundo propositam argumento asserente Angelum esse in corpore assumpto tanquam in loco, &, cum illud corpus sit continuum, partes habere, secundùm quas considerantur diuersa loca, in quibus singulis, existit Angelus; Quam difficultatem excludens, S. D. ait

totum illud, cui immediatè applicatur virtus Angeli, reputari vt locum vnum, licèt sit continuum, & in partes diuisibile.

Ad argumentum autem in oppositum dicendum, continuitatem vt sic, ad vnitatem loci pertinere; quæ tamen ratione diuisibilitatis in partes, locorum posset habere pluralitatem; quam etiam nonnunquam habet, vel respectu vnius substantiæ spiritualis, plures partes continui successiue sua virtute tangentis, vel respectu plurium diuersa vel eiusdem magnitudinis partes simul occupantium.

Prima Controuersia.

De veritate primæ conclusionis: Ac scilicet vnus Angelus possit esse simul in pluribus locis.

Status controuersiæ, & Sententiæ Doctorum.

1. distinct. VT modus appareat propositæ difficultatis, præmittenda sunt quinque distinctiones. Prima est; effectus à causa productus est duplex: quidam totalis, & quidam partialis. *Illi* dicuntur partiales effectus, qui per se primò sunt vt partes vnius totalis effectus, siue qui ad integrandum vnum totalem effectum ab agente producuntur: Illi verò nuncupantur totales, qui absolutè, siue absque vllo ordine partis ad aliquem alium effectum producuntur; sicut etiam proportionaliter, distinguuntur causæ eiusdem ordinis, puta effectiuæ, in totales, quarum scilicet quælibet sufficiens est in suo ordine, vt trahens paruam nauiculam; & partiales, quarum scilicet nulla sufficit in suo ordine, sed alterius, vel plurium causarum eiusdem ordinis concursum necessariò requirit, vt simul cum eis vnam integram, perfectaque virtutis causam constituat; vt cum ad nauim, aut molem aliquam è loco mouendam non sufficit vnus, sed plurium trahentium virtus exigitur necessariò. Et quoniã Angelus est in loco per operationem producentẽ effectum, idcirco eodem modo distinguendus est locus Angeli, scilicet in totalem, & partialem.

2. distinct. Secunda distinctio est: effectus totalis tripliciter alicui virtuti, siue causæ potest comparari.

Primò, vt defectiuus; cum scilicet virtus agentis potest in maiorem, siue perfectiorem effectum.

Secundò, vt excessiuus; quando videlicet ad eũ producendum non est sufficiens virtus agentis.

Tertiò, vt adæquatus; quando scilicet virtutem agentis non excedit effectus perfectio, nec exceditur ab ea; & eodem modo distinguendus est locus Angeli in defectiuum, excessiuum, & adæquatũ.

3. distinct. Tertia distinctio est: Plures effectus siue totales, siue partiales ab vno agente, puta Angelo, fieri contingit dupliciter: Vno modo simul, alio modo successiuè; & eodem modo distinguendum est de esse in pluribus locis siue totalibus, siue partialibus.

4. distinct. Quarta distinctio est: Plures effectus defectiui possunt ad virtutem Angeli comparari dupliciter: Vno modo ita, vt existant omnes intra spheram actiuitatis Angeli, quam hic supponimus esse finitam, & determinatam; sicut etiam finita est virtus Angeli. Alio modo, vt vnus, vel aliqui tantùm sint intra spheram actiuitatis Angeli; alij verò sint extra; verbi gratia, si sphæra actiuitatis Gabrielis sit latitudinis vnius miliaris, & possit Gabriel mouere simul quatuor turres, & duæ tantùm sint infra spatium illud vnius miliaris, vna in vno extremo, & alia in alio, reliquæ verò duæ sint per vnum miliare distantes ab extremis prædictæ sphæræ.

Vltima. Vltima distinctio: Mobilia, siue passiua intra eandem sphæram existentia dupliciter possunt ad virtutem, & operationem Angeli comparari; Vno modo vt continua, vel contigua tam secundum se, quàm vt contactum recipiunt virtutis Angelicæ; ita vt nullum sit corpus, aut corporis pars intermedia, in quam non operetur Angelus immediatè: Alio modo comparari possunt ad virtutem Angeli diuersa corpora, vel etiam vnius corporis partes, vt distant abinuicem, ratione præsertim, quæ virtutis Angelicæ contactui substant; vt si operetur Angelus in duobus huius aulæ extremis, nihil in medijs agendo, & eodem modo distinguendũ est de duobus locis, contiguis scilicet vel distantibus. Controuersia igitur est præcipuè, nũ possit Angelus esse in duobus locis intra eandem sphæram actiuitatis abinuicem distinctis, absque hoc quod sit in intermedijs; de reliquis enim quæstionis propositæ partib. ad priores distinctiones attinentibus, de quibus scilicet quæstionis partibus nulla est inter expositores controuersia, disserunt hic vberrime Zumellus, & Bannes, ad quos lectorem remittimus; quæ tamen hic annotabimus, omnia fusè complectentur, necessaria.

Zumellus Bannes.

Sylueſter. Sylueſter ait se putare, Angelum applicantem se distantibus locis, semper se medijs etiam applicare aliquo modo contiguaris, vt semper feratur in vnum numero realiter sub aliqua ratione, puta in vnum lapidem, in vnam domum, in vnam ciuitatem, in vnum exercitum, exemplo nostræ virtutis visiuæ, quæ etiam infra suæ actiuitatis sphæram ferri non potest in duo, nisi vt sunt vnum in toto aliquo; Nec tamen (inquit) operatur Angelus eumdem effectum eodem modo in omnibus intermedijs, sed prout congruit; sicut Angelus subuertens Sodomam, & cædens exercitum Sennacherib applicauit totam suam virtutem illi ciuitati, cum toto aere incluso, & similiter illi exercitui, sed aerem non mouebat eodem modo, quo lapides ruentes, sed vt congruebat; Nec obstat, (inquit) quod posset operari in extremis omisso medio; quia hoc verum est per plures operationes, non per vnam tantùm. Et addit posse dici secundum Herueum Angelum posse mouere distantia, & esse in eis, sed non nisi sub vna ratione.

Eandem sententiam, scilicet non posse Angelũ esse in extremis partibus sphæræ suæ actiuitatis, quin existat in intermedijs, sequitur Molina, Vasquez, & Pesantius. Quibus etiam videtur fauere D. Tho in primo sent. dist. 37. quæst. 3. art. 2 ad vlt. vbi sic loquitur. *Virtus Angeli, quamuis excedat hoc operatũ excessu quasi quantitatis continuæ, eo quòd possit circa aliquod maius operari, nõ tamẽ excedit excessu quanti-*

Molina. Vasquez. Pesantius. D. Thom.

Digitized by Google

quantitatis discretæ, quia non potest nisi circa vnum operari, siue illud sit magnum siue sit paruum.

Caiet. Iannes Zumellus Albertin. Ripar. Rada.

Sed oppositam sententiam habet Angelicus Doctor in hoc art. quam sequuntur hic Caietanus, Bañes, Zumell. & Albertin. coroll. 16. Ripa super hoc art. & Rada contr. 6. art. 3. qui tamen minus fideliter refert sententiam D. Thomæ & Caietani, cui tribuit glossam verborum D. Thomæ numquàm ab eo cogitatam.

Resolutio.

Ex legitimo sensu illius principij: Quidquid comparatur ad vnum virtutem, &c. & ex nobilitate virtutis Angelicæ, & liberæ eius applicatione probatur Angelum non in pluribus locis totalibus, sed partialibus tantum actu distinctis esse posse.

OMnis effectus ad suæ causæ virtutem duplici ratione refertur, altera, qua vt obiectum illam respicit, vt potentiam; altera qua vt effectus in actu & ad eandem refertur, vt causam in actu; sicut calefactum duplicitèr virtuti comparatur calefactiuæ vnomodo vt obiectum per eam producibile; Alio modo, vt effectus actu per eam productus. Iuxta prioris comparationem rationes vtriusque formales, scilicet virtutis & effectus conferuntur ad inuicem; oportet enim obiecto vnè formaliter, vnam etiam formaliter in agente potentiæ respondere: & è contra. Nam ex ordine ad obiectum desumitur species, & ratio formalis indiuisa parentiæ: quo fit, vt qualibet potentia, siue creata, siue increata in vnum formaliter illi proprium, & adæquatum feratur obiectum; respicit enim diuina potentia esse per se primò, sub quo rerum omnium prodocibilium gradus modi, species qui continentur. Angeli verò potentia operatiua rationem habet formalem obiecti limitatam ad vnum aliquid genus, vel ratio femeriam analogam plura formaliter, ac specificè distincta complectentem, adeò vt vna, eademque virtute formaliter præsideat Angelus, custodiat, moueat, contineat, & illuminet. Postulat enim Angelica simplicitas, & excellentia, vt nec plures in eius intellectu sint actus, sicut in nobis, nec virtutes in eo multiplicentur operatiuæ. At si posteriori modo causæ, seu potentiæ cõparentur effectus quæ ratione scilicet effectus est à causa procedens, vnitatem sibi vendicat numeralem, sicut & vna numero causæ actione producitur. Hanc verò præcipuè comparationem, & virtutem S. D. intendit in eo principio. *Quicquid comparatur ad vnam virtutem, oportet, vt vnum aliquid ad ipsam comparatur*: sic enim ex eo concludit vnitas loci numerica, in quo facta quæsito; num, scilicet Angelus simul esse possit in pluribus locis. Ad cuius euidentiam ioco ex Caietano, vt vniuersaliter verum sit dictum principium, sic exponendum esse: Quidquid quicquid comparatur, vt effectus totalis, & adæquatus, vel quasi, ad illud ad virtutem vnam realiter, & formaliter comparatur vt vnum numero, sed quoniam Angelus duos effectus totales & defectiuos nõ potest simul producere, ideo si principium illud ad virtutem Angeli limitetur, superfluit illa particula adæquatus, vel quasi: sic enim erit asserendum: quodcunque comparatur, vt effectus totalis, & simul ad virtutem, & operationem Angeli vnam realiter, & formaliter, siue vnam numero, comparatur, vt vnum numero. Quamuis Angelus intra latitudinem sphæræ suæ actiuitatis plures partiales effectus simul possit producere, eos tamen non vt plures adæquatos, qua ratione distinguuntur ab inuicem, sed quatenus vnum sunt de tali qua ratione conuenium, & habent vnitatem, arripit. Potest enim Angelus plura corpora intra latitudinem sphæræ suæ actiuitatis distantia dato quoad rationem mouere, quatenus partes simul huius totalis mobilis, & prout vnus quodammodo efficiunt numero motus in eis ex pluribus partialium mobilium motibus vel ex partibus exurgens; quod enim potest virtus inferior, id multò magis potentior virtus superior; constat autem posse hominem duos distantes lapides, vnum dextera manu, alterum parte, & alterum sinistra ex altera parte mouere, cur igitur id non poterit Angelus, cuius multò excellentior est actiua potentia? Nec tamen sic totus Angelus in pluribus, sed in vno tantum loco simpliciter: cuius tot erunt partes, quot motus corpora.

Si verò de virtute, & operatione diuina sermo sit, ad eamque contrahatur dictum principium, *quicquid comparatur &c.* modificandum erit particulare simul, quicquid enim potest efficere suos effectus diuina virtus, simul etiam potest, si forte fit ineffectu repugnantia, quod illi diuinæ virtuti respondeat vt vnus adæquatus effectus totum vniuersum, imò totum ens creabile, ad cuius rationem attinet non solùm vnitas absoluta rerum singularium & vnitas ordinis omnium simul sumpearum, sed earum etiam distinctio, & multitudo, vt supra diximus contra D. Thom. quæst. 47. art. 1. & 2. ideirco possedit diuina virtus plura, non solùm, vt vnum, sed etiam vt plura producere, quæ Angelicæ virtuti minimè congruit, eo quod ad talem sit vnè effectum determinata, facilè ea ad eam particulare de cuius ratione non est multiplicatio, neque diuisio, nec quod ipsum sequitur necessariò. Quo fit, vt Deus sit in pluribus, imo in omnibus locis diuisum tantum, vt aliqua putà materia obpulacetur, sed etiam, vt plura sint. Angelus autem in pluribus locis esse non potest, nisi quatenus ad vnum eius integrum, & totalem attingat locum; sq in hoc sensu interpretanda sunt verba D. Thom. in primo sententiarum.

D. Thom.

Secundò notandum est diligenter secunda conclusio D. Thomæ, dicens Angelo determinari locum indiuisibilem, aut diuisibilem, maiorem, vel minorem, prout Angelus suam liberè virtutem applicauerit ad corpus maius vel minus: Sequitur enim ex hoc eodem conclusionis fundamento liberam applicatione posse Angelum pro sua voluntate in toto adæquato suæ potentiæ loco, vel in eius vna tantùm parte, vel pluribus contiguis, aut distantibus operari; cum enim sit à loci legibus absolutus, nulla necessitate constringitur, cum applicatus extremis suæ virtutis contactu, aliquid etiam in medijs operari. Nam si necessariò, & vt quoad etiam

Angelus media contingere, id perfectè esset, vel quia dependet à loco, aut naturalem habet ad eū habitudinem, seu commensurationem, sicut corpus, vel quia, si non necessario media contingeret, pari ratione posset esse simul in pluribus locis quātauis distantia separatis, dummodo simul accepta eorum quantitas vnius loci adæquari magnitudinem non excederet, vel quia eadem ratione posset esse in infinitis locis intra sphæram suæ actiuitatis, vel quia sicut anima repugnat exeremas informare corporis partes non informādo medias, sic & Angelo in extremis operari, & esse, & nō in medio, vel denique quia sic Angelus in nullo esset loco definitiuè, nec circumscriptiue: At ob nullam ex enumeratis causis rebellare congruit Angelo in extremis actiuitatis suæ sphæræ locis operandi vel simul etiam medijs applicetur ergo. Maior probatur quod ad singulas eius partes. Et primò Angelum à loco minimè dependere, nec commensurationem ad eum habere naturalem, satis constat ex spiritualis substantiæ completæ supra corpus excellentia, separatione, ac transcuntis operationis, per quam in loco constituitur, maxima libertate, & ex eorum Patrum sententia, qui ante mundum hunc corporeum fuisse creatos Angelos credidērunt, ac proinde ex diuersa ratione quantitatis, quæ loco tribuitur, & substantiæ spiritualis, ex qua deducit in textu S. D. veluti ex radice procedere, & vbique esse possit Angelus applicare se loco indiuisibili, vel diuisibili, maiori, vel minori: igitur eadē etiam ratione partibus etiam vnius loci cōtinuis, aut distantibus se potenter applicare, ita vt formalis vnitas loci in plura materialiter distincti primò dependeat ex vnitate virtutis, & operationis, plures eius partes discretas in eodē instanti contingentis, sicut vnitas loci corporis, puta baculi, partim in aqua, & partim in aere collocati, ex vnitate pendet quantitatis aquæ, & aeris non materialiter (sic enim est distincta realiter) sed quatenus simul vtraque rationem constituit vnius integri loci continentis, & mensurantis locatum. Angelus autem è contra corporis, siue loci partes sua virtute cōtinet: quæ proinde, vt ante diximus, effici locandi ratio, sicut quantitas corporis continentis rationem in eo loci constituit. Secundò non sequitur Angelum in locis quantuis distantia separatis simul operari posse, vel existere: iam enim diximus, subitam esse virtutem Angeli, & sphæram habere determinatam actiuitatis, extra cuius ambitum nequit extendi. Tertiò non sequitur Angelū in infinitis eiusdem sphæræ locis discontinuis simul esse posse, cum actu partes infinitæ abinuicē diuisæ ac distæ simul esse nequeant, etiam per Dei potentiam infinitam, si tamē actu ponerētur in eis omnibus simul esse Angelus, eo quod intra sphæram actiuitatis eius continerentur, & virtus Angeli sit infinita secundum quid, sicut, & eius essentia. Quarto non eadem, sed longè diuersa est animæ, & Angeli ad corpus habitudo: nam illa corporis est forma essentialiter illi commensurata, & ad eos quoad informationem dependens, vt à materiatae proinde ablata continuitate partium ani-

A

B

C

D

E

matarum, iam non esset vnum animatum, sed plura; Angelus autem separatus est omnino à corporeo vllam habet ad illud habitudinem necessariam, commensurationemue naturalem. Postremò non sequitur, Angelum in loco tunc non esse definitiuè, cum ea plura loca non nisi partialia sint, vnum solùm integrum, totalemque locum Angelo constituentia, in quo dicitur Angelus esse diffinitiuè, sicut cum totum occupat suæ virtuti locum adæquatum, in singulis etiam loci partibus esse dicitur, nec tamen in vlla earum est definitiuè, sed in toto solùm: quemadmodum etiam anima totū corpus informans in nulla est illius parte definitiuè, sed in toto. Probatur etiam hæc veritas authoritate sacræ Scripturæ Apocal. 10. vbi de Angelo è cœlo descendente dicitur: *Et habebat in manu sua libellum apertum, & posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram*: quibus verbis significatur Angelum duas distinctorum corporum partes situ distantes vna suæ virtutis operatione simul contigisse. Idem confirmat Zumel. à simili in corpore Domini simul in Sacramentis valdè distantibus existente: quod enim (inquit) communicatum est corpori supernaturaliter, possum' intelligere esse in Angelo naturaliter: sed quamuis hoc exemplo satis appareat nullam in prædicto modo contactus, siue locationis Angeli esse repugnantiam: id tamen directè non infert, quod asserimus; cum ex effectu diuinæ virtutis infinitæ supernaturali, factum sit, ac planè ridiculum simile-lem alium effectum in, & ex creata, finitaque virtute deducere.

Apoc. 10.

Zum. simile reject.

Conclusiones deductæ, & probatæ.

PRima conclusio: Angelus secundùm suam potentiam naturalem, & secundùm legem Dei ordinariam neque est, neque esse potest in toto mundo. Hanc conclusionem probant hîc Bannes, Zumellus, & alij recentiores; sic enim existimandum est mundum hunc corporeum à Deo fuisse constitutum, vt soli subderetur diuinæ potentiæ, cæterarum autem omnium spiritualium substantiarum virtutes excederet, solique Deo dicere liceret: *Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum.* Isa. 66. & cælum, & terram ego impleo. Hier. 23. Dixi autem, secundùm potentiam Angeli naturalem, & secundùm legem Dei ordinariam; quia potest Deus per potentiam suam absolutam creare Angelum cæræ perfectionis, & virtutis, vt simul operari possit in toto mundo. Sed quæres, cum de ratione vnitatis sit pluralitas, an talis Angelus existeret in diuersis locis, vt diuersa sunt, sicut de Deo dictum est, vel in omnibus mundi locis existat, quatenus vnius tamen loci totalis partes sunt. Cui quæsito videtur dicendum talem Angelum non posse in omnibus mundi locis existere, cum vt vnius loci totalis partes sunt. Differunt enim Deus, & Angelus, quòd Deus sua virtute res omnes attingit, & in esse extitit voluntarias earum essentiales distinctiones, & naturales proprietates, & eas in esse conseruans. Angelus autem rebus iam distinctis suam applicat virtutem, & in eis operatur ali-

Banner.

Hier. 23.

Digitized by Google

aliquid accidentale; puta motum, aut lumen; ita vt rerum distinctio à Deo facta materialiter, & quasi per accidens se habeat respectu applicationis, & operationis Angelicæ superuenientis, eo qd operatio Angeli non sit distinctionis rerum effectiua, aut conseruatiua, sicut est operatio Dei.

Secunda conclusio: Non potest Angelus secundùm eandem potentiam, scilicet suam naturalem; & ordinariam Dei simul esse in duobus, aut pluribus locis illius virtutem adæquantibus, vel etiam totalibus defectiuis, seu inadæquatis. Hæc sequitur euidenter ex dictis, & probant eam expositores prædicti quo ad vtramque partem.

Tertia conclusio: Non potest Angelus operari, siue esse in duobus locis partialibus etiam minimis, si maior sit eorum distantia, quàm tota latitudo sphæræ actiuitatis Angeli. Probatur hæc cõclusio: Quia sequeretur Angelum simul esse posse in cœlo, & in terra. Probatur sequela: Quia tunc posset Angelus applicare seipsum in cœlo quantitati cubitali, & minori, & eiusdem, aut etiam minoris quantitatis partem in terra contingere; quæ duæ corporum quantitates simul sumptæ non adæquarent actiuitatis sphærã ipsius Angeli, ac proinde non oporteret Angelum in cœlo existentem, & operaturũ in terra, moueri, & cœlum relinquere, sed nouum dumtaxat locum occupare, priori simul retento.

Vltima conclusio: Potest Angelus simul in duobus locis partialibus intra sphæram eius actiuitatis clausis existere. Hæc patet ex dictis.

Argumenta, & solutiones.

COntra primam conclusionem sunt argumenta, quæ proferunt hic, & soluunt Bannes, & Zumellus. Bannes. Zumellus

Contra secundam, & tertiam conclusionem sũt eorumdem expositorum argumenta ab eis soluta, & ea, quæ tangit hic Caietanus examinando processum D. Thomæ, & Ferrarien. in 3. contr. cap. 68. post medium. Caiet. Ferrarien.

Contra vltimam argumentatur Sylueſter à simili in virtute visiua; quæ infra suæ actiuitatis sphæram non potest in duo ferri, nisi vt sunt vnum in toto aliquo; ergo, &c. Sylueſter.

Respondetur, nullam esse consequentiam; quia virtus visiua, quæ est potẽtia organica, in actu suo pendet ab obiecto cui naturaliter est commensurata; neutrum autem conuenit Angelo respectu corporis, aut loci.

Contra eandem conclusionem, argumentatur Molina; Primò à simili in anima corpus informante; sed huic argumento supra satisfecimus. Molina.

Secundò arguit à simili. Quia lumen non potest deriuari à Sole in partem extremam spatij, nisi p mediam, in qua lumen maneat; ergo neque Angelus potest transferre suam substantiam à quarta parte spatij extrema, in aliam extremam nisi per medias, in quibus eadem substantia maneat.

Respondetur, nullam esse consequentiam ob di ctam causam, quia scilicet lumen qualitas est sensibilis extensa per accidens à corporibus, quibus A inest secundùm suum esse dependens; & eis commensurata; hæc autem Angelo non conueniunt.

Tertiò: Nullum agens immediatè immediatione suppositi potest agere in distans, quin prius agat in medium; ergo postquam Angelus collocauit substantiam suam in primo quadrante sphæræ, non poterit simul collocare eandem substantiam in extremo quadrante, quin eam collocet in intermedijs.

Respondetur, nullam esse consequentiam; quia cum Angelus sit à loci legibus absolutus, potest, in quibus voluerit suæ sphæræ partibus etiam distitis, operari immediatè immediatione suppositi; B siue simul vtrique virtutem applicet, siue priùs vni, postea alij. Nec obstant distantiæ partium, quæ cum ambæ sint in eadem actiuitatis sphæra, non ita censetur Angelus ab altera distans, dum operatur in vna, quin illi præsens sit saltem præsentia ordinis per iudicium, scilicet practici intellectus, & electionem voluntatis, & expeditionem potentiæ ad operandum in altera parte simul, dum operatur in vna. Nec vlla est pars media respectu virtutis angelicæ.

Contra eandem conclusionem argumentatur Vasquez. Primò: Quia S. Thomas in hoc art. nunquam concedit vllo modo Angelum posse esse in C pluribus locis simul, cum tamen id absolutè neget, cum respondet ad argumenta in contrarium adducta; asserit enim, dum Angelus operatur in pluribus partibus, non esse in omnibus, sed in ea, in qua primò applicat suam virtutem; sic enim cõcedit Angelum subuertentem Sodomam non fuisse in pluribus partibus Ciuitatis, sicut argumentũ contendebat, sed in ea tantùm, per quam suam virtutem applicabat; quod sanè necesse non erat, si posset esse in pluribus locis non adæquatis, &c. His adde dictum D. Thomæ supra notatum ex 1. sent. dist. 37. quæst. 3. artic. 2. ad vltimum. Vasquez.

Respondetur primò D. Tho. loqui de pluribus D locis formaliter, vt plura sunt, hęc verò sunt plura loca totalia, siue sint adæquata, siue inadæquata, siue parua, siue magna. Secundò dico iuxta supra notata in expositione textus, postrema verba litteræ locorum partialium pluralitatem asserere; cũ tamen legendum sit: *Totum illud, cui immediatè applicatur virtus Angeli, reputatur, vt vnus locus, licèt sit continuus.* Tertiò dico D. Thomam hic non dicere Angelum subuertentẽ Sodomam in vna tantũ parte fuisse, per quam suam virtutem applicabat. S. Thomas

Secũdò, pfert dicta Damasceni Didimi, & aliorum, asserentiũ Angelum vni loco semper esse definitum, nec in pluribus, ac diuersis locis operari eodem tempore posse: At vni loco definiri idẽ est, quod in vno loco tantùm esse, siue magnus ille sit, siue paruus; id enim nunquam Patres distinguere curarunt: ergo neque intra sphæram Angelus in pluribus locis esse potest. E

Respondetur, Angelum vni loco definiri non solùm cum in vnum aliquod totum, & omnes eius partes adinuicem continuas operatur, sed etiam, cum in plura corpora, vel partes intra sphęram actiuitatis eius distantes operatur; tunc enim di-

Digitized by Google

stantia illa corpora, vel partes vnius, ideſt totalis, ac integri mobilis, & locatationem habentis, quo definitur Angelus. Quare falſa eſt ſecunda propoſitio de pluribus locis intra ſphæram Angelicæ virtuti determinatam exiſtentibus. Vel dicendum, ea formaliter non eſſe plura loca, ſed materialiter tantum; eo quod non vt plura, ſed vt partes vnius ad Angelum, & eius operationem referantur. A

Tertio; Si Angelus poſſet indiſtans operari ſine medio, nullus terminus aſſignari poſſet, intra quē neceſſariò deberet in diſtans operari; ergo. Probatur illatio: Nam, ſi ſemel actio Angeli non debet vſque ad terminum continuari, certè diſtantia illa, quæ vacua eſt effectu Angeli, nihil conducit, neque nocet virtuti illius ad operandum, cum ſit omnino per accidens eſſe maiorem, quoniam in ea virtus Angeli non conſumitur: Et confirmatur: Quoniam in cæteris agentibus eo diſtantia limitat operationem, quod cōtinuò per illam effectus virtutis diffunditur, & quo maior diſtantia eſt, maior eſt effectus continuatus per illam actionē operantis; ergo, ſi Angelus mouere poteſt pondus centum librarum diſitum per centum paſſus non diffuſa virtute per medium, ſed nutu ſolius voluntatis, certè idem omninò videtur effectus, ſi moueat pondus in duplo maiori diſtantia. Probatur ſequela: Quia diſtantia nec auget effectum, nec quicquam obeſt, aut confert ad actionem, ſed merè negatiuè ſe habet. B C

Reſpondetur; nullam eſſe conſequentiam. Ad probationem negatur aſſumpta conditionalis. Ad cuius probationem negatur aſſumptum, ſcilicet eſſe omninò per accidens eſſe maiorem, aut minorem diſtantiam; nam, licèt in ea virtus Angeli non conſumatur, poteſt tamen diſtantiæ latitudo ſphæram angelicæ virtuti determinatam excedere.

Ad confirmationem negatur antecedens: nam propria cauſa, ob quam agentis operationem diſtantia limitat, non eſt cōtinuitas in diffuſione virtutis, ſed ipſamet diſtantia, prout extrema contingit, ſiue deſignat ſphæræ propriæ actiuitatis agētis. D

Secundò negatur conſequentia; nam continuitas illa diffuſionem limitat virtutis ſolius agentis corporei, eo quod ſit loci legibus alligatum: & q̄uis operetur Angelus per imperium ſuæ voluntatis, non tamen ſit conſequens, illum duo quantūuis diſtantia corpora poſſe mouere, quia voluntas Angeli ſic operans vim habet formaliter executiuæ potentiæ, cui tanquam finitæ, ſphæra conuenit etiam actiuitatis determinata; quam determinationem excedit quandoq; diſtantia corporis, quæ fundamentaliter ſaltem eſt quid poſitiuum.

Quarto: Præter primū miraculum, quo corpus Chriſti caret proprietate quantitatis, quam dicūt commenſurabilitatem, nouo alio miraculo conſtituitur in duobus locis, vel hoſtijs etiam parum diſtantibus; ergo magis difficile Angelo eſſe debet in duobus locis collocari, quàm in vno continuo duobus æquali manere. E

Reſpondetur primò, vno, & eodem miraculo ſimul conſeruari plures hoſtias parum abinuicem diſtantes, & in ſingulis eſſe totum Chriſti corpus ſpecie bus minimè commenſuratum.

Secundò negatur conſequentia: quia diuinæ virtutis, quia miracula fiunt, eiuſdem ſunt facilitatis duo miracula, ſicut vnum, & ſimiliter Angelicæ virtuti naturali ex electione voluntatis operanti, æquè facilè eſt duobus locis, ſiue corporibus intra ſphæram abinuicem diſtitis operari, ſicut in eiſdē ad inuicem continuatis. His duobus poſtremis argumentis breuiſſimè dictis vtitur etiā Peſantius. Peſantius.

Secunda Controuerſia.

De veritate ſecundæ concluſionis D. Thomæ, An ſcilicet poſſit Angelus pro ſua voluntate, ſibi locum determinare minorem, & minorem vſque in infinitum, vel etiam indiuiſibilem.

Senſus quæſtionis, & ſententiæ Doctorum.

DVas habet partes hæc controuerſia. Prior eſt de latitudine loci diuiſibilis Angeli, an videlicet neceſſe ſit locum aliquem Angelo minimū aſſignare, quo minorem nequeat occupare. Scotus in 2. ſent. diſt. 2. quæſt. 6. partem tuetur affirmantem: cuius ſententiam reijciunt Caiet. & alij expoſitores, præter Vaſq. dicentem, nihil nobis conſtare, an detur minimus locus, vt Angelus in minori eſſe nequeat, vel in infinitum minori, & minori poſſit locari. Scotus. Caiet. Vaſquez.

Poſterior pars inquirit, an poſſit Angeli virtus ad locum indiuiſibilem ſecundùm ſitum applicari. Cum autem ſit duplex indiuiſibile, ſcilicet mathematicè, vt punctus, & naturaliter, vt granum ſynapis, vel arenæ, aut pulueris; quidam hic à Sylueſtro relati dictum D. Thomæ interpretantur de loco indiuiſibili naturaliter, inter quos immeritò recēſent Capreolum in 2. diſt. 2. qu. 2. qui diſſertis verbis dictum hoc Angelici Doctoris exponit, & tuetur de indiuiſibili mathematicè, & poſt eum Caietanus, & alij expoſitores. Sētit igitur S. D. Angelum eſſe poſſe in loco ſimpliciter indiuiſibili, qualis eſt punctus, quam ſententiam ſequūtur Capreolus, Caietanus, Sylueſter, & alij recentiores, vno excepto Vaſquezio dicente, ſibi compertum non eſſe, an poſſit Angelus in puncto locari. Capreol. S. Thom. Sylueſter.

Ioannes Dominicus in ſuis defenſionibus mediam videtur tenere ſententiam, ait enim, Angelum non completè, ſed inchoatiuè tantùm in puncto poſſe locari. Io. Domi.

Reſolutio.

Ex Angelicæ ſubſtantiæ, ac virtutis excellentia, & vſus libertate probatur veritas ſecundæ concluſionis Diui Thomæ.

EX duobus principijs in ſecunda concluſione, & eius probatione poſitis colligitur ſatis euidenter, non eſſe neceſſarium locū aliquem eſſe minimum Angelo deſignandum, quo minorem, ac minorem vſque in infinitum nequeat occupare. Primum principium eſt, Angelum eſſe quoddam indiuiſibile extra genus quantitatis, & ſitus exiſtens. Secundū eſt, Angelum liberè ſuam loco virtutem applicare. Ex primò namque ſequitur Angelum

gelum nullis loci legibus alligari, sed illis omnibus suæ virtutis excellentia dominari, ac proinde loco minimè commensurari, aut circumscribi, vel continerised magis locum, siue corpus operatione sua continere, indifferenterque totum, ac singulas eius partes respicere; sicut enim toti, sic & singulis eius partibus eminet Angelica virtus. Ex secundo verò sequitur, Angelum pro suæ voluntatis arbitrio, cui voluerit corporis, vel loci parti suæ virtutis operationem applicare, tantumque minimam designauerit, quia minore vsque in infinitum valeant designari, in quibus singulis non possit Angelus operari, iam primum ante dictum principium cunctis notissimum apertè negas, excellentiam scilicet Angelicæ virtutis supra singulas cuiuslibet corporis & loci partes, quæ loci legibus est absolutus. Et quoniam virtutis applicatio liber vsus est angelicæ voluntatis, consequens est, vt, in qua voluerit parte, quantumuis minima, valeat operari.

Ratio efficax.

Probari potest hæc veritas hoc argumento. Si non posset Angelus eius parti corporis, quantulacumque minimæ virtutem applicare, id esset, vel quia substantia eius est inextensa, & indiuisibilis modo dicto, vel quia vim non habet sufficientem ad esse eum aliquem in tam parua corporis quantitate producendum, vel quia tam parua corporis quantitas nullius est transmutationis susceptiua: vel quia naturaliter est Angelo determinata quantitas loci, vel quia posse loco minori, ac minori vsque in infinitum applicari virtutem postulat infinitam; sed ob nullam harum causarum Angelo repugnat talis applicatio, ergo.

Probatur minor quo ad singulas partes. Nam, quòd Angeli substantia sit inextensa, & indiuisibilis extra genus quantitatis, & sicus existens ad maximam eius pertinet excellentiam quantoti simul & partibus singulis dominatur, ac proinde, potest ob eandem causam intoto, & in qualibet eius parte operari, vt ante diximus; quo fit etiam, vt vana sit secunda causa tangens angelicæ virtutis defectum.

Tertia verò ex parte recepti ui ex eo falsa conuincitur, quòd pars qualibet corporis inexistens, sicut materiam habet, & formam substantialem, ita proprietates, & accidentia separabilia, secundùm quæ sicut totum, vel tanta pars per agens corporeum potest naturaliter alterari, sic ab agente separato virtutis excellentissimæ potentiæ quantuuis pars minima secundùm ea transmutari.

Quarta verò, quæ naturalem asserit determinationem, in articulo præcedente multis argumentis remanet confutata. Postrema demum, cui nititur Scotus, ex eisdem fundamentis reijcitur, & eo præcipuè, quòd tota falsitudo vsus Angelicæ virtutis libera est, non naturalis, vt hic etiam aduertit Caietanus ex secundo principio superiùs explicato; non igitur ex maiori, & maiori virtute, vt ad minorem, & minorem locum se valeat applicare, sed ex propria voluntatis illi congenita prouenit libertate.

Caietan.

Deinde suppono, in virtute Angeli operatiua

A plures esse gradus virtualiter distinctos; sicut in qualibet alia qualitate; quo supposito sic argumentor. Sicut se habet tota virtus Angeli ad totam magnitudinem sphæræ suæ actiuitatis; ita gradus eiusdem virtutis se habent ad partes eiusdem magnitudinis; igitur nulla pars est magnitudinis cui non respondeat aliquis virtutis gradus, ergo potest Angelus in quamlibet magnitudinis partem quantumuis minimam operari; Sed quia virtus Angeli ob sui excellentiam plenè dominatur, tam toti magnitudini, quàm cuilibet eius parti; ideo potest parti quantumcunque paruæ, vel etiam puncto per paruam, aut magnam suæ virtutis quantitatem applicari.

B Posterior verò controuersiæ pars paulò maiorè videtur habere difficultatem, eò quòd non appareat satis perspicuè, quid operari possit Angelus in puncto; hinc enim affirmat Molina non leue argumentum deduci, quòd non sit Angelus in loco per operationem. Molina.

Verùm, vt hic recentiores aduertunt, plures, p- C directe potest Angelus in puncto, vel in alio aliquo indiuisibili, pura lineâ, suæ virtutis effectus; potest enim primò globum, siue corpus perfectè sphæricum in puncto continere, & sic eum mouere, localiter; quod etiam posset corpus admissa hypothesi duorum corporum se contingentium, quorum vnum esset perfectè planum, & aliud perfectè sphæreum, vel etiam vtrinque sphæricum; hæc enim in puncto se contingerent, & tali contactu posset vnum ab alio moueri localiter; tunc autem esset Angelus non in toto corpore moto, sed in solo puncto, vt in loco simpliciter, & completè, & non inchoatiuè tantùm, cum illi soli primò, & immediatè virtutem applicaret. Nec audiendus est Vasquez admittens corpus posse per corpus in puncto contingi, & moueri, non autem per Angelum. Secundò posset Angelus per modum operationis lineam cuadere, vt vltimum loci terminum, ne bellorum incursiones, ventorum turbines, aut grandinum impetus, aut aeris infectio in locum transeat. Tertiò Multi sunt excellentes, & ab intellectu humano imperscrutabiles angelicæ virtutis effectus in qualibet re corporea, siue diuisibili, siue indiuisibili; quos ex duobus supra notatis principijs nouimus (in communi saltem) esse possibiles, quamuis in particulari rationes eorum assequi minimè valeamus. Vasquez dicta reijcitur.

D

Conclusiones deductæ, & probatæ.

PRima conclusio: Non est Angelo determinatus locus minimus, sed esse potest in minori, & minori, vsque in infinitum.

E Secunda conclusio: Angelus potest esse in loco indiuisibili, puta in puncto, vel linea, non tantùm inchoatiuè, sed etiam completè. Vtraque patet ex dictis. Et probatur, quia vana esset inchoatio, quæ non posset habere complementum.

Argumenta, & solutiones.

COntra primam conclusionem sunt argumenta Scoti, quæ refert, & soluit Caietanus, & post eum alij recentiores, & præsertim Molina; q- prio- Caiet. Molina.

prioris argumenti Scoti vim explicat luculenter, & retorquet in Scotum.

Vasquez. Contra eandem conclusionem argumentatur Vasquez disput. 91. cap. 2. Angeli substantia indiget aliquo modo, vt vniatur corpori: nec satis certum est, vtrum modus ille determinatam requirat quantitatem, cui Angelum faciat præsentem, an non; ergo,

Respondetur primò, substantiam Angeli nullo egere modo, quo constituatur in loco, sed operatione sola, vel ordinis præsentia in loco constitui. Secundò dico ex eminentia substantiæ Angeli supra corpora colligi ordinem modorum eius, & operationum excellentiam, ex qua superius ostendimus, Angelum, in quantouis paruo loco posse constitui.

Secundò: Si certum esset Angelum posse esse in loco indiuisibili, hoc est in puncto, inde euidenter colligeretur esse posse in quouis loco minori, & minori in infinitum. Eadem namque ratio esset. At hoc non est manifestum; ergo.

Respondetur, satis esse manifestum ex supradictis Angelum nõ solùm in puncto posse collocari, sed etiam in loco minori, & minori in infinitum.

Capreol. Contra secundam conclusionem sunt argumenta Arminensis, quæ refert, & soluit Capreolus in 2. sent. dist. 2. quæst. 1.

Vasquez. Contra eandem conclusionem argumentatur Vasquez disput. 92. cap. 2.

Primo: Nulla operatio, aut virtus derivata ab Angelo in puncto recipi potest, & consequẽter nec etiam applicatio ad operandum ad punctum referri potest; ergo Angelus non potest esse in puncto, vt in loco.

Replica. Respondetur, falsum esse antecedens, quia potest Angelus per punctum toti corpori virtutem applicare, vt per illud dicatur corpus moueri.

Sed hanc responsionem sic arguit Vasquez: Nullus effectus Angeli recipi potest primò in puncto, vt per illud in reliquum corpus deriuetur; ergo nequit Angelus corpus per punctum mouere, aut explicent nobis quomodo virtus, seu operatio Angeli toti corpori per punctum possit communicari, & hac (inquit) ratione probatur etiam, Angelũ esse non posse in aliqua parte determinata totius, quod mouetur, nisi dicamus corpus ab Angelo moueri qualitate aliqua impressa, quæ dicitur impetus; nam si sola voluntate, vel potentia exequente mouet corpus, motus totius mobilis, quod sit corpus solidum, nec prius tempore, nec prius natura, aut causalitate recipitur in vna parte, quàm in alia; nam motus secundùm locum non serpit, vt calor, sed æque in omnibus partibus mobilis incipit, vt apparet in orbe, qui circulo vertitur, & in quouis alio corpore proiecto.

Respondetur in puncto, sicut, & in parte totius corporis moti recipi posse motum prius natura, siue causalitate, quàm in cæteris eiusdem corporis partibus, etiamsi motor non moueat per impressam qualitatem, vel impetum à motu distinctum. Id verò quomodo fiat explicari potest in simili, nimirum in locatione, & motu supremæ sphæræ. Affirmant enim nostri communiter eam esse, & moueri in loco per partes, quamuis non habeat eas actu diuisas, sed in potentia tantùm; dicuntque satis esse earum ordinem inter se, & ad polos mundi vt secundùm eas vltima sphæra vere, ac realiter moueatur; sic itaque dici non incongruè potest, totum corpus mobile partes habere diuisas in potentia, & ad inuicem ordinatas; atque ideo posse motorem per vnam, vt causam virtualiter motus alterius alteram mouere. Et quemadmodum calor ordine temporis vnam post aliam actuat partem, sic motus localis à motore partem vnam mobilis primò contingente causatus ordine naturæ, id est, causalitatis, non actualis, sed virtualis tantùm, ex prima illa parte, vt primò mota ad proximam, & ad cæteras vsque ad vltimam deriuatur; Non minus enim concipi, & affirmari potest causalitatis ordo virtualis in mouendo inter totius mobilis partes ab inuicem separabiles, quàm sit in essendo inter diuina prædicata in vnam rem, & ratione Dei formalem simplicissimam eleuata; certum est autem hæc ordinem habere virtualis inter se causalitatis, vt immutabilitas respectu æternitatis, & essentia respectu existentiæ, & intellectus respectu intellectionis, &c. Et per hæc, ſpluitur aliud argumentum eiusdem Vasquez ij contra D. Tho. & Aristot. de motore cœli, athimantes, in parte existente determinata mouere.

Secundò: Angeli custodia, vel attentio præsidentis, vel aliquid huiusmodi modum habens operationis transeuntis ad punctum dirigi minimè potest; ergo.

Respondetur, falsum esse antecedens: Si namque, vt ostendimus, in puncto potest operari, multò magis illum potest custodire, & illi attentione præsidentis intendere. Sicut enim potuit Deus vnam intelligentiam primum mobile reuoluentẽ ab oriente vsque in occidentem, ita constituere potuit aliam, quæ polum articum custodiret, eiusque fixionem, & immobilitatem seruaret; & tertiam, quæ præsideret antartico; quod effici posse patebit euidentius, si fingamus à Deo nunc creari corpus aliquod sphæricum in aeris parte determinata suspensum, quod circulariter à quouis homine possit moueri; nam constituere posset Deus Angelo, qui corporis sic moti polos custodiret, vt simpliciter circularis, ac perfectè regularis esset motus; constat autem, polos puncta esse indiuisibilia; potest igitur Angeli custodia, præsidentia, & operatio ad punctum dirigi; ac proinde potest Angelus in eo veluti in loco constitui.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrum plures Angeli possint simul esse in eodem loco.

DEinde tertiùm sic proceditur. Videtur, quòd plures Angeli possint simul esse in eodem loco. Plura enim corpora non possunt esse simul in eodem loco, quia replent locum: Sed Angeli non replent locum, quia solùm corpus replet locũ, vt non

2 p. d. 17. q. 3 art. 3. & 2. q. 3 ar. 7. 11 & ar. 39 ad 1. Li 4 Phy. tex 32. & 58. to 2.

Digitized by Google

sit vacuum: vt patet per Philosophum in 4. Phy ic. * Ergo plures Angeli possunt esse in vno loco.

2 Præterea. Plus differt Angelus, & corpus, quàm duo Angeli. Sed Angelus, & corpus sunt simul in eodem loco: quia nullus locus est, qui non sit plenus sensibili corpore: vt probatur in 4. Phy ic. * Ergo multo magis duo Angeli possunt esse in eodem loco.

L. 1. 4. Phy. tex. 78. to. 2. Aug. li 6. de tr. c. 6 non pro cul à fine to. 2. Epist. 28. ad Hieronymum.

3 Præterea. Anima est in qualibet parte corporis, secundùm Aug. sed dæmones, licèt non illabantur mentibus; illabuntur tamen interdum corporibus: & sic anima, & dæmon sunt in eodem loco. Ergo eadem ratione, quæcunque aliæ spirituales substantiæ.

Sed contra. Duæ animæ non sunt in eodem corpore. Ergo pari ratione, neque duo Angeli in eodem loco.

Respondeo. Dicendum, quòd duo Angeli non sunt simul in eodem loco. Et ratio huius est: quia impossibile est, quòd duæ causæ completæ sint immediatæ vnius, & eiusdem rei: Quod patet in omni genere causarum: quia vna est forma proxima vnius rei, & vnum est proximum mouens: licèt possint esse plures motores remoti. Nec habet instantiam de pluribus trahentibus nauem. Quia nullus eorum est perfectus motor: cùm virtus vniuscuiusq; sit insufficiens ad mouendum. Sed omnes simul sunt in loco vnius motoris, inquantum omnes virtutes aggregantur ad vnum motum faciendum. Vnde, cum Angelus dicatur esse in loco per hoc, quòd virtus eius immediatè contingit locum per modum continentis perfecti, vt

9 præd. 1 dictum est: † non potest esse nisi vnus Angelus in vno loco.

Ad primum ergo dicendum, quòd plures Angelos esse in vno loco, non impeditur propter impletionem loci, sed propter aliam causam, vt

In cor. ar. dictum est.

Ad secundum dicendum, quòd Angelus, & corpus non eodem modo sunt in loco. Vnde ratio non sequitur.

Ad tertium dicendum, quòd nec etiam dæmon, & anima comparantur ad corpus, secundùm eandem habitudinem causæ, cum anima sit forma, non autem dæmon. Vnde ratio non sequitur.

Sensus quæsiti.

DE qua potentia sit quæstio, nõ potest hic plenè definiri, sed in controuersia de sensu, & veritate conclusionis declarabitur.

Forma Textus.

Conclusio est: Duo Angeli non sunt simul in eodem loco. Probatur: Impossibile est, quòd duæ causæ

A *completæ sint immediatè vnius, & eiusdem rei: Sed Angelus est in loco per hoc, quòd virtus eius immediatè contingit locum per modum continentis, & sufficientis perfecti: ergo non potest esse nisi vnus Angelus in vno loco. Minor patet ex supradictis in hac quæst. art. 1.*

Maior probatur primò inductiuè in causis formalibus, & efficientibus: nam vna est forma proxima vnius rei, & vnum est proximum mouens, licèt possint esse plures motores remoti. Secundò explicatur quo ad illam particulam, completè, siue totales: excludendo tertiam obiectionem; nam, & si plures esse possint nauem trahentes, nullus tamen eorum est perfectus motor: eo quòd vniuscuiusque virtus sit insufficiens ad mouendum: sed simul omnes vnius motoris vicem gerunt, quatenus omnium simul trahentium virtutes aggregantur ad vnum motum faciendum.

B

Controuersia Vnica.

De sensu, & veritate conclusionis, An scilicet, & quo sensu verum sit, duos Angelos in eodem loco simul esse non posse.

Sententiæ Doctorum.

SCotus in 2. sent. dist. 2. q. 8. cuius sententiam refert, & sequitur Rada in sua secunda parte, cõtrouersia sexta, art. 4. duo dicit. Primum est: Certum est; duos, aut plures Angelos in eodem loco simul esse posse per diuinam potentiam. Secundũ: Plures possunt naturaliter esse in eodem loco adæquato simul, & eodem tempore. Hanc sententiam sequitur Suarez disp. metaph. 26 sect. 4. vbi docet esse probabile posse eundem effectum esse simul à pluribus causis efficientibus totalibus eiusdem generis, & eiusdem ordinis, & speciei. Sequitur eandem Molina dicens iuxta principia D. Thomæ posse plures Angelos naturaliter esse simul in eodem loco.

C Scotus. Rada. Suarez. Molina.

Vasquez eidem sententiæ subscribit, & addit duo in tertio suo cap. Primum est, non esse superfluum plures Angelos esse in eodem loco Physicè, & id frequenter accidere. Secundum est superuacaneam esse distinctionem illam Caietani de loco materiali, & formali; eo quod, si semel concedamus duos Angelos posse esse in eodem corpore adæquato, etiamsi non sint ratione eiusdem operationis, nihilominus dicendi sint esse in eodem loco formali, & adæquato. Eandem opinionem, & dicendi modum sequitur Pesantius, addens loquendo de loco formali iuxta suam sententiam non posse duos Angelos habere eundem locum; eo quòd locus ille est modus intrinsecus absolutus Angeli.

D Vasquez. Pesantius.

Valentia dicit quatuor. Primum; Si loquamur de modo, quo Angelus est in loco per præsentiam suæ substantiæ, dicendum est posse plures Angelos etiam naturaliter esse simul in eodem loco. Secundum: Si loquamur de modo, quo Angelus est in loco per operationem, sic verum est; non posse esse plures Angelos simul in eodem loco; tribus tamen adhibitis limitationibus; prima est, vt intelligatur de potentia ordinaria; secunda, vt intelligatur de locis adæquatis; tertia, vt intelligatur non solũ de eodem loco adæquato, sed etiam de eodem modo

E Valentia

for-

Digitized by Google

formaliter exiſtendi in loco, ideſt, eundem effectũ in illo producendo; Tertium eſt, falli Caietanum, cum ait Angelos in eodem corpore diuerſos effectus operantes non eſſe in eodem loco formali, ſed materiali tantùm: Quartum; Tunc erunt (inquit) Angeli in eodem loco formali, non tamen eodem modo formali, ſed diuerſo, puta per diuerſas operationes.

Bannes. Bannes dicit tria. Primum: Angeli benè inſtituti nõ poſſunt eſſe in eodem loco naturaliter. Secũdum: Dæmones in eodem loco, & poſsunt eſſe, & ſunt tæpè numero. Tertium: Si ratio exiſtendi in loco ipſi Angelo non eſt actualis operatio propriè dicta, ſed ſolum applicatio virtutis, & contactus ad ipſum locum, nulla videtur eſſe repugnantia, quo minus eſſe poſsint in eodẽ loco plures Angeli.

Zumellus Zumellus dicit ſeptem. Primum: Poſsibile eſt ſecundùm naturalem Angelorum potentiam plures Angelos eſſe ſimul in eodem loco materiali. Secundum: poſsibile eſt ſecundùm naturalem Angelorum potentiam, plures Angelos ſimul eſſe in eodem loco formali, tanquam cauſas partiales, & immediatas eiuſdem numero effectus. Tertium: Aliquando boni Angeli ſimul concurrunt ad eundem effectum producendum, quem quilibet eorũ producere poterat.

Quartum: Si ratio exiſtendi in loco: in Angelo ſolùm eſt applicatio virtutis Angelicæ, & contactus ad locum, nulla eſt repugnantia, cur plures Angeli non poſsint eſſe in eodem loco: Quintum; Naturaliter loquendo plures Angeli non poſſunt eſſe in eodem loco formali, vt cauſæ totales, & immediatæ. Sextum: Plures Angeli ſimul eſſe poſſunt in eodem loco partialiter, & inadæquate. Septimũ: Si ſermo ſit de potentia Dei abſoluta, fieri poteſt ſupernaturaliter, vt duo Angeli poſsint eſſe in eodem loco completè.

Capreol. Capreolus in 2. diſt. 2. quæſt. 1. concluſione tertia, & in reſponſionibus ad argumenta contra eandem concluſionem tria dicit.

Primum: Impoſsibile eſt vnius effectus eſſe plures proximas perfectas cauſas in eodem genere cauſæ; ac proinde impoſsibile eſt naturaliter ponere plures Angelos eſſe in eodem primo & adæquato loco; ſic enim vnius effectus plures eſſent eiuſdẽ generis proximæ, immediatæ, ac perfectæ cauſæ.

Secundum: Si duo Angeli concurrant ad operãdum circa idem corpus, quilibet tanquam inſufficiens motor neuter proprie eſt in illo corpore, vel loco, ſi eadem pars moueatur ab vtroque, ſed ſolũ ſecundùm quid; ſecus, ſi circa aliam partem operantur vnus, & alius, quod eſt veriſimile; cum ſint diuerſarum ſpecierum, & diuerſis ſpecie operationibus operentur. Tertium: Implicat contradictionem eſſe duas cauſas proximas, & perfectas vnius effectus in eodem genere cauſæ; & ideo impoſsibile eſt duos Angelos modo dicto ſimul eſſe in eodẽ loco; forta ſſe tamen eſt tantum naturaliter impoſsibile, ſed per Dei potentiam poſsibile; Idem affirmat in 3. dent. diſt. 1. q. vnica, ad primum Scoti cõtra ſecundam concluſionem.

Ferrarien. Ferrarienſis eandem ferè ſequens ſententiam tria dicit. Primum: Plures Angelos eſſe ſimul in vno loco materialiter non eſt impoſsibile. Secundũ: Plures eſſe ſimul in vno loco formaliter, tanquam cauſas partiales immediatas eiuſdem numero effectus nõ eſt quidem impoſsibile; cum etiam hoc alijs cauſis conuenire poſsit; videtur tamen inconueniens, præſertim de Angelis, qui ex diuina ordinatione operantur in loco. Tertium: Plures Angelos eſſe ſimul totaliter; & adæquate in pluribus locis, hoc eſt, quod vnum, & eundem numero effectũ ſimul in eodem loco producant, tanquam immediatæ cauſæ, & totales ipſius ſimpliciter eſt impoſsibile apud D. Thom. & apud Ariſtotelem, hoc vltimum dictum poſt Soncinatem, & Iauellum ſequitur Fonſeca in quinto Metaph. cap. 2. queſt. 15.

Soncinas. Iauellus. Fonſeca. Caiet. Caietanus dicit quatuor. Primum: Concluſio D. Thomæ intelligenda eſt non de potentia Logica, ſed naturali. Secundum: Ponere duas cauſas totales, & immediatas eiuſdem ordinis eſſe ſimul eiuſdem, non eſt impoſsibile logicum, ſed phyſicum; quod etiam ſatis aperte ſignificat 3. par. q. 3. ar. 6. cuius tamen oppoſitum videtur affirmare 3. par. q. 67. art. 6. prope finem. Tertium: Implicat cõtradictionem plures Angelos eſſe ſimul naturaliter in eodem loco, ſiue per actualem operationẽ, ſiue per ſolam ordinis præſentiam. Quartum: Nõ inconuenit plures Angelos eſſe in eodem loco mediateriali ter, non tamen formaliter.

Sylueſter. Ripa. Eandem ſententiam ſequitur Sylueſter, & Ripa ſuper hoc artic.

Reſolutio.

Septem diſtinctionibus propoſitis explicatur ſtatus controuerſiæ.

AD propoſitæ controuerſiæ definitionem pluribus diſtinctionibus vti neceſſe eſt, de quorum multis, illiſque præcipuis membris diſſidia ſunt inter nonnullos ex interpretibus Angelici noſtri Doct. ſupra notatis. Eſt igitur prima diſtinctio: Inter cauſas efficientes eiuſdem ordinis quædam ſunt totales, & quædam partiales. Dicitur illa cauſa totalis, quæ ad effectum producendum, ita per ſe ſufficiens eſt, vt nulla indigeat alia cauſa eiuſdem ordinis ſimul cauſante; & conſequenter cauſa totalis in actu ſecundo, de qua ſola diſputatio eſt, ea proprie dicitur, quæ totum actu producit effectum, vt per ſe ſola ſufficiens, ſiue ſit alia eiuſdem ordinis cauſa ſimul cum ea producens, ſiue nulla ſit alia concauſans; ſicut Sol per ſe ſufficiens cauſa eſt illuminationis in ſummo diaphani corporis illi proximi; illuminat autem, vt per ſe ſufficiens, & totalis in actu cauſa, cum actu lumen efficit in oppoſito proximo diaphano corpore totius in illud emittens ſuæ virtutis influxum; etianſi in eodem illuminationis momento alium fingeremus Solem æqualis omnino ſplendoris eidem diaphano proximum a Deo creatum, & actu illuminantem; nam, ſi altero eiuſdem virtutis Sole concurrente neuter totum illud efficit lumen, quo diaphanum ſplendet, nõ erit totalis, ſed partialis vterq;. Eſt autem illa partialis cauſa, cuius actu virtus

1. diſtinct.

virtus per se minimè sufficit ad producendum effectum, aut quamuis absolutè sufficiat, non tamen actu totum adhibet ad productionem effectus suę virtutis influxum; quod ex duplici potest euenire principio; alterum est causæ libertas, quæ suæ potestatis, & operationis efficacitatę pro libito moderatur, nec toto semper agit suæ virtutis conatu; alterum est secundùm quosdam impedimentum æqualis, ac per se sufficientis, & simul operantis causæ; quæ, sicut æqualem impedit cogentem, sic impeditur ab ea, ne tota possit in effectum vti virtute, sed media tantùm eius latitudine; atque ita concurrant simul ambæ non vt totales, sed vt partiales tantùm; prout asserit euenire Ferrariensis, & plures alij in proposito casu de duplici Sole ab eodem diaphano æquè distante; dicunt enim tunc vnum alteri repugnaturum, vt eius causalitatis impeditiuum, atque ideo vel neutrum illuminaturū vno penitus alterum prohibente, aut neutrum suæ virtutis totalem vsum habiturum, & eiusdem effectus partialem causam vtrumque futurum; ita vt ex vtroque simul accepto totalis vna confurgat; quod etiam affirmant de pluribus causis liberis singulis per se sufficientibus, ac toto suæ virtutis influxu concurrentibus ad effectum.

Ferrarien.

2. distinct. Secunda distinctio est: Duæ causæ totales respectu eiusdem effectus ab eis producibilis dupliciter sumi possunt, vno modo diuisim; ita scilicet vt vna tantum cauſet; Alio modo coniunctim, vt scilicet ambæ concurrant, & simul efficiant.

3 distinct. Tertia distinctio est, quam hic adhibet Caietanus; videlicet: Duas causas totales concurrere ad eundem effectum dupliciter potest intelligi; vno modo, vt duæ sunt, alio modo, vt vniuntur in vnā; ita vt se habeant vt partes vnius causæ super excedentis in duplo, vel etiam amplius, sua actiuitate potentiam passiuam, cui fuerint applicatæ; quam distinctionem in re præsenti reputat inutilem Ferrariensis.

4. distinct. Quarta distinctio: Quæstio proposita; num scilicet plures esse possint vnius effectus causæ totales eiusdem ordinis, puta plures Angeli eundem hominem, aut lapidem deferentes dupliciter potest intelligi, scilicet de potentia naturali, & de potentia logica; Cui necessariò addenda est alia distinctio quo ad Angelos, de quibus est disputatio; nā plures Angelos simul esse posse in eodem loco, veluti totales, ac per se sufficientes causas, vel etiam vt partiales contingit dupliciter: Vno modo per potentiam eorum naturalem, absolutè sumptam; alio modo secundùm eandem potentiam, vt ordini subest diuinæ prouidentiæ, siue secundùm rectū, ac decentem ordinem Angelorum naturis, mentibus, & affectibus inditum; Ad multa siquidem bonorum virtus Angelorum naturalis extenditur; quæ nec diuinæ sunt prouidentiæ rationibus conformata, vel æterno voluntatis prefinitione sancita, nec ipsorum perfectioni congruunt Angelorum; Nam, & si virtute solùm attenta naturali, plures pro sua voluntate possint eundem effectum, vt partiales causæ producere, ea tamen Sanctorum existimanda est dignitas Angelorum, quæ partialis imperfectionem causalitatis excludat, vt hic aduertit Caietanus post D. Thom. in primo sentent. distin. 37. quæst. 3. art. 3. eo quod illi beati spiritus diuina virtute suffulti ad omnia sufficiant obeunda munera; ad quæ mittuntur.

Caiet. 3. Thom

5. distinct. Quinta distinctio est: Quæstio hæc: An plures Angeli simul esse possint in eodem loco, triplicem potest habere sensum, iuxta triplex huius nominis Angelus, significatum; potest enim quæri primò de solis Angelis bonis, secundò de malis tantùm; tertiò de Angelis absolutè, siue boni sint, siue mali?

6. distinct. Sextā distinctio: Locus Angeli duplex est, scilicet adæquatus: & inadæquatus. Locus adæquatus est corpus, quod effectum in se recipit totius Angelicæ virtutis agentis in ratione causæ per se sufficientis, & totalis; Inadæquatus autem est corpus, in quod totum, vel non agit vnus tantùm Angelus, sed in partem, vel in quo toto recipitur effectus non ab vno, sed a pluribus Angelis productus partialiter operantibus.

7. distinct. Septima distinctio: Plures Angelos esse in eodē loco adæquato dupliciter contingit, scilicet per operationem continuam exterius exercitam, & per solam virtutis applicationem. Huius distinctionis membra latè superius explicauimus in articulo primo huius quæstionis.

Vlt. distin. Vltima distinctio est Locus siue adæquatus, siue inadæquatus Angeli dupliciter sumi potest, scilicet materialiter, & formaliter; Quam distinctionē varie declarant expositores. Num Capreolus in 2. dist. 2. quæst. 1. ad quartum contra secundam conclusionem existimat formalem locorum diuersitatem oriri ex operationum distinctione, non in eadem, sed in diuersis partibus corporis receptā; docet autem iuxta specificam Angelorum distinctionem esse diuersitatem etiam operationum. Verba Capreoli sunt: *Angelus est in loco per modum continentis perfecti; ideo, si duo Angeli concurrant ad operandum circa idem corpus, quilibet tanquam insufficiens melior, neuter propriè est in illo corpore, vel loco, si eadem pars moueatur ab vtroque, sed solùm secundùm quid; secus si circa aliam partem operatur vnus, & aliter; quod est verisimile, cum sint diuersarum specierum, & diuersis specie operationibus operentur.* Hæc ille. Caietanus autem ad locorum diuersitatem satis esse putat specificam distinctionem effectuum, in eadem etiam corporis parte per diuersos Angelos causatorum; veluti si pars eadem panis ab vno fieret calida, ab alio alba, & ab alio dulcis; diuersitas hæc effectuum in eadem etiam corporis parte causaret locorum diuersitatem formaliter; quæ tamen vnus tantùm esset locus materialiter, & subiecto; Quam distinctionem approbat, & explicat Ferrariensis, dicens locum Angeli materialem esse rem illam, quæ locus est, aut in loco absolutè, & secundùm se consideratam; locum verò formalē esse rem illam, quæ locus est, vt effectum habens operationis Angelicæ; atque ideo plures Angelos esse simul in vno loco materialiter sumpto, idem esse, quòd ipsos in vna se locata, aut in vna re, quæ locus est, absolutè sumpta simul operari; ipsos autem

Caiet. Caietanus Ferrarien.

Digitized by Google

tem simul esse in vno loco formaliter sumpto, idē esse, quod eos in vno loco materiali vnum, & eundem numero effectum producere. Qui dicendi modus colligitur ex D. Thoma hic ad tertium, & clariùs ex primo sentent. dist. 37. q. 3. art. 3. ad secundum, & longè melior est eo, quem ex Capreolo retulimus; Vt enim Angelus sit in loco simpliciter, & non tantùm secundùm quid, satis est, vt aliquid in loco siue per modum causæ totalis, siue per modum causæ partialis operetur. Posita namque ratione formali propria, ac per se locādi, necesse est, poni locum, & locatum in eo simpliciter, & absolutè, & consequenter etiam ex diuersitate rationū locandi diuersitatem oriri locorum, in quibus distincta possint agentia separata locari: Cum itaq; possint Angeli plures distinctos effectus specie in eadem producere corporis parte, diuersitatem ēt in ea locorum formalem habebunt. Quamuis aūt specie differant Angeli, & singulorum virtutes, & operationes, prout in eis, vt eorum perfectiones existunt, quo ad effectus tamen productos non est necesse specie distingui; motus enim localis circularis, à quouis Angelo producatur, eiusdem est speciei, & similiter rectus; quod idem dicendum est de illuminatione, & alio quouis Angelicæ virtutis effectu à diuersis producto: sicut etiam calor ab igne productus eiusdem est speciei cum eo, quem Sol radiorum suorum efficacitate producit; etiam si virtus, & actio solis, & ignis, prout perfectiones sunt agentium, specie differant. Cuius distinctionis inconsideratione videtur defecisse Capreolus. Prædictam Caietani distinctionem sic explicatā sequuntur etiam Bānes, Zumellus, & quidam alij, eam tamen impugnat Valentia, & post eum Vasquez; quorum argumentis satisfiet inferiùs; aiunt autem Vasquez, locum Angeli materialem esse latitudinem ipsam, & longitudinem corporis, rationē verò loci formalem esse respectum distantiæ ad puncta fixa: sicut locus materialis corporum est superficies, respectus autem dictus est formalis ratio illius. Sed cum Angelus in loco sit æquinoctè ad corpora, nec per se differt à dilatè corpore, sed per accidens tantùm modo superiùs explicato in primo artic. huius quæst. factum est, eodem modo philosophari de loco Angeli, & de loco corporis; Est igitur Angelus in loco formaliter per operationem, vt rationem locandi, ac proinde, vbicunq; fuerit corpus cum eodem Angelicæ virtutis effectu, ibi vt in eodem omninò loco non materialiter tantùm, sed etiam formaliter est Angelus; ita vt ad vnitatem talis loci formalem impertinens omninò sit respectus ille distantiæ ad puncta fixa, cum à lōgè prorsus, & extranee, ac valde per accidens attingat Angelum suo proprio modo existentem in loco.

Et ex his elici facilè potest propositæ controuersiæ sensus; quæstio enim est; An plures Angeli, siue boni, siue mali, siue vt totales, siue vt partiales causæ simul esse possint quacunque potentia in eodem loco, siue adæquato, siue inadæquato, formaliter, aut materialiter sumpto.

A *Quomodo plures causæ totales diuisim, aut coniunctim sumptæ, principales aut instrumentales possint, aut non possint eundem numero effectum producere, & plures Angeli in eodem loco simul existere.*

IAm verò præcipua quædam propositarum distinctionum membra difficilem nobis offerūt differendi materiam; Summa verò difficultas est; an plures esse possint eiusdem effectus causæ totales, efficientes, eiusdem ordinis; dissident enim in hoc illustres Metaphysici, & Capreolus inter assecl. Diui Thomæ facilè princeps vtramque partē existimat esse probabilem; nec Caietanus omniū subtilissimus satis videtur sibi constans in proferenda sententia. Partem nihilominus affirmantē, si de potentia Logica, quæ diuinæ obiectū est, omnipotentiæ, sermo sit, amplectendam existimo.

Ad cuius euidentiam considerandū est, à duobus agentibus eiusdem speciei, & æqualis omninò perfectionis diuisim sumptis effici posse naturaliter æqualis perfectionis effectum, non tamen eundem numero; quia scilicet effectus ab vno productus non potuisset ab altero causari. Certum est. n. actionem physicè sumptam idem esse realiter cū passione in subiecto, vel materia recepta, & actionem simul, & passionem idem esse realiter, cū motu, aut mutatione; hæc autē, scilicet motus, & mutatio sunt idem realiter, quod terminus eorum intrinsecus; cuius vnitas numeralis oritur etiam ex agente, quamuis præcipuè sit ex determinato subiecto, vel materia, in qua recipitur; nā calefactio, siue calor hic, & nunc ab hoc igne productus, ideo vnus numero est, quoniā in hoc vno numero subiecto recipitur secundùm vnam eius potentiam; sic idem dicendum est de motu, & multo magis de generatione; cuius intrinsecus terminus, scilicet forma substantialis in hac vna numero materia signata recipitur; concurrit tamen agens ad hāc numericam effectus vnitatem in ordine suo.

Vt enim supra diximus cum D. Tho. & Caietano, quæst. 44. art. vltimo, forma geniti finis est generationis, vt similis generanti, ac eius formæ, & quatenus vnum est cum illa, & est quasi altera ipsa, & vt redundat in vnam numero cum ipsa, sicq; omne agens creatū dicitur agere propter se, quatenus videlicet seipsum intendit diffundere, & cōmunicare, & aliquo modo perpetuò conseruare; ad quod non sufficit specifica similitudo: sic enim conseruarentur suppositā minimè generantia, sicut ea, quæ generant in eadem specie; requiritur ergo perfectior quædam similitudo, quæ cōditiones etiam individuales generantis attingat. Vnde, quo fuerit virtus maior generātis, eo genitum sibi simile magis efficit in conditionibus, etiam individuantibus; mas enim fortis generat marē iracundus iracundum, robustus robustum, & eiusdem complexionis, lineamentorum, ac figuræ, nisi fuerit defectus ex parte materiæ; Quo fit, vt sæpiùs ex eadē familia, vel stirpe progenitos in multis accidentibus, nimirum coloris, figuræ, totius corporis, aut alicuius partis, puta facici, aut nasi, oculorum, aut auriū, oris, vel dentium, aut

etiam

Capreol. dictū resp. ad. — D. Thom. — Bannes Zumellus — D. Tho. Caiet.

etiam pronuntiationis similitudine videamus cõnenire, & ab alia stirpe genitis quibusdam alijs accidentibus designatis, ac figuratis distingui. Sed præterea subtiliùs considerantibus distinctio q̃dã etiam elucescit inter plures ex diuersis parentib. eiusdem familiæ genitos, ita vt iuxta numericas singulorum generantium proprietates propriæ q̃dam resultent in singulis genitis similitudines; quarum discretio nobis quidem est difficillima, Angelicis autem mentibus est valdè perspicua. Hanc verò geniti similitudinem illud solùm agẽs vniuocum potest efficere, cui ex intentione naturæ similatur effectus; Quamuis enim agens sit extrinsecum, & ab eo pendeat effectus tantùm in fieri, quia tamen fieri realiter idem est, quod terminus formalis factione productus, de cuius ratione est similitudo iam dicta, impossibile est effectum hunc singularem; & indiuiduum ab alio quouis vniuoco generante produci ex quo patet, vanam, & à Peripatetica Philosophia longè distantem esse Suarezij phantasiam disput. 26. sect. 5. nume. 4. dicentis hanc secundam causam, ideo hunc indiuiduum effectum producere, quoniam ex primæ causæ influxu hæc, & non alia ad hunc, & non aliũ numero effectum determinatur: Quamuis enim verum sit secundam omnem causam à prima determinari ad quemlibet singularem effectum: hæc tamen determinatio physicè fit mediantibus etiã ipsis secundis causis ad huius effectus indiuiduationem concurrentibus; hæ verò sunt vnitas numeralis agentis, formæ, qua agit, & consequenter actionis, & formæ geniti, & materiæ, in qua recipitur; ita vt quodlibet horum concurrat modo suo.

Suarez phantasia reijcitur.

impotẽtia naturali.

Ex quo sequitur eundẽ effectum numero à pluribus causis totalibus eiusdem generis, & speciei simul esse non posse naturaliter, si quatenus distinctæ sunt, & diuersis actionibus illum producant; sicut enim duæ causæ totales eiusdem speciei proprietatibus distinguũtur indiuidualibus, sic duos earum effectus omninò distingui necesse est ob distinctam causam: quia, scilicet oportet causæ non in specie tantùm, sed in indiuiduantibus etiam accidentibus effectum assimilari.

Quid de potentia logica?

An autem potentia logica, & omnipotenti Dei virtute id effici possit, omissis rationibus, quas in vtramque partem proferunt, & examinant recentiores, ac præsertim Suarez in dicta disp. 26. dico primò certum esse duas causas totales efficientes, non vt principales, sed vt instrumenta diuinæ virtutis ad eundem numero producendum effectum posse concurrere. Probatur: Quia diuina virtus vna est, supereminenter præhabens totam entis latitudinem, & singulos indiuiduales essendi modos: igitur potest tam per seipsam immediatè, q̃ per vnum aliquod, vel plura simul instrumenta hunc, & quemlibet alium numericè designatum effectum producere; & eadem ratione tres simul Sacerdotes eandem possunt hostiam numero consecrare; cum nec ipsi, nec Sacramenta proprijs agant virtutibus, sed vna virtute Christi Dei, & hominis operentur; vt affirmat S. Thom. 3. par. q. 82. art. 2. & in eodem lib. q. 67. artic. 6. propè finem, & alij post eum.

De causis que instr.

S. Thom.

A Secundò dico plures causas efficientes, vt plures, ac totales, & principales à Deo etiam applicatas eundem effectum numero non posse producere. Probatur ex dictis: quoniam vnitas numeralis huius effectus per se, & necessariò pendet ab hac causa, & essentialiter continet similitudinem ad hanc causam; ergo non potest ab alia causa veluti principali etiam à Deo applicata produci. De causis princip.

Tertiò dico posse naturaliter etiam eundem effectum produci à pluribus causis totalibus simul concurrentibus, non tamen vt plures, sed per modum vnius superexcedentis in duplo, vel amplius sua actiuitate potentiam passiuam subiecti, siue B materiæ, in quam operantur; vt hìc affirmat Caietanus; Si tamen diuina virtute tollantur impedimenta, & præsertim, quòd ex æquali causarum efficacitate, vel ex alterius maiori virtute alteram impediente procedit. Caiet.

Quomodo verò plures, vt vna, & nihilominus, vt totales singulę simul operentur, difficile est explicare; nec tamen videtur impossibile, si rationes agendi ab ipsorum agentium conditione, & modo discernamus: Cum enim sint agentia totalia realiter inter se distincta, duas etiam necesse est esse rationes agendi, & consequentes etiam duas actiones ad producendum effectum singulas per C se sufficientes: alioquin non essent duæ causæ totales, sed partiales tantùm: sed quoniam effectus vnus numero est, necesse est duas earum actiones modum quendam vnitatis ex effectus vnitate sortiri; ita vt quæ principijs, ac vijs diuersæ sunt, vniantur in termino. Quatenus igitur actiones illæ duæ physicè realiter inter se distinctæ, vt à distinctis suppositaliter emanant agentibus, in eundem coincidunt effectum, siue terminum realiter illis identificatum, modum, & conditionem acquirũt vnitatis; cum tamen ab vtraq; seorsum quo ad rationem earum agendi non minus sufficienter effectus dependeat, quàm ab vtraque simul; Nec erit D effectus intensior à duabus, quàm esset ab altera tantùm; supponimus enim duarum illarum causarum virtutem esse vsque ad summum gradũ possibilem intensam: ac proinde ab alterutra produci posse perfectissimum effectum; cum itaque causæ ambæ simul, effectum vnum tantùm numero producunt, vtrique causæ tanquàm vni similem, sicut filius assimilatur patri, & matri, tanquã vni principio generationis; licèt neuter eorum sit causa totalis. Si namque paris sunt omninò virtutis, & modum quendam vnitatis adduunt in agendo, congruum etiam est, vt effectus vnus ab eis procedẽs, illis assimiletur tamquam vni: Quare non est audiendus Suarez absolutè pronuntians duas, vel E plures illas causas totales, vt plures omninò, ac distinctis operationibus esse producturas effectum; est enim manifesta contradictio: vnum effectum numero secundùm proprietates suas indiuiduales pluribus causis plures sunt, assimilari, & eadẽ ratione pluribus earum actionibus produci vt satis patet ex supradictis. Cæterà ad hanc partem attinentes difficultates tangentur in argumentis, & soluentur. Suar dict. reijcitur.

Digitized by Google

De Angelis. Ex dictis sequitur posse non solùm potentiâ lógica, vel diuina, sed Angelorum etiam virtute naturali absolutè sumpta, quamuis non secundùm ordinem a diuina prouidentia Sanctis Angelis præfinitum esse plures Angelos in eodem formaliter loco singulis adæquato, ideſt quem singuli totum valeant occupare, sublatis per Dei potentiam impedimentis. Nam, si plures, vt diximus, eiusdem effectus possunt esse causæ totales efficientes dummodo non vt plures agãt, sed per modum vnius, cum naturali sua potentia sic adunari possint Angeli plures, vt instar vnius producant eundem effectũ, quem singuli, quo ad quantitatem perfectionis; licet non quo ad vnitatem numeralem, facilè possent efficere, consequens est in eodem singulis adæquato loco simul esse posse plures Angelos, suspensa tamen per Dei potentiam eorum impeditiua virtute: Quod enim ait Ferrariensis plures causas totales æqualis virtutis, siue sint naturaliter agentes, siue voluntariè, si tota vi sua operentur in passum, se inuicem impedituras, sicque vel nullam earum aliquid effecturam, vel singulas vt partiales tantùm causaturas, de causis propriæ virtuti dimissis accipiendum est: nos autem remota supponimus hinc inde per Dei potentiam impedimenta: Nam, cum ex agentis virtute procedat effectus, vbi maior, aut multiplicior extiterit virtus, ibi facilius consequetur effectus, si non obstiterit impedimentum, vel inclusa repugnantia; quam hic non esse solutiones argumentorum ostendent. Dixi autem non secundùm ordinem à diuina prouidentia Sanctis Angelis præfinitum; quoniam, vt ait S. D. in dicto artic. 3. primi sentent. *cum vnus Angelus in virtute diuini imperij vim habeat sufficientem ad educendum in actum totũ illud, quod diuina virtute supra naturalem facultatem, & operationem circa corpus aliquod agendum est* (ad operationes enim naturales non mittuntur Angeli) non potest esse (inquit S. D.) vt ad eundem effectum duorum conueniant immediatè operationes Angelorum, atque ideo in eodem loco simul esse non possunt, quia superflueret eorum alter; quam etiam ob causam Philosophi vni orbi non attribuunt, nisi vnum motorem; patet autem ibi Sanctum Thomam loqui de Sanctis Angelis, prout ordini, ac legibus subsunt diuinæ prouidentiæ; quem etiam sensum indicat præsentis articuli discursus; quamuis ad naturalem etiam Angelorum potentiam sibi dimissam, ideſt, non diuinitùs impeditam vdieatur extendi: vt patet ex medio, quo probatur conclusio ex naturali causarum virtute desumpto.

Ferrarien.

S. Thom.

De malis Angelis. De malis autem Angelis consentiunt expositores, plures non solùm posse, sed actu sæpè simul esse in vno loco non materialiter tantùm, sed etiam formaliter; cum enim ab vltimo fine sint auersi deordinata simpliciter est eorũ [illegible]ra: atq; ideò in omnibus, ferè actionibus, quib[illegible] liberè operati tur in corpora, congruum eorum naturæ peruertunt ordinem, pluresque in vnum opus inordinatè concurrunt, cui tantùm vnus sufficeret, vt nec minima quidem ab eis propriæ exercendæ iniquitatis omittatur occasio.

A *Conclusiones deductæ, & probatæ.*

PRima conclusio: Duo agentia eiusdem speciei, & æqualis virtutis diuisim sumpta producere non possunt naturaliter eundem effectum numero. Hæc colligitur ex D. Thoma quolib. 5. art. 8. & docet eam satis expresse Capreolus in 2. distinct. 20. quæst. prima, conclusione tertia, & alij Thomistæ post eum. D. Thom. Capreol.

Secunda conclusio: Idem effectus numero naturaliter produci non potest simul à pluribus causis efficientibus totalibus eiusdem speciei, si vt distincte sunt, & diuersis omninò actionibus illum pro-
B ducant.

Tertia conclusio: Duæ causæ totales efficientes eiusdem speciei agentes, vt instrumẽta diuinæ virtutis possunt eundem effectum numero producere; Sub hac conclusione continentur etiam causæ principales diuina virtute simul concurrentes, & eundem producentes effectum; sic enim verè sunt instrumentales.

Quarta conclusio: Plures causæ efficientes, vt plures, & totales, ac principales à Deo etiam applicatæ eundem non possunt naturaliter numero effectum producere absolutè loquendo.

Quinta conclusio: Plures causæ efficientes to-
C tales simúl concurrentes, non tamen vt plures, sed per modum vnius, possunt eundem numero effectum producere naturaliter; si tamen diuina virtute tollantur impedimẽta, & illud præsertim quòd ex æquali causarum efficacitate, vel ex alterius maiori virtute alteram impediente procedit, ita scilicet, vt impeditiua vis à Deo reprimatur, & maneat causarum influxus in effectum.

Sexta conclusio: Impossibile est plures Angelos simul esse in eodem loco totali formaliter per potentiam eorum naturalem absolutè sumptam, & sibi dimissam. Hanc conclusionem probant plu-
D ribus argumentis Ferrariensis, & Zumellus, & ex supradictis satis probata relinquitur. Ferrar. Zumell.

Septima conclusio: Possibile est plures Angelos non solùm potentia logica, vel diuina, sed eorum etiam virtute naturali absolutè sumpta sublatis diuinitus impedimentis, simul esse in eodem loco formaliter singulis adæquato, ideſt quem singuli totum valeant occupare, & multò magis simul esse possunt in eodẽ loco singulis inadæquato, ideſt, vt partiales causæ. Hæc conclusio patebit ex solutionibus argumentorum.

Octaua conclusio: Secundùm ordinem à diuina prouidentia Sanctis Angelis constitutum, non
E possunt plures Angeli simul esse in eodem loco formaliter, nec per operationem, nec per applicationem, quamuis simul esse possint in eodem loco materialiter.

Vltima conclusio: Plures Angeli mali simul esse possunt, & sæpè de facto sunt in eodem loco formaliter.

Argumenta, & solutiones.

COntra primam conclusionem argumentatur Suarez, primò: Effectus idem numero produ- Suarez.

Digitized by Google

ctus ab igne in hoc ligno poteſt à Sole produci, ſi paſſo debitè fuerit applicatus; ergo.

Reſpondetur primò Solem eſſe cauſam alterius ordinis ab igne. Secundò: Negatur antecedens, eo quòd in virtute Solis non contineatur eminenter materia prima, quæ principium eſt individuationis; non enim Sol continet ignem, & corruptibilia eminenter complectitur, ſicut Deus, vt poſſit omnia ad numericam vnitatem requiſita producere, & per hoc diluuntur alia plura eiuſdem authoris argumenta.

Secundò: Dependentia effectus à cauſa vniuoca eſt illi accidentalis; & nulla ratio eſt, ob quam hæres individua determinet natura ſua tale accidens; ergo idem effectus indifferens eſt ad dependentias ſibi accidentarias, quanquam dum fit, naturaliter, ac per ſe fiat per dependentiam, quæ eſſe poteſt ab eo agente, quod tunc applicatur. Prima propoſitio probatur: Quoniam hæc dependentia eſt tantùm in fieri, & ſeparabilis eſt ab ipſa re. Secunda verò; quia idem ſubiectum indifferens eſt ad plures calores numero diſtinctos, & naturaliter recipit illum, quem poteſt efficere agens primò occurrens; ergo ſimiliter hæc res individua nõ determinat natura ſua tale accidens, ſcilicet dependentiam à tali cauſa.

Reſpondetur, dependentiam huius numero effectus ab hac vna numero cauſa eſſe per ſe in fieri; & quia per hoc fieri ſuſcipit hanc individuam ſimilitudinem ad hanc cauſam, quæ ſimilitudo intrinſeca eſt, & inſeparabilis ab hoc individuo; ideo implicat fieri poſſe hoc individuum non ſolũ ab hac, ſed etiam ab alia cauſa creata, & præſertim eiuſdem ordinis. Vnde ad argumentum in forma reſpondetur falſam eſſe vtramque propoſitionem aſſumptam. Ad primæ probationẽ dico, dependentiam hanc, prout dicit fieri formaliter, eſſe ſeparabilem à re, non poſſe tamẽ ſeparari, quo ad terminum formalem ipſius fieri, cum fieri, & eius terminus ſint vna res. Ad probationem ſecundæ dico, ſubiectum in ordine ad hoc agens hac numero actione non eſſe capax, niſi vnius numero accidentis, puta caloris, nec poſſe eundem numero calorem ab alio calefaciente produci. Secundò dico, non eſſe tandem, ſed oppoſitam rationem; quia ſubiectum non habet dependentiam à calore, ſed è contra.

Tertiò: Lumen huius aeris factum ab hac lucerna conſeruatur ab alia ſufficienter applicata, etiã ſi hæc ſtatim extinguatur; ergo eadem ratione potuiſſet vna lucerna à principio efficere idem lumen, quòd alia fecit, ſi applicata fuiſſet. Antecedens probatur: Quia non eſt verisimile fieri ſubitam, & inſenſibilẽ mutationẽ luminis. Conſequentia verò: Quia huiuſmodi cõſeruatio eſt vera efficiẽtia, & ex ſe, & natura ſua poſſet eſſe productio.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens. Ad probationem dico neceſſarium eſſe fieri talem mutationem: Quia vel applicatur medio ſecunda lucerna præſente adhuc prima, vel ea remota. Si ſecundũ, iam non remanet idem lumen. Si primum, intenditur prioris lucernæ lumen per additionem lumi-

A nis ex poſteriori lucernata, vt ſit vnum lumen intenſius cum duplici dependentia; remota verò, vel extincta priori lucerna, ceſſat neceſſario lumẽ, vt ab ea dependens, & fit remiſſio luminis; alioquin, ſi præcedentis lucernæ lumen, vt ab ea productum à poſteriori conſeruetur, eadem etiam luminis intenſio perſeueraret; quod eſſe falſam ſenſu, & experientia conſtat.

Sed reſponſionem hanc impugnat aliud argu- Suarez.
B mentum Suarezij: Nam, ſi vna cauſa poteſt intendere qualitatem, quam alia inchoauit; ergo etiam poteſt illam inchoare, ſeu efficere; Probatur illatio: quia mirum eſt dicere, vnam, & eandem qualitatem ſecundùm diuerſos gradus determinare ſibi diuerſa agentia naturalia; alioqui inter ſe ominò ſimilia.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam. Ad probationem dico mirum non eſſe, ſed neceſſariũ, & rerum naturis, & cauſarum efficacitati maximè congruens: vt patet in exemplo duorum luminarium eidem medio ſucceſſiuè applicatorum, & P
ſimul illuminantium. Dico ſecundo non ſequi vnam, & eandem qualitatem ſecundùm diuerſos gradus determinare ſibi &c. ſed poſſe vnam, & eãdẽ qualitatẽ à diuerſis agentibus intẽdi, licèt melius intendi poſſet ab eodem intenſius operante.

C Quartò: Non videtur veriſimile non poſſe vnũ Angelum efficere in eodem corpore eundem numero localem motum, vel idem vbi intrinſecum, quod aliud; ergo.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens ob ſupradictas cauſas.

Quærit autem Suarez, quod ſit obiectum vniuocæ potentiæ, cum non ſit tota ſpecies; alioquin idẽ ſeipſum produceret. Dico breuiter obiectum huius actiuæ potentiæ, puta huius equi abſolutè eſſe equum omnem generabilem ex materia ſubiecta ſibi li eius actioni, vt eius actio eſt; obiectum autem eiuſdem potentiæ prout hic, & nũc actu operatur,
D eſſe hunc equum ex hac materia, circa quam nũc operatur, generabilem.

Contra eandem concluſionem ſunt argumẽta, quæ referunt, & ſoluunt Soncinas in 5. Metaphyſ. Soncinas. quæſt. 6. Ianellus ibidem quæſt. 7. Fonſeca ibidem Ianellus. cap. 2. quæſt 14. & Suarez in dicta diſput. 26. Fonſeca. Suarez.

Contra ſecundam concluſionem argumẽtatur Suarez. Primò: Deus poteſt exiſtente hoc Sole in hoc emiſphærio, creare alium æquè perfectum, & æquè ad illuminandum applicatum; rurſus poſſet per alium ſolem efficere in aere idem numero lumen, quod nunc facit hic Sol præſens diuiſim, ſeu non concurrente, nec aſsiſtente hoc Sole; ergo ſi-
E mul exiſtentibus, & applicatis his duobus luminoſis, poteſt Deus vtrique præbere totum concurſum neceſſarium ad idem lumen producendum, & facere, vt vnumquodque illorum illud producat ſua propria actione totali, & independente ab alia, quod eſt eſſe propriè cauſam totalem.

Reſpondetur primò, falſum eſſe per alium Solẽ effici poſſe idem numero lumen in aere, quod ſit ab exiſtente nunc Sole. Secundò dico, nullam eſſe conſequentiam: quia poſitis duobus luminaribus

æqualis virtutis ſibi mutuò præſtabunt impedimentum, vt vel nulla ſequatur actio, vel vt neutrum tota virtute concurrat, ſed ambo ſint partiales cauſæ, vt ait Ferrarienſis. Dicoportio, non poſſe ſimul verumque eiuſdem effectus totalem eſſe cauſam, niſi quatenus vnius cauſæ modum habent; & ſuſpenſa prius à Deo vtriuſque reſpectu alterius impeditiua virtute. Ferrarien.

Secundò probat cauſas agentes, vt totales neceſſariò agere diſtinctis actionibus: Quia cauſa non dicitur totalis propter virtutē in actu primò, quamuis illa ſit integra, & totalis virtus; quia ex vi illius non conſtituitur cauſa in actu, ſed in potētia; conſtituitur autem cauſa in actu per actualem influxum, qui non eſt aliud, quàm ipſa actio; ergo, vt cauſa ſit totalis, oportet, vt actione totali ſibi propria in ſuo genere influat in effectū: ergo quoties actio eſt quaſi diuiſa in duas cauſas eiuſdem ordinis, à neutra earum eſt totaliter, ſeu à cauſa totali, atque ita vtraque tantùm erit cauſa partialis partialitate ex parte cauſæ. B

Reſpondetur actionem totalem poſſe dupliciter eſſe propriam alicuius cauſæ; Vno modo, prout exit à propria virtute cauſæ per ſe ſufficiēte ad producendum effectum: alio modo, vt terminatur ad paſſum, in quo recipitur actio phyſica, & terminus eius intrinſecus: Primo modo duarum cauſarum totalium ad eundem effectum concurrentium duæ ſunt actiones: nō autem ſecundo modo, vt ante diximus. Ad argumentum itaque dico, ſi in conſequente primæ conſequentiæ ſermo ſit de actione propria primo modo, vera eſt: nec tamē ſequitur, duo illa agentia, vt omninò diſtincta concurrere, nec actiones ſimpliciter eſſe diſtinctas, phyſicè loquendo: cum vtriuſque ſit vnus communis terminus intrinſecus. Si verò loquatur de actione propria ſecundo modo, negatur cōſequentia; quoniā, vt ſit aliqua cauſa totalis in actu ſecundo, ſufficit actionis proprietas primo modo: quamuis terminus eius intrinſecus, & illata paſsio per accidens ſit communis alteri cauſæ totali eiuſdem ordinis, & æqualis virtutis: accidit enim huic agēti, vt cauſæ totali, & per ſe ſufficienti, vt cum ea concurrat altera per ſe ſufficiens, & æqualis virtutis, aut maioris, & eadem ratione accidit actionis termino, & illatæ paſsioni quo ad perfectionis gradum, vt ex duabus procedat totalibus cauſis: quāuis quo ad numericam vnitatem ab vtraque per ſe dependeat ſub vnius tantùm cauſæ modo. C

Cōtra tertiam concluſionem ſunt argumenta, quæ referunt, & ſoluunt expoſitores tertia parte, quæſt. 67. art. 6.

Contra quartam, & ſextam concluſionem ſunt argumenta; quæ proferunt, & ſoluunt Capreolus in 2. diſt. 2. quæſt. 1. & Ferrarienſis 3. cont. gent. capit. 68. Soncinas, & Iauellus vbi ſupra, & Fonſeca in dicto cap. 2. quæſt. 15. & Zumellus hic, & Suarez in diſp. diſputatione 26. quæ tamen ex dictis facilè diluuntur. Capreol. Ferrarien. Soncin. Iauellus. Fonſeca. Zumellus. Suarez. D E

Contra quintam, & ſeptimam concluſionē produci poſſunt omnia argumenta: quæ refert, & ſoluit Suarez in dicta diſput. 26. pro ſententia Diui. Thomæ, quibus probatur implicare contradictionem vnum numero effectum à pluribus cauſis totalibus dependere.

Contra eandem concluſionem argumentatur Scotus in tertio diſtinct. 1. quæſt. 2. & poſt eum Soncinas in dicta quæſt. 6. Caietanus 3. par. quæſt. 2. art. 6. Iauellus in dicta q. 7. & quidam alij: Si eiuſdem effectus plures ſimul ſunt cauſæ totales efficientes eiuſdem ordinis; ſequitur talem effectum ab omnibus, & à nulla earum eſſe per ſe dependentem; quæ eſt manifeſta contradictio; ergo. Probatur ſequela; Nam, quòd ab omnibus eſſentialiter pendeat, affirmatur ex hoc, quòd omnes dicuntur eſſe cauſæ per ſe, & totales; ſiquidem cauſa per ſe eſt, à qua dependet effectus; & totalis ea eſt, à qua totaliter pendet. Quod autem à nulla dependeat probatur: Sit effectus A. habens per ſe cauſas totales B. & C. tunc ſic. A. poteſt eſſe ſine B. & C. ergo non dependet eſſentialiter à B. & C. Conſequentia patet. Antecedens probatur: B. eſt ſufficiens, & totalis cauſa A. ergo B. omni alio circumſcripto poteſt producere A; ergo A. non dependet eſſentialiter à C. & ſimiliter C. eſt ſufficiens cauſa A; ergo omni alio circumſcripto poteſt producere A; ergo A. non dependet eſſentialiter à B. quod ſi dicas ab omnibus ſimul eſſentialiter dependere. Contra. Quando effectus depēdet à pluribus cauſis ſimul, & à nulla ipſarum præcisè acceptā, tunc nulla ipſarum eſt totalis, ſiue ſufficiens: nam, ſi ponatur ſufficiens; tunc ab ea præcisè accepta dependet. Sed aſſerebatur autem omnes illas cauſas eſſe per ſe ſufficientes. Scotus. Caiet.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam, quo ad vtramque partem. Ad probationem primæ partis negatur conſequentia: ſi de cauſis, vt plures, & vt diſtinctę ſunt intelligantur: nam ita ſunt totales, vt non niſi per modum vnius concurrant, & ab illis ſub tali modo vnitatis per ſe dependeat vnitas numeralis effectus. Ad probationem ſecundæ partis negatur antecedens, quo ad vnitatem numeralem. Ad cuius probationem dico, quamlibet illarum cauſarum eſſe per ſe ſufficientem ad producēdum effectum quo ad omnem eius perfectionem, non autem quo ad eius numericam vnitatem, ob ſupradictam cauſam; hanc enim ab omnibus accipit, prout vnum ſunt. Nec tamen ſequitur nullam earum eſſe totalem, & per ſe ſufficientē: quia cauſarum ſufficientia per ſe cōſideratur in ordine ad effectum, quo ad eius perfectionē, non autem quo ad eius indiuiduationem; quæ non eſt perfectio formaliter, ſed eam concomitatur non eadem, ſed diuerſa iuxta materiæ, & agentium diuerſas vnitates, & eam à quauis alia etiam eiuſdem omninò gradus diſtinguit. Quòd ſi fiat argumentum contra perfectionē effectus, negatur etiam conſequentia. Ad probationē ſecundæ partis negatur ſequela; nam ex hoc, quòd remoto B. nihilominus A. producitur à C. non ſequitur; ergo A. non pendet eſſentialiter à B, ſed tantùm ſequitur A. non dependere à ſolo B. ſed etiā à C. ſimul cauſante: quo fit, vt remoto B. non auferatur A. ſed eius tantùm dependentia, quam habebat ad B. Dico ſecundò, in dua-

duabus illis causis duo considerari, scilicet perfectionem, seu totalitatem virtutis, & distinctionē eiusdem; quia scilicet in duabus causis duæ sunt virtutis perfectiones; igitur perfectio effectus pendet essentialiter à B. ratione perfectionis virtutis in eo existentis, non autem ratione distinctionis, qua distinguitur eius virtus à virtute ipsius C; & ideo remoto B. non tantùm ratione distinctionis, sed etiam ratione perfectionis ipsius virtutis, quæ illi communis est cum C, non poterit A. causari à C; quia tollitur absolutè perfectio causæ, à qua pendet perfectio effectus, ablato enim B. ratione perfectionis, vt sic, tolleretur etiam C. quo ad perfectionem, quæ illi communis est cum B.

Valentia. Contra sextam, & octauam conclusionem argumentatur Valentia: Locus formalis, in quo Angelus est per operationem, est id, quod Angelus tangit producendo in eo aliquid: sed in eodem ligno potest vnus Angelus causare calorem, & alter albedinem; ergo tunc plures Angeli sunt in eodem loco formali. Maior probatur; quia dici non potest locum formalem Angeli esse ipsum patiens, vt iam habet effectum productum ab Angelo; Siquidem in illo effecto nihil propriè operatur Angelus, sed in ipso subiecto patiente producendo eum effectū; atque ita ipsum solum patiens tangit formaliter Angelus per operationem, ergo illud solum est locus formalis Angeli.

Respondetur, falsam esse primam propositionē. Ad probationem dico, locum formalem Angeli esse ipsum patiens, vt iam habet effectum productū ab Angelo. Ad rationem in contrarium negatur sequela; nam, & si nihil operetur Angelus in effectum, sed in subiectum, ratio tamen formalis locandi non est subiectum, sed operatio, puta calefactio, prout in subiecto recipitur, quæ idē est quod calor; patiens ergo, puta lignum secūdum se locus erit Angeli materialis, sed idem vt calorem recipiens locus erit eius formalis; sic enim fumitur cū ratione locandi.

Zumellus. Contra eandem conclusionem argumentatur Zumellus. Primò: Non est repugnantia, quòd duo Angeli simul concurrentes possint efficere aliquē effectum, quem vnusquisque per se non posset, verbi gratia, mouere montem tanta velocitate, vt significat S. Thom. de malo quæst. 16. art. 10. ad 8.

Respondetur, hoc argumento probari nostram septimam conclusionem; nam de Angelis à Deo missis, iam diximus cum D. Thoma, & Caietano ad omnia sufficere, vel propria, vel diuina virtute, ad quæ mittuntur.

Secundò: Licèt non sit necessarium plures Angelos concurrere isto modo ex defectu virtutis; tamē neque erit contra naturam, nec semper irrationabile, vel superfluum, quòd isto modo conueniant ad vnum numero effectum; ergo. Probatur antecedens: Quia Matth. 4. conuenerunt multi Angeli ad ministrandum Christo, licèt vnus sufficeret; vt ex multitudine ministrorū ostendatur dignitas Christi, ac maiestas. Petro etiam dixit Christus: *An non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum?* Matth. 26. ad ostendendam potentiam, quamuis vnus sufficeret; & Lucæ 2. *Facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis*, & cap. 16. Multi Angeli portauerunt animam Lazari. Luc. 2. & 16.

Respondetur primò, eos Angelos diuersis partibus aeris, vel alterius corporis applicatos fuisse. Secundò dico, eos in assumptis corporibus apparuisse, in quibus erant vt in propriis, ac distinctis locis, in quibus immediatè operabantur. Tertiò dico, concentum in aere formatum ab Angelis Lucæ 2. mediantibus assumptis corporibus effectum fuisse, & absurdum non esse effectum ab Angelis non immediatè productum à pluribus esse, nec in per illum effectum in ea parte aeris esse dicebantur, vbi sonus ille formabatur. Vltimo dico, manifestationem dignitatis Christi non esse operationem transeuntem, sed ad eam cōsequi; & ideò per eam formaliter non locatur Angelus.

Zumellus. Sed contra primam responsionem instat Zumellus; Quia non est necesse plures illos Angelos applicare virtutem diuersis partibus, vt vna moueat vnam partem, & alter alteram; sed omnes totum partialiter, sicut duo homines portantes lapidem; ergo.

Respondetur hoc argumento probari septimā nostram conclusionem: hæc enim, quam defendimus, loquitur de congruentia.

Deind. postremam partem eiusdem conclusionis impugnat: Quoniam in applicatione nulla est operatio actualis, quæ dependere possit à duobus causis totalibus; ergo non repugnat, &c. Quòd si dicas esse superfluum duos Angelos applicare virtutem ad eundem locum, potest (inquit) obijci, quòd eidem personę duo possunt Angeli assistere, alter tanquam personę particulari, & alter tanquā personę publicæ; & sic neutrius applicatio erit superflua; Eodem argumento vtitur Bannes.

Bannes. Respondetur, nullam esse consequentiam; quoniam applicationes illæ per se ad operationes ordinantur, cùm ita quę sit in operationibus superfluitas, erit etiā in applicationibus. Ad obiectionem dico, duos illos Angelos esse in eadem personā materialiter, vt rationem habet diuersorum locorum formaliter; quoniam applicationes illæ ad diuersas species, saltem moraliter operationes ordinantur.

Vasquez. Contra easdē conclusiones argumentatur Vasquez. Primò: Ad rationem formalem loci non spectat fundamentum in eo existendi, quod est operatio, sed locus Angeli materialis est latitudo, eius autem ratio formalis est respectus distantię ad pūcta fixa; ergo plures Angeli, quorum vnus calefaciat, & alter dealbet eandem corporis partem, erunt in eodem loco formaliter; cuius oppositum affirmant Caietanus, & Ferrariensis. Antecedens probatur à simili: quia locus materialis corporū est superficies, & respectus ille est formalis ratio illius; ergo, si idem corpus adæquatè respondet duobus Angelis, dicerentur absolutè esse in eodē loco adæquato.

Respondetur, falsum esse antecedens, vt ostendimus supra. Ad probationem negatur consequē-

tia: quoniam Angelus, & corpus æquinoctè, & oppositò modo sunt in loco; corpus enim loco circumscribitur, commensuratur, & continetur; Angelus autem nec loco circumscribitur, neque commensuratur, & multò minus eo continetur: sed magis ipsum continet per modum agentis, & operantis proximi, & ideo sola operatio, est ei ratio locandi: reliqua verò vel materialiter, vt corpus, vel per accidens, vt distantia, distante corpore, vel polis mòdi ad locum attinent Angeli formaliter sumptum, vt patet ex dictis in primo huius quæst. artic. 2.

Secundò: Vnus Angelus non potest mouere corpus motu recto, alius autem motu circulari; ergo non repugnat duos Angelos in eodem corpore esse ratione diuersarum operationum.

Respondetur primò: Motum rectum, & circularem specie differre; & sic esse diuersas rationes formales locandi diuersa loca formaliter constitutes. Secundò dico probari hoc argumento nostram septimam conclusionem, quæ etiam probatur quibusdam aliis deductionibus ibidem ab eo tactis.

Rada. Contra easdem conclusiones argumentatur Rada: Primò ex Richardo de Sancto Victore lib. 4. de Trinitate, vbi rectè colligit dæmones corpora nò habere, ea potestate immutationem quia, si corpora haberent extra vim quodlibet nullatenus esse potuisset in eodem loco, quod tamen accidisse narratur Marci 5. & Lucæ 8. quo etiam argumento vtitur Vasquez.

Vasquez. Respondetur primò bene hoc argumento probari incorporeitatem, non tamen vnicitatem loci formaliter sumpti: cum enim Angeli sint incorporei, in loco quantumuis parum, & etiam indiuisibili esse possint; atque ideo possibile est non tantùm vnum, sed centum, & mille legiones esse in magno corpore secundum diuersas eius partes, quibus distinctum possunt Angeli suas applicare virtutes. Secundò dico probari hoc argumento nostram septimam, & vltimam conclusionem.

Iannes. Præterea sic arguit: Angelus potest simul cum anima rationali idem inhabitare corpus; vt patet in ijs, qui vexantur a spiritibus immundis; ergo pari ratione potest esse simul cum altero Angelo. Probatur sequela: Quia anima rationalis est eiusdem rationis cum Angelis, quàtum ad modum existendi in loco.

S. Thom. Respondetur cum D. Thom. hic ad 3. & 1. sent. dist. 37. q. 3. art. 3. ad 2. hic enim ad 3. ait animam, & dæmonem non comparari ad corpus secundum eandem habitudinem causæ, cum anima sit forma, non autem dæmon; in primo verò senten. ait, animam esse in corpore, vt dantem esse, & vt operantem operationes naturales, Angelum autem esse in corpore, vt operantem operationes supernaturales, vel præternaturales, & ideò nullam esse confusionem operationum: quia non est vnius rationis operatio, & eadem ratione Deum, & Angelum simul esse in eodem corpore: quia Deus est in rebus, vt dans omnibus esse, & operans in qualibet virtute operante; & ideò alterius esse rationis operationes Angeli: ac proindenon sequi confusionem: ex quo loco videtur desumpsisse Caieta-

A nus suam illam distinctionem de loco formali, & materiali. Caiet.

Tertiò: Virtutes, & essentiæ Angelorum multò immaterialiores, & sublimiores naturæ sunt, quàm lumen illud, quod videmus; at constat duo diuersa lumina à duobus luminibus causata in eodem simul adæquato loco existere: ergo à fortiori poterunt simul applicari, & in eodem loco esse duæ virtutes, & essentiæ Angelorum; atque adeò duo, vel plures Angeli; quia vnus non est alteri impedimento.

Respondetur primò, falsum esse duo lumina simul esse in eodem loco adæquatorum quia lumen B non est in loco, nisi per accidens, scilicet ratione subiecti, in quo est; cùm quia in eodem subiecto nullo potest esse luminis distinctio realis, sed ex duobus fit vnum intensius. Secundò, Nulla est consequentia ob diuersam rationem, quæ Angelus, & lumen existunt in corpore: existit enim Angelus in corpore per modum agentis per fectus lumen autem per modum accidentis intensibilis, & ideo remanet subiectum semper in potentia ad aliud lumen, vel luminis gradum. Postremò dico cum Ferrariensi, vnum Angelum impedire alium ex parte passi, Ferrariens. siue ex parte effectus in subiecto recepti.

Alia eiusdem authoris argumenta eadem habent solutionem ex dictis, vel probant nostram septimam conclusionem: sicut etiam argumenta Molinæ, C Molina. quæ ideo non sunt referenda.

QVAESTIO LIII.

De Motu locali Angelorum, in tres articulos diuisa.

Consequenter considerandum est de motu locali Angelorum.

Et circa hoc quæruntur tria.

Primò Vtrum Angelus possit moueri localiter.

Secundò, Vtrum moueatur de loco ad locum, per transeundo medium. D

Tertiò, Vtrum motus Angeli sit in tempore, vel in instanti.

Ratio ordinis huius quæstionis, & articulorum.

Solis illis, & omnibus conuenit posse moueri localiter quibus loco circumscripto congruit; adeò definitur: est enim in locali motu duorum locorum successio. Tres autem quæstiones de motu Angelorum proponit, & absoluit Angelicus Doct. Prima est, an sit, vel esse possit in Angelis. Secunda, quid sit; Tertia, quomodo, vel qualis sit: duas primas tractat, & definit in primo articulo, vltimam in duobus alijs articulis: Nam in secundo agit de modo motus considerato per ordinem Angeli moti ad totam aliquam locorum latitudinem infra duos terminos motus comprehensam, quærens, an Angelus transeat per medium; in tertio verò, de modo eiusdem considerato ex ordine Angeli moti ad extrinsecam durationis mensuram, quærens:

rens: an motus Angeli ſit in inſtanti: cõſtat autem motum prius, & proximius reſpicere loca, quàm tempus; & prius motui conuenire locorum ſucceſſionem, ſiue mediatam, ſiue immediatam, quàm eſſe in tempore, vel in inſtanti.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Angelus poſſit moueri localiter.



D primum ſic proceditur. Videtur, quòd Angelus non poſſit moueri localiter. Vt enim probat Philoſophus in 6. Phyſic. *nullum impartibile mouetur: quia dum aliquid eſt in termino à quo, nõ mouetur; nec etiam dum eſt in termino ad quem, ſed tunc mutatum eſt. Vnde relinquitur, quòd omne quod mouetur, dum mouetur, partim eſt in termino à quo, & partim in termino ad quem. Sed Angelus eſt impartibilis. Ergo Angelus non poteſt moueri localiter.

2 Præterea. Motus eſt actus imperfecti, vt dicitur in 3. phyſic. *Sed Angelus beatus non eſt imperfectus. Ergo Angelus beatus non mouetur localiter.

3 Præterea. Motus non eſt, niſi propter indigentiam. Sed Sanctorum Angelorum nulla eſt indigentia. Ergo ſancti Angeli localiter nõ mouentur.

Sed contra: eiuſdem rationis eſt, Angelum beatum moueri, & animam beatam moueri. Sed neceſſe eſt dicere animam beatam localiter moueri: cum ſit articulus fidei, quòd Chriſtus ſecundùm animam deſcendit ad inferos. Ergo Angelus beatus mouetur localiter.

Reſpondeo. Dicendum, quòd Ang. beatus poteſt moueri localiter. Sed ſicut eſſe in loco æquiuocè conuenit corpori, & Angelo: *ita ẽt & moueri ſecundùm locum. Corpus enim eſt in loco, inquantùm continetur ſub loco, & cõmenſuratur loco. Vnde oportet, quòd etiam motus corporis ſecundùm locum, commenſuretur loco, & ſit ſecundùm exigentiam eius. Et inde eſt, quòd ſecundùm continuitatem magnitudinis, eſt continuitas motus: & ſecundùm prius, & poſterius in magnitudine, eſt prius, & poſterius in motu locali corporis, vt dicitur in 4. Phyſi. *Sed Angelus non eſt in loco, vt commenſuratus, & contentus, ſed magis vt continens. Vnde motus Angeli in loco, non oportet, quod commẽſuretur loco, nec quòd ſit ſecundùm exigentiam eius, vt habeat continuitatem ex loco, ſed eſt motus non continuus. Quia enim Angelus non eſt in loco, niſi ſecundum contactum virtutis, vt dictum eſt * neceſſe eſt, quòd motus Angeli in loco, nihil aliud

ſit, quàm diuerſi contactus diuerſorum locorum ſucceſſiuè, & non ſimul: quia Angelus non poteſt ſimul eſſe in pluribus locis. vt ſupra dictũ eſt. *Huiuſmodi autem* contactus non eſt neceſſarium eſſe continuos. Poteſt tamen in huiuſmodi contactibus continuitas quædam inueniri: quia, vt dictum eſt, * nihil prohibet Angelo aſſignare locum diuiſibilem per contactum ſuæ virtutis: ſicut corpori aſſignatur locus diuiſibilis per contactum ſuæ magnitudinis. Vnde, ſicut corpus ſucceſſiuè, & non ſimul dimittit locũ, in quo prius erat, & ex hoc habet continuitas in motu locali eius: ita ẽt Angelus poteſt dimittere ſucceſſiuè locum diuiſibilem in quo prius erat. Et ſic motus eius erit continuus. Et poteſt etiam totum locum ſimul dimittere, & toti alteri loco ſimul ſe applicare. Et ſic motus eius non erit continuus.

Ad primum ergo dicendum, quòd illa ratio dupliciter deficit in propoſito. Primò quidem, quia demonſtratio Ariſt. procedit de indiuiſibili ſecundùm quantitatem, cui reſpondet locus de neceſſitate indiuiſibilis. Quod nõ poteſt dici de Angelo. *Secundò, quia demonſtratio Ariſt. procedit de motu continuo. Si enim motus non eſſet cõtinuus, poſſet dici, q̃ aliquid mouetur dum eſt in termino à quo, & dũ eſt in termino ad quem: quia ipſa ſucceſſio diuerſorum vbi, circa eandem rem motus diceretur. Vnde in quolibet illorum vbi res eſſet, illa poſſet dici moueri. Sed continuitas motus hoc impedit, quia nullum continuum, eſt in termino ſuo, vt patet, quia linea nõ eſt in puncto. Et ideo oportet, quòd illud, quod mouetur, totaliter nõ ſit in altero terminorum, dum mouetur, ſed partim in vno, & partim in altero. Secundùm ergo, quòd motus Angeli non eſt continuus, demonſtratio Ariſt. non procedit in propoſito: ſed ſecundùm quòd motus Angeli ponitur continuus, ſic concedi poteſt, quòd Angelus dum * mouetur, partim eſt in termino à quo, & partim in termino ad quem: vt tamen partialitas non referatur ad ſubſtantiam Angeli, ſed ad locum, quia in principio ſui motus continui, Angelus eſt in toto loco diuiſibili, à quo incipit moueri. Sed dum eſt in ipſo moueri, eſt in parte primi loci, quem deſerit, & in parte ſecundi loci, quem occupat. Et hoc quidem, quòd poſſit occupare partem duorum locorum, competit Angelo ex hoc, q̃ poteſt occupare locum diuiſibilem per applicationẽ ſuæ virtutis, ſicut corpus per applicationẽ magnitudinis. Vnde ſequitur de corpore mobili ſũ locum, quòd ſit diuiſibile ſecundũm magnitudinẽ: de Angelo autem, quòd virtus eius poſſit applicari alicui diuiſibili.

Ad

2 p. q. 52. a. 1. & op. 35 cap. 18 & mat. 28. cap. 3.
† ſex. 32. & 1 tex. 86 vſq; ad 90.
Li. 3. Phy. tex. 6. le. 2.
269
270
Li. 4. Phy. tex. 99. to. 2.
Q. præced. art. 1.
Q. præced. art. 2.
D. 11 B.
q. præced. art. 2.
b 40 270
D. 119.
120

Ad ſecundum dicendum, quòd motus exiſtentis in potentia, eſt actus imperfecti. Sed motus, qui eſt ſecundùm applicationem virtutis eſt exiſtentis in actu: quia virtus rei eſt, ſecundùm quod actu eſt.

Ad tertium dicendum, quòd motus exiſtentis in potentia, eſt propter indigentiam ſuam: ſed motus exiſtentis in actu, non eſt propter indigentiam ſuam: ſed propter indigentiã alterius. Et hoc modo, Angelus propter indigẽtiam noſtram localiter mouetur, ſecundùm illud Heb. 1. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis.

Senſus quæſiti.

DVo continentur in inſcriptione quæſita. Vnũ verbis expreſſum; An, ſcilicet Angelus poſſit moueri localiter; Alterum nullo verbo ſignificatum, non minus tamen, ſed fortè magis intentum, quid nimirum ſit motus Angeli localis, quibus in textu ſatisfacit explicitè S. D, & notandũ eſt quæſtionem hanc propriam eſſe Theologo, qui ſolus certam habet ex diuinis litteris. Angelici motus notitiam; & ideo nihil de eo docuit Ariſt.

Forma Textus.

PRima concluſio: *Satisfaciens primo quæſito eſt: Angelus beatus poteſt moueri localiter. Hanc concluſionem probat argumentum: Sed contra & explicat, ac confirmat probatio ſequentis concluſionis.*

Secunda concluſio: Reſpondens ſecundo quæſito eſt: Moueri ſecundùm locum aquinocè conuenit corpori, et Angelo.

Probatur: Quia motus corporis eſt neceſſariò continuus, motus Angeli poteſt eſſe non continuus, & poteſt etiam eſſe continuus; ergo Antecedens trèſ habet partes, & probatur diſtinctè quo ad ſingulas; & primò quo ad primam; quoniam oportet, vt motus corporis ſecundùm locum commenſuretur loco, & ſit ſecundùm exigentiam eius; ergo ſecundùm continuitatem magnitudinis eſt continuitas motus, & ſecundùm prius, & poſterius in magnitudine eſt prius, & poſterius in motu locali corporis, vt dicitur in quarto Phyſicorum.

Probatur aſſumptum: Quia corpus eſt in loco, inquãtum continetur ſub loco, & commenſuratur loco. Secunda verò pars probatur dupliciter.

Primò: Quia motum Angeli in loco non oportet cõmenſurari loco, nec eſſe ſecundùm exigentiam eius; ergo non oportet, vt habeat continuitatem ex loco, ſed poteſt eſſe motus non continuus.

Antecedens probatur: Quia Angelus non eſt in loco, vt commenſuratus, & contentus; ſed magis, vt continens; ergo.

Secundò probatur eadem pars: Quia motus Angeli in loco nihil aliud eſt quàm diuerſi contactus diuerſorum locorum ſucceſſiuè, & non ſimul. At huiuſmodi

A *contactus non eſt neceſſarium eſſe continuos; ergo.*

Prima propoſitio duas habet partes.

Prima pars probatur: Quia Angelus non eſt in loco, niſi ſecundùm contactum virtutis; ergo motus Angeli nihil aliud eſt, quàm diuerſi contactus diuerſorum locorum.

Secunda pars vltimis illis verbis contenta, ſcilicet, ſucceſſiuè, & non ſimul, probatur; quoniam Angelus non poteſt ſimul eſſe in pluribus locis, vt probatum eſt in quæſt. præcedente, art. 2.

Tertia demũ principalis antecedentis particula probatur ſimul cum ſecunda: quia nihil prohibet Angelo aſſignare locum diuiſibilem per contactum ſuæ virtutis, ſicut corpori aſſignatur locus diuiſibilis per contactum ſuæ magnitudinis; ergo, ſicut corpus ſucceſſiuè,
B *& non ſimul dimittit locum, in quo prius erat; & ex hoc cauſatur continuitas in motu locali eius; ita etiam Angelus poteſt dimittere ſucceſſiuè locum diuiſibilem, in quo prius erat; & ſic motus eius erit continuus; & ex eodem principio probatur ſecunda pars eiuſdem antecedentis; quia poteſt etiam Angelus totum locum ſimul dimittere, & alteri loco ſimul ſe applicare; & ita motus eius non erit continuus.*

Expoſitio Textus.

C VT primæ concluſionis terminos, ac ſenſum intelligas, aduerte triplicem ſtatum in Angelis poſſe conſiderari. Triplex Angelorũ ſtatus.

Primus ſtatus eſt naturæ, contemplando, ſcilicet Angelum quo ad eius naturalia purè, & præcisè; tametſi nullus vnquam Angelus ſecundùm rei veritatem fuerit in tali ſtatu.

Secundus: Eſt gratiæ, tam viatoris, qui commũnis fuit omnibus Angelis in primo creationis inſtanti, quàm comprehenſoris, qui ſolis in cœlo regnantibus Angelis perpetuò conuenit.

Tertius: Eſt miſeriæ, ſiue damnationis ſolis apoſtatis, ac præuaricatoribus Angelis con-
D gruens.

Angelus in primo ſtatu conſideratus poteſt naturali ſua virtute moueri, ſicut & locari; vt habetur ex Diuo Thoma infra quæſtione 110. art. 1. & probant hìc Bannes dubio 3. & Zumellus quæſtione ſecunda. S. Thom. Bannes Zumellus

In ſecundo verò ſtatu multò magis illis conuenit moueri localiter; eo quòd ex gratuita, & ſupernaturali Dei glorificatoris prouidẽtia ſint eorum miniſtri conſtituti, qui ſalutis æternæ percipiunt hæreditatem, dicente Apoſtolo Hebr. primo. *Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis*, quam-
E obrem, & Angeli, ideſt nuntij; quia nimirum diuina nuntiant oracula, ſunt in ſacris litteris appellati. Hebr. 1.

In tertio verò ſtatu conſtituti, quales ſunt dæmones, quamquàm ſua naturali virtute ſimpliciter accepta moueri poſſint, & ſæpè de facto moueantur: ex propria tamen ratione ſui ſtatus magis conuenit illis immobilitas; cum ad ignem, vt ad firmiſsimum carcerem fuerint condemnati, iuxta illud Matth. 25. *Ite in ignem æternum*, Matt. 25

qui

Digitized by Google

qui paratus est diabolo, & Angelis eius, nec absq; nisi Deo permittente ad locum alium valeant transmeare. Cum itaque beatis Angelis moueri secundum locum præcipuè congruat, de solis illis meritò conclusionem statuit S. Doctor. Vide, si lubet, Bannesium de hac materia in allegato dubio latius disserentem. Bannes.

Eandem primam conclusionem probat S. D. in argumento: Sed contra: quia necesse est dicere animam separatam moueri, & quia D. Tho. infrà q. 117. art. vltimo, docet animam separatam nullum corpus posse mouere, hinc deducit Vasquez substantiam spiritualem nō esse in loco per operationem; alioquin anima separata non esset in loco, ac proinde moueri non posset: probatur hæc illatio: quia, si nequit operari in aliquod corpus, nullo modo potest esse in eo per operationem.

Sed facilè confutatur argumentum ex verbis S. Doctoris in illo articulo; concludit enim animam separatam nullum corpus posse mouere localiter ex virtute suæ naturæ; supra quam (inquit) potest aliud ei conferri virtute diuina: hanc autem virtutem existimandum est Deum Sanctis animabus contulisse: interpretanda est enim dictio illa; *potest*, de potentia ordinaria: reprobæ verò diuina virtute locantur per pari; quatenus in corpore determinato, vt instrumento diuinæ iustitiæ detinentur vt in carcere; vt explicauimus in quæstione præcedente.

Veritatem eiusdem primæ conclusionis aduersus Durandum, & Heruæum defendunt, ac omnis ferè generis probant argumentis Bannes, Zumellus, Pesantius, Rada cont. septima. & Vasquez disputatione centesima nonagesimaquarta, vberrimè. Malonius in secundo sententiarum dist. 8. disputatione quartadecima soluit vndecim argumenta ab ipso producta pro sententia Durandi. Bannes. Zumellus Pesantius. Rada Vasquez Malonius. Lucc.

Dubitationem mouet Caietanus de vi processus, & soluit.

Prima Controuersia.

Quæ sit ratio motus localis Angeli, & in quo sit, vt in subiecto, & an propriè conueniat Angelo.

Sententiæ Doctorum.

Caietanus hic sequens Capreolum in secundo sentent. dist. 6. quæst. 1. art. 1. conclusione secunda, duo dicit: Primum: S. D. expressè, & indubitatè sentit motum localem propriè, & verè non conuenire substantijs spiritualibus; sed, quemadmodum abusiuè, & æquiuocè, nominibus vtendo, vt plures, dicitur substantias spirituales esse in loco, ita & moueri localiter. Secundum Angelos moueri non est eos esse subiectum motus, sicut nec locari est eos esse subiectum vbi, sed virtualiter tangere in genere causæ efficientis diuersa loca; quam sententiam sequuntur Sylvester super hoc articulo, Ferrariensis in tertio contra gentiles, capitulo 102. §. *Aduerte*, qui in eodem capitulo §. *Verum autem* &c. tria addit. Primum: Si ipsa operatio Angeli nihil aliud est, quàm eius imperium, vt videtur velle S. Thom. quolibeto sexto, & de malo quæst. Caiet. Capreol. Sylvester. Ferrarien. S. Thomas

A sextadecima, art. 1; ad quartumdecimum, & de spiritualibus creaturis, art. 6. ad octauum, ipse motus Angeli, quantùm est ex parte operationis, non est de genere quantitatis: cum sit actio immanens; sed ex parte effectus producti non inconueniat, vt sit in prædicamento quantitatis per accidens, sicut & alij motus: Si autem operatio ipsa sit operatio verè transiens, quæ est idem realiter cum termino operationis: sic non videtur inconueniens, quòd & ipsa sit in genere quantitatis per accidēs, tanquā. à magnitudine continuitatem habens.

Secundum: Posset etiam fortasse dici, quòd, licèt ipsa operatio, vt accidens quoddam rei quantæ, sit quanta per accidens quantitate de genere quantitatis; vt tamen operatio est motus cōtinuus Angeli, non est in genere quantitatis, sed est continua continuitate transcendente. B

Tertium: Licèt non sit inconueniens aliquem effectum operationis Angelicæ tempore communi mensurari, inconuenit tamen effectum de quo loquimur, vt terminat successiuè operationem angeli, & vt est motus, quo per se dicitur Angelus moueri, tali mensurari tempore; cum, vt sic, sit alterius rationis à motu cœli, nos autem de motu eius per se, non autē de motu per accidens loquimur.

Bannes tria dicit. Primum: Existere in loco, & C moueri localiter non potest dici vniuocè de Angelis, & de corporibus. Bannes.

Secundum: Probabile est existere in loco, & moueri secundum locum improprie dici respectu Angelorum.

Tertium. Probabilius est Angelum propriè in loco esse, & propriè moueri secundum locum.

Zumellus decem dictis suam explicat opinionem. Primum: Res certa est Angelum vere mutare locum, sicù localiter moueri. Zumell.

Secundum: Rationabile est dicere, quòd Angelus propriè est in loco, & propriè mouetur secundum locum.

D Tertium: Probabilis est eorum opinio, qui dicunt motum Angeli localem non esse actionem illā, qua operatur in corpus, siue illa sit immanens, siue transiens; sed est quidam modus se habendi ipsius substantiæ Angelicæ: qui sanè est ipsum vbi, prout est in fieri passiuo.

Quartum: Angelum moueri localiter non est operari circa diuersa corpora, nec circa diuersa partes vnius corporis, nec motus localis est respectu suæ operationis præcisè.

Quintum: Angelum moueri localiter consistit in hoc, quòd applicat suam substantiam alicui spatio, cui de nouo sit præsens operando.

E Sextum: Motus localis intrinsecus est in ipso Angelo; vocatur tamen localis motus denominatione vocabuli à loco sumpta; quæ ex parte loci extrinseca est, sicut & motus extrinsecus est.

Septimum: Motus localis Angeli consistit in acquisitione vbi, siue præsentialitatis ad spatium.

Octauum: Sicut motus animalis est quædam operatio vitalis intrinsecè procedens à substantia animalis, vt à causa principali, à virtute verò motiua, vt à causa instrumētali: ita in Angelo motus

localis

localis est operatio vitalis intrinsecè procedens à substantia Angeli, vt à causa principali, à virtute verò executiua, vt à causa instrumentali; vndè, sicut quando se mouet animal, ille motus est maximè naturalis, & voluntarius, si verò renuat est violentus; ita in Angelo, quando se mouet, aut mouetur ab alio ipso consentiente, ille motus est voluntarius; quando verò mouetur ab alio ipso renuente, est violentus.

Nonum: Subiectum immediatum motus Angeli est substantia eius; cum qua motus realiter est idem, & nō formaliter: quia motus Angeli est quidam modus illius, & modus est in re modificata; est enim motus Angeli vbi, prout est in fieri passiuo, & sic est quidam modus se habendi ipsius substantiæ Angelicæ.

Decimum: Prædicta de motu Angeli verificari possunt etiam de motu eius per accidens.

Molina. Molina dicit quatuor. Primum: Motus Angeli non est diuersi illi contactus diuersorum locorum successiuè, sed est continua acquisitio existentiæ Angeli in alia, atq; alia parte spatij: quę est in substantia Angeli tanquam in subiecto: pertinetq; ad prædicamentum vbi, non secus, ac motus localis corporis est cōtinua acquisitio existentiæ in alia, atq; alia parte spatij, quæ pertinet ad idem prædicamentum. Secundum ex primò deductum: Motus localis Angeli vniuocè conuenit cum motibus localibus corporum in vna ratione motus localis in communi, quæ sub se essentialiter comprehendit motus locales spirituales, & corporeos. Tertium: quod dicunt sectatores D. Tho. de quorum numero est Caietanus, Angelum videlicet propriè non moueri localiter, sed æquiuocè, nescio, an Sanctis Scripturis satis sit consonum. Quartum: In Angelo potest esse motus naturalis violentus, & præter naturam.

Vasquez dicit sex: primū Angelus à se ipso mouetur. Secundum: Anima separata à se ipsa mouetur. Tertium: Friuolum est; quod quidam commiscuntur Angelos aliquos tantæ esse virtutis, vt impulsu aliquo quasi impresso alteri Angelo ipsum, vel loco alligent, vel inde per vim moueant; hoc enim proprium videtur esse corporum. Quartum: Cum Angelus loco mouetur non motu corporis, in quo est, sed per se, aliqua debet esse variatio modi intrinseci in ipso Angelo. Quintum: Motus secundum locum formaliter non consistit in variatione illius modi, sed in extrinseca quadam denominatione distantiæ à punctis fixis: ac proindè terminus motus non est ille modus realis, sed distantia illa. Sextum: Cum Angelus mouetur per accidens motu corporis, in quo est, nulla fit in ipso intrinseca mutatio.

Suarez. Suarez disp. 18. Metaph. sect. 3. num. 41. duo dicit: Primum: Motus immediatè recipitur in substantia Angeli; nam, quod fit in Angelo per motū localem, non est actio in corpus; sed realis præsentia eius: hęc autem immediatè afficit substantiam Angeli. Secundum: Virtus motiua, qua se ipsum mouet Angelus, est distincta realiter à substantia Angeli; quibus addit tertium disp. 35, sect. 4. num. 24. dicens non esse necessarium, vt Angelus, quando immediatè mouet corpus, imprimat ei impetū, sed immediatè ipsum motum, & nihil aliud.

Rada. Rada in secunda parte cont. 3. mētem explicat Scoti octo conclusionibus. Prima: Angelus non solùm quantùm ad apparentiam, sed verè, & simpliciter potest secundum locū moueri; immò, & propriè; Secunda: Motus localis Angeli non est diuersi contactus, quibus Angelus successiuè attingit diuersa loca media operatione, qua in eis aliquid producitur. Tertia: Motus localis Angeli est ipsa immediata, & formalis acquisitio vbi, seu præsentia realis suæ substantiæ, sub noua parte spatij, pertinetq; ad prædicamentum vbi, non secus, ac motus localis corporis; & est continua acquisitio existentiæ eius in alia, atque alia parte spatij; quæ ad prędicamentum vbi spectat. Quarta: Subiectū motus localis Angeli est ipse Angelus secundum substantiam. Quinta: Motus localis Angeli conuenit, cum motu locali corporum in vna ratione cōmuni generica, quę vniuocè competit vtriq; motui: licèt in ratione specifica motus non cōueniāt. Sexta: Angelus habet potentiam loco motiuam, qua ab vno loco in alium se potest transferre. Septima: Angelus mouet seipsum actiuè per propriā suam virtutem actiuam, & motiuam, quā habet. Octaua: Angelus potest moueri ab agente extrinseco; vt à Deo, vel ab Angelo; ita vt ipse solùm cōcurrat passiuè ad talem motum.

Ripa. Ripa docet Angelo absolutè conuenire loco moueri propriè: sed motui corporis conferendo motum Angeli æquiuocè tantùm illi congruere, & ita sensisse D. Thom. & Caietanum; cuius sententiam ad verbum sequitur, & tuetur.

Resolutio.

Quæsi: ratio motus Angelici, quod sit eius subiectum, & quot modis aliquid possit moueri per accidens.

TRibus constat præcipuis partibus hęc controuersia. Prima est: Quid sit motus Angeli. Secunda; in quo sit, vt in subiecto. Tertia; num propriè moueri dicatur Angelus, an abusiuè. De prima docet hic §. D. motū Angeli in loco nihil aliud esse, quàm diuersos contactus diuersorum locorū successiuè, & non simul. Cuius definitionis terminos explicat dicens motum Angeli nuncupari cōtactum: eo quod Angelum esse in loco nihil aliud sit, quàm virtualiter tangere locum; esse verò diuersorum locorum successiuè; quia non potest Angelus esse simul in pluribus locis, atq; ideo necessarium esse diuersa loca tangi successiuè, id est immediatè, & consequenter se habendo: Nam, si diuersa loca tangeret media intercedente quiete; nō essent tales contactus Angeli motus.

S. Thom. Ferrarien. Præterea obseruandum est ex D. Tho. in primo sent. dist. 37. q. 4. art. 2. & Ferrariensi in tertio cōt. gent. cap. 102. §. *Ad euidentiam primi dubij*, operationem, siue contactum Angeli, ratione cuius in loco constituitur, & mouetur, dupliciter posse considerari; Vno modo, pro vt egreditur ab essentia Angeli media potentia: Alio modo, vt terminatur ad operatum in loco, non definitur Angelus ad locum,

Digitized by Google

cum, & eadem ratione non conuenit Angelo moue- A
re per operationem, vt exit ab effentia præcisè,
sed pro vt terminatur ad operatum in loco. Qua
Caiet. distinctione hic etiam vtitur Caietanus, dicens in
motu Angeli semper interuenire diuersitatem cō-
tactus, & operationis ex parte patientis; vel secun
dum se; vt, cum Angelus vnam mouet aquam par-
tem attingendo post partem; vel in ordine ad ex-
trinsecum; vt cum vnum aliquem lapidem, aut ho
minem defert de loco ad locum: non tamen neces-
sariò diuersitatem in his concurrere operationis
ex parte operationis: quamuis impossibile esse nō
constet. sed obseruandum est contactum, seu ope-
rationem prædictam Angeli, vt ab Angelo egredi-
tur, dupliciter sumi posse: Vno modo, vt est actio
Metaphysica, quæ est perfectio Angeli operantis:
Alio modo, vt est actio Physica, quæ realiter idem
est, quòd motus Physicus, & passio in corpore mo
Subiectū motus. to recepta. Ponit igitur motus aliquid in Angelo,
quod est eius operatio metaphysica, siue ea sit ac-
tus voluntatis, aut intellectus, quod est imperiū,
siue sit actus executiuæ potentiæ: & aliquid etiam
ponit in passo, quod successiuè contingitur, aut
mouetur: ita vt ex vtroq; constet ratio motus An-
geli, ex illo. s. actione metaphysica, vt inchoatio-
ne, siue principio, ex hoc autem, s. actio physica, &
passione, seu terminatione, & effectu producto, vt
formaliter actionem terminante, veluti complē-
mento, & consumatione: completur enim ratio mo
tus Angelici successiua terminatione operationis
ad operata locis, ac sitibus adinuicem ordinata;
est igitur inchoatiuè motus in Angelo, completi-
uè autem est in corpore.

In quo ge nere sit motus An gelus. Et ex his soluitur dubitatio, quam mouet, & di
luit Ferrariensis in dicto cap. §. *Vtrum autem*. An,
scilicet motus Angeli continuus, sit in genere quā-
titatis: nam, pro vt exit ab Angelo, & eius actio est
immanens, siue transiens Metaphysicè sumpta ad
genus quantitatis minimè pertinet; vt verò termi-
natur ad corpus, & effectum habet in eo receptū, D
extensa est, & quanta per accidens, sicq; per acci-
dens est in genere quantitatis: quamuis (inquit Fer
rariensis) fortasse dici possit operationem Angeli
in passo receptam, licet, vt accidens quoddam rei
quantæ, sit quanta per accidens quantitate de ge-
nere quantitatis, vt tamen operatio, & actio phy-
sica est, & motus continuus Angeli, non esse in ge-
nere quantitatis, sed continuā cō-inuitate transcē
dente; quemadmodum etiam successio operatio-
num immanentium in Angelo motum eius discre
tum constituentium non pertinet ad genus quan-
titatis; nec tempus mensurans huiusmodi motum
est in genere quantitatis, sed est numerus transcen E
dens, cum quantitas, quæ prædicamentum est, in-
ueniatur solùm in rebus materialibus.

Tertiò considerandū est, aliquid dupliciter pos
se moueri: Vno modo per se, alio modo per acci-
dens. Dicitur illud per se moueri, quod proprio,
non alterius motu mouetur. Per accidens autem
id moueri dicitur, quod per alterius illi coniuncti
motum mouetur. Contingit autem aliquid alteri
coniungi quinque modis. Primus est accidentis-

cum subiecto, & è contra. Secundus est partis inte-
gralis cum toto, & è contra: Tertius formæ cum
materia; qui duplex est iuxta duplicem formarum
ordinem; earum scilicet, quæ per actionem agen-
tis naturalis educuntur de sinu materiæ, & earū,
quæ de foris veniunt, ac sola Dei creatoris opera-
tione producuntur, quales sunt animæ rationales.
Quartus est motoris coniuncti cū mobili, vt nau-
tæ cum naui, & intelligentiæ cum orbe, vel cum
corpore delato, aut etiam assumpto. Quintus, &
postremus est ineffabilis vnio corporis Christi cū
speciebus panis in Sacramento Eucharistiæ.

Modi motus, per ac cidens. His igitur omnibus, & singulis modis, quib. po- B
test vnum alteri mobili, seù moto coniungi, potest
etiam eo moto moueri per accidens, & iuxta con-
iunctionis diuersitatem consurgit varietas motus
per accidens. Mouetur igitur primò per accidens
forma quæuis accidētalis ad motū subiecti, quod
informat; nam mota niue mouetur candor, & mo-
to artificè, mouetur ars. Secundò moto accidente,
puta calore aquæ, per frigefactionem, mouetur
per accidens eius subiectum, scilicet aqua: & eodē
modo dici potest materia moueri subiectiuè, & p
accidens mutata forma actione generantis. Ter-
tio moto toto integrali dicitur eius pars moueri
per accidens, sicut caput, ad motum animalis.
Quartò, mota parte dicitur totum moueri per ac- C
cidens, scilicet ratione partis: dicitur enim ani-
mal moueri moto pede, vel cauda. Quintò, moto
corpore dicitur anima rationalis, vt anima ratio-
nalis est, moueri per accidens motu locali corpo-
ris, quamuis illi secundùm se non congruant lo-
cus, situs, distantia, aut motus corporeus. Sexto,
mota naui, dicitur moueri nauta, & moto corpore
ab Angelo delato, vel assumpto dicitur Angelus
moueri per accidens. Deniq; motis specieb. Sacra-
mentalib. mouetur per accidēs corpus Christi sub
illis existens. Omnes autē hactenus enumerati mo
di, quib. aliqua dicuntur moueri per accidens, ad
quatuor videntur redigi posse differentias. D

Reductio. Quædam enim mouentur per accidens intrinse
cè, quia scilicet recipiunt in se ipsis formaliter mo
tum: & hoc pacto mouetur accidens omne corpo-
reum, quod est quantum, & extensum per accidēs
ad motum corporis: pars integralis ad motum to-
tius, & totum ad motum partis, & materia in ip
sa recipit mutationē formæ, & motor corporeus,
vel quodvis aliud corpus, corpori moto coniun-
ctum; his enim omnib. formaliter inest motus,
quamuis num per se primò, nec adæquate. Quædā
autem mouentur per accidens extrinsecè tantùm,
quorum triplex videtur esse differentia. Nam quę-
dam mouentur hoc modo satis improprie: vt mo-
tores inferiorum orbium mouentur per accidens
secundùm Aristot. motis eorum sphæris, raptu pri Arist.
mi cœli motu diurno: qui tamen secundi motores,
nec subiecta sunt diurni motus, nec locum, aut si-
tum mutant, sed in eadem cœli plaga, puncto; cō
sistunt. Quædam verò proprie mouentur extrinse-
cè per accidens, vt Christi corpus in Sacramento,
& Angelus in delato, vel etiam assumpto corpore;
locum enim mutat, licèt per accidens. Adhuc au-

test,

Digitized by Google

tem, & magis propriè moueri per accidens congruit animæ rationali, quæ non ſolùm vt motor, ſed etiam vt forma ſubſtantialis moto corpori copulatur. Ad quorum euidentiam (quoniam ex his pendet tota controuerſiæ reſolutio.

Quomodo differant motus per accidens corporis, accidentis corporei, animæ rationalis, & Angeli in corpore aſſumpto, vel cui applicatur, & Chriſti in Sacramento.

QVarto notanda eſt diligenter differentia inter motus per accidens corporis accidentis corporei, animæ rationalis, & Angeli in aſſúptò, vel delato corpore, & Chriſti in Sacramento. Nam corpus, puta nauta, vel merces, ita mouentur per accidens ad motum nauis, vt apta ſint motu proprio locum mutare, ac motu corporum ſenſibiliũ per ſe moueri; cum illis per ſe conueniat diſtantia ſitualis à quolibet diſtincto corpore, & ab axibus mundi: atq; ideo, cum per accidens ad motum, ſcilicet corporis deferentis mouentur, etiam in ſe ipſis formaliter motum ſuſcipiunt, & intrinſeca denominatione dicuntur moueri: Accidentia verò corporea: cum ſuapte natura ſint inhærentia, motu proprio locum mutare minimè poſſunt: ſed quoniam extenſa ſunt, & quanta formaliter, licèt per accidens, ideſt per aliud. ſ. per quantitatem ſubiecti, cui adhærent, idcircò ſeipſis formaliter, & intrinſeca denominatione dicuntur diſtare ab alijs tam corporeis accidentibus: quàm corporibus, & mundi partibus, ac polis immobilibus; ac proindè formaliter, & intrinſecè dicuntur moueri. Quòd idem dicendum eſt etiam de formis ſubſtantialibus eductis de potentia materiæ. Cuius oppoſitũ abſq; fundamento docet Vaſquez. At anima rationalis dupliciter poteſt conſiderari: Vno modo; qua ratione ſubſiſtens eſt, & à corpore independens, potensq; exiſtere ſine corpore. Alio modo, vt forma eſt corporis, & pars compoſiti ſubſtantialis corporei: & quamuis primo modo ſumpta nequeat eſſe ſubiectum diſtantiæ, motus, aut vbi, ſicut nec Angelus: ſecundo tamen modo conſiderata, prout. ſ. pars eſt compoſiti ſubſtantialis corporei, ſubiectum videtur eſſe diſtantiæ, motus, & vbi: Quod enim toti compoſito conuenit per ſe primò partibus eius, vt ſic, tribuitur ſecundariò: niſi toti conueniat, qua ratione diſtinguitur à partibus; Conſtat autem diſtantiam, motum, & vbi non conuenire toti compoſito, vt à partibus ſuis diſtinguitur integralibus, nec eſſentialibus; alioquin vno animali ab alio diſtante, non diſtarent formaliter, & intrinſecè partes eius integrales ſingulæ: puta manus, & caput, neq; eſſentiales, ac præſertim materia, quæ prima radix eſt quantitatis, & per eam extenditur, & formaliter intrinſecè quanta denominatur; Et quamuis anima rationalis minimè ſit extenſa, pars tamen eſt præcipua totius cõpoſiti. ſ. hominis, cui per ſe primò prædicta conueniũt, & conſequẽter cuilibet eius parti, prout eius pars eſt formaliter illius conſtitutiua.

Vaſquezij dictũ reijcitur.

Quid ſit angelũ moueri per

Iam verò de Angelo, cuius gratia diſputamus, dicendum eſt, dupliciter illum poſſe moueri, ſcilicet per ſe, & per accidens: Angelum per ſe moueri, nihil aliud eſt, quàm illum diuerſa loca continuè ſucceſſiuè. Per accidens autem illum moueri, eſt eum vnum corpus mouere, aut vni corpori ab eo, vel ab alio moto applicari, & per eius motum ſucceſſiuè diuerſis corporibus præſentem fieri, ex eo quod corpus ab eo, vel ab alio motum, cui virtutis ſuæ contactu applicatur Angelus, ad diuerſa ſucceſſiuè loca pertingit; ſicut patet in Angelo deferente Abachuc, & in Angelo Thobiæ corpus aſſumente, & ambulante, & in arreptitio curru vecto, aut naui transfretante; ſed præterea dicitur Angelus per accidens moueri eo motu, quo mouetur corpus ab eo motum: Cum enim ſit Angelus in loco per ſuæ virtutis contactum, corpus autem per coextenſam loco quantitatem, conſequens etiam eſt, vt corpori per quantitatem loco commenſuratam conueniat vbi prædicamentale, ſitualisq; diſtantiæ relatio ab alio corpore, & axibus mundi; Angelo verò ſic locum attingenti nil tale congruat ſecũdum ſe, ſed repugnet; ſiquidem remota cauſa, ceſſat effectus, quæ fundamento ſũ perædificata nitebantur, eo conuulſo corruunt neceſſariò: Conſtat autem propriam ſitus, & vbi cauſam, localisq; diſtantiæ fundamentum eſſe locati corporis quantitatem ſimul cum loco quantitate conſtante: cuius quantitatis expertem eſſe Angelum liquet ex dictis ſupra quæſt. 15. igitur non per ſe, aut intrinſecè diſtantiam, vbi, aut ſitum, habet angelus reſpectu corporis, ſed per accidens, & extrinſecè tantùm, ſcilicet ratione corporis, in quo eſt; atq; ideo motus angeli ſit non per variationẽ, aut ſucceſſionem in angelo, vt in ſubiecto diſtantiæ, ſitus, aut vbi, ſed per extrinſecam ſolùm denominationem ſucceſſionis vbi, ſitualisq; diſtantiæ, ex illis corporibus, aut corporis partib. derivatã, quas attingit angelus ſucceſſiuè. Quod autem angelo ſecundum ſe non conueniat vbi, ac proindè neq; ſitus, aut diſtantia ſitualis ſic probatur: Omnis res, cui poteſt ineſſe vbi vt ſubiecto, poteſt etiã loco circumſcribi, & eidem commenſurari, ac ſuæ ſuperficie configurari; At hæc Angelo repugnant: ergo. Maior probatur ex definitione vbi apud authorem ſex principiorum: eſt enim vbi circumſcriptio corporis ex loci circumſcriptione procedens; Cum autem, vt ibidem ait Albertus, ſit triplex circumſcriptio, vna corporis continentis, quæ modaliter, ſiue gramaticaliter eſt actio quædam: alia corporis circumſcripti; quæ paſſio quædam eſt: & tertia ab vtraq; reſultans, quæ circumſcriptio eſt locati ad locum: ſecundum quam, ſcilicet locatũ loco comparatur, hæc vltima tãtùm eſt vbi, quod eſt ſpeciale prædicamentum, & eſt in re locata, vt in ſubiecto: igitur illi ſoli conuenit vbi, cui congruit poſſe loco circumſcribi, & commenſurari; Quo fit, vt accipiendo motum Angeli per modum corporalis motus, nunquam moueatur Angelus niſi per accidens, ſcilicet ratione mutationis effectę per Angelum circa corpora, vel partes corporis, in quod agit, ſicut nec eſſe in loco, vt in loco, conuenit Angelo, niſi per accidens, vt ait S.D. in primo ſententiarum, diſt. 37. q. 3. art. 1. ad ſecundum, cuius

A per ſe, & per accidens.

B

C

Angelo non conuenit vbi nequit diſtãtiam

D

Albertus.

E

S. Thomas

verba

Digitized by Google

verba ſunt: *Eſſe in loco, vt in loco, non conuenit Angelo niſi per accidens, inquantùm ſcilicet corpus aſſumptum ab Angelo, vel corpus, cui per operationem applicatur, in loco eſt. Sed eſſe in loco, vt operans in operato, conuenit Angelo per ſe, ſecundum quod per ſe in loco operatur; ſicut etiam materia prima per ſe eſt in loco, aut in locato, vt pars; & ſicut punctus per ſe eſt in loco, vt terminus, non vt locatum.* Hæc ibi: de qua re vidē
Capreol. dus eſt Capreolus in ſecundo ſent. diſt. 6. quæſt. 1. art. 1. concluſ. 2. Neque neceſſe eſt in Angelo per
Vaſquezij dictū reijcitur. ſe moto modum aliquem in eo exiſtentem intrinſecè variari, vt arbitratur Vaſquez; cum non per modum ſubſtantię ſuperadditum, ſed virtutis ſuę contactu ſit in loco; qui virtutis contactus, prout actio eſt exiſtens in Angelo, poteſt idem in toto
Caiet. motu ab Angelo conſeruari, vt hic aduertit ſcitè Caietanus; quamquàm ex parte paſſi varietatem interuenire ſit neceſſe, vt verè dici poſſit Angelus actu moueri. Cum igitur ait S. D. Angeli motum eſſe diuerſos contactus &c. de contactib. loquitur, prout ad diuerſa corpora, vel partes pluręs vnius terminantur, & recipiuntur in eis, vt in ſubiectis ex quib. contactib. paſſiuè ſumptis extrinſecè denominatur, ac dicitur Angelus variari ſecundum loca, ſitus, diſtantias, & vbi, atq; ita moueri: Cum enim hæc Angelo ſecundùm ſe, vel ratione operationis non congruant, ſed ratione corporum, quibus operando ſit præſens, non poteſt ex eis intrinſecè, ſed tãtùm extrinſecè denominari. Vt autem Angelus extrinſecè denominetur, ac dicatur moueri, neceſſe eſt mutationem aliquam continuam, aut diſcretam in corporib. effici, quib. ſucceſſiuè ſuam virtutem applicat Angelus; ſiue illa ſit illuminatio, ſiue commotio, vel impulſio, vel aliquid aliud ſimile, vt ex eo determinatio ad Angelum extrinſeca valeat deriuari.

Hinc elucet perſpicuè motum Angeli per accidens Angelum ipſum intrinſecè non afficere, aut in eo recipi, ſed Angelū hoc ipſo denominari motum, quod moto corpori virtutis contactu copulatur; cui ſoli, ſcilicet corpori conuenit ex quantitate relatio diſtantiæ, ſitus, & vbi, & horum ſucceſſio, in qua formaliter conſiſtit ratio motus rerum corporearum, & ex eis ad Angelum extrinſeca tantùm denominatione deriuatur: Quo etiam modo dicitur in Sacramento moueri corpus Chriſti, quamuis alio longè diuerſo, ac ineffabili modo ſpeciebus Sacramentalibus ſit vnitum. Vt autem prædicta pateant euidentius, & poſtremæ ſimul parti controuerſiæ ſatisfiat.

Motum localē Angelo propriè conuenire, ſed æquiuocè.

D. Thom. QVinto ſciendum eſt ex D. Tho. in primo ſent. diſt. 37. q. 4. art. 1. ad quintum motum localem dupliciter ſumi poſſe; Vno modo, prout corporibus conuenit; alio modo æquiuoce: Primo modo non congruit angelo niſi Metaphoricè, & extrinſeca denominatione, & per accidens. Secundò verò modo conuenit Angelo propriè; vt enim hic aduertit Bannes, poteſt nomen æquiuocum dici propriè de ſingulis æquiuocatis; nam canis propriè dicitur de cane latrabili, de piſce marino, & ſyderē

A cœleſti: quamuis enim à principio, quo nomen canis Piſci marino, aut ſyderi cœleſti fuit impoſitum, reſpexerit impoſitor ad ſimilitudinem, quā habet piſcis marinus, aut etiam cœleſte ſydus ad animal latrabile; eam tamen ſimilitudinem non intendit impoſitor ſignificare, ſed piſcis marini quidditatem, & ſyderis cœleſtis ſubſtantiam: Sic itaq; dicitur Angelus æquiuocè moueri reſpectu corporis motu proprio, quo per ſe; mouetur, non tamen Metaphoricè, ſed propriè. Angelum enim eſſe in loco, aut per ſe moueri ſecundum locum, nō
B ſignificat formaliter habitudinem ad eſſe in loco, aut moueri localiter corporibus proprium, ſed virtutis contactum formaliter ſignificat, vt ante diximus, licèt fortaſſis à principio quando nomen motus Angelo cæpit applicari rationem habuerit impoſitor ſimilitudinis ad motum rerum corporearum; Mouetur ergo realiter Angelus, ac propriè, ſed æquiuocè reſpectu corporis, conſiſtit enim motus eius in contactu virtutis ſucceſſiuo ad plura corpora, vel partes vnius corporis terminato: quod expreſsè docet D. Thom. in primo ſent. D. Thom.
diſt. 37. quæſt. 4. art. 1. ad 5. vbi ſic loquitur: *Motus localis, ſecundùm quod eſt corporum, non conuenit Angelo niſi metaphoricè, ſed æquiuocè loquendo de motu, conuenit ei propriè.*

C Quamuis igitur Angelus, cum diuerſa contingit corpora, aut plures vnius partes ſucceſſiuè, nō dicatur per ſe, ac intrinſecè moueri motu corporis, ſed extrinſeca tantùm denominatione, & per accidens, vt ait Capreolus; dicitur tamen per ſe Capreol.
moueri motu proprio formaliter, & intrinſecè denominante; ſicut formaliter, & intrinſecè denominatur operans, & virtute contingens corpora ſucceſſiuè; vocabulo tamen operationis, & ſucceſſiui contactus neceſſariò cōnotatur terminus, ſeu paſſio, & effectus in paſſo receptus; & eadem ratione nomine motus per ſe Angeli neceſſariò connotatur paſſiua mutatio corporis. Cum autem corpo-
D ri, vel loco, in quo operatur Angelus, ſit non operatione tantùm, ſed etiam ipſa ſua ſubſtantia præſens, nihil illi deeſt, vt ſit in loco circumſcriptiuè, & diſtet localiter, & habeat ſitum, & vbi, & conſequenter motum corporibus proprium, niſi quantitas; igitur, ſicut eſſe dicitur in loco, & moueri propriè, licèt æquiuocè reſpectu corporis, ſic dici poſſet habere ſitum, & vbi propriè, licèt æquiuocè reſpectu corporis; ita vt vbi Angeli ſit definitio libera ipſius ſecundum operationem immediatam ad hoc corpus in quo dicitur eſſe tanquam in loco, & eodem modo proportionaliter loquendum
E eſt de ſitu quanquam his nominib. neceſſariò corporea connotentur; Sicq; conciliari facile poſſent doctorum ſententiæ, quæ videntur oppoſitæ: ſed quoniam Angelis, nomina ſitus, & vbi, grauiores Theologi non applicarunt, ſatius eſt, cum de Angelis loquimur, ab eiuſmodi vocibus abſtinere.

Ex dictis ſequitur motum Angeli localem dupliciter poſſe conſiderari: Vno modo, vt dicit operationem Angeli, pro vt exit ab Angelo connotando paſſionem, ſiue effectum in externa materia receptum; & ſic motus, ſiue moueri propriè, ſed æqui-

Digitized by Google

nocè de Angelo dicitur, & est in Angelo, vt in subiecto; sicut in eo est actus imperij, & operatio transiens metaphysicè sumpta, & ab eo denominatur, & dicitur Angelus intrinsecè moueri: Alio modo potest considerari motus Angeli, pro vt dicit operationem, siue pasionem, aut effectum actionis in materia, siue corpore receptum; & sic est motus corporis vniuocè conueniens cum alijs motibus corporum localibus existens subiectiuè in corpore moto; & ex eo denominatur Angelus extrinsecè, & per accidens ratione, scilicet corporis ab Angelo moti localiter. Motus igitur Angeli, quo verbi gratia, successiuè mouet vnam aquam attingendo partem post partem, vt operatio est ab Angelo procedens, & connotans sensibilem aquæ motum, vt proprium ipsius operationis effectum, est motus Angeli per se; qui nihil aliud est, nisi contactus diuersorum locorum successiue; vt autem principaliter dicit motum sensibilem in corpore receptũ, non est motus Angeli per se, sed ex eo vt motu corporis dicitur Angelus moueri extrinseca denominatione, & per accidẽs; quia. s. operatur in corpus secundum diuersas partes successiuè, quæ sunt in diuersis locis, & sitib. corporeis: secundũ quorum situũ diuersitatem successiuam denominatur, & dicitur Angelus extrinseca nimirum denominatione, & per accidens mutare locum, & situm corporib. proprium, & ita moueri. Qui motus per accidens longè diuersus est ab eo, quo mouetur Angelus in assumpto, vel de lato corpore, cui sua virtute coniungitur.

eõcilatio

Videnda sunt etiam ea, quæ supra diximus de motu Angeli per accidens quæst. præcedente articulo primo.

Conclusiones deductæ, & probatæ.

PRima conclusio: Motus Angeli localis non est vbi fluens, aut substantiæ modus, aut continua acquisitio existentiæ Angeli in alia, atque alia parte spatij, aut aliquid pertinens ad prædicamentum vbi.

Secunda conclusio: Motus Angeli est operatio verè, ac formaliter transiens: atque ita ad genus actionis Metaphysicæ propriè pertinet, quamuis eius effectus, siue pasio sit quanta per accidens. Hanc conclusionem latè probauimus supra q. 45. art. 3. contr. 1.

Tertia conclusio: Motus Angeli nihil aliud est, quàm diuersi contactus diuersorum locorum successiuè, & non simul. Hæc conclusio est S. Thomæ, quam probat in textu.

Quarta conclusio: Motus localis Angeli vniuocè non conuẽnit cum motibus localib. corporum in vna ratione motus localis in communi; quæ sub se comprehendat motus locales corporeos, & spirituales. Hæc conclusio sequitur euidenter ex duabus præcedentibus, scilicet secunda, & tertia.

Quinta conclusio: In Angelo non potest esse motus violentus, aut præter naturalis, nisi virtute diuina mouente; sed motus Angeli propriè dicitur liber; quamuis naturalis etiam dici possit, pro vt ex virtute pendet Angeli naturali.

Sexta conclusio: Vt Angelus moueatur, non est necesse modum intrinsecum, aut realitatem aliquam absolutam in eo variari.

Septima conclusio: Angelo per se, & intrinsecè non conuenit distantia, nec situs, aut vbi. Hanc probat Capreolus in 2. distinct. 6. quæst. prima, art. primo concluf. 2. Capreol.

Octaua conclusio: Dicitur Angelus localiter moueri extrinseca determinatione ab extrinseca corporum mutatione contactu angelicæ virtutis effecta. Hæc conclusio intelligenda est de motu Angeli quo ad effectum, seu pasionem; aut mutationem præcisè, quam ponit in corpore, circa quod Angelus operatur: & quoniam hæc mutatio conuenit Angelo ratione corporis, idcirco dicitur etiam hoc modo moueri per accidens motu, scilicet proprio corporis.

Nona conclusio: Dicitur etiam Angelus localiter moueri, per se formaliter, & intrinsecè, non motu corporis, sed motu ipsi Angelo proprio. Intelligitur hęc conclusio de motu Angeli, prout in recto dicit actionem in Angelo existentem: quæ tamen in obliquo connotat effectum.

Decima conclusio: Cum Angelus dicitur moueri localiter per accidens, extrinseca tantùm denominatio est ex motu corporis, cui virtutis contactu applicatur Angelus.

Vltima conclusio: Angelus, cũ per se mouetur, dicitur moueri propriè, quamuis æquiuocè respectu corporis, motus autẽ localis, pro vt est corporum, non conuenit Angelo nisi metaphoricè.

Argumenta, & solutiones.

COntra primam conclusionem est argumentũ Molinæ in primo art. quæstionis præcedentis; vbi sic arguit: Per motum localem Angeli acquiritur aliquis terminus: & non potest acquiri alius, quàm existentia Angeli in aliqua parte spatij, & verum vbi, quod in Angelo resultat ex collocatione substantiæ illius in tali, vel tali parte spatij; ergo motus localis est acquisitio talis existentiæ; & vbi, & sic erit aliquid pertinens ad prædicamentum vbi. Molin.

Respondetur per motum localem Angeli acquiri terminum aliquem non existentem in Angelo, sed extrinsecè tãtùm denominantem: Hic verò in motu Angeli per se terminus est pasio, seù effectus, & mutatio in loco, vel corpore contactu angelicæ virtutis effecta; in motu verò per accidens est locus, vel vbi corporis delati, quod non redundat in ipsum Angelum.

Contra eandem conclusionem argumentatur Rada eodem ferè argumento: Motus, quicunque est via ad vnum terminum; ergo est ipsa formalis acquisitio termini; sed motus localis est motus ad vbi: ergo est acquisitio ipsius vbi. Rada

Respondetur motum localem corporũ esse motum ad vbi, non autem motum Angeli, nisi ratione corporis delati: Et per hoc soluuntur alia similia eiusdem authoris argumenta.

Contra tertiã cõclusionẽ argumẽtatur Molina: Motus localis non est aliud, quàm acquisitio successiua Molina

ceſsiua exiſtentiæ mobilis in alia, atque alia parte ſpatij; ita vt ratio formalis à qua formaliter dicitur Angelus exiſtere in loco, ſit vera forma abſoluta de prædicamento vbi, quæ eſt in Angelo tanquam in ſubiecto, reſultatq; ie in eo diuerſa pro diuerſitate partium ſpatij, in quibus collocat ſuam ſubſtantiam; ergo motus localis Angeli non eſt diuerſi contactus, &c.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens, vt oſtendimus, & ex dicendis eleuescet apertiùs.

Rada

Contra eandem cõclusionẽ argumentatur Rada: Primò antequam Angelus operetur immediatè immediatione ſuppoſiti in loco, in quo non exiſtit, neceſſe eſt, vt præceſſerit acquiſitio talis loci: ergo non mouetur ad eum locum illa operatione, qua in eo aliquid producitur.

Reſponcetur, falſum eſſe antecedens, vt latè ſuperiùs oſtendimus in propria controuerſia.

Secundo: Angelus poteſt eſſe in loco nihil operãdo circa ipſum, & poteſt moueri localiter in vacuo, in quo nihil poteſt operari Angelus: ergo motus Angeli non eſt operatio, qua ſucceſsiuè producit aliquid in diuerſis partibus ſpatij.

Reſpondetur, falsũ eſſe antecedens quo ad vtrãque partem, vt patet ex dictis in articulo primo præcedentis quæſtionis.

Tertiò: Motus localis non poteſt exerceri manẽte mobili in eadem omnino parte ſpatij, ſed Angelus poteſt in eodem ſpatio exercere diuerſas operationes. vt ſi diſtinctis operationibus in eodem ſpatio moueat diuerſa mobilia, aut idem mobile verſus diuerſas partes; ergo huiuſmodi operationes non ſunt motus angelici.

Reſpondetur, hoc argumento, nihil probari cõtra noſtrã concluſionem: quæ non affirmat motũ localem Angeli eſſe diuerſos cõtactus circa diuerſa corpora, aut diuerſas partes vnius corporis, ſed ait, eſſe diuerſos contactus diuerſorum locorũ ſucceſsiuè: Vnde, ſi corpora ſucceſsiuè ab Angelo tacta ſibi ſuccedant in eodem loco, & ibi ſucceſsiuè tangantur ab Angelo, non mouebitur Angelus; vt patet de Angelo cœlum reuoluente, & diuerſas partes ſibi ſuccedentes in eodem ſitu, ſcilicet in puncto orientis ſucceſsiuè contingente; eſt. n. de ratione motus localis plurium locorum ſucceſsio, ſine qua nec eſſe, nec concipi poteſt ratio motus localis: Et per hæc ſoluitur eiuſdem authoris inſtantia ex ſpatio deſumpta, & hinc patet etiam lapſus Ferrarienſis in dicto cap. 102. dicẽtis: Si Angelus mouet cœlum applicãdo virtutem ſuam partib. ſibi ſuccedentibus in oriente, tunc ipſum moueri motu diſcreto; cum enim hic nulla ſit loci mutatio, nullus etiam hic poterit eſſe motus.

Lapſus Ferrarien.

Quartò: Qui motũ localem Angeli diuerſos cõtactus eſſe dicunt, quib. media operatione diuerſa tangit loca, parũ diſtant ab errore Durandi aſſerẽtis, Angelum non moueri ſecundũ rem, ſed ſecũdũ apparentiam, & animam Chriſti ſecundùm rẽ nõ deſcendiſſe ad inferos, ſed ſecundùm operationẽ, & effectũ. Probatur ſequela: Nã pariter dicere poterũt motũ animę localẽ fuiſſe diuerſos cõtactus, quibus media operatione diuerſa tangit loca,

A Reſpondetur: Nullam eſſe conſequentiam. Ad eius probationem admiſſo antecedente, videlicet motum localem animæ Chriſti fuiſſe diuerſos contactus, negatur inde ſequi, animam Chriſti ſecundum rem non deſcendiſſe ad inferos; vt enim ſupra diximus q. 50. art. 1. operatio immediata eſt ratio locandi ſubſtantiam ſpiritualem, ſicut quantitas eſt ratio locandi ſubſtantiam corpoream.

Quintò; Mẽs nõ capit, quomodo Angelus localiter moueatur, ſi eius eſſentia ab hoc loco ad aliũ non transfertur; ergo motus localis Angeli nõ eſt diuerſi contactus. Probatur ſequela: Quia motus localis Angeli cõſiſtit in tranſlatione eſſentiæ eius

B de loco ad locum ſiue operetur, ſiue non; At, ſi motus angeli eſt illi diuerſi contactus, mouebitur Angelus ſecundùm locum operando in diuerſis locis manente eius ſubſtantia in eadem ſpatij parte, etiam ſi ſint adæquata, & multum diſtantia; ergo.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiã; quoniã per diuerſos contactus, vt rationes locandi transfertur angeli ſubſtantia ab vno loco ad alium. Ad probationem, negatur minor; cuius falſitatem oſtendimus ſupra quæſtione immediatè præcedente articulo primo.

Contra eandem concluſionem ſunt argumenta, quæ proponunt, & ſoluunt Bannes dubio quarto,

C & Zumellus quæſtione ſua ſecunda. Bannes Zumellus

Contra quartam concluſionem argumentatur Molina: quia non ſatis videtur eſſe conſona ſacris litteris. Molina

Reſpõdetur, eam diuinis ſcripturis Angelorum dignitatem exaltantibus ſupra corpora quàm maximè conſonare, ſed intellectui ſequentis phantaſiam non adaptari.

Contra eandem concluſionem argumentatur Rada. Primò; Motui locali corporis, & angeli commune eſt vniuocè, quod ſit ſucceſsiua acquiſitio exiſtentiæ in alia, atq; alia parte ſpatij, quæ eſt ratio genetica motus localis: ergo conueniunt in ra-

D tione generica vniuoca communi. Rada

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens, vt patet ex ſupradictis.

Secundò; Vbi angelicum, ſiue ſpirituale, & vbi corporale conueniunt in vna ratione vniuoca communi, & generali loci; ergo idem dicendum eſt, de motibus localibus, qui per ſe ordinantur ad huiuſmodi terminos.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens, & eius ſuppoſitum, nimirum Angelo conuenire per ſe rationem aliquam vbi ſpiritualis, qua tamen admiſſa falſum eſt antecedens.

Contra quintam concluſionem argumentatur

E Molina: Si motus Angeli efficiatur ab extrinſeco, nempe ab Angelo impellẽte, Angelusq; qui mouetur, reſiſtat, erit motus violentus; quod ſi neq; reſiſtat, neque cooperetur ad motum, erit motus præter naturam, ſi comparatione virtutis motiuæ ſpectetur; comparatione verò ſubiecti, in quo recipitur, nempe ſubſtantiæ angeli, quatenus in ea eſt potentia paſſiua naturalis; ad omnẽ huiuſmodi motum in ſe ſuſcipiendum, omnis motus localis Angeli eſt naturalis; quemadmodum etiam omnis Molina.

Digitized by Google

motus corporeus, etiamsi ſit violentus eſt ſecundum comparationem formæ, virtutis q; motiuæ eius rei, quæ mouetur, naturalis eſt comparatione materiæ.

Reſpondetur, primò ſupponi falſum, videlicet Angelum ab Angelo impelli poſſe virtute naturali, & loco moueri; quod eſſe falſum conſtat ex dictis in art. 1. quæſt. præcedentis; Angelus enim in loco conſtituitur, aut virtutis contactu, aut alligationes; certum eſt autem Angelum ab Angelo cogi nõ poſſe ad operãdum, cum operatio, qua locatur Angelus, ſit ipſum voluntatis eius imperium; Nec virtute alterius Angeli naturali alligari poteſt loco determinato; hæc enim alligatio nulla poteſt aliã ratione fieri, niſi in Angelum agente corpore, cui Angelus alligatur; ſola verò diuina virtute poteſt in ſpiritum corpus operari: Poterit quidem inferior ab Angelo ſuperiori ab actione tranſeunte coerceri, modo in prædicto articulo declarato; ſed Angelus inferior ſic impeditus poterit nulli alteri loco velle ſuæ virtutis actum applicare, & ſic nihil quam eſſe; non eſt igitur in Angelo potentia paſſiua naturalis, vt ab altero moueatur. Præterea falſum eſt in corpore ratione materiæ potentiam eſſe naturalem ad eum motum, qui comparatione formæ eſt violentus; nàm potentia naturalis, aut violenta ad motum non attenditur in materia, niſi prout ſubſtat tali, vel tali formæ, ex qua deriuatur ad corpus inclinatio ad hanc, vel illã loci, ſiue poſitionis differentiam, (ſurſum, vel deorſum, &c.)

Contra eandem concluſionem argumentatur Rada; Angelum moueri localiter ab Angelo, ità vt ipſe concurrat tantùm paſſiue ad talem motum, nec repugnat ex parte ipſius Angeli, neque ex parte motus localis abſolutè, & in communi neque ex parte agentis; ergo. Antecedens probatur primò quo ad primam partem; quia Angelus non eſt vbique, & nõ reſiſtit, & quamuis reſiſteret, poſſet eius reſiſtentia, quoniam eſt finita, ſuperari ab agente maioris virtutis. Quo ad ſecundam verò partem probatur; Quia talis motus non eſt vitalis; ergo nõ poſtulat, vt neceſſariò ſit à principio intrinſeco. Demum quo ad tertiam partem; quia non deeſt Angelo ſuperiori virtus ad huiuſmodi effectum.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens quo ad ſingulas partes. Ad probationem primæ partis dico repugnare ex parte Angeli; quoniam eius ratio locandi eſt operatio libera ad extra, quæ à ſolo Deo poteſt neceſſitari, vel, ſi ratio locandi eſt paſſio à corpore, ſola fieri poteſt diuina virtute: & quamuis poſſet eius reſiſtentia à maiori virtute ſuperari, non ideo tamen requiritur ipſum ab alio poſſe moueri de loco, ad locum, ſed amoueri poſſe tantùm a loco; Angelus autem violenter repulſus à loco non neceſſariò tranſit ad alium locum, ſed poteſt eſſe nullibi, ſi noluerit operari: Ad probationem ſecundæ partis dico talem motum repugnare ex parte motus localis talis, qualis eſt angeli; quoniam eius motus neceſſariò eſt vitalis, niſi diuinitus per ſucceſſiuas ex corporibus paſſiones moueatur. Denique ad tertiæ partis probationem negatur aſſumptum; eſt enim manifeſtè falſum, vt patet ex dictis.

A Contra ſextam concluſionem arguũentatur Vaſquez; Angelus eſt in loco ratione alicuius modi additi ſuæ ſubſtantiæ, quo alicui corpori coniungitur; ergo neceſſe eſt mutari modum, vt in diuerſo corpore angelus conſtituatur. Vaſquez

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens, vt ſuperius oſtendimus, ſcilicet quæſtione præcedenti articulo primo.

Contra ſeptimam concluſionem eſt arguũentum, Radæ in ſexta controuerſia; Angelus eſt in loco formaliter per vnionem ipſius angeli cum loco, ſed talis vnio eſt formaliter vbi; ergo. Rada

Reſpondetur, falſam eſſe vtramque propoſitionem per ſe, proprie & formaliter loquendo.

B Contra octauam concluſionem argumentatur Molina; Primò; Quia mirum eſt motum localem corporeum, quem angeli ad extra in corporibus efficiunt, eſſe motum, à quo formaliter dicuntur moueri localiter. Molina

Secundò; Multò mirabiliùs eſt, quod aſſerunt alterationem, puta illuminationem, aut impulſum, aut aliam qualitatem, quam ſucceſſiue ad extra in corpus efficiunt, eſſe non ſolum id, à quo formaliter dicuntur eſſe in loco, ſed etiam a quo dicuntur moueri localiter.

C Tertiò; Cum Caietanus, & Capreolus, affirmẽt angelos ſiue actione tranſeunte, ſiue per præſentiã ordinis, vel per operationem non exigẽtem actionem continuatã poſſe eſſe in loco, explicare debẽrent, quidnã eſſet tunc tranſitus, & mutatio angeli de loco ad locum: Neq; enim dicere poſſunt eſſe motum aliquem, aut actionem ad extra.

Reſpondetur ad primum: Non eſſe mirum aliquid ab extrinſeco denominari, & dici realiter tale, ſicut dicitur Deus in tempore realiter creans, gubernans & Dominus; cum tamen creatio, gubernatio, & dominium nihil reale de nouo ponant in Deo, ſed in creatura tantũ: cũ enim dicitur Deus realiter creans, dictio illa, realiter, non importat inhæſionẽ aliquã formæ intrinſecam, ſed relationis, ac denominationis fundamentum reale, atq; ita dicitur angelus ſiue per ſe, ſiue per accidens moueatur extrinſeca denominatione moueri ex reali mutatione ſucceſſiuè in locis, aut corporibus, vel vnius corporis partibus facta per actionem angeli etiam vnam numero ex parte angeli: Vbi aduerte, nõ eſſe idem moueri per ſe, quod intrinſeca denominatione moueri, nec moueri per accidens eſſe idem, quod moueri extrinſeca denominatione: Nam, vt ſupra diximus partes mouentur per accidens in toto, & homo in curru, & tamen intrinſeca denominatione dicuntur moueri. Illud igitur per ſe moueri dicitur, quod proprio non alterius motu mouetur. Id verò dicitur moueri per accidens, quod altero moto mouetur, ſiue motum in ſeipſo recipiat, à quo denominatur intrinſecè, ſiue non, ſed ex eo tantùm denominetur extrinſecè. Ad ſecundum, dico motum angeli eſſe diuerſos contactus ſucceſſiuos diuerſorum locorum; ac proinde mirandum non eſſe, ſi per ſucceſſiuas illuminationes, aut alias ſimiles mutationes in corporibus factas dicantur angeli moueri.

Ad

Ad tertium dico, Angelum per præsentiam ordinis esse in loco tantùm, secundùm quid, inchoatiuè, & incompletè, non autem simpliciter, completè, & propriè; ac proinde per successionem talis præsentiæ ad diuersa loca non dici, Angelum moueri simpliciter, ac propriè, sed secundùm quid, incompletè, ac minus propriè.

Contra eandem conclusionem sunt argumenta Lychetti, quæ refert, & soluit, Vasquez in sua disp. 95. ex dictis tamen colligi facilè posset eorum solutio. Lychetus.

Contra decimam conclusionem, quatenus affirmat, Angelum moueri per accidens ad motū corporis, in quo est, argumentatur Rada: Angelus nō habet naturalem vnionem, & coniūctionem cum corpore in quo est, neque continetur vllo modo ab eo; ergo non sufficit motus illius corporis ad hoc, vt seclusa omni alia causalitate effectiua moueatur ipsæ Angelus; & ex consequenti non mouebitur propriè per accidens ad motum corporis. Consequentia probatur: Quia, tunc dicitur moueri aliquid propriè per accidens, cum mouetur per se ex vi motus rei, hoc est sine alio concursu causæ efficientis motum, sed illud tantùm potest moueri ex vi motus alicuius rei, quod cum ea habet naturalem aliquam connexionem, vt accidentia cū subiecto, & partes cum toto, aut quod ab eo continetur; vt aqua in vase, & homo in naui, vel aliquo vehiculo, vel ei coniungitur aliqua necessitate naturali; vt graue illi, cui innititur. Rada.

Respondetur, nullam esse consequentiam. Ad probationem nego minorem: sufficit enim libera connexio liberè conseruata qualis est etiam hominis, cum vehiculo, à quo potest pro sua voluntate descendere, & sic ad eius motum non moueri; quod si voluerit in eo persistere, necesse est, vt eo modo moueatur; nec potest homo aut Angelus, si currui voluerit manere coniunctus, eo moto non simul cum eo moueri per accidens modo superius explicato.

Contra eandem conclusionem argumentatur Zumellus. Primò: Motus Angeli est quidam modus illius, at modus est in re modificata; ergo. Zumell.

Respondetur, falsum esse antecedens; nam, vt diximus, motus Angeli est eius operatio transiēs, prout habet effectum in passo.

Secundò: In rebus corporeis motus est in corpore moto, quia est acquisitio vbi, & successiua replerio noui spatij; & confirmatur: Quia moueri localiter est verè, & realiter mutari; ergo non potest esse per denominationem extrinsecam; ergo, per aliquid inhærens rei, quæ mutatur; sed primò, & per se mutatur Angelus per motum localem; ergo.

Respondetur, nullam esse consequentiam: quoniam æquiuocè dicitur motus de motu corporis, & de motu Angeli: atque ideo non est necesse motum esse in Angelo, aut ipsum realiter mutari per aliquid absolutum in se receptum, sed vel actiuè tantùm aliter se habere, ob realem mutationem in corpore factam. Secundò dico motum Angeli, prout dicit operationem exeuntem ab Angelo, & connotantem effectum esse in Angelo.

Tertiò: Motus, & tempus sunt in eodem subiecto, sed tempus angelicum est in ipso Angelo; ergo, & motus.

Respondetur, tempus angelicum mensurans operationes transeuntes, vt sic, non esse formaliter in ipso Angelo, sed in corpore mediante motu, put ab Angeli virtute, & actione dependet.

Secundò dico, operationem Angeli transeuntē, prout est in Angelo connotans illationem effectus in passo, mensurari tempore angelico, & secundū hanc rationem esse motum in Angelo: sed eadem operatio, prout in corpore recipitur, tempore nostro mensuratur: vt cum D. Thoma diximus supra quæst. 10. art. 5. tempus autem eandem operationem eodem modo sumptam mensurans est in Angelo supremo omnium operantium actu. S. Thom.

Sed quoniam, licèt Angelus eandem continuò manutenens operationem, ac minimè secundùm eam mutatus moueri potest de loco ad locum, vt ante diximus, necesse tamen est, vt cuilibet loco, vel corpori, in quo immediatè operatur, fiat suppositaliter præsens: ita vt non operatio sola, sed ipsa etiam Angeli substantia sit successiuè in singulis locis, in quibus mouetur; ideo videtur in Angelo localiter moto mutatio quædam esse realis, & intrinseca. Dubitatio.

Verùm, cum non alia ratione fiat Angeli substātia præsens, nisi quia operatur in loco operatione in eo recepta, hoc ipso dicetur etiam successiuè præsens diuersis locis, ideſt, moueri, quod effectū habet in illis successiuum: hoc verò est, Angelum extrinsecè à motu, vel mutatione corporis denominari. Solutio.

Sed dices: Angelus verè definitiuè est in loco, atque ita est in vno loco, vt simul esse non possit in alio, ergo, cum ex vno loco mouetur ad alium, verè in seipso mutatur: Et confirmatur: quia proprium videtur esse Dei, vt per nouam productionē rei, de nouo fiat existens in ea per solam rei factæ mutationem. Obiectio.

Respondetur, Angelum esse in loco definitiuè p extrinsecam ex loco denominationem, atque ideo mutato loco, solùm etiam mutari denominationē. Ad confirmationem dico, magnam esse differentiam inter Deum, & Angelum. Nam Deo conuenit esse vbique per se primo, & ideo localiter moueri non potest, quamuis per rei factæ mutationē in ea dicatur esse de nouo; At Angelus vbique non est, sed in loco tantùm determinato iuxta suæ virtutis mensuram, & ideo, licèt per solius rei mutationem fit in ea, dicitur tamen verè, & realiter moueri, quamuis extrinseca tantùm denominatione. Solutio.

Postremò dico: In Angelo eadem numero operatione mouente successiuè diuersas partes eiusdem corporis in diuersis sitibus existentes, aut diuersa corpora contigua duplicem fieri mutationem. Altera est formalis, & actualis quo ad relationem realem ad hanc, & ad illam partem successiuè ab Angelo motam. Altera est quasi virtualis, quo ad ipsam operationem, quæ vt exercetur ab Angelo circa diuersas vnius corporis partes successiuè;

cessiuè; aut etiam circa diuersa corpora, vim habet plurium operationum, sibi succedentium, quę quasi per accidens in vnam coincidunt, per quod differt ab operatione diuina; quæ vna per se existens omnia mouet. Et dici posset operationem illam esse formaliter diuersam præsertim cum operatur in corpora distincta, quia diuersos habet ordines transcendentales ad diuersas in eis passiones inferendas, actio enim essentialiter est propter inferendam passionem, & perficiendum passum. Quamuis igitur actio illa sit vna materialiter, est tamen diuersa formaliter, & essentialiter; eo quod ordo transcẽdentalis actionis ad passionem sit intrinsecus ipsi actioni.

Bannes. Zumellus Molina. Rada.

Contra vltimam conclusionem nulla sunt argumenta; nam, quæ proferunt Bannes, Zumellus, Molina, & Rada, sensum eius cõfirmant; & distinctio per eam expressa & in superioribus explicata, dicta diuersa conciliat D. Thomæ, Caietani, & dictorum expositorum.

Secunda Controuersia.

An motus Angeli sit continuus, vel discretus.

Sententiæ Doctorum.

QVamuis affirment Doctores omnes, & expositores D. Thomæ Angelum motu continuo posse moueri, dissident tamen ex eis præcipui in assignanda causa continuitatis, & modo; Nam

Caietan. Caietanus vnam, & plures operationes ex parte Angeli existimat interuenire posse in eius motu continuo, quamuis plures secundùm eum esse necesse sit ex parte passi; quam sententiam sequitur,

Zumellus & tuetur Zumellus in sua quæst. 3. ad hunc articulum dicens motum, prout in corpore recipitur, esse diuersum secundùm partes, licèt continuitate sit vnus. Sed Ferrarien-

Ferrarien. sis in tertio cont. gent. cap. 102. duo dicit. Primum: Si solo imperio, & actu voluntatis, Angelus in corpora operatur, ita vt executio ab imperio non distinguatur realiter, non est possibile, vt sit pluralitas aliqua in ipso contactu. Secundum: Si Angelus in corpora per aliquam operationem verè, & formaliter transeuntem operatur, dicendum est, quòd eodem modo in tali cõtactu, vt egreditur ab essentia, est vnitas totalis, & pluralitas partialis, sicut est in ipso, vt terminatur ad operatum in loco.

Bannes art. sequenti, dubio primo, & Zumellus in sua quæst. 3. ad vltimum, affirmant plures esse posse operationes etiam ex parte passi specie distinctas; vt, si partem vnam mobilis illuminet, aliam immediatè succedentem calefaciat, & aliã subsequentem infrigidet, nulla temporis interposita mora: sic enim erunt distinctæ alterationes, & tamen erit vnus, & continuus motus localis.

Alij autem, qui non per operationem, sed per essentiam, aut alio aliquo modo constituunt Angelum in loco, aliam etiam, atque aliam continuitatis affe unt causam.

Molina. Maloniu.

At motu discreto quidam negant Angelum posse moueri; quorum sententiam sequuntur Molina articulo sequenti, Maloniusan. d. q. 8. disp. 16. &

Rada in sua secunda parte, cont. 3. art. 3. post Scotum in 2. dist. 2. quæst. vltima, art. vltimo S. Dun. 1. sent. dist. 37. quæst. 4. art. 1. negat Angelum moueri motu continuo; hic autem ait Angeli motum esse posse continuum, & discretum; quam apparentẽ contradictionem varie conciliant eius discipuli, quorum dicta, siue expositiones referentur infe-

Rada. 2. 2. q. 8. S. Thom. rius.

Resolutio.

Continuitatem motus Angeli sumendam esse non solum ex continuitate magnitudinis, sed etiam ex partibilitate Angeli, non quidem secundùm se, sed prout accipitur cum ratione locandi, quæ est extensa per accidens.

DVæ sunt propositæ controuersiæ partes: Altera de motu continuo, & altera de motu discreto. Prior in eo tota consistit, vt inquiratur in quo posita sit ratio continuitatis motus Angelici. Dicunt autem Bannes, & Zumellus ad continuitatẽ motus Angelici non sufficere continuitatem spatij, sed requiri continuitatem, non quidem mobilis, ideſt Angeli, cum sit Angelus omninò indiuisibilis, sed temporis mẽsurantis applicationem virtutis Angelicæ ad locum secundùm diuersas partes loci, quibus successiuè se applicat Angelus. Nam, si existat Angelus in loco sibi adæquato, & alterum locum adæquatum velit acquirere, qui priori sit immediatus, id autem efficiat relinquendo simul totum locum priorem, & acquirendo simul totum alterum locum, motus ille non erit cõtinuus, sed discretus, vt patebit ex articulo sequẽti, & tamen continuitas hìc est magnitudinis. Addunt præterea spatij continuitatem secundùm se non esse necessariam, vt motus Angeli sit continuus; nã, si fuerit Angelus in aliquo loco adæquato, vel inadæquato, & velit acquirere locum alium distantem, & non immediatum priori loco, & hoc faciat successiuè relinquendo priorem locum, motus hìc erit continuus, & tamen spatium non erit continuum: igitur spatij continuitas, ad motus Angelici continuitatem non requiritur.

Bannes. Zumellus.

Sed quanquam verum sit Angelum secundùm substantiam suam, & virtutem, prout in eo est, esse prorsus inextensum, & indiuisibilem: certum tamen est, in doctrina D. Thomæ superius explicata Angelum per suæ virtutis contactum, & operationem in loco constitui, non præcisè prout operatio egreditur ab essentia, sed quatenus ad operatum in loco terminatur, vt ait S. D. in primo sentent. distinct. 37. quæst. 4. art. 2. & Ferrar. in 3. cont. gent. cap. 102. Sic autem operatio sumpta extensa est, ac diuisibilis; cum sit accidens quoddam corporeum in re quanta receptum, & consequenter extẽsum per accidens, ac diuisibile, vt in præcedente controuersia notauimus. Cum itaque ratio locandi Angelum prędicto modo sit extensa, consequẽs fit, vt Angelus in loco constitutus vt sic, ideſt, sub ea ratione formaliter, qua in loco est, ac vt vnum quid cum sua ratione locandi consideratus, sit quodammodo quantus, extensus, ac diuisibilis; Ac proindè, quemadmodum ad motus localis cor-

1. Thom. Ferrarien.

porei

porei continuitatem necessaria est tam magnitudinis, quam eius, quod super ea mouetur, extensio, ac partibilitas, sic vt Angelus motu continuo moueatur, necessaria est non solùm extensio, ac diuisibilitas magnitudinis, cuius partes successiuè tangendo pertranſic Angelus, sed quædam in Angelo, non quidem secundùm se, sed quo ad id, quod ei ratio locandi est, extensio, partibilitasque requiritur: Quæ tamen in Angelum verè, ac proprie non redundat, cum non in ipso, sed in externo corpore vt in subiecto, siue passo virtutis Angelicæ terminetur operatio, & relinquatur effectus: Cuius extensio, dum secundum priorem sui partē in priori parte magnitudinis successiuè deperditur, & tantundem in alia subsequenti parte magnitudinis coalescit, motum constituit Angeli continuum; sicut motus corporei continuitas, ex nocì cörporis, & magnitudinis simul partibilitate consurgit; Vt enim ait Arist. in 6. Phys. & S. Thomas hic ad primum, omne, quod mouetur, dum mutatur, secundùm aliquid sui est in vno termino, & secundùm aliquid est in altero: atque ideo omne, quod mutatur, necesse est esse diuisibile. Quamuis igitur Angelicæ substantiæ nullæ sint partes, dicitur tamen Angelus, dum mouetur, partim esse in termino à quo, & partim in termino ad quem: ita vt partialitas non referatur ad substantiam Angeli, sed ad locum, vt ait S. Tho Angelus enim à principio sui motus continui, est in totò loco diuisibili, à quo incipit moueri, sed dum est in ipso moueri, est in parte primi loci quem deserit, & in parte secundi loci, quem occupat: Potest autem Angelus partem duorum locorum occupare, quia potest suæ virtutis contactum ad locum diuisibilem applicare: sicut corpus hoc idem potest suæ magnitudinis applicatione: hoc autem ipso, quòd loco diuisibili virtus applicatur Angelica, fit eadem virtus diuisibilis, & extensa per accidens, qua ratione terminatur ad passum, & in eo recipitur; cũ igitur huius ratione locetur Angelus, sequitur Angelum simul cum ratione locandi sumptum, vtfic, esse quantum, extensumq; per accidens: quamuis vt ante diximus, quantitas hæc, & extensio non redundet in Angelum secundùm se, nec eius effectui conueniat secundùm se; siue per se, sed tantùm per accidens: Est ergo necessaria quantitas, & extensio non ex parte tantùm magnitudinis, sed etiã ex parte mobilis Angeli modo dicto.

Arist. & Thom.

Hoc autem interest inter Angelum, & corpus, quod quantitas, quæ est corpori ratio locandi, est in ipso corpore existens, eidem per se conueniens, & eadem inuariata perseuerat in toto motu, à quo realiter est distincta; actio verò, siue qualitas, quæ est Angelo ratio locandi, in ipso loco est, pro diuersitate motus, siue partiũ eius diuersa, nec realiter à motu distinguitur, sed formaliter tantùm, vt, constat ex definitione motus Angeli adducta superius; Vt enim successiua est, rationem habet motus, vt autem operatiõ est Angeli passum contingens, ratio locandi est, nec vllam per se quantitatis habet extensionem, sed per accidens tantùm quanta est ex quantitate subiecti. Igitur corporis, & Angeli, ac motus vtriusque similitudinem prosequendo dicendum est cum Ferrariensi in dicto cap. 102. quòd, sicut in motu corporeo magnitudo, super quam fit motus, cum vnitate continuitatis pluralitatem habet partium, sic ab nuidem distinctarum, vt vna non sit alia, ita corporis motus super magnitudine continuitatis habet vnitatem cum pluralitate partium; quarum singulæ partiales quidam sunt motus, singulis magnitudinis partibus coaptati. Quo fit, vt corpore trãslato de extremo ad extremum datæ magnitudinis, sit ibi vnus totalis motus, partiales autem plures totum illum vnum integrantes; quemadmodum, & vna totalis magnitudo ex pluribus constat partibus, quarum vna quæque est magnitudo. Hinc igitur ad motum Angeli corporeo similem proportiona liter ascendendo dicimus, in Angeli motu continuo priorem locum successiuè deserentis, & posteriora successiuè secundùm ordinem partium occupantis, vnum esse continuitate contactum, operationemq; totalem vni plurium locorum continuitati respondentem. Cuius tamen operationis, prout in subiecto, siue loco recipitur, plures sunt partes, iuxta numerum partium magnitudinis, quibus applicatur. Vna est igitur in Angeli motu continuo totalis operatio, siue contactus, partiales autem plures.

Ferrarien.

Quod autem dicunt Bannes, & Zumellus, in vno videlicet, & eodem motu continuo plures esse posse specie distinctas operationes; vt si Angelus primam partem illuminet, & subsequentem immediatè calefaciat, & aliam huic immediatam infrigidet successiuè, falsum omnino est; Nam primò ex parte passi plures sunt motus specie distincti, cum ad distinctas specie formas terminentur; ergo etiam numero distinguuntur; ergo motum vnũ continuum nequeunt constituere. Consequentia euidens est; quia motus continuus esse non potest qui vnus numero non est. Secundò prædictæ operationes ex parte Angeli consideratæ non minorẽ habent distinctionem inter se, quàm habeant diuo contactus eiusdem speciei in duobus locis immediatis, quibus Angelus priori loco simul toto dimisso successiuè, & immediatè se applicat toti subsequenti. At ex his non constituitur nisi vnus motus discretus; ergo. Maior probatur; quoniam Angelus in prædictis etiam operationibus totam simul virtutem subtrahit ab vna parte, quam, exẽ pli gratia, illuminabat, & totam applicat alteri parti, quam calefacit, &c.

Binuea. Zumellus

An verò sint, aut esse possint in Angeli motu cõtinuo plures partiales operationes, siue cõtactus, sub eâ ratione, qua procedunt ab Angelo, dissensio est inter expositores supra notata. Pro cuius definitione, tria sunt annotanda: Primum est, hic supponendum esse id, quod latè probauimus sup. quæst. 15. art. 1. nimirum actionem transeuntem Metaphysicè sumptam esse in agente. Secundũ est, passionem vnam, & continuam ex pluribus actionibus immediatè sibi succedẽtibus posse causari, vt ligni calefactio vsque ad hoc instans à Sole facta potest ab igne illi nunc applicato continuari, & in-

Operationes plures esse posse in motu continuo.

& intendi. Tertium eſt, multiplicatis operationibus immanentibus, ſiue tranſeũtibus ex parte Angeli non eſſe neceſſarium eas iuxta numerum proportionalium partium ſpatij, quæ ſunt infinitæ, multiplicari, ſed finitæ tantùm poterunt eſſe: exẽpli gratia; poteſt Angelus exiſtens in Empyreo vnam habere volitionem deſcendendi continuè vſque ad nubes, & in eodem inſtãti, quo terminatur eius motus ad nubes, nouam poteſt habere volitionem continuandi deſcenſum vſque ad terram, & per nouum actum imperij in ſingulas intermedij aeris partes operari continuè; ſicque plures erunt ex parte Angeli operationes vna tantum exiſtente in ſubiecto corporeo paſſione, ſiue paſſiuo contactu totali plures modo ſuperius explicato partes habente. Vltimum eſt, abſurdum non eſſe eandem operationẽ, prout exit ab Angelo ſic pluri-ficata, tempore diſcreto menſurari, vt vero terminatur ad paſſum, continui temporis menſuræ ſubiacere; ſicut enim vna ratione diſcretorum actuum naturam induit, & alia ratione continuè operationis habet vnitatem, ſic, & diſtinctas ſuæ durationis poſtulat pro naturæ diuerſitate menſuras. Ex his itaque ſequitur euidenter in Angeli motu continuo plures eſſe poſſe operationes, ſiue contactus, ea ratione, qua procedunt ab Angelo, ſiue ſint actiones formaliter tantùm immanentes, ſiue ſint etiam formaliter tranſeuntes.

Conciliantur dicta D. Thomæ.

EX dictis facilè eſt conciliare dicta D. Thomę diuerſa, quæ videntur eſſe contraria. Nam, vt ait Capreolus in 2. diſt. 2. quæſt. 2. art. 1. concl. 3. S. Thomas in primo ſent. diſt. 37. quæſt. 4. art. 1. & quolib. 9. art. 9. loquitur de motu Angeli interiori ſecundùm actus immanentes intellectus, & voluntatis, quorum nulla poteſt eſſe continuitas; hic autem ſermo eſt de motu, ſiue operatione exteriori; in qua, prout in ſubiecto recipitur, poteſt eſſe continuitas. Quæ reſponſio, quamquam vera dicat, non ſatis tamen nodum difficultatis abſoluit, & contraria videtur litteræ, ac menti D. Thomæ loquenti in primo ſent. de operatione, vt diſtinguitur ab actione immanenti. Ferrarienſis autem in allegato cap. 102. dupliciter ea dicta conciliat; ait enim primò D. Thomam in primo ſent. loqui de motu Angeli, quo plura loca pluribus operationibus totalibus, & omninò diſtinctis attingit, in prima, verò parte ſermonem eſſe de motu vniuerſaliter, quo plura loca pluribus, quomodocunque attingit operationibus, ſiue illæ ſint totales, & omninò diſtinctæ, ſiue ſint partiales; Sed hæc interpretatio videtur contraria manifeſte verbis, ac ſenſui D. Thom. in primo ſent. cuius verba ſunt: *Et quia moueri in loco ſequitur ad eſſe in loco, ideo eodem modo conuenit Angelo moueri in loco, ſicut eſſe in loco, & vtrumque eſt æquinocè reſpectu corporalium; Dicitur enim Angelus eſſe in loco, inquantũ applicatur loco per operationem: & quia non ſimul eſt in diuerſis locis, ideo ſucceſſio talium operationum, per quas ſit in diuerſis locis ſimul eſſe dicitur, motus localis vocatur: Vnde, ſicut conceptiones intellectus conſequenter*

Capreol.

D. Thom. Ferrarien.

S. Thomas

A *ſe habent ſine continuatione, ita, & operationes eius, vnde motus localis Angeli non eſt continuus, ſed ipſæ operationes eius conſequenter ſe habentes circa diuerſa loca, ſecundùm quas in illis eſſe dicitur localis motus, ſic eſſe dicuntur.* Hæc ibi; quibus verbis quæſito, ſatisfacit abſoluto de motu Angeli; quem negat eſſe continuum, & diſcretum eſſe pronũciat, ſicut & Angelicæ mentis conceptus. Nec vlla poteſt viro ſanæ mentis ineſſe dubitatio, num plures, totalesque operationes, ſiue motus Angeli omnino diſtincti poſſint eſſe continui. Si verò plures fuerint partiales motus, vnus ex eis totalis motus conſtituitur non diſcretus, ſed continuus; de his ergo, tãtùm non loquitur ibi S. Doc. ſed abſolutè de motu
B Angeli. Secundo reſpondet Ferrar. D. Thomam in primo ſent. loqui de natura motus Angelici, quatùm ſit ex parte Angeli; qui, cum ſit à magnitudine ſeparatus, non habet ex ratione, ſiue ex parte ſubſtantiæ, vt illi congruat in motu continuitas, in hoc autem articulo ſermo eſt (inquit) de natura motus Angelici, tã ex parte Angeli, quàm ex parte magnitudinis, in qua operatur, & ſuper quam dicitur moueri localiter: atque ideo docet motum aliquem Angeli poſſe eſſe cõtinuum, ſicut aliquis poteſt eſſe diſcretus: quia poteſt Angelus locum, in quo prius erat, ſecundùm partes ſucceſſiuè deſerere, & alium eodem modo occupare ſucceſſiuè; ſicut poteſt etiam totum locum ſimul dimittere, & toti alteri loco ſimul ſe applicare; ſicque diſcretè moueri, vt ait S. D. in textu. Reſponſio hæc optima eſt, quam etiam ſequuntur, & explicant Bannes, & Zumellus.

Ferrariẽſis

Bannes. Zumellus

Quæ ſit ratio diſcreti motus Angeli.

ALtera verò controuerſiæ pars, quæ de motu Angeli diſcreto eſt, eiuſque naturam inquirit, propriam habet ſedem in articulo immediatè ſequente; Sufficiet hic nobis tria tantùm ad præſentis articuli intelligentiam maximè neceſſaria
D breuiter attigiſſe. Primum eſt, motum Angeli diſcretum nihil aliud eſſe; quàm diuerſos contactus ſucceſſiuè, quibus priori loco ſimul toto dimiſſo alteri toti ſe ſimul applicat: poſſe verò tales contactus, ac proinde motum diſcretum Angelo conuenire, probatur in via D. Thom. vnico argumento efficaciſsimo: Angelus in loco conſtituitur per liberum ſuæ voluntatis, ac intellectus imperiũ, quo non pendet à loco, ſed illi maximè dominatur: igitur per talem actum toti loco ſimul, ideſt ſecundũ omnes eius partes accepto, ſe poterit applicare, ac poſtea totum illum ſimul deſerere, & alteri toti ſimul ſe applicare. Antecedens patet ex ſupradictis in quæſtione præcedente. Conſequentia euidens eſt; Nam, cum ex parte Angeli ſit plena libertas, & virtus nedũ ſufficiens, ſed excedens, & nulla ſit ex parte effectus contradictio, aut impedimentum, vel abſurditas, poterit Angelus ſimul totum æquè, ac partem poſt partem loci dimittere, & totum alium ſimul æquè, ac partem eius poſt partem occupare.

Secundum eſt, loca, quibus applicatur Angelus ſucceſſiuè motu diſcreto, eſſe non poſſe niſi finita

in

ſe, quacunque data magnitudine, reperiri poſſit. Quod articulo ſequenti probatur.

Quæ tamen duplicem inter ſe poſſunt habere diſtantiam. Vno modo, vt nullus intercedat locus medius totaliter ab eis diſtinctus, ſicut in magnitudine trium cubitorum in tres partes æquales diſtincta, pars vnius cubiti mediat inter duas alias partes eiuſdem menſuræ. Si verò diuidatur in duas tantùm partes æquales, aut inæquales, nulla pars inter eas erit media, ſed erunt adinuicem contiguæ, ſiue magis continuæ. Alio modo poſſunt eæ diuerſa loca ſic ab inuicem eſſe diſtantia, vt vnus, vel plura loca mediant inter ea, vt patet in exemplo allato de magnitudine trium cubitorum, & poſſet aliud addi de magnitudine decem cubitorum in decem partes æquales reſ, vel cogitatione diſtinctas, in qua duæ extremæ partes, ſiue loca ſic ab inuicem diſtãt, vt octo mediant eiuſdem menſuræ partes, ſiue loca. Cum itaque mouetur Angelus ſubtrahendo virtutem ſuã ab vno toto loco ſimul, alteri ſe toti ſimul applicando, ſiue mediata ſint ea loca, ſiue immediata, eſt eius motus proprie, ac verè diſcretus. Apparet tamen euidentiùs in eo motu diſcretio, quo vno, vel plurib. interpoſitis locis mediis, de primo ſtatim mouetur in vltimum, illo vno, vel pluribus, qui medij ſunt, prætermiſſis.

Tertium eſt Angelum, cum motu diſcreto moueri, dici poſſe moueri tam in ſucceſſione vnius termini ad alium, vt ait S. D. in primo ſent. diſtinct. 37. quæſt. 4. art. 1. ad tertium, quàm dum eſt in termino à quo, & dum eſt in termino ad quem, vt hic affirmat S. D. ad primum, & explicat optimè Caietanus, & poſt eum Zumellus in ſua quæſt. 3. ad hunc articulum. Sed de hoc in tertio diſſeremus artic. Caiet. Zumell.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: Moueri poteſt Angelus motu continuo.

Secunda concluſio: Spatij cõtinuitas eſt neceſſaria, vt motus Angeli, qui eſt in corpore moto ſit verè, proprie, ac abſolutè cõtinuus. Probatur hæc concluſio: Nam, ſi Angelus exiſtens in vno loco applicet ſe alteri loco exiſtenti intra ſphæram ſuæ activitatis, quitamen locus non ſit immediatus priori loco, & ſucceſſiuè deſerendo priorem, acquirat alterum, motus ille continuus ſimpliciter eſſe non poterit; cum tota contactus Angelici continuitas dependeat ex magnitudine per ſe primò. Contactus enim Angeli à quantitate, & extenſione, ac cõtinuitate magnitudinis, in qua recipitur, dicitur per accidens quantus, extenſus, atque continuus, ſicut albedo quantitatem extenſionem, & continuitatem habet ex ſubiecto parietis magnitudine, non eſt igitur intrinſeca, & vera, ac propria continuitas in eo motu, quatenus eſt motus corporis, ſicut nec in magnitudine. Dici tamen poſſe videtur extrinſeca quadam denominatione continuus, ab actionis ſcilicet vnitate, prout exit ab Angelo, & à menſura temporis nimirum continui motum illum menſurantis continuitate: nuncupatur autem vnumquodque tale ſimpliciter ex eo, quod illi ſecundum ſe, & intrinſecè conuenit: dicitur verò tale ſecundum quid, ex eo quod ab extrinſeco habet. Motus ergo prædictus Angeli prout eſt in corpore denominans Angelum extrinſecè motum non eſt vnus motus cõmunis ſed duo ab vno Angelo per vnum actum effecti: cum enim cauſa vis, & activitas ſit perfectior effectu haud abſurdum eſt ex vnius indiuiſibilis cauſæ virtute, & operatione plures inter ſe fraternaliter diſtinctos effectus produciſi ex eo vna ſimplici ſolis virtute, & illuminatione plures in rebus ſecundeis non ſolùm numero, ſed etiam ſpecie diſtinctæ producuntur effectus, ſunt igitur plures continui motus ab inuicem numero diſtincti in caſu prædicto vnitatem ſolùm habentes extrinſecam temporis, & principij.

Tertia concluſio: Vt motus per ſe Angeli ſit continuus non eſt neceſſaria continuitas ſpatij. Probatur: quia motus Angeli per ſe eſt actio Angelica vt connotans effectum in paſſo, ac actionis ſio ſumpta, non conuenit continuitas de genere quantitatis, ſed ſola continuitas tranſcendens, ergo motus Angeli per ſe non neceſſariò poſtulat continuitatem magnitudinis, vt ea, ſiue per eam ſit continuus. Sicut nec motus Angeli, prout in corpore recipitur poſtulat vnitatem actionis Angelicæ.

Quarta concluſio: Motus in quo plures ſpecie, interueniunt operationes ex parte paſſi non eſt vnus motus continuus, ſed diſcretus.

Quinta concluſio: Vt Angelus motu locali ſimpliciter continuo moueatur, neceſſaria eſt extenſio, ac partibilitas non tantùm magnitudinis, ſumpta quam ſit motus, ſed etiam ipſius Angeli non abſolutè ſumpti, ſed ſimul accepti cum ratione locandi. Hæc concluſio latè ſupra fuit explicata, & ſatis probata.

Sexta concluſio: In vno, & eodem motu Angeli continuo plures eſſe poſſunt operationes, ſiue contactus, ea ratione, qua procedunt ab Angelo, ſiue ſermo ſit de operationibus immanentibus, ſiue etiam de tranſeuntibus meraphyſicè ſumptis. Hæc concluſio patet ex dictis, & ſecunda pars ſequitur ex prima neceſſariò; nam operatio tranſiens Angeli idem eſt, realiter quod immanens: ſigitur multiplicata immanenti, multiplicatur, & tranſiens, prout in Angelo eſt, vt eius perfectio.

Vltima concluſio: Angelus moueri poteſt motu diſcreto: Huius veritas concluſionis innoteſcet aptiùs ex dicendis in duobus immediatè ſequentibus huius quæſtionis articulis.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra primam concluſionem eſt argumentũ ex primo D. Thomæ, & eius reſponſione formatum tale: Nullum impartibile mouetur: At Angelus non ſolùm eſt impartibilis ſecundum ſe, ſed poteſt etiam in loco indiuiſibili ſuæ virtutis operatione conſiſtere; igitur in hoc caſu moueri non poterit Angelus motu continuo. Maior eſt Ariſt. in 6. Phyſic. tex. 32. & 86. & alijs ſequentib. Ariſt.
Minor eſt D. Thomæ in art. primo, quæſtionis præcedentis.

Reſponderi poteſt ex D. Thoma, Maiorem eſſe veram

veram de indiuiſibili ſecundùm quantitatem, cui reſpondet locus de neceſsitate indiuiſibilis. Sed hæc reſponſio non tollit, ſed auget difficultatem. Nam ſecundùm D. Thomam indiuiſibile ſecundũ quantitatem moueri non poteſt, quia locus ei neceſſariò reſpondet indiuiſibilis; ergo tota ratio, cur indiuiſibile moueri non poſſit, eſt, quia locum habet indiuiſibilem; cum igitur Angelus erit in loco indiuiſibili, moueri non poterit motu cõtinuo; Et confirmatur. Quia D.S. ſecundò reſpondens ad argumentum ait, demonſtrationem Ariſt. procedere de motu continuo, Angelum autem poſſe moueri motu non continuo; igitur Angelus in locis ſemper exiſtens indiuiſibilibus moueri nõ poterit motu continuo, ob rationem, quam S. D. hic aſſignat ex Ariſt. quod etiam clarè definit quolib. 1. art. 5. ad tertium, dicens: *Secundum verò, quod in loco indiuiſibili eſt, non poteſt eius motus eſſe cõtinuus, nec pertranſire omnia media.* Confirmatur ſecundò: Quia ſupra diximus in motu Angeli continuo partibilitatem, & extenſionem eſſe neceſſariam non ſolũ ex parte magnitudinis, ſed etiam ex parte Angeli; non quidem ſecundùm ſe, ſed prout accipitur cum ſua ratione locandi, quæ eſt eius operatio, vt terminatur ad locum, & in eo recipitur; ſic enim extenſa eſt, & diuiſibilis, & conſequenter etiã Angelus cum illa ſua ratione locãdi ſimul acceptus; ſicut motor Saturni ſimul cum orbe ſumptus dici poteſt corporeus, diuiſibilis, & extenſus, nec tamen corporeitas, diuiſibilitas, & extenſio redundabunt in ipſum motorem ſecundùm ſe.

S. Thom.

Reijcitur dictũ Zumelli, Rad. & Alb.

Concedendum eſt igitur, Angelum in loco indiuiſibili exiſtentem moueri non poſſe motu continuo loca ſemper indiuiſibilia occupãdo, ſicut nec punctum, ſi daretur ſeparatum, moueri poſſet: cuius oppoſitum contra mentem Ariſt. docent Zumellus in ſua quæſtione tertia, ad hunc articulum, Rada cont. 7. artic. 3. & Albertinus in ſuis corollarijs pagina 269.

Bannes. Zumellus

Contra tertiam cõcluſionem ſunt argumenta, quæ profert, & ſoluit Bannes in ſequenti artic. dubio primo, & Zumellus in dicta ſua quæſt. 3.

Contra ſecundam concluſionem argumentatur Bannes, & Zumellus: Si Angelus ſit in aliquo loco ſibi adæquato, vel inadæquato, & velit acquirere alium locum diſtantem, neque immediatum priori loco, & hoc faciat paulatim, & ſucceſsiuè relinquendo priorem locum, & acquirendo alterum locum, tunc ille motus continuus eſt; ergo non requiritur continuitas ſpatij ad continuitatem motus Angelici; Antecedens probatur: Quia motus ille non poteſt eſſe diſcretus, cũ ad motũ diſcretũ Angeli requiratur, vt totum priorem ſimul locũ relinquat, & alterum locum ſimul totum intret; ergo.

Conſequẽtia verò probatur: Quoniam illa duo loca ſecundùm ſe non ſunt immediata, & continua, quamuis reſpectu motus Angelici quodammodo continuentur.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens. Ad cuius probationem negatur cõſequentia; quamuis enim non ſit vnus motus continuus, non tamen ſequitur eſſe motum diſcretum, ſed erunt duo motus conti-

A nui realiter, & actu ab inuicem ſeparati, & extrinſecè tantùm copulati; quo ſenſu, ſi dicant motum vnum eſſe diſcretum, impropriè nominabunt, & vocabulo diſcreti motus abutentur.

Secundò, reſpondetur motum illum eſſe continuum, non vt eſt motus corporis, ſed vt eſt motus Angeli per ſe.

Contra quartam concluſionem argumentatur Bannes: Continuitas, & vnitas motus localis Angeli non deſumitur, niſi ex applicatione virtutis ad operandum ſucceſsiuè in ſpatio continuo, & non variatur huiuſmodi vnitas motus localis ex diuerſitate operationis tranſeuntis; ergo, ſi dum
B Angelus mouetur localiter applicando virtutem ſucceſsiuè per omnes partes ſpatij in vna parte producat lucem, in alia calorem, in alia verò frigiditatem, erit vnus, & continuus motus localis.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens quo ad vtramque partem. Nam ad continuitatem motus localis Angeli non ſufficit applicatio virtutis ad operandum ſucceſsiuè in ſpatio cõtinuo; quia motus diſcretus Angeli fieri poteſt ex applicatione virtutis ad operandum ſucceſsiuè in ſpatio continuo; vt patet, cum Angelus ſuam virtutem ſubtrahit ſimul ab vno toto loco, & eam ſucceſsiuè applicat loco, qui ſit priori continuus, & immediatus, ex quo patet manifeſtè falſitas prioris partis
C antecedentis; Alteram etiam partem eſſe falſam, patet ex ſupra dictis; Variatur enim continuitas motus localis ex parte Angeli propter diuerſitatẽ operationis totalis Metaphyſicè ſumptæ. Ex parte verò corporis variatur propter varietatem totalium operationum in eo receptarum; conſtat autem prædictas operationes, videlicet illuminationem, calefactionem, &c. eſſe quaſdam totales operationes, cum ſint diuerſarum rationum, & vna non ſit pars alterius, nec omnes ſint partes vnius ex eis compoſiti.

Concra ſextam concluſionem, quo ad primam
D eius partem argumentatur Ferrarienſis. Primò: In contactu Angeli non poteſt eſſe vnum velle continuitatem habens ex pluribus partibus, ſibi ſuccedentibus integratam, nec poſſunt eſſe plura imperia pluribus locis, quæ in motu continuo pertranſeuntur ab Angelo correſpondentia; ergo, ſi ſolo imperio, & actu voluntatis Angelus in corpore operetur, ita, vt executio ab imperio nõ diſtinguatur realiter, non eſt poſsibile, vt ſit pluralitas aliqua in ipſo contactu, prout egreditur ab eſſentia. Probatur antecedens, quo ad primam partem: Quia omnis operatio immanẽs Angeli eſt tota ſimul, & indiuiſibilis. Ferrar.

E Quo ad ſecundam verò: Quia loca pertranſita ab Angelo in tali motu ſunt infinita, ſicut, & in motu corporis: ergo in fine motus Angelus infinitos actus volendi elicuiſſet, quod manifeſtè eſt impoſsibile, cum infinitum pertranſiri non poſsit.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam; quia non eſt neceſſe plures illos actus immanentes, qui poſſunt interuenire in motu continuo Angeli, adinuicem continuari, neque tot eſſe volitionis actũ in Angelo, quot ſunt ab eo loca pertranſita: ſed ſatis

ris est effectus illorum actuum adinuicem continuari, & actus illos esse finitos, vt in supra posito declaratur exemplo.

Alias quasdam instantias, siue argumenti prædicti confirmationes adducit Zumellus, & soluit; quæ tamen ex supra notatis facilè diluuntur.

Contra vltimam conclusionem argumentatur Rada. Primò: De ratione intrinseca motus est successio, & continuitas; sed motui discreto, quê Thomistæ fingunt, repugnat successio; ergo, & ratio motus: ergo non est motus, vel est contradictio asserere illum esse motum, & esse discretum. Maior probatur ex Aristot. 6. physic. dicente motum esse de genere continuorum successiuorum, & colligitur ex definitione temporis 4. Physic. tex. 10. quod est mensura motus secundùm prius, & posterius, si autè mensura successiua est, relinquitur, & mensuratum esse successiuum: quia mensuratum, & mensura debent esse homogenea.

Aristot.

Respondetur maiorem esse veram de motu corporis, non autem de motu substantiæ spiritualis; & in eodem sensu accipienda sunt dicta Philosophi, cui nunquam motus substantiæ spiritualis innotuit. Secundò dico in motu Angeli discreto esse successionem sine continuitate.

Aduersus eandem conclusionem produci possunt multa argumenta Scoti contra tempus discretũ, quæ refert, & soluit Capreolus in 2. dist. 2. q. 2.

Contra eandem conclusionem sunt omnia argumenta producenda contra conclusionem sequentis artic.

Denique contra conclusionem hanc ea omnia militant argumenta, & difficultates, quas sparsim affert, & soluit Zumellus in sua quæst. 3. ad hunc articulum; ac præsertim illa, quam mouet, ac soluit Caietanus hic circa responsionem ad primum argumentum D. Tho. & quæ profert directè contra conclusionem in sequenti articulo, quæst. 1.

Zumellus Caiet.

De causa efficienti motus Angelorum disserit eruditè Zumellus in sua quæst. 3. ad articulum 3. huius quæstionis.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum Angelus transeat per medium.

273 q. d 37. q. 4 art. 1. Et quod. 1. q. 3. ar. 2 & vir. q. 1. ar. 13. ad 14.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd Angelus non transeat per medium. Omne enim, quòd pertransit medium, prius per trãsit locum sibi æqualem, quàm maiorem. Locus autem æqualis Angeli, qui est indiuisibilis, est locus punctalis. Si ergo Angelus in suo motu pertransit medium, oportet, quòd numeret puncta infinita suo motu, quòd est impossibile.

2 Præterea. Angelus est simplicioris substantiæ, quàm anima nostra. Sed anima nostra sua cogitatione potest transire de vno extremo in aliud, non pertranseundo medium, possum enim cogitare Galliam, & postea Syriã, nihil cogitando de Italia, quæ est in medio.

A Ergo multò magis Angelus potest de vno extremo transire ad aliud, non per medium.

Sed contra: Si Angelus mouetur de vno loco ad alium, quando est in termino ad quem, non mouetur, sed mutatus est. Sed ante omne mutatum esse, præcedit mutari, ergo alicubi existens mouebatur. Sed non mouebatur dum erat in termino à quo, mouebatur ergo dum erat in medio. Et ita oportet, quòd pertranseat medium.

Respondeo. Dicendũ, quod, sicut supra dictum est, *motus localis Angeli potest esse cõ- Ar præce. D. 118.
B tinuus, & non continuus. Si ergo sit continuus, non potest Angelus moueri de vno extremo in alterum, quin transeat per medium: quia, vt dicitur in 6. Phys. *Medium est, in quod prius venit, quod continuè mutatur, quàm in quod mutatur vltimum. Ordo enim prioris, & posterioris in motu continuo, est secundùm ordinem prioris, & posterioris in magnitudine, vt dicitur in 4. Physic. *Si autem motus Angeli non sit continuus, possibile est, quod pertranseat de aliquo extremo in aliud, non pertransito medio, qđ sic patet. Inter quælibet enim
C duo extrema loca, sunt infinita loca media: siue accipiantur loca diuisibilia, siue indiuisibilia. Et de indiuisibilibus manifestum est: quia inter quælibet duo puncta, sunt infinita puncta media, cùm nulla duo puncta consequantur se inuicem sine medio, vt in 6. Physi. *probatur. De locis autem diuisibilius necesse est hoc dicere. Et hoc demonstratur ex motu continuo alicuius corporis. Corpus enim non mouetur de loco ad locum nisi in tempore. In toto autem tempore mensurãte motum corporis, non est accipere duo nunc, in quibus corD pus, quod mouetur, nõ sit in alio, & alio loco. Quia si in vno, & eodem loco esset in duobus nunc, sequeretur, quòd ibi quiesceret: cum nihil aliud sit quiescere, quàm in loco eodem esse nunc, & prius. Cum igitur inter primum nunc, & vltimum temporis mensurantis motum, sint infinita nunc, oportet, quòd inter primum locum, à quo incipit moueri, & vltimum locum, ad quem terminatur motus, sint infinita loca: & hoc sic etiam sensibiliter apparet. Sit enim vnum corpus vnius palmi, & sit via, per quam transit, duorum palmorum, manifeE stum est, quod locus primus, à quo incipit motus, est vnius palmi, & locus, ad quem terminatur motus, est alterius palmi. Manifestum est autem, quòd quando incipit moueri, paulatim deserit primum palmum, & subint rat secundum. Secundum ergo, quòd diuidi tur magnitudo palmi, secundùm hoc multiplicantur loca media: quia quodlibet punctum signatum

Li. 5. tex. 22 & 16. ex tex. 77.

Li. 4. Phy. tex. 99. t. 4

D. 121.

t. 16 Phy. 8 p inc li. per to. tex. com. 2.

in

in magnitudine primi palmi, eſt principium vnius loci: & punctum ſignatum in magnitudine alterius palmi eſt terminus eiuſdem. Vnde, cum magnitudo ſit diuiſibilis in infinitum, & puncta ſint etiam infinita in potentia in qualibet magnitudine: ſequitur, quòd inter quælibet duo loca, ſint infinita loca media. Mobile autem infinitatem mediorũ locorum non conſumit, niſi per continuitatem motus: quia, ſicut loca media ſunt infinita in potentia, ita & in motu continuo eſt accipere infinita quædã in potentia. Si ergo motus non ſit continuus, omnes partes motus erunt numeratæ in actu. Si ergo mobile, quodcunque moueatur motu non continuo, ſequitur, quòd vel non tranſeat omnia media, vel quòd actu numeret media infinita, quod eſt impoſsibile. Sic igitur, ſecundùm quod motus Angeli non eſt continuus, non pertranſit omnia media. Hoc autem, ſcilicet moueri de extremo in extremum, & non per medium, poteſt conuenire Angelo: ſed nõ 878 corpori: * quia corpus menſuratur, & continetur ſub loco. Vnde oportet, quòd ſequatur leges loci in ſuo motu. Sed ſubſtantia Angeli non eſt ſubdita loco, vt contenta, ſed eſt ſuperior eo, vt cõtinens. Vnde in poteſtate eius eſt, applicare ſe loco, prout vult, vel per medium, vel ſine medio.

Ad primum ergo dicendum, quòd locus Angeli non accipitur ei æqualis ſecundũ magnitudinem: ſed ſecundùm contactum virtutis. Et ſic locus Angeli poteſt eſſe diuiſibilis, & non ſemper punctalis. Sed tamen loca media etiam diuiſibilia, ſunt infinita, vt dictum eſt. * Sed conſumuntur per continuitatẽ motus, vt patet ex prædictis. In cor. ar.

Ad ſecundũ dicendũ, quòd Angelus dum mouetur localiter, applicatur eius eſſentia diuerſis locis: animæ aũt eſſentia non applicatur rebus, quas cogitat, ſed potiùs res cogitatæ ſunt in ipſa. Et ideo non eſt ſimile.

Ad tertiũ dicendũ, q in motu continuo, mutatũ eſſe non eſt pars moueri, ſed terminus. Vnde oportet, quòd moueri ſit ante mutatũ eſſe. Et ideo, oportet, quòd talis motus ſit per mediũ. Sed in motu non continuo, mutatũ eſſe eſt pars, ſicut vnitas eſt pars numeri. Vnde ſucceſsio diuerſorum locorũ, etiã ſine medio, conſtituit talem motum.

Senſus quæſiti.

QVid ſit mediũ, & quot modis accipi poſsint loca media in motu Angeli, declaratur in textu.

A

B

C

D

E

Forma Textus.

PRemiſſa diſtinctione reſpondetur quæſito duabus concluſionibus, & ſatisfit obiectioni tacitæ contra ſecundam concluſionem.

Diſtinctio eſt: Motus localis duplex eſſe poteſt ſcilicet continuus, & non continuus.

Prima concluſio: Si motus Angeli ſit continuus, non poteſt Angelus moueri de vno extremo in alterum, quin tranſeat per medium. Probatur: Medium eſt, in quod prius venit, quod cõtinuè mutatur, quàm in quod mutatur vltimum; ergo, ſi motus Angeli ſit continuus, &c. Antecedens eſt Ariſt. in 5. phyſic. tex. 22. & probatur idem antecedens ſimul cum conſequentia: quia ordo prioris, & poſterioris in motu continuo eſt ſecundum ordinem prioris, & poſterioris, in magnitudine; vt dicitur in 4. phyſic. tex. 99.

Secunda concluſio: Si motus Angeli non ſit continuus, poſsibile eſt, vt pertranſeat de aliquo extremo in aliud non pertranſito medio. Probatur: inter quælibet duo extrema loca ſunt infinita loca media, ſiue accipiãtur loca; indiuiſibilia, ſiue diuiſibilia; ergo, ſi motus Angeli non eſt continuus, non pertranſit omnia media. Cõſequentia probatur: quia mobile non conſumat locorum infinitatem niſi per continuitatem motus; igitur ſi motus fuerit diſcretus non poterit locorum infinitas conſumi, ſed vel non omnia poterunt tranſiri, vel actu erunt infinita numerata; quod eſt impoſsibile. Antecedens autem probatur primò, quo ad primam partem aſſerentẽ loca indiuiſibilia eſſe infinita, quia inter quælibet duo puncta ſunt infinita puncta media: ergo &c. Antecedens probatur; quia nulla duo puncta conſequuntur ſe inuicẽ ſine medio, vt probatur in 6. Phyſic. Deinde probatur dupliciter eadem propoſitio, quo ad ſecundam partem, quæ affirmat loca media diuiſibilia eſſe infinita. Primò: corpus non mouetur de loco ad locum niſi in tempore, in quo ſunt infinita nunc, & in toto tempore menſurante motum corporis non eſt accipere duo nunc, in quibus corpus, quod mouetur, non ſit in alio, & alio loco; ergo neceſſe eſt, vt inter primum locum, à quo incipit moueri corpus, & vltimum locum, ad quem terminatur motus ſint infinita loca. Antecedens quo ad priores duas partes relinquitur, vt notum; quo ad vltimam verò probatur: Quia, ſi in vno, & eodem loco eſſet in duobus nunc, ſequeretur, quòd ibi quieſceret. Probatur ſequela: Quia nihil aliud eſt quieſcere, quàm in loco eodem eſſe nunc, & prius.

Secundò probatur eadem pars exemplo ſenſibili: Sit vnum corpus vnus palmi, & ſit via, per quam tranſit duorum palmorum; tunc ſecundùm quod diuiditur magnitudo palmi, & puncta multiplicantur, ſecundùm hoc multiplicantur loca media; At magnitudo palmi eſt diuiſibilis in infinitum, & puncta ſunt etiam infinita in potentia in qualibet magnitudine: ergo inter hæc, & quælibet duo loca ſunt infinita loca media. Prima propoſitio probatur.

Quia tunc locus primus, à quo incipit motus, eſt vnius palmi, & locus, ad quem terminatur motus, eſt alterius palmi; & quando corpus incipit moueri, paulatim deſerit primum palmum, & ſub intrat ſecundum; ita vt quodlibet punctum ſignatum in magnitudine primi palmi ſit principium vnius loci, & punctum ſignatum

Digitized by Google

tum in magnitudine alterius palmi sit terminus eiusdē; ergo tunc, secundùm quod diuiditur magnitudo palmi, & puncta multiplicantur, secundùm hoc multiplicantur loca media.

Secunda verò propositio relinquitur, vt nota ex doctrina Arist. in 6. physic.

Obiectio facta est: Corpus non potest moueri de extremo ad extremum, & non per medium, ergo nec Angelus. Cui respondetur negando consequentiam.

Quia corpus mensuratur, & continetur sub loco, atq; ideò oportet, vt sequatur leges loci in suo motu, sed substantia Angeli non est subdita loco, vt contenta, sed est superior eo, vt continens, ideò in potestate eius est applicare se loco, prout vult, vel per medium, vel sine medio.

Expositio Textus.

Prima Dubitatio.

De forma secundæ conclusionis.

3. Thom. QVæri potest cur S.D. non proposuerit conclusionē sub hac forma videlicet, si motus Angeli non sit continuus impossibile est, vt pertranseat omnia media, sed dixerit possibile est, vt pertranseat de aliquo extremo in aliud non pertransito medio; & ratio dubitandi duplex est, prima; quia ratio D. Thom. probat, & infert conclusionem in priori forma propositam, vt patet in textu. Secunda est; quia prima conclusio proposita fuit iuxta priorem formam; dicitur enim si motus Angeli sit continuus, non potest, &c.

Soluitur hæc dubitatio ex differentia inter motum continuum, & motum discretum. Nam de ratione motus continui est, vt mobile, quod eo motu mouetur, pertranseat omnia media nullo prorsus omisso; At de ratione motus discreti, quo mobile mouetur de vno extremo determinato ad aliud determinatum, non est vt omittat omnia loca media, sed potest, infinitis omissis, quædam attingere. Ad cuius euidentiam considerandum est, loca extrema in motu discreto attendi penes voluntatem, & electionem ipsius Angeli moti decernentis operari primò in hoc extremo, & vltimo in illo extremo; & cum inter quæcunque duo extrema loca sint infinita loca media, potest etiam Angelus quædam ex locis medijs sibi determinare, in quibus operetur, antequam operetur in vltimo; sicut etiam potest nullum ex medijs velle contingere, sed extrema tantùm successiuè. Quia ergo potest Angelus pro sua voluntate in suo motu discreto vnum, aut plura, vel etiam nullum ex medijs attingere, proposita fuit conclusio, prout iacet in textu. Et quia impossibile est, vt omnia transeat (qđ ad intelligendum erat difficilius) ideo studuit hāc partem particulariter demonstrare, à qua tamen non excluditur, sed aliquo modo in ea continetur proposita conclusio dicens possibile esse, vt Angelus pertranseat de aliquo extremo in aliud, non pertransito medio. Si enim Angelus, dum mouetur motu discreto de vno loco ad alium locum, nó potest attingere omnia loca media ob eam causam, quia infinita sunt; igitur si loca quædam media finita sibi determinet Angelus, poterit ea contingere, & per ea transire, aut etiam omittere; vt patet ex fine corporis huius articuli, & ex dictis in præcedenti de libertate applicationis, & excellentia virtutis Angelicæ.

Secunda Dubitatio.

An, & quomodo inter duo loca sint infinita loca media.

DVbitationem hic excitat Caietanus de prima illa propositione assumpta in probatione secundæ cōclusionis videlicet: *Inter quælibet duo extrema loca sunt infinita loca media, siue accipiantur loca diuisibilia, siue indiuisibilia.* Ratio verò dubitandi est, quia constat inter duas medietates alicuius cōtinui nullum inueniri medium diuisibile, sed medium tantùm vnum esse posse indiuisibile rationē habens termini communis vtramque medietatem copulantis. Caiet.

Pro cuius resolutione duo notanda sunt: Primū est aliud esse loqui de partibus, puta de duab. medietatibus magnitudinis bicubitalis, & aliud esse loqui de locis cubitalibus, vel etiam minoris quātitatis actu designatis, vel possibilibus designari in eadem magnitudine bicubitali; Nam locorum pluralitas distantiam situalem necessariò postulat vnius ab alio; plures verò partes eiusdem cōtinuę magnitudinis, qua ratione sunt partes, non necessariò distant ab inuicem, vt patet de duabus medietatibus ad inuicem continuatis; atque ideo, vt sic non duorum locorum, sed vnius tantum loci rationem habent. Quare distinguendo cum Caietano dicamus duas partes continuæ magnitudinis dupliciter sumi posse; Vno modo ex ea parte, qua continuantur, vel contiguantur; & sic duorum locorum, inter quæ sit motus, rationem habere non possunt; cum in vno sint loco formaliter: Alio modo sumi possunt ex ea parte, qua distant aliqualiter ab inuicem, & sic inter eas infinita sunt media, tam diuisibilia, quam indiuisibilia, vt probatur in textu, & ex vna in aliam potest esse motus localis, & in hoc sensu loquitur hic de partibus D.S. locorum, non autem partium vtens vocabulo. Ad cuius euidentiam.

Secundò considerandum est, inter duo aliqua loca duplicem esse posse locorum pluralitatem: Vna est eorum, quæ totaliter ab inuicem sunt distincta, nec vnum aliquid alterius occupat, siue participat, & hæc necessariò finita sunt: sicut in magnitudine decem cubitorum sunt, aut describi possunt decem loca sic ab inuicem distincta, vt vnum ex alterius parte non constet. Alia potest esse eorum locorum pluralitas, quorum vnus aliquid alterius, siue magis aliorū occupat, & participat; vt, exempli gratia, in magnitudine bicubitali duo tantùm esse possunt loca corporis cubitalis omninò distincta, sed plura, immo infinita possunt esse, quorum vnum aliquid alterius, vel aliorum occupat; Nam existente corpore cubitali in prima medietate magnitudinis bicubitalis, si parum moueatur, vt digiti quantitatem occupet secundæ medie-

Digitized by Google

tatis,& tantūdem relinquat de priori medietate, tunc erit corpus in alio loco, & si progrediens adhuc aliam digitalem occupet quantitatem, erit in alio loco;& sic loca mutabit, donec ad extremum terminum perueniat quantitatis bicubitalis, vbi perspicuè constat secundùm locum non esse totaliter distinctum à primo, sed maiorem eius partē in se concludere,& partem occupare subsequentis,& sic de singulis. Cum autem sit quælibet magnitudo diuisibilis in infinitum,iuxta partium ei' infinitatem,erunt etiam mobilis infinita loca,sicut diximus,adinuicem participantia.Ex quo patet,quomodo in magnitudine bicubitali duo loca cubitalia,quorum vnus est in prima medietate, & alius in secunda,distent ab inuicem;nam,si considerentur,vt partes eiusdem, continuæ magnitudinis,vt continua est,non distant; si verò considerentur,vt loca,cum inter ea sint infinita loca participantia,sic maximè distant,& extrema sunt vnius continui motus localis; & hoc videtur significare voluisse Caietanus.

Vasquez.

Vasquez in explicatione textus leui quorundā obiectione proposita contra rationem D. Thomæ pro secunda cōclusione eius efficacitatem tuetur.

Controuersia Vnica.

De veritate secundæ conclusionis: An scilicet Angelus motu discreto de vno extremo transire possit in aliud non pertransito medio.

Sententiæ Doctorum.

Molina. Alber. Magnus Alensis. Aegid.

MOlina sequens Albertum Magnum, Alexandrum Alensem;D. Bonauēturam, Aegidiū, Ricardum,& quosdam alios affirmat Angelum de extremo ad extremum locum transeuntem intermedia necessario loca pertransire,quam sententiā sequitur Pelantius.Scotus in 2.sent. dist.2. quæst. vlt.cuius sent.explicat, & tuetur Rada controu. 7. secundæ partis artic.5.dicit tria Primum: Si sermo sit de motu propriè dicto, & de medio tā participante,siue communicante, quàm de medio nō participante,sed totaliter ab extremis distincto, non potest Angelus moueri,quin transeat per medium.Secundum:Si sermo sit de extremis immediatis,& inter se non distantibus, & de motu impropriè sumpto, scilicet pro mutatione instantanea,potest Angelus moueri ab extremo in extremum non transeundo medium trāsitu successiuo. Tertium:si sermo sit de extremis distantibus inter se,non potest Angelus trāsire quouis motu ab extremo in extremum, quin transeat per medium. Eandem opinionem sequitur Valentia super hoc articulo,& Albertin.in suis corollarijs fol.250. dicens hoc idem sensisse D. Thomam.

Pelantius Scotus Rada.

Valentia. Albertin. S. Thomas

D.Thomas oppositum vtriusque sententiæ docet in sua secunda conclusione dicens Angelū trāsire posse motu discreto de vno extremo, in aliud non per transito medio: quam sententiam præter nostrates omnes Thomistas, sequuntur etiam Zumellus,& Vasquez super hoc articulo; quanquam Zumellus secunda, & tertia sua conclusione aberret a scopo. Secunda eius conclusio est: Quamuis

Zumellus Vasquez

A Angelus moueatur motu discreto ab extremo ad extremum non pertransito medio, non tamen ob id est admittendum posse moueri ad quamcumq; distantiam.Tertia eiusdem conclusio est:Supposita probabili sententia,quod Angelus potest transire de loco ad locum sine medio,non est improbabile prorsus dicere Angelum posse id facere non tantum in motu discreto, sed etiam in continuo. Vasquez autē in fundamento, siue ratione discordat,qua probatur conclusio.

Resolutio.

B *Posse moueri Angelum ad quamcunque distantiam nō attingendo mediam motu discreto,non autem continuo.*

FAcilis est propositæ controuersiæ definito, suppositis ijs,quæ de motu Angeli tam cōtinuo, quàm discreto noratimus in articulo præcedente, & quæ de medijs locis participantibus,& non participātibus diximus in expositione textus.In qua re dupliciter lapsus est,Ripa: affirmat enim primò media nō participantia esse infinita, quod manifestè falsum est de medijs locis eiusdem mobilis,vt modo loquimur, quæ nimirum sint æqualis amplitudinis tam inter se,quàm cum extremis, est enim infinita actu magnitudo,cuius partes (exempli gratia) cubitales essent infinitæ, vt patet ex Arist.6.Physic. Secundò dicit Angelum medias participantia non omittere, sed attingere, dum attingit extrema,quod etiā perspicue falsum est: distinguuntur enim à medijs extrema loca inter se continua non solùm;formaliter, sed etiam realiter, quamuis extremorum magnitudinis partes media contineant; alioquin ab vno extremo in aliud illi continuum nunquam mobile vere moueretur;quoniam non esset in quolibet nunc in alio, & alio loco,cum igitur Angelus occupans medietatem magnitudinis bicubitalis totam simul eam

Ripa dicti reijcitur.

Arist.

C

D partem relinquit, & alteri toti medietati se simul applicat,loca media participantia verè, & formaliter vt loca sunt, non attingit;nam propriè,& formaliter loquendo Angelum, siue quoduis mobile media loca attingere est in eis prius esse, & suo modo locari,quàm sit in termino,cum autem mouetur Angelus motu discreto ex vna medietate magnitudinis in aliam,in duobus tantùm locis est successiue;Nam,si loca omnia media,quatenus loca sunt media,ab extremis distincta,contingeret,iam non discreto,sed continuo motu moueretur,aut essent actu infinita loca numerata. Non est igitur prædicta mediorum distinctio ridicula vt ait Ripa, sed ad præsentis controuersiæ definitionem maximè necessaria. Præterea obseruandū ex eadem radicè, siue causa, qua potest Angelus moueri motu discreto,posse ab vno loco ad alium quantumuis distantem nullo pertransito medio tranimutare. Ideo enim potest Angelus moueri motu non continuo,quia, cum loco non mensuretur, aut contineatur,nec eius etiam subditur legibus in suo motu; sed naturæ dignitate, ac liberæ potestatis excellentia loco præstantior est ipsum-

E

que

que continet, nec in loco necessariò est, sed ab omni loci differentia potest pro libito suæ voluntatis absolui, & esse nullibi; cum autè à loco fuerit absolutus, æquè indifferens est, ac indistans ab omni loco. Iam enim diximus in art. primo, quæstionis præcedentis localem, siue ſigualem distantiam Angelo secundùm seipsum minimè conuenire. Cum igitur Angelus semel absolutus à loco magis ab vno loco non distet, quàm ab alio, poterit vno relicto cuilibet alteri virtutis suæ contactu copulari: Nec maior loci distantia maiorem requiret virtutem in Angelo discretè moto, vt arbitratur Zumellus, sed ex communi spiritualis substantiæ dignitate, operandique, & ab operatione cessandi libertate cuilibet Angelo congruit contactu suæ virtutis ab vno loco subtracto posse, cui ex omnibus vniuersi locis, sibi magis placuerit, applicari.

Zumelli, & aliorum reijcitur.

Tertiò considerandum est posse quidem Angelum in prima parte sphæræ suæ actiuitatis operari, & relicta parte media principio tertiæ partis applicari, & paulatim, ac successiuè primam relinquendo acquirere tertiam motu quodam continuo, ac successiuo, vel etiam totam primam occupando in tertia successiuè, & cõtinuè virtutis suæ contactu dilatari: Nec tamen hic erit vnus numero motus continuus, sed erunt, vel duo motus simpliciter, vt in primo casu, vel vnus erit tantùm motus in postrema parte spatij, in qua continuè dilatatur Angelicæ virtutis effectus, vt in secũdo casu.

Notanda distinctio.

Ad cuius materiæ intelligentiam distinguendum est: Nam, vel Angelus in eodem instãti duobus simul applicatur extremis partib. relicta media nihil earum intactum relinquendo, & sic non dicetur Angelus moueri continuè, vel discretè, sed duobus locis partialibus applicari. Vel simul vtriusque extremæ partis principio virtutem applicat Angelus, & in vtraque successiuè dilatatur, vel etiam paulatim relinquendo primam applicatur tertiæ successiuè: & sic non erit propriè transitus de loco ad locum sine medio, sed erũt duo motus continui simul ab Angelo eodem facti in duobus ab inuicem disiũctis partibus eiusdem magnitudinis: vel etiam in duobus locis inadæquatis omninò distinctis, infra tamen eandem sphæram virtutis Angelicæ. Vel primæ parti prius seipsum applicat, deinde tertiæ, quod tribus, vel etiam quatuor modis potest contingere.

Primus est, si postquam totam primæ partis latitudinem occupauit, vno contactu totam tertiam partem occupet in alio instanti immediatè sequenti: & hic erit secundùm quid, non tamen simplicitèr motus discretus; cum Angelus à priori parte non recedat.

Secundus est, si totam simul occupet primam partem, deinde seipsum applicet principio tertiæ partis reliquam eius latitudinem acquirendo successiuè: & ita mouebitur Angelus, vna quidem ratione discrete secundùm quid, alia verò continuè: Nam postremę parti, relicta media, copulari figuram habet discreti motus, sed applicatione facta virtutis contactu continuè dilatari motus continui formam constituit, in ea videlicet totius par-

A te, in qua successiuè virtus extenditur.

Tertius, deniq; modus est, si Angelus motu continuo incipiat à principio prioris partis magnitudinis, deinde relicta media, tertiæ parti seipsum applicet, & in ea similiter successiuè moueatur: & sic erit eius motus quadam ratione discretus: quia prius in vno mouetur extremo, & aliud exinde extremum occupat, & in eo mouetur, relicto medio: erit etiam idẽ motus alia ratione continuus: quia scilicet diuersis successiuè contactibus in vtroque mouetur extremo; non erit tamen vnus numero, sed duo propter causam superius assignatam.

B Quartò obseruanda est doctrina D. Thomæ, & Caietani, in responsione ad primum præcedentis articuli, cuius explicationem sequenti reseruamus articulo.

D. Thom. Caietanus.

Ex dictis patet Scoti sententiam omni prorsus esse veritatis colore destitutam, ac secum pugnantem. Ait enim primò, Angelum moueri non posse de extremo loco, sibi adæquato ad alterum extremum, sibi adæquatum, & priori continuum mutatione includente totam realitatem motus, ita, scilicet, vt simul habeat totum primum, & totum secundum extremum, vel totum primum, & partem secundi; quia sic Angelus in eodem instanti esset in loco excedente sphæram suæ actiuitatis; esset

Scoti sententia falsa.

C enim in duobus locis, sibi adæquatis: & hoc verum est. Secundò ait, Angelum moueri in instanti, à primo extremo ad secundum mutatione non includẽte totam realitatem motus, sed includente realitatem termini motus, id est posse moueri à primo pũcto prioris extremi ad vltimum punctum posterioris, non pertranseundo durationis ordine spatia intermedia inter primum punctum prioris, & vltimum posterioris, sed ordine naturæ tantum, quia scilicet (inquit Albertinus explicans mentẽ Scoti) poterat Angelus omnia illa habere media; Ac eodem modo, scilicet ordine naturæ transire potest Angelus media non participantia; igitur

Albertinus cõsutatio.

D eadem ratione transire poterit Angelus ab extremo ad extremum absque medio non participante. Et confirmatur: Quia vel Angelus, dũ ab vno extremo loco, sibi adæquato transit ad aliud, simul vtrumque cõtingit, vel totum primum, & partem secundi, vel primum punctum primi, & vltimum secundi, vel primum primi, & primum secũdi, vel vltimum primi, & primum secundi, vel vltimum primi, & vltimum secundi, vel prius vnũ attingit extremum aliquo prædictorum modorum, & alterum posterius. Si prius vnum attingit, & posterius alterum, æquè poterit Angelus per media non participantia transire secundum ordinem tantùm naturæ, sicut per media participantia, quia non minus illa, quàm hæc potest Angelus habere successiuè. Si verò simul vtrumque contingit aliquo tantùm ex tribus postremis modis, nullus erit locus medius, siue participans, siue non participans æqualis Angelo; idem est enim punctum, à quo secũdum incipit, & ad quod primum terminatur extremum: & ideò idem est, Angelum attingere primũ primi & primum secundi, quod attingere primũ primi, & vltimum primi, quod est esse intra sphæ-

E

Digitized by Google

ram ſuæ actiuitatis, intra quam non ſunt plura loca Angelo æqualia, ſiue ſint participantia: ſiue nõ ſint participantia, & idem dicendum eſt de alijs duobus modis; Nam, ſi Angelus ſimul attingat vltimum primi, & primum ſecundi, ſic erit in loco indiuiſibili, vel certè non erit extra ſphæram: ſi verò ſimul attingat vltimum primi, & vltimum ſecũdi, ſic etiam erit intra ſphæram ſuæ actiuitatis ob dictam cauſam: Si verò ſimul vtrumque totum cõtingat, vel totum primum, & partem ſecundi, vel primam partem primi, ſeu primum eius pũctum, & vltimum ſecundi, tunc extendetur Angelus vltra ſphæram actiuitatis. Nec huic difficultati ſatisfieri poteſt ex ijs, quia fruſtra multiplicat Albertinus, qui multa ſimul inuoluit contradicentia.

Albertin. deſ. nſio reijcitur.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: Angelus moueri poteſt de extremo ad extremum motu diſcreto, nullo pertranſito medio tam participante, quàm non participante. Hæc concluſio ſtatuitur contra primam, & ſecundam opinionem, & patet ex dictis in ſecũdo fundamento, & ex dictis in corollario contra Scotum, & probant eam pluribus argumentis Bannes, Zumellus, & Vaſquez.

Bannes. Zumellus Vaſquez.

Secunda concluſio: Angelus motu diſcreto moueri poteſt de vno loco ad alium, quantumuis à priori diſtantem. Ponitur hæc contra Zumellum, & patet ex eodem ſecundo fundamento.

Tertia concluſio: Non poteſt Angelus vno motu abſolutè continuo moueri de vno extremo ad aliud, non pertranſito medio. Hæc etiam ſtatuitur contra Zumellum, & patet ex tertio fundamento.

Argumenta, & ſolutiones.

Capreol. Ferrarien. Caiet. Bannes. Zumellus Vaſquez.

COntra primam concluſionem ſunt argumenta, quæ referunt, & ſoluunt Capreolus in 2. diſt. 6. quæſt. 1. Ferrarienſis in 3. cont. gent. capit. 102. Caietanus hic, Bãnes, Zumellus, & Vaſquez. Quibus addenda ſunt ea, quæ ſupra notauimus in ſecunda controuerſia ad articulum præcedentem.

Molina.

Contra eandem concluſionem argumentatur Molina, Primò: Angelus, dum in rerum natura exiſtit, ſemper alicubi collocatam habet ſuam ſubſtãtiam, nec poteſt immediatè immediatione ſuppoſiti tranſmittere ſuam actionem in locum diſtantem; ergo nec etiam poteſt immediatè, tranſmittere ſuam ſubſtantiam in locum diſtantem, ſed neceſſariò deferre eam debet per medium.

Confirmatur: Quia, ſicut corpus eo, quòd perpetuò ſit alicubi, viribus naturæ transferri nõ poteſt à loco in locum, niſi per medium, ita, cum ſubſtantia Angeli ſit etiam perpetuò alicubi, migrare nõ poterit naturaliter à loco in locum diſtantem, niſi per medium.

Confirmatur ſecundò: Quia tranſitus ille Thomiſtarum ſtatim ſeſe mẽti offert, tamquam in intelligibilis, & incredibilis; igitur non tam incumbit nobis eum eſſe impoſsibilem oſtendere, quàm Thomiſtis incumbat probare eum eſſe per naturæ vires poſsibilem.

A Reſpondetur falſum eſſe Angelum eſſe ſemper alicubi neceſſariò: deinde falſa eſt illa conſequentia; non poteſt Angelus exiſtens alicubi tranſmittere immediatè immediatione ſuppoſiti, &c. Ergo nec etiam poteſt immediatè tranſmittere ſuã ſubſtantiam, &c. Nam poteſt Angelus fieri indiſtans ab omni loco; atque ita poterit, in quem voluerit locum, agere immediatè immediatione ſuppoſiti, & eidem præſens fieri ſecundùm ſuam ſubſtantiã. Secundò dico, Angelum alicubi exiſtentem, dum ibi eſt, non poſſe immediatè, &c. tranſmittere operationem ſuam in locum diſtantem: & eadem ratione, dum ibi eſt, non poſſe tranſmittere ſubſtantiam ſuam ad alium locum diſtantem. Ad primã confirmationem iam patet falſum eſſe, Angelum eſſe neceſſariò ſemper alicubi. Secunda verò confirmatio confutatur ex dictis in quæſtione præcedente artic. primo, ex quibus elucet, ſententiã Molinæ, & Scotiſtarum, de modo locandi ſubſtantias ſpirituales, non ſolùm aduerſari communi ſapientium ſenſui, ſeu conceptioni, ſed eſſe prorſus impoſsibilem ijſque dumtaxat eſſe probabilem, qui ſequentes imaginationem, de ſpiritualibus æquè, ac de corporibus philoſophantur.

B

Contra eandem concluſionem argumentatur Peſantius: ſed eius argumentis iam ſatisfecerunt authores ſupranotati; & ex dictis facilè diluũtur.

Peſantius.

C

Contra eandem concluſionem argumentatur Scotus. Primò: Non poteſt tranſiri à præterito in futurum, niſi per tempus præſens: ſed ita videtur eſſe ordo inter partes loci, ſicut inter partes temporis; ergo non poteſt tranſiri ab extremo in extremum, niſi per medium. Eodem argumento vtitur Rada.

Scotus.

Rada.

Reſpondet Capreolus primò, falſam eſſe minorem, quia non oportet partes loci eundem ordinẽ habere inter ſe, quem habent partes temporis, aut alterius ſucceſſiui: cum ſint innumeræ diſſimilitudines inter has & illas. Secundò reſpondet, argumẽtum eſſe magis ad oppoſitum, quàm ad propoſitum. Nam, cum Angelus non ſit in loco, niſi per operationem circa locum, aut locata, quemadmodum poteſt Angelus in principio horæ operari in vno magnitudinis extremo, non operando in medio, ita poteſt in eiuſdem horæ termino operari in altero extremo, non operando in medio, atque ita tranſire de vno extremo in aliud, non attingendo medium. Tertiò reſpondet, Angelum, ſicut non ſequitur leges temporis communis, ita nec ſequi leges loci temporalis. Duas alias optimas reſpõſiones afferunt hic Bannes, & Zumellus.

Capreol.

D

Bannes. Zumellus.

Secundò: Ordo præfixus à ſuperiori agente videtur eſſe neceſſarius cuilibet agenti inferiori, quando habet actionem præciſè circa talia ordinata; ſed ordo partium vniuerſi, penes quem attẽditur diſtantia ſitualis, eſt à Deo præfixus cuilibet virtuti creatæ; igitur, quando Angelus mouet ſe per talia corpora, non poteſt abſque tali ordine de vno in aliud ſe transferre. Maior probatur, & explicatur exemplo: quia ordo formarum naturalium ſuccedentium, ſibi in generatione naturali determinatus eſt ab inſtituente naturam, & ideo reſpe-

ctu

& cuiuslibet agentis naturalis necessarius est; nullum enim agens naturale potest immediatè facere acetum, nisi de vino, nec inducere animâ sensitiuam in corpus organicum, nisi vegetatiua præcesserit: nec anima rationalis aduenier, nisi præuia sensitiua. Et confirmatur argumentum; nam alioquin nulla distantia, vel distinctio impediret actiones: eodem argumento vtitur Rada.

Rada.

Respondetur primò, falsam esse maiorem simpliciter, & in eis tantùm actionibus esse veram, q̃ inter se talem essentialiter requirunt ordinẽ, qualem habent partes magnitudinis adinuicem; sicut partes motus continui talem habent ordinem inter se, qualem habent ad inuicem partes magnitudinis: Angelus autem nullum habent essentialem ordinem ad locum, nec eius operationes circa locum talem postulãt essentialem ordinem inter se, qualem habent partes loci.

Ad probationem ex ordine formarum naturalium, vt vini, & aceti, &c.

Respondetur, exemplum non esse simile; quoniã ibi sunt plures formæ essentialiter adinuicem ordinatæ, & consequenter etiam plures motus alterationis essentialiter ordinati: in operationibus autem Angeli circa locum non sunt plures formæ, aut alterationes essentialiter adinuicem ordinatæ. Caietanus autem negat minorem; quia talis ordo non est præfixus virtuti immateriali, quatenus est motiua motu discreto; quia superioris ordinis est, ac proindè secundùm se penitus absoluta à legibus distantiæ situalis; quibus nec ex parte effectuum alligatur, quos ponimus esse discontinuos.

Caiet.

Ad confirmationem respondet Capreolus, nomine actionis in rem distantem intelligi posse, vel actionem immanentem, puta intelligere, & sic cõceditur consequens: vel motum, vt scilicet Angelus moueat rem distantẽ, & sic negatur consequentia, & consequens: vel potest intelligi, quòd postq̃ Angelus operatus est in vno loco, statim operari potest in alio loco, quantumuis à primo distante, & sic admittitur consequens, & consequentia; quoniam, vt ait Caietanus, cum ab vno loco fuerit Angelica virtus absoluta, indistans remanet æqualiter ab omni loco, ac proinde, cui voluerit, æqua libertate, ac facultate se poterit applicare. Nec aliud huic responsioni obijcit Rada, nisi imaginabile, sibi non esse, quomodo Angelus secundùm suam substantiam à loco distanti in locum distantem se trãsferat, nisi per medium transeat; sed nos id esse rationabil, & naturæ spiritualis excellentiæ consentaneum iam satis ostendimus.

Capreol.

Caiet.

Contra eandem conclusionem argumentatur Valentia. Primò: Ratio D. Thom. non procedit, nisi de medijs participantibus; ergo D. Thomas loquitur de medijs tantùm participantibus. Antecedens probatur: Quia illa sola sunt infinita in potẽtia inter quælibet duo loca extrema.

Valentia.

Respondetur, rationem D. Thomæ pro secunda conclusione duplicem esse, vnam, qua directè probatur conclusio: Alteram, qua satisfit obiectioni tacitæ; Quamuis prima de medijs tantùm participantibus procedere videatur: Secunda tamen est

A vniuersalis procedens ex Angelicæ substantiæ nobilitate, quæ loco superior est, ipsumque continet, & non continetur ab eo; atque ideo (inquit S. D.) in eius potestate est, se applicare loco, prout vult, vel cum medio, vel sine medio. Quam rationem in primo sent. dist. 37. quæst. 4. art. 2. latiùs extendit, & vniuersalem eius efficacitatem ad omne mediũ tam participans, quàm non participans, clarissimis verbis expressit ita loquens: *Dico enim, quòd Angelus potest transire de loco in locum, ita quòd transeat omnia media, & sine hoc, quod sit in aliquo mediorum, & potest esse, quòd sit in aliquibus, et in aliquibus non; cuius ratio sumitur ex prædictis. Dico enim,*

S. Thom.

B *quod essentia Angeli secundùm se est absoluta ab omni loco, & non definitur ad locum, nisi per operationem, nõ autem per operationem, secundùm quod exit ab essentia, sed secundùm quod terminatur ad operatum in loco. Vnde quando operatur circa hunc locum, ab essentia sua (cum non sit ex se determinata, vel alligata ad locum illum, sed indifferenter se habens ad omnia, inquantùm in se est,) potest egredi statim operatio ad locum proximum, vel remotum, nec operatio ad distans dependet ab operatione ad propinquum, vnde, secundùm quod habet aliquid operari, vel in omnibus medijs locis, vel in aliquibus, vel in nullo, secundùm hoc potest pertransire omnia media, vel quædam, vel nullum.* Hęc ibi S. D.

C Ex quibus cuilibet, vel nouitio Theologo, patet euidenter rationem hic, breuiter tactam, & ibi latiùs explicatam de quouis medio, tam non participante, quàm participante procedere.

Secundò sic arguit: Angelus motu discreto non incipit esse in aliquo loco de nouo, nisi quia substãtia eius appropinquauit illi loco; ergo non est intelligibile, quod priùs non se collocauerit in loco propinquiori illi, quem vult acquirere, immo id videtur sequi necessariò ex ipso locorum ordine, vt statim, ac substantia quæuis vnum locum deserit, vel inuita excipiatur à loco proximo illi priori.

Respondetur primò, falsum esse antecedens ob

D rationes superius assignatas. Secundò dico, substãtiam Angeli priùs fieri propinquam, siue præsentẽ præsentia ordinis, quæ attenditur secundum proportionem agentis ad passum, modo superiùs expresso in articulo primo quæstionis præcedentis. Tertiò dico, substantiam spiritualem esse superiorem omnibus locis, & eorum ordine, & ideo non obligari locorum legibus.

Tertiò: Ideò in disputatione de Eucharistia defenditur Christum incipere esse de nouo in Sacramento, & non pertranfire medium, quod est à cœlo vsque ad terram, quia nec deserit locum, vbi erat in cœlo, nec in sacramento esse incipit per ap-

E proximationem, aut motum localem, sed per transubstantiationem panis in ipsum, supplente diuina potentia id, quod motus localis cõtulisset Christi corpori ad acquirendam præsentiam in sacramenti loco; cum motus non sit aliquid intrinsecũ præsentię; ergo, cum Angelus ad sit in termino motus per naturalem approximationem, & deserat locũ priorem, non potest ipse naturaliter non transire media.

Resp. causam præcisam, propter quam Chri-

Digitized by Google

ram suæ actiuitatis, intra quam non sunt plura loca Angelo æqualia, siue sint participantia: siue nõ sint participantia, & idem dicendum est de alijs duobus modis; Nam, si Angelus simul attingat vltimum primi, & primum secundi, sic erit in loco indiuisibili, vel certè non erit extra sphæram: si verò simul attingat vltimum primi, & vltimum secũdi, sic etiam erit intra sphæram suæ actiuitatis ob dictam causam: Si verò simul vtrumque totum cõtingat, vel totum primum, & partem secundi, vel primam partem primi, seu primum eius pũctum, & vltimum secundi, tunc extendetur Angelus vltra sphæram actiuitatis. Nec huic difficultati satisfieri potest ex ijs, quia fruſtra multiplicat Albertinus, qui multa simul inuoluit contradicentia.

Albertinus reijcitur.

Conclusiones deductæ, & probatæ.

PRima conclusio: Angelus moueri potest de extremo ad extremum motu discreto, nullo pertransito medio tam participante, quàm non participante. Hæc conclusio statuitur contra primam, & secundam opinionem, & patet ex dictis in secũdo fundamento, & ex dictis in corollario contra Scotum, & probant eam pluribus argumentis Bannes, Zumellus, & Vasquez.

Bannes. Zumellus Vasquez.

Secunda conclusio: Angelus motu discreto moueri potest de vno loco ad alium, quantumuis à priori distantem. Ponitur hæc contra Zumellum, & patet ex eodem secundo fundamento.

Tertia conclusio: Non potest Angelus vno motu absolutè continuo moueri de vno extremo ad aliud, non pertransito medio. Hæc etiam statuitur contra Zumellum, & patet ex tertio fundamento.

Argumenta, & solutiones.

CAprcol. Ferrarien. Caiet. Banncs. Zumellus Vasquez.

Contra primam conclusionem sunt argumenta, quæ referunt, & soluunt Capreolus in 2. dist. 6. quæst. 1. Ferrariensis in 3. cont. gent. capit. 102. Caietanus hic, Bánes, Zumellus, & Vasquez. Quibus addenda sunt ea, quæ supra notauimus in secunda controuersia ad articulum præcedentem.

Molina.

Contra eandem conclusionem argumentatur Molina, Primò: Angelus, dum in rerum natura existit, semper alicubi collocatam habet suam substãtiam, nec potest immediatè immediatione suppositi transmittere suam actionem in locum distantem; ergo nec etiam potest immediatè, transmittere suam substantiam in locum distantem, sed necessariò deferre eam debet per medium.

Confirmatur: Quia, sicut corpus eo, quòd perpetuò sit alicubi, viribus naturæ transferri nõ potest à loco in locum, nisi per medium, ita, cum substantia Angeli sit etiam perpetuò alicubi, migrare nõ poterit naturaliter à loco in locum distantem, nisi per medium.

Confirmatur secundò: Quia transitus ille Thomistarum statim sese mẽti offert; tamquam in intelligibilis, & incredibilis; igitur non tam incumbit nobis eum esse impossibilem ostendere, quàm Thomistis incumbat probare eum esse per naturæ vires possibilem.

A Respondetur falsum esse Angelum esse semper alicubi necessariò: deinde falsa est illa consequentia, non potest Angelus existens alicubi transmittere immediatè immediatione suppositi, &c. Ergo nec etiam potest immediatè transmittere suã substantiam, &c. Nam potest Angelus fieri indistans ab omni loco; atque ita poterit, in quem voluerit locum, agere immediatè immediatione suppositi, & eidem præsens fieri secundùm suam subitantiã. Secundò dico, Angelum alicubi existentem, dum ibi est, non posse immediatè, &c. transmittere operationem suam in locum distantem: & eadem ratione, dum ibi est, non posse transmittere substantiam suam ad alium locum distantem. Ad primã confirmationem iam patet falsum esse, Angelum esse necessario semper alicubi. Secunda verò confirmatio confutatur ex dictis in quæstione præcedente artic. primo, ex quibus elucet, sententiã Molinæ, & Scotistarum, de modo locandi substantias spirituales, non solùm aduersari communi sapientium sensui, seu conceptioni, sed esse prorsus impossibilem ijsque dumtaxat esse probabilem, qui sequentes imaginationem, de spiritualibus æquè, ac de corporibus philosophantur.

B

Contra eandem conclusionem argumentatur Pesantius: sed eius argumentis iam satisfecerunt authores supranotati; & ex dictis facilè diluũtur.

Pesantius.

C

Contra eandem conclusionem argumentatur Scotus. Primò: Non potest transiri à præterito in futurum, nisi per tempus præsens: sed ita videtur esse ordo inter partes loci, sicut inter partes temporis; ergo non potest transiri ab extremo in extremum, nisi per medium. Eodem argumento vtitur Rada.

Scotus.

Rada.

Respondet Capreolus primò, falsam esse minorem, quia non oportet partes loci eundem ordinẽ habere inter se, quem habent partes temporis, aut alterius successiui: cum sint innumeræ dissimilitudines inter has & illas. Secundo respondet, argumẽtum esse magis ad oppositum, quàm ad propositum. Nam, cum Angelus non sit in loco, nisi per operationem circa locum, aut locata, quemadmodum potest Angelus in principio horæ operari in vno magnitudinis extremo, non operando in medio, ita potest in eiusdem horæ termino operari in altero extremo, non operando in medio, atque ita transire de vno extremo in aliud, non attingendo medium. Tertiò respondet, Angelum, sicut non sequitur leges temporis communis, ita nec sequi leges loci temporalis. Duas alias optimas respõsiones afferunt hic Bannes, & Zumellus.

Capreol.

D

Bannes. Zumellus

Secundò: Ordo præfixus à superiori agente videtur esse necessarius cuilibet agenti inferiori, quando habet actionem præcisè circa talia ordinata; sed ordo partium vniuersi, penes quem attẽditur distantia situalis, est à Deo præfixus cuilibet virtuti creatæ; igitur, quando Angelus, mouet se per talia corpora, non potest absque tali ordine de vno in aliud se transferre. Maior probatur, & explicatur exemplo: quia ordo formarum naturalium succedentium, sibi in generatione naturali determinatus est ab instituente naturam, & ideo respe-

ctu

ẽti cuiuslibet agentis naturalis neceſſarius eſt; nullum enim agens naturale poteſt immediatè facere acetum, niſi de vino, nec inducere animã ſenſitiuam in corpus organicum, niſi vegetatiua præceſſerit: nec anima rationalis aduenier, niſi præuia ſenſitiua. Et confirmatur argumentum; nam alioquin nulla diſtantia, vel diſtinctio impediret actiones: eodem argumento vtitur Rada.

Rada.

Reſpondetur primò, falſam eſſe maiorem ſimpliciter, & in eis tantùm actionibus eſſe veram, q̃ inter ſe talem eſſentialiter requirunt ordinẽ, qualem habent partes magnitudinis adinuicem; ſicut partes motus continui talem habent ordinem inter ſe, qualem habent ad inuicem partes magnitudinis: Angelus autem nullum habent eſſentialem ordinem ad locum, nec eius operationes circa locum talem poſtulãt eſſentialem ordinem inter ſe, qualem habent partes loci.

Ad probationem ex ordine formarum naturalium, vt vini, & aceti, &c.

Reſpondetur, exemplum non eſſe ſimile; quoniã ibi ſunt plures formæ eſſentialiter adinuicem ordinatæ, & conſequenter etiam plures motus alterationis eſſentialiter ordinati: in operationibus autem Angeli circa locum non ſunt plures formæ, aut alterationes eſſentialiter adinuicem ordinatæ. Caietanus autem negat minorem; quia talis ordo non eſt præfixus virtuti immateriali, quatenus eſt motiua motu diſcreto; quia ſuperioris ordinis eſt, ac proindè ſecundùm ſe penitus abſoluta à legibus diſtantiæ ſitualis; quibus nec ex parte effectuum alligatur, quos ponimus eſſe diſcontinuos.

Caiet.

Capreol.

Ad confirmationem reſpondet Capreolus, nomine actionis in rem diſtantem intelligi poſſe, vel actionem immanentem, puta intelligere, & ſic cõceditur conſequens: vel motum, vt ſcilicet Angelus moueat rem diſtantẽ, & ſic negatur conſequentia, & conſequens: vel poteſt intelligi quòd poſtq̃ Angelus operatus eſt in vno loco, ſtatim operari poteſt in alio loco, quantumuis à primo diſtante, & ſic admittitur conſequens, & conſequentia; quoniam, vt ait Caietanus, cum ab vno loco fuerit Angelica virtus abſoluta, indiſtans remanet æqualiter ab omni loco, ac proinde, cui voluerit, æqua libertate, ac facultate ſe poterit applicare. Nec aliud huic reſponſioni obijcit Rada, niſi imaginabile, ſibi non eſſe, quomodo Angelus ſecundùm ſuam ſubſtantiam à loco diſtanti in locum diſtantem ſe trãsferat, niſi per medium tranſeat; ſed nos id eſſe rationabile, & naturæ ſpiritualis excellentiæ conſentaneum iam ſatis oſtendimus.

Caiet.

Contra eandem concluſionem argumentatur Valentia. Primò: Ratio D. Thom non procedit, niſi de medijs participantibus; ergo D. Thomas loquitur de medijs tantùm participantibus. Antecedens probatur: Quia illa ſola ſunt infinita in potẽtia inter quælibet duo loca extrema.

Valentia.

Reſpondetur, rationem D. Thomæ pro ſecunda concluſione duplicem eſſe, vnam, qua directè probatur concluſio: Alteram, qua ſatisfit obiectioni tacitæ; Quamuis prima de medijs tantùm participantibus procedere videatur: Secunda tamen eſt

A vniuerſalis procedens ex Angelicæ ſubſtantiæ nobilitate, quæ loco ſuperior eſt, ipſumque continet, & non continetur ab eo; atque ideo (inquit S. D.) in eius poteſtate eſt, ſe applicare loco, prout vult, vel cum medio, vel ſine medio. Quam rationem in primo ſent. diſt. 37. quæſt. 4. art. 2. latiùs extendit, & vniuerſalem eius efficacitatem ad omne mediũ tam participans, quàm non participans, clariſsimis verbis expreſsit ita loquens: *Dico enim, quòd Angelus poteſt tranſire de loco in locum, ita quòd tranſeat omnia media, & ſine hoc, quod ſit in aliquo mediorum, & poteſt eſſe, quòd ſit in aliquibus, et in aliquibus non; cuius ratio ſumitur ex prædictis.* Dico enim, B *quod eſſentia Angeli ſecundùm ſe eſt abſoluta ab omni loco, & non definitur ad locum, niſi per operationem, nõ autem per operationem, ſecundùm quod exit ab eſſentia, ſed ſecundum quod terminatur ad operatum in loco. Vnde quando operatur circa hunc locum, ab eſſentia ſua (cum non ſit ex ſe determinata, vel alligata ad locum illum, ſed indifferenter ſe habens ad omnia, inquantùm in ſe eſt,) poteſt egredi ſtatim operatio ad locum proximum, vel remotum, nec operatio ad diſtans dependet ab operatione ad propinquum, vnde, ſecundùm quod habet aliquid operari, vel in omnibus mediis locis, vel in aliquibus, vel in nullo, ſecundùm hoc poteſt pertranſire omnia media, vel quædam, vel nullum.* Hæc ibi S. D.

S. Thom.

C Ex quibus cuilibet, vel nouitio Theologo, patet euidenter rationem hìc, breuiter tactam, & ibi latiùs explicatam de quouis medio, tam non participante, quàm participante procedere.

Secundò ſic arguit: Angelus motu diſcreto non incipit eſſe in aliquo loco de nouo, niſi quia ſubſtãtia eius appropinquauit illi loco; ergo non eſt intelligibile, quod priùs non ſe collocauerit in loco propinquiori illi, quem vult acquirere, immo id videtur ſequi neceſſariò ex ipſo locorum ordine, vt ſtatim, ac ſubſtantia quæuis vnum locum deſerit, vel inuita excipiatur à loco proximo illi priori.

Reſpondetur primò, falſum eſſe antecedens obD rationes ſuperius aſsignatas. Secundò dico, ſubſtãtiam Angeli priùs fieri propinquam, ſiue præſentẽ præſentia ordinis, quæ attenditur ſecundum proportionem agentis ad paſſum, modo ſuperiùs expreſſo in articulo primo quæſtionis præcedentis. Tertiò dico, ſubſtantiam ſpiritualem eſſe ſuperiorem omnibus locis, & eorum ordine, & ideo non obligari locorum legibus.

Tertiò: Ideò in diſputatione de Euchariſtia defenditur Chriſtum incipere eſſe de nouo in Sacramento, & non pertranſire medium, quod eſt à cœlo vſque ad terram, quia nec deſerit locum, vbi erat in cœlo, nec in ſacramento eſſe incipit per apE proximationem, aut motum localem, ſed per tranſubſtantiationem panis in ipſum, ſuppleme diuina potentia id, quod motus localis cõtuliſſet Chriſti corpori ad acquirendam præſentiam in ſacramenti loco; cum motus non ſit aliquid intrinſecũ præſentię; ergo, cum Angelus ad ſit in termino motus per naturalem approximationem, & deſerat locũ priorem, non poteſt ipſe naturaliter non tranſire media.

Reſp. cauſam præciſam, propter quam Chri-

Digitized by Google

ſtus incipiat eſſe de nouo in ſacramento abſq; trā-ſitu medij, non eſſe negationem motus localis, ſed talem modum ſupernaturalem, ſcilicet tranſubſtā tiationem panis in ipſum. Alia quædam eiuſdem expoſitoris argumenta ex falſis manifeſtè procedunt, & ex ſupra notatis facile diluuntur.

Albertin. Contra eandem concluſionem argumentatur Albertinus ex Scoto: Si Angelus pertranſit ab vno extremo ſibi adæquato in aliud extremum ſibi adæquatum, puta ab A. ad C. ſequeretur illum agere vltra ſphæram ſuæ actiuitatis.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam; nam Angelus motu diſcreto tranſiens de vno loco extremo, ſibi adæquato ad aliud extremum, ſibi adæquatum, relicto medio ſibi adæquato, & non participante, numquam ſimul vtrumq; contingit extremum, ſed primum ſimul totum deſerit in vno inſtanti, & aliud ſimul occupat in alio inſtanti proximè, ac immediatè ſequente.

Contra ſecundam concluſionem argumētatur Zumellus: Tranſitus de loco ad locum eſt magnæ virtutis, & quantò fuerit ad diſtantiorem locum, procedit ex maiori virtute; ergo, quo ſuperior fuerit, poterit iſto modo ad maiorem diſtantiam trāſire proportionaliter, & ſic quælibet Angeli virtus diſtantia quadam certa, & finita terminabitur.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens propriè, & formaliter loquendo; nam, vt ante diximus, ex communi ſubſtantijs omnibus ſpiritualibus excellentia ſupra corpora, congruit illis, vt nullis loci legibus alligentur, atque ideo à quolibet loco libere poſſint abſolui, & cuicumque voluerint, applicari; ab vno ſiquidem abſolutæ remanent ab omnibus æqualiter indiſtantes.

Bannes Zumell. Contra tertiam concluſionem eſt argumētum Banneſij, & Zumelli, cuius ſolutio facilè patet ex dictis.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrum motus Angeli ſit in inſtanti.

274 3. di. 37. q. 4. a. 3 & 4. di 44. q 2. a. 3 q. 3 Et quol 1. q 3. art 2 Et quol 9 q. 4. art 3. Et quolib. 11 art. 4.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd motus Angeli ſit in inſtanti. Quantò enim virtus motoris fuerit fortior, & mobile minus reſiſtens motori, tantò motus eſt velocior. Sed virtus Angeli mouentis ſeipſum, improportionabiliter excedit virtutem mouentem aliquod corpus. Proportio autem velocitatum eſt, ſecundùm minorationē temporis. Omne autem tempus, omni tempori proportionabile eſt. Si igitur aliquod corpus mouetur in tempore, Angelus mouetur in inſtanti.

2 Præterea. Motus Angeli ſimplicior eſt q̄ aliqua mutatio corporalis: ſed aliqua mutatio corporalis eſt in inſtanti, vt illuminatio: tum quia non illuminatur aliquid ſucceſſiuè: tum quia radius non prius pertingit ad propinquum, quàm ad remotum. Ergo multo magis motus Angeli eſt in inſtanti.

3 Præterea. Si Angelus mouetur in tempore de loco ad locum, manifeſtum eſt, quòd in vltimo inſtanti illius temporis eſt in termino ad quem: in toto autem tempore præcedenti, aut eſt in loco immediatè præcedenti, qui accipitur, vt terminus à quo, aut partim in vno, & partim in alio. Si autem partim in vno, & partim in alio, ſequitur, quòd ſit partibilis: qđ eſt impoſsibile. Ergo in toto tempore præcedenti eſt in termino à quo. Ergo quieſcit ibi: cum quieſcere ſit in eodem eſſe, nunc, & prius, vt dictum eſt. * Et ſic ſequitur, quòd non moueatur niſi in vltimo inſtanti temporis. Art. præc.

Sed contra. In omni mutatione eſt prius, & poſterius. Sed prius, & poſterius motus numeratur ſecundum tempus. Ergo omnis motus eſt in tempore, etiam motus Angeli, cum in eo ſit prius, & poſterius.

Reſpondeo. Dicendum, quòd quidam dixerunt, motum localem Angeli eſſe in inſtanti. Dicebant enim, quòd, cum Angelus mouetur de vno loco ad alium in toto tempore præcedenti, Angelus eſt in termino à quo, in vltimo autem inſtanti illius tēporis, eſt in termino ad quem. Nec oportet eſſe aliquod medium inter duos terminos, ſicut non eſt aliquod medium inter tempus, & terminum temporis. Inter duo autem nunc temporis, eſt tempus medium. Vnde dicunt, quòd non eſt dare * vltimū nunc, in quo fuit in termino à quo: ſicut in illuminatione, & in generatione ſubſtātiali ignis, non eſt dare vltimum inſtans, in quo aer fuit tenebroſus, vel in quo materia fuit ſub priuatione formæ ignis. Sed eſt dare vltimum tempus, ita quòd in vltimo illius temporis eſt, vel lumen in aere, vel forma ignis in materia. Et ſic * illuminatio, & generatio ſubſtantialis, dicuntur motus inſtantanei. Sed hoc non habet locum in propoſito: quod ſic oſtenditur. De ratione enim quietis eſt, quòd quieſcens non aliter ſe habeat nunc, & prius. Et ideo, in quolibet nunc temporis menſurantis quietem, quieſcens eſt in eodem, & in primo, & in medio, & in vltimo. Sed de ratione motus eſt, quòd id, quod mouetur, aliter ſe habeat nunc, & prius. Et ideò in quolibet nunc temporis menſurantis motum, mobile ſe habet in alia, & alia diſpoſitione. Vnde oportet, quòd in vltimo nūc, & habeat formam, quam prius non habebat. Et ſic patet, quòd quieſcere in toto tempore in aliquo, puta in albedine, eſt eſſe in illo, in quolibet inſtanti illius temporis. Vnde non eſt poſſibile, vt aliquid in toto tempore præcedēte quieſcat in vno termino, & poſtea in vltimo inſtanti illius temporis ſit in alio termino. D. 744. D. 719.

Sed

Sed hoc eſt poſſibile in motu, quia moueri in toto aliquo tempore, non eſt eſſe in eadem diſpoſitione, in quolibet inſtanti illius temporis. Igitur omnes huiuſmodi mutationes inſtantaneæ, ſunt termini motus continui. Sicut generatio eſt terminus alterationis materiæ, & illuminatio terminus motus localis, corporis illuminantis. Motus autem localis Angeli, non eſt terminus alicuius alterius motus continui, ſed eſt per ſeipſum à nullo alio motu dependens. Vnde impoſſibile eſt dicere, quòd in toto tempore ſit in aliquo loco, & in vltimo nunc, ſit in alio loco. Sed oportet aſſignare nunc, in quo vltimò fuit in loco præcedenti. Vbi autem ſũt multa nunc ſibi ſuccedentia, ibi de neceſſitate eſt tempus, cum tempus nihil aliud ſit, quàm numeratio prioris, & poſterioris in motu. Vnde relinquitur, quòd motus Angeli ſit in tempore. In* continuo quidem tempore, ſi ſit motus eius continuus: in non continuo autem, ſi motus ſit non continuus. Vtroque enim modo contingit eſſe motum Angeli, vt dictum eſt.* Continuitas enim temporis eſt ex continuitate motus, vt dicitur in 4. Phyſic.* Sed iſtud tẽpus ſiue ſit tempus continuum, ſiue non, nõ eſt idem cum tempore, quòd menſurat motum cœli, & quo menſurantur omnia cõrporalia, quæ habent mutabilitatem ex motu cœli. Motus enim Angeli non dependet ex motu cœli.

118 D. 118.

Art. 1. huius quæſt. Li 4 Phyſ. tex. 99. to. 2.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſi tempus motus Angeli non ſit continuum, ſed ſucceſſio quædam ipſorum nunc, nõ habebit proportionem ad tempus, quod menſurat motum corporalium, quod eſt continuum: cum non ſit eiuſdem rationis. Si verò ſit cõtinuum, eſt quidem proportionabile, non quidem propter proportionem mouentis, & mobilis, ſed propter proportionem magnitudinum, in quibus eſt motus. Et propterea, velocitas motus Angeli, non eſt ſecundùm quantitatem ſuæ virtutis, ſed ſecundùm determinationem ſuæ voluntatis.

Ad ſecundum dicendum, quòd illuminatio eſt terminus motus, & eſt alteratio, non motus localis, vt intelligatur lumen moueri prius ad propinquum, quam ad remotum. Motus autẽ Angeli eſt localis, & non eſt terminus motus. Vnde non eſt ſimile.

B. 719.

Ad tertium dicendum, quòd obiectio illa procedit de tempore continuo. Tempus autẽ motus Angeli poteſt eſſe non continuum. Et ſic Angelus in vno inſtanti poteſt eſſe in vno loco, & in alio inſtanti in alio loco, nullo tẽpore* inter medio exiſtente. Si autem tempus motus Angeli ſit continuum, Angelus in toto tempore præcedenti vltimum nunc, variatur

B. 741.

A per infinita loca, vt prius expoſitum eſt.* Eſt tamen partim* in vno locorum continuorum, & partim in alio: non quod ſubſtantia illius ſit partibilis, ſed quia virtus ſua applicatur ad partem primi loci, & ad partem ſecundi, vt etiam ſupra dictum eſt.

Art. præc. D. 115. to

Art 1. huius quæſt.

Senſus quæſiti.

DIfferunt hic ſubtiliter expoſitores de ſenſu q̃ſiti, & in oppoſitas diuiduntur ſententias. Nam Caietanus, Syluester, & Bannes dicunt, hic non quæri de ſimplici acquiſitione loci, nec de mẽ-
B ſura tranſitus ex vno loco in alium, ſeu de menſura deſitionis prioris loci, & acquiſitionis poſterioris: Conſtat enim (inquiunt) inſtans horum eſſe menſuram: Sed hunc affirmant eſſe legitimũ ſenſum quæſiti, videlicet; Vtrum menſura tranſitus Angeli de loco ad locum ita ſe habeat, vt menſura acquiſitionis termini ad quem ſe habeat ad mẽſuram termini à quo, vt inſtans ad tempus. At Ferrarienſis in 3. cont. gent. cap. 102. poſt medium in ſolutione tertij dubij ſic ait: *Cum quæritur, nũquid motus localis Angeli ſit in inſtanti, nihil aliud quæritur, quàm: An tranſitus Angeli de loco ad locum, ſine, an receſſus eius ab vno loco, & acceſſus ad alium locũ in inſtanti fiat.* Videtur autem hæc interpretatio planior, & priorem etiam, vt vniuerſaliorem, ac magis abſoluta complecti, vt explicabitur in ſequenti controuerſia.

Caiet. Syluester: Bannes

Ferrarien.

C

Forma Textus.

REfert primò S. D quorundam Theologorum ſententiam. Secundò eã confutat. Tertiò reſpondet quæſitо tribus concluſionibus. Fuit igitur quorundam opinio dicentium, motum Angeli localem eſſe in inſtanti. Ratio eorum erat: Quia, cum Angelus mouetur de vno loco ad alium locum, in toto tempore præcedente eſt in ter-
D *mino à quo, in vltimo autem illius temporis eſt in termino ad quem; ergo motus Angeli eſt in inſtanti. Probabant conſequentiam: Quia non oportet eſſe aliquod medium inter duos terminos motus Angelici, ſicut nec inter tempus, & terminum temporis eſt aliquod medium tempus; ergo. Probatur hoc antecedens: Quia tempus medium eſt ſemper inter duo nunc temporis, ſcilicet vltimum, in quo fuit in termino à quo, & primum, in quo fuit in termino ad quem; at non eſt dare vltimum inſtans, in quo Angelus fuit in termino à quo, ſed tantùm vltimum tempus; ergo inter tempus, & terminum temporis, &c. Minor explicatur exemplo duplici, ſcilicet illuminationis, & generationis: quia non eſt dare vltimũ*
E *inſtans, in quo aer fuit tenebroſus, vel in quo materia fuit ſub priuatione formæ ignis, ſed eſt dare vltimum tempus; ita ut in vltimo illius temporis ſit lumen in aere, vel forma ignis in materia.*

Confutatur hæc opinio hoc argumento. Omnes mutationes inſtantaneæ ſunt termini motus continui; at motus localis Angeli non eſt terminus alicuius alterius motus continui; ergo impoſſibile eſt dicere, Angelum ita moueri, vt in toto tempore ſit in aliquo loco, & in vlti-

Digitized by Google

vltimo nunc sit in alio loco. Minor relinquitur, vt per se nota. Maior probatur: quia non est possibile, vt aliquid in toto tempore præcedente quiescat in vno termino, & postea in vltimo instanti illius temporis sit in alio termino, quod tamen est possibile in motu; ergo omnes huiusmodi mutationes instantaneæ sunt termini motus continui. Antecedens probatur ex triplici differentia inter quietem, & motum, quo ad mensuram: Quia de ratione quietis est, vt quiescens non aliter se habeant nunc, quàm prius, atque ideò in quolibet nunc temporis mensurantis quietem quiescens est in eodem, & in primo, & in medio, & in vltimo; & consequenter quiescere in aliquo termino in toto tempore est esse in illo in quolibet instanti illius temporis: sed de ratione motus est, vt id, quòd monetur, aliter se habeat nunc, & prius; atque ideo in quolibet nunc temporis mensurantis motum, mobile se habet in alia, & alia dispositione, ac proinde necesse est, vt in vltimo nunc habeat formam, quam prius non habebat: Ex quibus sequitur prædictum antecedens, videlicet, non esse possibile, vt aliquid in toto tempore præcedente quiescat, &c.

Prima conclusio est: Motus Angeli est in tempore. Probatur: Vbi sunt multa nunc sibi succedentia, ibi de necessitate est tempus; at in motu Angeli sunt multa nunc; ergo. Maior probatur: Quia tempus nihil aliud est, quàm numeratio prioris, & posterioris in motu. Minor verò probatur: Quia oportet assignare nunc, in quo vltimò fuit Angelus in loco præcedente.

Secunda conclusio: Motus Angeli continuus est in tempore continuo, motus autem non continuus est in tempore non continuo. Probatur: Quia continuitas temporis est ex continuitate motus, vt dicitur in 4. Physic.

Tertia conclusio: Tempus illud, siue sit continuum, siue discretum, non est idem cum tempore, quod mensurat motum cæli, & quo mensurantur omnia corporalia, quæ habent mutabilitatem ex motu cæli. Probatur: Quia motus Angeli non dependet ex motu cæli.

Prima Controuersia:

De veritate primæ conclusionis. An scilicet motus Angeli necessario sit in tempore, vel fieri possit etiam in instanti.

Sententiæ Doctorum.

Scotus. Rada

SCotus in secundo sententiarum distinct. secunda, quæstione vndecima, cuius opinionem explicat, & tuetur Rada in sua secunda parte, cont. 7. articulo quarto, dixit sex. Primum: Falsa est illa propositio D. Thomæ. *Non est possibile, vt aliquid in toto tempore præcedente quiescat in vno termino, & postea in vltimo instante illius temporis sit in alio termino.* Secundum: Angelus quiescens in toto tempore præcedente in aliquo loco, potest mutari in vltimo instante illius temporis, si mutatio localis instantanea est ei possibilis. Tertium: Impossibile est motum Angeli sumptum, vt distinguitur contra mutationem, esse in instanti. Quartum: Mutatio localis instantanea est possibilis Angelo. Quintum: Potest Angelus mutari in instanti, si motus ille dicat simplicem acquisitionem termini ad quem, & desertionem termini à quo. Vltimum: Nō potest Angelus moueri duabus mutationibus instantaneis immediatis. Eandem ferè sententiam sequitur Molina, qui dicit quatuor. Primum: Angelus ab vna sphæra in aliā proximam mutari potest in instanti, ita videlicet, vt Angelus in toto tempore, quod antecedit tale instans, fuerit in termino à quo: in eo verò instanti sit in termino ad quem, quod simul sit primum non esse in termino à quo, non secus ac substantia generatur in instanti, quod simul est primum esse materiæ sub forma geniti, & primum non esse eiusdem materiæ sub forma corrupti. Secundum; Falsa est opinio D. Thomæ affirmantis, quando Angelus transit à termino à quo ad terminum ad quem, non pertransito medio, moueri, non quidē in instanti, sed in tempore discreto, quod coalescit ex vltimo esse Angeli in termino à quo, & primo esse eiusdem in termino ad quem. Tertium: Si vera esset opinio Diui Thomæ, Angelum videlicet mutari posse de vno loco in alium distantem, non transeundo per medium, tuno sanè ea mutatio fieret in instanti per primum esse in termino ad quē, & primum non esse in termino à quo. Vltimum: Potest Angelus mutatione discreta conflata ex multis mutationibus instantaneis mutari per sex sphæras, in sex instantibus temporis, interposita quiete in tempore intermedio inter instans & instans. Molina

Albertinus in suis coroll. pag. 238. & sequē. decem dictis suam explicat opinionem. Primum: Clarum est, motum continuum successiuum esse non posse in instanti: Secundum: si dari potest motus ab extremo in extremum sine medio, fit in instanti: Tertium: Si Angelus transit ad alium locum extremum adæquatum per medium, non potest moueri in instanti de potentia naturali Angeli: Quartum: Si Angelus moueatur de loco, sibi adæquato ad locum adæquatum, exempli gratia, de loco palmari ad locum palmarem, potest in instanti relinquere priorem locum palmarem, & acquireret alium palmarem, ponendo se in toto medio palmari. Quintum fol. 263. D. Thomas ait, quòd mobile quiescens toto tempore huius horæ non oportet, vt quiescat vsque ad vltimum terminatiuum horæ intrinsecè, sed potest in illo vltimo terminatiuo aliter se habere, seu mutari, quando mutatio est terminus alicuius motus. Sextum: Secundum Diuum Thomam, mobile corporeum quiescens toto tempore vnius horæ, non potest in vltimo instanti terminatiuo illius aliter se habere, seù mutari, quando mutatio non est terminus alicuius motus præcedentis, sed oportet quiescere vsque ad vltimum terminatiuum horæ intrinsecè. Septimum: Angelus quiescens in toto tēpore non necessitatur ad quiescendum vsque ad vltimum terminatiuum intrinsecum illius temporis, sed in instanti intrinseco

potest

poteſt moueri localiter, ita vt illud inſtans ſit intrinſecum motui, & extrinſecum quieti. Octauũ: Caietanus ait, Angelum quieſcentem vſque ad vltimum terminatiuum intrinſecum horæ poſſe immediatè moueri mutatione indiuiſibili, & inſtantanea, ſed illud inſtans corriſpondere adæquatè inſtanti temporis noſtri. Nonum: Angelus quieſcens vſque ad vltimum terminatiuum intrinſecũ horæ poteſt acquirere locum totum ſimul mutatione indiuiſibili. Vltimum: In eodem caſu poteſt Angelus acquirere totum ſpatium mutatione indiuiſibili in inſtanti temporis diſcreti: quod quidem non correſpondet adæquatè inſtanti temporis noſtri, ſed minori, & minori in infinitum.

Vaſquez. Vaſquez dicit quatuor. Primum: Angelus non poteſt moueri de extremo ad extremũ per mediũ ſine ſucceſſione, & continuatione motus. Secundũ: Ratio D. Tho. non benè probat hanc ſententiam; quia falſa eſt illa propoſitio: *Non eſt poſſibile aliquid, in toto tempore quieſcere, &c.* Tertium; Non poteſt Angelus in breuiori, & breuiori tempore in infinitum, vt ei libuerit, moueri, ſed erit minimum tempus virtuti illius adæquatum, etiamſi illa ſumma velocitas ex motu illius pendeat. Quartum: Dici poſſent plures mutationes ſecundum locũ, quãdo poſt vnum locum plura acquiruntur abſq; continuatione, quarũ quælibet eſſet inſtantanea, quia terminus ad quem in inſtanti producitur. Quam

Zumellus ſententiam prius expreſſerat Zumellus in ſua queſtione prima ad hunc articulum dicens extra ſcholam D. Thomę non eſſe improbabile dicere, quòd, quando Angelus ſimul deſerit totum aliquem locũ, vel propinquũ, vel diſtantem, ſi non tranſit per medium, mutat locum in inſtanti Angelico, quod coexiſtere poteſt vel inſtanti noſtro, vel tempori.

Caiet. Caietanus quatuor dicit. Primum: Si per motũ Angeli intelligamus ſimplicem acquiſitionem loci, motus Angeli eſt in inſtanti; quia poteſt Angelus in inſtanti applicare ſe ad locum, ſi prius fuit nuſquam. Secũdum: Si nomine motus Angelici intelligamus tranſitum de vno loco ad alium, ſeu deſertionem prioris loci, & acquiſitionem poſterioris, certum eſt inſtanti menſurari. Tertium: Menſura acquiſitionis termini ad quem comparata mẽſuræ exiſtentiæ Angeli in termino à quo, non ſe habet ad eam, vt inſtans ad tempus, ſed vt inſtans immediatum ad inſtans: ex quibus duobus inſtantibus integratur vnum tempus Angelicum, poſſuntq; duo illa inſtantia coexiſtere vni horæ; ita vt ſecundùm coexiſtat vltimo inſtanti horæ, & primum toti tempori præcedenti. Vltimum eſt: Veriſsima eſt illa propoſitio D. Thomæ: *Non eſt poſſibile, vt aliquid in toto tẽpore præcedente quieſcat, &c.* Eandem ſententiam tuetur Ripa, & ſequuntur

Ripa. Sylueſter. Banncs. Zumellus Ferrarien. Sylueſter, Banncs, & Zumellus, quamuis nonnulla reijciant non magni momenti ad eius explicationem pertinentia.

Ferrarienſis in tertio cont. gent. cap. 102. Dicit quinq; Primum: Angelus in eodem præcisè inſtanti, in quo eſt in termino ad quem, non recedit à termino à quo. Secũdum: Si nomine receſſus velimus accipere tantùm primum non eſſe termini à quo,

A verum eſt, Angelum in inſtanti, in quo eſt in termino ad quem, recedere à termino à quo. Tertium: Si per receſſum à termino à quo intelligatur inſtãtanea derelictio termini à quo, magis dicendum eſt, quòd recedit in inſtanti in quo eſt in termino à quo, quàm in inſtanti, in quo eſt in termino ad quem. Quartum: Si motus localis Angeli dicatur vnius loci occupatio quomodocunq;, poteſt eſſe in inſtanti. Quintum: Si motus localis Angeli dicatur tranſitus eius de loco ad locum, ſiue receſſus ab vno loco, & acceſſus ad alium locum, quæ eſt propria acceptio motus localis, non menſuratur inſtanti, ſed diſcreto tempore. Eandem ferè do-

B ctrinam tradit Capreolus in 2. diſt. 6. q. 1. art. 3. reſpondens ad argumenta Scoti, & Gregorij contra quartã concluſionem, ex quo loco deſumpſere, quę ſcribunt Caietanus, & Ferrarienſis, quibuſdam immutatis, vel ad meliorem formam redactis. Capreol.

S. Thom. Valentia. S. D. hìc omnem Angeli motum affirmat tempore menſurari, cuius ſententiam ſequitur etiam Valentia ſuper hoc articulo.

Reſolutio.

Explicatur ſenſus quæſiti, & oſtenditur veritas concluſionis affirmantis, Angeli motum eſſe in tempore.

Partitio. C TRes ſunt propoſitæ controuerſiæ partes præcipuæ. Prima eſt de ſenſu quæſiti. Secunda, de ſenſu, & veritate illius propoſitionis: *Non eſt poſſibile, vt aliquid in toto tempore præcedente quieſcat in vno termino, & poſtea in vltimo inſtantis illius temporis ſit in alio termino.* Tertia eſt, de veritate primæ concluſionis D. Thom. De ſenſu quæſiti diſſenſio eſt inter Thomiſtas ſuperius tacta. Nam Capreolus, quem ſequitur Sylueſter, & Ferrarienſis, hunc

Capreol. Sylueſter. Ferrarien. Caietanus affirmat eſſe ſenſum quæſiti, videlicet: Vtrum tranſitus Angeli de termino à quo ad terminum ad quem ſit in inſtanti, vel in tempore: Sed hunc reijcit Caietans dicens, quærere, Vtrum motus Angeli ſit in inſtanti, in propoſito idem eſſe, quod quæ-

D rere; Vtrum menſura tranſitus Angeli de loco ad locum ità ſe habeat, vt menſura acquiſitionis termini ad quem ſe habeat ad terminum à quo, vt inſtans ad tempus. Verùm, vt arbitror, interpretationes hæ magis pugnant verbis, quàm ſenſui. Nã Capreolus, Sylueſter, & Ferrarienſis verum aperiunt ſenſum quæſiti, & intentionem explicant D. Thom. Sed Caietanus nodum indicat difficultatis: Intendit enim quærere S. D. Num Angeli tranſitus de termino à quo ad terminum ad quem mẽſuretur inſtanti: ſed huius quæſiti difficultas in hoc tota poſita eſt, vt videamus, an menſura ac-

E quiſitionis termini ad quem ſe habeat ad terminum à quo, ideſt ad menſuram exiſtentiæ Angeli in termino à quo, ſicut inſtans ad tempus, an ſicut inſtans ad inſtans; nam, ſi priori modo ſe habet, erit Angeli motus in inſtanti, ſi verò poſteriori modo comparantur, erit in tempore. Radicem ergo: ſiue nodum difficultatis, ſenſum appellauit quęſiti Caietanus, minus propriè tamen, vt verum fatear. Et quoniam ex horum declaratione tota ferè pendet huius controuerſiæ definitio, ſingula dictorum expoſitorũ de ſenſu quæſiti, & de veritate

conclu-

concluſionis dicta breuiter, ac perſpicuè proponemus, & quid habeant veritatis, oſtendemus.

Dicunt igitur Capreolus, Syluester, & Ferrariẽſis, hic quęri, num Angeli motus ſit in inſtanti, id eſt, num tranſitus Angeli de termino à quo ad terminum ad quem ſit in inſtanti, vel in tempore. Vt igitur, & quæſiti ſenſus, & veritatis inquiſitæ lumen eluceat, duæ prænotandæ ſunt regulæ, quas colligit Ferrarienſis in dicto cap. 102. ex D. Tho. 4. ſent. diſt. 55. q. 1. art. 3. quæſtiuncula 2. ad tertium.

Ferrarien. S. Thom. 1. Regula.

Prima regula eſt: Quando in aliqua tranſmutatione datur vltimum eſſe termini à quo, quia nimirũ datur aliquod inſtans, in quo mobile vltimò eſt in termino à quo, ita vt immediatè poſt illud inſtans in eo non erit, & datur etiam primum eſſe termini ad quem, quia. ſ. datur aliquod inſtans, in quo verum eſt dicere, mobile nunc eſt in iſto termino, & immediate ante hoc non erat, tunc illa duo inſtantia ad ipſam mutationem, ſiue ad illum tranſitum de termino ad terminum pertinent, alterum, vt principium durationis eius, & alterum, vt terminus: & quemadmodum primum inſtans finis eſt quietis præcedentis, & principium motus ſubſequentis, ita ſecundum eſt, & finis motus præcedentis, & initium quietis ſubſequentis. Exemplum affert Ferrarienſis de corpore albo in nigrum per medios colores tranſeunte; in hac enim tranſmutatione inſtans (inquit) in quo corpus fuit vltimò ſub albedine, eſt talis alterationis principium, inſtans autem, in quo primò eſt ſub nigredine, eſt eius finis. Sed oppoſitum affirmat de hac tranſmutatione S. Doctor in allegata quæſtiuncula quarti ſent. in reſponſione ad ſecundum, vbi ſic ait: *Quando ex albo fit nigrum, in toto tempore menſurante motum alterationis, erat album ſed in vltimo inſtante illius temporis eſt nigrum; vnde ſecundum Ariſtotelem non eſt dandum, quòd in toto illo tempore ſit albũ, ſed in toto, præter vltimum nunc: Et, quia ante vltimũ nunc alicuius temporis non eſt accipere pœnultimum, ſicut nec ante vltimum punctum lineæ, pœnultimum, ideo non eſt accipere vltimum inſtans, in quo erat album, ſed vltimum tempus.* Hæc ibi: Nullum igitur ex quauis tranſmutatione continua, aut ſimultanea proferri poteſt exemplum, in quo detur vltimum eſſe termini à quo, & primum eſſe termini ad quem, quæ duo eſſe ſint duobus durationis inſtantibus menſurata, ſed in eodem inſtanti eſt primum non eſſe termini à quo, & primum eſſe termini ad quem, vt ibidem expreſsè docet S. Thom.

2 Regula.

Secunda regula eſt: Quando non datur vltimũ eſſe termini à quo, quia videlicet non datur vltimum inſtans, in quo mobile eſt ſub ipſo, tranſitus de vno termino in alium terminum non includit duo inſtantia, ſed vnum tantùm, in quo ſcilicet mobile primò eſt ſub termino ad quem, & primò non eſt ſub termino à quo: tunc enim verè, ac proprie dicitur mobile in toto tempore præcedente fuiſſe in termino à quo, & in illo inſtanti primò in eo non eſſe; quo fit, vt illius tranſmutationis præciſe ſic facta, pro vt ab omni motu diſtinguitur, ſit idem inſtans principium, & finis, ac proinde ſit inſtantanea; cum in eodem inſtanti ſit eius initiũ & finis: vt patet in generatione ſubſtantiali ignis ex aere; toto namq; tempore præcedente materia fuit ſub forma aeris, nec vllum aſſignari poteſt vltimum inſtans, in quo ſub ipſa fuerit; in vltimo autem illius temporis inſtanti formam habet ignis: Quare ſumpto præciſè tranſitu materiæ de forma aeris ad formam ignis, ſeclusa ſcilicet alteratione præcedente, vno ſolo menſuratur inſtanti, in quo principium eſt, & finis ipſius tranſitus. Ex his duabus regulis ſic breuiter explicatis colligitur, & ſenſus quæſiti, & veritas concluſionis, & intellectus illius vniuerſalis propoſitionis. *Non eſt poſſibile, vt aliquid in toto tempore præcedente quieſcat in vno termino, & poſtea in vltimo inſtanti illius temporis ſit in alio termino.* Senſus enim quæſiti eſt: Vtrum motus Angeli ſit in inſtanti, ideſt; Vtrum Angelus in inſtanti recedat à termino à quo, & acquirat terminum ad quem.

Ad cuius euidentiam ſcito primò, plures contactus Angeli diſcretos, & ſucceſsiuos, ſecũdũ quos ſimul ſumptos dicitur moueri motu diſcontinuo, ſingillatim ſumptos eſſe inſtantaneos; ita vt quilibet eorum menſuretur inſtanti temporis Angelici diſcreti, atq; ideo in tali motu neceſſariò dari primum inſtans, in quo fuit Angelus in termino à quo, & aliud etiam primum inſtans, in quo accedit ad terminum ad quem; cum ea, quæ durant ſolùm per inſtans, habeant, & primum, & vltimum eſſe: ſed hoc habet amplius motus Angeli diſcontinuus, vt terminus à quo non ſolùm habeat vltimum inſtãs ſui eſſe, ſed primum etiam habeat inſtans ſui non eſſe, eo quod motus hic tempore diſcreto menſuretur, quo vnum inſtans alteri ſuccedit immediatè: Nam in eo inſtanti, in quo primo eſt terminus ad quem, terminus à quo primò non eſt; motus igitur Angeli non ex vno ſolo conſtat inſtanti, ſed duobus ſaltem, in quorum altero dicitur vltimò exiſtere in loco, ex quo recedit, in altero verò dicitur eſſe in loco, ad quem accedit, ita vt Angelum moueri nun ſit idem, quòd locum occupare, ſed ab vno loco recedere, & alterum occupare: hoc autem non vno, ſed duplici menſuratur inſtanti.

Pro cuius intelligentia aduerte ſecundò, receſſum Angeli à termino à quo tripliciter ſumi poſſe Primo, pro primo non eſſe termini à quo; & ita fit in inſtanti, in eo ſcilicet in quo eſt in termino ad quem, quæ tamen eſt impropria receſſus nuncupatio; cum enim eſt Angelus in termino ad quem, dicitur magis proprie receſsiſſe, quàm recedere. Secũdo, pro intuitiua derelictione termini à quo, & ita aſſerendum eſt, Angelum recedere in inſtanti, in quo eſt in termino à quo, magis quàm in inſtanti, in quo eſt in termino ad quem; vbi namq; terminus à quo vltimum habet eſſe, receſſus eius, quod mouetur à termino à quo, non eſt per negationem, ſed per poſitionem de præſenti. Poſt remò ſumi poteſt Angeli receſſus, pro vt comitantem habet acceſſum ad terminum ad quem; & ita non in vno ſolo, ſed in duobus expletur inſtantibus: in quorum vno dicitur Angelus recedere per poſitionem de præſenti, & negationem de futuro, quia ſcilicet

ſcilicet nũc eſt in hoc loco, & immediatè poſt hoc nõ erit in ipſo: in altero verò dicitur receſsiſſe per negationem de præſenti, & poſitionem de præterito, quia ſcilicet in hoc poſteriori nunc non eſt in eo loco, vbi fuit in priori nunc immediatè præcedente. Sic igitur ſumendo receſſum, pro vt etiam includit acceſſum, neceſſariò fit in tempore; nam, vbi plura ſunt inſtantia ſibi ſuccedentia, neceſſe eſt ibi tempus inueniri, cuius ratio conſiſtit in numero prioris, & poſterioris. Sed quia non eiuſdem rationis ſunt inſtantia continui temporis, ac diſcreti, ideo nec eodem modo ex ipſorum inſtantium ſucceſsione tempus infertur. Nam ex pluriũ inſtantium continui temporis ſucceſsione tempus infertur, non vt ex ipſis inſtantibus conſtitutum, ſed vt inter inſtantia, vt proprios eius terminos clauſum; cum enim huius generis inſtantia nequeant eſſe immediata, neque componatur tempus ex eis, veluti partibus, vt probatur in ſexto Phyſic. neceſſe eſt intra quælibet duo inſtantia tempus contineri, ſicut inter quælibet duo mutata eſſe mediat motus. Ex plurium autem diſcreti temporis inſtãtium ſucceſsione tempus conſurgit, veluti totum ex partibus conſtitutum, ſicut & motus Angeli diſcretus ex pluribus immediatè ſibi ſuccedentibus virtutis eius contactibus indiuiſibilibus, veluti partibus coaleſcit. Et quia motus Angeli proprièſumptus receſſum ſimul includit, & acceſſum, vt partes ipſum intrinſecè componentes, idcirco quærere; Verum motus Angeli ſit in inſtanti, idem eſt, quod quærere, num Angelus in vno, & eodem inſtanti recedat à termino à quo, & accedat ad terminum ad quem. Cuius quæſiti definitio iam ſatis patet ex hucuſque dictis de ratione diſcreti motus Angelici, & ex dicendis adhuc reddetur illuſtrior.

Ariſt.

Explicatur ſenſus, & veritas illius propoſitionis: Non eſt poſsibile, vt aliquid in toto tempore quieſcat, &c. & oſtenditur, Angelo poſſe conuenire quietem in termino à quo.

IAm verò oſtendendum eſt non eſſe poſsibile, vt aliquid in toto tempore præcedente quieſcat, & poſteà in vltimo inſtanti illius temporis ſit in alio termino, vt hìc etiam affirmat S. D. Et quia principium hoc explicat eruditè Caietanus, quem cæteri ſequuntur expoſitores Thomiſtæ, ſufficiet nobis eorum capitum hìc ordinem indicaſſe, quæ ad eius intelligentiam videntur eſſe neceſſaria.

Caietanus

Primum autem eſt conuenientia duplex motus, & quietis in reb corporeis. Prior eſt in hoc, quòd neutrum eſſe poteſt in inſtanti, ſed vtrunque tempore menſuratur. Poſterior autem in modo poſita eſt incipiendi, ac deſinendi, ſcilicet per vltimum non eſſe, & per primum non eſſe, vt hìc explicat Bannes dubio primo.

Bannes

Secundum eſt differentia, quam hìc inter rem quieſcentem, & motam ſtatuit S. D. & explicat Bãnes in tertio notabili dicti dubij primi, & Zumellus quæſt. 2. in 2. notabili.

Zumellus

Tertium eſt ſenſus illius particulæ, *in toto aliquo tempore*, quem hìc aperit ſubtiliter Caietanus

Caietanus

A dicens ſic accipiendum eſſe, vt diſtributio fiat in ſolas temporis partes, & non etiam in quicunque ad tempus pertinentia, licet non ſint partes, vt inſtantia: eſt ergo ſenſus dicti principij: Non eſt poſsibile, aliquid quieſcere in toto tempore, ideſt in qualibet parte aliquius temporis, & in vltimo inſtanti illius aliter ſe habere: cuius oppoſitum gratis affirmat Zumellus in ſecunda ſua quæſtione ad hũc articulũ notab. 3. nã ratio Caietani cõuincit.

Zumellus dubitanter Caietanus

Quartum eſt, dictum principium quodammodo eſſe verũ gratia materiæ, & quodammodò gratia formæ; Vt enim ait Caietanus, non eſt verum in omnibus terminis, ſed in prædictis tantùm; ex B hoc enim, quod aliquid eſt tale in aliquo toto tempore non poteſt formali conſequentia deduci, illud eſſe tale in vltimo inſtanti illius temporis; non eſt enim hæc conditionalis neceſſaria, ſed falſa: ſi Petrus eſt homo in aliqua tota hora, in termino illius horæ eſt homo; poteſt enim per totam horam alterari, & in eius termino mori: Sed verum eſt etiam idem principium quodammodo gratia formæ, ideſt rationem formalis ſignificati, quod ex terminorum formali ſignificatione conſurgit, ac præſertim illius verbi, *quieſcit*, quo negatio motus, ac omnis proceſſus, ſiuè diſpoſitionis ad formam in vltimo temporis conſequendam ſignificatur, C Nam, vt Caietanus aduertit, omne factum eſſe in ratione termini ad quem, ſiue omnis terminus præcedit ſecundum inſtitutum à Deo curſum naturæ ab aliquo fieri; cum autem aliquid formam aliquam obtinet ſub quiete nullum, vt ſic habet fieri, quod ſit veluti via ad alterutram, ſiue deperditiuam, ſiue acquiſitiuam, atq; ideo quieſcens in aliquo toto tempore, eodem etiam modo ſe habet in eius termino; alioquin (inquit Caietanus) veniſſet ad terminum, ad quem non proceſsiſſet. Explicant hoc caput abunde Zumellus q. 2. ad hunc articulum concluſione 2. & Bannes dubio primo in reſponſione ad ſecundùm argumentum.

Zumellus Bannes.

D Quintum eſt, hìc non agi de poſsibili logico, quod eſt obiectum diuinæ potentiæ, ſed de poſsibili Phyſico, ſecundum quod attenditur, non quid Deus poſsit, ſed quid rerum ordini congruat, tam in naturalib. quã ſupernaturalibus, ſiue gratuitis, ſeclusis miraculis, quibus ſupra rerum ordinem iã ſemel inſtituũ aliquid efficit omnipotentia Creatoris, vt hìc etiam aduertit Caietanus.

Caietanus

Sextum eſt, quietem Angelo verè, & propriè cõuenire, & eam tempore menſurari. Cuius oppoſitum, quo ad primam partem affirmant Bannes, & Zumellus contra textum (vt à bitror) huius articuli. Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, duplicem eſſe priuationem, alteram ſtrictè ſumptam, E quæ negatio eſt formæ, ſiue perfectionis debitæ ineſſe, cui quando, vbi &c. debet ineſſe: altera priuatio eſt negatio perfectionis ineſſe debitæ, ſed non quando debet ineſſe, quæ. ſ. debita quidem eſt abſolutè, non tamen nunc ineſt, aut poteſt ineſſe, ſed tempore tantùm determinato; ſicut videndi perfectio catulo eſt debita abſolutè, cui tamen nõ ineſt, nec poteſt naturaliter ante nonum diem, ſed pro nono tantùm, & ſequentibus itaq; negatio vi-

Pannefij, & Zumelli dictum reijcitur.

ſiuæ

fiuæ perfectionis in catulo abſolutè ſumpta priua A tio eſt, quamuis reſpectu temporis diem nonum præcedentis rationem non habeat priuationis, ac proindè primis illis octo diebus non ſit catulus verè, & propriè cæcus. Quædam alia priuatio eſt negatio operationis, vel abſolutè debitæ, vel vt inſit actu quandoq;, vel vt ex actiua, intrinſecaq; virtute liberè agente poſsit ineſſe, qualis eſt omnis negatio operationis liberæ, ſed minimè debitæ nùc, & tali loco, &c. quę licèt impropriè ſit priuatio, verè tamen, ac propriè quies eſt, non minùs, quàm illa, quæ negatio eſt operationis ineſſe debitæ, quando, & vbi debet ineſſe; quietis enim vocabulo omnis ab agendo ceſſatio denotatur, ſiue debita ſit actio, ſiue non debita; quilibet enim prius operans, deindè ceſſans ab agendo actione præſertim tranſeunte dicitur quieſcere. Vnde etiam Deus liberè, & gratuitò conferens eſſe rebus, poſtquàm à nouis ceſſauit creandis rerum generibus, dicitur quieuiſſe Gen. ſecundo capitulo. *Quieuit Deus die ſeptimo ab vniuerſo opere, quod patrarat:* ita vt propriè ſumpta quies agentis cuiuslibet non ſit priuatio debitæ operationis, ſed ceſſatio ſimpliciter ab operando; hanc enim omnes intendunt quietis vocabulo ſignificare, quamuis apud naturales Philoſophos de motu naturali loquentes nomen oppoſitæ quietis priuationem, vt plurimum ſignificet C debitæ operationis, quod Bannes, & Zumelius minimè conſiderarunt. Dixi autem, vt plurimùm, quia dicitur etiam ſagitta à motu violento quieſcere. Quieſcit igitur Angelus propriè, cum ceſſat ab operando ſimpliciter, vel tali modo, ſ. tangẽdo partem poſt partem ſeu locum poſt locum, etiamſi debita non ſit illi talis operatio, ſed ſit merè libera.

Gen 2. Bannes, & Zumelius notantur.

An verò tempore, vel inſtanti menſuretur hæc quies, dicunt expoſitores prædicti primò, quietẽ Angeli, ſi ſit per operationem tranſeuntem, & ſucceſſiuam in loco, tempore mẽſurari: ſi verò ſit per operationem, quæ ſit tota ſimul, qualis eſt illuminatio, non menſurari tempore, ſed inſtanti. Secundò dicunt, operationem omnem Angeli tranſeuntem, ſiuè ſit tota ſimul, ſiue ſucceſſiua, inſtanti Angelico menſurari, prout egreditur ab Angelo, licèt ſucceſſiua, prout in paſſo recipitur, tempore menſuretur. Quibus addendum eſt, operationem Angeli tranſeuntem, prout etiam egreditur ab Angelo connotando tamen reſpectum ad locum in quo operatur, poſſe tempore Angelico menſurari, ſi ſupremus Angelus operans plures habeat operationes, dum inferior in vna continuò ſola detinetur, vel etiam ſi ſupræmus Angelus operãs in plura agat continer, & ſucceſſiue dum inferior in vno loco tantùm operatur, vt ſupra diximus quæſt. 10. art. 6. Ex quo facilè diluentur argumenta Banneſij dubio tertio in reſponſione ad ſecundùm. Coexiſtit tamen ea quietis duratio tempori noſtro, vt hìc obiciunt Caietanus, quem alij ſequuntur expoſitores, ac proindè coexiſtenter loquendo dici poteſt Angelus in tempore noſtro quieſcere.

D

E

Bannes

caietanus

Septimum eſt, poſſe Angelum in duobus inſtantibus ſui temporis immediatis ſeipſum diuerſis locis applicare ſucceſſiuè: ita vt ſecundùm inſtans coexiſtat vltimo inſtanti vnius horæ, primum autem coexiſtat toti tempori præcedenti: ſic autem formaliter menſura termini ad quem non comparatur ad menſuram termini à quo, vt inſtans ad tempus, vt opinantes in textu relati credidere dicentes, non dari vltimum inſtans termini à quo, ſed comparatur, vt inſtans ad inſtans; quoniam oportet aſsignare vltimum inſtans, in quo fuit in termino à quo, ſicut aſsignatur primum inſtans, in quo eſt in termino ad quem. Neq; dicetur Angelus in primo inſtanti coexiſtenti toti tempori vnius horæ quieuiſſe, vt aſſerebant prædicti, ſed propriè dicetur inchoaſſe motum, vt hìc aduertit Caietanus. Differt igitur opinio reiecta in duobus à ſententia D. Thom. Primum eſt; quoniam illa dicebat, menſuram propriam termini ad quem ſe habere ad menſuram termini à quo, vt inſtans ad tẽpus propriè, & formaliter loquendo: Hoc autem negat S. Doct. cui tamen non repugnat prædicta coexiſtentia temporis ad primum inſtans Angeli, & vltimi inſtantis temporis ad ſecundùm inſtans Angeli: Secundum eſt: Quoniam opinantes prædicti dicebant, Angelum in toto tempore immediatè præcedente quieuiſſe, quod eſſe impoſsibile probat S. Thomas.

Quomodo Angelus exiſtens in termino à quo dici poſſit quieſcere, vel moueri.

CVr autem Angelus in eo inſtanti vnius horæ tempori coexiſtente non dicatur quieuiſſe, rationem afferunt longè diuerſam Bannes, & Zumellus ab ea, quam ſignificat Caietanus in primo huius quæſtionis articulo circa reſponſionem ad primum argumentum D Thomæ. Dicunt enim, Angelum in termino à quo exiſtentem non quieſcere, eo quòd ſit in eo tantùm per inſtans, non autem in tempore: & D. Thomam contra prædictam opinionem ſic argumentari: Quod eſt in aliquo toto tempore ſcilicet tanquam in menſura, neceſſe eſt, vt quieſcat in ipſo tempore, ergo in vltimo inſtanti illius erit in eodem termino: nunquam tamen Doctorem Sanctum aſſeruiſſe, Angelum in tempore quieſcere in termino à quo: Caietanus autem in vtroque termino diſcreti motus Angelici duo conſiderat, ſcilicet fieri, & factum eſſe; Cum enim vterq; terminus naturam habeat inſtantaneæ mutationis, diſtingui poteſt, & debet vterq; in fieri, & factum eſſe, & quatenus (inquit) continet in ſe factum eſſe, non mouetur Angelus in eo, ſed qua ratione tantùm continet fieri, quia terminus à quo motus Angelici, nec rationem habet partis, nec termini à quo, niſi reſpectu ſuccedentis termini, ſicut nec ratio partis, aut termini motus conuenit termino ad quem, niſi per ordinem ad terminum à quo: Secundum tales autem reſpectus attenditur ſucceſſio terminorum, & conſequenter motus. Quatenus igitur in Angelo operante circa priorem terminum eſt actus permixtus potentiæ ad actum immediatè reducendæ circa poſteriorem terminum, dicitur Angelus in priori termino moueri, & eadem ratione dicitur in poſteriori termino moueri, quatenus priori ſuccedit, potentiam

Bannes. Zumellus

caietanus

Digitized by Google

tiam in eo debitam terminando. Cum enim motus hìc Angeli diſcretus ad genus pertineat entium ſucceſſiuorum, & ſit quidam numerus ſucceſſiuus ex inſtantaneis operationibus, veluti vnitatibus conſtans, & numerus quilibet ſucceſſiuus in ſuarum vnitatum ſucceſſione ſufficienter exiſtat, nec eas, ex quibus conſtat, vnitates poſtulet ſimul eſſe, ſed in actu duntaxat ſucceſſiuo, alioquin ad genus permanentium pertineret, ſatis dicetur etiam hic motus in ſucceſſione ſuarum vnitatum exiſtere: mouetur igitur Angelus in vtroq; termino prædicto modo conſiderato. Ex hac doctrina Caietani colligitur, Angelum poſſe in priori termino, ſiue loco dupliciter exiſtere. Vno modo abſolutè, & abſq; reſpectu ad alium aliquem ſuccedentem terminum. Alio modo cum reſpectu tendentiæ ad alium terminum, ſiue locum immediatè ſuccedentem. Si priori modo ſit Angelus in priori termino, non dicitur in eo moueri, nec motum inchoare ob iam dictam cauſam; quia motus hìc Angeli diſcretus, cum ſit natura ſua ſucceſſiuus, nec ſecundùm eſſe, nec ſecundùm inchoare poteſt intelligi, niſi cum habitudine ad ſuccedentem terminum, in qua conſiſtit ratio ſucceſſionis. Si verò ſit Angelus in loco cum reſpectu tendentiæ ad alium locum, iam dicetur, & inchoaſſe motum, & moueri.

Ad cuius euidentiam recolenda primò ſunt, quæ ſuprà diximus in art. 1. quæſtionis præcedentis de præſentia ordinis: cuius ratio præcipuè conſiſtit in vltimo practici intellectus iudicio, & electione voluntatis, ad quæ reliqua duo, nimirum indiſtantia ſubſtantiæ, & expeditio potentiæ videntur conſequi neceſſariò, quantùm ſatis eſt, vt Angelus prædicto modo ſit verè præſens: Operatur enim Angelus per ſui intellectus, & voluntatis imperium, ad quod proximè diſponitur per duos prædictos actus, iudicium, ſ. & electionem: per duos igitur hos actus ſatis erit Angelus indiſtans, immo loco proximus, & expeditam habebit agendi potentiam, quæ eſt ipſemet intellectus, & voluntas, quam liberè poteſt, cuicumq; loco voluerit, ſtatim applicare. Cum igitur Angelus operans in vno loco iudicat, & eligit in altero proximè, ſiue immediatè operari, dicitur in priori loco eſſe completè, in poſteriori verò inchoatiuè, ac proindè dicitur inchoare motum, & moueri: Per actum enim iudicij, & electionis conſtituitur in priori loco, ſine termino reſpectus ille tendentiæ ad ſubſequentem terminum, in quo ratio ſucceſſionis in motu intimè clauſa conſiſtit. Sicut igitur implicat eſſe motum Angeli ſine ſucceſſione, ita contradictio eſt aſſerere, motum Angeli diſcretum eſſe, aut inchoari abſq; prædictis actibus, iudicio ſ. intellectus, & electione voluntatis reſpectu termini ſubſequentis; Conſtituitur enim per hos actus in Angelo exiſtente in termino a quo ratio motus, ſiue proceſſionis, ac tendentiæ in terminum ad quem: & ſicut impoſſibile eſt ſecundùm ordinem ab auctore naturæ rebus inditum, aliquid eſſe factum abſque hoc quod eius fieri, ſiue factio præceſſerit, & nulla præcedente via, ſiue proceſſu acquiſiti-

Inchoatio motus diſcreti.

uo, aut deperditiuo terminum attigiſſe, ſic abſque prædictis actib. impoſſibile eſt, Angelum ab vno extremo in aliud extremum demigrare.

Et ſicut mobile corporeum exiſtens in termino à quo, & prædicta carens diſpoſitione dicitur quieſcere; ſic Angelus exiſtens in vno loco abſq; prædictis actibus dicitur in eo quieſcere; ſumitur enim hic quies pro negatione dictæ tendentiæ, quæ diſpoſitionem, & alteritatem quandam ſignificat in mobili reſpectu termini, ad quem mouetur: opponit enim quietem S.D. huic alteritati: Vanũ eſt igitur diſputare, num verè, ac propriè dici poſſit Angelus in loco quieſcere: Vis enim diſcurſus in eo tota poſita eſt, quod de ratione quietis eſt, vt quieſcens nõ aliter ſe habeat nũc, & prius, & ideo in quolibet nunc temporis menſurantis quietem, quieſcens eſt in eodem, in primo, & in medio, & in vltimo, & conſequenter quieſcere in toto tempore in aliquo, eſt eſſe in illo in quolibet inſtanti illius temporis: ſed de ratione motus eſt, vt id, quod mouetur, aliter ſe habeat nunc, & prius, &c. De quiete igitur hìc ſermo eſt, quatenus ſecundùm eam mobile non aliter ſe habet nunc, & prius, ſiuè propriè, ſiue minus propriè dicatur quies: conſtat autem, Angelum in vno loco exiſtentem abſq; prædictis actibus, iudicio ſcilicet, & electione operandi immediatè in alio loco non aliter ſe habere nunc, & prius, atq; ideo quieſcere in prædicto ſenſu: in quo etiam intelligenda eſt vniuerſalis illa propoſitio ex hoc diſcurſu deducta, videlicet: *Non eſt poſſibile, vt aliquid in toto tempore quieſcat in vno termino, & poſtea in vltimo inſtanti illius temporis ſit in alio termino*: ſed hoc eſt poſsibile in motu; quia moueri in toto aliquo tempore nõ eſt eſſe in eadem diſpoſitione in quolibet inſtanti illius temporis.

Quies Angeli.

His adde, quæ ſupra diximus ex Capreolo, & Ferrarienſi de receſſu Angeli à termino à quo; dicitur enim per poſitionem de præſenti, & negationem de futuro; quia ſ. nunc eſt in vno loco, & immediatè poſt hoc non erit in ipſo, ſed in alio: Cum autem conſtituatur Angelus in loco per actum imperij, præcedente iudicio intellectus, & electione voluntatis, non poterit Angelus dici recedere ex vno loco in ſenſu prædicto, niſi iudicium, & electionem habuerit operandi immediatè in alio loco; alioquin operari poſſet Angelus nullo præuio intellectus iudicio, & electione voluntatis, atq; ita non actiuè vitaliter, aut liberè in eo conſtitueretur, vel de loco recederet, aut localiter moueretur, ſed paſſiuè tantùm, ſicut cum diuina virtute dæmones alligantur, aut è loco pelluntur; ſed hoc eſt præter ordinem Angelis naturaliter congruẽtem, de quo eſt ſermo in hoc articulo.

Definitio quæſiti, opinionum conſenſus, et earũ cenſura.

EX dictis patet primò, an, & quo ſenſu moueatur Angelus in inſtanti, ſimpliciter. n. nõ eſt Angeli motus in inſtanti: Nã, vt hìc aduertit Bannes dubio tertio in reſponſione ad primũ argumẽtũ, licèt tẽpus diſcretũ non diſtinguatur materialiter à duob. inſtantibus, ex quibus veluti partibus

integratur, distinguitur tamen ab eis formaliter per formam illi propriam ex partium cõpositione resultatem: sicut oratio, quæ species esse dicitur quantitatis discretæ, & successiuæ ex syllabis, & dictionibus, vt partibus coalescit, nec vlli tamen syllabæ, dictioniue simplici forma congruit orationis, sed omnibus tãtum simul adunatis; sic itaque tempus Angeli discretum ex pluribus, veluti partibus, integratur instantibus, quibus tamẽ singulis non conuenit ratio, siue forma temporis, sed omnibus tantum simul iunctis. Dupliciter autem simul esse dicuntur hæc instantia, scilicet simultate immediationis, & simultate considerationis Metaphysicæ: quia temporis quidditatem apprehendit Metaphysicus, vt ex duobus illis instantibus, tanquam partibus integratam: Vnde cum Ferrariensi supra diximus, nomine motus Angeli discreti propriè intelligi transitum Angeli de termino à quo ad terminum ad quem; in quo includitur recessus à termino à quo per positionem de præsenti, & negationem de futuro immediatè, & accessus ad terminum ad quem per positionem de præsenti, & negationem de præterito immediatè, quæ duo necessariò requirunt instantia; vbi verò plura sunt instantia sibi succedentia, tempus esse necesse est, vt ante diximus. Dicitur tamen Angelus moueri, dum est in termino à quo non simpliciter, sed secundùm quid, siue secundùm partem motus iam existentem, & ad alteram, vt motus complementum, ordinatam.

Instantiũ simultas duplex.

Secundò patet, Ferrariensem, & Capreolum recte, & formaliter exposuisse sensum quæsiti, & cõclusionis præsentis articuli, Caietanum autem nodum attigisse, ac expressisse difficultatis, quam veterum induxit opinio, contra quam disputat hic Doctor Sanct. in textu. Est igitur præsentis quæsiti sensus: num transitus Angeli à termino à quo ad terminum ad quem prædicto modo sumptus instãti mensuretur, an tempore; cuius quæsiti difficultas in eo præcipuè posita est, vt sciamus, an mensura trãsitus Angeli de loco ad locum, ita se habeat, vt mensura acquisitionis termini ad quem se habeat ad mensuram existentiæ Angeli in termino à quo, vt instans ad tempus, prout asserebant veteres in textu relati, an verò se habeat, vt instans ad instans: Hanc enim difficultatem, vt præcipuam tractat Author in corpore, & in tertio argumento: in primo verò, & secundò, & eorum responsionib, alias quasdam proponit, ac definit, quæ minoris sunt notæ.

Ferrarien. Capreol. Caietanus

Tertiò patet, opinionum relatarum disfidia ex magna parte magis esse de nomine, quàm de re: Nam, si nomine motus recessum intelligamus à termino à quo, prout recessus dicit primum non esse termini à quo, certum est, Angelum in instanti, in quo est in termino ad quem, recedere à termino à quo. Præterea certum est, derelictionem termini à quo sumptam, prout dicit positionem de præsenti, & negationem de futuro, esse in instanti. Tertiò certum est, acquisitionem termini ad quem, prout dicit positionem de præsenti, & negationem de præterito immediatè, esse in instanti: Denique certũ est, simplicem loci acquisitionem ab Angelo factam, postquàm toto tempore præcedenti nusquã fuit, esse in instanti; constat autem, nulli prædictorum rationem motus, sed magis mutationis proprie conuenire. De his igitur mutationibus loqui videtur Zumellus dicens, esse probabile, Angelũ, quando simul deserit totum aliquem locum, mutare locum in instanti, si non transit per medium, & Rada in 2. 4. & 5. dicto, & Molina in 2. & 4. & Albertinus in 2. 4. & in alijs, præterquàm in sexto, ex quibus falsò quintum imponit Diuo Thomæ, & octauum Caietano. Et eodem modo intelligendũ est dictum vltimum Vasquezij, & primum, & secũdum Caietani. Denique patet, multos ex prænominatis authoribus, ac præsertim Albertinum, & Radam non percepisse mentem Diui Thomæ, & Caietani.

Zumellus. Rada. Molina. Albertin. Vasquez.

Postremò ad memoriam reuocanda est doctrina D. Thomæ in quæst. præcedente, artic. 2. de excellentia virtutis Angelicæ supra locum, addita libertate, propter quam, nec loco commensuratur, nec eius legibus alligatur, ex qua deduximus ibi, posse Angelum se minori, ac minori loco vsque in infinitum semper applicare: Et ex eadem radice sequitur, eiusdem Angeli motum ad nullum determinari gradum velocitatis in summo, cui maioris gradus ab eo fieri non possit additio: Loquimur autem de velocitate coexistenter ad tempus nostrum, non secundum hanc, vel illam Angeli operationem, sed absolutè: potest enim Angelus magnum aliquod spatiũ successiuè illuminando partem post partem in eo velocius, ac velocius semp moueri, ita vt nullus possit vltimus assignari gradus velocitatis Angelo possibilis: quod etiam videtur asserendum de motu illo Angeli, quo successiuè diuersa corpora tangit impellendo; ex excellẽtia namque virtutis Angelicæ supra locum, & corpus, propter quam est a loci legibus absolutus, addita libertate, necessariò sequitur, nullam eius motui certam posse determinari velocitatem; Hæc .n. nec ex parte virtutis Angelicæ, nec ex parte effectus per eam producti certo potest aliquo termino definiri: illuminatio enim singularium partium instantanea est, impulsio etiam singulorum corporum, vel est instantanea ex parte Angeli, siue quatenus est virtutis impressio; vel, si tempori nostro coexistit, minori semper, ac minori poterit respondere ob dictam virtutis Angelicæ excellentiam, & libertatem.

Velocitas motus Angelici.

Postquam enim suam vni loco virtutem applicauit, potest cuicunque loco, & quandocunque voluerit applicare, ita vt designata quacunque temporis mora inter applicationem priorem, & posteriorem possit semper esse minor, & minor vsque in infinitum, & ex hoc elucet falsitas tertij dicti Vasquezij.

Vasquez dictum refellitur.

Conclusiones deductæ, & probatæ.

PRima concl. Non est possibile, vt aliquid in toto tẽpore præcedenti quiescat in vno termino, & postea in vltimo instanti illius temporis sit in alio termino.

So-

Secunda concluſio: Quando tranſit Angelus à termino à quo ad terminum ad quem, non pertrãſito medio, ſiue quando tranſit ab vna ſphæra in aliam ſphæram proximam, non mouetur in inſtanti, ſed in tempore.

Tertia concluſio: Angelus quieſcens in toto aliquo tempore neceſſariò quieſcit vſque ad vltimũ terminum intrinſecum illius temporis incluſiuè.

Quarta concluſio: Tranſitus Angeli de loco ad locum, prout ſolam termini à quo derelictionem ſignificat, aut ſolam termini acquiſitionem modo ſuperius expoſito, fit in inſtanti.

Quinta concluſio: Tranſitus Angeli de loco ad locum, prout dicit ſimul derelictionem termini à quo per vltimum eſſe, & acquiſitionem termini ad quem per primum eſſe, neceſſariò fit in tẽpore.

Vltima concluſio: Angelus poteſt in breuiori, ac breuiori tempore moueri vſque in infinitum. Hæc eſt Capreoli in 2. diſt. 6. q. 1. ad tertium contra ſecundam concluſionem.

Capreol.

Argumenta, & ſolutiones.

Scotus. Molina. Rada

CONtra primam concluſionem argumentatur Scotus, & poſt eum Molina, & Rada. Primò: Si eſſet vera hæc concluſio, ſequeretur, quod ſubſtantia panis, quæ quieſcit in toto tempore prolationis verborum conſecrationis eſſet etiam ibi in vltimo inſtanti prolationis, & tunc vel non erit corpus Chriſti in vltimo inſtanti ſub accidentib. vel ſimul erit cum pane: quodlibet autem horum eſt à veritate omninò alienum, & fidei repugnans.

Capreol.

Reſpondetur primò cum Capreolo, ſubſtantiã panis non quieſcere toto tempore prolationis verborum: nam diſponitur per motũ ſacramentalem, per verborum, ſcilicet prolationẽ, cuius prolationis, vt cuiuſdam motus conuerſio eſt terminus; ita vt in toto tẽpore prolationis verborũ fit panis, in vltimo aũt eius inſtanti fit corpus Chriſti. Secũdò reſpondetur cũ Caietano, hic ſermonẽ non eſſe de poſſibili, aut impoſſibili logico, & reſpectu diuinæ potentiæ, ſed de poſſibili Phyſico, & ſecundùm ordinem rerum naturalium; tranſubſtantiatio aũt non eſt ſĩm rerum ordinem naturalem, ſed eſt opus miraculoſum. Deinde reſpondet Caietanus, tranſubſtantiationem nullam habere quietem oppoſitam; quia non eſt motus. Poſtremò dicitur cum Bãneſio, & Zumello, concluſionem intelligendam eſſe, quando id, quod quieuerat tempore præcedente, manet: at verò panis, aut eius materia in inſtãti conuerſionis non manet, ſed tota ſubſtantia, & ſingulæ partes conuertuntur in corpus Chriſti.

Caiet.

Bannes. Zumell.

Molina.

Contra ſecundam reſponſionem inſtat Molina. Quia, quamuis tranſubſtantiatio ſit ſupernaturalis, eiuſmodi tamen eſt, vt ſuaptè natura à Deo producatur in inſtanti, nullo præuio motu: & eadem eſt ratio de illuminatione prima, qua Sol illuminauit, quæ præſupponit creationem Solis, quæ à ſolo Deo potuit eſſe immediatè: ergo non repugnat, aliquam mutationem eius eſſe naturæ, vt fiat in inſtanti, nullo motu, cuius ſit terminus, præcedente. Eandem reſponſionem arguit Rada. Primò: Quia concluſio ſĩm mentem D. Tho. eſt abſolutè, & vniuerſaliter intelligenda in quibuſcunque terminis ſimilibus. Secundò: Quia materia prima, quæ via naturali toto aliquo tempore ſub vna forma quieſcit, in vltimo inſtanti eſt ſub oppoſita. Denique ſecundam Caietani ſolutionem impugnat: Quia, licèt tranſubſtantiatio non habeat oppoſitã quietem, cum non ſit motus, tamen accidentia panis verè quieuerunt in pane toto tempore præcedẽte, & in vltimo inſtanti illius non ſunt in pane, nec panis ſub eis, ſed corpus Chriſti.

Rada

Reſpondetur ad argumentum Molinæ, dupliciter intelligi poſſe, tranſubſtantiationem ſuaptè natura in inſtanti produci; Vno modo, vt dictio illa *ſuaptè natura* denotet rerum ordinem naturalem, ideſt ipſam tranſubſtantiationem, veluti pertinentem ad rerum ordinem naturalem: ita vt affirmet ſĩm talem ordinẽ ipſam fieri in inſtanti, & ita antecedens implicat contradictionem; Si enim tranſubſtantiatio ſupernaturalis eſt, iam non eſt pertinens ad ordinem rerum naturalem. Alio modo dictio illa *ſuaptè natura* ſumi poteſt, vt ſignificet, trã ſubſtantiationem, prout efficitur ab infinita Dei potentia, eius eſſe naturæ, vt ſit inſtantanea: & ita propoſitio eſt per ſe nota: res enim quælibet eam habet naturam, quam ex diuina virtute, ſiue ſecundùm rerum ordinem naturalem, ſiue ſupra rerum ordinem operãte ſortita eſt: & in eodem ſenſu admittitur conſequentia ſimul cum conſequente, qđ noſtræ concluſioni non eſt aduerſum, quam diximus eſſe intelligendam ſecundùm ordinem rerum naturalem. De illuminatione verò dicemus ad ſequens argumentum principale.

Ad primum Radæ negatur antecedens, quod nec ab eo probatur. Ad ſecundum negatur etiam antecedens; aliud eſt enim materiam toto aliquo tempore eſſe ſub aliqua forma, & in vltimo inſtanti illius eſſe ſub oppoſita, quod verum eſſe docet Caietanus, & ipſa probat experientia, & aliud eſt, materiam, toto aliquo tempore quieſcere ſub vna forma, & in vltimo inſtãti eſſe ſub oppoſita, quod hac prima concluſione negamus ſecundùm rerum ordinem effici poſſe cum D. Thoma, & Caietano. Ad vltimum contra ſecundam reſponſionem Caietani negatur aſſumptum; non enim propriè dicuntur illa accidentia quieſcere, ſicut nec dicuntur moueri, quando deſinunt inhærere ſubiecto. Secundò dico, accidentia non quieſcere, quia diſponuntur extrinſecè motu verborũ ſacramentali ad nouum, & miraculoſum eſſendi modum.

caieta nus

Scotus. Molina. Rada.

Secundo arguit Scotus, & poſt eum Molina, & Rada: Si vera eſt concluſio, ſequitur, aerem, qui p tempus aliquod fuit tenebroſus, in vltimo etiam illuminationis inſtanti eſſe tenebroſum. Et, ſi dicas, illuminationem illam eſſe terminum motus localis, quo Sol ſit præſens medio: Contra. Primò: Ponatur Sol creatus de nouo, & medium præexiſtens, tunc, quamuis cum vbi terminante motum localem concurrat illuminatio medij à Sole ſic facto præſente, tamen illa illuminatio non eſt per ſe terminus motus localis, ſed aliquod vbi acquiſitũ ipſi ſoli. Secũdò: Ex hoc non euaditur, quin ex parte ſubiecti aer toto tempore verè quieuerit, & tamen in vltimo inſtanti aliter ſe habeat.

Reſpondetur cum Caietano, & Capreolo, nullã A
eſſe conſequentiam: quia illuminatio eſt terminus motus localis. Ad primum autem argumentum contra reſponſionem hanc, dico, de illuminatione dupliciter nos loqui poſſe: Vno modo abſolutè, alio modo, vt noua eſt: illuminatio abſolutè ſumpta per accidens terminat motum localem; cõſtat enim partes ſolari corpori propinquas abſq; vllo Solis ad eas acceſſu, vel ab eis receſſu perpetui luminis eſſe participes: Illuminatio verò noua, de qua ſola hìc loquitur S.D. & quæ ſola ad rem propoſitam pertinet, eſt per ſe ſecundò terminus motus localis ſecundùm ordinem rerum naturalem. Ad ſecũdum dico, licèt aer toto illo tempore, quo B
ſolis caret præſentia, dici poſſit quieſcere ſecundũ eſſe abſolutum, non tamen verè quieſcit ſecũdùm eſſe relatiuum ad ſolem continuò appropinquantem; variatur enim continuè in ordine ad ipſum ſecundùm eſſe propinquum, aut diſtans, vt hìc erudìtè probat Caietanus.

Sed inſtat Rada nihil afferens noui, niſi verba. Rationes aliquid habentes coloris ſunt: Prima: Quia tunc, quieſcens ſub frigiditate per horam dicetur non quieſcere, quia continuè mutatur ſub alio, & alio reſpectu ad ignem, ſi ignis diſtet à frigido per milliare, & continuò ſibi appropinquet. Probat ſequelã: Quia tunc frigidũ eſſet ſub alio, & C
alio reſpectu ad ignẽ, ac per conſequens non quieſceret. Secũda rõ eſt: Tam diù. A. quieſcit ſub albedine, vt octo, quamdiù ſtat ſub illa, & non dicitur non quieſcere per quẽcunq; nouũ reſpectũ ſibi aduenientẽ; ergo ſimiliter aer tãdiu quieſcit ſub tenebris, quãdiù ſtat ſub illis, quãuis continuè aliter, & aliter ſe habeat ad ſolem ſibi appropinquantẽ.

Reſpondetur, magnam eſſe differentiam inter lumen, & cæteras formas, quæ termini ſunt alterationis; nam priuatio lucis non radicatur in aliqua forma luci contraria, ſed in ſolo reſpectu abſentiæ, vel diſtantiæ inter diaphanum, & luminoſum: aliarum verò formarum priuationes, putà caloris, & albedinis in earum contrarijs, nimirum frigiditate, & nigredine radicantur: & ex hac, alia ſequitur differentia: Nam in tranſmutatione ſubiecti ſecundùm eas formas, quæ termini ſunt alterationis, ſubiectum ipſum aliter, & aliter ſe habet ſecundùm ſeipſum, ideſt per motum, & formæ acquiſitionem in eo receptam: in tranſmutatione verò diaphani ad eſſe illuminatum, nullus ex parte diaphani motus interuenit, ſed motus ſufficit accedentis corporis illuminãtis, cuius reſpectu continuè aliter, & aliter ſe habet diaphanum ſecundũ eſſe tenebroſum; atq; ideò propriè loquendo, diaphanum, abſente, ac moto localiter verius eum luminari, nec moueri dicitur, nec quieſcere ſub tenebra, ſed ipſam habens tenebram fit ex alterius motu continuè aliter, & aliter ſe habens ſecundùm eſſe relatiuum, veluti viam, ſeu diſpoſitionem, aut conditionem ducentem ad excluſionem tenebræ, & adeptionem luminis.

Ad primam igitur inſtantiam Radæ negatur ſequela. Ad eius probationem negatur illatio ob differentiam aſsignatam inter lumen, & cæteras formas prædictas: & eodem modo ſecunda diluitur obiectio: falſa eſt enim conſequentia. Vt enim, A. dicatur non quieſcere ſub albedine, non ſufficit variatio reſpectiua ex alterius abſoluta variatione reſultans, ſed neceſſe eſt, A. in ſeipſo variari ſecundùm aliquod eſſe abſolutum, eo quòd priuatio remouenda radicetur in forma contraria illi formæ, quæ eſt introducenda.

Contra eandem concluſionem argumentatur Molina. Molina: Motus poteſt eſſe in toto aliquo tempore, & tamen non eſt in inſtantibus terminantibus; ergo poteſt aliquid quieſcere in toto aliquo tempore, & non in inſtanti terminante, mutarique in illo mutatione inſtãtanea. Antecedens probatur: Quia motus in altero termino incipit per vltimum ſui non eſſe, atq; ideò in eo non eſt, in altero verò deſinit per primum ſui non eſſe, & ideò in eo non eſt. Conſequentia verò probatur: Quoniam, vt aliquis dicatur quieſcere toto aliquo tempore, ſatis eſt, ſi in qualibet illius parte proportionali quieſcat, habeatq; ſe eodem modo, nec eſt neceſſe, vt quieſcat, quod habeat ſe eodem modo in inſtanti terminante; quoniam hoc inſtans non eſt pars quantitatis illius temporis; ergo.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam. Ad eius probationem negatur aſſumptũ. Eſt enim manifeſta differentia inter motum, & quietem, quod in motu ſemper eſt mobile in alio, & alio loco, nec duo poſſunt inſtãtia, ſiue media, ſiue extrema deſignari, in quibus mobile ſit in eodem loco, quia de ratione motus eſt, vt id, quod mouetur, aliter ſe habeat nunc, & prius, ac proindè moueri in toto aliquo tempore eſt eſſe in alia, atque alia diſpoſitione in quolibet illius temporis inſtanti, vt ait in littera S.D. De ratione verò quietis eſt, vt quieſcẽs non aliter ſe habeat nunc, & prius, & ideò in quolibet nunc temporis menſurantis quietem, mobile quieſcens eſt in eodem loco, & in primo, & in medio, & in vltimo temporis inſtanti, in quo tamen, D
ſicut non eſt quies, ita neque motus. Qui latiorem deſiderat huius argumenti confutationem, legat Banneſium dubio primo, & Zumellum quæſt. 2. vtrumque in ſecundo, & tertio notabili, & Albertinum pag. 264. concl. 2. Banneſ. Zumellus.

Contra eandem concluſionem argumentatur Albertinus. Ratio, propter quam mobile corporeum quieſcens toto tempore vnius horæ non poteſt in vltimo inſtanti terminatiuo illius aliter ſe habere, ſeu mutari, eſt: quia, ſi mutatio mobilis, prius quieuit, non eſt terminus alicuius motus precedentis, neceſſariò debet eſſe ſucceſsiua, atque ideò mobile quieſcens toto tempore non poteſt aliter ſe habere in vltimo inſtanti; at hæc ratio ceſſat in Angelo toto aliquo tempore quieſcente; ergo non neceſsitatur Angelus ad quieſcendum vſq; ad vltimũ inſtans terminatiuũ intrinſecũ illius tpis, ſed in inſtanti intrinſeco poterit moueri localiter. Albertin.

Reſpondetur, falſam eſſe minorem, vt latè ſuperius oſtendimus; & magis patebit ex dicendis. Alia eiuſdem authoris argumenta cum iam ſolutis coincidunt.

Contra eandem concluſionem argumentatur

Vaſ-

Vaſquez: Licèt omnis quies, quæ præcedit motũ
A cis Angelum fuiſſe vltimò in termino à quo, in al-
ſucceſſiuum, duret per tempus, & habeat vltimũ
tero verò fuiſſe primò in termino ad quẽ, mediat
eſſe in vltimo quodam inſtanti, non eſt tamen de
aliquid temporis noſtri, vel nihil. Non dabis pri-
ratione quietis habere vltimum eſſe: ergo non re-
mum: quia tunc ſequeretur, inſtantia illa non eſſe
pugnat, Angelum eſſe in vno loco per tempus vſq;
immediata; quandoquidem inter illa mediaret tẽ
ad primum non eſſe, in quo per primum eſſe inci-
pus, tu autem dicis, illa eſſe immediata. Præterea
piat in alio loco eſſe; ergo non debuit S. Thom. vt
ſequeretur, Angelum in tempore illo intermedio
probaret inceptionem motus ſequentis, aſſumere
mutari; cuius contrarium tu affirmas, cum dicas,
deſitionem quietis præcedentis. Antecedens pro-
ſolum mutari in illis duobus inſtantibus. Sequela
batur: Quia non implicat contradictionem, vt mo
probatur: Quoniam Angelus iam tunc non eſſet
bile aliquod ſit ſub aliqua forma per tempus, &
ſub termino à quo: alioquin inſtans illud datum
deſinat eſſe ſub illa per primum non eſſe, & per pri
temporis diſcreti non fuiſſet vltimum eſſe Angeli
mum eſſe ſit ſub forma ſequenti, atque ita idem
ſub termino à quo: ſtatim autem, ac Angelus non
inſtans ſit primum eſſe formæ ſequentis, & primũ
B eſt in termino à quo, mutatur. Quod ſi des ſecun-
non eſſe præcedentis, vt in tenebris ex illumina-
dùm, nihil videlicet mediare temporis noſtri, ſe-
tione fit: ergo quies ex ſe non poſtulat terminari
quitur, Angelum correſpondendo tempori noſtro
vltimo eſſe, ſed iuxta inceptionem formæ ſequen-
non poſſe eſſe vltimò in termino à quo, & primò
tis, vno, & alio modo terminari poteſt. Conſequen
in termino ad quem, ſed deueniendum neceſſariò
tia verò probatur: Nam quies vno, atque alio mo-
ſit ad inſtans, in quo fiat tranſitus ab vno termino
do ex ſe deſinere poteſt, & varij modi, quibus deſi
in alium, atque adeò in quo mobile primò ſit in
nere poteſt quies, ex vario modo inceptionis for-
termino ad quem, & primò non ſit in termino à
mæ ſequentis pendent, vt probatum eſt.
quo. Probatur ſequela: Quia correſpondenter tem
pori noſtro duo quædam immediata quoad du-
Reſpondetur primò, falſum eſſe, quietem omnẽ
rationem non poſſunt ita eſſe affecta, vt vnum de-
habere vltimum eſſe in vltimo quodam inſtanti;
ſinat per vltimum ſui eſſe, & alterum incipiat per
quia, ſicut motus incipit per vltimum non eſſe, &
primum ſui eſſe. Probatur aſſumptum: Eo quod
deſinit per primum non eſſe, ita quies incipit per
C in tempore noſtro non dentur duo inſtantia im-
vltimum non eſſe, & deſinit per primum non eſſe:
mediata.
ita vt inſtans medium inter quietem, & motum:
nec motui, nec quieti ſit intrinſecum, neo in eo ſit
Reſpondetur, inter extrema diſcreti temporis
Bannes. Zumellus quies, aut motus, ſed inceptio vnius, & alteri⁹ deſi
inſtantia nihil mediare temporis noſtri. Ad argu-
tio, vt hic adnotat Bannes, & Zumellus: Nec S. D.
mentum aduerſus hanc partem negatur ſequela.
affirmat, mobile quieſcens in toto aliquo tempo-
Ad cuius probationem negatur aſſumptum, lo-
re in vltimo etiam illius inſtãti quieſcere, ſed ait,
quendo de duobus, quorum propria menſura al-
illud eſſe in eodem in primo, medio, & vltimo. Se-
tior eſt tempore noſtro. Ad cuius probationem ne
cundò dico, nullam eſſe conſequentiam: nam eius
gatur illatio. In ijs enim dumtaxat validæ ſunt cõ
oppoſitum ſequitur euidenter ex illo antecedente.
ſequentiæ, quæ tempore, veluti menſura propria
Tertio dico, D. Thomã hìc non loqui de inceptio-
menſurantur, non autem in ijs, quæ ſub altiori re-
ne motus, ſed de motu ipſo formaliter. Quartò di-
guntur menſura, quæ tempori ſub ipſa labenti coe
co, aliam eſſe rationem inceptionis formæ, & ince
xiſtat: Conditiones enim, & modi rei menſuratæ,
ptionis motus, illa enim incipit per primum eſſe,
D ſecundùm quas menſuræ ſubijcitur, ex ordine tan
hic autem per vltimum non eſſe: exemplum autẽ
tùm ad propriam menſuram ſunt iudicandæ, ac
illuminationis non eſt ſimile, quia motus non eſt.
rei tribuendæ; quales ſunt habere primum, aut vl
timum eſſe, habere continuitatem, aut eſſe diſcre
Caietan. Bannes. Zumellus Contra eandem concluſionem ſunt argumen-
ta, quæ proferunt, & ſoluunt Caietanus, & Bannes
tum, habere medium aliquod diuiſibile, aut indi-
dubio primo, & Zumellus quæſt. 2.
uiſibile, vel eo carere: conſtat autem operationes,
ac motus Angeli diſcretos non hoc noſtro commu
Contra ſecundam concluſionem argumẽtatur
ni continuo, ſed longè nobiliori, diſcretoq; tem-
Molina. Molina. Primò: Quando mobile eſt in termino à
pore menſurari. Et ex his diluuntur etiam ſimi-
quo, non mutatur, ſed ſolum, quando acquirit ter-
lia quædam argumenta Radę, qui, cum ſenſum nõ
minum ad quem: ergo in vltimo eſſe Angeli in ter
perceperit D. Thomæ, neque Caietani, fruſtra ver
mino a quo non mutatur, ſed ſolùm in primo eſſe
ba multiplicat, & aerem verberat.
illius in termino ad quem; ergo non mutatur in tẽ
pore illo diſcreto, ſed in inſtanti vltimo eius.
Contra eandem concluſionem argumentatur
Albertinus ex illa regula Peripatetica, quam ex-
Reſpondetur Angelum, propriè, ac ſimpliciter
E plicat Caietanus ſupra quæſt. 45. artic. 5. circa re-
loquendo, non mutari, neque dum eſt in termino
ſponſionem ad tertium argumentum D. Thomæ;
a quo, neque dum acquirit terminum ad quem,
ſic igitur arguit: Quando ſunt duo extrema ſeſe
ſed eius motus conſtat ex receſſu termini à quo, &
habentia, vt, quantum minuitur de vno, tantùm
acquiſitione termini ad quem ſimul acceptis, mõ
creſcat de altero, ſi ponatur vnum diminui vſque
ſuperius expoſito: falſum eſt igitur antecedens.
nõ gradum, alterum creſcit ſupra omnem gradũ,
ideſt in infinitum. At ita ſe habent mobile, & velo
Secundo: Singulis illis inſtantibus aliquid pro-
citas motus, vt, quantùm minuitur de totali reſi-
culdubio reſpondet temporis noſtri, quod vnicui-
ſtentia mobilis, ſiue intrinſeca, ſiue extrinſeca, tã-
que eorum ſit adæquatum. Aut ergo inter vtrum-
que inſtans temporis diſcreti, in quorum altero di

Digitized by Google

tùm creſcat de velocitate motus; ergo, ſi ponatur reſiſtentia mobilis diminui, vſque ad non gradũ, ita vt ſublata ſit totalis reſiſtentia ex parte mobilis, quod quidem tunc eſt, quando mobile tranſcẽdit ad ordinem ſuperiorem, ſcilicet ſpiritualem, in quo eſt Angelus, tunc, quia Angelus in hoc caſu, nec habet reſiſtentiam intrinſecam, quæ oritur ex extenſione mobilis, (eſt enim ſpiritualis) nec extrinſecam, quia corpulentia ſpatij non reſiſtit mobili ſpirituali, nã poteſt eſſe, vbi eſt aliud corpus, ſequitur ex regula aſsignata, quod velocitas motus in Angelo, quæ eſt ad aliud extremum, creſcat ſupra omnem gradum, quod eſt inſtans temporis Angelici: nec aliud eſt hoc argumentum ab argumento primo D. Thomæ.

Reſpondetur primò, falſum in argumento ſupponi, videlicet Angelum eſſe mobile proprie, ac per ſe motu locali, prout eſt corporum, cuius oppoſitũ probauimus quæſtione præcedente artic. primo; Non enim Angelus ita mouetur, vt ſit ſubiectum vbi, ſed moueri dicitur, quia ſucceſsiuè contingit diuerſa loca, quod eſt æquiuocè moueri reſpectu corporis; atque ideo nullius efficacitatis eſt argumentum, quod procedit ex remotione reſiſtentiæ mobilis motu corporũ. Secundò dico; Angeli motum nihil aliud eſſe, quàm diuerſos contactus diuerſorum locorum ſucceſsiuos, qui passiuè ſumpti, prout ſcilicet recipiuntur in locis, ſiue corporibus, in eodem eſſe ſimul inſtanti cum ſucceſsione non poſsunt, ſicut nec partes motus localis ob extenſionem mobilis in eodem inſtanti valent exiſtere; habet enim extenſionem ea magnitudo, quam ſucceſsiuè contingit Angelus, cuius etiam effectus in eadem extenditur: Nec ſingulos ſuæ virtutis contactus poteſt Angelus explere per ſingula noſtri temporis inſtantia, cum ex parte corporum, ſiue locorum nihil aliud ſint plures Angeli contactus, quàm diuerſi motus, aut diuerſæ partes vnius integri motus ſiuè localis, ſiue alterationis. Quæ partes ſingulæ motus quidam ſunt, ac proinde fieri per inſtans minimè poſsunt. Et hoc eſt, quod ait S. D. ad primum dicens: *Si verò ſit cõtinuum* (ſcilicet tempus) *eſt quidem proportionabile* (ſcilicet, ad tempus, quod menſurat motum corporalium,) *non quidem propter proportionem mouentis, & mobilis, ſed propter proportionem magnitudinum, in quibus eſt motus.* Tertiò dico, poſſe motum Angeli non eſſe continuum, ſed diſcretum; & tũc non fiet in vno inſtanti ſolo, ſed in pluribus vnum quoddam tempus diſcretum integrantibus, cuius nulla proportio eſt ad commune tempus. Quartò dico cum D. Thom. velocitatem motus Angeli nõ eſſe ſecundùm quantitatem ſuæ virtutis, aut ſubſtantiæ, ſed ſecundùm determinationem ſuæ voluntatis. Ad argumentum igitur negatur minor, loquendo de tali mobili, quale eſt Angelus. Præterea dico, Angelum ſumptum cum ſua ratione locandi, prout recipitur in loco, eſſe quantùm, & ſic habere reſiſtentiam intrinſecam.

S. Thom.

Scotus. Rada.

Contra tertiam concluſionem arguit Scotus, & poſt eum Rada: Si Angelus quieſcens in aliquo toto tempore, non poteſt moueri in vltimo inſtanti illius, ſequitur, quod nunquam poſtea moueretur, nec in tempore continuo, nec in tempore diſcreto. At conſequens eſt abſurdum, ergo, & antecedens. Probat ſequelam: Quia, ſi accipimus aliquam tẽporis partem, in qua quieſcit, neceſsum erit dicere, quod in vltimo inſtanti illius non eſt Angelus mutatus iuxta propoſitionem D. Thomæ, ergo nõ poteſt aſsignari, quando moueatur.

Reſpondetur, aliud eſſe loqui de exiſtentia Angeli toto aliquo tempore in aliquo loco, & aliud de eiuſdem Angeli quiete in eodem loco. Nam, ſi de exiſtentia ſermo ſit, neganda eſt conſequentia, & ad eius probationem dico, nullam eſſe conſequentiam, vt benè probat Caietanus, quia neceſse non eſt, vt, ſi quid tale eſt in priori menſura, perſeueret tale in poſteriori: ſic igitur Angelus exiſtens toto aliquo tẽpore, coexiſtenter loquendo in priori loco, poteſt eo toto tempore, ideſt in priori inſtanti Angelico toti illi tempore coexiſtente motũ inchoare, & in vltimo illius inſtanti eſſe in alio termino; ita vt motus Angeli, eius eſſe complectatur in vtroque termino, ſitque formaliter tranſitus ex vno termino in alium, modo ſuperius explicato: Et quamuis hæc duo inſtantia temporis Angelici ſint immediata, & primum toti tempori correſpõdeat, ſecundùm autem inſtanti temporis, non tamen ſequitur, vt deducit Rada, inſtans noſtri temporis eſſe immediatum inſtanti, ſed tempori: id autem ſequeretur, ſi poneremus primũ etiam inſtans Angelicum inſtanti noſtri temporis reſpondere. Si verò de quiete ſermo ſit, dicendum eſt, Angelum toto aliquo tempore quieſcentem in vno loco, non poſſe in vltimo illius inſtanti eſſe in alio loco: & quia durante quiete nõ inchoatur motus, idcirco nunquam moueri poterit Angelus, niſi remota quiete per iudicium practicum vltimum intellectus, & electionem voluntatis dẽ operando in alio loco; quos actus habere pro libito poteſt Angelus exiſtens in priori loco, nec Angelus toto aliquo tempore nunquam exiſtens poteſt in vltimo eius inſtanti in loco conſtitui, niſi præuijs iam dictis actibus; Nec tamen dicitur Angelus in illo vltimo inſtanti moueri, vt arbitratur Rada, ſed locũ acquirere, vt ait Caietanus. Et ex ijs alia diluuntur argumenta eiuſdem authoris obiecta contra Caietanum.

Motu terminos.

Caiet.

Contra eandem concluſionem ſunt argumẽtati quæ referunt, & ſoluit Capreolus in allegata quæſtione 1. Bannes dubio 3. Zumellus quæſt. 3. & alij recentiores ſuper hoc articulo.

Capreol. Banes. Zumellus.

Contra vltimam concluſionem argumentatur Vaſquez. Impoſsibile eſt, virtutem finitam, & determinatam eſſe, & non habere effectum velocitatis determinatum; ergo nõ poteſt Angelus breuiori, ac breuiori tempore moueri vſque in infinitum. Antecedens probatur: Quoniam ideò potentia Dei eſt infinita, quia mouere poteſt velocius, & velocius in infinitum.

Vaſquez.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens, quando velocitas motus ſimpliciter, eſt eius gradus, ſiue modi non ex maiori quantitate virtutis, ſed ex virtute præciſè, prout eſt ſuperioris ordinis, & ex libero

Digitized by Google

bero voluntatis vſu dependet, ſicut in propoſito: Nam, quemadmodum ex ſuæ virtutis excellentia loci legibus non allegatur Angelus, vt motu continuo neceſſariò moueatur, ſed poteſt ab extremo, ſi voluerit, ad extremum tranſire, relicto medio, ſic pro libito poteſt tarda, aut veloci ſucceſſione, corporis, ſiue loci partes ſua virtute contingere. Ad probationem autem antecedentis negatur ſequela: quia velocitas illa motus, qua probatur infinitas diuinæ potentiæ, ad motum pertinet vnius mobilis corporei ſemper velocius, ac velocius moti motu corporis: Hæc autem velocitas Angelici motus non eſt, qua corpus aliquod vnum velociùs, ac velociùs moueatur vſque in infinitum, ſed eſt velocitas motus per ſe ipſius Angeli, qui nihil aliud eſt, quàm diuerſi contactus ſucceſſiuè diuerſorum locorum, ſiue corporum liberè exerciti ab Angelo à loci, ac temporis noſtri legibus abſoluto; atque ideo, ſicut ſucceſsio, ſic, & ſucceſſionis modi, nimirum continuitas, & diſcretio, tarditas, ac velocitas in quouis gradu liberæ ſubeſt Angeli voluntati, vt propriæ, ac per ſe primò cauſæ.

Albertus. Albertinus eodem ferè modo diluit argumentum, pag. 274. dicens, virtutem hanc Angeli, vt sèper velocius moueatur, non oriri ex perfectione maiori Angeli, ſed ex ſpiritualitate præcise, vt ſuperioris ordinis cauſa, atque ideo calculationem ibidem tactam ceſſare.

Secunda Controuerſia.

De veritate ſecundæ, & tertiæ concluſionis D. Thomæ: An ſcilicet in Angelis ſit duplex tempus, ſcilicet continuum, & diſcretum à tempore noſtro diſtincta, & an ſit vnum tantùm continuum, & vnum tantùm diſcretum, vel plura.

Sententiæ Doctorum.

PRæter ſententias de durationum, ſiue rerum durantium menſuris: quas ſupra quæſtione 10. art. 5. contr. 2. recenſuimus, quatuor adhuc de menſuris operationum Angeli, tam immanentiũ, quàm tranſeuntium ſuperſunt referendæ, & examinandæ, vt propoſitæ controuerſiæ veritas illuceſcat. Prima eſt Suarezij, qui diſp. Metaph. 50. ſect. 8. num. 7. duo dicit. Primum: Angelorum motus locales continui, qui in ipſis Angelis exiſtunt, durationem habent intrinſecam ſpiritualem ſucceſſiuam, quæ tempus immateriale nuncupatur. Secũdum: Idem tempus cerni poteſt in quadam mutatione ſucceſſiua ſpiritualis intenſionis, ſeu augmẽti, quod inueniri poteſt in actibus intellectus, & voluntatis Angelicæ, quæ pro ſua libertate poteſt intenſius, & remiſsius operari, ſect. autem 11. nu. 6. & 7. ait contra D. Thomam, motus Angelorum ſpirituales nullum habere tempus, quo propriè menſurentur. Et num. 8. docet, motum, ſiue ſucceſſionem Angelorum diſcretam nullo diſcreto, vel continuo tempore menſurari, ſed vnitate tantùm repetita: ſicut omnis numerus per vnitatem menſurabilis eſt.

Suarez.

Secunda eſt Albertini: qui duo dicit. Primum: Tempus noſtrum, & tempus, quo menſuratur motus continuus, & ſucceſſiuus Angeli, non differũt eſſentialiter. Secundum: Tempus noſtrum differt accidentaliter à tempore, quo menſuratur motus continuus, & ſucceſſiuus Angeli, & hoc tantùm voluit dicere Sanctus Thomas. Eſt autem hæc duplex differentia. Prima: Quia motus inferiorum dependent à motu cœli, tanquàm à menſura per ſe in ratione menſuræ, non ſolùm: quia ex eo eſt certitudo cognitionis, ſed etiam, quia ſimplicior eſt, & eius exemplar; motus autem Angeli, & ambulatio Petri poſt reſurrectionem dependent quidem à tempore noſtro, tanquàm à menſura vera, ſed per accidens: quia non poſſumus certificari de aliquo motu ipſorum per motum cœli; quia motus ipſorum poteſt eſſe velocior, quàm motus cœli. Secunda differentia eſt: Quia tempus noſtrum eſt corporale, tempus autem Angelicum eſt ſpirituale, non ex ſe; ſic enim faceret (inquit) differentiam eſſentialem, ſed ratione ſubiecti, quo modo facit differentiam materialem, & accidentalem.

Bannes. Zumellus

Tertia ſententia eſt Banneſij, & Zumelli; qui differentiam agnoſcunt eſſentialem Angelici temporis tã continui, quàm diſcreti ab eo, quod eſt menſura motuum ſenſibilium, negant tamen vnum eſſe numero tempus diſcretum, quo menſuratur motus localis Angelorum, & quo menſurantur actiones immanentes eorum. Addunt præterea, nec inter ipſos Angelos eſſe vnum numero tempus, quo menſurentur omnes actiones immanentes, neque dari vnum tempus numero menſurans omnes actiones immanentes eiuſdem Angeli.

Caiet.

Quarta ſententia eſt Caietani; qui vnum duntaxat eſſe numero tempus diſcretum affirmat, quo diſcretæ menſurantur operationes omnes Angelorum, & vnum eſſe pariter tempus cõtinuum, quo tranſeuntes continuæ menſurentur operationes Angelorum: vtrumque verò in æuiterno ſimpliciſſimo, vt eius ſubiecto proprio reſidere; Sed, cum ſupremus Angelus non ſemper actu moueatur, aut operetur ad extra merito dubitatur, quomodo poſſint eius operatione veluti tempore cæteræ mẽſurari. Cui dubitationi reſpondet Ripa, non eſſe neceſſe, vt ſemper operetur, ſed potentiam operandi ſatis eſſe, vt eius operatione nimirum poſsibili reliquæ menſurentur.

Ripa.

Reſolutio.

Diſtinguuntur operationes Angelorum, & propriæ ſingulis earum generibus aſſignantur menſuræ: & opiniones ferè omnes relatæ reiiciuntur.

IN prænotata noſtra controuerſia iecimus præcipua quæſtionis propoſitæ fundamenta, & ex eis aduerſariorum plurima confutauimus argumenta. Nunc igitur, vt quibuſdam huic loco proprijs difficultatibus ſatisfiat, pauca ſuperſunt breuiter adnotanda.

Diſtinguenda verò primò ſunt in Angelis operationum genera, quæ duo ſunt; eſt enim in eis q̃dam operatio naturalis, & quædam libera. Naturalis tota immanens eſt, ad intellectum attinens, aut voluntatem, vt cognitio, & amor, qua ſeipſos,

&

& Deum eorum cauſam, finemque naturalem cognoſcunt, & amant. Operatio verò libera quędam eſt immanens tam intellectus, quàm voluntatis, quædam autem eſt trãſiens, cuius ſunt plures modi. Quædam enim eſt in eadem loci, vel corporis parte continuata, omni carens ſucceſſione etiam in ordine ad extrinſecam magnitudinem; qualis fuit actio Angeli detinẽtis aquas Iordanis, ne defluerent in tranſitu filiorum Iſrael: quędam autem pluribus conſtat, ac ſucceſſiuis contactibus diuerſorum corporum, ſiuè locorum, quorum quidem contactuum alij diſcreti ſunt, alij continui. Prædictis addi poteſt actio intelligentiæ cœlum reuoluentis, quæ partim naturalis eſt, & partim libera, ſimpliciter autem loquendo libera nuncupanda. De ſingulis igitur harum operationum generibus, excepto primo, quod ſupra diximus æuo menſurari, dicendum eſt.

Tẽpus Angeli eſt operis ſimpliciſsima. Tẽpus noſtrũ eſt motus cœli. Arift.

Secundò ſupponendum eſt, tempus Angelicum idem eſſe realiter cum Angeli operatione ſimpliciſsima, ſicut, & hoc noſtrum commune tempus à ſimplicisſimo cœli motu non diſtinguitur; Oportet enim menſuram eiuſdem eſſe generis cum mẽſurato, vt ait Philoſophus in 10. Metaphyſ. tex. 4. ita vt numer' numero, magnitudo magnitudine, vox voce, & grauitas grauitate, ac denique motus motu, & operatio menſuretur operatione, vt expli-

Mẽſuræ ratio.

cuimus diligenter in allegata controuerſia: Vbi ẽt oſtendimus, quomodo ea, quę vna, & eadem menſura ſunt menſurabilia, conueniant in vna ſpecie: id verò diximus intelligendum eſſe ſecundùm rationes, ac differentias menſurabilis, vt menſurabile eſt; quæ iuxta modos mutabilitatis, aut immutabilitatis, ſiue vniformitatis, aut difformitatis attenduntur. Quas quidem rationes, ſine differentias in dictis operationum generibus eſſe diuerſas, earum perſpicuè natura demonſtrat. Im-

operationes immanentes.

manentes enim operationes ſimul totæ ſunt, omni prorſus ſucceſſione carentes: &, quia liberè producuntur, & conſeruantur ab Angelo, defectiuæ ſunt naturaliter; ac proindè nec menſurãtur æuo,

operationes tranſeuntes diſcretæ.

quod rerum ab intrinſeco indefectibilium eſt mẽſura, nec tempore noſtro, quod res ſucceſſiua metitur varietate mutabiles: inferiorem igitur æuo menſuram exigunt, tempore verò noſtro ſuperiorem. Hanc autem cum D. Thoma dicimus eſſe tempus diſcretum ex inſtantibus conſtans minimè cõtinuatis, quorum ſingula partibus ſingulis noſtri temporis poſſunt reſpondere. Et, quia tranſeuntes Angeli operationes ſunt actus intellectus, & volũtatis elicitiſi tales fuerint diſcretæ, eãdem etiam diſcreti temporis menſuram poſtulabunt, ſingu-

liſq; poterunt partibus (non tamen inſtantibus) temporis inſtantia ſingula reſpondere: primum tamen inſtans eiuſdem diſcreti motus toti coexiſtere poterit vnius horæ tempori, ſecundùm autem vltimo eius inſtanti. Si namq; inſtantia ſingula tẽporis Angelici diſcreti ſingulis noſtri tẽporis inſtãtibus reſponderent, conſequens fieret, hæc eſſe adinuicem immediata, ſicut illa. Illæ verò tranſeuntes, quæ circa eandem verſantur magnitudinis partem, ſi, prout exeunt ab Angelo, conſiderẽtur, vnico eius temporis menſurantur inſtanti; at quã ratione ſubiectum afficiunt, tempore noſtro poterunt menſurari, niſi fortè tales earum effectus extiterint, qui ex ſuo genere à cœleſtium corporum influxibus minimè dependeant. Continuæ demũ tranſeuntes operationes, cum primæ ſphæræ motum ſimplicitate, ac velocitate poſsint excedere, ex eo, veluti menſura, & exemplari minimè pendent; eſt igitur altior earum menſura tempore noſtro, ſimpliciſsima nimirum operatio nobiliſsimi æuiterni continuò tranſeunter operantis.

operationes tranſeuntes continuæ.

Sed, quia neque conſtat, neque rationabile eſt, ſupremum Angelum operari continuò tranſeunter, ſupereſt inquirendum, quæ nam ſit operatio continua, qua, veluti tempore cæterę menſurentur. Vt verò paucis explicem, quid ego ſentiam: Dico, ſubiectum continui temporis Angelorum, eſſe nobiliſsimum Angelum operantem actu operatione continua tranſeunte, & eo ab operatione ceſſante, eiuſdem temporis formaliter ſubiectum eſſe Angelum poſt eum nobiliſsimũ in operatione durantem, & poſt eum alterum vſque ad vltimũ; ſic enim non formaliter, ſed materialiter tantùm variatur hoc tempus; ſicut materialiter, non autẽ formaliter immutaretur Aeuum, ſi nouus Angelus eo, qui nunc ſupremus eſt, nobilior à Deo crearetur; tunc enim æuum in hoc, qui modo eſt, eſſe deſineret, & in ſupremo nouiter producto reſultaret, eandem habens æui quidditatem, & rationem formalem, ſicut prius, ſola diſcretum ab eo materiali differentia, vt latè diximus ſupra quæſtione decima, artic. vltimo, (loquimur autẽ hic de ſubiecto æui ſtando infra limites puræ creaturæ ſpiritualis.) Rerum enim menſuræ rebus ipſis debent eſſe conformes: Variabiles igitur operationes variabilem etiam materialiter, firmam autem formaliter menſuram exigunt; firmitas enim, quam per ſe primò requirit menſura, abſolutè loquẽdo, ſecundùm eius rationem formalem accipienda eſt; quòd verò etiam materialiter ſit firma menſura, ratio eius non poſtulat abſolutè, ſed talis ſolũ menſuræ ratio, quæ ſcilicet immutabile reſpicit menſuratum; qualis eſt æternitas, & æuum, vel quę ſubiecto naturaliter copulatur, ſicut motus cœleſti corpori primo moto, ac cætera reuoluente.

Tẽpus cõtinuum.

Aeuum.

Et ex his patet primò, Albertinum, cum Scoto non ſatis naturam huius continui temporis Angelorum expendiſſe, minuſque fideliter dictum Authorem expoſuiſſe dicta D. Thoma, immò (quod valdè miror) ſecum pugnant ſatis apertè dicti Albertini verba ſupra relata, ita vt prima deſtruantur per vltima. Secundò patet Banneſiũ, & Zumellum, & Ripam de menſura continuæ operationis tranſeuntis Angelorum haud rectè fuiſſe philoſophatos, dum illi contra D. Thomæ, & Ariſtotelis documenta iuxta numerum rerum menſuratarũ menſuras multiplicant; hic autem minus perfectũ exiſtimat eſſe poſſe modum eſſendi menſuræ, quã menſurati. Cuius opinionis abſurditatem dignitas ipſa menſuræ, cui cauſalitas conuenit exemplaris, & ratio cognoſcendi, ſatis apertè demonſtrat: & cogitari æque facile poſſet ſublimioris Angeli

Cenſura. Albertini. Scotus. Banneſ. Zumellus. Ripa.

Digitized by Google

geli à Deo creabilis operatio, quæ nunc exiſtentiũ Angelorum operationes mẽſuraret. Tertiò patet, tempus Angeli continuum à tempore noſtro differre non ſolùm accidentaliter, ſed etiam eſſentialiter, ſicut etiam differunt eſſentialiter operatio Angeli continua à motu cœli. Quartò patet, tempus Angelicum eſſe natura ſua ſpirituale, & non tantùm ex ſubiecto; eſt enim actus imperij, prout exit ab Angelo; quamuis, vt in paſſo recipitur, & effectum habet in eo productum, ad ordinem corporei pertineat accidentis.

De motu verò cœli, quem intelligentiæ motrices efficiunt, certum eſt communi hoc noſtro tempore menſurari, quod idem eſt realiter cum primæ ſphæræ motu. Ratio videtur eſſe, quia cœlorũ motus cœleſtibus illis ſphæris ex naturali quadã conueniunt habilitate, & proportionem quadam habent cęleſte corpus motum, & intelligentia mouens, & connexio quædam, & ordo eſt naturalis illius primi motus ad reliquos, quorum eſt non ſolùm exemplar, ſed etiam origo, & efficiens cauſa neceſſaria, ſine qua nulla ſubiectis illi corporibus ineſſe poſſet alteritas.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Neceſſariò ponendum eſt in Angelis tempus diſcretum, quo menſurentur operationes Angelorum diſcretæ, ſiue ſint immanentes, ſiue tranſeuntes.

Secunda concluſio. Operationes Angelorũ tranſeuntes ſucceſsiuæ, & continuæ tempore quodam continuo mẽſurantur à tempore noſtro diſtincto.

Tertia concluſio. Tempus hoc Angelorum continuum eſt tantùm vnum, exiſtens, vt in ſubiecto, in Angelo inter operantes actu nobiliſsimo.

Quarta concluſio. Operationes Angeli tranſeuntes circa eandem exercitæ partem magnitudinis inſtanti menſurantur Angelico, quatenus egrediuntur ab Angelo, tamẽſi poſsint tempore menſurari, vt recipiuntur in corpore. Vna verò operatio immanens vnico menſuratur inſtanti, per ſe loquendo, ſed per accidens tempore diſcreto, nunq̃ autem continuo.

Argumenta, & ſolutiones.

Capreol. Caiet. CONtra primam concluſionem ſunt argumenta, quæ referunt, & ſoluunt Capreolus in 2. ſent. Caietanus, & alij expoſitores Thomiſtæ ſup hoc articulo, & ſupra q. 10. art. 5.

Suarez. Contra eandem concluſionem argumentatur Suarez: In ſucceſsione diſcreta duo poſſunt conſiderari, vnum eſt mora vniuſcuiuſque inſtantis, & conſequenter etiam mora omnium inſtantium ſimul ſumptorum, aliud eſt numerus, ſeu multitudo talium inſtantium: at neutrum horum eſt menſurabile diſcreto tẽpore, ergo. Probatur huius ſubſumptæ prima pars: Quoniam ea conſideratio per accidens eſt ad rationem diſcretæ ſucceſsionis, vt ſic; ergo. Probatur hoc antecedens. Nam per ſe ſolùm ſpectat ad rationem quantitatis diſcretæ, ſeu multitudinis pluralitas vnitatum ſub ea ratione indiuiſibilium; quod verò illæ vnitates habeant maiorem, vel minorem durationem, accidentarium eſt; ergo. Probatur hoc antecedens: In ternario lapidum per accidens eſt ad rationem ternarij, quod illi lapides ſint magnæ, vel paruæ quantitatis, & quod iuxta ſe poſiti magnam, vel paruã molem efficiant; igitur idem proportionaliter eſt in diſcreta inſtantium ſucceſsione; ergo illa duratio, & permanentia ſingulorum inſtantium, & conſequenter etiam totius temporis, vt ex illis aggregati, vel menſurabilis non eſt propter diuiſibilitatem ſingulorum inſtantium, vel menſuranda eſt tempore continuo. Secunda verò pars eiuſdẽ propoſitionis; videlicet numerum inſtantium, in tali ſucceſsione non eſſe tempore diſcreto menſurabilem. Probatur: Quia nec poteſt menſurari quoad permanentiam inſtantium; nam hæc eſt per accidens, vt dictum eſt, & nõ ex fixa, & certa in aliquo ex his temporibus, aut inſtantibus. Neque etiam poteſt menſurari, quoad numerum inſtantium: qa nullus certus numerus inſtantium correſpondet in vno motu comparatione alterius; nam, dum eſt in ſuperiori Angelo ſucceſsio diſcreta conſtans ex tribus inſtantibus, poteſt eſſe inferiori alia, quæ conſtet decem, aut pluribus inſtantibus, & è conuerſo; ergo non poteſt numerus inſtantium vnius motus per extrinſecũ tempus alterius motus mẽſurari; ergo talis ſucceſsio diſcreta menſuranda eſt vnitate repetita, ſicut omnis numerus eſt vnitate menſurabilis.

Reſpondetur, falſam eſſe ſubſumptam propoſitionem; dico enim ratione vtriuſque ſimul accepti ſucceſsionem illam diſcretam eſſe menſurabilem. Ad argumentum contra priorem partem, negatur antecedens. Ad eius probationem negatur etiam antecedens, & ad eius probationem negatur conſequentia. Numerus enim formalis, quo numeramus, puta ternarius, in mente ſolum eſt, nec ad genus attinet quantitatis, & idcò ternario per ſe conuenit, vt tribus conſtet vnitatibus: accidit autem, vt res illæ tres, quibus applicatur, vt menſura, ſingulæ quantitatem habeant magnam, vel paruam, aut etiam nullam; eſt enim quidditas ternarij, vt ſic, pura, ac pręciſa ratio numeri ex vnitatibus coaleſcens, quatenus in ſeipſis ſingulæ ſunt indiuiſę, & à quauis alia vnitate diuiſæ. At quidditas diſcreti temporis non eſt præciſa ratio numeri, ſed eſt vera, realiſq; duratio, propriam habens in ſingulis, ac ſimul omnibus ſumptis vnitatibus latitudinem, per quam à quauis alia duratione diſtinguitur: & quemadmodum homini, vt animal eſt, accidit eſſe rationale, cui tamen, vt homo eſt, intrinſecè cõuenit: ſic tempori diſcreto; vt numerus eſt, accidit latitudo durationis, quę tamen illi conuenit eſſentialiter, vt tempus diſcretum eſt, de cuius ratione duratio eſt. Et quamuis poſsit diſcretum hoc tempus ex duobus inſtantibus integrari, quorum primum totius vnius horæ, vel diei, vel ẽt anni tempori coexiſtat; atque ita primum illud inſtans magnam habeat latitudinem duratiuam, ſecundum autem termino correſpondeat eiuſdem temporis indiuiſibili, ſicq; latitudine careat hoc inſtans duratiua, totum tamen ſimul acceptũ diſcre-

ſcretum tempus latitudinem ſibi neceſſariò vendi cat duratiuam, non minus quam hoc noſtrum cõmune tempus, quo rerum corporearum motus mẽ ſurantur.

Ad argumentum autem contra ſecundam' partem dico primò, ſucceſsionem illam eſſe menſurabilem, quoad permanentiam ſingulorum inſtantium, quæ non per accidens, ſed per ſe, ac intrinſecè illi conuenit. Secundò dico, menſurabilem eſſe quoad numerum inſtantium formaliter, aut virtualiter, & per vnitatem etiam inſtantis repetitã, modo ſuperius explicato, q. 10. art. 5. cont. 2.

Albertin. Contra ſecundam concluſionem argumẽtatur Albertinus pro Scoto: Motus noſter, & Motus Angeli ſunt eiuſdem rationis; ergo, & tempus intrinſecum, quod eſt menſura motus noſtri, & tempus intrinſecum, quod eſt menſura motus Angeli, sũt eiuſdem rationis: Conſequentia eſt manifeſta: Quia tempus eſt paſsio intrinſeca motus; igitur à motu eiuſdem rationis non poteſt fluere duplex paſsio diſtincta ſpecie. Antecedẽs probatur: Quia eſſentia motus Angeli conſiſtit in acquiſitione ſucceſsiua partium ſpatij: quod verò ſit menſurabilis motu cœli, vel non menſurabilis, eſt quid accidentale ipſi motui.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens. Ad eius probationem negatur conſequentia; eſt enim diuerſæ rationis acquiſitio partium ſpatij facta per motum Angeli ab ea, quæ fit per motum noſtrum, vt latè ſupra demonſtrauimus.

Alia quædam affert prædictus author, quorum falſitas elucet ex dictis quæſt. 10.

Banneſ. Zumellus Contra tertiam concluſionem argumentatur Banneſius, & poſt eum Zumellus. Primò: Supremi Angeli non mouentur: Secundum locum ergo. Secundò: Angeli, qui mouentur localiter, non habent inter ſe aliquem ſupremum, cuius motu continuo regulentur aliorum motus; ergo. Probatur aſſumptum: Quia poteſt ille Angelus non moueri localiter, vel moueri diſcretò motu, qui non poteſt eſſe menſura motus continui.

Reſpondetur, His argumentis probari non dari vnum aliquem Angelum determinatum, qui ſemper motu locali continuo moueatur: Nos autem dicimus, tempus hoc continuum eſſe motum illi⁹ Angeli continuum, qui ſupremus inuenitur inter Angelos continuè motos, quamuis eorum quilibet nonnunquam ceſſet à motu.

Secundò probat, ſubiectum temporis nõ eſſe Angelum, ſed ſpatium: Quia tempus nihil aliud eſt, quam partes motus, prout ſunt numerus, & menſura prioris, & poſterioris, & motus continuus Angeli eſt in ſpatio: ergo. Probatur hæc minor: Quoniam ex hoc Angelus eſt in loco, quod ipſum continet, & perficit.

Reſpondetur, motum Angeli continuum dupliciter conſiderari: Vno modo, prout exit ab Angelo, & tendit in ſpatium; & ſic propriè rationem habet temporis Angelici; alio modo, prout recipitur in ſpatio ex applicatione virtutis Angelicæ; & ſic propriè tempus Angelicum non eſt, ſed menſurari poteſt etiam tempore noſtro. Primò modo ſumẽdo motum, vera eſt maior, ſed falſa eſt minor, quæ ſecundo modo vera eſt. Dixi autem poſſe mẽſurari tempore noſtro, ideſt nonnunquam menſurari, non tamen ſemper, & neceſſariò; quia motus Angeli, prout etiam in ſubiecto recipitur, poteſt eſſe velocior motu cœli, nec ab eius diſpoſitione dependet, præſertim localis, quamuis alterationes ab Angelis virtute corporum factæ ex cœlorum influxu diſpoſitiuè dependeant.

Contra vltimam concluſionem argumentatur Suarez: In actibus intellectus, & voluntatis Angeli poteſt eſſe mutatio ſucceſsiua ſpiritualis intenſionis, ſeu augmenti: ergo poſſunt tempore continuo ſpirituali menſurari. Antecedens probatur. Quia poteſt Angelus, prout voluerit, intenſius, & remiſsius operari, cognoſcendo, vel amando, & ita poteſt eundem actum magis, ac magis continuè intendere adhibendo continuè maiorem conatum. Suarez.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens, loquendo de intenſione ex parte actus; operatur enim Angelus per actum imperij, qui eiuſdem ſecundùm ſe ſemper eſt efficacitatis, tota verò diuerſitas graduum intenſionis eſt ex parte paſsi. Idem enim actus imperij in eodem exiſtẽs perfectionis, ac intenſionis gradu ad omnem quantumuis perfectũ, ac intenſum extenditur effectũ ſub latitudine poteſtatis Angelicæ comprehenſum. Tota igitur effectuum diuerſitas ſecundùm intenſionem, aut remiſsionem effectuum attenditur, ad quos dirigitur Angelici intellectus, ac voluntatis imperium. Intenſio verò, aut remiſsio effectuum ex diuerſo prouenit applicationis modo, quo pro libito ſuæ voluntatis Angelus ſuam virtutem, & actum corporibus applicat.

QVAESTIO LIIII.

De cognitione Angelorum in quinque articulos diuiſa.

Conſideratis his, quæ ad ſubſtantiam Angeli pertinent, procedẽdum eſt ad cognitionem ipſius. Hæc autem conſideratio erit quadripartita. Nam primò conſiderandum eſt de his, quæ pertinent ad virtutem cognoſcitiuam Angeli. Secundò, de his, quæ pertinent ad medium cognoſcendi ipſius. Tertiò de his, quæ ab eo cognoſcuntur. Quarto, de modo cognitionis ipſorum.

Circa primum quæruntur quinque.

Primò. Vtrum intelligere Angeli, ſit ſua ſubſtantia.

Secundò. Vtrum eius eſſe, ſit ſuum intelligere.

Tertiò. Vtrum eius ſubſtantia ſit ſua virtus intellectiua.

Quartò. Vtrum in Angelis ſit intellectus agens, & poſſibilis.

Quin-

Quintò. Verum in eis ſit aliqua alia potentia cognoſcitiua, quàm intellectus.

Ratio ordinis.

SVbſtantiæ intellectualis perfectio cæteris omnibus nobilitate prior, ac notior virtus intellectiua eſt cum intellectione ex ea procedente; ex his enim (quæ tanquam vna perfectio computantur) nomen accepit Angelus ab antiquis ſubſtantiæ intellectualis, & intelligentiæ; Igitur abſolutis quæſtionibus ad Angeli ſubſtantiam pertinentibus, nunc intellectionis, ac virtutis eius elicitiuæ rationem inquirit. Agit autem, primò S.D. in primis quatuor artic. de quidditate intellectionis, & intellectus: deinde in vltimo articulo, ex his maximè congruentibus naturæ ſubſtantiæ ſpiritualis, omnem aliam cognoſcendi facultatem excludit. Et quoniam ex antiquis Philoſophis plurimi credidere, ſubſtantias omnes intellectuales eſſe puriſſimos actus, ac in omnibus intellectionem idē eſſe realiter, quòd eorum ſubſtantia, & exiſtentia, ac virtus intellectiua, quam exiſtimabant à ſubſtantia non eſſe diſtinctam; (quod etiam ſignificare videtur Ariſt. 12. Metaphy. tex. 29. & ſeq.) ideo ad intellectionis, & virtutis intellectiuæ naturam explicandam quæritur primò, num intelligere Angeli ſit eius ſubſtantia: ſecundò; An ſit idem, quod eius eſſe: Tertiò; Num virtus intellectiua ſit eius ſubſtantia; ex harum enim dubitationum definitione perſpicua redditur intellectionis, & intellectus Angelici ratio; ex cuius perfectione: in 4. art. diuiſionem excludit in Angelo intellectus agentis, & poſsibilis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum intelligere Angeli ſit eius ſubſtantia.

277 2 d. 2 q. 1. a. 1. cor. & 7. Et 2. cō. cap. 52. Et quo. 2 & 3 & 4. Et op. 30. le. 7. & 9

1 Tex. 19. 1 Tex 39.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd intelligere Angeli ſit eius ſubſtantia. Angelus enim eſt ſublimior, & ſimplicior, quàm intellectus agens animę. Sed ſubſtantia intellectus agentis eſt ſua actio, vt patet in tertio de anima per Ariſtot. *& eius comm. Ergo multò fortius ſubſtantia Angeli eſt ſua actio, quæ eſt intelligere.

Li. 2. tex. 37. to. 2.

2 Præterea. Philoſophus dicit in 11. Metaphyſ.* quòd actio intellectus eſt vita: ſed cùm viuere ſit eſſe viuentibus, vt dicitur in 2. de Anima. *Videtur, quòd vita ſit eſſentia. Ergo actio intellectus eſt eſſentia intelligentis Angeli.

3 Præterea. Si extrema ſunt vnum, mediū non differt ab eis, quia extremum magis diſtat ab extremo, quàm medium: Sed in Angelo idem eſt intellectus, & intellectum, ad minus, inquantùm intelligit eſſentiam ſuam. Ergo intelligere, quod cadit medium inter intellectum, & rem intellectam, eſt idem cum ſubſtantia Angeli intelligentis.

Sed contra. Plus differt actio rei à ſubſtantia eius, quàm ipſum eſſe eius: ſed nullius creati ſuum eſſe eſt ſua ſubſtantia: Hoc enim ſolius Dei proprium eſt: vt ex ſuperioribus patet. *Ergo neque Angeli, neque alterius creaturæ, ſua actio eſt eius ſubſtantia. 9. 3 a 4. & q. 44. a. 1.

Reſpondeo. Dicendum, quòd impoſſibile eſt, quòd actio Angeli, vel cuiuſcunque alterius creaturæ ſit eius ſubſtantia. Actio enim eſt propriè actualitas virtutis, ſicut eſſe eſt actualitas ſubſtantiæ, vel eſſentiæ; Impoſſibile eſt autem, quòd aliquid, quod non eſt purus actus, ſed aliquid habet de potentia admixtum, ſit ſua actualitas. quia actualitas potentialitati repugnat. Solus autem Deus eſt actus purus. Vnde in* ſolo Deo ſua ſubſtantia eſt ſuum eſſe, & ſuum agere. *D. 561.

Præterea. Si intelligere Angeli eſſet ſua ſubſtantia, oporteret, quod intelligere Angeli eſſet ſubſiſtens. Intelligere autem ſubſiſtens nō poteſt eſſe niſi vnum, ſicut nec aliquod abſtractum ſubſiſtens. * Vnde vnius Angeli ſubſtantia non diſtingueretur, neque à ſubſtantia Dei, quæ eſt ipſum intelligere ſubſiſtens, neque à ſubſtantia alterius Angeli. Si etiam Angelus ipſe eſſet ſuum intelligere, non poſſet eſſe gradus in intelligendo perfectius, & minus perfectè; cum hoc contingat, propter diuerſam participationem ipſius intelligere. * 234

Ad primum ergo dicendum, quòd, cum dicitur, quod intellectus agens eſt ſua actio, eſt prædicatio non per eſſentiam, ſed per concomitantiam: quia, cùm ſit in actu eius ſubſtantia, ſtatim quantùm eſt in ſe, concomitantur ipſam actio. Quod non eſt de intellectu poſſibili. * qui non habet actiones, niſi poſtquam fuerit factus in actu. b 351

Ad ſecundum dicendum, quòd vita nō hoc modo ſe habet ad viuere: ſicut eſſentia ad eſſe, ſed ſicut curſus ad currere, * quorum vnum ſignificat actum in abſtracto, aliud in concreto. Vnde non ſequitur, ſi viuere ſit eſſe, quòd vita ſit eſſentia. Quāmuis etiam quandoque vita pro eſſentia ponatur: ſecundùm quòd Aug. *dicit in lib. de Trin. quòd memoria, & intelligentia, & voluntas ſunt vna eſſentia, vna vita: ſed ſic non accipitur à Philoſopho, cum dicit, quòd actio intellectus eſt vita. 112 164 a Lib 10. de Tri. ca. 11. ante med. to 3 & 9. de Tr. c 4.

Ad tertium dicendum, quòd actio, quæ trā ſit in aliquid extrinſecum, eſt realiter media inter agens, & ſubiectum recipiens actionem. Sed actio, quæ manet in agente, non eſt realiter medium inter agens, & obiectum, ſed ſecundùm modum ſignificandi tantùm. Realiter ve-

rò conſequitur vnionem obiecti cum agente: Ex hoc enim, quod intellectus ſit vnum cum intelligente, cõſequitur intelligere quaſi quidam effectus differens ab vtroque.

Senſus quæſiti.

Zumellus Vaſquez. Caietanus

RAtionem quærendi iam adduximus ex antiquorum errore, quam hic etiam explicat Zumellus, & poſt eum Vaſquez: quæritur autem de intelligere Angeli, quo tam ſeipſum, quàm alia cognoſcit, & de identitate præſertim reali cum eius ſubſtantia, ideſt eſſentia, vt hic aduertit Caietan.

Forma Textus.

B

COnclusio eſt: Impoſsibile eſt, quod actio Angeli, vel cuiuſcumque alterius creaturæ ſit eius ſubſtantia. Duas habet partes hæc concluſio.

Prior actionem Angeli negat eius eſſe ſubſtantiam: Poſterior ad actionem omnis extenditur creaturæ; Vtramque ſimul partem vno probat argumento; duobus autem alijs probat actionem illam Angeli, quæ intellectio eſt, eius non eſſe ſubſtantiam. Eſt igitur prima ratio partem ſimul vtramque complectens: Agere eſt propria actualitas virtutis ſicut eſſe eſt actualitas ſubſtantiæ, vel eſſentiæ; At ſolus Deus eſt ſua actualitas: ergo in ſolo Deo ſua ſubſtantia eſt ſuum eſſe, & ſuum agere. C

Maior relinquitur, vt nota; Minor probatur: Impoſsibile eſt, quòd aliquid, quod non eſt actus purus, ſed aliquid habet de potentia admixtum, ſit ſua actualitas: At ſolus Deus eſt actus purus; ergo in ſolo Deo ſua ſubſtantia eſt ſuum agere. Maior huius argumenti probatur: Quia actualitas potentialitati repugnat.

Secundò probatur prima pars concluſionis ſpecialiter quoad intellectionem, cuius gratia proponitur hic articulus: Si intelligere Angeli eſſet ſua ſubſtantia, eſſet tantum vnum, at non poteſt eſſe tantum vnum; ergo. Probatur maior: Quia, ſi intelligere Angeli eſſet ſua ſubſtantia, oporteret, quod intelligere Angeli eſſet ſubſiſtens; at intelligere ſubſiſtens non poteſt eſſe, niſi vnum; ergo. D *Probatur hæc minor: Quia omne abſtractum ſubſiſtens eſt tantùm vnum. Minor autem principalis argumenti probatur: Quia, ſi intelligere Angeli eſſet tãtùm vnum, & identificatum cum ſua ſubſtantia, ſequeretur, vnius Angeli ſubſtantiam non diſtingui neque à ſubſtantia Dei, neq; à ſubſtantia alterius Angeli. Probatur hæc ſequela quo ad Deum; Quia ſubſtãtia Dei eſt ipſum intelligere ſubſiſtens. Quo ad alterum autem Angelum patet: Quia omnis Angelus eſſet ipſum intelligere ſubſiſtens.*

Tertiò probatur concluſio: Si Angelus eſſet ſuum intelligere, non poſſet eſſe gradus in intelligendo perfectius, & minus perfectè. Probatur ſequela: Quoniam intelligere perfectius, & minus perfectè contingit propter diuerſam participationem ipſius intelligere: tunc autem non eſſet diuerſa participatio ipſius intelligere; quia omnes Angeli eſſent ipſum intelligere ſubſiſtens. E

Expoſitio Textus.

Rannes. Zumellus

PRimam partem concluſionis diſtinguunt Bannes, Zumellus, & alij recentiores in multas concluſiones, quibus diuerſas adhibent probationes: eandem quibuſdam argumentis confirmant Molina, & Valentia, quam etiam probat, & tuetur Vaſquez aduerſus Ariſtotelem, & Durandum. Molina Valentia Vaſquez

Prima Controuerſia.

An ratio prima D. Thomæ ſit efficax.

Sententiæ Expoſitorum.

VAlentia primam rationem ſolùm probare cõtendit, non poſſe ſubſtantiam creatam eſſe omnem actualitatem, ita vt nihil habeat potentialitatis, non autem probare, ſubſtantiam creatã non poſſe eſſe illam determinatam actualitatem, quæ eſt operatio. Zumellus ait primò, D. Thomam in hac prima ratione non diſtinguere potentiam receptiuam à potentialitate obiectiua. Secundò ait, purum actum excludere vtramque potentiã, & vtramque reperiri in compoſita creatura, ſed non videri ſatis apertum repugnare dari aliquod ens ſimplex, non compoſitum ex actu recepto, & potentia receptiua, quod tamen non eſſet actus purus: quia non eſſet à ſe, ſed eſſet in potentia obiectiua, huius autem oppoſitum ratione D. Thomæ non oſtendi. Hoc tamen videtur proponere dubitando. Valentia. Zumellus

Reſolutio.

C

Proponitur, & reijcitur ſolutio Zumelli, & approbatur Caietani definitio.

RAtionis huius efficacitatem adeò luculenter, ac ſubtiliter explicuit Caietanus, vt nihil addi poſſe videatur, quod lectoris ſit perſpicacis intelligentia dignum, aut quo tardioribus doctrina Caietani reddatur illuſtrior. Nititur hic Zumellus alia quadam via vim huius rationis oſtendere, diſtinguẽs duos rationum formalium ordines, ſiue modos; vnum earum, quæ ex ſe ſufficientes ſunt ad entitatem primò, & per ſe conſtituendam, vt ſubſtantia, quantitas, & albedo: Alium earum, quæ iam conſtitutam entitatem modificãt, vt motus, figura, & ſimilitudo, quas fic̃ait ab inuicem eſſe differentes, vt primæ ex ſe ſufficientẽ habeant diſtinctionem, nec vnquam identificentur formaliter, niſi ratione infinitatis, vt ſapientia, & iuſtitia, ſecundæ verò nulla etiam illis addita infinitate poſſint realiter, aut etiam formaliter identificari, & conſequenter etiam illæ ex ſe realiter diſtinguantur, non autem ſecundæ. Ait autem intellectionem, & ſubſtantiam ad rationes formales primi generis, ſiue modi pertinere, ac proinde ſeclusa infinitate, quæ ſola poteſt eſſe ratio identitatis earum, diſtingui non ſolùm formaliter, ſed etiam realiter abinuicem: quæ plurib̃ nititur argumentis ſuadere. Sed multipliciter deficit hic diſcurſus. Primò: Quia falſum eſt, eas rationes formales, quæ ſunt aliorum modi, cum eis formaliter identificari, quarum ſunt modi, ſeclusa infinitate. Secundò: Quoniam non omnis diſtinctio formalis earũ rationum formalium, quę per ſe primò conſtituũt entitatem, infert diſtinctionem earum realem, vt patet de actione, & paſſione, de relatione, & fundamen- Zumellus. cõſutatio.

damento, quæ ſecundùm multorum ſententiã non ſunt ab inuicem diſtincta realiter, cum tamen eorum rationes formales per ſe primò conſtituant entitates prædicamento diſtinctas, & habeant exiſtentias realiter diſtinctas. Tertiò; Quia rationes ferè omnes ab eo ad probandũ adductæ aſſumunt falſum; non eſt enim inconueniens, eandem rem materialiter duabus rationibus formalibus conſtitui; & duo conſtitutiua entitatum formaliter diſtinctarum, eandem materialiter entitatem conſtituere, & eandem rem materialiter habere duas eſſentias, ſiuè quidditates formaliter diſtinctas; vt patet de ea re, quæ eſt motus, quæ duas habet rationes formales, & eſſentias, actionis videlicet, & paſsionis, & eadem albedo, qualitatis, & relationis habet eſſentias formaliter diſtinctas ſecundũ probabilem multorum ſententiam. Diſcurſus igitur hìc Zumelli legitimo caret fundamento. Ex ſolis ergo principijs à Caietano propoſitis, & explicatis dictæ primæ rationis efficacitas eluceſcit. Quibus ſuppoſitis, ſit nobis hæc vnica concluſio.

Ratio prima D. Thomæ non ſolum procedit ex veris, ſed efficaciter etiam, ac neceſſariò concludit.

Argumenta, & ſolutiones.

Valentia. CONtra concluſionem argumentatur Valẽtia: Quamuis ſubſtantia creata identificet ſibi operationem aliquam, aut omnes, poſſet tamen nihilominus eſſe in potentia reſpectu aliquorum aliorum accidentium, ſiue actualitatum; ergo prima ratio ſolùm probat, non poſſe ſubſtantiã creatam eſſe omnem actualitatem, non autem probat, ſubſtantiam creatam non poſſe eſſe illam determinatam actualitatem, quæ eſt operatio.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens: vt enim hìc aduertit, & probat Caietanus, perfectiones illæ, quæ ad inuicem comparantur, vt proprius actus, & propria potentia, idem realiter eſſe nõ poſſunt, niſi in actu puro: Virtus autem, & operatio comparantur ad inuicem, vt proprius actus, & potentia propria. Vbi aduerte, nomine virtutis hic intelligi tam principium primum, quàm principium proximum operationis, alioquin litterę diſcurſus nihil valeret.

Zumellus. Contra eandem concluſionem argumentatur Zumellus. Eſſe ſuam actualitatem non infert purũ actum, niſi illam habeat à ſe; ergo. Antecedẽs probatur: Nam, licèt eſſentia creata eſſet ſua actualitas, ideſt ſua exiſtentia, tamen ex hoc præcisè, q̃ poteſt eſſe in potentia, non eſt actus purus.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens, loquendo de actualitate propria. Ad eius probationem negatur aſſumptum, cuius oppoſitum ſatis oſtendimus ſupra quæſt. 3. art. 4.

Caiet. Contra eandem concluſionem ſunt argumenta à Caietano propoſita, & ſoluta.

Sylueſter. Circa rationem hanc primam, & ſecundam q̃dam dicit Sylueſter contra Caietanum, quibus ſatis apertè declarat, ſe mentem, ac ſubtilitatem eius non attigiſſe. Diſcurſum autem, & rationes eius aberrantes à ſcopo referre, & ſingulas confutare ſuperuacaneum exiſtimamus.

Secunda Controuerſia.

An aliæ duæ rationes D. Thomæ, ſcilicet ſecunda, & tertia ſint efficaces.

Sententiæ Expoſitorum.

Valentia. VAlentia vtramque rationem impugnat argumento iam à Caietano ſoluto, & concludẽs ait, poſſe quempiam exiſtimare, rationes has Diui Tho. neq; eſſe euidentes, neque omninò firmas.

Zumellus. Zumellus interpretationem arguit Caietani, ac præcipuè dictum illud: *Si intelligere Angeli eſſet eius ſubſtantia, eſſet ſubſiſtens abſtractum ab omni limitatione, & contractione.*

Sylueſter. Sylueſter eundem carpit interpretem, quod de intellectione loquendo, dixerit verba D. Thomæ intelligenda eſſe formaliter, & per ſe, & hoc ſufficere propoſito, cum non declaret, quomodo ſufficiat, nec obiectioni reſpondeat.

Reſolutio.

Diſtinguuntur multiplicia ſignificata trium vocum; quæ ſunt: Abſtractum, ſubſiſtere, & intellectio.

Caiet. QVinque dubitationibus acutè propoſitis, ſapienterque definitis vim ſecundæ, & tertiæ rationis aperit Caiet. Nos breuitati ſimul, & claritati ſtudentes latam hanc, difficileméque materiã decem diſtinctionibus complectemur; quarũ mẽbra propoſitionibus, ac terminis vtriuſque rationis, ſiue diſcurſus appoſita, lectoribus afferent lucem ad earum veritatem, & efficacitatem intuendam, & ad vniuerſa ſophiſmata diluenda.

1. Diſt. abſtracti. Prima diſtinctio eſt: Abſtractum eſſe poteſt aliquid à contrahente dupliciter: Vno modo à contrahente receptiuo: ſicut albedo abſtracta ab hoc, & ab illo ſubiecto, vel forma ab hac, & ab illa materia: Alio modo à contrahente ſpecificante; ſicut animal abſtractum à rationali, & irrationali.

2 Diſt. abſtracti. Secunda diſtinctio eſt: Primò, vel ſecundo modo, poteſt aliquid eſſe dupliciter abſtractum: vno modo ſecundùm rem: Alio modo, ſecundùm modum concipiendi.

3. diſtinct. Tertia diſtinctio eſt: Subſiſtere dupliciter ſumitur; Vno modo, vt affirmationem præcisè ſignificat exiſtendi in rerum natura, & negationem ſuſtentationis in alio quomodocunque: & hoc modo quodlibet ſingulare ſubſtantiæ eſt ſubſiſtens, & diceretur etiam albedo diuina virtute à niue, aut quouis alio ſubiecto ſeparata ſubſiſtere, & ſimiliter humanitas, aut quælibet alia natura, ſiue forma, ſi diuina virtute poſſet ab indiuiduali materia ſeparari, diceretur eſſe ſubſiſtens. Alio modo accipitur ſubſiſtere, prout importat quendam naturalem, & poſitiuum entis modum, cui naturaliter congruat prædicta negatio. Differunt autem hi duo modi ſubſiſtendi dupliciter. Primò: Quia primus modus communis eſt omnibus naturis, & formis, quibus ſic per intellectum: aut etiam per diuinam virtutem abſtrahi conuenit, ſecundus autem ſpecialis eſt, ſolis realiter, & naturaliter ſubſiſtentibus congruens. Secundò: Quia primus non oritur ex rei perfectione, ſed poteſt vel ex diuina

potentia, aut ex conceptione intellectus oriri, vt exempla superius adducta declarant. Secúdus autem ex summa rei sic naturaliter subsistentis perfectione deriuatur. Dico autem summam perfectionem iuxta naturæ subsistentis capacitatem; albedo namq; si naturaliter esset subsistēs, omnem infra latitudinem albedinis perfectionem sibi vendicaret, esserque infinita secundùm quid, sapientia verò, si naturaliter sit subsistens, cum sit perfectio simpliciter, sitq; capax ex sua ratione formali perfectionis omnis simpliciter, erit infinita simpliciter; Vt patet de sapientia diuina, quæ simul est etiam substantia, intellectus, voluntas, existentia, & quælibet alia perfectio, quæ Deo conuenit, siue formaliter, siue virtualiter, & ideo est infinita simpliciter; vt supra notauimus ex Caietano, quæst. 12. art. 7. & quæst. 28. art. 2. Ex eadem enim radice, nimirum infinitate simpliciter, qua naturaliter sibi vendicat identitatem cum subsistentia, siue substantia, haberet etiam identitatem cum alia quauis perfectione simpliciter. Ex hac differentia sequitur alia, nimirum, id, cui secundo modo conuenit subsistentia, esse tale per essentiam, additis conditionibus supra positis, quæst. 4. art. 2. & 44. art. primo: quod verò primo modo subsistit, tale p essentiam non est, vt ibi diximus.

Caiet.

4. distinct. Quarta distinctio est; subsistere, siue primo, siue secundo modo dicitur dupliciter, vno modo, vt quod, sicut dictum est de qualibet Angelica natura, & de perfectionibus diuinis, & de indiuiduis in esse completo sub qualibet specie substantiæ, licet hæc non eumdum habeant modum subsistendi; Alio modo de aliquo dicitur subsistere, vt quo, siue vt ratio subsistendi, & hoc modo conuenit speciebus, & generibus prædicamenti substantiæ, vt ait S.D. supra quæst. 29. art. 2. ad quartum, interpretans dictum illud Boetij in libro de duab. nat. *genera, & species subsistunt tantum; indiuidua verò nō subsistunt tantum, verum etiam subsistant*, quod explicat dicens; genera, & species subsistere inquantùm indiuiduis aliquibus conuenit subsistere eo quod sunt sub generibus, & speciebus in prædicamento substantiæ comprehensis, quam interpretationem clarius exponit Bergomas, dub. 1137. dicens: Genera, & species substantiæ subsistere quatenus sunt indiuiduis rationes subsistendi.

5. distinct. Quinta distinctio: Subsistere, vt quo, siue vt ratio subsistendi potest sic subsistenti conuenire dupliciter. Primò tanquam superiori, & vniuersali applicato suo inferiori: & hoc modo substantiæ, vt sic conuenit subsistere, vt quo respectu eorum, quæ sub ipsa continentur; Nam Angelus, & homo, vel Sortes non subsistit, nisi prout in se rationem substantiæ claudit intrinsecè. Alio modo tanquã inferiori, & minus vniuersali applicato suo superiori, cui conuenit subsistere, prout determinatur per hoc inferius: & hoc modo substantia dicitur esse ratio subsistendi enti, quatenus ens per rationē substantiæ determinatur, ad genus substantiæ, cui cōuenit subsistere, vt quo, siue vt ratio subsistēdi.

6. distinct. Sexta distinctio est: Subsistere, vt quod, quatenus importat modum naturalem, & politiuū, &c.

A potest alicui conuenire dupliciter. Vno modo formaliter; quando scilicet conuenit rei, vt modus naturalis, & intrinsecus ratione maximę perfectionis illius, ita vt res illa ex perfectione propria vendicet sibi subsistere, sicut quelibet angelica natura, & quelibet diuina perfectio vendicat, sibi subsistentiam, vt modum, & complementum suum intrinsecum. Alio modo dicitur aliquid subsistere identicè; quia scilicet illi non ex ratione, aut perfectione propria conuenit subsistere, sed ex eius pfectione cui realiter idem est, sicut si albedo, aut nigredo naturaliter, & ex propria perfectione subsisteret, color diceretur subsistere; quia realiter idē

B est albedini, & nigredini subsistenti: & diuinæ relationes, vt sic sunt identicè subsistentes, quia realiter idem sunt, quod diuina substantia.

7. distinct. Septima distinctio: Subsistere identicè potest alicui conuenire dupliciter; Vno modo, quia eleuatur ad rem, & naturam altioris ordinis cui per se, & formaliter conuenit subsistere, sicut diuinæ relationes identicè dicuntur subsistere, quia eleuatæ sunt ad celsitudinem diuinæ substantiæ per se, & formaliter subsistentis, & eidem realiter identificatæ. Alio modo conuenit alicui subsistere identicè; quia in eo cui formaliter conuenit subsistere clauditur intrinsecè, vt superius in inferiori, sicut

C homo, & animal, quia intrinsecè clauduntur in Socrate, primo, & formaliter subsistente dicuntur identicè subsistere.

Ex prædictis resultat octaua distinctio parum, aut nihil à sexta differens, videlicet subsistere potest aliquid dupliciter, scilicet in se, & in alio. Dicitur in seipso subsistere, quod à nullo mendicat subsistentiam, sed ex sui propria perfectione subsistit; sicut si homo per se subsisteret ab indiuiduis separatus. Id autem in alio subsistit, quod intimũ est alteri primò subsistenti; sicut in Petro subsistit homo, quia in Petro subsistēte clauditur essentialiter homo. Vt autem hic obtineat Caietanus, dif-

D ferunt hi duo modi secúdùm se dupliciter: primò, vt quid perfectum, & imperfectum in eodem genere; quia longè perfectius est in seipso subsistere, q̃ subsistentiam ab alio mendicare. Secundò differunt, vt prius, & posterius; cùm in omni genere sit prius id, quod est per se, eo, quod est per aliud, vt dicitur in 2. Physic. tex. 66. Deinde differunt in ordine ad substantiam; quoniam ad esse substantiã sequitur subsistere, siue in se, siue in alio: Ad esse autem substantiam perfectibilem, siue determinabilem formaliter per differentiam; vt animal ad hominem per rationale, vel contrahibilem indiuidualiter per materiam: vt homo ad hunc hominē

E per has carnes, & hæc ossa, sequitur subsistere in alio. Ad esse verò substantiam adeò completam, vt excludat omne determinatiuum, siue contrahens tam formale, quàm materiale, sequitur subsistere in seipso. Omitto distinctionem illam, videlicet subsistentiam alicui perfectioni posse conuenire dupliciter, scilicet per se, & per accidens; nã, vt hic aduertit Caietanus, subsistere, prout dicit substantiæ modum, nulli potest perfectioni conuenire per accidens formaliter, aut identicè; cũ nul-

Caiet.

Arist.

Digitized by Google

li rei tribui posit, nisi vt essentialis eius conditio.

Nona distinctio est: Intellectio tribus modis distingui, siue contrahi potest. Primò per subiecta; & sic distinguitur per Angelicam, & humanam. Et hæc distinctio est per extrinseca, & per accidens; alioquin idem subiectum esset differentia per se accidentium diuersorum generũ non subalternatim positorum. Secundò per obiecta; & sic distinguitur penes terminos intellectioni proportionatos sub diuersis rationibus formalibus terminãtes; sicut cum distinguitur intellectio in actum intelligendi proportionatum intelligibili relucenti in phantasmate, qualis est intellectio nostra, aut proportionatum intelligibili relucenti in seipso, qualis est intellectio Angeli, cuius obiectum proportionatum est substantia propria; & hæc est diuisio per se. Nam, licèt obiecta etiã primaria sint extrinseca, ac proinde non sint per se, & essentiales differentiæ actuum intelligendi, potentiæ tamen, & actus ordinem habent essentialem ad proprium suum obiectum formale, à quo quidem ordine differentiæ sumuntur essentiales actuum intelligendi: & sicut non absq; differentijs essentialibus, ita nec absque tali ordine concipi definiriuè posset actus intelligendi, vt probat hic erudite Ca

Caietanus. ietanus. Tertiò potest contrahi intellectio per differentias eius per se diuisiuas, sicuti genus, aut analogum per suos modos; Et, quoniam differentiæ per se diuisiuæ superioris illæ sunt, quæ superius secundùm propriam eius rationem formalem diuersificant, vt ait Arist. in 7. Metaph. tex. 43. & in

Arist. primo de partibus animalium capit. 3. cum ratio formalis intellectionis tota consistat in ordine ad obiectum eius, etiam per se differentiæ, siue modi erunt res per se, & essentialiter respicientes diuersas rationes obiecti, vt obiectum est, diuidentesq; intellectionem, vt genus, vel magis, vt analogum quoddam commune ad multas intellectionũ species, siue naturas.

Vlt. distin. Vltima distinctio: Intelligere Angeli tripliciter sumi potest. Primo, vt intelligere est absolutè: Secundò, vt est tale intelligere, scilicet proportionatum intelligibili in seipso relucenti, & aliquid potentialitatis habenti. Tertiò, prout est intelligere habens tãtùm perfectionis simpliciter. Ratio huius distinctionis est: Quoniam intelligere Angeli, quoad eius intrinseca præcisè consideratum habet tria. Primum, quod sit intelligere: secundum, quod sit tale, scilicet proportionatum intelligibili tali: Tertium est modus perfectionis simpliciter; quem modum non solùm intrinsece claudit intelligere absolutè, sed etiam intelligere tale; secundũ enim vtramque rationem modum aliquem importat perfectionis simpliciter, quamuis vt tale, aliquid etiam habeat imperfectionis admixtum.

Applicantur singula dictarum distinctionum membra singulis propositionibus, ac terminis discursus D. Thomæ, & deductis tribus corollarijs, ac vna conclusione, fit satis quæsito.

HArum igitur distinctionum membra discursui litteræ, propositionibus, ac terminis eius applicando, Dico primò, nomen abstracti significare ex parte nostra modum concipiendi, ex parte verò rei, de qua sermo est, scilicet intellectionis Angeli, modum essendi, & abstractionem in communi ab omni contrahente tam receptiuo, quàm specificante. Secundò dico, subsistere hic sumi. Nõ prout dicit præcisè affirmationem existendi in rerum natura, cum negatione sustentationis in alio quomodocunque prout importat quendam naturalem, & positiuum entis modum, intrinsecum illi rei seu rationi formali, cui naturaliter est annexa negatio sustentationis in alio. Tertiò dico, hic sumi subsistere, pro subsistere non identicè tantum, sed formaliter, & vt quod. Nunquam enim potest intellectio, aut quæuis alia perfectio simpliciter, quæ ex sua ratione sit à genere substantiæ extranea, vendicare sibi subsistere identicè, nisi simul etiam formaliter sit subsistens, quod est habere subsistentiam, vt modum intrinsecum; Subsistere namque quocumque modo non potest perfectioni simpliciter extraneæ à genere substantiæ conuenire, nisi ex magnitudine infinita perfectionis, quam nequit habere, nisi in actu puro; in quo, sicut vna est perfectionum omnium entitas, sic vnica est ratio formalis secundum se: Omnis igitur talis perfectio subsistens idẽtice, subsistit etiam formaliter, & in seipsa, vnde: Quartò dico, eandem vocem hic sumi pro subsistere in seipso. Quintò dico, sumi hic intelligere, non prout est intelligere absolutè, nec vt tale, sed medio modo, videlicet, prout est intelligere habens tantùm perfectionis simpliciter; ita vt dicto illa intelligere in subiecto posita supponat pro intelligere, & modo suæ perfectionis simpliciter.

Singula verò singulis in discursu positis propositionibus applicando, dico sexto, Maiorem illã, *Si intelligere Angeli esset substantia, esset tantum vnũ*, interpretandam esse de intelligere, prout habet tãtum perfectionis simpliciter, ita vt sit sensus: si intelligere tantæ perfectionis est, vt; cum ex propria ratione non sit de genere substantiæ, hanc perfectionem simpliciter sibi vendicet, quæ est esse substantiam, necesse est etiam, vt sit tantùm vnum. Septimo dico, propositionem illam ad huius probationem assumptam, videlicet: *Si intelligere Angeli esset sua substantia, oporteret, quod intelligere Angeli esset subsistens*: Intelligendam esse de intelligere eodem modo, nimirum vt habet tantũ perfectionis simpliciter, & de subsistere, vt dicit modum positiuum rei naturalem, & quasi intrinsecum, cui naturaliter sit annexa prædicta negatio, & de subsistere in seipso, ita vt sit sensus, si intelligere Angeli esset tantæ perfectionis, vt vendicaret sibi subsistentialitatem, siue esse substantiam, esset subsistens in seipso. Cuius conditionalis veritatem subtiliter explicat Caietanus dicens: sicut in eius antecedente duo continentur, alterum explicite, videlicet; *Si intelligere Angeli esset substantia*, & alterum implicite, videlicet; si intelligere Angeli esset tantæ perfectionis, vt vendicaret sibi esse substantiam, ita in eiusdem consequente duo continentur, alterum explicite, videlicet; *esset subsistens*, accipiendo

Caietanus

do ſubſiſtens communiter, ſiue indifferenter ad ſubſiſtere quocunque modo, ſiue in ſe, ſiue in alio; & alterum implicitè, videlicet eſſet ſubſiſtens in ſeipſo. Et quemadmodum (inquit) explicitum ſequitur ex explicito, ita implicitum ſequitur ex implicito. Quod autem illud implicitum in antecedẽte contineatur, probatur: Quia duæ iſtę perfectiones, ſcilicet intelligere, & eſſe ſubſtantiam diſparatæ omninò ſunt, nec identitatem ſibi vendicant ex proprijs rationibus, neque ex eo, quod ſunt perfectiones ſimpliciter: alioquin etiam in nobis idem eſſent realiter: atque ideo, ſi coniunguntur identicè, id eis propter alterius, vel vtriuſque magnitudinem perfectionis conuenire neceſſe eſt. Implicitum autem ex implicito cõſequi probatur: Primò: Quia, ſi intelligere tantæ perfectionis eſſet, vt perfectiſsimam, ſibi naturam vendicaret, qualis eſt natura ſubſtantiæ; ſequitur etiam, vt modum eius perfectiſsimum ſibi vendicaret, quod eſt ſubſiſtere in ſeipſo. Secundò: Quoniam intelligere perfectio ſimpliciter eſt independens à materia ſecundùm rationem, & ſecundùm eſſe: ſi igitur ex propria perfectionis huius ratione identitatem, ſibi vendicat cum ſubſtãtia naturarum omnium perfectiſsima ab ipſo intelligere ſecundùm ſe prorſus extranea, ſequitur, illud etiam eſſe tantæ perfectionis, vt nullo contrahente materiali ſiue receptiuo, vel formali determinatiuo valeat limitari; Quod enim determinabile eſt, perfectum omninò non eſt, cum eſſe mendicet à contrahente: Quod autem limitatiuum non admittit, ex ſua ratione, ſubſtantia eſt eius perfectionis, cuius eſſe non eſt à contrahente dependens: ac proinde, quæ ſubſiſtat in ſeipſa.

Octauò dico, Propoſitionem illam; *Omne abſtractum ſubſiſtens eſt tantùm vnum*, intelligendam eſſe de abſtracto ſecundùm modũ concipiendi à quocunque contrahente tam receptiuo, quàm ſpecificante, ſi in tali abſtractione verè, & realiter ſubſiſteret; ita vt ſit ſenſus: Omne, quod concipitur, aut concipi poteſt abſtractè ab omni limitatiuo formali, & materiali, ſi ſic abſtractè ponatur ſubſiſtens, non poteſt eſſe, niſi vnum. Probatur exemplo coloris, qui concipi poteſt abſtractè tam ab eſſentialibus differẽtijs ſpecificè diſtinguentibus, quã à ſubiectis numeraliter ipſum multiplicantibus: ſi ergo color ſic abſtractè conceptus ponatur ſubſiſtens, erit tantum vnus tam formaliter, quàm numeraliter, eo quod omni careret diſtinctiuo tam formali, quàm numerali.

Ex dictis ſequitur primò, propoſitionem illam: *Intelligere ſubſiſtens oportet eſſe tantùm vnum*, quoad id, quod importat explicitè, non eſſe veram gratia formæ, quoniam hæc vniuerſalis eſt falſa formaliter, Omne ſubſiſtens eſt tantùm vnum; nam ſub qualibet ſpecie ſubſtãtiæ corruptibilis multa ſubſiſtunt; ſed vera tantùm eſt gratia materiæ, non quidem ſpecialis in ſubiecto poſitæ, quæ eſt intelligere, ſed gratia materiæ, generalis, huius ſcilicet quod eſt eſſe abſtractum: in quo genere, ſi ponatur intelligere, erit tantùm vnum. Vera eſt ergo dicta propoſitio gratia materiæ, ideſt de intelligere, vt

A in genere abſtractorum eſt. Si verò, quod implicitè claudit dicta propoſitio, ſignificetur explicitè ſub hac forma. Intelligere in ſua abſtractione ſubſiſtens poteſt eſſe tantùm vnum, erit vera gratia formæ; quia vera formaliter eſt hæc vniuerſalis: Omne abſtractum ſubſiſtens oportet eſſe tantum vnum, quæ eſt propoſitio S. D. in textu.

Secundò ſequitur, rationis huius efficacitati nõ obſtare, quod non probauerit expreſsè D. Thom. intelligere Angeli, prout tale eſt, non eſſe ſubſtantiam. Nam, ſi intelligere Angeli ſecundùm eam rationem, qua dicit perfectionem ſimpliciter, nõ eſt ſubſtantia, minus erit ſubſtantia ſecundum eam B rationem, qua non nihil imperfectionis admittit; iam autem diximus, intelligere Angeli abſolutè ſumptum, ſiue ſecundum omnem rationem perfectionis ſimpliciter in eo clauſam non poſſe gradũ ſubſtantiæ ſibi vendicare, multo minus ergo poterit eſſe ſubſtantia, quatenus tale intelligere eſt imperfectionem habens limitatiuæ differentiæ. Probatur prima propoſitio: Quoniam eſſe ſubſtantiã dicit perfectionem ſimpliciter; ergo, ſi intelligere Angeli, &c. Præterea: ſubſtantia Angeli rationem includit ſubſtantiæ cum additione ſpecificæ differentiæ, ſicut intelligere Angeli claudit intelligere cum additione differentiæ contrahentis: Si ergo C intelligere Angeli abſolutè ſumptum non habet, vt ſit ſubſtantia, nec etiam intelligere, vt tale, erit ſubſtantia talis. Præterea: Tale intelligere non poteſt eſſe talis ſubſtantia, niſi ſit ſubſtantia, non poteſt autem intelligere eſſe ſubſtantia, niſi ſit infinitum ſimpliciter, vt ante diximus, nec poteſt intelligere Angeli eſſe ſubſtantia, niſi ſit ipſius Angeli ſubſtantia: ac proindè ex vnius negatione alterius negatio ſequitur indifferenter: Erit igitur efficax diſcurſus D. Thomæ probantis, intelligere Angeli ratione ſuæ perfectionis ſimpliciter non eſſe ſubſtantiam.

Tertiò ſequitur euidenter in textu deduci ex D abſtractione, & ſubſiſtentia intellectionis Angelicæ ipſius vnitatem, & ex vnitate indiſtinctionem à ſubſtantia Dei, & alterius Angeli, & in tertia ratione negationem graduum in intelligendo perfectius, & minùs perfectè. Nam, ſi intelligere Angeli naturaliter eſſet ſubſiſtens, eam omnem perfectionem ſibi vendicaret, quæ poteſt intellectioni congruere ſecundùm ſe, omnis enim perfectio ſimpliciter capax eſt ex ſuo genere infinitatis ſimpliciter: eſt autem intellectio perfectio ſimpliciter. Cum igitur intellectio ex propria ſua ratione non ſit de genere ſubſtantiæ, ſi tantæ fuerit perfectionis, vt hanc perfectionem ſimpliciter, quæ eſt eſſe E ſubſtantiam, ſibi vendicet, ex eadem perfectione quamlibet aliam perfectionem ſimpliciter intimè ſibi copulabit, omnis igitur Angelica intellectio, ſi ponatur eadem eſſe cum Angeli ſubſtantia, erit infinita ſimpliciter tam ipſa, q̃ Angeli ſubſtantia.

Et quia ſic eſſet naturaliter ſubſiſtens, abſtracta ab omni contrahẽte, vna formaliter, ac numeraliter tantùm eſſet, & conſequenter idem eſſet, quod Deus, & quilibet Angelus intelligẽs; ac proinde nec vnus Angelus ab alio, nec aliquis a Deo diſtin-

Efficacitas diſcurſus D. Thom.

distingueretur,& consequenter etiã, vt infert tertia ratio, nõ essent diuersi gradus in intelligendo perfectiùs,& minus perfectè.

Nam vnitas abstracti simplicissima gradus omnes excludit; sicut etiam,si ratio substantiæ, siue substantialitas subsisteret abstracta ab omnibus differentijs ipsam contrahentibus, vna tantùm esset,nec vllos gradus maioris, ac minoris perfectionis admitteret.

Nota. Vt autem scopulos difficultatum euadas,& facilius,& euidentius argumenta dissoluas,memento,ex impossibili posito sequi statim aliud impossibile vtramque partem contradictionis involuens. Cum itaque sit impossibile simpliciter, intelligere Angeli idem esse realiter,quod eius substantia, mirandum non est,aliud ex eo impossibile deduci,quod vtramque contradictionis partem involuit; Ex eo namque,quod intelligere Angelicæ perfectionis esse ponitur,vt vendicet sibi identitatem cum substantia, sequitur illud esse subsistens formaliter in seipso abstractum ab omni limitatiuo,& contractiuo,& consequenter esse vnum tantum,& esse idem,quod Deus, vt patet ex dictis: At ex eo, quod supponitur esse intelligere Angeli (de hoc enim solo quæritur, & disputatur) sequitur,illud non esse subsistens formaliter in seipso, sed identicè tantùm,& in alio,scilicet in substantia Angeli subsistente,nec esse abstractum ab omni contractiua differentia, sed determinatum ad genus,& speciem,sicut,& ipsa Angeli substantia, nec esse vnum tantum,sed multiplex,& à Deo distingui,sicut multiplicatur,& distinguitur per differentias Angelica substantia.

cõclusio. Sit igitur hæc vnica conclusio: Rationes Diui Thomæ secunda,& tertia probant efficaciter conclusionem.

Argumenta,& solutiones.

Valentia. CONtra conclusionem argumentatur Valentia.Si secunda, & tertia ratio procedit de subsistente intelligere tali, quale est intelligere diuinum,ideſt quod sit per se infinitum, continens omnem plenitudinem essendi, benè quidem tunc sequeretur,intelligere Angeli non posse esse nisi vnum,nec posse esse in illo diuersitatem graduum, sed tamen tunc non video, quomodo probetur à D.Thoma, quòd intelligere Angelicum esset ita subsistens,si esset idem, quod substantia Angeli; quæ vtique per se non est,nisi finita: Si autem procedat de subsistente intelligere, vt subsistens distinguitur contra accidens,quomodo iam de facto ipsa substantia Angeli subsistens est,recte etiã tunc sequeretur,intelligere Angelicum esse etiam isto modo subsistens, si idem sit,quod substantia Angeli,sed minime tamen hinc sequitur, illud esse tantùm vnicum, & non esse per participationé, neque habere plures gradus, &c.

Respondetur, in rationibus ijs sermonem esse de intelligere subsistente priori modo,& D.Thomam optimè probare intelligere Angelicum esse ita subsistens,si sit idem, quod Angeli substantia, vt latè superius ostendimus, ac præsertim in vltimo corollario nec obstat substantiam Angeli esse finitam; nam,& si finita sit de facto,manente, prout est,angelica natura,si tamen hoc admittamus absurdum,& impossibile,quòd idem sit realiter cum intelligere, iam altioris erit ordinis, & naturæ,& erit infinita simpliciter,& idem cum diuina substantia perfectionem omnem intra se continebit.

Contra eandem conclusionem,prout exponitur à Caietano,argumentatur Zumellus,& nititur ostendere, non probari sufficienter à Caietano propositionem hãc; si intelligere Angeli esset substantia eius,esset subsistens in pura abstractione, ideſt abstraheret à contractiuo,& receptiuo. Nã dupliciter potest dici, intelligere Angeli esse substantiam eius; Vno modo formaliter, alio modo tantùm identicè.Primus modus est falsus, videlicet intelligere Angeli esse substantiam eius formaliter,& nihilominus non improbatur à Caietano. Primò: Quia sine ratione infertur,quòd,si intelligere Angeli esset substantia,subsisteret abstractissimè;nam hoc secũdum scilicet subsistere abstractissimè requirit infinitam perfectionem,non autem primum,scilicet esse substantiam: & licèt vtraque sit perfectio simpliciter,tamen vna est cõmunicabilis aliquo modo creaturæ,alia verò nullo modo.Secũdo:Sine probatione assumitur,quod intelligere,vt sic,non vendicet sibi esse substantiã. Nam, qui diceret,in Angelo esse substantiam, idẽ fortè diceret in homine,& quocunque intelligente.Tertiò:Quamuis intelligere vt sic,non necessariò sit substantia,tamen dici potest,quod permissiuè est substantia,& quando in aliquo est substãtia,habet hoc,nõ quia est intelligere, sed quia est tale intelligere, illud autem tale dicit intelligere perfectum in suo ordine. Si verò ponatur, quòd intelligere Angeli identicè est substantia Angeli non formaliter, contra hoc non habet apparentiã ratio fundata in illa propositione. Primò: Quia sunt aperta instãtiæ: Nam relatio potest esse identicè substantia,quamuis relatio,vt sic non necessariò sit substantia, & idem est de motu, & tamen ista non subsistunt abstractissimè.Secundò: Quia esse substantiam tantùm identicè,& non formaliter,non est perfectio simpliciter,sed potius imperfectio: Et tandem contra hoc procedunt rationes factæ contra primum sensum.

Respondetur, sufficienter à Caietano probari, intelligere Angeli non esse substantiam eius formaliter. Ad primum argumentum in contrarium respondetur,iatis ostensum esse, veram esse conditionalem illam:si intelligere Angeli esse substantia,subsisteret abstractum ab omni contractiuo; nullum enim haberet subiectum receptiuum, nec ad vllam esset perfectionis speciem limitatum: & quemadmodum esse subsistens abstractum ab omni limitatiuo poneret perfectionem infinitam in ipso intelligere,sic etiam esse substantiam perfectionem in eo poneret infinitam, & sicut primum non est communicabile intellectioni creatæ, ita neque secundùm scilicet esse substantiam est illi communicabile: Et quamuis esse abstractum ab

omni contractiuo nulli ſit creaturæ communicabile, & eſſe ſubſtantiam ſit aliquo modo communicabile, & actu communicatum pluribus creaturis, nulli tamen creatæ perfectioni ſimpliciter, cuius ratio formalis extranea ſit à genere ſubſtātiæ, communicabilis eſt ratio ſubſtantiæ; Nam, vt ante diximus cum Caietano, eidem etiam communicabilis eſſet omnis alia perfectio ſimpliciter; cū non ſit maior, ſed eadem omninò ratio de vna, & de alia. Ad ſecundùm iam patet ex dictis non ſine ratione aſſumptum fuiſſe, intelligere Angeli nō poſſe ſibi vendicare eſſe ſubſtantiam, tunc enim eſſet infinitæ perfectionis ſimpliciter. Ad tertium patet, falſum eſſe, intelligere creatum permiſſinè eſſe ſubſtantiam ob iam dictam cauſam, id enim ei conuenire non poteſt, niſi ex infinita perfectione ſimpliciter.

Ad argumenta contra aliam partem dico, ſufficienter probari, intelligere Angeli non eſſe ſubſtātiam identicè per illam propoſitionem; ſi intellige re Angeli eſſet ſubſtantia ſcilicet identicè, vel formaliter, eſſet ſubſiſtens abſtractum, &c.

Ad primam rationem in oppoſitum dico. Primò, relationem non eſſe identicè ſubſtantiam, vt benè probat Caietanus ſupra quæſt. 28. art. 2. Deinde dico, longè diuerſam eſſe rationem, quia relatio nec eſt perfectio ſimpliciter, neque ex ſua ratione formali dicit aliquid inexiſtens ei, cuius eſt relatio; & ideo nō poteſt ex magnitudine ſuæ perfectionis vendicare ſibi identitatem cum ſubſtantia, ſed hoc habet ex ſui imperfectione; quia ſcilicet eſt modus alterius dicens ſolum reſpectum ad terminum.

Ad ſecundum negatur aſſumptum. Nam perfectionem ſimpliciter, quæ ex ſuo genere ſit extranea à genere ſubſtantiæ, eſſe ſubſtantiam identicè perfectio eſt ſimpliciter infinita, quanquam verum eſt, nullam talem perfectionem ſimpliciter eſſe poſſe ſubſtantiam identicè, niſi ſit etiam ſubſtātia formaliter; non enim poteſt eſſe ſubſtantia, niſi in actu puro, in quo perfectionum omnium eſt vnica ratio formalis ſimpliciſſima.

IN reſponſione ad tertium aduerte, nomine obiecti intelligi obiectum ſecundùm totam latitudinem omnium modorū eſſendi tam in eſſe naturali, quàm in eſſe intelligibili: res enim intelligibilis tres habet eſſendi modos.

Primus eſt ſecundùm eſſe naturale in rerum natura, ſiue illud eſſe naturale diſtinguatur realiter ab eſſe intelligibili, vt contingit in omni intelligibili realiter ab Angelo diſtincto, ſiue ſit idem realiter, quod intelligens; ſicut eſſentia Angeli intelligentis ſeipſum idem eſt realiter cum ipſo Angelo intelligente.

Secundus eſſendi modus eſt ſecundùm eſſe intelligibile in intellectu per ſpeciem impreſſam, illa enim quo ad id, quod illi per ſe conuenit, eſt ipſum intelligibile in tali eſſendi modo, vt ſupra declarauimus cum Caietano, q. 12. art. 2. Caiet.

Tertius eſſendi modus eſt in eſſe intelligibili p ſpeciem expreſſam, quæ eſt ipſa res, vt eſt obiectū intelligibile ad intra. Cum igitur ait S. D. actionē

A in agente manentem non eſſe realiter mediū inter agens, & obiectum, nomine obiecti tria prædicta ſimul complectitur, ſcilicet rem intellectam ſecundum eius eſſe naturale vltimò terminans actū intelligendi, & ſpeciem vtramq; intelligibilem, ſcilicet expreſſam: & impreſſam: quod aperte ſignificant verba ſubiuncta, nimirum actionem intelligendi, ſiue cognoſcendi realiter conſequi vnionē obiecti cum agente; Conſtat enim obiectum intelligibile, quod vltimò terminat actum intelligendi, ſcilicet res intellecta, ſecundùm ſuum eſſe naturale non vniri intellectui, niſi media ſpecie impreſſa, per quam intellectus, & intelligens primo fit
B ipſum intelligibile, & media ſpecie expreſſa, per quam completè, & in actu ſecundò completur illud eſſe, quod primò minus perfectè per ſpeciem impreſſam fuerat conſtitutum: & quamuis in Angelo ſeipſum intelligente non diſtinguatur realiter ſpecies impreſſa, neque forſitan expreſſa ab ipſa ſubſtantia Angeli ſecūdùm eſſe naturale, prius tamen intelligitur eſſentia Angeli ſibi, & ſuo intellectui vnita ſecundùm eſſe intelligibile ad modū ſpeciei impreſſæ, & vt principium formale intellectionis, quàm eliciatur intellectio, & terminetur ad eandem eſſentiā, vt verbum eſt: & priùs ab eadem terminatur, vt verbum eſt, quàm prout ha-
C bet eſſe naturale; quo fit, vt intellectio Angeli intelligentis eſſentiam ſuam non ſit verè, & realiter media inter intellectum, & rem intellectam, & q intellectio ſupponat vnionem intellectus cum ipſa re intellecta, vt ſpecie impreſſa intelligibili, quę formale principium eſt intelligendi: & præterea ſpecies expreſſa præcedat intellectionem, prout ad obiectum ſecundùm eſſe naturale terminatur, prout latè ſupra declarauimus, q. 27. art. 1.

Secundò, breuius dici poteſt ſpeciem obiecti, quo ad id, quod eſt per ſe, eſſe ipſummet obiectū, cui cognoſcens per vim cognoſcitiuam fit vnum; ex qua vnitate reſultat actus cognoſcendi, ac ſpin
D de non eſt medius actus cognoſcendi, inter agens, & obiectum; ſed quemadmodum eſt poſterior agē te, ſic etiam eſt poſterior obiecto eidem vnito.

ARTICVLVS II.

Vtrum intelligere Angeli ſit eius eſſe.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd intelligere Angeli ſit eius eſſe. Viuere enim viuentibus eſt eſſe, vt dicitur in ſecūdo de anima. * Sed intelligere
E eſt quoddam viuere, vt in eodem dicitur. * Ergo intelligere Angeli eſt eius eſſe. 176 4 com. 6 & per. qu 10. a. 1. ad 5. * Tex. 37. to 2 † Lib. 2 de Ani. tex. 13. to 2.

2 Præterea. Sicut ſe habet cauſa ad cauſā, ita effectus ad effectum. Sed forma, per quam Angelus eſt, eſt eadem cum forma, per quam intelligit ad minus ſeipſum. Ergo eius intelligere eſt idem cum ſuo eſſe.

Sed contra. Intelligere Angeli eſt motus eius, vt patet per Dionyſium * 4. cap. de diuin. nomi- C. 4. par 1 à medio.

nominibus. Sed esse non est motus. Ergo esse Angeli non est intelligere eius.

Respondeo. Dicendū, quòd actio Angeli non est eius esse, neque actio alicuius creaturę. Duplex enim est actionis genus, vt dicitur no
11.9.Met. no Metaphysicorum. *Vna scilicet, quæ tran-
tex. 16.t.3 sit in aliquid exterius, inferens ei passionem, sicut vrere, & secare. Alia verò actio est, quæ non transit in rem exteriorem, sed magis manet in seipso agente: sicut sentire, * intelligere, & velle. Per huiusmodi enim actionem nō
81.a 140 233 immutatur aliquid extrinsecum, sed totum in
B 1144. ipso agente agitur. De prima ergo actione manifestum est, quòd non potest esse ipsum esse agentis: nam esse agentis significatur intra ipsum. Actio autem talis est effluxus in actum ab agente. Secunda autē actio de sui ratione habet infinitatem, vel simpliciter, secundū quid. Simpliciter quidē, sicut intelligere, cuius obiectum est *verū: & velle, cuius obiectum est bo-
B. 754. num. Quorum vtrumque conuertitur cum ente. Et ita intelligere, & velle, quantùm est de se, habent se ad omnia, & vtrunque recipit speciem ab obiecto. Secundum quid autem infinitum est sentire, quod se habet ad omnia sensibilia, sicut visus ad omnia sensibilia. Esse autē cuiuslibet creaturæ, est determinatum ad vnū secundùm genus, & speciē. Esse autem solius Dei est simpliciter infinitum, in se omnia cōprehendens, vt dicit Dion
Ca.4.p.1. pa.um an te med. ysi. 4. cap. * de diuin. nominibus. Vnde solum esse diuinum, est suum intelligere, & suum velle.

Ad primum ergo dicendum, quòd viuere quandoque sumitur pro ipso esse viuentis, quandoque verò pro operatione vitæ, ideſt, per quam demonstratur aliquid esse viuens. *
alio Et hoc modo Philosophus dicit, quòd intelligere est viuere quoddam. Ibi enim distinguit diuersos gradus viuentium secundùm diuersa opera vitæ.

Ad secundum dicendum, quòd ipsa essentia Angeli est ratio totius sui esse, non autem est ratio totius sui intelligere, quia non omnia
165 intelligere potest per suam essentiam. Et ideo secundùm propriam rationem, inquantùm est talis essentia, comparatur ad ipsum esse Angeli. Sed ad eius intelligere comparatur secundùm rationem vniuersalioris obiecti, scilicet
E veri, vel entis. Et sic patet, quòd, licèt sit eadē forma, non tamen secundùm eandem rationē est principium essendi, & intelligendi. Et propter hoc non sequitur, quòd in Angelo sit idē esse, & intelligere.

Sensus quæsiti.

SVmitur hic esse pro esse existētiæ, vt distinguitur ab esse essentiæ, quod est substantia, siue quiddi-
A tas, de qua præcedēs egit articulus: & quæritur, num intelligere Angeli sit eius esse realiter, aut etiam formaliter.

Forma Textus.

CONclusio est: Actio Angeli non est eius esse, neque actio alicuius creaturæ. Probatur: duplex est actionum genus; vnū scilicet eius, quæ transit in aliquid exterius inferens ei passionem, sicut vrere, & secare: alterum verò eius, quæ non transit in rem exteriorem, sed magis manet in ipso agente; sicut sentire, & intelligere; at neutra actio est esse Angeli, neque alicuius creaturæ; ergò. Maior probatur auth Arist 9. Metaph. tex.
B *16. Deinde declaratur, quo ad secundam partem, scilicet actionem immanentem: quia per huiusmodi actionē non immutatur aliquid extrinsecum, sed totum in ipso agente agitur. Minor quo ad priorem partem probatur: Quoniam esse agentis significatur intra ipsum, actio autem transiens est effluxus in actum siue passum ab agente; ergo talis actio non potest esse ipsum esse agentis. Quo ad alteram verò partem probatur: Quia actio immanēs de sui ratione habet infinitatem vel simpliciter, vel secūndùm quid; at esse cuiuslibet creaturæ est determinatum ad vnum secundùm genus, & speciem; ergo actio im-*
manens non est esse Angeli, neque alicuius creaturæ.
Maior declaratur: Quia duplex est genus actionis im-
C *manentis: Alterum pertinens ad partem intellectiuam, vt intelligere & velle, quæ, quantum est de se, habent se ad omnia, & vtrumque recipit speciem ab obiecto; igitur vtrumque est infinitum simpliciter. Quod autem habeant se ad omnia, probatur: Quoniam obiectum intelligere est verum, obiectum autem ipsius velle est bonum; at vtrumque conuertitur cum ente; ergo vtrumq; quantum est de se, habet se ad omnia. Alterum genus actionum immanentium est pertinens ad partem sensitiuam, vt sentire, quod est infinitum secundùm quid; quoniam se habet ad omnia sensibilia, sicut visus ad omnia visibilia.*

Corollarium: Solum esse diuinum est suum intelligere,
D *& suum velle. Probatur: Quia esse solius Dei est simpliciter infinitum in se omnia comprehendens, vt ait Dionys. in cap. 4. de diuinis nomin.*

Expositio Textus.

DIfferentias inter actionem immanentem, & transeuntem superiùs explicauimus, quæst. 27. art. 1. in prima controuersia.

Circa illud antecedens; *Esse agentis significatur intra ipsum*, aduerte cum Caietano verbum illud, *significatur*, ex parte rei se tenere, & non tantùm ex parte modi significandi, ita vt sit sensus; Esse agen
Caiet. E tis significatur intra ipsum, ideſt est res significata intra ipsum agens.

Reliqua ad intellectum litteræ pertinentia, quę notat Caietanus, ad sequentis attinent controuersiæ definitionem.

Con-

Controuersia Vnica.

An efficaciter probet S. D. intelligere Angeli distingui realiter ab eius esse.

Sententiæ Expositorum.

Valentia. Vasquez. Caietanus. Sylvester.

VAlentia rationem hanc ait non esse satis firmam.

Vasquez huius articuli conclusionē ex eo probat, quod esse, & essentia Angeli non distinguuntur ex natura rei; cum ergo iam probatum sit (inquit) intelligere Angeli non esse (ubstantiam eius, sequitur etiam ab esse eius differre.

Caietanus hic, & post eū Sylvester mouent dubitationem de fundamento discursus D. Thomæ, & ait Caietanus, fundamentum huius rationis directum, ac proximum esse propositionem hanc: *Determinatum essentialiter secundùm esse specificum non est res determinabilis per plura esse specifica*: minus autem principale, & quasi præsuppositum esse propositionem hanc: *Quorumcunque sunt diuersa essentiales differentiæ specificæ, illa diuersa sunt res*. Sylvester autem, admisso primo fundamento cum glossa Caietani, ait, fundamentum huius discursus esse propositionem hanc: *Ea, quorum alterum in quocunque esse non potest esse, nisi vnum vnius speciei per se, vel reductiue, aliud autem potest esse multa, vel etiam infinita, illa non sunt idem.*

Resolutio.

Distinguuntur plures modi specificandi creatam intellectionem, & ostenditur, plures Angeli, vel hominis intellectiones, vnius esse quodammodo speciei, & quodammodo plurium: & satisfit quæsito, fundamento discursus, & illius efficaciam indicando.

COnsiderandum est primò, actionem immanentem, puta intelligere, & videre dupliciter sumi posse. Vno modo in communi concipiendo intelligere, vt sic, prout est indifferens ad intelligere humanum, & Angelicum, & sentire, vt commune est ad sentire hominis, leonis, & bouis, &c. Alio modo in speciali, prout est intelligere hominis, Gabrielis, aut Raphaelis. De actionibus prædictis nō in communi, sed in speciali sermo est, prout scilicet ad propria secundùm speciem distincta, ac limitata subiecta determinantur; adeò vt visio nationis in hoc consistat, quia esse Gabrielis est determinatæ speciei: eius autem intelligere nullis certæ speciei limitibus continetur, sed potest indifferenter a cuiuslibet entis natura specificari, ac proinde infinitum est, ideo realiter differunt esse, & intelligere Gabrielis.

Secundo notandum est cum Caietano, dupliciter aliquid posse ad speciem determinari. Vno modo per se, id est essentialiter, & intrinsecè. Alio modo per accidens, id est, accidentaliter, & extrinsecè. Loquitur hic S. D. de specificatione, seu determinatione ad speciem primo modo, scilicet essentialiter, affirmatq; esse Gabrielis essentialiter, esse determinatum ad speciem Gabrielis, intelligere vero Gabrielis nec ad speciem Gabrielis, nec ad aliam cuiuslibet entis naturam esse definitum, sed esse simpliciter indeterminati, & infiniti; atq; ideo nō esse idē intelligere Gabrielis, qđ eius esse.

Sed quo intelligere Gabrielis non sit vnius speciei, & similiter intelligere hominis non sit vnius speciei, sed iuxta singulas intelligibilis, siue intellectorum specificas differentias, siue etiam actuū intellectus specificè differentiæ, difficile est explicare. Scimus enim ex Arist. in 2. de Anima, & D. Thom. hic quæst. 1. art. 3. & infra q. 87. art. 3. potentias & habitus & actus distingui per obiecta, non quidem materialiter, sed formaliter inuicta; Contra autem, vniuersa ab homine intelligibilia sub vna ratione specifica respici ab eius intellectiua potentia, & actu intelligendi, prout scilicet modum, siue rationem habent quidditatis in phantasmate relucentis sub lumine intellectus agētis; hæc est enim propria ratio formalis obiecti intellectus, & intellectionis humanæ, prout eius obiectum est, & similiter, quæcunque cognoscuntur a Gabriele, non nisi vt in propria eius substantia quodāmodo relucentia cognoscentur; atque ideo secundum specificas Angelicæ substantiæ differētias distinguentur etiam species Angelicæ cognitionis. Quemadmodum igitur actus videndi hominis vnius est speciei specialissimæ ob vnam rationem formalem obiecti, vt obiectum est scilicet visibilitatem, quamvis plura sint materialiter species distincta visibilia; vt color albus niger, ac rubeus: sic vna videtur infima species esse intellectionis humanæ ob eādem vnitatem specificam obiecti, vt obiectum est, quamvis multæ sint materialiter distinctæ species intellectorum: lapis. n. Angelus, & Deus intelliguntur ab homine sub eadem specifica ratione formali quidditatis tenibilis in phantasmate relucentis; videntur igitur omnes intellectiones humanæ sub vnica specie formaliter indiuisibili conuenire. Huius difficultatis solutionem libentius audirem, quam docerē, paucis tamen aperiam, si certam meam.

Potentiæ & actum distinctio duplex. Aristot.

Sciendum est igitur tertio, potentias cognoscitiuas, & actus earum dupliciter specie posse distinguiri. Vno modo in ordine ad cognoscentia, & ita vnius hominis species distinguitur a vniuersalis, & vniuersaliter potentiæ sentientis hominis speciæ distinguuntur a potentijs sentientis irrationalium; vt probat Arist. in 2. de Anima 4 pen. ex animarū diuersitate, ex quibus potentiæ derivantur: sed hæc distinctio est per differentias extrinsecas, & accidentales. Alio modo distinguuntur potentiæ in ordine ad obiecta, & sic vnius speciei sunt omnes hominis, & brutorum visiua potentia, quod in idē specie formaliter terminatur obiectum. Verum potētia cognoscentia, & eius actus, exempli gratia visus, & visio, dupliciter possunt in ordine ad obiectum considerari: Vno modo secundum solas, & præcisas gones potentiæ, vt potētia est, & actus, vt actus est, & obiecti, vt obiectū est, & sic eiusde speciei formaliter est visio albi, & visio nigri, & rubei: Alio modo potest considerari visio in ordine ad obiectum, prout visio est actus potentiæ cognoscitiuæ, cui proprium est in ipsius obiecti naturā secun-

ſecundùm aliquem eſsendi modum transformari; viſus enim videndo fit ipſum viſibile, & intellect' intelligendo fit ipſum intelligibile; ita vt videre nihil aliud ſit, quàm videntem eſse ipſum viſibile, & intelligere ſit idem, quod intelligentem eſse ipſum intelligibile cognoſcibiliter in eſse completo; igitur iuxta ſpecificam rerum diuerſitatem, quibus per actum cognitionis identificatur cognoſcens erit etiam ſpecifica ipſorum actuum cognoſcendi diuerſitas, ſicut in rebus, iuxta formarum, ſiue naturarum, ac rerum ſpecificam diuerſitatē eſt etiam ſpecifica diuerſitas exiſtentiæ, cuius vna, & eadem eſt ſpecies cum natura, cuius eſt eſse.

obiectio.

Sed dices, ſpeciem hanc eſse materialem comparatione ſpeciei, quæ eſt ex obiecto, vt obiectum eſt, atque ita viſionis actus, quibus videntur albū nigrum, & rubeum, formaliter, & abſolute loquendo, eſse vnius ſpeciei, ſed materialiter tantùm eſſe differentes, & ſimiliter actus intelligendi, quibus Terra, Cœlum, & Angelus intelliguntur, ſpecie quidem differre materialiter ob diuerſam rerum intellectarum naturam, ſed eiuſdem eſse ſpeciei formaliter ob eandem ſpecie rationem formalem obiecti, vt obiectum eſt, ſingulos humanæ intellectionis actus terminantem, & ſpecificantē.

Solutio.

Verùm, etſi viſionum actus ſecundum eam rationem, quæ illis cum cæteris actibus in obiectum relatis communis eſt, conſiderati, formalem habeāt vnitatem, ac ſpeciem ex obiecto, vt obiectum eſt, ad quam ſpecies ex diuerſis viſorum colorum ſpeciebus acceptæ, vt materia comparantur (quod idem proportionaliter dicendum eſt de actibus intelligendi) nihilominus conſiderando viſionem, vt viſio, ſiue vt cognitio eſt, & ſimiliter intellectionem, vt intellectio, & vt cognitio eſt, cuius propria ratio eſt, vt ſit formaliter, & quidditatiuè ipſum eſse cogniti, ſiue viſi, & intellecti, ſpecies eius formaliſsima non ex obiecto, vt obiectum eſt, ſed ex rei cognitæ propria quidditate ſumēda eſt; Accidit enim cuilibet potentiæ, & actui cognoſcentis, quatenus formaliter cognoſcens eſt, & quatenus idem ſit cum ipſo cognoſcibili, vt ſub tali, vel tali rōne formali obiecti, vt obiectum eſt, ferātur in ipſum: Diuerſarum enim cognitionum tam naturalium, quàm ſupernaturalium, etiam reſpectu eiuſdem rei cognitæ, diuerſa ſunt obiecta formalia, cum tamen per omnem cognitionem transformetur cognoſcens in ipſum cognitum: Et quia ad hoc inſtituta eſt natura cognoſcitiua, vt per actū cognitionis fiat alia, conſequens eſt, eſſentiales actuum differentias iuxta naturarum diuerſitatē, in quas transformatur, eſse numerandas. Non autem accidit cuilibet potentiæ, vt potentia eſt, & actui, vt actus eſt, tendere in obiectum ſub tali, & tali rōne formali, ſed illi ꝓpriè conuenit; viſus enim, vt talis potentia eſt, & videre, vt talis actus eſt, per ſe tendit in viſibile ſub ratione viſibilis, cum tamē viſus, vt cognoſcens eſt, hoc ſibi tantùm per ſe vendicet, vt hat idem cū re viſa, cui rei viſæ, vt idem eſt cum viſu, ſeu vidente, accidit, vt ſub tali, vel tali ratione videatur; cognoſcens enim, vt cognoſcēs formaliter, hoc tantùm habet, vt ſit ipſum cognitum in actu completo. Nam, ſicut altioris ordinis ſunt naturæ cognoſcentium, quàm cæteræ rerum naturæ, atque ideò de earum quidditatibus longè aliter philoſophandum eſt, quàm de naturis aliarum rerum minimè cognoſcentium, ſic proportionaliter de actibus cognoſcentium, & eorum naturis, ac ſpeciebus formaliter ſumptis longè aliter eſt iudicandum, quam de cæterorum actuum turba ad res inferiores ordinis pertinentes.

Actus igitur cognoſcentium, vt ſic præcisè, ſpeciem habent formalem ex obiecti cogniti quidditate, cui formaliter identificatur cognoſcēs, quatenus formaliter eſt cognoſcens; quamuis ſm̄ communem rationem actus in obiectum relati, vt obiectum eſt, ſpeciem habeant formaliter indiuiſibilem, ſed hoc accidit, vt diximus, actui cognoſcentis, vt cognoſcens eſt. Intellectiones igitur hominis, quibus diuerſæ cognoſcuntur naturę diuerſarum formaliter ſunt ſpecierum, vt intellectiones ſunt; quamuis ſm̄ præciſam rationem actus in obiectum relati vnius ſint rationis formaliter. Et qa S. Thom. hic de intelligere loquitur, vt intelligere eſt, ſapientiſsime dixit, illud non eſse determinatum ſecundū genus, & ſpeciem, ſicut eſt eſse, ſed eſſe infinitum ſimpliciter, & eadem ratione ſentire, pura videre non eſse determinatæ ſpeciei, ſed eſse infinitum ſm̄ quid: peculiaris enim actus natura peculiarem etiam ſibi vendicat modum ſpecificæ determinationis, eo ſimul etiam modo retento, quem poſtulat actus ratio cōmuniſsima: Et quia ſpecifica diuerſitas conuenit actibus cognoſcendi ſecundùm eam rationem, qua ſunt altioris ordiniſs, quàm cæteri actus, ideo ex hac parte nobilior eſt ea ſpecies, quam habet actus cognitionis, puta intelligere, ex hac ſpecifica natura cognita, quàm ſit ea, quam habent ex obiecto, vt obiectum eſt; hic enim modus ſpecificandi cæteris etiam actibus eſt communis: Sed quia rō formalis obiecti, vt obiectum eſt, ſpeciem actuat, & perficit quodammodo cognitionis, quam habet ex tali natura cognita, dignior eſt, ex hac parte ſpecies obiecti, vt obiectum eſt. Sed quicquid ſit de maiori, aut minori huius, aut illius ſpeciei nobilitate, certum eſt primò intelligere, & humanū, vt intelligere humanū eſt, nō eſse vnā ſpeciei formaliter, & abſolutè, & ſimiliter videre, &c. vt ꝓſpicue ſatis oſtēdimus.

Secundò certum eſt efficacem eſse diſcurſum D. Thomæ: Nam ſiue ſpecifica diſtinctio actuum intelligendi per ſingulas rerum naturas ſit materialis, ſiue ſit formalis infert euidenter, ac neceſsario diſtinctionem realem intellectionis ab eſse exiſtentiæ rei intelligentis, vt patet ex fundamento diſcurſus ſtatim explicando: igitur.

1. Fundamentum diſcurſus.

Quartò conſiderandum eſt, fundamentum diſcurſus D. Thomæ duplex eſse poſſe. Primum eſt hæc propoſitio. *Determinatum eſſentialiter ſecundum eſse ſpecificum non eſt res determinabilis per plura eſſe ſpecifica.* Probatur: Quoniam eius oppoſitum duplicem implicat contradictionem. Nam, ſi determinatum eſſentialiter ſecundum eſse ſpecificum poſſet eſse res determinabilis per plura eſse ſpecifica, ſequitur eandem rem eſse quidditatem completam

pletam formaliter vltimo complemento formali, & non esse completam vltimo complemento formali, quæ duo sunt extrema contradictoria.

Præterea sequitur, eandem rem esse duas naturas oppositas; quoniam esset idem cum duabus oppositis differentijs naturam illam genericam determinabilem diuidentibus; quemadmodum, si superficies esset idem, quod natura coloris, consequens fieret eandem superficiem esse simul albedinem, & nigredinem, in quibus reperitur natura coloris; id autem implicat contradictionem; quia nigredo negationem continet albedinis, & è contra. Ab hoc fundamento sic explicato in nullo differt illud, quod ex Sylvestro retulimus.

2. fundamentum. Alterum fundamentum esse potest hæc propositio. *Quæcunque diuersas habent differentias essentiales specificas, non sunt idē realiter*: quæ probatur ex eiusdem contradictionis consequentia, quam primò diximus ex priori fundamento deduci; nimirum eandem rem esse quidditatem completam essentialiter vltimo complemento formali, & non esse completam essentialiter vltimo complemento formali. Sed quia de intelligere sermo est, quod multis, immo infinitis essentialibus, specificisque differentijs, est determinabile, veluti genus ad species, prima tantùm propositio proprium erit discursus huius litteræ fundamentum, quamquam vera sit etiam secunda. Duas tamen necesse est vtrique propositioni conditiones, siue limitationes adiungere. Prima est, nomine differentiarum eas hic tantum intelligi, quæ rationem aliquam addunt realem supra naturam per eas determinabilem, quales non sunt differentiæ boni per se diuisiuæ respectu entis, & modorum eius, quibus idem sunt omninò realiter. Secunda conditio est, hic sermonem esse de identitate per se, eo quod omne per accidens excludatur ab arte. Qui verò putant relationem idem esse realiter cum fundamento, tertiam prædictis conditionem adiungent ad veritatem vtriusque fundamentalis propositionis sustinendam, & dicent, vtramq; de absolutis dūtaxat esse intelligendam; quam tamen conditionem esti caciter excludit Caietanus hoc argumento: Quia, scilicet prædicta non euadit absurda, & illud præsertim, quod eadem res esset idem cum duabus oppositis naturis, vt exempli gratia, albedo idem esset, quod natura similitudinis, & dissimilitudinis. Illata sunt enim illa inconuenientia ex propijs, formalibusq; rationibus generis, & infimæ differentiæ, ac speciei per eam constitutæ, quæ tā absolutis, quā relatiuis constat esse cōmunia, non autem gratia materiæ absolutæ, & respectiuæ.

Caiet.

Denique obseruandum est, non esse necessariū, discursum huius articuli fundari in prima propositione secundùm totam eius amplitudinem, quātuis vera sit etiam sic accepta; sed limitanda est ad rem genericam, & rem, siue res specificas alterius ordinis; qualia sunt in proposito intelligere, & esse Angeli; hoc enim ad ordinem substantiæ illud autem ad prædicamentum attinet qualitatis. Ex dictis sequitur hæc vnica conclusio: Probat efficaciter S. Tho. intelligere Angeli non esse idem realiter, quod eius esse.

conclusio.

Argumenta, & solutiones.

Contra conclusionem argumentatur Valentia: Si existentia identificaretur cum operatione immanente, posset habere infinitatem obiectiuam, & nihilominus esset secundùm se, ac simpliciter quidam finitum; ergò non est satis firma ratio D. Thomæ. Huius argumenti motiuum videtur acceptum ex Sylvestro. Valentia.

Respondetur, implicare contradictionem, existentiam identificari cum operatione immanente ob rationes superius allatas. Dato autem hoc impossibili, sequeretur aliud, nimirum eandem rem esse infinitam obiectiuè, & finitam secundùm se, & eandem rem esse determinatam vltima determinatione, & non esse determinatam, &c.

Contra eandem conclusionem militant argumenta, quæ proponit hic, & soluit Caietanus, sed ex prænotatis omnia facilè diluuntur. Caiet.

Contra eandem cōclusionem afferri potest hoc argumentum. Cuiuslibet Angeli substantia determinata est ad vnam aliquam speciem in esse naturæ, & tamen est determinabilis ad multas species in esse intelligibili; ergo fundamentum discursus D. Thom. falsum est. Antecedens probatur, quia Angelus semper intelligit Deum per essentiā suā, vt ait S. D. in q. 56. art. 3. & per eandem essentiam cognoscit omnia imperfectè, vt ait S. D. in quæst. sequenti, art. 1. & præterea secundum probabilem sententiam D. Tho. in 2. sent. dist 11. q. 1. art. 3. ad quartum. Angelus per suam substantiam cognoscit omnia ad se pertinentia, & præsertim locutiones ab altero Angelo ad ipsum ordinatas; ergo determinatur, & specificatur eius essentia in esse intelligibili per plures intelligibilium differentias, cum tamen in esse naturali sit ad vnam speciem determinata.

Respondetur differentiam esse inter intellectū, speciem, & actum intelligēdi ex vna parte, & substantiam Angeli ex alia parte; quod intellectus, & eius species, & actus habēt per se primò ordinem ad extrinsecum intelligibile; & ideo ex illo habent essentialem differentiam; substantia verò Angeli cum sit omnino absoluta non habet ordinem per se primò, & absolutè ad extrinseca illa intelligibilia; sed secundariò tantùm, & secundùm quid, & ideo ex illis nullam habent essentialem differentiam, sed accidentalem: si autem esse Angeli esset eius intelligere, haberet ordinem per se primò ad intelligibilia, & consequenter esset per se primò determinabile per plures differentias essentiales. Ad argumentum igitur dico, antecedens, quoad secundam partem dupliciter intelligi posse, primò, vt essentia Angeli sit determinabilis essentialiter, & per se primò pe multas species, & differētias, & in hoc sensu falsum est, vt patet ex notata differentia inter substantiam Angeli, & intellectū &c. Secundo, vt eadem essentia sit determinabilis per multas species, & differentias accidentaliter tantùm, siue secundùm quid, & in hoc sensu verū est, vt probant argumenta, sed tunc falsa est consequentia, quia fundamentum discursus D. Tho. intel-

Digitized by Google

intelligendum eſt de determinabili eſſentialiter, & per ſe primò.

Vaſquez. Quod autem aſſumit Vaſquez, ideò intelligere, & eſſe Angeli diſtingui realiter, quoniam eſſe Angeli eſt eius ſubſtantia, & eſſentia, nec ab ea diſtinguitur ex natura rei, falſum eſſe probauimus ſupra quæſt. 3. art. 4.

In reſponſione ad ſecundum ait S. D. ipſam eſſe etiam Angeli eſſe rationem totius ſui eſſe, non autē eſſe rationem totius ſui intelligere: cuius dicti cauſam aſſignat in ſequenti quæſtione, articulo primo in corpore. Quo ſenſu verò accipiendum ſit, eſſentiam Angeli eſſe rationem totius ſui eſſe, declarat hic Bannes dicens, eſſentiam Angeli reſpectu eſſe ipſius, non eſſe rationem formalem, ſed potius ſe habere, vt potentiam ad actum, dici tamen rationem totius ſui eſſe, quatenus ipſum eſſe ſpecificat, ſed hunc dicendi modum ſupra cōfutauimus, q. 3. art. 4. controu. 2. Vide etiam Porrectam explicantem vim reſponſionis.

Bannes declaratore ijcitur.

Porrect.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrum potentia intellectiua Angeli ſit eius eſſentia.

277 Inf. q. 77. a. 1. cor & q. 79 ar 1. † ...4. 7 & 9 de di. no. & cap. 12. cœl hier.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd virtus, vel potentia intellectiua in Angelo nō ſit aliud, quàm ſua eſſentia. Mens enim, & intellectus nominant potentiam intellectiuam. Sed Dionyſ. * in pluribus locis ſuorum librorum nominat ipſos Angelos intellectus, & mētes. Ergo Angelus eſt ſua potentia intellectiua.

Antemed. Ii de Trin. †q 50. a 1. & 2. † Lira. 56. ſept. c. 7 in ſi to. 1.

2 Præterea. Si potentia intellectiua in Angelo eſt aliquid præter eius eſſentiam, oportet, quod ſit accidens. Hoc enim dicimus eſſe accidens alicuius, quod eſt præter eius eſſentiam. Sed forma ſimplex ſubiectum eſſe non poteſt, vt Boetius dicit in lib. de Trin. * Ergo Angelus non eſſet forma ſimplex, quod eſt cōtra præmiſſa.

Ca. 12 circ. med. illius.

3 Præterea: Aug. dicit 12. Confeſſionum, *quòd Deus fecit Angelicam naturam prope ſe, materiam autem primam prope nihil. Ex quo videtur, quòd Angelus ſit ſimplicior, quā materia prima, vtpotè Deo propinquior. Sed materia prima eſt ſua potentia. Ergo multò magis Angelus eſt ſua potentia intellectiua.

D. 748.

Sed contra eſt, quod Dionyſ. dicit 2. cap. * Angelicæ hierarch. quòd Angeli diuiduntur in ſubſtantiam, virtutem, & operationem. Ergo aliud eſt in eis ſubſtantia, & aliud virtus, & aliud operatio.

Reſpondeo. Dicendum, quòd nec in Angelo, nec in aliqua creatura virtus, vel potentia* operatiua eſt idem quod ſua eſſentia. Quod ſic patet. Cum enim potentia dicatur ad actū, oportet, quòd ſecundùm diuerſitatem actuum ſit diuerſitas potentiarum. Propter quod dicitur, quòd proprius actus reſpondet propriæ potentiæ. In omni autem creato, eſſentia differt à ſuo eſſe, & comparatur ad ipſum, ſicut potentia ad actum, vt ex ſuprà dictis patet, * Actus autem, ad quem comparatur potentia operatiua, eſt operatio. In Angelo autem non eſt idem intelligere, & eſſe: nec aliqua alia operatio, aut in ipſo, aut in quocunq; alio creato. Vnde eſſentia Angeli non eſt eius potentia intellectiua, *nec alicuius creati eſſentia, eſt eius operatiua potentia.

Art. 1. & 2. præced. & q. 3 ar 4.

299

Ad primum ergo dicendum, quòd Angelus dicitur intellectus, & mens: quia tota eius cognitio eſt intellectualis. Cognitio autem animæ partim eſt intellectualis, & partim ſenſitiua.*

279

Ad ſecundum dicendum, quòd forma ſimplex, quæ eſt actus purus, nullius accidentis poteſt eſſe ſubiectum, quia ſubiectum comparatur ad accidens, vt potentia ad actum. Et huiuſmodi eſt ſolus Deus: & de tali forma loquitur ibi Boetius. Forma autem ſimplex, quæ non eſt ſuum eſſe, ſed comparatur ad ipſum, vt potentia ad actum, poteſt eſſe ſubiectū accidentis: *& præcipuè eius, quod conſequitur ſpeciem. Huiuſmodi autem accidens pertinet ad formam. Accidēs verò, quod eſt indiuidui, non conſequens totam ſpeciem, conſequitur materiam, quæ eſt indiuiduationis principiū. Et talis forma ſimplex eſt Angelus.

377

Ad tertium dicendum, quòd potentia materiæ eſt ad ipſum eſſe ſubſtantiale, *& non potentia operatiua, ſed ad eſſe accidentale. Vnde non eſt ſimile.

377 b

Senſus quæſtī.

Caietanus Syluester.

TItulum explicat Caietanus, quē ſequitur Syluester; ex littera tamen colligi facile poteſt expoſitio, virtus enim, & potentia operatiua non ſignificat relationem, ſed abſolutum: Quare minus neceſſaria videtur expoſitio Caietani.

Forma Textus.

Concluſio eſt: Nec in Angelo, nec in aliqua creatura virtus, vel potentia operatiua eſt idem, quod eius eſſentia. Probatur: Secundum diuerſitatem actuū, oportet eſſe diuerſitatem potentiarum; ſed actus eſſentiæ, & potentiæ in Angelo, & in omni creatura ſunt diſcreti: ergo. Maior probatur: Quia potentia dicitur ad actum, & proprius actus reſpondet propriæ potentiæ: ergo ſecundùm diuerſitatem actuum oportet eſſe diuerſitatem potentiarum. Minor verò probatur: Quia in omni ente creato eſſentia differt à ſuo eſſe, & comparatur ad ipſum, ſicut potentia ad actum: actus autem, ad quod

Digitized by Google

comparatur potentia operatiua, eſt operatio: At in Angelo non eſt idem intelligere, & eſſe, nec aliqua alia operatio, aut in ipſo, aut in quocumq; alio creato eſt idem, quod eius eſſe; ergo actus eſſentiæ, & potentia in Angelo, & in omni creatura ſunt diuerſi.

A

Expoſitio Textus.

Conclusionem huius articuli latè probant, & defendunt Capreolus in primo ſent. diſt. 3. quæſt. 3. Bannes infra quæſt. 77. art. 1. Zumellus, Valentia, & Vaſquez ſuper hoc articulo poſt Caietanum, & Iauellũ in ſecundo de Anima, quæſt. 12.

Capreol. Bannes. Zumellus Valentia. Vaſquez, Caiet. Iauellus

Controuerſia Vnica.

De veritate concluſionis, & efficacitate rationis D. Thomæ.

B

Sententiæ Doctorum.

Sex poſſunt in propoſita controuerſia Doctorũ ſententiæ referri. Prima eſt Ariminenſis in 2. ſent. diſt. 16. quæſt. 2. & tertia, & Gabrielis ibidem quæſt. vnica, articulo ſecundo, & Ochami, quæſt. 24. & 26. & Marſilij in primo quæſt. 3. art. 3. & in 2. quæſt. 17. art. 2. & aliorum quorundam dicentiũ, animam, & eadem ratione Angelum non diſtingui realiter à ſuis potentijs, ſed modo tantùm ſignificandi; ita vt anima, vel Angelus, quatenus intelligit, dicatur intellectus, & quatenus vult, dicatur voluntas. Secunda ſententia eſt Scoti in allegata 16. diſt. quæſt. vnica, quam ſequitur, & tuetur Rada in ſua ſecunda parte, contr. 13. art. 2. & duabus eam explicat propoſitionibus. Prima eſt: Potentiæ animæ, vt intellectus, & voluntas non diſtinguuntur realiter ab anima, nec inter ſe. Secunda eſt: Potentiæ animæ ſunt formaliter diſtinctæ inter ſe, & ab anima, diſtinctione mutua: ita vt, præciſo omni actu intellectus comparatiuo, diſtinctas habeant ex natura rei formalitates, ſintque vna res plures habens realitates. Tertia ſententia eſt Henrici quolib. 3. quæſt. 14. aſſerentis, potentias ab anima diſtingui per modum quendam ſuperadditum; quem ait eſſe relationem ad actum: quam ſententiam ſequutus eſt Gratiadeus in lib. Phyſ. quæſt. 15. Quarta ſententia eſt Durandi variè loquentis. Nam in primo ſent. diſt. 3. par. 2. qu. 2. docet potentias animæ vegetatiuas non diſtingui realiter ab anima, potentias autem ſenſitiuas, & intellectiuas ait realiter ab ea diſtingui: ſed in ſecundo ſent. diſt. 3. quæſt. 5. dicit, in Angelo potentias intellectiuas diſtingui tantùm realiter formaliter, ideſt ex natura rei, quamuis in anima diſtinguantur, tamquàm res à re. Quinta ſententia eſt Valentiæ, quàm duabus explicat propoſitionibus. Prima eſt: Non implicat contradictionem, creaturam aliquam eſſe tam perfectam, vt illius ſubſtantia ſit immediatum principium operationis; ac proinde, vt ſit potentia, immo neque, vt ſit omnia illa, quæ in nobis ſunt iam naturalia accidentia diſtincta à ſubſtantia. Hanc concluſionem ait putare ſe, non eſſe contra Diuum Thomam, ſed contra Caietanum, & vtriuſque rationem impugnat. Secunda eſt: Si loquamur de facto, & ſecũdùm potentiam ordinariam, probabilius eſt, potétiam intellectiuam in homine, & in Angelo, & in vniuerſum omnem aliam operatiuam potentiam diſtingui ab ipſa ſubſtantia creaturæ. Vltima ſententia eſt D. Thomæ, quam huius articuli concluſione ſignificat dicens, nec in Angelo, nec in aliqua creatura virtutem, vel potentiam operatiuã idem eſſe, quod eius eſſentia. Quæ ſententia numero, & pondere maiores habet ſectatores, quàm vlla ex præcedentibus. Hanc enim docet Magiſter in primo ſentent. diſtin. 3. cap. 12. Albertus Magnus in primo diſt. 3. articulo vltimo, & in ſecundo de Anima tract. primo, cap. 11. & lib. 3. capit. vltimo, & Aegidius in eadem diſt. quæſt. 17. articulo ſecũdo, & quolib. 3. quæſt. 10. & Herueus quolib. 1. qu. 9. & Apolinaris lib. 2. de Anima, quæſt. 7. Ianduns quæſt. 9. Marſilius Ficinus lib. 10. de Theologia Platonis, & omnes Thomiſtæ, & cum eis Vaſquez ſuper hoc articulo, & Suarez diſput. Metaph. 35. ſect. 3. num. 16. & latiùs diſput. 18. ſect. 2. Pro hac ſententia referunt Bannes, & alij poſt eũ Dionyſium, Auguſtinum, Tertullianum, Anſelmum, & alios, quibus addit Bannes quædam Conciliorum, ac Summorum Pontificum decreta huic noſtræ ſententiæ non obſcuræ fauentia. Eandem ſententiam ſequitur Toletus in 2. de Anima, quæſt. 9. ſed rationem concluſionis impugnat.

C

S. Thom. Magiſter. Alb. Mag. Aegidius. Apolin. Ianduns. Marſ. Fic. Vaſquez, Suarez. Bannes Toletus

Reſolutio.

Explicatur ſenſus propoſitionum D. Thomæ, diſtinguendo rationem actus, & potentiæ, & oſtendendo, hæc eſſe in quolibet genere diſtincta realiter.

Quoniã ex principijs, & rationis efficacitas, & concluſionis veritas tota in qualibet argumentatione depẽdet, ſingulas neceſſe eſt hìc aſſumptas à D. Thoma propoſitiones expendere, & earum ſenſus, ac fundamenta veritatis aperire.

D

Erat ergo maior propoſitio: *Secundum diuerſitatem actuum oportet eſſe diuerſitatem potentiarum*. Cuius probatio erat: Quia potentia dicitur ad actum, & proprius actus reſpondet propriæ potentiæ. Ad huius propoſitionis, & eius probationis euidentiã tria ſunt obſeruanda. Primum eſt: Actuum quoſdam eſſe potentiæ adæquatos, illos videlicet, ad quos potentię virtus extenditur, nec totam eorum poteſt excedere latitudinem, vt intelligere reſpectu intellectus, velle reſpectu voluntatis, & videre reſpectu viſus. Alios autem inadęquatos, illos videlicet, vltra quorum ambitum potentiæ virtus attingit; vt actus ille intellectus, quo lapis, cœlũ, aut Angelus intelligitur, & actus, viſiuæ potentię, quo videtur album. Maior illa cum ſua probatione de actibus tantùm loquitur adæquatis. Secundũ eſt, duplicem eſſe rerum ordinem, ſiue gradum; alterum eorum, quæ per ſe primò intentæ ſunt, vt actus à natura, ſiue ſint operationes, vt calefacere, ſentire, intelligere, & velle, ſiue ſint formæ ſubſtantiales, vt anima, aut accidentales, vt albedo, ſiue ſint actualitates, vt eſſe: quæ ſcilicet

E

Ordo rerũ duplex.

ſunt

sunt essentialiter actus, atq; ideo simpliciter attinent ad ordinem actuum: alterum earum, quas primariò natura intendit, vt potentias, quæ proinde sunt essentialiter potentiæ, collocanturq; simpliciter in ordine potentiarum, siuè sint actiuæ, vt vis calefactiua, vegetatiua, & sensitiua, siue sint passiuæ, vt potentia materiæ ad formam substantialem, aut subiecti, siue receptiui ad formã, vel actum minimè substantialem. De quorum actuum, & potentiarum differentijs, & gradibus videnda sunt, quæ scribunt Caietanus hic, & Suarez disp. Metaph. 14. sect. 2. num. 13. Tertium est: Propositionem illam: *Proprius actus correspondet propriæ potentiæ*, intelligendam esse de actu proprio formaliter habente, & exercente rationem actus, & de potentia propria formaliter habente, & exercente rationem potentiæ. Hæc autem, vt latè, & subtiliter Caietanus explicauit supra art. 1. huius quæst. necesse est realiter esse distincta, & in quolibet reperiuntur genere, vt propria, & intrinseca illius principia, vt ait Philosophus in 12. Metaph. tex. 26. 27. & 28. sic enim loquitur in tex. 26. *Amplius autem alio modo principia eadem proportionaliter, vt actus, & potentia, sed & hæc alia, quia alijs, & alter; in quibusdam quidem enim quandoq; est actus, quandoq; potentia, vt vinum, aut caro, aut homo: eadem enim & hæc in dictas causas, &c.* Et tex. 28. recolligens, quæ latè dixerat, ait. *Quærere verò quæ principia, aut elementa substantiarum, & ad aliquid; & qualitatum, vtrum eadem, aut diuersa paßim, quia multipliciter dictorum sunt vniuersumq;: diuersorum verò non eadem, sed altera: præterquam sic, & omnium sic quidem eadem, aut eo quòd proportionaliter; quia materia, species, priuatio, mouens, &c.* quibus verbis perspicuè satis affirmat Philosophus, in quolibet genere inueniri proprium actum, & propriam potentiam, quæ sint illius generis principia, ab alterius generis principijs diuersa simpliciter, sed proportionaliter eadem. Sed ait Scotus, & eius schola, Arist. hic loqui de potentia obiectiua, secundum quam illa eadem numero res, quæ producitur, vt sit actu, dicitur esse prius in potentia. Cui responsioni Caietanus occurrit hoc argumento: Aristoteles expressè loquitur de potentia, & actu, vt principia sunt eius, quod est in genere; at potentia obiectiua principium non est rei, sed est res ipsa, vt possibilis est esse: Nec Aristoteles vnquàm, vt aduertit Capreolus in primo dist. 3. q. 3. potentiam hanc obiectiuam agnouit, aut inter multas, quas recensuit, acceptiones potentiæ numerauit. Verba autè illa tex. 26. *In quibusdam enim quandoq; est actus, quandoq; potentia, vt vinum, aut caro, aut homo*, quibus arbitratur Scotus, potentiam obiectiuam significari, nihil aliud sonant, nisi eandem rem, quæ nunc est aliquid actu, puta vinum, aut caro, esse etiam aliquid aliud in potentia: nam quod est actu vinum, est in potentia hæc, & sanguis, & quod est actu caro, est in potentia terra, vel plãta, vt exponit Philopponus. Suarez autem in dicta disput. 14. sect. 2. num. 12. ait, Scotum nomine potentiæ obiectiuæ non intelligere aliquam vnam rem, quæ sit actu in rerum natura, sed rem in actu possibilem, antequam actu sit; & quia res, vt est possibilis, est obiectum potentiæ actiuæ, ideo dicitur à Scoto esse in potentia obiectiua.

Caietanus Suarez. — Arist. — Obiectio Scoti. — Solutio Caietan. — Capreol. — Philopp. Suarez.

Maior igitur, hic assumpta à S. Thomã intelligenda est de actibus, qui sunt adæquati potentijs, & de ijs ad quos per se primò ordinantur potentiæ: Ex horum enim diuersitate reali, & formali infertur à priori diuersitas potentiarum realis, & formalis, quam hic intendit S.D. vt enim ait optimè Caietanus ex Aristotele 2. Physicorum in rebus naturalibus assignare ex fine rationem, & conditionem ejus, quod est ad finem est reddere causam potissimam à priori; quia naturalia sunt propter finem.

Postremò obseruandum est in minori propositione, & eius probatione, essentiam, & esse sumi pro essentia, & esse substantiali, prout distinguuntur contra essentiam & esse accidentale, quod est in genere accidentis: Nam virtus operatiua quædam essentia est, & eius operatio est quoddam esse accidentale (licet non sit eius existentia) sed ab ea realiter distinguatur, & non distinguitur realiter essentia virtutis operatiuæ ab ipsa virtute operatiua. Quo fit vt forma accidentalis sit principiũ proximum essendi, & operandi quod non conuenit formæ substantiali; quia hæc substantia est; eius autem operatio accidens est.

Proponitur quæstio, quo sensu verum sit, potentiam, & actum in quolibet genere reperiri, & ad idem genus pertinere: & referuntur sententiæ Doctorum.

QVo verò sensu accipiendum sit, potentiam, & actum in quolibet genere reperiri, & ad idẽ genus referri, vt ait S.D. infrà q. 77. art. 1. trib. modis explicatur ab interpretibus D. Thom. Bannes enim infrà dubio 2. ad dictum art. 1. q. 77. ad quartum argumentum, ait, non oportere potentiam, & actum pertinere ad idem genus prædicamenti, nisi fortè reductiuè, satisq; esse, vt, si actus fuerit de genere accidentis, potentia essentialiter ordinata ad talem actum, sit etiam accidens, & non substantia. Hãc expositionem probat authoritate D. Tho. in primo sent. dist. 7. q. 1. art. 2. ad secundum vbi sic loquitur: *Non oportet, quod in eodem genere ponantur potentiæ, & actus, & præcipuè de potentijs actiuis: vnde quamuis generare sit ad aliquid, non tamen oportet, quod potentia generandi sit ad aliquid*: Quam expositionem sequitur Ripa in dubitatione ad dictũ articulum prope finem: eandem approbat Suarez in dicta disp. 14. sect. 2. vbi, reiectis aliorum placitis, suam sententiam duabus explicat propositionibus. Prima est: Probabiliter dici potest, potentiam passiuam accidentalem, quando ex primaria institutione, vi suæ essentiæ ordinata est ad actum sub eodem genere, & prædicamento cum suo actu contineri. Secunda est: De potentijs actiuis etiamsi sint per se primò ordinatæ ad agendum, non videtur necessarium, quod potentia, & actus in eodem genere in rigore contineantur. Capreolus in primo sent. dist. 3. q. 3. art. 2. ad 2. 3. & 4. instantiã Scoti ait, propositionem illam: *Actus, & potentia ad idem genus reducuntur*, intelligendam esse de potentia,

1 Thomas Bannes. — 1. Thom. — Ripa. Suarez. — Capreol.

tentia, quæ propriè, & per ſe primò ordinatur ad illum actum; ſicut (inquit) potentia calefactiua ad calefaciendum, & potentia intellectiua ad intelligendum. Ex quo patet Caprolum ſub nomine potentiæ comprehendere vtramq; potentiam, ſcilicet actiuam, qualis eſt potentia calefactiua, & paſſiuam, ſiue ſimul etiam ſit actiua, vt intellectus, ſiue ſit paſſiua tantùm, vt potentia corporis ad colorem. Quam interpretationem ſequitur Caietanus. Et quoniam hic agitur de diſtinctione potentiæ ab eſſentia, meritò S. Thom. hic, & Caietanus potentiæ nomen ad ſolam limitat potentiam operatiuam, ſiue actiuè dicatur operari, ſiue paſſiuè: ſic autem (inquit) excluduntur omnes potentiæ purè receptiuæ, illæ ſ. quæ non media operatione aliquid habent vt actum; qualis eſt potentia ſubiecti reſpectu propriæ paſſionis, & vniuerſaliter reſpectu eorum accidentium, quæ per ſe congenita ſunt rei. Potétias autem illas operatiuas ſubſtantijs congenitas rectè conſtitui probat Caietanus ex Ariſt. Sententiam Capreoli videtur exprimere S. D. infra q. 77. art. 1. vbi ſic loquitur: *Cum potentia, & actus diuidant ens, & quodlibet genus entis oportet, quod ad idem genus referatur potentia, & actus, & ideo, ſi actus non eſt in genere ſubſtantiæ, potentia, quæ dicitur ad illum actum, non poteſt eſſe in genere ſubſtantiæ*: Quibus verbis ſatis perſpicuè videtur ſignificare, potentiam, & eius proprium actum ad idem prædicamentum pertinere; ob hanc enim cauſam ait oportere ad idem genus pertinere potentiam, & actum, quia potentia, & actus diuidũt ens, & quodlibet genus entis: conſtat autem, potentiam, & actum diuidere ſingula rerum genera prædicamentalia, ſignificata per illa verba; *& quodlibet genus entis*: igitur potentia, & actus eius proprius, ad quem, ſcilicet per ſe primò ordinatur potentia, ad idem attinent prædicamentum ſecundũ S. Thom. Quod etiam perſpicuè docet Auerroes in quinto Phyſ. tex. 9. dicens: *Potentia ad vnumquodq; prædicamentum eſt in illo genere prædicamenti, quod eſt actus, & ſimiliter via de potentia ad actum, &c.* & infra: *Potentia ad ſubſtantiam eſt quodammodo in prædicamento ſubſtantiæ, & ſimiliter via ad generationem ſubſtantiæ: ſimiliter potentia ad quantum, & alia prædicamenta, ideo vtique eſt illud eſſe, quod eſt inter potentiam, & actum in illo genere, ſit ſub illo genere, quoniã eſſe medium inter potentiam, & actum, quæ ſunt in illo genere, neceſſe eſt de genere actus, qui eſt complementũ, ſed aliter, & ſecundum magis, & minus.* Hæc ille.

Caiet.

S. Thom.

Auerroes.

Auer. 17.

Subſtantiam eſſe aliquo modo principium immediatum alicuius accidentis, non tamen operationis, & potentiam, & actum ad idem genus pertinere.

QVoniam verò quæſtio, num potentia, & actus idem ſint, eadem eſt cum illa; num ſubſtantia poſſit eſſe immediatum principium alicuius accidentis, ideo illa ex hac, quę videtur apertior eſt definienda. Dico autem breuiter cum Capreolo, & Caietano, quos etiam in ſubſtantia ſequitur Suarez, Primo, ſubſtantiam non poſſe eſſe immediatum principium alicuius accidentis per ſe primò ad illud ordinatum. Probatur: Quia ſubſtantia ad nullum accidens ordinatur per ſe primò, ſed tãtùm conſequenter, ac per ſe ſecundariò, vt ait Capreolus. Secundò dico, Subſtantiam eſſe poſſe principium, ſiue cauſam materialem immediatè receptiuam accidentis. Probatur: Quia ſubſtantia recipit immediatè quantitatem, nulla media alia potentia, quę ſit à ſubſtantia, & quãcitate diſtincta. Præterea: Cum non ſit proceſſus in infinitum in accidentibus in ſubſtantia receptis, neceſſe eſt inter plura accidentia ordinate in ſubſtantia recepta vnum eſſe primum, quod immediatè ſit in ſubſtantia receptum, & ſit veluti prima diſpoſitio ad reliqua recipienda. Ex quo ſequitur, vt ex vi cauſalitatis materialis accidentis, vt accidens eſt, non neceſſariò requiratur potentia media inter ſubſtantiam, & accidens, ſed poſſe ſubſtantiam, & accidens, ſed poſſe ſubſtantiam ipſam huic cauſalitati ſufficere; nam, vt diximus, quantitatem recipit immediatè. Et quia quantitas non eſt de genere eorum accidentium, quę per ſe primò ſunt inſtituta, vt ſint receptiua, ſed ad extendendam materialem ſubſtantiam, idcirco non rectè diceretur, ea tantùm accidentia poſſe immediatè in ſubſtantia recipi, quę per ſe primò ſunt inſtituta, vt ſint potentię receptiuę, quod dictum Suarez immeritò tribuit Caietano. Tertiò dico, ſubſtantiam non poſſe principium proximum operationis actiuè, nec paſſiuè, ſed neceſſariò requiri potentiam mediam, quę ſit per ſe primò ad operationem ordinata, & ad idem genus, ſiue prędicamentum pertineat: Et de potentia quidem paſſiua patet ex allegatis textibus Ariſt. & dictis D. Thom. De actiua verò maior videtur eſſe difficultas ob verba præſertim eiuſdem Angelici Doctoris noſtri relata ſuperius ex primo ſent. vbi ait, non oportere in eodẽ genere poni potentiam, & actum, loquendo præcipuè de potentijs actiuis: Dicendum eſt tamen, potentiam omnem actiuam per ſe primo ad operationem ordinatam eiuſdem eſſe prędicamenti cũ operatione, ac proinde talem potentiam ſubſtantiam eſſe non poſſe: Sed, cum actio ſit duplex, 5. Phyſica, quę realiter idem eſt cum motu, & eius termino, & Metaphyſica, quę eſt agentis perfectio, & eius cauſalitas, hęc ſola. 5. Metaphyſica eiuſdem eſt prędicamenti cum actiua potentia per ſe primò ad eam ordinata; nam hęc ſola potentię actus eſt, & eius intrinſeca perfectio: Actio verò Phyſica extrinſeca prorſus eſt ab agente, & eius actiua potentia, & eſt perfectio paſſi. Quod autem potentia actiua proximè, & per ſe primò ad operationem ordinata non poſſit eſſe ſubſtantia, probat optima ratione Caietanus. Quoniam elicere operationem poteſt alicui principio tripliciter conuenire. Primo, vt principium proximum tantùm, & hoc imperfectionis eſt; quia tale principium oportet eſſe de genere accidentis. Secundò, vt principale tantùm; & hoc aliquam dicit perfectionem, ſed finitam, conuenitq; creatę ſubſtantię, quę finita eſt, & media inter Deum, & accidentia. Tertiò, vt principium proximum, & principale ſimul; & hoc eſt ſummę perfectionis: quia perfectionem in re poſſunt ſubſtantia, & accidentia: implicat

Capreolus Caietanus Suarez.

Suarezij impoſtura

Caietanus

Digitized by Google

implicat autem contradictionem rem aliquam A creatam esse summe, ac infinite perfectam: Igitur ea propositio continet implicantia, quæ ait, posse creaturam aliquam esse tam perfectam, vt illius substantia sit immediatum principium operationis, aut etiam sit omnia, quæ nobis naturaliter insunt, accidentia. Quod autem perfectionem habere substantiæ, & accidentis sit summa, & infinita perfectio, probari facile potest ex discursu Caietani in primo huius quæstionis articulo: Quoniã, quæ secundùm propias rationes formales non veniuntur, nisi in ratione actus, & potentiæ propriè, non identificantur realiter, nisi in actu puro; talia verò sunt accidens, & proprium eius subiectum, B quod est substantia. His verò non obstant verba illa D. Thom. in primo sent. quæ ad actiuas potentias non per se primo ad actus ordinatas videntur respicere: quales sunt multæ potentiæ actiuæ respectu actionis Physicè sumptæ. Quod autem ibidem asserit de potentia generandi, & actu generationis, quæ negat ad idem genus pertinere, nihil officit: quia, cum in potentia generandi, & similiter in actu generationis duo sint, videlicet essentia, & relatio, non eodem modo significatur nomine potentiæ generandi, & nomine generationis: nam potentia generandi formaliter significat essentiam in recto, relationem autem in obliquo, vt ait S. Thom. C supra q. 41. art. 5. sed generatio formaliter significat relationem per modum operationis, vt ait idem S. D. in primo sent. dist. 26. q. 1. art. 1. ad primum, & de Potentia q. 7. art. 5. ad vltimum, & supra q. 41. art. 1. & q. 42. art. 6. ad tertium, essentiam autem significat materialiter, vel vt implicitè clausam in significato generationis completo, quod idem dicendum est de cæteris actibus notionalib. Cum igitur in diuinis potentia generandi significet formaliter absolutum in recto, generatio verò formaliter importet relationem, meritò negauit S. D. hæc in eodem genere collocari, latè etiam genus accipiendo: quia scilicet non eodem modo D significant relationem, sicut nec eodem modo significant essentiam, cum tamen sint vna res absoluta, & respectiua.

Minor autem illa propositio, quam hic assumit S. D. videlicet actus essentiæ, & potentiæ in Angelo, & in omni creatura sunt diuersi, cum sua probatione patet ex dictis supra q. 3. art. 4. & articulo immediatè præcedente.

Conclusiones deductæ, & probatæ.

PRima conclusio: Vera est, & certa conclusio præsentis articuli.

Secunda conclusio: Implicat contradictionem, creaturam aliquam adeò esse perfectam, vt illius substantia sit immediatum principium operationis, ac proindè, vt sit potentia, & multò magis, vt sit omnia illa, quæ in nobis sunt naturaliter accidentia. E

Tertia conclusio: Illa propositio: Actus, & potentia referuntur ad idem genus, siue sunt in eodẽ genere, vera est de potẽtia per se primò ad actum ordinata, siue sit actiua, siue passiua, siue sit operatiua, siue careat operatione.

Quarta conclusio: Ratio D. Tho. in hoc articulo, & prima in art. 1. quæst. 77. probat efficaciter conclusionem.

Argumenta, & solutiones.

CONtra primam conclusionem sunt argumenta, quæ referunt, & soluunt Capreolus in allegata dist. 3. Caietanus, Zumellus, & Valentia super hoc articulo, & Bannes infra quæst. 77. art. 1. & Caietanus ibidem, Iauellus in 12. de Anima q. 12. Suarez in dicta disp. 14. & alij, quos consultò prætereo: Nec ea, quæ Rada profert argumenta, diuersa sunt ab ijs, quæ sunt à prædictis expositoribus confutata.

Capreolus Caietanus Zumellus Valentia, Bannes. Iauellus. Suarez Rada

Contra secundam conclusionem argumentatur Valentia. Primò: Potest creaturæ tribui sine contradictione omnis ea perfectio, quæ non sit summa, & infinita: sed, vt vna, & eadem res sit substantia, & quodlibet aliud naturale accidens ex ijs, quæ iam in creaturis distinguuntur à substantia, non est summa, & infinita perfectio: ergo potest hoc sine contradictione conuenire creaturæ. Minor probatur: nam maior perfectio est continere perfectionem omnium substantiarum, & accidentium possibilium, sicut Deus continet eminenter, qui idcircò est infinitus: ergo illa non est perfectio summa, & infinita, cũ alia sit perfectio maior.

Respondetur, falsam esse minorem. Ad cuius probationem dico, ex eadem infinitate perfectionis vtrumq; prouenire, scilicet continere eminenter substantiam, & quodlibet accidens naturale, & continere eminenter perfectionem omnium substantiarum, & accidẽtium possibilium, quamuis prior cõtinentiæ modus non importet formaliter, & explicitè perfectionem simpliciter infinitam: quia non dicit formaliter, & explicitè omnem perfectionem, sed virtualiter, siue causaliter tantùm, & implicitè: quia nimirum, quæ ex propijs rationibus, & naturis ita se habent, vt vnum sit formaliter, & realiter accidens, & aliud substantia, non possunt identificari, nisi in actu puro, ac simpliciter infinito: ita vt puritas actus, cui necessariò annexa est infinitas, sit sola, & propria causa identitatis eorum. Posterior autem modus continentiæ dicit formaliter, & explicitè omnem perfectionẽ, ac proindè perfectionem simpliciter infinitam importat formaliter, & explicitè.

Secundò: Vel implicat cõtradictionem propter argumentum, quo vtitur D. Thom. vel propterea quòd sit impossibile, vnam, & eandem entitatem creatam esse, & substantiam, & accidens: sed neutrum dici potest, ergo. Minor probatur: Nã, quod attinet ad argumentum D. Thomæ potest opponi. Primò, quod non est certum, existentiam in creaturis esse quasi quendam actum, seu perfectionem re ipsa distinctam ab entitate essentiæ, vt D. Thom. in illo argumẽto supponit. Secundò: Quod etiamsi existentia distingueretur ab essentia in creaturis, tamen non est ipsa propriè aliquis actus, & operatio eius generis, in quo locum habet illud axioma Philosophorum assumptum à D. Thoma scilicet potẽcias distingui secundum distinctionẽ actuũ.

Tertiò: Quia neque ipsa essentia est etiam potentia propria eius generis, de quo etiam intelligitur idem axioma; procedit enim illud propriè de potentijs operatiuis, cuiusmodi potentia non est essentia respectu existentiæ. Adde Quartò: Quod vtcumq; tandem illud axioma intelligatur, tamen non est necesse, ita illud esse verum, vt oppositum etiam implicet cõtradictionem. Quod autem nec secundùm illud dici possit, scilicet esse impossibile, vt vna, & eadem entitas creata sit substantia, & accidens, Probatur. Primò: Nam tunc implicaret etiam contradictionem, vt vllum omninò accidẽs esset idem, quod substantia subiecti; at hoc falsũ est: ergo. Probatur hæc minor: Quia valdè probabilis, & ferè iam communis Theologorum, & Philosophorum sententia est, quædam accidentia, saltem ex posterioribus prædicamentis, & etiam ex postprædicamentis, vt situm, motum, & similia nõ distingui re ab ipso subiecto. Secundò: Quia ob diuersam rationem formalem intelligi sine contradictione potest, quemadmodum vna, & eadem entitas, vt concipitur sub vna ratione formali sit substantia per se subsistens, ideſt non supponens aliquid, à quo dependeat tamquàm à subiecto, & simul, vt concipitur sub alia ratione, sit accidens, ideſt supponens aliquid tale.

Respondetur, implicare contradictionem propter vtramq; causam. Ad primum argumentum contra rationem D. Thom dico, satis euidens, ac certum esse, existentiam in creaturis esse actualitatem realiter distinctam ab entitate essentiæ, vt latè superius ostendimus q. 3. art. 4. Ad secundum dico, principium illud Philosophicum, videlicet, *Potentiæ distinguuntur secundum distinctionem actuũ*, non solum habere locum in illis actibus, qui sunt operationes, & in potentijs operatiuis; sed in omnibus actibus, & potentijs per se primò ad inuicẽ ordinatis, vt antè diximus: ordinatur autem essentia per se primò ad existentiam, vt potentia ad actum proprium, & existẽtia ad essentiam, vt actus ad potentiam propriam. Ad tertium autem argumentum contra eandem partem dico, principium illud ita verum esse, vt eius oppositum implicet cõtradictionem; eo quòd in ipsis fundatur rerum naturis, actus scilicet, & potentiæ mutuum, & essentialem ordinem, ac dependentiam habentibus adinuicem, à qua nec etiam per primam intellectus operationem possunt absolui, sicut nec homo à rationalitate. Ad primum autem contra secundam partẽ nego minorem. Ad eius probationem dico primò, sententiam illam non esse communem, neque probabilem. Secundò dico, quicquid sit de illis prædicamentis, & postprædicamentis, non esse probabile, sed impossibile, rem de prædicamento qualitatis identificari substantiæ. Ad secundum negatur antecedens, iam enim ostendimus, id esse impossibile, & contradicentia simul inuoluere.

Contra eandem conclusionem, & tertiam simul argumentatur Suarez. Primò: Substantia per se ipsam potest esse capax accidentis, vt sic: ergo etiam poterit esse capax mutationis ad tale accidens, si fortasse illud separabile sit: ergo illa limi- Suarez

A tatio, seu distinctio, de accidentibus congenitis, seu transmutabilib. non est formalis, neque in vniuersum vera. Probatur consequẽtia; quia, quod accidens sit inseparabile, illud est per accidens, & materiale quid respectu causalitatis substantiæ.

Respondetur nullam esse consequentiam, quia transmutatio præexigit necessario potentiam propriam in re transmutabili respectu formæ, ad quã transmutatur: vbi verò nulla intercuenit transmutatio, sed forma naturaliter ex subiecto resultat, nulla requiritur talis potentia propria realiter a subiecto distincta; sed quemadmodum in sui natura principium habet sufficiens talis accidentis, putà risibilitatis, aut quantitatis congenitæ, sic per se ipsam illius est capax. Radix huius est, quia generatio, & mutatio naturalis fit ex ente in potentia; igitur, vbi vna tantùm est generatio, & mutatio, ibi vna tantùm erit potentia, ideſt ad vnum tantùm genus pertinens. & è contra, vbi multiplex est mutatio, ibi necesse est etiam multiplicem esse potentiam: constat autem, vna solã mutatione, seu generatione produci substantiam, & omnia eius accidentia naturaliter illi congenita: igitur ad ea accidentia nulla erit in subiecto potentia, quæ genere sit ab eo distincta, sed eadem erit potentia, quæ per se primò respiciet actum substantialem, & secundariò actum accidentalem. Ea verò, quæ genito iam subiecto alia quadam actione, seu passione producuntur in eo, propriasin eo requirunt potentias per se primò ad ea accidentia, vt proprios actus ordinatas, vt supra satis ostendimus.

Secundo: Quantitas iuxta communem sententiam est accidens, quod transmutatur, & per proprium motum acquiritur; & nihilominus non requirit in substantia potentiam ab illa distinctam. Item: Præsentia localis, seu vbi est modus accidentalis, qui interdum afficit immediate ipsam substantiam, vt clarius paret in substantia spirituali, & est suo modo verum in materiali, & tamen illud accidens potest per propriam mutationem acquiri, & perdi: Item, si verum est, relationem similitudinis, vel identitatis specificæ esse aliquid ex natura rei distinctum à subiecto, & fundamento, tale accidens non requirit in substantia specialem potentiam, & tamen non est congenitum, sed ammitti potest, vel de nouo resultare; ergo ad causalitatem materialem substantiæ circa accidens, siue in ea fit per modum potentiæ passiuæ, aut actiuæ, siue per modum simplicis formæ, vel dispositionis, seu quantitatis, aut alterius modi accidentis, siue congeniti, siue aduentitij per se, & ex vi harum generalium rationum præcisè sumptarum non est necessarium, ex parte substantiæ esse specialem potentiam ex natura rei ab illa distinctam.

Respondetur, quantitatem esse accidens absolutè cuilibet materiali substantiæ congenitum, atq; ideo mutationem omnem ad quantitatem in re materiali iam genita præsupponere quantitatem illi congenitam, & illam augere: igitur motus augmenti præsupponit aliquid in substantia realiter ab ea distinctum, quod est plusquàm potentia ad quantitatem, cum sit quantitas tantæ mensuræ in

maiorem

maiorem amplitudinem extenſibilis. Prętered dici poteſt, quantitatem ſecundùm eam partem, ſeu rationem, qua per tranſmutationem eſt acquiſibilis, præſupponere potentiam in ſubſtantia ad genus quantitatis pertinentem. Vbi autem, quod acquiritur motu locali, propriam requirit in ſubiecto potentiam, ſicut etiam actio, & paſſio, quæ media fiunt operatione. Sed ait Suarez, non poſſe concipi, aut fingi talem potentiam, cum ratio potentiæ, ſi propria ſit, pertineat ad qualitatem, ſi verò latè ſumatur, ſit quaſi tranſcendens, & ratio quædam intimè incluſa in varijs rebus diuerſorum prædicamentorum.

Reſpondetur, hic ſumi potentiam, prout eſt modus entis, qui diuerſus eſt iuxta rerum diuerſitatem, de quib. dicitur: alia eſt enim potentia ad ſubſtantiam, alia ad qualitatem, alia ad vbi, & ſic de ſingulis. Relatio verò, cum vna, & eadem mutatione fiat cum ſuo fundamento, vnam etiam tantùm ſimul cum eo potentiam requirit in ſubiecto; & quamuis de nouo quandoq; reſultet, nulla tamē ſit in eius ſubiecto mutatio, ſed in termino tantū de nouo producto: quæ tamen mutatio non eſt ad relationem per ſe primò: de qua re videndus eſt Caietanus Caietanus ſupra q. 28. art. 2. Quod autem fingit de vbi ſubſtantiæ ſpiritualis, falſo innititur fundamento ſupra latè confutato.

Tertiò: Quantitas eſt medium, ſeu potentia, per quam hæc ſubſtātia recipit qualites corporeas, & ſimilia accidentia; at quantitas non eſt potentia pertinens ad prædicamentum qualitatis, ergo. Maior probatur: Quia fingi non poteſt inter ſuperficiem, & albedinem mediare, aut intercedere potentiam aliquam de genere qualitatis, per quam ſuperficies recipiat albedinem.

Reſpondetur, falſam eſſe primam propoſitionem quo ad eam partem, quæ ait, quantitatem eſſe potentiam. Ad eius probationem dico, mutationes diſtinctarum naturarum diſtinctas etiam neceſſariò potentias poſtulare; & ideo vbi accidēs de nouo per mutationem producitur, prærequiri neceſſariò potentiam ad illud in ſubiecto realiter Ariſtot. ab eo diſtinctam iuxta doctrinam Ariſt. in 9. & 12. Metaph.

Quartò ſpecialiter contra tertiam concluſionē, quatenùs actiuam etiam potentiam comprehendit, ſic argumentatur: Vel per actum actiuæ potentiæ intelligimus actionem, vt actio eſt, vel terminum formalem actionis; ſed vtroq; modo ſumendo actum, potentia, & actus pertinent ad diuerſa prædicamenta, ergo: Minor quo ad priorem partē eſt nota: Quo ad aliam verò partē probatur exemplo grauitatis, quæ potentia eſt actiua motus localis, qui tamen alterius eſt prædicamenti: & in vniuerſum adduci poteſt exemplum de potentia ſecūdum locum motiua, ſiuè ſit progreſſiua, ſiue ſit attractiua, ſiue ſit expulſiua, aut impulſiua, vel impulſus ipſe, quē multi exiſtimant eſſe qualitatē: & tamen non ordinatur ad faciendam qualitatē, ſed motum, vel vbi: & ratione probatur: Quia potētiæ actiuæ, vt ſic non ordinatur ad terminum formalem, vt imperfectum ad perfectum, neque vt eum

A illo componat aliquid per ſe vnū: ſed vt cauſa extrinſeca ad effectum; At fieri poteſt, vt cauſa actiua non ſit eiuſdem rationis, aut generis cum effectu, ſed eminentioris; ergo non eſt neceſſe, vt in eodem prædicamento cum ſuo actu collocetur.

Reſpondetur, nomine actus potentiæ actiuæ intelligi actionem, vt actio eſt, non phyſicè, ſed metaphyſicè ſumptam: ſic autem actio eiuſdem eſt prædicamenti cum potentia operatiua, cuius eſt actio, pertinet enim ad prædicamentum qualitatis: ſola enim actio phyſica ſpeciale conſtituit prędicamentū, vt patet ex 3. Phyſ. alioquin actus im- Ariſt.
perij, quo mouet Angelus externa corpora, ad a-
B ctionis, & non ad qualitatis prædicamentum pertineret: quod eſſe falſum Metaphyſici verè ſapientes exiſtimant docentes, actiones formaliter, & eſſentialiter immanentes eſſe qualitates: actus autē imperij formaliter, & eſſentialiter eſt actio immanens, licēt ſit virtualiter tranſiens. Et cōfirmatur: Quoniam actionem prædicamentalem affirmant omnes eſſe in paſſo, vt in ſubiecto, actio verò metaphyſicè non eſt in paſſo, ſed in agente, vt oſtendimus ſupra q. 25. art. 1. Exemplum autem grauitatis non eſt ad propoſitum; quia grauitas non eſt potentia proprie operatiua, quia non cauſat motum per actionem aliquam mediam, ſed per ſimplicem reſultantiam. Reliquæ autem virtutes motiuæ, quæ media actione motum efficiunt, aut eius
C terminum, ad actum metaphyſicum ordinantur per ſe primò, per quem etiam immediatè perficiūtur, & eiuſdem cum eo ſunt prædicamenti; agunt enim intelligentiæ, & vniuerſa agentia ſecundaria, vt Deo aſſimilentur in perfectione cauſalitatis, quæ conſiſtit in actione metaphyſica, quæ intrinſeca eſt agentis perfectio. Et per hoc ſoluitur argumentum Toleti. Toletus.

Contra eaſdē concluſiones ſunt argumēta, quę referunt, & ſoluunt Caietanus, Capreolus, & Zumellus, quæ militant etiam contra primam. Caietanus Capreol. Zumellus Toletus.

D Contra tertiam concluſionem, & præcedentes argumentatur Toletus. Quamuis ſecundum Ariſt. in 12. Metaph. id, quod eſt in potentia, ſ. ipſum cōpoſitum ſit in eodem prædicamento, & ſit idem cum eò, quòd poſtea eſt in actu: potentia tamē, id eſt vis, & facultas ſubiecti, & eius actus, & forma non ſunt eiuſdem prędicamenti, ergo. Antecedens probatur: Nam, licēt potentia ſit in vnoquoq; prędicamento, non tamen conſtituitur in illo, vt ſpecies, ſed vt principiū nā in alio prædicamento eſt. Verbi gratia: Potentia ad quantitatē eſt principiū quantitatis, & ſic dicitur, quòd potentia reperitur in genere quantitatis, ſed non dicitur, quod ipſa
E ſit quantitas; poteſt enim eſſe ſubſtantia, & hoc eſt, quod dicitur in 9. Metaph.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens. Ad eius probationem dico, potentiam illam, de qua loquitur Ariſt. eſſe principium intrinſecum, ideſt contentum in eo genere, cuius eſt principium, loquendo ſemper de potentia per ſe primò ad actum ordinata; qualis non eſt potentia ad quantitatē ſubſtantiæ materiali congenitam. Ariſt.

Contra tertiam, & vltimam cōcluſionem argu-

Rada mentatur Rada: Si actus per accidens, & potentia per accidens non ſunt in eodem genere, vt ait Caietanus, cur ergo S. Tho. concludit, potentiam animæ eſſe accidens, quia operatio eius accidens eſt, reddens rationem, quia actus, & potentia ſunt ſub eodem genere? ignorabat forſitan S. Thom. operationem animæ eſſe accidens? minimè gentium; ergo aſſumpſit falſum, vel æquiuocationem commiſit de actu, & potentia. A

Reſpondetur, argumentũ hoc procedere ex ignorantia terminorum, de quorũ ſignificatione nulla eſt inter Theologos, aut Philoſophos cõtrouerſia, ſed cuilibet eſt notiſſima: diſtant enim pluſquàm cœlum, & terra, eſſe accidens diſtinctum contra ſubſtantiam, & eſſe tale per accidens, ideſt non per ſe primò: Non enim omne, quod eſt accidẽs, eſt tale per accidens; potẽtię enim animę ſunt accidẽtia, & tamẽ non ſunt potentiæ per accidens, ſed per ſe primò inſtitutæ ſunt à natura, vt ſint potẽtiæ. Nec omne, quod eſt tale per accidẽs, illud eſt accidẽs; formæ enim ſubſtantiali, quatenùs actus materię eſt, conuenit per accidens, vt ſit potentia reſpectu ſuarum potentiarum, & ſubſtantiæ materiali conuenit per accidens, ideſt non per ſe primò, vt ſit ſubiectum quantitatis, & tamen non eſt accidens, ſed ſubſtantia. Vnde ad argumentum negatur cõſequentia; quia procedit ab eo, quod eſt tale per accidens, ad id, quod eſt accidens. B C

Alia argumenta, quæ idem author producit cõtra cæteras concluſiones, iam antea fuerant à Capreolo, & Caietano confutata, quorum ſolutionibus nihil obijcit.

Capreolus Caietan.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in Angelo ſit intellectus agens, & poſſibilis.

278 2. cont. c. 96. rõne 6.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd in Angelo ſit intellectus agens, & poſſibilis. Dicit enim Philoſophus in 3. de Anima,* quòd, ſicut in omni natura eſt aliquid, quo eſt omnia fieri, & aliquid, quo eſt omnia facere, ita etiam in anima. Sed Angelus eſt natura quædam: Ergo in eo eſt intellectus agens, & poſſibilis. D

Lib. 3. de ani tex 17. tom. 2.

2 Præterea. Recipere eſt proprium intellectus poſſibilis: illuminare autem eſt proprius intellectus agentis, vt patet in tertio de Anima.* Sed Angelus recipit illuminationem à ſuperiori, & illuminat inferiorem. Ergo in eo eſt intellectus agens, & poſſibilis.

Lib. 3. de aĩa tex 2. 3. & 18. tom. 2.

Sed contra eſt, quòd in nobis intellectus agens, & poſſibilis eſt, per comparationem ad phantaſmata. Quæ quidem comparantur ad intellectum poſſibilem, vt colores ad viſum, ad intellectum autem agentem, vt colores ad lumen, vt patet ex 3. de Anima.* Sed hoc non eſt in Angelo: Ergo in Angelo non eſt intellectus agens, & poſſibilis.

Lib. 3. de ani. ex 18. tom. 2.

Reſpondeo. Dicendum, quòd neceſſitas ponendi intellectum poſſibilem in nobis, fuit propter hoc, quòd nos inuenimur, quandoq; intelligentes in potentia, & non in actu. Vnde oportet eſſe quandam virtutem, quæ ſit in potentia ad intelligibilia, ante ipſum intelligere: ſed reducitur in actum eorum, cum fit ſciẽs, & vlterius cum fit conſiderans. Et hæc virtus, vocatur intellectus poſſibilis. Neceſſitas autẽ ponendi intellectum agentem fuit, quia natura rerum materialium, quas nos intelligimus, non ſubſiſtunt extra animam immaterialeſ, & intelligibiles in actu: ſed ſunt ſolùm intelligibiles in potentia, extra animam exiſtentes. Et ideo oportuit eſſe aliquam virtutem, quæ faceret illas naturas intelligibiles actu. Et hæc virtus dicitur intellectus agẽs* in nobis. Vtraque autem neceſſitas deeſt in Angelis, quia neque ſunt quandoq; intelligentes in * potentia tantùm, reſpectu eorum, quæ naturaliter intelligunt, neq; intelligibilia eorum ſunt, intelligibilia in potentia, ſed in actu. Intelligunt enim primò, & principaliter res immateriales, vt infra patebit.* Et ideo non poteſt in * eis eſſe intellectus agens, & poſſibilis, niſi æquiuocè. E

591

D. 134.

Q. ſeq. a. 2. D. 136. 137 146

Ad primum ergo dicendum, quòd Philoſophus intelligit iſta, duo eſſe in omni natura, in qua cõtingit eſſe generari, vel fieri, vt ipſa verba demonſtrant. In Angelo autem non generatur ſcientia, ſed naturaliter adeſt.* Vnde non oportet ponere in eis agens, & poſſibile.

281 291

Ad ſecundum dicendum, quòd intellectus agentis eſt illuminare, non quidem * alium intelligentem: ſed intelligibilia in potentia, inquantùm per abſtractionem facit ea intelligibilia actu. Ad intellectum autem poſſibilem pertinet eſſe in potentia reſpectu naturalium cognoſcibilium, & quandoq; fieri actu. Vnde quòd Angelus illuminat Angelum, non pertinet ad rationem intellectus agentis: Neque ad rationem intellectus poſſibilis pertinet, quòd illuminatur de ſupernaturalibus myſterijs, ad quæ cognoſcenda quandoq; eſt in potentia. Si quis autem velit hęc vocare intellectum agẽtem, & poſſibilem, æquiuocè dicet, nec de nominibus eſt curandum.

D. 126. 147

Senſus quæſiti.

QVid ſit intellectus agens, & poſſibilis explicat infra S. D. q. 79. ab art. 1. vſq; ad quintum incluſiuè, & ſatis perſpicuè declaratur in corpore, & in reſponſione ad ſecundum; ſenſum etiã huius quæſiti declarant Soncinas 12. Metaph. q. 58. & Caiet. ſuper hoc articulo.

S. Thom.

Soncinas Caietanus

Forma

Forma Textus.

Concluſio eſt: Non poteſt in Angelis eſſe intellectus agens, & poſsibilis, niſi aquinocè. Probatur: Ratio neceſsitatis vtriuſque intellectus deeſt in Angelis; ergo non poteſt in eis eſſe intellectus agens, & poſsibilis, niſi aquinocè. Antecedens probatur: Primò, quo ad intellectum poſsibilem: quia neceſsitas ponendi intellectum poſsibilem in nobis fuit propter hoc; quia nos inuenimur quandoque intelligentes in potentia, & non in actu, & ideo oportet eſſe quandam virtutem, quæ ſit in potentia ad intelligibilia ante ipſum intelligere, quæ reducitur in actum eorum; cum fit ſciens, & vlterius cum fit conſiderans: & hæc virtus vocatur intellectus poſsibilis: At Angeli non ſunt quandoque intelligentes in potentia reſpectu eorum, quæ naturaliter intelligunt; ergo non eſt in Angelis neceſsitas intellectus poſsibilis: Secundò probatur antecedens, quo ad intellectum agentem: Neceſsitas ponendi intellectum agentē fuit: quia natura rerum materialium, quas nos intelligimus, non ſubſiſtunt extra animam immateriales, & intelligibiles in actu, ſed ſolùm intelligibiles impotentia extra animam exiſtentes; & ideò oportuit eſſe aliquam virtutem, quæ faceret illas naturas intelligibiles actu, & hæc virtus dicitur intellectus agens in nobis; at intelligibilia Angelorum non ſunt intelligibilia in potentia, ſed in actu: ergo non eſt in eis neceſsitas intellectus agentis. Probatur hæc minor; quoniam Angeli intelligunt primò, & principaliter res immateriales.

Controuerſia Vnica.

De veritate concluſionis, & efficacitate rationis Sancti Thomæ.

Sententiæ Doctorum.

Albertus. Alexand. Scotus. Arimin. Rada. Capreol. Soncin. Caiet. Ferrarien.

ESſe in Angelis intellectum agentem affirmat Albertus in tertio de Anima, tract. 2. cap. 18 & in ſecunda parte ſummæ tract. 4. quæſt. 14. mẽbro 3. art. 2. & lib. 4. de cœuis prima parte, quæſt. 5. art. 11. & 12. & Alexander in 2. parte ſuæ ſummæ quæſt. 22. memb. 3. quos ſecutus eſt Scotus, & eius ſchola in 2. ſent. diſt. 3. qu. vlt. & Ariminenſis in 2. diſt. 7. & nouiſsimus omnium Rada in ſua ſecunda parte, controu. 9. art. 2. quamuis in aſsignãda huius aſſertionis cauſa non conueniant, vt hic obſeruant Zumellus, & Vaſquez. Poſsibilem etiam Angelis intellectum eſſe tribuendum exiſtimant Scotus, Ariminenſis, Rada, & quidam alij minoris notæ: Sed communior, & grauiorũ ſententia Theologorum ea eſt, quam hic vnica concluſione proponit, & firmiſsimo probat argumento Sanct. Doctor, & tuetur Capreolus in 2. diſt. 3. quæſt. 2. Soncinas duodecimo Meth. quæſt. 58. Caietanus ſuper hoc articulo, & alij Thomiſtæ, & expoſitores Diui Thomæ, & Ferrarienſis in 2. cont. gent. cap. 96. & alij.

A

Reſolutio.

Ex ratione, & natura intellectus poſsibilis, & agentis, & ex Angelici intellectus excellentia probatur in Angelo non eſſe intellectum agentem, & poſsibilem.

QVamuis opinionis aduerſæ fundamenta fuerint à Capreolo, Caietano, & alijs Angelici noſtri Doct. expoſitoribus plenè conuulſa; quia tamen Rada vim argumentorum Scoti adhuc durare contendit inuictam, verbis magis vtens, quàm rationibus, hic ea breuiter attigiſſe ſufficiet, quibus, & argumenta Scoti, & Radæ dicteria, poſsint facilè confutari; hæc verò ſunt ratio, & natura intellectus poſsibilis, & agentis, & excellentia intellectus Angelici.

B

Quæ ſit poſsibilis intellectus natura. Ariſt.

Notandum eſt igitur primò ex Ariſt. in 3. de Anima textu 4. intellectum poſsibilem nullam habere naturã, niſi quod poſsibilis eſt vocatus: quomodo verò ſit poſsibilis explicat in textu quinto dicens, ideo poſsibilem eſſe, quia non eſt actu aliquid entium, antequam intelligat; & addit animã eſſe locum ſpecierum, non totam, ſed intellectiuã, & non eſse actu, ſed potentia ſpecies; & tex. 6. docet animam intellectiuam locum eſſe formarum, & habere formas non in actu, ſed in potentia: Ex quibus colligitur intellectum apud Ariſt. ob eam tantum cauſam dici poſsibilem, quod nullam ſibi congenitam rei cuiuſuis intelligibilis habeat ſpeciem, ſed eas multiplici generatione factus in actu, ſucceſsiuè recipiat: Sed cõſiderandum eſt poſſe dupliciter alicui intellectui ſpecies eſſe congenitas, ſiue cœuas: vno modo per ſe, alio modo per accidens. Ille ſolius intellectus ſpecies habet per ſe cœuas, qui ex actualitate, & perfectione ſubſtãtiæ, cuius eſt virtus, hoc ſibi vẽdicat, vt ex ea fluat non informis, ſed omnium rerum naturaliter à tali ſubſtantia cognoſcibilium formis, ſiue ſpecieb. exornatus; & talis intellectus haud recte, ſiue proprie poteſt vocari poſsibilis, eo quod rerum omnium naturaliter cognoſcibilium congenitas habeat formas, ſiue naturas in eſſe cognoſcibili; poſsibilis autem intellectus nullam habeat naturam, niſi quod poſsibilis ſit vocatus; adeò vt eius natura, ſiue quidditas ſit pura potentia reſpectu omnium intelligibilium; ac proinde ſibi dimiſſus ſtatum etiam per aliquam temporis durationem habeat potentialem, ſitq; vt tabula raſa, in qua nihil omninò depictum eſt, ſed depingi facilè poteſt, vt ait Ariſtot. in tertio de Anima. Docent autem cõmuniter metaphyſici cum Ariſtot. 12. diuinorum textu 39. & cum Authore libri de cauſis ſubſtantiarum omnium ſeparatarum intellectus formis rerum intelligibilium naturaliter ab initio ſuæ cõditionis eſſe perfectos; Conſequens igitur eſt earũ intellectus non poſſe verè, ac proprie dici poſsibiles; ſicut nec congruè cœlum reſpectu ſuæ figuræ diceretur poſsibile, quamuis ſit eius vt formę receptiuum, & ad eam veluti potentia ad actum comparetur. Ille verò intellectus ſpecies habet cœuas tantùm per accidens, cuius natura in ordine intellectuum pura potentia eſt; ſicut materia prima in ordine entium eſt pura potentia, ſed ex ſpeciali

C

D

E

Ariſtot. In angelis nõ eſſe intellectum poſsibilẽ.

Dei

Dei bonitate, ac prouidentia non permittitur ſtatum habere potentialem, quem ſibi videtur ſecundum curſum ordinis ſui naturalem poſtulare: ſed infuſis præter, ac ſupra omnes naturæ leges communes intelligibilibus rerum formis ad ſimilitudinem eleuatur intellectus Angelici: quales extitere intellectus Adę protoparentis, & Chriſti Domini Saluatoris, vt probat S.D. infra quæſt. 94. artic. 3. & tertia parte, q. 12.

S. Thomas

Ex his ſequitur in Angelis non eſſe neceſſarium intellectum agentem, vt deducit hìc ſcitè Caietanus; quia, ſicut natura non deficit denegando neceſsaria, ita non abundat largiendo ſuperflua; atque ideo nulli rei, ex cuius natura pullulat perfectio propria, collatæ ſunt ab Authore naturæ virtutes, quibus ſuam ſibi perfectionem acquireret; ſuperfluè namque daretur illi rei virtus, qua ſuam poſſet perfectionem ſibi comparare, ſi naturaliter ea carere non poſſet, ſed ad eius eſſentiam neceſſariò conſequeretur. Nam, & ſi poſsit Deus ignē ſine calore, & Solem ſine ſplendore producere, non tamen oportuit igni, aut Soli, aut alteri ab illis extrinſecæ creatæ naturæ collatas fuiſſe virtutes, quibus in igne, aut Sole poſſet effici calor, aut ſplendor; Sic itaque, quamuis poſſet Angelus à Deo ſine ſpeciebus, immo, & ſine intellectu produci, non tamen oportuit, vt eſſet Angelica natura perfecta, collatam Angelo fuiſſe virtutem intellectus agentis, qua ſpecies rerum intelligibiles ſibi poſſet acquirere: confert enim rebus natura facultates ad perfectiones illas conſequendas, aut alteri conferendas, quæ, cum rebus non ſint congenitæ, & ad quoddam naturale pertineant complementum, poſſunt ab eis naturaliter abeſſe.

In Angelis non eſſe intellectum agentem.

Sed iam ex intellectus agentis natura demonſtrandum eſt, hanc inſitam Angelo non eſſe facultatem. Vt autem ait Ariſt. in 3. de Anima, intellectus agens eſt ſicut habitus, & lumen: eiusq; munus eſt ea, quæ ſunt potentia tantùm intelligibilia facere, vt actu ſint intelligibilia: quemadmodum etiam lumen hoc ſenſibile quodammodo facit, vt, qui colores ſunt in potētia, ſine actu colores; Quapropter ibidem Philoſophus eiuſdem, intellectus neeesſitatem in anima noſtra demonſtrans, arti materiam ad actum reducenti ſimilem illum eſſe pronunciat; ſic enim ibi diſcurrit: In omni natura, quæ ſcilicet quandoque eſt in potentia, & quandoque in actu, & conſequenter in qua contingit eſſe generari, vel fieri (vt hìc ad primum exponit Sānctus Doctor) oportet eſſe aliquid quaſi materiale, quod ſit in potentia ad omnia, quæ ſunt illius generis, & aliquid, quod ſit agens reducens potentiā ad actum; ſed Anima ſecūdùm partem intellectiuam quandoq; eſt in potentia, & quandoque in actu; ergo neceſſe eſt in Anima eſſe aliquid inſtar materiæ, quod ſit in potentia ad omnia intelligibilia; & hic eſt intellectus poſsibilis, & aliquid quaſi agens, quod eam potētiam ad actum reducat; hìc verò eſt intellectus agens.

Ariſt.

Primam propoſitionem declarat Ariſtot. exemplo artis, cuius actione materia, quæ prius erat informis, in actum reducitur ab Artifice præconceptum. Duplicem igitur aſsignat Ariſtoteles intellectus agētis neceſsitatem; altera eſt ex parte poſſibilis intellectus: qui, cum ſit omnia fieri, quandoque eſt in potentia, & quandoque in actu, atq; ideo congruit illi fieri, & generari. Et quia generatio perfectæ naturæ, qualis eſt intellectualis, proximum agens requirit vniuocum, ideò non niſi ab intellectu, qui ſit eiuſdem ſubſtantiæ virtus, reduci poteſt naturaliter intellectus poſsibilis in actū, vt ſcilicet fiat, & ſit actu ipſum intelligibile, ad q erat in potentia.

Altera neceſsitas eſt ex parte obiecti intellectui noſtro proportionati, quod eſt quidditas, ſiue natura rei materialis, quæ non ſubſiſtit extra animam actu immaterialis intelligibilis: ſed eſt extra animam intelligibilis tantùm in potentia; fit autem per lumen intellectus agentis actu inteiligibilis, vt explicant latè Caietanus, & Bannes infra quæſt. 79. art. 3. & Ferrarienſis, quæſt. 9 ad tertium de Anima; Vt autem probat hìc S.D. vtraque neceſsitas deeſt in Angelis; quia nūquàm ſunt intelligentes in potentia, & obiectum intellectus eorum eſt actu ſecundùm ſe intelligibile: hæc enim eſt propria ipſius intelligentis Angeli ſubſtantia, vt hìc affirmat Caietanus, & colligitur ex D. Thoma ſupra quæſt. 12. art. 4. & infra quæſt. 55. articulo primo, ad tertium, & quinquageſimaſexta, articulo primo.

Caietanus Bannes Ferrarien.

S. Thomas

Ad cuius euidentiam recolenda eſt doctrina illa communis de duplici obiecto, ſcilicet adæquato, & proportionato, ſiue motiuo; Adæquatum omnis intellectus obiectum eſt ens inquantùm ens, ſub ratione, veri; atque ideò per hoc non poſſunt ab inuicem intellectus ſpecie diſtingui: Proportionatum autem, ſiue motiuum, aut quaſi motiuum obiectum intellectus Angelici eſt propria cuiuslibet Angeli ſubſtātia: ſicut quidditas rei materialis eſt obiectum motiuum, & proportionatum intellectus humani; Et quoniam adæquatum obiectum non attingitur niſi, vt modificatum in obiecto proportionato, ſiue motiuo, ac quaſi motiuo, ideo dici congruè poteſt, obiectum cuiuslibet intellectus proprium eſſe ens modificatum in eius obiecto proportionato, ſiue motiuo, aut quaſi motiuo: Dico autem quaſi motiuo, quia ſubſtantia propria, Verbi gratia, Gabrielis, quę eſt obiectum intellectus eius proportionatum, non habet verè, & propriè reſpectu eius formaliter rationem motiui: quia tunc ſolum mouetur intellectus ab obiecto, cum de potentia reducitur ad actum primum per ſpeciem ex obiecto in intellectum agente reſultantem: ſed quoniam (vt infra dicemus) à propria ſubſtantia ſemper cognita mouetur intellectus Angeli ad alia quandoque cognoſcenda in actu ſecundo, dicitur ſecundum hanc rationem eſſe motiuum intellectus obiectum propria cuiuslibet Angeli ſubſtantia; Quæ dici poſſet etiam motiuum eiuſdem intellectus, ad actum primum virtualiter, ſeu conditionaliter; quia videlicet, ſi mouendus eſſet intellectus ab aliquo obiecto ad actū primum, non niſi à propria ſubſtantia moueretur; ſicut intellectus humanus à quidditate ſenſibili,

obiectus Intellectus Angelici.

Obie-

Digitized by Google

Obiectum igitur per ſe primò adæquatum in ratione motiui naturalis intellectus Angelici, eſt ipſius Angeli ſubſtancia propria: Quæ quamuis ſit in eſſendo ſingularis, continet tamen omnia naturaliter ab Angelo cognoſcibilia, non quidem in eſſe naturali formaliter, aut virtualiter, ſed in eſſe tantùm repreſentatiuo virtualiter: Nam ſuperiorum, & inferiorum ſpecies habet ex ipſa pullulantes, quibus ſuperiora repreſentat, quaſi vt effectus cauſam, quia nimirum inferiora ſuperioribus cõparata proportionem quandam habent, & ſimilitudinem effectus ad cauſam; è contra verò ad inferiora comparantur, vt cauſæ, licet nulla ſit inter ea propria, ac realis cauſalitas, & dependentia, ſed quædam tantùm naturæ ſimilitudo cognitionem efficiens; quo modo Sanctus Doct. infra quæſtione 56. art. 2. ad ſecundum exponit illa verba libri de cauſis: *Omnis intelligentia ſcit id, quod eſt ſupra ſe, inquantùm eſt cauſata ab eo, & quod eſt ſub ſe, inquantum eſt cauſa eius:* ſic enim ait: *Ratio cauſæ, & cauſati non facit ad hoc, quod vnus Angelus alium cognoſcat niſi ratione ſimilitudinis, inquantùm cauſa, & cauſatum ſunt ſimilia; & ideò, ſi inter Angelos ponitur ſimilitudo abſque cauſalitate, remanebit in vno cognitio alterius.*

S. Thom.

Vniuerſale intellectus Angelici. S. Thomas

Quamuis autem obiectum intellectus Angelici adæquatum in ratione terminatiui ſit eas, quod eſt vniuerſale, non eſt tamen à ſingularibus abſtractum: vt enim ait in quæſt. ſequenti Sanct. Doctor art. 3. ad primum. *Accidit vniuerſali, vt à ſingularibus abſtrahatur, in quantùm intellectus ille cognoſcens, à rebus cognitionem accipit, ſi verò ſit aliquis intellectus à rebus cognitionem non accipiens, non erit abſtractum à rebus, ſed quodammodo ante res præexiſtens, vel ſecundùm ordinẽ cauſæ, ſicut vniuerſales rerum rationes ſunt in Verbo Dei, vel ſaltẽ ordine naturæ; ſicut vniuerſales rerum rationes ſunt in intellectu Angelico;* hæc ibi: ſunt igitur Angelorum ſpecies vniuerſales in repreſentando, nec tamen aliqua intellectus actione à rebus acceptæ, ſed prius natura, quàm res naturales à Deo crearentur Angelorum mentibus inditæ; Quamobrem, vt hic aduertit Caietanus, ex vniuerſalitate repræſentationis, aut etiam prædicationis non rectè infertur neceſſitas intellectus agentis, ſed ex obiecto tantùm intellectus, quatenus eſt in rerum natura motiuum intellect', & perfectiuum; quale nullum eſt obiectum intellectus Angelici.

Caiet.

Neque facultas ſpecies abſtrahendi, quæ dicitur intellectus agens, perfectio ſimpliciter eſt intelligentis: ſed animæ noſtræ cõgruit, eo quòd infimum teneat gradum in ordine ſubſtantiarum intellectualium, quæ nullum eſt intelligibiliũ actu, ſed omnia in potẽtia, & ideò virtus ei data eſt intellectus agentis, vt ſingulas à rebus materialibus ſpecies abſtrahendo ſucceſsiuè fiat ſingula. Pertinet igitur intellectus agens ad perfectionem tantùm propriæ perfectionis acquiſitiuam, quæ perfectio eſt ſecundùm quid, nõ autem ad perfectionem ſimpliciter; atque ideo non congruit Angelo, cui repugnat acquiſitio cognitionis.

Iam verò demonſtrari facilè poteſt veritas concluſionis, & probationis eius efficacitas ex Angelicæ naturæ dignitate, cui virtutis intellectualis conuenit plenitudo. Videmus autem in ordinatis adinuicem rerum gradibus, quibus vniuerſi perfectio cõſtituitur, eas perfectiones, quæ in inferioribus ſunt diſtinctæ, in vnam ſuperioris gradus ſimplicem perfectionem aduunari; Virtutes enim elementorum multiplices vis vna prehabet longè altior ſphæræ cœleſtis: & vna facultas ſenſus communis vim ſimplicisſimè continet quinque ſenſuũ corporis noſtri; ſimiliter itaq; mentis, ſeù intellectus Angelici plenitudo, diuisã intellectus noſtri potentiã in agentem, & poſsibilẽ, in vna prehabet altiori virtute; quę iuxta modum Angelicę naturę congruentem longè nobiliores operationes exercet, quàm ſit fantaſmatum illuminatio, & ſpecierum à reb. intelligibilibus abſtractio, & primorũ principiorum euidentia diſcurſusq; iudicium, & ſimilia, quę noſtro congruunt intellectui, qui gradum tenet inter omnes intellectus infimum.

Perfectio intellectus Angelici.

S. Thom.

Confirmatur hic diſcurſus ex ſimili proceſſu S. Thom. quæſt. ſequenti art. 3. vbi probat ſuperiores Angelos intelligere per ſpecies magis vniuerſales, quàm inferiores, ſic verò loquitur. *Ex hoc ſunt in rebus aliqua ſuperiora, quòd ſunt vni primò, quod eſt Deus, propinquiora, & ſimiliora; in Deo autem tota plenitudo intellectualis cognitionis continetur in vno, ſcilicet in eſſentia diuina, per quam Deus omnia cognoſcit; qua quidem intelligibilis plenitudo in intelligibilibus creaturis inferiori modo, & minùs ſimpliciter inuenitur: vnde oportet, quod ea, quæ Deus cognoſcit per vnũ, inferiores intellectus cognoſcant per multa, & tantò amplius per plura, quantò amplius intellectus inferior fuerit: ſic ergo quantò Angelus fuerit ſuperior, tantò per pauciores ſpecies vniuerſalium intelligibilium apprehendere poterit:* hęc ibi S. D. Ex eadem igitur virtutis plenitudine, ac ſimplicitate, quę in ſuperiorib. intelligentium gradib. maior eſt, quàm in inferiorib deduci facilè poteſt vnitas intellectiuę virtutis, quę in intellectu noſtro omnium infimo diuiſa eſt in agentem, & poſsibilem ob cauſas ex doctrina Philoſophi, & S. Thom. ſuperius aſsignatas, quę omnes imperfectioni nituntur intellectui noſtro proprię. Videnda ſunt, quę ſcribunt hìc Caietanus, Bannes, & Zumellus, qui materiam hanc explicat accuratè.

Caieta: Bannes Zumellus Conclus

Ex dictis ſequuntur duę cõcluſiones: Prima eſt: in Angelis nõ eſt intellectus agens, nec poſsibilis.

Secunda eſt: Prędictam concluſionem probat efficaciter S. Thomas.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra prędictas concluſiones ſunt argumenta, quę referunt, & ſoluunt Capreolus, Caietanus, Bannes, Zumellus, & alij recentiores ſuper hoc articulo: quę tamen ex prędictis fundamentis facilè diluentur.

capreolus Caiet. Bannes Zumellus Rada.

Contra eaſdem concluſiones profert Rada argumenta Scoti, à Capreolo, & Caietano ſoluta: Et quamuis eorum ſolutiones minimè validas eſſe contendat, nullius tamen apparentię producit argu-

Digitized by Google

argumenta, sed obiecta tantùm iterat Scotꝰ non semel à Thomistis, & ab omnibus ferè Theologis confutata.

ARTICVLVS V.

Vtrum in Angelis sit sola intellectiua cognitio.

269 Inf. q. 79. art. 1. 3. et mal. q. 16. art. 1. 14.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd in Angelis non sit sola intellectiua cognitio. Dicit enim Augustꝰ. 8. de Ciuit. Dei,* quòd in Angelis est vita, quę intelligit, & sentit: Ergo in eis est potentia sensitiua.

† Lib 8. c. 6. paulo à prin. t. 5.

2 Præterea. Isidorus* dicit, quod Angeli multa nouerunt per experientiam. Experientia autem fit ex multis memorijs, vt dicitur in primo Metaphysic.* Ergo in eis est etiam memoratiua potentia.

Isid. lib. 1. de summo bono c. 12. à medio.

Lib 1. met. non remotè à princ. lib. tom. 3

† Par 4 parum à medio.

3 Præterea. Dionys.* dicit 4. cap. de diuin. nomi. quòd in dæmonibus est phantasia proterua. Phantasia autem ad vim imaginatiuam pertinet. Ergo in dæmonibus est vis imaginatiua. Et eadem ratione in Angelis, quia sunt eiusdem naturæ.

Hom. 29. in Euang. nō longè à prin. illius

Sed contra est, quòd Gregorius* dicit in Homilia de Ascensione, quòd homo sentit cum pecoribus, & intelligit cum Angelis.

Respondeo. Dicendum, quòd in anima nostra sunt quædam vires, quarum operationes per organa corporea exercentur,* & huiusmodi vires sunt actus quarundam partium corporis, sicut est visus in oculo, & auditus in aure. Quædam verò vires animæ nostræ sunt, quarum operationes per organa corporea nō exercentur, vt intellectus, & voluntas, & huiusmodi non sunt actus aliquarum partium corporis. Angeli autem non habent corpora sibi naturaliter vnita, vt supra ex dictis patet.* Vnde de viribus animæ non possunt eis competere, nisi intellectus,* & voluntas. Et hoc etiam Commentator dicit duodecimo Metaphysicorum; quòd substantiæ separatę diuiduntur in intellectum, & voluntatem. Et hoc conuenit ordini vniuersi, vt suprema creatura intellectualis sit totaliter intellectiua, & non secundum partem, vt anima nostra. Et propter hoc etiam Angeli vocantur intellectus & mentes, vt supra dictum est.*

378

Q. 51. ar. 2

D. 136.

Art. 3. huius q. ad 1. arg.

Ad ea verò, quæ in contrarium obijciuntur, potest dupliciter responderi. Vno modo, quòd authoritates illę loquuntur secundum opinionem illorum, qui posuerunt Angelos, & dęmones habere corpora naturaliter sibi vnita. Qua opinione frequenter Augustꝰ,* in libris suis vtitur, licèt eam asserere non intendat. Vnde dicit vigesimoprimo* de Ciuitate Dei, quod super hac inquisitione non est multum laborādum. Alio modo potest dici, quòd authoritates illę, & consimiles sunt intelligendę* per quandam similitudinem, quia, cum sensus certam apprehensionem habeat de proprio sensibili, est in vsu loquentium, vt etiam secundum certam apprehensionē intellectus aliquid sentire dicatur. Vnde etiam sententia nominatur. Experientia verò Angelis attribui potest per similitudinem cognitorum, & non per similitudinem virtutis cognoscitiuæ. Est etiam in nobis* experientia, dum singularia per sensum cognoscimus. Angeli autem singularia cognoscunt, vt infra patebit,* sed non per sensum. Sed tamen memoria in Angelis potest poni, secundum quòd ab Augustino* ponitur in mente, licèt non possit eis cōpetere, secundum quod ponitur pars animę sensitiuę. Similiter dicendum, quòd phantasia proterua attribuitur dæmonibus, ex eo, quod habent falsam practicam existimationem de vero bono.* Deceptio autem in nobis propriè fit secundum phantasiam, per quam interdum similitudinibus rerum inhęremus, sicut rebus ipsis, vt patet in dormientibus, & amentibus.

A

fin. & lib. 3 c. p. 10.

* Lib. 21. de Ci. Dei, c. 1 pau. p. post pri. tom 5. D. 766.

B

D 442.

Q 57. ar. 3

Lib. 10. de Trin. c. 11. to. 3.

III 287

C

Sensus, & ratio quæsiti.

QVamuis huius quæsiti definitio sit necessariò consequens ex Angeli perfecta incorporeitate; quam Angelis omnibus conuenire S. D. ostendit q. 50. art. 1. & 51. art. 1. vt patet ex prima ratione, qua probatur conclusio præsentis articuli; nihilominus ob varia sanctorum dicta, spiritualibus illis substātijs quædam ad sensitiuam cognitionē pertinentia tribuentium, speciali decuit articulo difficultatem hanc examinare, & ex propria cognitionis ratione, definire: quod præstat egregiè S. D. in vltima parte præsentis articuli, vbi S. Augustini, Isidori, & Dionysij dicta interpretatur.

S. Thom.

D

Forma Textus.

CONclusio est: De viribus animæ non possunt Angelis competere, nisi intellectus, & voluntas: Probatur: Primò ratione; Angeli non habent corpora naturaliter vnita; ergo de viribus animæ non possunt eis competere nisi intellectus, & voluntas. Antecedens patet ex primo articulo quæstionis quinquagesimæ primæ; cōsequentia verò probatur; quia in anima nostra duplex est virium genus; quædam enim sunt, quarum operationes per organa corporea exercentur, & huiusmodi vires sunt actus quarundam partium corporis; sicut est visus in oculo, & auditus in aure; quædam autem vires animæ nostræ sunt, quarum operationes per organa corporea non exercentur; vt intellectus, & voluntas; si igitur Angeli non habent corpora, non poterunt eis inesse vires primi generis, sed illæ tantùm, quæ per organa

E

corporea

Digitized by Google

corporea non exercentur, ſcilicet intellectus, & voluntas. Secundò probatur concluſio auth. Com. in duodecimo Meth. dicentis ſubſtantias ſeparatas diuidi in intellectum, & voluntatem. Tertiò probatur argumento probabili deſumpto ex congruentia ordinis vniuerſi; Nam eius media pars, quæ eſt anima noſtra, non eſt totaliter intellectiua: ſed ſecundùm partem; igitur ſuprema pars debet eſſe totaliter intellectiua, ſicut infima pars eſt tota ſenſibilis. Vltimò probatur ex Angelorum nominibus vſu communi receptis; vocantur enim intellectus, & mentes.

Expoſitio Textus.

D Vbitari poteſt hìc, num Angelis congruant potentiæ vegetatiuæ: ſed hanc difficultatem ſupra definiuit S.D. quæſtione quinquageſimaprima art. 3. & de vi generatiua ſpecialiter diſputat Medina 1.2. quæſt. 72. art. 2. B

S. Thom.

Medina.

Valentia.

Vide etiam, quæ notat hìc Valentia circa dicta Sanctorum Auguſtini, Iſidori, & Dionyſij.

Controuerſia Vnica.

An ſit in Angelis potentia motiua, diſtincta ab intellectu, & voluntate.

Sententiæ Doctorum.

A Vreolus apud Capreolum in ſecundo diſtinctione 7. quæſt. 2. ar. 2. & Gotifredus quolib. 1. quæſt. 4. potentiam tribuunt Angelo motiuam ab intellectu, & voluntate diſtinctam. Sed oppoſitum docet, & tuetur Capreolus de mente D. Thomæ; quam ſententiam ſequitur Ferrarienſis, quæſtione 17. & 18. ad tertium de Anima, Bannes infra quæſt. 78. art. 1. & Vaſquez infra diſput. 118. cap. 3. Caietanus hìc vtramque ſententiam arbitratur eſſe probabilem; cuius opinionem ſequuntur Molina, Znmellus, & Ripa ſuper hoc articulo, & addit Molina: ſi dicamus in Angelo vim Angeli motiuam à voluntate non eſſe diſtinctam: dicendum etiam eſſe potentiâ ipſam voluntatis non eſſe id, quod immediatè efficit motum, vel ſubſtantiæ Angeli, vel rei externæ, quâ Angelus mouetur; ſed id, quod immediatè efficit motum, eſſe impulſum, quo Angelus ſuam ſubſtantiam impellit, aut rem externam mediante actu voluntatis, nõ quocunque: ſed quo efficaciter vult ſe impellere, aut rem externam ſibi coniunctam, efficit (inquit) immediatè impulſum illum; tanquàm principio quo inſtrumentali talis impulſus immediatè effectiuo. C

Aureolus. Gotifred. Capreol. Bannes. Ferrarien. Vaſquez Caietanus Molina Znmellus Ripa.

Reſolutio.

Ex Angelorum natura ſpirituali probatur nullam eis aliam ineſſe potentiam præter intellectum, & voluntatem, & oppoſitam ſententiam non eſſe prorſus improbabilem.

M Vlta de actu imperij, & de executiua Dei, & Angelorum potentia, ad huius controuerſiæ definitionem pertinentia diximus ſupra quæſt. 14. art. 8. controuerſia 2. quæ omnia non expedit hìc iterum annotare; quædam tamen ex eis propter ordinem diſciplinæ breuiter perſtringemus. A

Sciendum eſt igitur primò ex D. Thom. quolib. 6. art. 2. Actionem cuiuſcunq; rei ex eius forma, & natura ſpecifica tamẽ ex primo principio deriuari; ſicut caletactio, quę fit ab igne, in formã eius, & naturam ſubſtantialẽ reducitur, vt primum principium, à quo dependent etiam illa accidentia, quę virtutes ſunt, & proxima agendi principia: Et quia forma, & natura non eodem modo conuenit rebus compoſitis, ac rebus ſimplicibus, ideo nec his, atque illis eodem modo congruit operatio. Rebus enim ſimplicem habentibus naturam omnis actio conuenit ſecundùm modum, & proprietatẽ illius naturæ; In habentibus autem compoſitam naturam inueniri poteſt quædam actio ad naturã in compoſitione præcipuam minimè pertinens: exempli gratia: omnis actio ignis, cuius natura ſimplex eſt, eſt ſecundùm proprietatem, & modũ naturæ ignis: At non omnis actio igniti gladij, quod eſt compoſitum, ad ignis naturam, ſiue modũ pertinet; inciſionem enim habet gladius non ſecundũ ignis naturam, aut modum, ſed ſecundùm ipſam gladij formam, & proprietatem: Sic igitur in ſubſtantijs ſpiritualibus iuxta differentem earum naturam ſcilicet ſimplicem, ac in ſe ipſa ſubſiſtentẽ, aut corpori copulatam, & cum eo tertiam naturã conſtituentem, ac proinde non totaliter intellectualem, erit etiam actionis diuerſitas meditanda. Anima enim humana, cũ ſit forma corporis, ac ſubſtantiarum intellectualium infima, non eſt totaliter intellectus, ſed intellectualitatem participatq; ideo virtutes habet, & actiones aliquas ad intellectualem naturam, vt ſic minimè pertinẽtes; quales ſunt potentiæ, vegetatiuæ, & ſenſitiuæ, & earum actus. Sed Angelus plena, totaliq; intellectualis natura fulget dignitate; atque ideo oportet omnem eius operationem eſſe ſecundum intellectum, ſiue ſecundum modum, & proprietatem intellectualis naturæ. Et quia intellectus non agit niſi media voluntate, neceſſe eſt, vt quidquid Angelus agit, agat per imperium voluntatis; Cum autem virtus media ſit inter eſſentiam, & operationem, neceſſe eſt cuiuslibet agentis eſſentiæ virtutem, & operationem eſſe proportionatam, atque ideo ſuperioris Angeli virtus, cuius eſt eſſentia nobilior, eſt etiam efficacior, licet ad intelligẽdum, ita ad agendum in res exteriores: Nullius autem Angeli eſſentia eſt infinita, & conſequenter etiam virtus omnis Angeli, & operatio determinatã habet effectuum latitudinem. D

Actionum diuerſitas ex D. Tho.

Ad cuius euidentiam. Secundò conſiderandum eſt virtutem motiuam vniuerſaliter acceptam diſtingui in imperantem, ſeu efficientem motum, & in exequentem; quæ duæ virtutes in anima noſtra ſunt diſtinctæ realiter. Prima enim conſtat intellectu practico, & cogitatiua, ac appetitu rationali, & ſenſitiuo. Secunda verò virtus corporea eſt exiſtens in muſculis, neruis, & lacertis membrorum, per quam redduntur apta ad obediendum virtutibus prædictis motum imperantibus. In Angelis autem, E

Virtutis motiuæ diſtinctio.

autem, qui ſpirituales omninò ſubſtantiæ ſunt, & multò magis in Deo eadem realiter virtus eſt, quę motum imperat, & exequitur.

Si autem interoges, num actus imperij, & exequutionis idem ſint in Angelis, & in Deo; diſtinguendum eſt: Nam executio, quæ actio eſt poteſt ſumi dupliciter; Vno modo pro actione metaph. quæ perfectio agentis eſt; & ſic idem eſt realiter, quod actus imperij, quilicet ſit actus intellectus, & voluntatis; eſt tamen actio tranſiens efficaciter formaliter, & actualiter, quatenus habet effectum extra productum; Alio modo ſumi poteſt executio pro actione phyſica, ſeu concomitanter ſumpta, quæ eſt motus, ſeu mutatio in materia, vel effectu recepta, ab actione metaphyſica depẽdens, vt eius effectus, & ſic realiter ab ea diſtinguitur, & per conſequens ab imperio; & in hoc non differunt Deus, & Angelus, quidquid dicat Capreolus in allegata quæſt. 2. Sed magna differentia eſt inter Deum, & Angelum, vt ait Sanct. Doctor de malo quæſt. 16. art. 9. ad ſeptimum. Nam Deus eſt ipſa voluntas; & ſicut voluntas poteſt indifferenter velle quodcunque bonum extra Deum: Sic Deus in eſſentia ſua continet eminenter omne bonum à Deo diuerſum: & ideò voluntas ſecundùm eam rationem, qua virtus eſt, ſiue potentia, illud omne creabile efficere poteſt, quod poteſt cadere ſub Dei voluntatem Angelus autem non eſt ſua voluntas, ſed habet voluntatem in natura determinata, ſeu finita ſecundùm cuius modũ voluntas, vt antè diximus, operatur; & ideo, licèt voluntas, vt voluntas eſt, ſi infinita ſimpliciter obiectiuè; qua ratione tamen eſt operatiua potentia, limitatam habet obiecti latitudinem iuxta modum naturæ agentis Angeli; vt etiam aduertit Capreolus in dicta quæſtione 2. ſoluens argumentum Henrici: cum tamẽ ſint vna res in Angelo voluntas, & motiua potentia. Pro cuius explicatione.

Capreoli ſententia reijcitur. S. Thom

Capreol.

Tertiò: Notandum eſt ex eodem authore in dicta quæſtione ſecunda, poſſe vnam aliquam potẽtiam ſecundùm rem ſe extendere ad actus genere differentes, vel ad obiecta diuerſa ſecundùm genus, quando ea reſpicit ſub aliqua ratione communi ad duo genera, ſicut, exempli gratia; Intellectus ad obiecta ſenſitiuarum omnium potentiarũ extenditur, quæ genere differunt, eo quòd ea reſpiciat ſub vna communi ratione entis, aut veri; extenditur etiam idem intellectus ad actus quodãmodo genere differentes, quæ ſunt apprehenſio diſcurſiua, & non diſcurſiua, quatenus ſub vna aliqua communi ratione continentur. Sic itaq; voluntas Angeli ad duos actus genere differentes extenditur, qui ſunt velle, & mouere, quatenus in vnam vtrique communem rationem conueniunt, quę eſt impulſio, vel tendentia ad rem, vel largitio, aut cõmunicatio; hæc enim omnia, & ſimilia ad officiũ attinet voluntatis. Et confirmari poteſt hæc veritas ex prædictis hoc argumento, quod refert Capreolus ex Durando: ſicut enim (inquit) ſe habet omnis cognitio noſtra ad intellectum Angeli, ſic omnis vis motiua noſtra ſe habet ad vim motiuã Angeli: Sed omnia, quæ nos ſenſu, & intellectu cognoſcimus, Angelus ſolo intellectu cognoſcit; Ergo à ſimili, quidquid nos voluntate, aut alia vi motiua facimus, Angelus per voluntatem perficit.

Capreol.

Ex dictis ſequitur primò dictum illud Ariſtot. nono Metaph. & primo. Ethic. videlicet: per actionem immanentem nihil producitur, intelligendũ eſſe de actione immanente, inquantùm immanẽs eſt, & in ſpecie de intelligere, & velle, inquantùm huiuſmodi, vt ait Capreolus, quem ſequitur Ferrarienſis in quæſt. 17. ad tertiũ de Anima, vel, quod in idem reddit, dicendum eſt dictas actiones non eſſe tales, quæ ex natura, vt tales ſunt, relinquunt effectum extra operantem, vt ait Capreolus; intelligere tamen, & velle diuinum, & Angelicum ex eminenti ſua perfectione vim habent operatiuæ, ſiue productiuæ potentiæ; quamobrem dici poteſt cum eodem Capreolo, Ariſt. ibi loqui de velle, & intelligere tantum humano.

Ariſtot. dictũ explic.

Capreol. Ferrar.

Secundò: Sequitur non eſſe ſatis probabilem in Philoſophia, & in doctrina Diui Thom. ſententiã illam, quæ ait in Angelis eſſe virtutem, ſiue potentiam motiuam realiter ab intellectu, & voluntate diſtinctam: quamuis nec ſit vt falſa reijcienda; Nam, & ſi D. Thom. ſupra quæſt. 25. art. 1. ad quartum affirmet Deo tribui poſſe potentiam exequutiuam ratione diſtinctam ab intellectu, & voluntate; non tamen hinc ſequitur potentiam in Angelo exequutiuam eſſe realiter ab intellectu, & voluntate diſtinctam; non enim omnia, quæ ſunt in Deo ratione diſtincta, ſunt realiter in qualibet re creata differentia; ſicut patet de diuinis idæis, quæ ratione diſtinguuntur in Deo ſecundùm ſingulas rerum naturas, & individua, nec tamen in Angelis ſpecies intelligibiles, aut conceptiones multiplicãtur iuxta numerum ſpecierum, & individuorum: in Deo etiam ratione diſtinguũtur eſſentia, & exiſtentia; quæ tamen ſecundùm aliquos etiam ſola ratione diſtinguuntur in Angelis: ſatis eſt igitur, vt in aliqua, vel aliquibus creaturis prædictà diſtinguantur realiter, immo neque hoc eſt neceſſarium abſolutè loquendo; vt patet in gradibus metaphyſicalibus; quæ tam in Deo, quàm in creatis ſubſtantijs ſola ratione differunt. Quod autem ait Molina Angelum per virtutem motiuam, ſubſtantiam ſuam impellere, & eam mouere, ridiculum eſt, & ſupra confutatum.

S. Thom.

Molina dictũ reijc.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: Non eſt in Angelo potentia motiua diſtincta realiter ab intellectu, & voluntate.

Secunda concluſio: Non eſt omninò improbabilis ea ſententia, quæ motiuam in Angelo potentiam affirmat eſſe realiter ab intellectu, & voluntate diſtinctam. Probatur hæc concluſio: Primò, quia illuſtres Thomiſtæ dicunt eam in doctrina Sancti Doctoris eſſe probabilem. Secundò: Quia S. Thom. de pot. quæſtione 6. articulo 3. ad ſecundum ſic ait: *Formæ rerum naturalium in mente Angelica exiſtentes ſunt magis actuales, quã formæ, quæ ſunt*

Digitized by Google

sunt in materia; & propter hoc sunt immediatum principium operationis, quæ est intelligere: operationis verò, quæ est actio materiam transmutans non sunt immediatum principium sed mediante voluntate, & voluntas mediante virtute, & virtus immediatè mouet motu locali; quo motu mediante, est causa aliorum motuũ, & est causa aliqua inductionis formæ in materiam: & quolib. 9. art. 10. ad secundum sic loquitur: *Angelus agit in hæc corpora mouendo ea localiter per imperium: sed hoc imperium non est sine virtute activa, quæ oportet aliquo modo contingere corpus motum; cum mouens, & motum oporteat esse simul*. Quæ tamen Capreolus in fine dictæ quæstionis dupliciter interpretatur dicens primò mentem D. Thom. non esse per ea verba constituere differentiam realem inter potentiam Angeli motiuam, & voluntatem, sed secundum rationem tantùm. Secundò ait forsan D. Thom. ibi vocare potentiam motiuam localiter ipsam voluntatem Angeli, qua vult mouere, vel potius voluntatem sub tali actu; sic autem accipiendo potentiam perspicuum est eam distinguì realiter à voluntate, sicut accidens à subiecto, vel vt pars à toto: prima tamen (inquit) solutio videtur melior: neutra tamen videtur omninò sufficiens, atq; ideo opposita sententia non est penitus impeobanda.

Capreolus

Argumenta, & solutiones.

CONtra primam conclusionem sunt multa argumenta, quæ refert & soluit Capreolus in allegata q. a quibus præmissa satisfaciens.

Zumellus

Contra eandem affert Zumellus duo argumenta ex Capreolo, vt videtur, accepta, quibus ipse respondet ex eiusdem Authoris doctrina.

Banes.

Contra secundam conclusionem producit Banes infra q. 78. art. 1. dubio secũdo, plura dicta D. Tho. asserentis in Angelo non esse potentiam motiuam, præter intellectum, & voluntatem, & Angelum suæ voluntatis imperio mouere cœlum. Quibus hic paucis respondet Caietanus, exclusionem non fieri à concomitantibus, atque ideo ex affirmatione intellectus, & voluntatis etiam cum dictione exclusiua non excludi potentiam in Angelo motiuam, quæ est comes inseparabilis vtriusq; tam dictæ virtutis.

Caietanus

Videnda sunt, quæ supra diximus de dictione exclusiua cum D. Thoma, quæstione trigesimaprima huius articulo vltimo.

o Thom.

Contra eandem conclusionem, quarenus est de mente Caietani, argumentatur Vasquez; Quia Cajetanus potentiam motiuam in Deo non distinxit ab intellectu, & voluntate secundum rationem: ergo non consequenter loquitur, affirmans eam in Angelo à prædictis virtutibus realiter esse distinctam.

Vasquez.

Respondetur Caietanum supra quæstione. 26. art. 1. vtramque partem, vt probabilem sustinuisse, scilicet tam affirmantem, quam negantem distinctionem potentiæ motiuæ in Deo ab intellectu, & voluntate.

Caietanus.

A QVAESTIO LV.

De medio cognitionis Angelicæ, in tres articulos diuisa.

COnsequenter quæritur de medio cognitionis Angelicæ. Et circa hoc quæruntur tria. Primò, Vtrum Angeli cognoscant omnia per suam substantiam, vel per aliquas species.

Secundò. Si per species, vtrum per species connaturales, vel per species à rebus acceptas.

B Tertiò. Vtrum Angeli superiores cognoscant per species magis vniuersales, quam inferiores.

Ratio ordinis.

PErspecta iam Angelicæ cognitionis natura, quoad multa communia eidem angelicæ congruentia, tria sese offerunt ordinate considerãda, ex quib speciales eiusdem cognitionis difficultates nobis innotescent.

Hæc verò sunt; principium eius formale, siue medium, de quo præsens instituitur quæstio, terminus, siue obiectum, de quo agitur q. 56. & 57. & modus, circa quem versatur quæst. 58. Medium autem cognitionis Angelicæ duplex est scilicet propria ipsius Angeli substantia, & species ad examinandum inferius consequenter, quæ dicuntur influxæ. Quod igitur primò dubitandum occurrit est: Vtrum Angeli cognoscant omnia per suam substantiam; quæ difficultate negatiuè definita sequitur altera de speciebus, an videlicet Angeli intelligant per species à rebus acceptas; & post hanc vltima superest de modo, siue grãdu specierum in singulis Angelis, quę in tertio tractatur articulo: An scilicet superiores Angeli intelligant per species magis vniuersales, quam inferiores.

C

D

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Angeli cognoscant omnia per suam substantiam.

AD primum sic procedituꝝ. Videtur, quòd Angeli cognoscãt omnia per suam substantiam. Dicit enim Dion. 7. c. de diuin. nominibus, quòd Angeli sciunt ea, quę sunt in terra, secundum propriã naturam mentis. Sed natura Angeli est eius essentia. Ergo Angelus per suam essentiam res cognoscit.

1 Sent. d. 12 a. 3. 3. Et 3 d. 14 a. 1 q. 2. cor. & 1. f. 2 7 a medio.

E

2 Præterea. Secundum Philosophum, in duodecimo Metaphysicorum, & in tertio de Anima, in his, quę sunt sine materia, idem est intellectus, & quod intelligitur. Id autẽ, quod intelligitur, est idem intelligenti, ratione eius, quo intelligitur. Ergo in his, quæ sunt sine materia, sicut sunt Angeli, id quo intelligitur, est ipsa substantia intelligentis.

12 Metaphy. text. 51. & 3. de anim. t. 2. 5 tom.

Q 3 Præ-

3 Præterea. Omne, quod est in altero, est in eo per modum eius, in quo est. Sed Angelus habet naturam intellectualem: ergo quicquid est in ipso, est in eo per modum intelligibilẽ. Sed omnia sunt in eo, quia inferiora in entib. sunt in superioribus essentialiter: superiora verò sunt in inferioribus participatiuè. Et ideo Ca. 4 p. 11 parũ ante medium. dicit Dion.* 4. cap. de diuinis nominib. quòd Deus tota in totis congregat, id est omnia in omnibus. Ergo Angelus omnia in sua substantia cognoscit.

Cap. 4 nõ remote à princ. Sed contra est, quod Dion.* dicit in eodem cap. quod Angeli illuminantur rationibus rerum: ergo cognoscunt per rationes rerum, & non per propriam substantiam.

Respondeo. Dicendum, quòd illud, quo intellectus intelligit, comparatur ad intellectum 83.1 intelligentem, vt forma eius,* quia forma est 417 quo agens agit. Oportet autem ad hoc, quòd potentia perfectè compleatur per formam, quod omnia contineantur sub forma, ad quæ potentia se extendit. Et inde est, quòd in reb. corruptibilibus forma non perfectè complet potentiam materiæ:* quia potentia materiæ 338 ad plura se extendit, quàm sit continentia for- 390 mæ huius, vel illius. Potentia autem intellecti ua Angeli se extendit ad intelligendum omnia: quia obiectum intellectus est* ens, vel ve- D.752: 270 rum commune.* Ipsa autem essentia Angeli non comprehendit in se omnia, cum sit essentia determinata ad genus, & ad speciem. Hoc autem proprium est essentiæ diuinę, quæ infinita est, vt in se simpliciter omnia comprehendat perfectè.* Et ideo solus Deus cognoscit 25 omnia per suam essẽtiam; Angelus autem per 85 suam essentiam non potest omnia cognoscere, sed oportet intellectum eius, aliquibus speciebus perfici ad res cognoscendas.

Ad primum ergo dicendum: quòd, cum dicitur, Angelum secundum suam naturam res cognoscere: ly, secundum, non determinat medium cognitionis, quod est similitudo cogniti. sed virtutem cognoscitiuam, quæ conuenit Angelo secundum suam naturam.

Ad secundum dicendum, quòd, sicut sensus 81 a in actu est sensibile in actu* vt dicitur in 2. de 425 Anima. non ita, quòd ipsa vis sensitiua sit ipsa similitudo sensibilis, quæ est in sensu: sed quia ex vtroque fit vnum, sicut ex actu, & potentia: D.762. ita & intellectus* in actu, dicitur esse intellectum in actu; non quòd substantia intellectus sit ipsa similitudo, per quã intelligit: sed quia illa similitudo est forma eius. Idem est autem, quod dicitur: in his, quę sunt sine materia, idẽ est intellectus, & quod intelligitur: ac si diceretur, quòd intellectus in actu est intellectum in actu. Ex hoc enim est aliquid intellectum in actu, quòd est immateriale.* 417

Ad Tertium dicendum, quòd ea, quę sunt infra Angelum, & ea, quę sunt supra ipsum, sunt quodammodo in substantia eius: & non quidem perfectè, neque secundum propriam rationem, cùm Angeli essentia finita existens, secundum propriam rationem ab alijs distinguatur, sed secundum quandam rationem communem* In essentia autem Dei 417 sunt omnia perfectè, & secundum propriam rationem, sicut in prima, & vniuersali virtute operatiua,* à qua procedit, quicquid est in 417 a quacunque re proprium, vel cõmune. Et ideo Deus, per essentiam suam, habet propriam* D 472. cognitionem de rebus omnibus: non autem Angelus, sed solam communem.

Sensus quæsiti.

CAietanus singulos huius quæsiti terminos explicat accuratè. Caiet.

Forma Textus.

CONclusio est: Angelus per suam essentiam non potest omnia cognoscere, sed oportet intellectum eius aliquibus speciebus perfici ad res cognoscendas: Probatur: potentia intellectiua Angeli non compleatur per essentiam Angeli; ergo. consequentia est euidens. Antecedens probatur; oportet ad hoc, vt potentia perfectè compleatur per formam, quòd omnia contineantur sub forma, ad quæ se extendit potentia; At essentia Angeli sic habet, vt forma respectu suæ intellectiuæ potentiæ, & non continet in se omnia, quæ potest Angelus intelligere; ergo per eam non compleatur intellectiua potentia Angeli. Maior probatur à posteriori ex rebus sensibilibus, quarum forma non perfectè complet potentiam materiæ, quia potentia materiæ ad plura se extendit, quàm sit continentia formæ huius, vel illius. Minor habet duas partes, & probatur primò quo ad primam: Quia id, quo intellectus intelligit, comparatur ad intellectum intelligentem vt forma eius, ergo: Probatur hoc antecedens; quia forma est, qua agens agit. Quoad secundam verò partem probatur; quia potentia intellectiua Angeli se extendit ad intelligendum omnia, essentia autem Angeli non comprehendit in se omnia; Ergo. Probatur prima pars huius antecedentis: quia obiectum intellectus est ens, vel verum commune; quoad alteram verò partem, quæ etiam continebatur in minori præcedentis argumenti, probatur: Primò, quia essentia Angeli est determinata ad genus, & ad speciem: Secundò, quia proprium est essentiæ diuinæ, quæ infinita est, vt in se simpliciter omnia comprehendat perfectè.

Expositio Textus.

LEgenda sunt, quæ notat hic breuiter Caieta- Caiet. nus circa discursum, & eius terminos.

Tres hic se offerunt quæstiones examinandæ. Prima dę necessitate specierum intelligibilium, quam latè versat Capreolus in secundo sent. dist. Capreol. 3. q. 2. conclusione 4. & ex parte tractat, & definit

Zumel-

Zumellus Zumellus, ſed eius proprius locus eſt in tertio de Anima, & in q. 84. huius primæ partis: Secunda

Capreol. quæſtio eſt de veritate concluſionis, quam in dicta q. 3. tractat Capreolus, & hic etiam breuiter expedit Zumell. Tertia eſt de efficacia rationis D. Thom. vtramq; ſecum trahens; quam hic oportet aduerſus cenſores doctrinæ S. Doct. extendere. Circa reſponſionem ad ſecundum vide, quæ ſupra diximus q. 14. Contr. 1.

Controuerſia Vnica.

De veritate concluſionis, & de efficacia rationis S. Thomæ.

Sententiæ Doctorum.

Durandus DVrandus apud Capreolum in allegata q. 3. art. 2. in argumentis contra quartam concluſionem, rationem huius articuli reprehendit vt minimè ſufficientem; cuius opinionem, & di-

Valentia. cendi modum ſequitur Valentia ſuper hoc articulo, dicens rationem hanc D. Tho. non videri prorſus firmam, nec opus eſſe ad confirmandam propoſitam concluſionem vti hac forma rationis, qua vſus eſt D. Thomas.

Vaſquez. Vaſquez diſput. 200. duo dicit: Primum: Exiſtimo rationes efficaces ſuppetere ad probãdum humanum intellectum inſtrui ſpecieb. ad intelligendum, & vix certè vllam eſſe rationem, quæ id de intellectu Angelico eodem modo apertè conuincat. Secundum: Facilius defenderemus cognitionem euidentem, quam vocant intuitiuam, & propriam, procedere ex ſola virtute intellectus Angelici hoc modo, vt quamuis intellectus Angeli ſit vniuerſalis cauſa, & determinatione aliqua indigeat, vt hoc, vel illo modo operetur, determinetur à tali, & tali obiecto ſibi proprio, & ſuæ virtuti naturæ æquali, non quia obiectum efficienter cum intellectu concurrat, ſed quia per modum obiecti, & termini ipſum modificet, & determinet ad talem operationem, ita vt circa tale obiectum nõ poſsit niſi talem operationem habere, non tamen, quæ ab obiecto excitetur, vt hoc potius, quã aliud conſideret, neq; quia obiectum cum intellectu concurrere poſsit vt cauſa efficiens ad intellectionẽ.

Sed rationem hanc, vt efficacem recipiunt, ac

Ferrarien. Bannes Zumellus Ripa. Malonius. tuentur Ferrar. in ſecundo cont. gent. c. 98. §. *tertio loco*, Bannes, & Zumellus, & Ripa, ſuper hoc art. & Malonius in ſecundo ſent. diſt. 3. diſp. 9.

Reſolutio.

Quæ ſit neceſſitas, & ordo, ſiue gradus ſpecierum tam ſenſibilium, & quàm intelligibilium.

Caietanus SCiendum eſt primò, ex Caietano in 3. art. huius quæſtionis, duo eſſe in vniuerſo entium genera, alterum eorum, quæ ad hoc primò ſunt inſtituta, vt ſint, licet forſaſſe contingat ea ſecundariò eſſe aliorum repræſentatiua; ſicut Anima noſtra, & totus homo à Deo primò inſtitutus eſt ad eſſendum ſecundum ſuum eſſe proprium, naturale, & abſolutum, quo pertinet ad vniuerſi perfectionem conſurgentem ex entibus diuerſorum generum, & ſpecierum ad inuicem ordinatis ſecundum eſſe naturale; cum tamen anima ſecundariò perfectiones inferiorum formarum in ſeipſa demonſtret, & Deum naturæ quadam ſimilitudine repræſentet, & totus homo cæteras omnes inferiores creaturas referat, vt exemplar, ſuperiores autem, vt in eo participatæ reluceant. Alterum eſt eorum entium genus, quorum inſtitutio per ſe primò eſt, vt alia naturaliter repræſentent; Hæc verò ſunt intentiones rerum, ſeu formę intentionales, quæ diſtinguũtur in ſpecies ſenſibiles, & intelligibiles; quibus tamen quaſi ſecundariò propria conuenit exiſtentia, prout quædam accidentia ſunt ſubſtantiæ cognoſcenti ſuperaddita. Cur autem neceſſe ſit præter primum rerum ordinem ad eſſendum primò inſtitutum, alium eſſe, cuius natura ſit aliorum per ſe primò repræſentatiua, docet ibi Caietanus Caietanus ex Philoſophia dicens oportere cognoſcitiuum eſſe nõ ſolùm ipſum, ſed etiam alia, ſenſitiuum quidem ſenſibilia, intellectiuum autem omnia; vt latè cum eodem expoſitore ſupra declarauimus q. 12. & 14. & præterea communem eſſe Philoſophorũ animi conceptionem, ſimile ſimili cognoſci: Conſtat autem rerum naturas ſecundum proprium modum eſſendi naturalem intra cognoſcitiuum eſſe non poſſe: lapis enim ſecundum ſe ipſum non eſt in anima; perſpicuum eſt etiam cognoſcitiuum ſecundum ſubſtantiam ſuam ſolùm ad eam perfectionis excellentiam non attingere, vt ex intima ſuiquidditate ſingulis rerum naturis ſecundũ proprias earum rationes aſsimiletur. Cuius ratio eſt; quia cuiuslibet rei primò ad eſſendum inſtitutæ natura finita eſt, cum ſit ad genus, & ſpeciem determinata, vt ait S. D. in textu; atque ideo non poteſt alijs, ita perfectè naturaliter aſsimilari, vt earum ſpecificas propriasq; rationes diſtinctè repræſentet. Res verò per ſe primò ad repræſentandum inſtituta pluribus poteſt (non tamen infinitis) rerum naturis aſsimilari; quales ſunt Angelorum ſpecies, vt affirmat S. D. in art. 3. huius quæ- S. Thomas ſtionis; Ex quo enim ſpecies intelligibilis per ſe primò inſtituta eſt, vt repræſentet, ſequitur altioris ordinis ſpecies vim excellenter habere plurium ſpecierum inferioris ordinis in repræſentando, non minus quàm anima noſtra vim habeat, & officium exerceat formaliter plurium inferioris ordinis formarum, ſcilicet corporeæ, vegetatiuæ, & ſenſitiuæ, & homo formaliter in ſe contineat, & exerceat virtutes, & officia multarum inferioris ordinis naturarum. Cum itaque rerum naturæ per ſenſum, vel intellectum cognoſcibiles nequeant ſecundum modum ſuum eſſendi naturalem intra ſenſum, aut intellectum, aut etiam in ipſa natura cognoſcentis exiſtere, nec tanta ſit perfectio cognoſcentis, vt ſecundum ſolam ſuam ſubſtantiam diſtinctè, perfectèq; rerum aſsimiletur naturis, neceſſe fuit inſtitui à natura genus entis intentionale, quo cognoſcitiuum eſſet cognoſcibilia; vt quod ſubſtantiæ cognoſcitiuæ deeſt ob negatiuam eius imperfectionem, quia ens finitum eſt, per ens intentionale ſuppleretur: Vt enim ſcitè Caietanus caietanus. aduertit in allegato art. 3. cognoſcitiuum, & intentionale non ſunt duo rerum ordines abinuicem

omninò distincti. Sed duæ sunt quasi partes ad vnius ordinis, scilicet naturæ cognoscitiuæ perfectionem concurrentes: ita vt intentionale sit ex sui natura complementum intrinsecum cognoscitiui, quod per speciem cognoscibilis in seipso receptam sit ipsum cognoscibile tum in actu primo, tum etiam in actu secundo, modo superius explicato q. 12. & 14. Et quo fuerit altioris ordinis cognoscitiuum, eò nobilioris, & altioris ordinis speciem sibi vendicat; vis autem cognoscitiua, quantò fuerit altior, tantò magis vnitè fertur in cognoscibilia; quia scilicet eius obiectum sub vna ratione formali indiuisibili plura continet, quæ in ordine ad vires inferiores cognoscitiuas sunt distincta formaliter: Vnus enim sensus communis in omnia quinque sensuum exteriora fertur obiecta sub vna tantùm ratione formali valde simplici; supra sensum communem est sensus phantasiæ; cuius obiectum sub vna ratione formali simpliciori plura complectitur, & supra phantasiam cogitatiua, cuius obiecti latitudo maior est, & specifica ratio magis simplex. Has omnes animæ vires nobilitate superat intellectus; cuius obiectum formale totã complectitur entis latitudinem. Cum itaque virtus cognoscitiua, quo fuerit altior, eò nobilius esse intẽtionale requirat, consequens etiam est, vt esse intentionale, siue speciem minus distinctam, ac magis vniuersalem in repræsentando sibi vendicet. Species enim visiuæ potentiæ ad hunc vnum numero colorem extenditur; sensus autem communis colorem hunc sono comparando, simul vtrumque cognoscit vna sola specie repræsentatum; & intellectus vna conceptione totum ens intelligit partes eius saltem vniuersaliores simul attingendo, vt substantiam, & accidens. Deum & creaturam, vt proportionaliter similes: Separatarum igitur substantiarum intelligentium ordo magis adhuc vniuersales in repræsentando sibi vendicat species, & quo maior fuerit nobilitatis earum gradus, eo species vniuersaliores postulabit; Deus verò, cuius solius intelligere est, eius esse, ac eius substantia, per solam hanc infinitè perfectam solus vniuersa cognoscit.

Quemadmodum enim in eo rerum genere, quæ primò sunt ad essendum institutæ, quo natura fuerit altior, eò substantialis eius perfectio plures vnitè perfectiones includet, & virtus eius erit extensior, sic in ordine rerum ad repræsentandum intento, quo fuerit sublimior naturæ gradus, eò plures vnitè continebit rationes repræsentandi, & eius vnus actus ad plura pertinget. Non potest autem repræsentatiuum, vt sic, plures vnitè rationes repræsentandi continere, nisi formaliter ea omnia repræsentet, quæ prioribus illis rationibus diuisim repræsentantur: implicat enim repræsentatiuum, vt repræsentatiuum plures extensiuè rationes repræsentandi continere, & formaliter, scilicet per actum repræsentandi ad earum repræsentata non extendi. Ad cuius euidentiam, & propositę controuersię definitionem,

A Angelum per suam essentiam nec inferiora, nec superiora præter Deum distinctè cognoscere.

SEcundò Notãdum est triplex esse genus entiũ, quę cetera cõtinent. Primũ est eorum, quę, cũ in altiori sint essendi gradu constituta, continent inferiora virtualiter secundum esse naturę; sicut cœlestes sphęrę, quarum est inter corpora natura nobilissima, virtualiter in se continent sublunares substantias corruptibiles, quarum principia sunt per motum, & lumen. Continentia triplex

Secundum est eorum, in quibus alia continentur formaliter secundum esse repręsentatiuum; sicut species coloris in oculo colorem continet repręsentatiuè, & species lapidis in intellectu eodẽ modo continet lapidem.

Tertium, quod soli Deo cõuenit, illud est, quod omnia continet virtualiter in esse naturę, & formaliter in esse repręsentatiuo; Cuius rationem affert S. D. supra q. 14. art. 6. ex hoc, quod rerum omniũ perfectiones in Deo pręexistunt, & modo quodã, excellenti continentur, non solùm quo ad vniuersalem essendi rationẽ, in qua communicant, sed etiam quo ad ea, quib. ab inuicem distinguuntur: atq; ideo essentia Dei cęterarum rerum essentijs comparatur, non sicut commune ad propria, vt vnitas ad numeros, vel centrũ ad lineas ex eo deductas; sed vt actus perfectus ad imperfectos, veluti, si comparetur homo ad animal, aut senarius, qui numerus est perfectus, ad alios numeros sub ipso contentos; manifestum est autem (inquit S. D.) per actum perfectum posse cognosci actus imperfectos, nõ in communi tantũ, sed etiã propria cognitione: cognoscens enim hominem cognoscit animal propria cognitione, & cognoscens senarium cognoscit ternarium propria cognitione; Cum igitur essentia diuina in se prę habeat quidquid perfectionis habet essẽtia cuiuscunq; rei alterius, & adhuc amplius, Deus in se ipso potest omnia propria cognitione cognoscere: propria enim cuiusq; natura participatio quędam est diuinę perfectionis, nec Deus se ipsum perfectè cognosceret, nisi modum omnem cognosceret, quo participabilis est ab alijs diuina perfectio. Hęc ibi S. Doct. Iam verò Angelus nec ad superiora, nec ad inferiora cõparatur, vt actus perfectus ad imperfectos in ipso contentos: Sed superiora sunt actus Angelo perfectiores, inferiora, vero completè non continentur in eo, neq; formaliter, neq; virtualiter; Non n. Angelus est cœlum, homo, aut planta formaliter, neq; virtus eius ad totam sincategorematicè naturam materialem producendam extenditur; quia materiam primam, quę est altera pars naturę sensibilis, non potest efficere. Igitur non est essentia Angeli repręsentatiuum sufficiens, vt per eam distinctè cognoscatur aliqua creatura; Nam de Deo ab Angelo cognito alia ratio est, vt apparet ex vltimo articulo quęstionis sequentis. S. Thom.

Sed quoniam, vt hic aduerit Caietanus, essentia Angeli est inferiorum quasi exemplar, eo scilicet modo, quo perfectiora in entib. ad minus perfecta quodammodo comparantur vt exemplaria, superio- Caiet.

Digitized by Google

ſuperiorum autem eſt quaſi effectus, qui nititur ad eā relatus, ſimilitudinem, ſiue modum quendā habet exemplati, idcircò poteſt Angelus in ſeipſo tam ſuperiora, quàm inferiora imperfectè cognoſcere, vt ait S. D. hic ad tertium: Videnda ſunt, quę ſuribus Bannes, & Zumellus infra q. 57. art. 1. & quæ ibi notabimus.

Bannes. Zumellus

Eſſentiam Angeli non eſſe propriam, & per ſe primò cauſam ſpecierum intelligibilium, atque ideo nec in ea poſſe ſpecierum obiecta cognoſci.

POſtremò aduertè ſecūdum Capreolum, & Caietanum ſpecies Angeli ex eius natura profluere vt eius proprietates; ſicut ex anima deriuantur potentiæ, non tamen ſicut ex, vel in cuiuſcunque rei quidditate perſpecta cognoſcuntur eius proprietates, ac vires, & omnes actus, & effectus ex eis producibiles, ſic Angelus in ſua eſſentia perfectè cognita ſpecies omnes intelligibiles ſecūdum proprias earum rationes in repræſentando, & actus ſpeculatiuos, & practicos per eas producibiles, & earum obiecta cognoſcit.

Ratio Capreoli, & Ferrarien

Cuius ratio multiplex reddi poteſt. Prima eſt: quoniam, vt ait Capreolus in dicta quæſt. 3. ad ſecundum Durandi, & Ferrarienſis in dicto cap. 98. eſſentia Angeli non eſt proxima, & immediata, ſed remota, & radicalis tantùm ſimilitudo rerum naturaliter intelligibilium ab ipſo: ſicut etiam nō eſt proximum, & immediatum, ſed remotum, & radicale principium intelligendi, & ideo non poteſt Angelus in ſua eſſentia ea omnia, vel aliqua, diſtinctè cognoſcere, quæ per ſpecies repræſentantur illi ſuperadditas.

Cōfutatio

Sed hęc non diluunt propoſitam difficultatem; ſi namq; ſpecies Angeli ſecundum propriam, & totam ſuam rationem, qua rerum ſunt formaliter, ac per ſe primò repræſentatiuæ, ex ipſius Angeli natura profluunt, vt eius proprietates, & paſſiones, conſequēs eſt vt, ſicut in Solis perfecta natura vt dicitur ſplēdor, & omnes eius effectus, ſic in Angeli ſubſtantia perfectè cognita ſpecies in ea virtualiter, ſiue radicaliter contentæ videantur ſecundum propriam earum rationem, & effectum repręſentādi, ac proinde etiā repręſētata per ſpecies in eadē eſſentia Angeli intelligantur: Probatur conſequentia; quia cognito repræſentatiuo, vt ſic, cognoſcitur etiam neceſſariò repræſentatum: Et confirmatur argumentū; quia ſic eſſentia Angeli continebit ea omnia perfectè, ſiue completè virtualiter in eſſe intelligibili, ad quæ poteſt eius cognitio pertingere: Igitur in ea cognita videbit omnia naturaliter ab eo intelligibilia. Eſt ergo ſecunda ratio, ſiue ſolutio, quam affert hic Bannes, & latius explicat in articulo ſequenti, dicēs Angelum, non ideo poſſe per ſuam eſſentiam omnia cognoſcere, quòd in ea contineantur eminenter in eſſe intelligibili, ſed neceſſarium, (inquit) eſſet, vt contineret formaliter omnia in eſſe intelligibili; ita vt eſſet ſimilitudo formalis rerum omnium ab Angelo cognoſcibilium, eſſetq; principium formale, ac immediatum cognitionis: Sed hęc ſolutio eadem eſt cum præcedenti, nec ſatisfacit; ſicut enim cōtinentia virtualis paſſionis in ſubiecto ſufficit, vt in eo quiddita-

Ratio Bannesij.

eōfutatio.

tiue cognito videantur, ſic & continentia virtualis ſpecierum, vt repræſentatiuæ ſunt, in ipſa eſſentia Angelis ſatis erit, vt ea perfectè cognita ab Angelis cognoſcantur, & ſpecies ſub ea ratione, qua ſunt formaliter repræſentatiuæ, & conſequenter etiam intelligantur repræſentata.

Ratio vera

Videtur ergo dicendum, ſpecies rerum repræſentatiuas, quamuis, vt accidētia quędam ſunt ad certam entis naturam definita, in Angeli ſubſtantia virtualiter contineantur, & ex ea profluant, vt naturales eius proprietates, ſi tamen conſiderentur, vt proprietatum repræſentatiua, ſecundum hanc rationem non continentur virtualiter in ſubſtantia Angeli, vt in propria, ac per ſe primò earum cauſa, ſed in ſola eſſentia Dei: Quod efficacè probatur argumento: quia Deus ex infinitate ſuæ perfectionis virtualiter completè continet omnia, vt ante diximus, atque ideo poteſt omnia in ſua eſſentia veluti in propria ſingulorum ſpecie diſtinctè cognoſcere; Angelus autem nec omnia, nec aliqua ab ipſo diſtincta continet in ſe completè virtualiter, & ideo non habet ex ſui natura, vt ſecundum ſe ſic aliquorum diſtincta ſimilitudo, & conſequenter neq; in ſeipſo habebit proprium, & ſufficiens principiū producēdi ſpecies rerum perfectè repræſentatiuas: Sed ſola diuina eſſentia propria erit eorum cauſa. Nā effectus omnis, ſiue omnis ratio formalis effectus in eam, vt propriam cauſā reducenda eſt, cui per ſe primò conuenit talis ratio formalis: ſic enim entitas veritas, & bonitas omnis entis in Deū, vt propriā, & per ſe primò cauſam reducitur; quoniā illi primò cōuenit ratio formalis entitatis, veritatis, & bonitatis, qui ſolus eſt eſſe, veritas, & bonitas per eſſentiam; Sicut autem Deus ex hoc, quod eſt actus purisſimus, eſt ipſum eſſe naturale per eſſentiā, ita eſt ipſum eſſe intelligibile per eſſentiam; igitur, quemadmodū eſſe naturale participatum in Deū reducitur, vt eius per ſe primò cauſam, licēt etiam ſecundę cauſę producant eſſe, ſic omne eſſe intelligibile, vt ſic, à Deo eſt, vt ab eſſe intelligibili per eſſentiam, & illud præſertim, quod eſt intellectuali ſubſtantiæ connaturale, quod vnā, & eadē actione producitur cum ipſa ſubſtantia: quale eſt eſſe intelligibile ſpecierum, ſiue rerum in ſpeciebus Angeli relucentium: Vt clarè ſignificat S. D. infra quæſt. 57. art. 2. dicens Angelos per ſpecies à Deo inditas cognoſcere res non ſolum quantùm ad naturam vniuerſalem, ſed etiam ſecundum earum ſingularitatem, in quantùm ſunt quædam repræſentationes multiplicatæ diuinæ eſſentiæ vnicæ, & ſimplicisſimæ: Non continet igitur virtualiter Angeli ſubſtantia ſpecies intelligibiles eius intellectui connaturales ſecundum eam rationem, qua formaliter ſunt intelligibiles ſpecies, & rerum repræſentatiuæ, vt earum propria cauſa: ſed quemadmodum ſecundæ cauſæ, & ipſæ rerum eſſentiæ in actuali rerum productione modo ſuo cauſant exiſtentiam, nō tamen, vt eius per ſe primò cauſæ, ſed virtute Dei, qui eſt ipſū eſſe intelligibile per eſſētiam: ſic Angeli ſubſtantia principium eſt ſpecierū productiū,

non vt earum propria causa, sed virtute Dei, qui solus est ipsum esse intelligibile per essentiam, atque ideo fons, & propria, ac per se primò causa omnis esse intelligibilis: Sed de hac materia disseremus vberius in art. proximè sequenti.

Conclusiones deductæ, & probatæ.

PRima conclusio: Angelus per suam essentiam non potest omnia cognoscere, sed necesse est eius intellectum perfici aliquibus speciebus intelligibilibus ad res cognoscendas; Hæc est conclusio S. D. in textu: Cuius probatio præcipua est illa, quã ex Caietano supra posuimus, & additis quibusdam medijs ex metaph. communiuimus.

Secunda conclusio: Ratio D. Thomæ probat efficaciter dictam conclusionem. Hæc conclusio sequitur necessariò ex omnibus præiactis fundamentis, quibus ostendimus essentiam Angeli non continere in se omnia, quæ potest Angelus intelligere; hic enim est medius terminus argumenti S. D. nimirum continentia omnium intelligibilium in substantia, quæ continentia in minori propositione negatur ab Angelo.

Argumenta, & solutiones.

Capreol. Zumellus Bannes. CONtra primam conclusionem sunt argumenta, quæ refert, & soluit Capreolus in dicta quæst. 3. & Zumellus, & Bannes, super hoc artic. & argumenta, quæ contra specierum necessitatem producunt, & soluunt Thomistæ in quæstionibus ad tertium de anima, & Bannes, quæst. 85. huius primæ partis artic. 2. Ferrar. in prædicto cap. 98. & latè Molina artic. sequenti, disp. 1.

Ferrarien. Molina.

Valquez. Contra eandem conclusionem argumentatur Vasquez, primò: Si intellectus Angelicus ex se non esset sufficiés sine aliqua specie, sibi addita ad eliciendam cognitionem, vel eam deberet accipere à rebus, vel habere ab initio secum productam; at neutrum dici potest: Ergo. Minor quo ad primam partem probabitur artic. sequenti: quo ad secundam verò probatur: Nam, vel illæ species productæ ab initio cum Angelo infusæ sunt à solo Deo, sicut debitæ perfectiones naturæ Angelicæ, aut sicut formæ debitæ, & fluentes ab Angelo per modum passionis; at neutrum dici potest; ergo. Probat primum diffusè, quod gratis concedimus; Secundum autem sic probat: Natura Angeli, & intellectus illius postulat determinatas passiones sibi naturales; sed species rerum intelligibilium non sunt determinatæ: Ergo nequeunt esse secundùm naturalem inclinationé Angeli. Maior probatur; quia natura Angeli, & intellectus sunt determinata secundùm se; Minor sic probatur: Vel intellect' Angeli expoſcit eas tantùm species rerum, quas Deus creauit, aut creaturus est, vel etiam species possibilium, quæ non est creaturus: Ad species tantùm rerũ, quas de facto creauit, vel creaturus est, non potest habere naturalem inclinationem, quia hæ non sunt naturales, sed sola voluntate Dei determinatæ; inclinatio autem naturalis præsertim ad passiones debet esse determinata naturaliter. Ad possibiles verò non potest; quia non esset maior ratio, quare ad has, quàm ad illas, ac proinde ad omnes naturaliter inclinaretur; igitur vel omnes illas Angelus haberet, quæ essent infinitæ, vel aliquibus, immo infinitis careret contra naturalẽ suam propensionem; quæ duo absurda sunt; ergo facilius esset defendere Angelum absque speciebus res omnes creatas, & naturales intelligere.

Respondetur Angelo debitas esse species, vt naturales eius perfectiones ex eius natura fluentes, vt asserunt multi, vel vt actus, ad quos est in Angelo passiua potentia naturalis, vt alij complures affirmant. Ad argumentum aduersus priorem partem negatur minor. Ad eius probationem dico intellectui Angelico earum tantùm rerum species deberi, quas Deus creauit, aut creaturus est secundùm ordinem huic vniuerso ab ipso Deo præfinitum, quod dico propter animas, quas in hominũ successiua generatione creat, & infundit: Ad obiectionem autem, quod hæ species non sunt naturales, sed sola voluntate Dei determinatæ: inclinatio autem naturalis, præsertim ad passiones debet esse determinata naturaliter: ergo, &c. Respondetur nullam esse consequentiam; licet enim creaturæ non sint effectus Dei naturales, quia liberè sũt productæ, & eadem ratione species rerum creatarum representatiuæ sint à Deo liberè productæ; res tamen singulę creatæ partes sunt totius vniuersi naturales, ad eius naturalem perfectionem intrinsecè pertinentes, & species Angelorum mentibus inditæ, licet à Deo libere sint secundùm singulos gradus ad res representandas productę; hęc tamen representatio est ipsa specierum intima natura: Creauit enim Deus Angelum huic vniuerso tot rerum gradus in se contineti, naturaliter proportionatum, tam secundùm esse ſnaturale, quàm secundùm esse intellectiuum, siue secundùm eius vim intellectiuam: & ideo naturalem habet intellectus Angeli, & species eius intelligibiles propensionem ad creaturas omnes huius vniuersi cognoscendas.

Valentia. Contra secundam conclusionem argumentatur Valentia: Primò: Sicut species intelligibilis vnius rei, puta leonis sufficit ad intelligendum leonem, & explet potentiam intellectus respectu leonis, quamuis non contineat formaliter, vel eminẽter perfectiones leonis, sed solùm habeat modum quendam perfectionis, qua possit leonem representare per ordinem quendam sui ad illum: ita posset vna aliqua res ea perfectione cõdi à Deo, vt, quãuis nec formaliter, nec eminenter haberet perfectiones omnium rerum intelligibilium, tamen per ordinem sui quendam peculiarem ad illa, sufficeret intellectui tanquam species intelligibilis omnium ad cognoscendum omnia.

Respondetur: Primò hoc argumento solum concludi, posse à Deo produci speciem intelligibilẽ, quæ representaret omnia intelligibilia, non autem probari substantiam Angeli omnia ab eo intelligibilia representare.

Secundo dico, non esse eandem rationem de specie intelligibili, quæ primò est instituta ad repræsentandum, & de substantia Angeli, aut alia quauis

Digitized by Google

uis re per ſe primò inſtituta ad eſſendum, vt latè ſuperius oſtendimus, & ideo negatur aſſumptum.

Tertiò dico ordinem illum, quo ſpecies intelligibilis repreſentat, eſſe tranſcendentalem, & eſſe naturam ipſam ſpeciei eſſentialiter obiecto commenſuratam, ad quam tamen ſequitur relatio prædicamentalis ad ipſum obiectum repreſentatum: Ordo autem repreſentationis, qui cõuenit rei per ſe primò ad eſſendum inſtitutæ, ſecundariò autẽ ad repreſentandum, formaliter eſt relatio prædicamentalis, cuius fundamentum, ſiue ratio fundãdi non poteſt eſſe niſi continentia virtualis completa rerum repreſentatarum in ipſa re, ſiue ſubſtantia repræſentante, vt ante diximus.

Poſtremò dico falſum eſſe antecedens: quia ſpecies intelligibilis leonis quo ad id, quod conuenit illi per ſe, eſt formaliter ipſa natura leonis in eſſe intelligibili.

Secũdò; Non videtur minus eſſe, ſed potius plus quoddam, vt aliqua res finita ſine perfectione omnium queat concurrere ad cognitionem omnium, tamquam potentia ipſa intellectiua, quam, vt id poſsit tamquam ſpecies intellectualis; ſed illud tribuimus iam de facto intellectui creato, humano, & Angelico; ergo & hoc etiam ſine repugnantia fieri poſſet.

Reſpondetur, falſam eſſe primam propoſitionem: Primò, quia vna potentia intellectiua hoc ipſo, quod eſt potentia reſpectu omnium intelligibilium, poteſt ea omnia, ad quæ naturaliter eſt in potẽtia, recipere, & ſimul actuari in actu primo, ſeu in habitu: non enim repugnat dari vnam numero potentiam, quę poſsit pluribus formis accidentalibus diuerſarum rationum perfici ſecũdùm actũ imperfectum, ſeu ſecundùm habitum; implicat tamen vnam creatam ſubſtantiam ad genus, & ſpeciem determinatam plurium eſſentiarũ eſſe ſimilitudinem, ſicut repugnat eandem plures eſſentias in ſe virtualiter, & completè continere.

Secundò, quia potẽtia intellectiua eſt per ſe primò ad hoc inſtituta, vt fiat omnia per ſpecies ſuperadditas, & vt ſit proximum principium intelligendi; ſubſtantia verò Angeli non eſt per ſe primò ad hoc inſtituta, vt ſit formaliter, aut virtualiter omnia, hoc enim eſt impoſsibile.

Tertiò ſic arguit: Sicut continentia illa perfectionis virtualis non requiritur in ſpecie, ita nec etiam ſufficit, vt res aliqua ſit ſpecies intelligibilis alterius (niſi quando eſt continentia infinita, vt in eſſentia diuina) ergo non ſatis commodè ex illa continentia ducit argumentum S. Thomas: Antecedens probatur; quia Angelus mouens cœlum habet eminenter perfectionem ſaltem motus localis cœli, quem efficit, neq; tamen ex mente D. Tho. aut ſecundùm veritatem motum intelligit per ſuã ſubſtantiam ſine addita ſpecie.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens de continentia completa, ad eius probationem negatur aſſumptum: motus enim, cum ſit accidens quoddã ſenſibile, & naturale, educitur à mouente de potẽtia mobilis, & ideo ſolùm illud agens continet cõpletè motum, cuius virtute poteſt produci, aut deſtrui potentia mobilis, hoc autem eſt ſolus Deus.

Vltimò: Exemplum D. Tho. de potentia materiæ non eſt ſimile: Nam potentia materiæ eſt ad habendum ipſas perfectiones formarum; & ideo forma, quæ non habet oẽs eiuſmodi perfectiones, nõ explet potentiam materiæ; potentia verò intellectũs non eſt ad habendum perfectiones rerum intelligibilium, realiter, & ſecundùm ſe, ſed ad cognoſcendum illas per ordinem quendam ſui peculiarem, ſiue habitudinem ad eas, vt potentiæ ad obiecta, qua re poſſet illi ſufficere ad cognoſcendum omnia, ſpecies aliqua, quæ non haberet perfectiones omnium, ſed ordinem quẽdam ad omnia, talem, qualis requiritur in ſpecie intelligibili.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: Ad eius probationẽ dico, potẽtiam intellectus, eſſe ad habẽdum perfectiones rerum intelligibilium realiter, non quidem in eſſe naturali, ſed intelligibili, ſicut potentia materiæ primæ eſt ad habendum formas realiter, & ſecundùm eſſe naturale: Secundò dico ordinem potentiæ intellectiuæ ad intelligibilia eſſe ordinem tranſcendentalem, & ſimilem etiam eſſe ordinem ſpeciei ad repreſentata per ipſam; & quia ſpecies per ſe primò eſt inſtituta ad repræſentandum, & ad ſupplendam imperfectionem ſubſtantiæ, idcircò non exigitur in ea virtualis obiecti repræſentati continẽtia, ſicut requiritur in ſubſtantia per ſe primò ad eſſendum inſtituta, & ideo poteſt à Deo produci ſpecies, quæ multas rerum naturas diſtinctè repræſentet, nec tamẽ poteſt fieri ſubſtantia, quæ res oẽs ab ea intelligibiles in ſe ipſa diſtinctè repræſentet; ſicut nec põt produci ſubſtantia, quæ virtualiter completè plures in ſe contineat rerum eſſentias.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum Angeli intelligant per ſpecies à rebus acceptas.

281 Inf. q 89 a 1. a & 3 & 2. d 3 q 3 art 1 Et veri qu 8 art 9. & 2. cont c 9: fin & 94. Et op. 3 c 224.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd Angeli intelligant per ſpecies à rebus acceptas. Omne enim, quod intelligitur per aliquam ſui ſimilitudinem in intelligente intelligitur. Similitudo autem alicuius in altero exiſtens, aut eſt ibi per modum exemplaris, ita quòd illa ſimilitudo ſit cauſa rei: aut eſt ibi per modum imaginis, ita quòd ſit cauſata à re: oportet igitur, quòd omnis ſcientia intelligentis, vel ſit cauſa rei intellectæ, vel cauſata à re. Sed ſcientia Angeli non eſt cauſa rerum exiſtentium in natura, ſed ſola diuina ſcientia. * Ergo oportet, quod omnes ſpecies per quas intelligit intellectus Angelicus, ſint à rebus acceptæ. 87

2 Præterea. Lumen Angelicum eſt fortius, quàm lumen intellectus agentis in anima. Sed lumen intellectus agentis abſtrahit ſpecies intelligibiles à phantaſmatibus: ergo lumen intellectus Angelici poteſt abſtrahere ſpecies etiã ab ipſis rebus ſenſibilibus. Et ita nihil prohibet,

Digitized by Google

hibet dicere,quòd Angelus intelligat per ſpecies àrebus acceptas.

3 Præterea.Species, quæ ſunt in intellectu, indifferenter ſe habent ad præſens,& diſtans, niſi quatenus a rebus ſenſibilibus accipiuntur. Si ergo Angelus non intelligit per ſpecies à rebus acceptas, eius cognitio indifferenter ſe haberet ad propinqua,& diſtantia, & ita fruſtra ſecundùm locum moueretur.

Sed contra eſt,quod Dionyſ.dicit 7.cap. * de diuinis nominibus,quòd Angeli non congregant diuinam cognitionem à rebus diuiſibilibus,aut à ſenſibilibus.

Reſpondeo. Dicendum, quòd ſpecies,per quas Angeli intelligunt,non ſunt à rebus acceptæ,ſed eis cõnaturales. Sic enim oportet intelligere diſtinctionem ſpiritualium ſubſtantiarum,& ordinem,ſicut eſt diſtinctio, & ordo corporalium. Suprema autem corpora habẽt potentiam in ſui natura totaliter perfectam per formam.In corporibus autem inferiorib. potentia materiæ non totaliter perficitur per formam,ſed accipit nunc vnam,nunc aliã formam ab aliquo agente.Similiter,& inferiores ſubſtantiæ intellectiuæ, ſcilicet animæ humanæ,habent potentiam intellectiuam,non completam naturaliter. Sed completur in eis ſucceſſiuè:*per hoc, quòd accipiunt ſpecies intelligibiles à rebus.Potentia verò intellectiua in ſubſtantijs ſpiritualibus ſuperioribus, ideſt in Angelis, naturaliter completa eſt,per ſpecies intelligibiles connaturales, ad omnia intelligenda,quæ naturaliter cognoſcere poſſunt.Et hoc etiã ex ipſo modo eſſendi huiuſmodi ſubſtantiarum zpparet.Subſtantiæ enim ſpirituales inferiores,ſcilicet animæ, habent eſſe affine corpori,inquantùm ſunt corporum formæ: ideò ex ipſo modo eſſendi competit eis, vt à corporibus,& per corpora ſuam perfectionẽ intelligibilem conſequantur, alioquin fruſtra corporibus vnirentur. Subſtantiæ verò ſuperiores,ideſt Angeli, ſunt à corporibus totaliter abſolutæ immaterialiter, & in eſſe intelligibili ſubſiſtentes: & ideo ſuam perfectionem intelligibilem conſequuntur per intelligibilẽ effluxum,quo à Deo ſpecies rerum cognitarũ, acceperunt ſimul cum intellectuali natura.Vn de Auguſt.dicit * 2. ſuper Geneſim ad litterã, quòd cætera,quæ infra Angelos ſunt, ita cauſantur, vt priùs fiant in cognitione rationalis creaturæ,ac deinde in genere ſuo.

Ad primum ergo dicendum, quòd in mente Angeli ſunt ſimilitudines creaturarum,non quidem abipſis creaturis acceptæ, ſed à Deo, qui eſt creaturarum cauſa,& in quo primò ſimilitudines rerum exiſtunt. Vnde Auguſtinus dicit in eodem* lib. quòd ſicut ratio,quæ creatura conditur,prius eſt in verbo Dei, quàm ipſa creatura,quæ cõditur:ſic,& eiuſdem rationis cognitio priùs ſit in creatura intellectuali ac deinde eſt ipſa conditio creaturæ.

Ad ſecundum dicendum,quòd de extremo ad extremum non peruenitur,niſi per mediũ. Eſſe autem formæ in imaginatione, quod eſt quidem ſine materia, non tamẽ ſine materialibus conditionibus, medium eſt inter eſſe formæ,quæ eſt in materia,& eſſe formæ, quæ eſt in intellectu per abſtractionem à materia,& à conditionibus materialibus. Vnde quantumcunque ſit potens intellectus Angelicus, non poſſet formas materiales reducere ad eſſe intelligibile: niſi prius reduceret eas ad eſſe formarum imaginatarum.

Quod eſt impoſſibile,cùm careat imaginatione,vt dictum* eſt. Dato etiam quod poſſet abſtrahere ſpecies intelligibiles à rebus materialibus:non tamen abſtraheret,quia non indigeret eis, cum habeat ſpecies intelligibiles connaturales.

Ad tertium dicendum, quòd cognitio Angeli indifferenter ſe habet ad diſtans, & propinquum ſecundùm locum. Non tamen propter hoc motus eius localis eſt fruſtra.Non.n. mouetur localiter ad cognitionem accipiendam,ſed ad operandum aliquid in loco.

Senſus quæſiti.

SPecies à rebus acceptæ ſunt, quæ per virtutem intelligentis ſunt à rebus abſtractæ,quomodocunq; , & diſtinguuntur contra ſpecies intelligenti connaturales,ſiue ſint ex eius natura fluentes,ſiue ſimul cũ ipſa natura ab eius authore ſint influxæ.

Forma Textus.

CONcluſio eſt: Species,per quas Angeli intelligunt, non ſunt à rebus acceptæ, ſed eis connaturales.

Probatur tripliciter: Primò ſuprema corpora habẽt potentiam in ſui natura totaliter perfectam per formã, in corporibus autem inferioribus potentia materiæ non totaliter perficitur per formam,ſed accipit nunc vnam, nunc aliam formam ab aliquo agente:ergò ſimiliter,& inferiores ſubſtantiæ intellectiuæ,ſcilicet animæ humanæ habent potentiam intellectiuam non completam naturaliter ſed completur in eis ſucceſſiuè per hoc, quod accipiunt ſpecies intelligibiles à rebus; potentia verò intellectiua in ſubſtantijs intellectualibus ſuperioribus, ideſt in Angelis,naturaliter completa eſt per ſpecies intelligibiles connaturales, inquantum habet ſpecies intelligibiles connaturales ad omnia intelligenda, quæ naturaliter cognoſcere poſſunt.

Antecedens patet,conſequentia probatur; Quia ſic oportet intelligere diſtinctionem ſpiritualium ſubſtantiarum,& ordinem,ſicut eſt diſtinctio, & ordo corporalium.

Se-

Digitized by Google

Secundò probatur concluſio: Quia ſubſtantiæ ſpirituales inferiores, ſcilicet, animæ ex ipſo modo eſſendi, quia videlicet earum eſſe eſt affine corpori, inquantùm ſunt corporis formæ, habent, vt à corporibus, et per corpora ſuam perfectionem intelligibilem conſequantur: Ergo ſubſtantiæ ſuperiores, ideſt Angeli ex ſuo modo eſſendi, quia ſcilicet ſunt à corporibus totaliter abſoluti, immaterialiter; & in eſſe intelligibili ſubſiſtentes ſuam intelligibilem perfectionem conſequuntur per intelligibilem effluxum, quo à Deo ſpecies rerum cognitarum acceperunt ſimul cum intellectuali natura.

Tertiò probatur concluſio, authoritate Sancti Auguſtini lib. 2. ſuper Geneſim ad litteram dicentis, cætera, quæ infra Angelos ſunt, ita cauſari, vt prius fiant in cognitione rationalis creaturæ, ac deinde in genere ſuo.

Expoſitio Textus.

ADuerte, fundamentũ primæ rationis eſſe proportionalitatem, ideſt ſimilitudinem duarũ proportionum, ſcilicet corporum cœleſtium ad inferiora corpora corruptibilia, & ſpiritualium ſubſtantiarum in ſuo eſſe completo ſubſiſtẽtium, ſcilicet Angelorum ad ſpirituales ſubſtantias incompletas, quæ ſunt animæ rationales: Adeò, vt ſic conſtrui poſsit argumentum in forma ſyllogiſtica.

Qualis eſt proportio ſupremorum corporum, ſ. incorruptibilium ad inferiora corpora corruptibilia, talis eſt etiam proportio ſuperiorum ſubſtantiarum ſpiritualium, ideſt, Angelorum ad inferiores ſubſtantias, ſcilicet animas rationales.

At ſuprema corpora, hoc habent excellentiæ ſuperioritatis, quòd eorum potentia naturaliter eſt perfecta per formam, inferiorum autẽ corporum potentia, non eſt totaliter perfecta per formam, ſed accipit nunc vnam, nunc aliam formam ab aliquo agente: Ergo ſimiliter potentia intellectiua in ſubſtantijs ſpiritualibus ſuperioribus, ideſt, in Angelis naturaliter completa eſt per ſpecies intelligibiles connaturales, in inferioribus autem ſubſtantijs intellectiuis, ſcilicet animabus humanis, potentia intellectiua non eſt completa naturaliter, ſed completur in eis ſucceſsiuè per hoc, quod accipiunt ſpecies intelligibiles à rebus.

Prima Controuerſia.

De veritate concluſionis: An ſcilicet Angelorum ſpecies ſint à rebus acceptæ, & de efficacitate rationis D. Thomæ.

Sententiæ Doctorum.

Alenſis. ALexander Alenſis in ſecunda parte ſuæ ſummæ, quæſt. 24. memb. 2. & 3. docet Angelum ſpecies omnes, tam rerum materialium, quàm immaterialium, tam vniuerſalium, quàm ſingulariũ à rebus accipere, quam opinionem ſequitur Ariminenſis in 2. diſt. 3. quæſt. 5.

Ariminenſis. Scotus. Rada. Scotus autem in ſecundo diſt. 3. q. 11. cuius ſententiam refert, & ſequitur Rada in ſua ſecũda parte, contr. 5. art. 3. tria dicit.

Primum eſt: Angeli à principio ſuæ creationis habent ſpecies indicas rerum vniuerſalium, & ſpiritualium, per quas tamen non poſſum ſingularia cognoſcere, nec eorum exiſtentias: & conditiones niſi ſpecies à rebus ipſis mendicent.

Secundum eſt: Si Angelis à principio tales ſpecies non eſſent inditæ, potuiſſent eas à rebus accipere.

Ricardus. Vaſquez. Zumellus. Tertium eſt, rationes D. Thomæ, non concludere; Cuius etiam opinionis videtur fuiſſe Ricardus eadem diſt. art. 6. quæſt. 2. & alij plures, quos hic referunt Vaſquez, & Zumellus, qui ſententiam Scoti affirmat non eſſe prorſus improbabilem, quoad eam partem, quæ aſſerit Angelum poſſe ſpecies capere ab obiectis ſpiritualibus, ſi eas non haberet congenitas.

Molina. Molina ſententias Scoti, & D. Thom. pronunciat eſſe probabiles, ſed in vtraque multas eſſe difficultates, plures tamen in opinione D. Thomæ: quas ſingulas profert, & verſat in ſua 2. diſp. memb. 4. & 5.

Peſantius. Peſantius dicit quatuor: Primum: Si Angelo sũt concreatæ ſpecies, fruſtra eas ex rebus eliceret.

Secundum: Angelis ſunt concreatæ ſpecies rerũ omnium, præter ſpecies actuum liberorum, & actuum intellectus, quos vel alij Angeli, vel nos ipſi exercemus.

Tertium: Non implicat Angelum ab alio Angelo, aut ab anima accipere ſpeciem repræſentatiuam, ſi de ijs concreatam non habet.

Quartum: Non habet Angelus ſpecies rerũ omnium poſsibilium.

Vaſquez. Vaſquez duo dicit: Primum Angelum nullas à rebus ſpecies ſumere. Secundum facilius ad intelligendum, ſibi videri Angelum nullis ſpecibus indigere, ſed ſola ſua virtute poſſe intelligere aliquid eo ipſo, quod intra limites ſui obiecti continetur.

S. Thom. Capreolus. Caiet. Bannes. Zumellus. Valentia. Ferrarien. Suarez. Albertin. Diuus Thomas hic, & alibi ſæpè docet ſpecies Angelorum non eſſe à rebus acceptas, ſed eis connaturales: Cuius ſententiam ſequuntur Capreolus in dicta diſt. 3. quæſt. 2. Caietanus, Bannes, Zumelius, Valentia, & alij Thomiſtæ expoſitores ſuper hoc artic. & Ferrarienſis in 2. cont. gent. capit. 96. Suarez diſp. metaphy. 35. ſect. 4. & Albertinus in ſuo ſeptimo, Corollario de cognitione Angelorũ: vbi rationes etiam tuetur S. Doct. vt efficaces, confutatis probationibus Vaſquezij, & aliorum, & duo affert argumenta Scoti cum ſolutionibus Caietani, quibus reiectis, alio modo diluit argumenta. Hanc eſſe communem Theologorum ſententiã affirmant Bãnes, Vaſquez, & Peſantius, ſuper hoc articulo.

Reſolutio.

Diſtinguitur materia controuerſiæ, & oſtenditur efficacitas primæ rationis Diui Thomæ.

Partitio. QVinque ſunt huius controuerſiæ partes: Prima, quæritur: num de facto ſpecies omnes Angelorum ſint à rebus acceptæ. Secunda: an ſaltem in Angelis ſit facultas accipiendi ſpecies à rebus. Tres aliæ partes verſantur circa tres rationes Diui Thomæ, quibus ab eo probatur concluſio: duæ quarum habentur In corpore, tertia verò in reſpõſione ad 2.

S. Thomas. De

De prima parte latè diſſerit S.Doct.in ſupradicto capitulo 96.& concluſionem præſentis articuli ſex optimis argumentis probat, quorũ vim explicat accuratè Ferrarienſis.

Ferrarien.

Eandem concluſionem probant hìc latè Bãnes, & Zumellus in ſua quæſt.1. in eius prima,& ſecunda concluſione.

Bannes Zumellus

De ſecunda verò parte diſputat Zumellus in 3. & 4.concluſione,& Bannes, dubio primo : & huic fauent omnia,quæ dicentur circa vim trium rationum D.Thomæ.

1.Ratio. D Thom.

Eſt igitur prima ratio D.Thomæ:Qualis eſt proportio ſuperiorum corporum ad inferiora, talis eſt proportio ſuperiorum ſubſtantiarum ſpiritualium, ideſt, Angelorum ad inferiores ſubſtantias ſpirituales,quæ ſunt animæ rationales, &c. Cuius vim explicat Caietanus,& alij poſt eum expoſitores duabus diſtinctionibus præmiſsis.

Caieta:

1.diſtinct.

Prima diſtinctio eſt: Perfectiones tam cæleſtiũ corporum, quàm Angelorum dupliciter poſſunt conſiderari : Vno modo ſecundùm rationem earũ genericam,ſiue communem : Alio modo ſecundũ proprias,& ſpecificas earum rationes, ſiue prout ſunt in tali natura,ſcilicet cæleſti,& Angelica; Si priori modo conſiderentur perfectiones tam cæleſtes,quàm Angelicæ, cauſabiles ſunt à creaturis: Figura namque,motus, & lumen, quæ cæleſtium corporum ſunt perfectiones, ſi conſiderentur ſecũdùm communem eorum rationem,videlicet figuræ,motus,& luminis, vt ſic produci poſſunt non ſolùm à Deo,ſed etiam ab aliqua re creata : cauſatur enim à quolibet generante figura propria rei genitæ;& ab artifice figura domus,vel arcæ.Similiter,& ſpecies,quæ ſunt Angelorum mentibus naturales,ſi ſecundùm earum communem tantũ rationem conſiderentur, prout ſcilicet ſpecies ſunt intelligibiles,poſſunt à creaturis cauſari; ſpecies enim noſtri intellectus rationem habent ſpeciei intelligibilis, & tamen à phantaſmate lumine intellectus agentis illuſtrato producuntur.Poſſe nãque dictas perfectiones in cõmuni ſumptas à creaturis cauſari,nihil aliud eſt,quàm eis, vt ſic, non repugnare produci à creaturis in aliqua determinata natura ſecundùm ordinem, & curſum rerum naturalem.Si verò perfectiones prædictæ poſteriori modo conſiderentur,prout videlicet ſunt in tali natura,ſcilicet Angelica,vel cæleſti, affirmat hìc S.D.eas à ſolo Deo naturam cæleſtem,& Angelicam producente poſſe cauſari, & aſſumens in maiori propoſitione proportionalem ſimilitudinem cæleſtium corporum ad ſuperiores ſubſtãtias ſpirituales,& in minori ſubſumens cæleſtium corporum potentiam naturaliter per formam eſſe completam,concludit potentiam ſuperiorum ſubſtantiarum intellectualium, quatenus ſcilicet intellectuales ſunt, per ſpecies intelligibiles eſſe perfectam,atq; ideo non eſſe cauſabiles ab obiecto ſpecies Angelorum.

2.diſtinct.

Secũda diſtinctio eſt:Duplex eſt potentia,quædam eſſentialis,ſeu ad actum primum, ſiue actus ille ſit ſubſtantialis,vt anima,vel quælibet alia forma conſtituens compoſitum ſubſtantiale, ſiue ſit accidentalis,ideſt de genere accidẽtis; vt ſpecies, & habitus,quantitas,& figura;dicitur enim intellectus eſſe in potentia eſſentiali, quando eſt ſicut tabula nuda,in qua nihil eſt pictum, vt dicitur in tertio de Anima:& materia domus fiendæ dicitur eſſe in potentia eſſentiali ad quantitatem, & figuram domus.

Ariſtot.

Quædam alia potentia eſt accidentalis, ideſt ad actum ſecundùm;ſicut ſciens nondum actu cõſiderans eſt in potentia accidentali ad actum conſiderandi.

In hoc itaque diſcurſu loquitur S.Thom.de potentia eſſentiali,quæ ſcilicet eſt ad eam perfectionem,quæ eſt actus primus naturalis, ſiue ſit de genere ſubſtantiæ,ſiue ſit de genere accidentis;& ſecundùm hoc genus potentiæ, & actus attenditur proportionalitas in textu poſita,non autem ſecundùm potentiam accidentalem,& eius actum.Cuius cauſam,ſiue rationem duplicem affert Caietanus.Prima eſt: quoniam actus ſecundi corporum cæleſtium, & intelligentiarum non ſunt eiuſdem rationis,aut ordinis; actus enim ſecundi corporũ ſunt transeuntes,actus autem ſecundi ſubſtantiarum intellectualium,vt ſic,immanentes ſunt; actus verò primi corporum cæleſtium,& Angelorum eiuſdem quodammodo rationis ſunt, cũ in eis ſint, quorum ſunt actus.

Caiet.

Secunda ratio eſt:quoniam actus primi cæleſtium corporum,& Angelorum ſunt eis naturales, & ideo ſine imperfectione deeſſe non poſſunt; at actus ſecundi in corporibus quidem cæleſtibus ſunt naturales,& ob eandem cauſam non poſſunt illis cæleſtes ſphæræ ſine imperfectione carere;in Angelis autem actus ſecundi ſunt liberi, & ideò poteſt ab eis abſque imperfectione potentia ſeparari;Attenditur itaque proportionalitas inter Angelos,& corpora cæleſtia non ſecundùm potentiã accidentalem,quæ eſt ad actum ſecũdùm, ſed ſecundùm potentiam eſſentialem,quæ eſt ad actum primum.

Syluest.& Bannes limitatio reijcitur lumen an ſit act. 1. vel 2.

Nec limitanda eſt dicta proportionalitas ad eos actus primos,qui vel ſubſtantiales ſunt,aut cõ naturales,vel ad ſubiecti principia naturaliter cõſequentes,vt hìc affirmant Syluester, & Bannes : ſic enim ſupponeretur, vt certum id,quod eſt probandum,nimirum ſpecies Angelorum intelligibiles eſſe illis connaturales.An verò lumen cæleſtiũ corporum ſit actus primus,vel ſecundus: Caietanus hìc reſpondens tertio argumento Durandi ſatis aperte ſignificat eſſe actum ſecundum : quod abſolutè non videtur verum : quia lumen,ſeu lux proprium habet actum ſecundum,qui eſt lucere ; igitur lumen eſt actus primus, ac proinde eſſe in potentia ad lumen eſt eſſe in potentia eſſentiali.

Caiet.

Sed diſtinguendum eſt lumen in id,quod ab intrinſeca prouenit eſſentia corporis luminoſi, & in id,quod ab extrinſeco luminari producitur in diaphano:id enim,quod oritur ab intrinſeco,vt lumẽ ſolis,actus primus eſt illi connaturalis;quod autẽ efficitur ab extrinſeco, vt lumen Lunæ, ſecundùm rem,& modum,naturam magis habet actus ſecundi,quàm primi;tum quia verè idem eſt quod illumina-

minatio passiuè sumpta, tum etiam quia non durat nisi durãte præsentia luminaris, & actiua eius illuminatione, cuius termious est formalis ab ea pendens in fieri, & conseruari, quamuis, & ipsum lumen in Luna receptum actum habeat illuminandi, secundùm quam rationem nonnullam habet similitudinem actus primi. & ideo S. D. infra quæst. 58. art. 1. in probatione secundæ conclusionis, inter actus primos ponit lumen ab extrinseco receptum.

A

Intendit igitur asserere Caietanus, non omne lumen, sed ab extrinseco tantùm receptum, quale est lumen Lunæ, ad ordinem secundi actus simpliciter pertinere.

Alb. expositio reijcitur.

Ex dictis patet Albertinum Corollario octauo, non rectè dixisse D. Thomam in hac ratione supponere species Angelorũm non esse causabiles ab obiecto, hoc enim est, quod intendit probare.

B

Ostenditur efficacitas secundæ rationis D. Thomæ.

SEcunda ratio D. Thomæ est: Substantiæ spirituales inferiores, scilicet animæ rationales ex ipso modo essendi, quo sunt corporis formę, habẽt vt à corporibus, & per corpora suam perfectionẽ intelligibilem consequantur; ergo superiores substantiæ, ideſt Angeli ex suo modo essendi, quo sunt à corporibus penitus absoluti, suam intelligibilẽ perfectionem consequuntur, per intelligibilem effluxum species intelligibiles simul cũ intellectuali natura recipientes à Deo. Cuius argumenti vis ex illo trahitur Philosophi principio, quod hic pũsupponitur, videlicet: *si affirmatio est causa affirmationis, negatio erit causa negationis*: cuius veritas firma est in causis proprijs, ac præcisis, vt hic, & alibi sæpè Caietanus aduertit, adeo vt in hoc tota posita sit rationis efficacitas: quia, si propria, & præcisa causa, quòd anima perfectionem suam sumat à corpore, est eius modus prædictus essendi, consequens est, vt negatio talis modi essendi, sit causa negationis talis modi perficiẽdi, immo, vt inquit Caietanus, & significat S. Doct. in textu, oppositus modus erit causa oppositi modi perficiendi. Modum autem essendi proprium animæ, esse præcisã, & ptoprium causam talis modi perficiendi passiuè, scilicet ab obiecto, probatur in textu, quia aliter vnio animæ intellectiuæ ad corpus, quæ talem essendi modum importat, esset frustra: probat sequelam Caietanus: quia talis vnio, aut est primò propter bonum animæ, aut propter bonum corporis. Secundum affirmari non potest, eo quòd forma non sit propter materiam; igitur primum verũ est, quia materia est propter formam: certum est autem bonum animæ intellectiuæ proprium in ipsa intellectuali perfectione consistere, quæ fit per species intelligibiles; si ergo fuerit substantia intellectualis independens à corpore, vt à materia, cõsequens est illam etiam esse independentem à corpore, vt obiecto.

Ariũ. Caiet.

Caiet.

C

D

Et quia perfectorum entium generatio vnicum habet tantum modum naturalem, rationabile nõ est perfectæ substantiæ intellectualis generationẽ in esse cognito, secundùm quam fit ipsum intelligibile, pluribus modis posse fieri naturaliter, vt scitè contra Scotum aduertit Caietanus. Sed ait Scotus animam rationalem materiæ nõ vniri propter bonum animæ, vel materiæ, siue corporis, sed propter bonum totius compositi, quod effugium Caietanus præcludit hoc argumento: Substantia intellectualis quatenus intellectualis est, cum non sit actus corporis, non est pars compositi corporei: ergo substantia intellectualis, vt sic, nõ est primò propter compositum, nisi sufficiens assignetur causa, propter quam corpori sit vnibilis. Quod si dicas vnibilem esse corpori, quia talis est forma, puta intellectiua simul, & sensitiua, Caietan. infert: Aut enim (inquit) hæc coniunctio est propter bonum sensitiui, aut propter bonum intellectiui; non primum; quoniam illud est vt materia; ergo secundum, scilicet, vt à sensibus accipiat, qđ nos intendimus: Sed ait Albertinus posse Scotum huic argumento respõdere dicendo animam, quæ forma est intellectiua, & sensitiua, vniri corpori finaliter, non propter perfectionem suam, sed propter perfectionem totius compositi, quod conflat ex sensitiuo, & intellectiuo, non quidem, vt à corpore accipiat species, sed vt vtramque operationẽ sensitiuam, & intellectiuam per illum modum vnionis simul exerceat; dum enim intellectus intelligit, phantasia phantasiatur, & propter alias perfectiones compositi.

Effugium Scoti præclusum à Caiet.

Alb. instat

E

Sed hæc euasio seipsam destruit, & falsam pronuntiat, & ex notata Caietani doctrina facile confutatur: Nam, si rationalis anima vnitur corpori propter exercendam operationem sensitiuam, & intellectiuam, igitur, vt species à rebus accipiat, quæ principia sunt operationis formalia, & consequenter propter ipsius animæ bonum, quod in operatione consistit.

Præterea: cum sensitiuum, in anima fit propter intellectiuum, vt scilicet eo mediante species recipiat, & per eas intelligat, vt patet ex responsione ad secundum, tota ratio vnionis animæ rationalis ad corpus in ipsam tandem recurrit, quatenus intellectiua est in pura potentia: consequens ergo est, animam rationalem vniri corpori propter solùm bonum intellectiui finaliter, quod est vniri, propter ipsam animam, prout intellectiua est tali modo, & non propter compositum, cui non per se primò conuenit esse intellectiuum, sed per animã, quæ per se primò est intellectiua, & per ipsam cõpositum, quod ratione eius dicitur intellectiuum.

Quamuis enim anima secundùm communem rationem formæ, & partis essentialis, fit propter bonum totius cõpositi, & ob eandem causam corpori copuletur; quatenus tamen substantia intellectualis est in pura potentia, cuius gradus formaliter sumptus, prout scilicet intellectualis est, superior est gradu compositorum omnium materialium, quatenus composita sunt naturalia; ac proin dè nulla substantia intellectualis, vt sic, quantumuis imperfecta, vniri potest corpori propter bonum totius compositi substantialis, prout tale cõpositum est.

Ex-

Explicatur efficacitas tertiæ rationis D. Thomæ.

TErtia ratio D. Thom. in responsione ad secundum est: Quantumcunque sit potens intellectus Angelicus, non posset formas materiales reducere ad esse intelligibile, nisi prius reduceret eas ad esse formarum imaginatarum: at hoc est illi impossibile; ergo Angelus non potest abstrahere species a rebus sensibilibus.

Minor patet: quia Angelus caret imaginatione; Maior probatur, quia de extremo ad extremum non peruenitur, nisi per medium; at esse formæ in imaginatione, quod est quidem sine materia, non tamen sine materialibus conditionibus, medium est inter esse formæ, quæ est in materia, & esse formæ, quæ est in intellectu per abstractionem a materia, & a conditionibus materialibus: ergo quantumcunque, & cætera.

Caietanus

Ad cuius euidentiam, tria sunt obseruanda, quæ subtiliter hic annotat Caietanus: Primum est esse sensibile duobus modis sumi posse; uno modo communiter, prout extenditur ad omnem modum totamque sensibilis latitudinem, & ita sub se continet esse imaginabile, sicut genus cõtinet speciem; Alio modo stricte, prout usu iam recepto de solo dicitur exteriori sensibili; cum igitur S. D. affirmat esse formæ in imaginatione esse medium inter esse formæ, quæ est in materia, quod est esse sensibile, & esse formæ, quæ est in intellectu per abstractionem a materia; de esse sensibili loquitur, secundo modo: vt perspicue verba illa significant, videlicet; *esse formæ, quæ est in materia*: hoc enim, vt diximus, est esse sensibile stricte sumptum.

Secundum est esse imaginabile, seu phantasiabile esse medium essentiale inter esse sensibile, & esse intelligibile, nõ solùm in essendo, sed etiam in causando; nõ quidem absolute, sed respectu talis causæ, scilicet rei sensibilis: Probantur hæc omnia: & primò, quod esse imaginabile sit medium in essendo inter esse sensibile, & esse intelligibile, quoniã esse sensibile ex propria natura est omninò materiale, & esse intelligibile ex intrinseca sua ratione penitus est immateriale: at esse imaginabile ex propria sua quiditate partim est materiale, & partim spirituale.

Secundò probatur, quod esse imaginabile nõ sit medium in causando esse intelligibile simpliciter; Quoniam esse intelligibile potest absque esse imaginabili concurrente causari; nam species intelligibiles Angelis connaturales absque esse imaginabili sunt productæ. Denique probatur, quod esse imaginabile sit medium essentiale in causando esse intelligibile respectu talis causæ, scilicet sensibilis exterioris, adeo vt, si causari debeat esse intelligibile ab extrinseca re sensibili, non nisi per esse imaginabile produci possit secundùm Dei potentiam ordinariam.

Dionysius

Nam, vt ait Dionys. in 7. cap. de diuin. nomin. hoc ordo postulat vniuersi, vt supremũ infimi attingit infimum supremi; sunt autem duo rerum ordines in vniuerso: alter infimus, scilicet sensibilium, & alter supremus, scilicet intelligibilium: Igitur

A sensibile tanè sumptum in sui infimo tendit supremo ad infimum pertingit ordinis intelligibilis.

Ad verò supremum in ordine sensibilium est esse imaginabile, cum sit in hoc ordine maxime spirituale, & intelligibili proximum: infimum autem in ordine intelligibilium est vis phantasmati cooperans, & educens speciem intelligibilem de potentia ad actum, ac per hoc faciens actu intelligibile id, quod erat potentia tantùm intelligibile.

Rerum igitur ordo requirit, vt res sensibilis nõ secundum esse omninò materiale, sed secundum supremum sui gradus, virtuti cooperetur intellectuali ad producendum esse intelligibile.

B Est igitur esse imaginabile medium essentiale non solum in essendo, sed etiam in causando inter esse sensibile exterius, & esse intelligibile, non solùm ex parte virtutis intellectiuæ, sed etiam ex parte rei sensibilis cognitæ, non prout habet rationem obiecti, siue termini, sed quatenus habet rationem causæ, vel motiui.

Tertium est in phantasmate ad speciem intelligibilem concurrente producendam duo tantùm considerari, scilicet ratio agendi, & condition ad agendum necessario requisita. Ratio agendi rei cognitæ, est natura in phantasmate representata; huic enim assimilatur species intelligibilis, & intellectus, qui rei quiditatem per speciem in se recepta fit ipsum cognitum in esse intelligibili: Conditio verò agendi est esse spirituale, seu sensibile supremi gradus, quod est esse imaginabile: quidditas enim lapidis, siue bouis primi, siue causa proxima est productiua sui ipsius in esse intelligibili, non secundum quodcunque esse, sed secundùm esse tantùm imaginabile, quod supremus, ac maxime spirituale est gradus ipsius esse sensibilis: Sicut enim in ordine rerum naturalium, cum ignis generat ignem, & de leonem, ratio agendi est quidditas, conditio verò rationis agendi, & quæ sua agentis est esse materialiter, sensibiliter, ac individualiter, in rerum natura, sic quoad cognoscentem, cum phantasma speciem ad sui intelligibilem ratio agendi est ipsa natura, atque quidditas rei cognitæ, conditio autem ad agendum necessaria est talis gradus, siue modus immaterialitatis. Nam phantasma, verbi gratia, leonis idoneum est, quod natura leonis in esse spirituali imaginabili: ex quibus primum, scilicet natura, est agendi ratio, secundũ autem, scilicet esse imaginabile, est conditio. Cõstat autem hunc spiritualitatis modum non posse in obiecto sensibili eminenter contineri, cum superioris sit longe gradus, quàm modus essendi sensibilis exterioris, a profunde rem sensibilem secundum se ipsam, immediatè non posse causare speciem intelligibilem, cuius oppositum affirmat Scotus, & eius schola. Totam hanc materiam explicat latissimè Iauellus in allegato cap. 96. secundi contra gentiles.

D

E

Scoti sententia refellitur.

Conclusiones deductæ & probatæ.

PRima conclusio: Species, quibus intelligunt Angeli, non fuerunt nec esse possunt naturaliter a rebus

rebus acceptæ,ſed eis ſunt connaturales: hæc eſt concluſio S.Doct.in textu, quam pluribus alijs argumentis probat in 2.cont.gent.cap.96.

Secunda Cõcluſio: Ratio prima D.Thomæ,deſumpta ex proportionali ſimilitudine ad ſpirituales ſubſtantias aptiſsimè probat intentum.

Tertia concluſio. Ratio 2.D.Tho. quæ procedit ex modo eſsẽdi ſubſtantiarum ſpiritualium, probat efficaciter concluſionem.

Vltima concluſio. Ratio 3.D.Tho.petita ex neceſsitate medij inter eſse ſenſibile, & eſse intelligibile,neceſsaria eſt phyſicè loquendo.

Argumenta, & ſolutiones.

Capreol. Ferrarien. Caiet. Bannes Zumellus

CONtra primam concluſionem ſunt argumenta,quæ referunt,& ſoluunt Capreolus in dicta quæſt.2.Ferrarienſis in allegato cap. 96. Caietanus,Bannes,& Zumellus, & alij expoſitores ſup hoc articulo.

Contra eandem argumentatur Zumellus. Primò:S.Thom.in quæſt.de Anima artic.18.ad 13.& art.20. ad 11. ait ſpecies animabus ſeparatis infundi mediantibus Angelis;ergo non eſt improbabile prorſus dicere, poſſe Angelos ſpecies accipere,ab obiectis ſpiritualibus, ſi eas non haberent concreatas.

S.Thomas

Reſpõdetur primò S.Thomam infra quæſt. 89. artic.primo ad tertium,& artic.2.ad ſecundũ oppoſitum dicere;ſic enim ait: *Anima ſeparata intelligit per ſpecies ex influentia diuini luminis participatas,quarum anima fit particeps,ſicut, & alia ſubſtantiæ ſeparatæ,quamuis inferiori modo*: Qua loquendi forma ſignificat infundi ſpecies à Deo immediatè animæ ſeparatæ,ſicut Angelis, tam ſuperioribus quàm inferioribus infunduntur immediatè:videtur itaque S.D. priorem illam ſentẽtiam retractaſſe, cum præſertim eadem eſse ratio videatur de Angelis infimis in ordine ad ſupremos, quæ de anima in ordine ad Angelos infimi ordinis:conſtat autem infimos Angelos nec à ſupremis, & multò minus à medijs ſpecies accipere, quibus intelligant naturaliter,igitur neque ſpecies animæ à corpore ſeparatæ cauſantur ab Angelis.

Secundò dico:ſpecies animæ ſeparatæ ab Angelis cauſari non effectiuè,ſed exemplariter, quatenus ad earum,quæ ſunt in Angelis, imitationem, infunduntur à Deo. Tertiò dico ſpecies illas ab Angelis effectiuè cauſari virtute diuina: eo quòd modus ille cognoſcendi ſolis,& omnibus Angelis primò,& perfectè congruat, ſicut, & ſubſiſtentia immaterialis;quia,quemadmodum anima ſeparata modum habet imperfectum ſubſiſtendi ſimilẽ Angelis,ita & modum intelligendi ſortitur imperfectum, modo tamen Angelorum perfecto valdè ſimilem:cum itaq; modus intelligẽdi, & ſpecies, quibus intelligit anima ſeparata, ſint accidentia per actionẽ creaturæ producibilia, eo modo, quo explicat ibi S.D.potuit Deus ex infinita ſua ſapiẽtia tales ſpecies in anima ſeparata cauſare mediãtibus Angelis.Nec eadem eſt ratio de vno Angelo reſpectu alterius:quia talis modus intelligendi perfectè conuenit omnibus Angelis,nec decet Angelos ſuperiores ab inferioribus accipere perfectionem ad intelligendum maximè neceſsariam.

Vltimò reſpondetur:falſam eſse conſequentiã: Nam aliud eſt, accipere ſpecies infuſas ab alio, tanquam ab agente præcisè,& aliud eſt, accipere ſpecies à re cognita,tãquam ab obiecto. Primum affirmat S.Thom.de anima ſeparata: non autem ſecundùm.

Secũdò:Sicut albedo eſt actu ſenſibilis,ita ſubſtantia Angeli eſt actu intelligibilis, ſed ſenſibile in actu poteſt imprimere ſpeciem in potentia ſibi proportionata: Ergo intelligibile in actu poteſt: Patet conſequentia,tum ex paritate rationis, tum à fortiori: quia intelligibile in actu eſt magis actuale,atq; ideo magis actiuum,tum etiam ex illo vniuerſali principio:quod res actu talis poteſt imprimere ſui ſimilitudinem in potentia proportionata ad iliam iuxta exigentiam ipſius potentiæ: Confirmatur primò:quia in nobis obiecta intelligibilia non ſunt proportionata, ob id non efficiũt in intellectu ſpeciem ſui,quia non ſunt actu intelligibilia,ſed in potentia. Ex hac ratione Philoſophi permoti,poſuerũt intellectum agentem in nobis,vt efficeret intelligibilia in potentia in actu; ergo,ſi obiectum intellectus noſtri eſset intelligibile in actu,illud poſset mouere intellectum, neq; eſset neceſsarius intellectus agens; ergo intelligibile in actu,vt ſic,eſt actiuum,& motiuum intellectus; Confirmatur ſecundò: quia phantaſma non poteſt efficere ſpeciem in intellectu poſsibili,quia non eſt ſpirituale; ergo,ſi eſset ſpirituale,poſset illam efficere;eodem argumento vtitur Rada.

Rada.

Reſpondetur,nullam eſse conſequentiam: Nã, vt ſpecies imprimatur in potentia ab obiecto,non ſufficit actualitas obiecti ſecundùm ſe, ſed requiritur,etiam diſpoſitio,& capacitas ex parte potentiæ;hanc autem non habet intellectus vnius Angeli reſpectu alterius, ob rationes in textu poſitas, quibus probatur concluſio. Et ex hoc vno principio ruunt omnia argumenta, quibus probatur illatio:ſupponunt enim intellectum vnius Angeli eſſe capacem ſpeciei nouiter ab alio recipiendæ, qd eſse falſum ſatis oſtendimus. Sed dices,eo argumento ſaltem probari poſse vnum Angelum ab alio ſpeciem recipere,ſi contigerit ea carere: Sed, cum intellectus Angeli naturaliter ſpecie carere non poſsit,conſequens eſt nec poſse naturaliter eã ab agente,ſiue obiecto præſertim creato recipere. His adde in mente Angeli ſpecie produci non poſſe,niſi intrinſecùs operando, & immutando ſubſtãtiam,& intellectum Angeli; quod Dei propriũ eſt;qui ſolus creat, & conſeruat Angeli ſubſtantiã incorruptibilem,& illabitur menti. Vnde S.Thomas vbiq; negat ab Angelo poſse ſpeciem aliquam in mente alterius Angeli produci; vt patet de ver.quæſt.8.art.5.ad 6.& quæſt.9.art.1.ad 10. & infra q.56.art.2.ad quartum,& alibi ſæpè.

S. Thom.

Rada

Contra eandem concluſionem argumentatur Rada: Si Angelus crearetur à Deo ſine ſpeciebus intelligibilibus,aut poſset aliquid aliud à ſe cum communi influẽtia per proprias vires agnoſcere, aut non;ſi primum,habeo,quod Angelus ſuæ natu

ræ relictus posset à rebus cognitionem accipere. Si verò das secundùm; ergo Angelus suæ naturæ relictus est vilior quacumque alia natura creata; probatur sequela; quia illa natura est vilior absolute, quæ in nullam operationē potest, quàm illa, quæ potest. At omnis alia natura cum proprijs intrinsecis, & extrinsecis concurrentibus potest in propriam operationem, non verò Angelus; Ergo Angelus est omni creatura vilior, saltem omni illa, quæ in propriam operationem potest.

Respondetur, Angelum sine speciebus creatum nihil posse cognoscere: nec tamen sequitur eum esse viliorem quacunque creata natura; Ad probationem sequelæ dico veram esse maiorem in natura posita in suo complemento, siue perfectione naturaliter illi debita, non autem, si careat debita perfectione naturali; sicut si homo crearetur sine viribus sensitiuis, & sine intellectu, nihil omnino posset cognoscere; nec tamen vilior esset simpliciter bruto, sed tantùm secundùm quid.

capreol. caietanus Bannes. Molina.

Contra secundam conclusionem sunt argumenta Scoti, & Durandi, quæ referunt, & soluunt Capreolus in dicta quæst. 1. Caietanus hic, & Bânes, & quidam alij; sed ex prænotatis facilè confutantur.

Contra eandem conclusionem argumentatur Molina. Primò: Diuersa est ratio de potentia ad actum substantialem, qualis est materia prima corporum cœlestium, & inferiorum, & de potentia ad actum accidentalem, qualis est potentia intellectiua in Angelis, & animabus comparatione specierum; at comparatio inter corporeas, & spirituales substantias in textu posita attenditur penes potentiam ad actum substantialem; ergo.

Caiet. capreolus

Respondetur falsam esse minorē; vt enim ostendimus cum Caietano, & Capreolo dicta comparatio attenditur secundùm potentiam essentialem, quæ est ad actum primum, siue ille sit de genere substantiæ, siue ad genus pertineat accidentis, sicut species intelligibilis.

Secundò: Licet species intelligibilis comparetur ad actum intelligendi tamquam actus primus ad secundum, ad intellectum tamen comparatur, tāquam actus secundus ad primum: quamuis autem tā in animabus, quàm in Angelis intellectus, qui est actus prior speciebus intelligibilibus, sit innatus, & connaturalis eorum substantijs, nō est tamen necesse, vt, quidquid in Angelis rationem habet actus primi, comparatione alterius, sit illis quid innatum, & connaturale, vt de ipso actu intelligendi Angelorum, comparatione verbi, quod producitur per eum, & comparatione habituum, qui eo etiam producuntur, est manifestum.

Respondetur id omne, quod in Angelis est essentialiter actus primus, esse necessario illis connaturale, siue habeat alium actum priorem, qui sit ēt essentialiter actus primus, siue non habeat; Et licēt species sint actus posteriores intellectiua potentia, non tamen propriè, & essentialiter sunt, aut dici possunt actus secundi. Nam actus secundus propriè, & essentialiter dictus est operatio; & quamuis verbum sit quadam ratione posterius intellectione; ad eius tamen perfectionem, & complementum attinet, & cum actu secundo computatur: cuius signum est, quod cessante intellectione nō manet; habitus autem posterior quidem est operatione, sicut effectus sua causa; nec ob id tamē est actus secundus propriè loquendo, sed est actus primus essentialiter ordinatus ad actum secundū, qui est operatio perfecta.

Caietanus Zumelius

Contra tertiam conclusionem sunt argumenta Scoti, quæ referunt, & soluunt Caietanus, & Zumelius, à quibus minimè differunt obiecta Molinæ, & Radæ; quibus prædicta satisfacient.

Capreol Caiet. Ferrar. Bannes. Zumelius Rada.

Contra vltimam conclusionem sunt argumenta, quæ referunt, & soluunt Capreolus, Caietanus, Ferrariensis, Bannes, Zumelius, & alij, quæ per iacta superius fundamenta diluentur.

Contra eandem conclusionem argumentatur Rada Primò, Si res extra non potest esse causa sui in esse intellectuali, nisi fuerit in phantasmate, & specie sensibili, est maximè propter conuenientiā, quæ debet esse inter recipiens, & receptum, quæ non est inter rem extra, & intellectum, est tamen inter intellectum, & rē in specie sensibili, eo quod species sensibilis in sensu conueniat cum intellectu, quatenus est sine materia, & cum re, quatenus est cum cōditionibus materialibus; sed hæc ratio nulla est; Ergo. Minorem probat longo discursu.

Respondetur falsam esse maiorem, quam ipse non probat; propria enim causa est, quia esse imaginabile medium est omnino necessarium, & essēciale non solùm in essendo, sed etiam in causando respectu rei sensibilis transferendæ ad esse intelligibile, siue per propriam, siue per alienam actionem, vt probat Caietanus ex Dionysio, & latius explicat Ferrariensis in dicto cap. vo.

Caietus Ferrarien. Albertus

Sed responsionem Caietani sic arguit Albertinus. Primo: quia non est certum, quod imaginabile concurrat efficienter ad productionem speciei intelligibilis. Secundò: quia in propositione adducta ex Dionysio, aut illa attingentia intelligitur de causa principali, aut de causa instrumentali; sed neutro modo probat intentum; ergo. Probatur minor; Nam si attingentia illa intelligatur de causa principali, non potest esse nisi extrinseca; quia nunquam supremū infimi potest attingere intrinsecè infimum supremi; nam supremum infimi adhuc in infinitum distat ab infimo supremi; cū infimum supremi sit in altiori ordine. Si verò attingentia illa intelligatur de causa instrumentali non requiritur necessariò, vt semper sit supremum infimi id, quod attingit intrinsecè infimum supremi; quia etiam si non sit tale, potest agere in virtute principalis agentis, quod supponitur esse proportionatum infimo supremi; Ergo, siue sit sensibile ad extra, siue sit imaginabile, nunquam potest attingere intrinsecè, vt causa principalis productionem speciei intelligibilis. Si verò concurrit, vt instrumentum, tunc sensibile ad extra potest concurrere ad producendam speciem intelligibilem in virtute intellectus agentis, præsertim cum tota ratio representatiui referatur magis, vel saltem primo in obiectum imaginabile, conditiones verò magis

gis materiales non impedierit; quia eleuantur à virtute principalis agentis, qui est intellectus agens Angelicus: Dictum autem Dionysij intelligendum est de attingentia extrinsecè, non intrinsecè in causa principali, vel de attingentia formali.

Respondetur ad primum, certum esse phantasma concurrere, vt instrumentum ad causandam speciem intelligibilem: Secundo dico hic non supponi necessariò causalitatem effectiuam phantasmatis in specie causanda, sed ordinem tantùm naturalem inter gradus, materialem scilicet, & spiritualem: quæ vnà, & eidem rei conueniunt successiuè secundùm diuersos eius essendi modos in rerum natura, in specie sensibili, in specie imaginabili, & in specie intelligibili in ordine ad quamlibet virtutem creatam, & assumitur, quod esse rei in imaginatione medium est inter esse formæ, quæ est in materia, & esse formæ, quæ est in intellectu, eo modo, quo supremum infimi medium est inter minimum infimi gradum, & minimum supremi; Caietanus autem de causalitate meminit sensibilis respectu esse imaginabilis, & speciei intelligibilis; quia de facto sensibile talem habet causalitatem: sed tamen, si materialiter, aut determinatiuè tantùm concurreret, adhuc vis remanet argumenti D. Thom. propter necessarium ordinem inter prædictos spiritualitatis gradus in productione speciei intelligibilis respectu cuiuscunque virtutis creatæ. Et ex hoc etiam secundùm diluitur argumentum: Dico enim attingentiam illam non esse effectiuam, sed formalem, quæ attenditur secundùm similitudinem inter gradus naturaliter ad inuicem ordinatos: adeò vt à primo ad tertium, siue vltimum per nullam creatæ virtutis operationem possit fieri transitus, omisso secundo, siue medio: Secundò dico cum Ferrarienſi rem materialem extra intellectum concurrere ad causandam speciem intelligibilem in intellectu, vt instrumentum intellectus agentis. Sed, cum instrumentum non participet actionem causæ principalis, nisi quatenus per aliquod sibi proprium operatur ad effectum principalis agentis, materiale autem ex se, in id, quod omninò immateriale est, agere nequeat, necesse est, vt eũ gradum spiritualitatis acquirat, quo proximè accedat ad ordinem intelligibilem, vt ad illum vnica agentis operatione transferri valeat; hic verò gradus est esse imaginabile, quod est intelligibili maximè simile: & ideò per nullius intellectus agentis creati virtutem potest res sensibilis de extremo ad extremum essendi modum, siue gradum transferri, omisso medio, quod essentiale est, ac necessariũ respectu cuiuslibet creatæ virtutis, siue causæ. Et per hæc soluitur etiam id, quod addit de ratione repræsentatiui, quæ est in obiecto ad extra.

Rada

Secundo: Arguit Rada: Anima separata potest abstrahere species à rebus sensibilibus immediatè: ergo esse imaginabile nõ est per se, & essentialiter medium in ratione etiam motiui, & causæ inter sensibile extra, & intelligibile in actu. Probatur antecedens: quia anima rationalis est perfectissima forma, & eius operatio propria secundũ intellectum possibilem est intelligere, & secundũ agentem abstrahere: ergo nullus modus essendi potest conuenire animæ secundũ naturam suam, præsertim si ex perfectione conueniat, in qua non ponitur in illas operationes, & confirmatur, quia ex opposito vilificatur natura animæ intellectiuæ. Ergo; probatur antecedens; quia, sicut illa natura simpliciter est vilior, quæ in nullam operationem, vel nõ nisi in viliorem potest, ita proportionaliter illa natura est vilior, quæ in operationem sibi conuenientem non potest, quàm illa, quæ potest; Sed anima separata ex sibi intrinsecis, etiam cum omnibus extrinsecis conuenientibus, non potest in operationẽ sibi conuenientem, scilicet in intellectionem, nisi Deus illi speciem conferat per peculiarẽ influxum: lapis verò ex sibi intrinsecis sine peculiari influxu potest in propriam operationem sibi proportionatam: ergo magis vilificatur anima secundùm proportionem ad suam nobilitatem, si nõ potest in propriam operationẽ sine peculiari influxu Dei, quàm natura lapidis: sed hoc admitti non debet, ergo &c.

Respondetur falsum esse antecedens: Ad eius probationem dico, operationem animæ propriam pro hoc statu, quo est vnita corpori, esse per intellectum agentem species abstrahere, non autem absolutè, siue pro omni statu. Nam sicut in statu separationis habet essendi modum similem Angelis, sic cum eis conuenit in modo intelligendi per species diuinitus influxas illi debitas secundùm ordinem à Deo rebus inditum; atque ideo modus ille intelligendi est animæ separatæ naturalis, nec aliã habet propriam operationem: & per hoc diluitur etiam argumenti confirmatio. Si latiorem, ac euidentiorem huius argumenti confutationem desideras, lege quæ scribũt S. Doct. & Caietanus infra quæst. 89. artic. 1.

S. Thom. Caietan.

Secunda Controuersia.

An species intelligibiles Angelorum fluant, vt proprietates ab eorum essentijs.

Sententiæ Doctorum.

Capreolus in 2. sent. dist. 3. quæst. 2. art. 3. in responsione ad primum, & secundum Scoti, affirmat species Angelorum esse accidentia propria naturaliter consequentia naturam Angelicã, & hanc esse mentem D. Thom. infra quæst. 64. art. 1. quam sententiam sequuntur Caietanus quæstione proximè præcedenti articulo quarto, & infra quæst. 79. art. 2. & par. 2. quæst. 50 art. 6. & 3 par. quæst 9. art. 3. & ibidem Medina, Syluester, Bannes, Valentia, Ripa, & Montagnolius super hoc articulo, quitamen oppositã sententiam existimant esse probabilem. At Ferrarienſis in primo contra gentes, cap. 55. ad tertium dubium ait species Angelorum resultare ex eorum essentia, sed lib. 2. capit. 98. §. *Ad secundi dubij euidentiam* ait species intelligibiles Angelorum non esse eorum proprietates essentiam ipsorum naturaliter consequentes, sed dici eis connaturales dupliciter; primò, quia naturalem habent inclinationẽ, vt eas simul à Deo immediatè recipiant propter ipsorum perfectionem

Capreol. Caiet. Medina. Syluester. Bannes. Valentia. Ripa. Montagn. Ferrarien.

nem in genere intelligibilium. Secundò quia eas omnes habent à ſua creatione; ſicut homines dicuntur natura filij iræ, quia hoc habent à ſua natiuitate. Sententiam hanc ſequuntur Molina, Vaſquez, & Pelantius ſuper hoc articulo, Rada controuerſia nona, Albertinus in octauo coroll. pagina 122. Malonius in ſecundum diſt. 2. diſput. 10. Zumellus quæſt. 2. ad hunc articulum, qui tamen oppoſitam ſententiam affirmat eſſe probabilem.

Molina. Vaſquez. Pelantius Rada Albertin. Malonius. Zumellus

A

Reſolutio.

Diſtinguitur naturale triplex, & ordo rerum duplex, & oſtenditur Angelum in ſe continere totum ens intelligibile virtualiter, atque ideò ſpecies intelligibiles ab eius eſſentia fluere naturaliter.

B

VT nodus pateat difficultatis, ac via ſimul aperiatur inueſtigandæ veritati. Sciendũ eſt primò ex D. Thom. p. 2. quæſt. 6. art. 5. ad ſecundũ, & tertia parte, quæſt. 2. art. 12. & alibi; Tribus modis aliquid dici naturale: Primò, quia eſt à natura, vt à principio actiuo, ſiue quia eſt à principijs eſſentialibus rei: ſicut igni naturale eſt ſurſum ferri, & calefacere. Secũdo dicitur naturale, quod eſt à natura, vt principio paſſiuo, quia ſcilicet innata eſt inclinatio ad recipiendum actionem à principio extrinſeco: ſicut motus cœli dicitur eſſe naturalis, eo quòd in cœleſti corpore ſit aptitudo naturalis ad talem motum, licet mouens ſit voluntarium. Tertiò dicitur naturale, quod ineſt rei ab ipſa natiuitate, iuxta illud Epheſ. 2. *Eramus natura filij iræ*; & Sap. 12. *Nequam eſt natio eorum, & naturalis malitia ipſorum*; His addi poteſt quartus ſecũdùm quoddam, nimirum aliquid dici naturale, qd rei debitum eſt ad eius perfectionem ſecundũ ordinem naturæ, & ſecundùm legem prouidentię naturalis. Sed hic non differt à ſecundo, niſi ſicut explicitum ab implicito; quod enim naturale eſt ex principio paſſiuo, & inclinatione naturali, eſt etiã naturale: quia rei debitum eſt ad eius perfectionẽ ſecundùm ordinem naturæ, & c. omnis enim rei potentia, & inclinatio naturalis ad perfectionem aliquam eſt rei debitam ſecundùm ordinem naturæ, & legem prouidentiæ naturalis.

C

Epheſ 2. Sap. 12

Secundò conſiderandum eſt duos eſſe ordines in vniuerſo, ſcilicet entium, & intelligibilium: Ad priorem ordinem attinent ſubſtantiæ omnes, & accidentia ſecundùm eorum eſſe naturale, quod illis congruit præciſa omni intellectus operatione, aut ad intellectum relatione. Poſterior autem ordo plures habet gradus, & modos. Primò namq; extrinſeca intellectus obiecta dicuntur intelligibilia; ſiue ſecundùm ſe ſint actu ab omni potentialitate materiæ ſeparata, vt Deus, & Angeli, ſiue denominatiuè tantùm dicantur intelligibilia, quia ſcilicet media ſpecie intelligibili ea repræſentante facta ſunt intelligibilia; ſicut hæc materialia, quorum ſpecies exiſtunt in intellectu humano, vel Angelico; ſiue denique ſint in potentia tantùm intelligibilia, quia nimirum per ſpeciem aliquam intelligibilem poſſint intellectui repræſentari. Secundo dicuntur intelligibiles ſpecies ipſæ tam impreſſæ, quàm expreſſę; quia ſcilicet ſunt (quamuis in alio eſſendi modo) ipſum intelligibile, ideſt ipſa res, ſiue rei natura, vel quidditas, quæ ab intellectu cognoſcitur, vt cum Caietano ſuperius explicauimus, quæſt. 12. & 14. & 27. Tertio ad hunc eundem ordinem pertinet intellectiua potentia, tam actiua, quàm paſſiua, & earum actus; lumimus enim hic intelligibile non pro eo tantùm, quod intelligi poteſt, aut intelligitur, ſed pro omni eo, quod ex ſui ratione concurrit ad actum intelligendi, ſiue vt obiectum extrinſecum, ſiue vt potentia elicitiua, ſiue vt principium formale, ſicut ſpecies impreſſæ, & habitus; ſiue vt obiectum ſeu terminus intrinſecus, ſicut ſpecies expreſſa. Poſſunt autem tam in primo, quàm in ſecundo rerum ordine dupliciter aliqua collocari, ſcilicet per ſe primò, & ſecundariò, ac quaſi per accidens; Ad ordinem entium per ſe primò pertinent ea quæ ſunt à natura ad eſſendum inſtituta, quales diximus eſſe ſubſtantias, & accidentia ſecundùm eorum eſſe naturale; Secundariò verò ad eundem ſpectant ordinẽ multa ex ijs, quæ recenſuimus in ſecundo ordine, quatenus & ipſa ſuum quoddam habent eſſe naturale in vniuerſo; vt intellectus, qui quoddam eſſe accidentale confert ſubſtantiæ intelligenti, & ſpecies intelligibiles, & actus intelligendi, quibus perficitur intellectiua potentia. Hæc enim ad intellectiuæ naturæ, prout intellectiua eſt, perfectionem à natura, ſeu magis ab Authore naturę per ſe primò diriguntur: cętera verò in hoc eodem ordine recẽſita ad eſſendum per ſe primò ſunt inſtituta, vt Angeli, & materiales omnes ſubſtantiæ, & earum accidentia naturalia, atque ideo non niſi ſecundariò ad hunc ordinem attinent.

D

Tertiò ſciendum eſt vtrumque rerum creatarũ ordinem, ſcilicet entium, & intelligibilium, in aliquo vno, vel pluribus entibus perfectis poſſe virtualiter contineri, cum maxima tamen vtriuſque continentiæ differentia: Nam primus ordo, videlicet entium, totus in ſolo eſſe per eſſentiam, ac ei' infinita virtute continetur, vt latè ſupra declarauimus, quæſt. 4. art. 2. & quæſt. 44. artic. 1. Et quia Deus eſt ipſum eſſe per eſſentiam non limitatè ad hoc, vel illud genus, aut ordinem, ſed abſolutè, & incircumſcriptè, prout extenditur ad eſſe naturale, & ad eſſe intelligibile, ideò ſecundũ etiam ordinem in eminentiſſima ſui virtute cõcludit; immo ex hoc ipſo, quod res omnes ſecundùm earum eſſe naturale cõtinet eminenter, ſequitur, quod eas in ſe contineat etiam formaliter in eſſe intelligibili, vt ſupra late probauimus, quæſt. 12. 14. & 15.

E

Sed à primo differt hic ſecundus ordo intelligibilium quo ad ea, quæ per ſe primò ad eum pertinent, quod non ſolum in Deo hic ſecundus, ſed etiam in creatarum quarumdam ſubſtantiarum perfectione virtualiter continetur. Quod perſpicuè ſatis elucet in anima noſtra rationali; ex qua, cum naturaliter effluant duæ virtutes intelligendi, ſcilicet intellectus agens, & poſsibilis, conſequenter etiam in ea virtualiter omnia continẽtur in eſſe intelligibili, eo quod intellectus agens ſit virtus potens per abſtractionem ſpecierum a phãtaſma-

Animæ noſtræ dignitas.

Digitized by Google

ſimatibus omnia facere, poſsibilis autem illas in
A ſe recipiendo, & per eas intelligendo omnia fieri.
Cum igitur ex Angelorum eſſentia longè nobilio-
ri, quàm ſit anima noſtra, vis effluat intelligendi
ſublimior vtraque prædicta potentia, ſcilicet agẽ-
te, & poſsibili, rationi valde conſonum eſt, vt ex
eadem etiam eſſentia ſpecies emanent intelligibi-
les, quibus facultas compleatur intelligendi, vt ſi-
cut ab eſsẽtia animæ noſtræ, quæ locum habet infi
mum inter ſubſtantias intellectuales, fluit virtus
agens ſpecierum effectiua, & acquiſitiua, & poſ-
ſibilis earũ receptiua, & per eas operatiua, ſic ab
Angelorum eſſentia perfectum in eodem ordine
gradum obtinente virtus emanet intelligendi ſpe-
B ciebus omnibus ad intellectionis actum neceſſa-
rijs exornata.

Hanc autem perfectionem non ſolùm eſse poſ-
ſibilem, ſed Angelicæ dignitati valde congruere,
patet intuenti ſpecierum intelligibilium, & com-
munem omnium accidentium naturã. Cum enim
quælibet creata ſubſtantia certis ſit ſuæ naturæ li
mitibus circumſcripta, cæterorum minimè poteſt
generum perfectiones intimè continere, ſicut De-
us, cuius eſt ſimpliciter infinita perfectio. Sed qm
inter entia caput, ac princeps eſt ſubſtantia, ſine
qua naturaliter haud poſsunt alia ſubſiſtere, de-
C cuit, vt eius complendæ perfectioni ſeruirent vni-
uerſa: vt quod illi propriæ naturæ limites denega-
runt, per accidentia ſuper addita ſuppleretur. Ma-
terialis enim ſubſtantia quantitate extenditur, &
locatur, ſitu, ac relationibus ordinatur, figura, &
coloribus decoratur, facultate agendi Deum imi-
tatur propriam bonitatem, ac naturæ ſuæ ſimilitu
dinem alijs communicando; Quod altiori quod-
dam modo ſeparatis à materia ſubſtantijs conce-
ſum eſt, dum mouendo, & æquiuocos effectus hic
apud nos producendo Dei perfectionem, & ſimi-
litudinem exprimunt excellenter. Illæ verò ſunt
perfectiones omnium nobiliſsimæ, quibus immà-
terialis ſubſtantia totam reſpicit entis latitudinẽ,
D quales ſunt intellectus, & voluntas, quibus omne
ens cognoſcit, vt verum, & amat vt bonũ, cum ta-
men ſpiritualis ipſa natura puta Gabrielis ad vi-
num ſit quoddam entis genus, ac ſpeciem determi
nata. Cum itaque fluant ex Angeli ſubſtantia natu
raliter intellectus, & voluntas, quibus totam com
plectitur entis latitudinem, cui non ex eadẽ fluãt,
& ſpecies, in quibus veluti ſimulacris valeat intel
lectus vniuerſa contemplari, & offerantur volunta
ti bona, quæ diligat? ſunt enim ſpecies accidentia
quædam, ſicut & reliqua propter ſubſtantiæ perfe
ctionem inſtituta: Sicut igitur ex perfectæ naturæ
ſubſtantiæ fluunt intellectus, & voluntas, quibus
E intelligendo, & volẽdo circa totum ens operatur,
poterunt ex eadem etiam ſpecies effluere, quibus
eidem Angelo, ac eius intellectui, & voluntati to-
tum ens offeratur intelligendum, ac diligendum:
ſicut enim conſtitui potuit, ſic debuit natura ſpiri
tualis eius perfectionis, vt naturaliter ex ea fluẽ-
rent intellectus, & voluntas, quibus vniuerſa co-
gnoſceret, ac diligeret, ſic etiam eius decuit eſse
perfectionis, vt ex ea ſpecies manarent, quibus p-

A ficerentur vires prędictæ ad excellentes illas ope-
rationes eliciendas; Quemadmodum enim virtu-
tibus illis, vt accidentibus? & ex natura mananti-
bus ſuppleri potuit, ac debuit imperfectio ſpiri-
tualis ſubſtantiæ negatiua, ita ſpeciebus, vt acci-
dentibus ad repræſentandum per ſe primò inſtitu
tis, & ex natura profluentibus potuit, ac debuit
eadem imperfectio remoueri, ne ſit Angelicæ ſub-
ſtantiæ conditio deterior quam animæ rationa-
lis, ex cuius natura virtus effluit ſpecierum effe-
ctrix. Hanc veritatem ſatis apertè docuit S. Tho: S. Thomas
infra quæſt. 64. artic. 1. vbi loquens de cognitione
Dęmonum naturali negat eam eſſe ablatam, aut
B diminutam; & cauſam aſsignans ait: *Conſequitur
enim ipſam naturam Angeli, qui ſecundùm naturam
ſuam eſt intellectus quidam, vel mens. Propter ſimpli-
citatem autem ſuæ ſubſtãtiæ à natura eius aliquid ab-
ſtrahi non poteſt, vt ſic per abſtractionem naturalium
puniatur ſicut homo puniri poteſt per abſtractionem ma
nus, aut pedis, aut alicuius talium: & ideo dicit Diony
ſius, quod naturalia in eis integra manent, vnde natura-
lis cognitio in eis diminuta non eſt*. Hæc ibi: Quibus
verbis apertè ſignificat Angelorum cognitionem
conſequi eorum naturam: Cum autem hæc cogni-
tio fiat per ſpecies; conſequens eſt ſpecies Angelo-
rum ex eorum natura veluti accidentia propria
C pullulare. Si namq; per actionem à creatione di-
ſtinctam adderentur exterius, non rectè probaſ-
ſet Angelicus Doctor, ex Angelicæ naturæ ſimpli-
citate non poſſe ſubtractione ſpecierum Angelum
à Deo puniri; ſicut punitur homo ſubtractione ma
nus, aut pedis, aut alicuius talium, quæ ſcilicet ho
mini, aut ſunt intrinſeca, veluti partes, aut ex in-
trinſecis neceſſariò pullulant: vt potentiæ, & aliæ
naturales proprietates. Quod enim ab agente con
ſeruãtur extrinſecus, nullo modo cooperãte natura,
facilè poteſt ab eodem abſque detrimento ſimpli
citatis auferri; quod autem naturaliter oritur ab
eſſentia, ab ea diuelli abſque eius intrinſeca muta
D tione non poteſt ſecundùm Dei potentiam ſaltem
ordinariam.

*Species in eſſentia Angeli non contineri formaliter, ſed
virtualiter ſecundùm eſſe earum accidentale, non au
tem ſecundùm eſſe rei repræſentatiuum, atque ideò in
eſſentia, vt in cauſa non poſſe cognoſci ſpecies ſub ea
ratione, qua ſunt repræſentatiuæ.*

QVartò aduertendum ex continentia virtuali
rerum omnium ſecundùm eſse intelligibile
in eſſentia Angeli deduci minimè poſse formalem
earumdem rerum in eadem eſſentia continentiã,
aut perfectam earum notitiam in eſſentia cogni-
ta; Ex continentia ſiquidem rei virtuali, in aliquo
E principio, ſiue cauſa non infertur neceſſariò for-
malis, præſertim, ſi continens, & contentum ſecũ-
dùm ſe comparentur ad inuicem, vt actus, & potẽ
tia, ſiue vt recipiens, & receptum; Sicut riſibilitas,
quæ virtualiter in humanitate continetur, ad ip-
ſam ita comparatur, vt humanitas ſecundùm ſe re
cipiat riſibilitatem ſecundũ ſe, ideſt ſimpliciter,
& formaliter acceptam, eo modo, quo ſubiectum,
& potentia recipit actum, ſiue formam: atq; ideò,

Digitized by Google

licèt in humanitate, vt in principio virtualiter cõtineatur riſibilitas, non clauditur tamen in ea formaliter, alioquin homo ſine riſibilitate realiter, aut etiam formaliter ab ipſa diſtincta actum, ridendi poſſet exprimere: Sic igitur etiam ex continentia virtuali rerum ſecundùm eſſe intelligibile, ſiue ſpecierum intelligibilium in eſſentia Angeli non neceſſariò ſequitur, eas etiam formaliter in eadem eſſentia contineri, ita ſcilicet, vt eſſentia ſit rerum omnium propria, & perfecta ſimilitudo ſecundum ſe ipſam præciſa quacunque ſpecie intelligibili ſuperaddita; id enim ſoli conuenit eſſentiæ diuinæ ob rationem ſuperius aſſignatam, quæ nulli ſubſtantiæ creatæ, aut creabili poteſt conuenire. Et quamuis, vt communiter dicitur, eſſe intelligibile concomitetur eſſe entitatiuũ, & è contra, non tamen omne continens aliquid ſecundùm eſſe tale intelligibile, continet *ipſum* ſecundùm eſſe entitatiuum.

Principium enim illud: Eſſe intelligibile concomitatur, &c. intelligendum eſt de eo tãtùm, quod ſecundariò pertinet ad ordinem intelligibilium, non autem de eo, quod per ſe primò clauditur in illo ordine, ſicut ſpecies intelligibilis, vt ante diximus. Sed obſeruandum eſt ſpeciei intelligibili duplex eſſe intelligibile conuenire. Alterum per ſe, nimirum vt ſit ipſa rei natura, cuius eſt ſpecies in eſſe intelligib.li: Altera per accidens, videlicet, vt ſit qualitas intelligibilis habens eſſe accidentale in intellectu: ſi ſermo ſit de eo eſſe intelligibili, qd conuenit ſpeciei per ſe, non comitatur ipſum eſſe naturale; quia intelligibile non eſt in ſpecie ſecundùm eſſe naturale: Secundò verò modo eſſe intelligibile habet cõcomitans eſſe naturale ipſi ſpeciei proprium. Neque etiam ex earum ſpecierum intelligibilium virtuali continentia in ſubſtãtia Angeli, ſequitur eas vt rerum formaliter, & exercitè ſunt repræſentatiuæ, cognoſci poſſe per quidditatiuam, & ſolam ipſius eſſentiæ notitiam, & conſequẽter etiam poſſe cognoſci repræſentata per ſpecies. Effectus enim in cauſa cognoſci non poteſt, niſi ſecundùm eam rationem, qua propriè, & præciſè pendet ab ea: hæc enim ſola, & præciſa ratione continetur in ea. Species autem intellectus dupliciter poſſunt conſiderari. Vno modo ſecũdùm earum eſſe accidentale, quod media virtute intellectiua per eas actuata Angelicæ ſubſtantiæ conferunt, & ita certum eſt eas ab ipſa ſubſtantia deriuari, & in ea virtualiter contineri: Alio modo poſſunt conſiderari prout ſunt, rerum formaliter, & in actu ſaltem primo repræſentatiuæ; & ſecundùm hanc rationem præciſè, & formaliter ſumptam, ſolàm habent diuinam eſſentiam, quatenus rerum omnium eſt idæa, vt propriam, & per ſe primò cauſam; Diuinæ ſi quidem eſſentiæ, ſicut per ſe primò conuenit effectiua, finalis, & exemplaris cauſalitas, eo quòd eſt ipſum eſſe per eſſentiam, rerum omnium perfectiones, ac eſſendi modos, ſiue exiſtentes, ſiue poſsibiles præhabens eminenter, ſic eidem per ſe primò conuenit eſſe repreſentatiuum, ac cæteris omnibus quomodocunque repræſentatiuis non niſi per ipſam aliquo modo participatam; Et quia repræſentare diſtinctè ex parte repreſentati perfectio eſt repreſentatiui, ideo, quo fuerit in ſpecie creata repræſentatio diſtinctior, eo perfectior erit idææ diuinæ participatio.

Neque tamen exiſtimandum eſt diuinam ideã, & eſſentiam Angeli, quaſi ex æquo concurrere, vt dnas partiales, ſeu proximas cauſas ad ſpecies intelligibiles in intellectu Angeli producendas: Sed quemadmodum cum generatur bos, proprius, & à prima cauſa per ſe primò dependẽs effectus eſt eſſe, inquantùm eſſe, bouis autem generantis effect⁹ eſt ipſa geniti natura, prout eſt hac materia determinata, cum tamen à boue generante producatur eſſe materialiter, & per accidens, ſiue ſecundariò, & vt tale, ſic cum ex Angeli ſubſtãtia reſultant naturaliter ſpecies intelligibiles, quidquid in eis ad determinationem ſpectat illius eſſe accidentalis, quo medio intellectu ſubſtantiæ inſunt, proprius eſt effectus eſſentiæ Angelicæ ratio non ſolùm entitatis, ſed etiam repræſentationis, vt ſic ab eſſentia diuina, quatenus idæa eſt, dependet tanquam à propria, & per ſe primò cauſa; quia ſcilicet ei p ſe primò conuenit ratio repræſentandi, ſpeciei verò creatæ ſecundariò, & ex idææ qualicunque participatione: Quod a'ijs etiam perfectionibus ſimpliciter à Deo in creaturas deriuatis eſt commune: quælibet enim ſecundùm propriam rationẽ formalem in eſſentiam reducitur perfectionẽ, vt propriam, & per ſe primò cauſam: nulla enim ex cauſis creatis aſſignari poteſt, quæ ſit p ſe primò cauſa ſubſtantiæ, bonitatis, intellectus, ſapientiæ, voluntatis, amoris, & ſimilium perfectionum ſimpliciter, ſed ſubſtantiæ per ſe primò cauſa Deus eſt ex infinita ratione ſuæ ſubſtantiæ, & ſic de ſingulis. Cum itaque diſtincta, & propria cuiuslibet effectus cognitio ex eius tantùm propria cauſa, & ex ijs, quæ ad eius intimam pertinent quidditatẽ, poſsit haberi, ſpecierum autem intelligibilium Angeli, quatenus repræſentatiue ſunt, propria, ac per ſe primò cauſa nõ ſit ipſius Angeli ſubſtantia, ſed eſſentia Dei, prout eſt idea, ſequitur haud eſſe poſſibile, imò aut ex ſubſtantia Angeli quidditatiuè cognita ſpecies, qua ratione ſunt diſtinctæ rerum ſimilitudines intueri.

Probatur autem, quod dicimus, nimirũ idæas eſſe per ſe primò cauſas ſpecierum intelligibilium Angelorum ſub ea ratione, qua ſunt rerum ſimilitudines, ex pluribus locis doctrinæ D. Thomæ.

Primus locus eſt in hoc articulo in reſponſione ad primum argumentum, vbi ſic ait: *In mente Angeli ſunt ſimilitudines creaturarum, non quidem ab ipſis creaturis acceptæ, ſed à Deo, qui eſt creaturarum cauſa, & in quo primò ſimilitudines rerum exiſtunt*, dicendo enim, *in quo primo ſimilitudines rerum exiſtunt*, manifeſtè ſignificat, ſpecies Angelorũ à Deo cauſari ſecundum eam rationem, qua rationes in ſe continet idæales rerum per ſe primò repræſentatiuas.

Secundus locus expreſsior eſt in 12. Metaphyſ. tex. 39. vbi S. D. exponẽs verba Philoſophi, ait, ita comparati primi mobilis intellectum ad ſubſtantiam intelligibilem mouentem, ſicut iuxta Platonico-

Species cauſæ.

Ideæ cauſant ſpecies. S. Thom.

Digitized by Google

nicorum ſententiam comparatur intellectus noſter ad ſpecies rerum ſeparatas, quarum cõtactu, & participatione fit in actu: Conſtat autem ſpecies animæ noſtræ ſecundũ Platonem ex rerum rationibus, ſeu ſpeciebus immaterialiter ſubſiſtentibus, vt ex proprijs, ac per ſe primò cauſis dependere. Alia loca ſatis aperta ſunt in quæſt. 8. de Verit. artic. 8. 9. & 10.

Conciliantur dicta D. Thomæ, & explicantur quædam difficultates, & conciliantur dicta Thomiſtarum.

EX hucuſque dictis interpretari facilè poterũt diuerſa dicta Diui Thomæ, & quadam etiã ratione doctorum ſententię ſupra relatæ conciliari. Affirmat enim perſæpè S. D. ſpecies intelligibiles à Deo fuiſſe mentibus Angelorum impreſſas, & Angelos per ſpecies ex influentia diuini luminis participatas intelligere; quas ſpecies frequenter appellat impreſſas, aut influxas: nonnunquam autem ait eas eſſe congenitas, & connaturales, & ad ipſam Angeli naturam conſequi; Dicuntur enim infuſæ, vel influxę, aut etiam impreſſæ, & ex influẽtia diuini luminis participatæ, non quia ſint per actionem à creatione diſtinctam Angelicæ naturæ ſuperadditæ, ſed quia media ipſa natura, à qua naturaliter effluunt, Angelis fuere communicatæ; ſic enim media Solis natura, dicitur Deus eidẽ Soli, & huic etiam Vniuerſo lumen communicaſſe, & naturam quamlibet creans, fluentem ex ea proprietatem ei dicitur indidiſſe, aut impreſsiſſe, mediante natura, & eadem ratione dici poteſt eam infudiſſe. Sed præterea dicuntur Angelicæ ſpecies infuſæ, quatenus ab eſſentia diuina, vt per ſe primò, ac propria earum cauſa exemplari, & effectiua exiſtenti prius natura ſubſtantiæ ſuper addun tur, quamuis non alia, ſed eadem actione creatiua ſimul cum ipſa ſubſtantia producantur; Quæ tamen actio in duas formaliter, ſiue ratione diuerſas videtur poſſe diſtingui; eo quod in Deo ſint ẽt rationes exemplares agendi diſtinctæ formaliter iuxta modum noſtrum intelligendi; actio enim illa, prout eſt Angelicæ ſubſtantiæ productiua, rationem habet agendi, quæ eſt ipſa diuina eſſentia, prout imitabilis eſt exemplariter ab ente creato, ſecundùm eam rationem, qua ſubſiſtens eſt: ſpecies autem intelligibilis Angeli eadẽ actione producitur, quatenus ab eſſentia diuina eſt, veluti ratione, ſeu principio formali agendi imitabili in ratione repræſentatiui. Cum igitur eſſentia ſimul, & ſpecies intelligibilis Angeli vna producat actione materialiter, quę tamen eſt aliquo modo diſtincta formaliter, meritò dici poſſunt ſpecies à Deo mentibus Angelorum infuſæ, & ex influentia diuini luminis participatæ, quamuis non niſi mediante natura, vt cauſa proxima, in ipſamet natura reſultent; propter quod dicuntur innatæ, congenitæ, connaturales, & naturam conſequẽtes, quaſi proprietates eius naturales.

Species quo modo dicantur infuſæ

Ex his conciliari facilè poſſunt duæ Thomiſtarum oppoſitæ ſententiæ ſupra notatæ. Nam Capreolus, Caietanus, & alij perfectionem angelicæ naturæ conſiderantes cum imitatæ actionis reali, qua ſpecies ſimul cum Angeli ſubſtantia producũtur, aſſeruerunt, ſpecies intelligibiles ex Angeli ſubſtantia promanare, vt eius naturales proprietates. Ferrarienſis autem, & alij ad diſtinctionem rationis prædictam in actione reſpiciẽtes, & propriam, ac per ſe primò cauſam repræſentationis in ſpeciebus contemplantes, & verbis, & modo loquendi conſueto Sancto Doctori inhærentes, negarunt, ſpecies Angelorum eſſe naturales proprietates ab eorum eſſentia profluentes, & dixerunt, in Angelis ad ſpecies intelligibiles ſolam eſſe potentiam paſsiuam naturalem, & per actionem Dei ſpecialem à creatione diſtinctam eorum mentib. infundi.

Capreol. Caiet. Ferrarien.

Poſtremò conſiderandum eſt, Deũ creaſſe quẽlibet Angelum, vt partem Vniuerſi præcipuã, cui proinde voluit illum eſſe natura ſua proportionatum: quod ſi diuerſam ab ea, quæ nunc eſt, rerum vniuerſitatem creare conſtituiſſet, aliam etiã cuilibet Angelo proportionem naturalem, ac eſſentialem ad hoc aliud Vniuerſum indidiſſet, atque ideo ſpecies, quæ nunc ex Angeli cuiuſque ſubſtãtia profluunt, vt naturales eius proprietates, facta iam dicta hypotheſi, non emanarent, ſed aliæ diuerſæ iuxta modum, & ordinem illius alterius Vniuerſi: paſsionum autem, ſiue proprietatũ diuerſitas infert à poſteriori naturarum, à quibus effluunt, diuerſitatem. Itaque, ſi Deus aliud cõdere decreuiſſet Vniuerſum, cuius Angelos partes eſſe voluiſſet, eoſdem Angelos, qui nunc ſunt, minimè creaſſet, ſed alios ſpecie, ac proprietatibus differẽtes: & eadem ratione, ſi ſolos Angelos creare conſtituiſſet, vel etiam vnum tantùm, diuerſam illis, ſeu illi naturam ab eorum omnium, qui nũc ſunt, eſſentia contuliſſet; niſi fortè dixeris, cuiuslibet Angeli naturam ſic à Deo conditam fuiſſe, vt ex ea pullularent ſpecies intelligibiles earum omniũ rerum, quas Deus omnipotens ſimul cum ipſis Angelis creare conſtituiſſet, ita vt producenda ſimul cum Angelo creatura, conditio quędam ſit neceſſaria ad ſpecies Angeli determinandas: quod mihi non probatur.

Primò: Quia priùs natura ſpecies rerum repręſentatiuæ ſunt Angelorum mentibus inditæ, quã res in proprijs naturis exiſterent: res autem non exiſtens non videtur eſſe poſſe conditio neceſſaria, vt proprietas in alia realis emergat.

Secundò: Quia, cum Angelus ſit eſſentiæ finitę, & determinatæ, nõ poteſt idem Angelus eſſentialiter eſſe proportionatus cuilibet vniuerſo poſsibili, vt ex eo fluant, aut effluere poſsint ſpecies iuxta modum Vniuerſi creabilis, ſi, & quando contingeret illud à Deo creari. Data verò hypotheſi creationis aliarum creaturarum corporearum, vel ẽt incorporearum, & eorundem Angelorum, qui nũc ſunt, affirmandum eſt cum D. Thoma in quæſt. ſequenti artic. 2. ad quartum, Deum extrinſecus additurum ſpecies mentibus Angelorum earum omnium rerum, quas de nouo creaſſet; quæ nimirum ſpecies non eſſent Angelorum proprietates naturales, ſed præter ordinem naturæ eorum intellectibus adderentur.

Con-

Conclusiones deductæ, & probatæ.

PRima conclusio: Species intelligibiles Angelorum sunt naturales proprietates ab eorum essentia profluentes. Sequitur hæc cõclusio satis euidenter ex principijs supra positis, ac stabilitis: & affirmatur expresè à D. Thoma infra quæst. 64. art. 1. in verbis ante relatis, & probat eam Bannes multis argumentis, quibus respondet Zumellus, & alij.

Secunda conclusio: Probabilis est eorum opinio qui dicunt, species Angelorum non esse proprietates ab essentia fluentes, sed actione Dei speciali fuisse mentibus Angelorum infusas. Hęc cõclusio intelligenda est in sensu iam expresso, quia scilicet actione distincta formaliter producũtur, & earum, quatenus repræsentatiuæ sunt, propria, ac per se primo causa non est essentia Angeli, sed Idææ, quamuis species intelligibiles, quo ad illud omne reale, quod est in eis, ab Angeli substantia producantur in suo ordine concurrente. Conclusionem hanc, non vt explicata est, sed in ampliori & communiori sensu latè probant post Ferrar. Zumellus, & alij pro hac sententia relati.

Ferrarien. Zumellus

Tertia conclusio: Si Deus de nouo crearet alias creaturas ab ijs, quæ nũc sunt, specie diuersas, species earum representatiuas mentibus imprimeret Angelorum quæ non essent eorum naturales proprietates, sed accidentia quædam ab extrinseca Dei virtute producta. Hæc patet ex vltimo fundamento.

Argumenta, & solutiones.

COntra primam conclusionem sunt argumenta, quæ refert, & soluit Bãnes hic dub. 2. quę amen ex prænotatis facile diluuntur.

Bannes

Contra eandem argumentatur Molina. Primò: Incredibile videtur, ineſse substantiæ Angeli tantam, ac talem vim, vt ab ea naturali quadam resultantia emanent tot ac tales species absque alio peculiari Dei influxu, eodem ferè argumento vtitur Rada.

Molina. Rada.

Respondetur, falsum esse antecedens, considerata maxima perfectione Angelicæ substantiæ. De multitudine verò specierum diseremus articulo sequenti.

Secundo: Quia tunc Angelus posset per suam substantiam concurrentem in ratione speciei intelligibilis cognoscere omnia alia à se. Probat consequentiam: Quoniam Angelus per suam substantiam potest se ipsum intelligere perfectè; ergo intelligere potest in ipsa proprietates omnes, quæ ab ea possunt emanare, & quæ in ea continentur eminenter; ergo sic quoque poterit intelligere species omnes, quæ ab ipso simili modo emanãt, quas eminenter continet, intuendo simul, quorum sint species. Probatur hæc vltima consequentia; quia species nequit perfectè cognosci, quin id etiam cognoscatur, cuius est species. Hoc etiam argumento vtuntur Zumellus, Rada, & alij.

Zumellus Rada.

Respondetur, nullam esse consequentiam vltimam. Ad eius probationem dico, speciem intelligibilem dupliciter posse considerari; vno modo, quo ad esse accidentale, quo subiectum informat; alio modo secundùm rationem repræsentatiui: Primo modo continetur virtualiter in essentia Angeli, vt eius propria causa, & ex ea resultat, & in ea cognoscitur ab Angelo: At secundo modo non continetur in essentia Angeli, nec ab eo profluit, vt eius propria causa, sed à sola producitur essentia diuina, vt eius propria causa, formaliter loquendo, quamuis materialiter fit etiam ab essentia Angeli: tunc autem solùm habetur rei perfecta cognitio, quando propria, & per se primò illius causa cognoscitur.

Tertium eiusdem expositoris argumentum soluitur euidenter ex iactis supra fundamentis.

Contra eandem conclusionem argumentatur Zumellus: Primò: Istæ species se tenẽt ex parte obiecti, & gerunt vicem eius, & non ex parte intelligentis; ergo rationabile est dicere, quod non orian tur ex essentia intelligentis, sed aliundè.

Zumellus

Respondetur, hoc argumento probari, species, vt sunt repræsentatiuæ, non esse ab Angeli substãtia, vt propria, ac per se primò earum causa, sed à diuinis Idæis; quoniam, vt repræsentatiuæ sunt, ſe tenent ex parte obiecti.

Secundò: Si istæ species orirentur ab essentia Angeli per modum passionis, determinarentur ab essentia Angeli, & in numero, & in rebus repræsentatis: at hoc falsum est: nam potiùs determinãtur à Dei prouidentia. Ideò namque donatæ sunt Angelo species harum rerum, non verò aliarum, quia Deus decreuit creare has res naturales, & hos Angelos, & hos cœlos, &c. postulat enim hoc ipsa prouidentia naturalis, quæ cuique prouidet, animaduersa eius natura; ergo species istæ tribuũtur ab authore naturæ sine dimanatione intrinseca ab essentia.

Respõdetur, falsam esse simpliciter propositionem conditionalem assumptã, si loquatur de determinatione specierũ ab essentia, vt propria causa: esset autem vera, si species orirentur à substantia Angeli sub ea ratione, qua sunt repræsentatiuæ. Iam enim diximus, propriam causam specierum, quatenus sunt rerum repræsentatiuæ, esse diuinam essentiam, vt est Idæa, atq; ideò ab ea determinantur ad hæc, vel illa repræsentanda, formaliter loquendo.

Tertiò: propriæ passiones ita se habent, vt vna fluat ab alia ordine quodam, sed non ita se habẽt species Angeli, ergo non sunt propriæ passiones. Minor probatur. Nam fac, Angelum habere duas species, alteram albi, & alteram nigri, & duas etiã alias, alteram hominis, & alteram Leonis. Tunc quæritur, quomodo fieri possit, vt species intelligibilis albi fluat ab essentia Angeli ordinatè, mediante specie negri sibi opposita, & contraria: & rursus peto, quo pacto species intelligibilis homi nis fluat mediante specie intelligibili Leonis, vel è conuerso, quæ omnia sunt in intelligibilia, & planè falsa: ergo istæ species non sunt proprię passiones Angeli.

Respondetur, falsam esse minorem. Ad proba-

tio-

tionem dico, ſpecies omnes vnius Angeli, licèt plures ſint numero, & ſpecie in ratione repræſentatiui, eodem tamen modo perficiunt intellectum Angeli, quatenus accidentia quædam ſunt, quo modo fluunt ab eſſentia Angeli, & ideo pro vna integra plures quaſi partes potentiales habente paſſione computantur, quæ paſsio totalis erit habitus per ſpecies omnes illas veluti partes conſtitutus. Fluit autem hæc paſsio ab eſſentia Angeli media virtute intellectiua, quæ prima eſt Angeli proprietas: Ad argumentum itaque dico, falſum in eo ſupponi, videlicet ſingulas Angeli ſpecies eſſe ſingulas eius proprietates, quod eſt abſurdum.

Quarto: Si ſpecies intelligibiles eſſent propriæ paſsiones Angelorum, ſequitur, nullas ſpecies poſſe eſſe eiuſdem ſpeciei in duobus Angelis: Conſequens eſt falſum, ergo. Probatur ſequela: Quoniã Angeli differunt ſpecie, propriæ verò paſsiones cuiuslibet ſpeciei ſunt formaliter, & eſſentialiter diſtinctæ, ſicut eſſentiæ, à quibus fluunt. Falſitas verò conſequentis probatur: Quia, ſi duo Angeli ex inferioribus habeant ſpeciem repræſentatiuã ſpeciei humanæ adæquatè, tunc talis ſpecies intelligibilis eſſet eiuſdem rationis formaliter loquendo in vtriſque: nam totum eſſe ſpeciei eſt repræſentare obiectum: cum igitur ſpecies ſit naturalis ſimilitudo obiecti impreſſa, ſequitur, quod, cum vtrobique ſit eiuſdem obiecti, nempè ſpeciei humanæ repræſentatio, talis ſpecies intelligibilis in ambobus Angelis erit eiuſdem ſpeciei.

Reſpondetur, ſpecies intelligibiles Angelorum duplicitèr poſſe conſiderari: Vno modo, vt ſunt accidentia propria ab eorum eſſentia promanantia: & ita ſpecies vnius Angeli ſpecificè diſtinguitur à ſpecie alterius Angeli, etiamſi vtraque ſit eiuſdem obiecti adæquatè: Alio modo poſſunt cõſiderari, prout repræſentatiuæ ſunt obiecti, & ita, quæ repræſentant idem obiectum adæquatè, eiuſdem ſunt ſpeciei; ſicut etiam viſus hominis, & viſus Leonis in ordine ad naturas, à quibus fluunt, ſpecie differunt.

Reliqua eiuſdem authoris argumenta per ſupra notata facilè confutantur.

Molina Zumellus. Contra eandem concluſionem producit Rada omnia ferè argumenta Molinæ, & Zumelli, quæ iã plenè fuere confutata.

Albertin. Contra eandem concluſionem argumentatur Albertinus: Vel emanãt ab eſſentia Angeli ſpecies earum rerum tantùm, quæ ſunt productæ, vel etiã poſsibilium: at neutrum dici poteſt, ergo. Probat minorem quo ad primam partem: Quia inclinatio naturalis ſubſtantiæ ad producendas paſsiones, ſibi connaturales eſt naturaliter determinata; at verò, quod ſint hæ, vel illæ res productæ, eſt per accidens ex extrinſeca voluntate Dei; ergo. Probat etiam ſecundam partem, q̃ concedimus.

Reſpondetur, falſam eſſe minorem quo ad primam partem. Ad eius probationem nego conſequentiam: Nam, ſicut Deus res omnes, & Angelos ipſos voluntariè creauit, ita voluntariè dedit eis intrinſeca naturæ principia, & inclinationes naturales ex eis conſequentes. Itaque principia rerum

A eſſentialia, & proprietates naturales ex eis conſequẽtes ad duo poſſunt comparari, ſcilicet ad Deũ agentem; & ita ſunt quidam effectus liberi; quia, nimirum à Deo primo, & maximè libero agente ſunt productæ: poſſunt præterea rebus ipſis, quorũ ſunt principia, & inclinationes, conferri: & ſic illis omnino neceſſariò cõueniunt: inclinationes enim, ſeu paſsiones naturales neceſſariò neceſſitate phyſica, eſſentialia verò neceſsitate logica de rebus prædicantur. Cum itaque Deus Angelos creauerit proportionatos Vniuerſo, eorum talem eſſe voluit, & effecit perfectionem, vt ex ea ſpecies effluerent intelligibiles omnium, & ſingularum partiũ

B huius Vniuerſi. Hier. Som.

Contra eandem concluſionem argumentantur quidam alij recentiores. Primò: D. Thomas tertia parte, quæſt. 9. artic. 3. ait, Animæ Chriſti impreſſas fuiſſe ſpecies intelligibiles ad omnia, ad quæ intellectus poſsibilis eſt in potentia; ſicut etiam mentibus Angelorum impreſſæ ſunt ſpecies intelligibiles in principio creationis rerum: at perſpicuum eſt, Animæ Chriſti impreſſas fuiſſe ſpecies intelligibiles per actionem à creationis actione diſtinctam, ergo.

Reſpondetur, dictionem illam, *ſicut* exprimere ſimilitudinem, quo ad impreſsionem ſpecierum,

C prout ſpecies habitæ per impreſsionem, ſiue mediatam, ſiue immediatam diſtinguuntur ab habitis per acquiſitionem, non tamen exprimit ſimilitudinem quo ad modum impreſsionis, quæ ſit à Deo immediatè, ſicut impreſsio ſpecierum animę Chriſti, cui iam creatæ alia quadam actione ſpeciali præter, & ſupra totum ordinem naturæ infuſæ ſunt ſpecies eiuſdem ordinis cum ſpeciebus Angelorum, quibus vniuerſa cognoſceret; cum tamẽ ſpecies Angelorum ſint infuſæ mediante eorum eſſentia, à qua naturaliter fluunt, vt eius proprietates: & eodem modo exponenda ſunt verba eiuſdem S. D. in ſra quæſt. 89. art. 1. & 3. vbi ait, animã

D ſeparatam intelligere per ſpecies ex influentia diuini luminis participatas, ſicut etiã Angeli: Quibus addunt prædicti, ſpecies intelligibiles animæ ſeparatæ ſecundùm D. Thomam in quæſtione de Anima art. 20. ad vndecimum non fluere ab eſſentia Animæ, ſed cauſari à Deo mediantibus Angelis, intelligenda ſunt enim quo ad influentiam, nõ autem quo ad modum. Dictum autem hoc vltimũ de anima ſeparata declarauimus in præcedente controuerſia. S. Thom.

Secundò: Species angelicæ appellantur à D. Th. multis in locis infuſæ, vt patet in quæſt. de Anima, art. 18. & 20. in corpore, & ad quartum, & vndecimum: at ſecundum Caietanum 3. par. quæſt. 9. art.

E 3. in expoſitione tituli, ſcientia propriè nuncupatur infuſa, quæ producitur actione diſtincta ab actione creandi indita: ò dicitur ſcientia, quæ naturali ſequela comitatur naturam, & vna actione producitur cum eſſentia rei: ergo, ſi volumus cum D. Thoma propriè loqui, dicendum eſt, Angelorum ſcientiam eſſe à Deo productam actione quadam ab actione creatiua diſtincta. Caietanus.

Reſpondetur, Diuum Thomam hic, & infra qu. S. Thom.

57.art.1.ad tertium affirmare,ſpecies Angelorum illis eſſe connaturales,& infra quæſt.58.artic.7.& de Ver.q.8.art.9.& 11.ait, Angelos cognoſcere per ſpecies,ſiue formas innatas:& in 2.artic. eiuſdem quæſtionis in corpore dicit,per ſpecies à Deo inditas res cognoſcere. Verba D.Thomæ ſunt: *Angeli per ſpecies a Deo inditas res cognoſcunt non ſolùm quantum ad naturam vniuerſalem,ſed etiam ſecundùm earũ ſingularitatem.* Et de Veritate quæſt.8.art.9.ad primum ſic ait: *ſecus autem eſt de Angelo, qui habet à ſui creatione formas rerum inditas.* Quo etiam vocabulo vtitur in articulo 16. eiuſdem quæſtionis in fine corporis,& ſupra quæſt.12. art.10. ad ſecundum.Igitur ſi proprie cum D.Thoma loquendum eſt,dicendum eſt,ſpecies Angelorum naturali ſequela ex eorum eſſentia pullulare.

Ariſt. Tertio:Ariſt.12.Metaph.text.39.loquens de intellectu primi mobilis,hoc eſt de ſubſtantia ſeparata primum mobile reuoluente,docet,eius intellectum fieri intelligibilem per contactum, participationemq; primæ ſubſtantiæ intelligibilis; ſic.n. loquitur: *Se ipſum autem intelligit intellectus ſecundũ tranſumptionem intelligibilis;ſit enim intelligibilis attingens,& intelligens;* Quæ verba D.Thom. interpretans ait,ſecundùm Ariſtotelem eam eſſe comparationem intellectus primi mobilis ad primam ſubſtantiam intelligibilem mouentem,quæ eſt ſecundum Platonicos intellectus noſtri ad ſpecies intelligibiles ſeparatas,ſecundum quarum contactum, & participationem intellectus noſter fit in actu: At ſecundum Platonicos ſpecies intelligibiles,per quas intellectus noſter intelligit,non eſſunt naturaliter ab anima noſtra,ſed immediatè à ſpeciebus ſeparatis (quas Idæas vocabant) auſan tur actione diſtincta ab actione productiua eſſentiæ ipſius animæ;ergo,& ſpecies,per quas intelligit intellectus primi mobilis,naturali ſequela ab eius eſſentia minimè profluunt, ſed immediatè producuntur a Deo: Cum itaq; ſit eadem ratio de intellectu primi mobilis,& de intellectibus aliorũ mobilium,immo omnium ſubſtantiarum ſeparatarum,conſequens eſt,ſecundum Ariſtotelem ſpecies intelligibiles omnium ſubſtantiarum ſeparatarum eſſe in illis à Deo immediatè productas. Quod verò Platonici ſenſerint, ſpecies, per quas intellectus noſter intelligit,ab eſſentia animæ noſtræ non effluere,ſed immediatè ab Idęis cauſari,

S. Thom. probatur ex D.Thoma in quæſt.de Anima art. 15. ad primum,vbi ait, nullum eſſe diſcrimen inter Catholicos,& Platonicos de animæ ſeparatæ cognitione,niſi in hoc,quod Platonici dicunt, animam ſeparatam intelligere per ſpecies à ſubſtantijs ſeparatis influxas,cum eſſe cępit, Catholici verò affirmant, animã ſeparatam intelligere per ſpecies influxas à ſuperioribus ſubſtantijs cum ipſa animę ſeparatione,non autem à principio,cum eſſe cęperit. Igitur, &c.

Reſpondetur,proportionalem illam comparationem,ſeu ſimilitudinem inter animam noſtrã, & ſubſtantias ſeparatas,quo ad ſpecierum participationem accipiendam eſſe quo ad rem,non autè quo ad modum;Quemadmodum enim ſecundum Platonicos anima ſeparata ſpecies participat ab Idæis,ſic Angelus ſpecies habet ex participatione eſſentiæ diuinæ,prout eſt Idæa; non tamen, ſicut illa immediatè ſecundùm Platonem ſpecies recipit ab Idæis,ita,& hic immediatè ſpecies habet à Deo,ſed media tantùm eius eſſentia,à qua naturaliter fluunt. Et ratio diſcriminis eſt; quoniam Anima ſecundùm Platonem non pendet ſecundũ ſuum eſſe ſubſtantiale ab omnibus illis Idæis, à quibus deriuantur eius ſpecies intelligibiles, ſed ab vna tantùm,ſcilicet ab Idæa hominis, à qua ẽt ſecundùm ipſum derinatur ſpecies intelligibilis hominis:Intelligentiæ verò cœleſtibus ſphæris applicatæ à Deo,in quo ſunt omnium rerum Idææ, pendent ſecundùm ſuum eſſe ſubſtantiale, & ideò per eandem actionem, per quã recipiunt eſſe ſubſtantiale,poſſunt ab eo recipere ſpecies, vt proprietates ab eſſentia naturaliter effluentes: Vnde, ſi fieret cõparatio animæ noſtræ ad Angelos quo ad eam ſolam ſpeciem intelligibilem, qua cognoſcitur homo,teneret in omnibus ſimilitudo, quia ſecundum Platonem ab vna, & eadem idæa hominis recipit anima ſuum eſſe ſubſtantiale, & eò mediate ſpeciem illam intelligibilem, qua cognoſcit hominem,eadem enim actione ſecundum Platonẽ derinatur ab idæa hominis eſſe ſubſtanliale in anima noſtra,& ſpecies hominis intelligibilis. Nec omninò certum eſt in doctrina D.Thom. animam nõſtram ſeparatam ſpecies intelligibiles à Deo recipere mediantibus Angelis, vt ſupra ſatis oſtendimus: Quibus adde verba Diui Thomæ in quæſt. de anima,art.17.ſic loquentis: *Sicut igitur vna aliquarum aliarum ſubſtantiarum ſeparatarum cognoſcit aliam intuendo ſubſtantiam ſuam, inquantùm in ea eſt aliquo ſimili iudo alterius ſubſtantiæ cognoſcendæ per hoc,quod recipit influentiam ab ipſa, vel ab aliqua altiori ſubſtantia,quæ eſt communis cauſa vtriuſque,ita etiam anima ſeparata intuendo directè eſſentiam ſuam cognoſcit ſubſtantias ſeparatas ſecundùm influentiam receptam ab eis, vel à ſuperiori cauſa,ſcilicet Deo.* Vbi Sanct. Doct. idem profert iudicium de ſpeciebus animæ ſeparatæ, & Angelorum,& de vtriſque loquitur ſub diſtinctione,non eſt igitur omnino certum apud Diuum Thomam,ſpecies animæ ſeparatæ in eam à Deo mediantibus Angelis deriuari.

Platoni p.

S. Thom.

Contra ſecundam concluſionem argumentatur Bannes Primò: Diuus Thomas ſupra quæſt.54. artic.4.ait,quod in Angelo non generatur ſcientia, ſed naturaliter adeſt, & ideò non oportet, vt habeat intellectum agentem,& poſſibilem: at verò, ſi ſpeciali actione,quæ nõ eſt ipſa creatio Angeli, imprimit Deus in intellectu Angeli ſpecies intelligibiles,non adeſt Angelo ſcientia naturaliter, ſed in eo generatur.

Bannes.

Reſpondetur falſam eſſe minorem in ſenſu Diui Thomæ,qui negat ſcientiam in Angelo generari de nouo,vel per actionem intellectus Angeli,nõ autem negat,eam per actionem ſpecialem à creatione diſtinctam in Angelo produci:dicitur autem adeſſe naturaliter ex principio paſſiuo.

Secundò: Diuus Thomas in articulo ſequenti ad primum ait,priùs ordine naturæ rerum rationes

nes esse i intellectu Angelico, quàm in ipsis rebus: at verò, si species intelligibiles, quæ dicuntur vniuersales rerum rationes, non sunt propriæ passiones ab intrinseco dimanantes, in intellectu Angeli non erunt prius in ordine naturæ, quàm rationes aliarum rerũ in ipsis rebus. Probatur minor: Quia ordine naturæ prius est, quod alicui conuenit ex propriis principijs, quàm quod alteri cõuenit omninò ab extrinseco, & per accidens: ergo, si species intelligibilis Angeli non dimanaret ex propriis principijs, non poterit habere prioritatem ordine naturæ respectu rationis hominis, & proprietatũ eius. Confirmatur: Quia secundùm contrariam opinionem species intelligibiles dantur Angelo, non propter seipsum, sed in ordine ad Vniuersum, vt cognoscat res alias creatas, adeo vt, si res aliæ non essent futuræ, nõ darentur Angelo illæ species; ergo prius est ordine naturæ, quod res aliæ habent suas proprietates, & rationes reales, quàm quod Angelus habeat species intelligibiles.

Respondetur, falsam esse minorem. Ad eius probationem dico, falsum supponi, videlicet secundũ hãc opinionem, quam modo defendimus, species Angelorum illis conuenire omninò ab extrinseco, & per accidens; vt enim ait Ferrariensis, habent Angeli principium passiuum naturale ad species illas accipiendas, vt ad perfectionem, & complementum eorum naturale pertinentes. Ferrarien.

Ad confirmationem dico, species Angelis inesse propter ipsos, ideſt propter eorum perfectionẽ naturalem, quæ tamen habet ordinem ad res, quæ sunt in Vniuerso. Nec tamen sequitur, prius ordine naturæ res habere suas proprietates, & rationes reales, quàm Angelus habeat species intelligibiles; Primò: quia cognitio Angeli, qua rerum intelligit quidditates, non postulat necessariò earum existentiam. Secundò, quia species datæ sunt Angelis in ordine ad Vniuersum non vt ex eo dependerent, sed vt illud, postquam fuisset à Deo productum, intelligerent: sunt autem Vniuersum quo ad creaturas Angelis inferiores posterius naturâ à Deo productum, quàm Angelus cum tota sua perfectione naturali; est enim Angelus prima, ac nobilissima pars Vniuersi, non ratione solius essentiæ præcisè sumptæ, sed secundùm seipsum eorum perfectum omni perfectione sibi debita, tam essentiali, quàm accidentali.

Tertiò: ex opposita sententia sequitur, hominẽ per se loquendo esse perfectioris naturæ intellectuâ Angelum. Probatur sequela: Quia tam cõuenirent Angelus, & Homo in hoc, quod species intelligibiles non dimanarent à propria essentia in intellectum, sed vterque esset in potentia ad illas accipiendas sed differrent in hoc, quod actus ille primus intellectus, scilicet species intelligibilis respectu Angeli esset omninò ab extrinseco, ipso merè passiue se habente in acquisitione specierum: at verò Homo propria virtute intellectus agentis seipsum reducit in actum primum, acquirendo species intelligibiles; ergo homo per se loquendo ex propriis est magis in potentia proxima ad intelligendum alias res, quàm Angelus. Confirmatur, &

A explicatur hæc ratio: Si Deus crearet vnum Angelum in puris naturalibus, sequitur, quod Angelus erit ineptior ad cognitionem rerum, quàm homo creatus in puris naturalibus. Sequela probatur: Quia homo per suas vires naturales posset acquirere scientiam, Angelus verò relictus suæ naturæ nequaquam.

Respondetur, nullam esse consequentiam. Ad probationem dico; Primò: consequentiam valere cæteris paribus, hic autem cætera non sunt paria; nam scientia, quam suis viribus acquirit homo, est imperfecta, Angelus autem scientiã recipit ex diuini luminis illustratione perfectam: Nam, vt ex

B Aristotele in secundo Cœli tex. 60. docet S.D. 1.2. quæst. 5. art. 5. ad secundum. Natura illa, quę bonũ perfectum consequi potest (etiamsi non nisi cum exteriori auxilio id assequi valeat nobilior est ea, quæ bonum duntaxat imperfectum propria virtute potest adipisci; sicut, qui per medicorum auxilia perfectam potest assequi sanitatem, melius dispositus est eo, qui sine talibus auxilijs ad imperfectam solum valet pertingere sanitatem. Secundò dico, nullam esse consequentiam, & ad eius probationem negatur consequentia: quoniam Angelus per propriam substantiam naturaliter seipsum, & Deum distinctè cognoscit, & alia etiam in communi: hæc per hæc satisfit etiam confirmationi; nã, si talem Angelum creasset Deus, haberet habitudinem passiuam naturalem ad nobiliorẽ cognitionem, quàm sit illa, quam sibi virtute intellectus agentis acquirit homo: & præterea cognosceret actu seipsum, & Deum distinctè, & cætera imperfectè: Postremò dico, ad perfectionem Angeli naturalem pertinere, vt ad Deo simul cum natura recipiat rerum omnium perfectam cognitionem in actu primo, & ideò, si crearetur Angelus sine speciebus, esset imperfectus, sicut si crearetur homo sine intellectu. Aristot. S. Thom.

C Quarrò: Si quis cognosceret distinctè quidditatem Angeli, cognosceret etiam illum esse naturæ intellectiuæ, aliarum rerum in potentia proxima; ergo ex natura sua habet principia sufficientia, & necessaria ad cognitionem rerum: Probatur consequentia: Nam alioquin esset in potentia remota, quod est falsum.

Respondetur, nullam esse consequentiam. Ad probationem negatur consequentia: quoniam esset in potentia proxima passiua naturali.

D Quintò: Ex duobus corporibus diaphanis illud est perfectius, quod habuerit à seipso lucẽ, quàm alterum, quod mendicat lucem ab extrinseco: sicut Sol est perfectior omnibus stellis, & cęlestibus corporibus, quoniam à semetipso habet lucẽ, tanquam proprietatem; ergo, cum Angeli sint naturę spirituales, & lucidæ, ita vt, quando Deus dixit: *Fiat Lux*, intelligantur Angeli creati, oportet eas proprietates Angelis ab extrinseco conuenire, quę necessariæ sunt, vt spiritualiter luceant, intelligendo vniuersitates rerum. Gen. 1.

Respondetur, nullam esse consequentiam, quoniam habere lucem ab intrinseco, & ab extrinseco sunt modi possibiles in natura: sed habere species intel-

intelligibiles à natura profluentes non videtur esse modus possibilis, vt suadent argumenta pro cõtraria sententia superius adducta.

Sextò: Sequeretur, quòd, si Deus crearet vnicũ Angelum, & nihil aliud, non ei imprimeret aliquã speciem intelligibilem: Probatur sequela; quia secundùm hanc sententiam non datur Angelo species, nisi ad cognitionem earum rerum, quæ sunt in Vniuerso.

Respondetur primò, nullum esse inconueniens, talem Angelum absque vlla specie creari, suam .n. perfectionem, & naturalem beatitudinem haberet in Dei, & sui naturali cognitione. Secundò dici posset, Deum sua prouidentia illi species impressurum ad aliquem rerum possibilium ordinem cognoscendum: nam, quod rerum tantùm ad ordinẽ huius Vniuersi pertinentium species Angelorum mentibus imprimantur, verum est, manẽte rerum ordine, quẽ Deus indidit Vniuerso: at si tollatur, & alius constituatur, aliter etiam de speciebus intelligibilibus Angelorum erit philosophandum.

Vltimò: Sequitur, quod ratio Diui Thomæ, qua probat conclusionem, multum deficeret. Probatur sequela: Nam tunc falsa esset illa propositio; *Sicut suprema corpora habent potentiam in sui natura totaliter perfectam per formam, ita potentia intellectiua in substantijs intellectualibus superioribus naturaliter cõpleta est per species intelligibiles connaturales ad intelligenda omnia, quæ naturaliter cognoscere possunt*; ergo. Probatur hoc assumptum: Quia, si potentia intellectus Angeli de se non est completa per istas species magis, quàm per alias, nec de se habet maiorem vnionem cum istis, quàm cum alijs, ergo eius naturalis potentialitas non est completa per istas species, quas modo habet. Confirmatur: quia aliàs non potest benè dissolui argumentum Durádi de luce in Stellis, & Luna recepta.

Respondetur, nullam esse consequentiam. Ad probationem, negatur assumptum. Ad cuius probationem dico, falsum in eius verbis inuolui, nimirum secundùm hanc sententiam, quam modo defendimus, potentiam Angeli intellectiuam non esse de se completam per istas species magis, quàm per alias, nec de se habere maiorem vnionem cum istis, quàm cum illis: Nam, cum dicitur potẽtiam Angeli non esse de se completam, &c. dictio illa *de se*, quæ dicit principium intrinsecum, potest denotare principium actiuum, & sic vera est propositio: & potest denotare principium passiuum naturale, & sic est falsa: habet enim Angelus naturalẽ potentiam passiuam intrinsecam, vt compleatur eius intellectus per has species magis, quàm per alias, & vt istis, non autem illis vniatur. Ad confirmationem iam supra diximus, Diuum Thomam loqui de formis, quæ sunt actus primi, lux autem Lunæ, & Stellarum modum habet actus secundi magis, quàm primi. Vel dici potest, Diuum Thomam loqui de formis ex natura sua permanentibus, qualis non est lux in Stellis, & Luna, vel alio corpore recepta, quæ non durat, nisi ad præsentiã illuminantis.

Circa responsiones ad secundum, & tertium argumentum vide, quæ notat hic Caietanus, & Banues, & Ferrariensis in 2. cont. gent. cap. 96. Caiet. Banues. Ferrarien.

ARTICVLVS III.

Vtrum superiores Angeli, intelligant per species magis vniuersales, quàm inferiores.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd superiores Angeli nõ intelligant per species magis vniuersales, quàm inferiores. Vniuersale enim esse videtur, quod à particularibus abstrahitur. Sed Angeli non intelligunt per species à rebus abstractas. *Ergo nõ potest dici, quòd species intellectus Angelici sint magis, vel minus vniuersales. 1.d.3.q.3. art.2. & 2. con. c. 96. & ver q.8. art.10. & opusc 3. ca. 78. & 81. & 126 & causis lect. 4. & lect. 10. *82

2 Præterea. Quod cognoscitur in speciali, perfectius cognoscitur, quàm quod cognoscitur in vniuersali: quia cognoscere aliquid in vniuersali, est quodãmodo medium inter potentiam, & actum. Si ergo Angeli superiores cognoscunt per formas magis vniuersales, q. inferiores: sequitur, quòd Angeli superiores habeant scientiam magis imperfectam, quàm inferiores: quod est inconueniens.

3 Præterea. Idem non potest esse propria ratio multorum. Sed, si Angelus superior cognoscat per vnã formam vniuersalem diuersa, quæ inferior Angelus cognoscit per plures formas speciales, sequitur, quòd Angelus superior vtitur vna forma vniuersali ad cognoscendum diuersa. Ergo non poterit habere propriam cognitionem de vtroque: quod videtur inconueniens.

Sed contra est, quod dicit Dionys.* 12. cap. Angelicæ Hierar. quòd superiores Angeli participant scientiam magis in vniuersali, quam inferiores. Et in lib. * de causis dicitur, quòd Angeli superiores habent formas magis vniuersales. *ca.12.eccl. hierar. *In propo. 10 habetur ista. inter opera anon. n. 3.

Respondeo. Dicendum, quòd ex hoc sunt in rebus aliqua superiora, quòd sunt vni primò, quod est Deus, propinquiora, & similiora. In Deo autem tota plenitudo intellectualis cognitionis continetur in vno, scilicet in essentia diuina, per quam Deus omnia cognoscit. Quæ quidem intelligibilis plenitudo, in intelligibilibus creaturis inferiori modo, & minus simpliciter inuenitur. Vnde oportet, quòd ea, quæ Deus cognoscit per vnum, inferiores intellectus cognoscant per multa: & tantò amplius plura, quantò amplius intellectus inferior fuerit. Sic igitur, quantò Angelus fuerit superior, tantò per pauciores species vniuersitatem intelligibilium apprehendere poterit: & ideo oportet, quòd eius formæ sint vniuersaliores, quasi ad plura se extendentes vnaquæque earum. D.1.31. 441

Digitized by Google

rum. Et de hoc, exemplum aliqualiter in nobis perſpici poteſt; ſunt enim quidam, qui veritatem intelligibilem capere non poſſunt: niſi eis particulatim per ſingula explicetur. Et hoc quidem ex debilitate intellectus eorum contingit. Alij verò, qui ſunt fortioris intellectus, ex paucis multa capere poſſunt.

Ad primum ergo dicendum, quòd accidit vniuerſali, vt à ſingularibus abſtrahatur, inquã tum intellectus ille cognoſcens, à rebus cognitionem accipit. Si verò ſit aliquis intellectus, à rebus cognitionem non accipiens, vniuerſale ab eo cognitum non erit abſtractum à rebus, ſed quodammodo ante res præexiſtẽs: vel ſecundum ordinem cauſæ, ſicut vniuerſales rerũ rationes ſunt in Verbo Dei: vel ſaltem ordine naturæ, ſicut vniuerſales rerum rationes ſunt in intellectu Angelico.

b 425

Ad ſecundum dicendum, quòd cognoſcere aliquid in vniuerſali, dicitur dupliciter. Vno modo ex parte rei cognitæ, vt ſcilicet cognoſcatur ſolùm vniuerſalis natura rei. Et ſic cognoſcere aliquid in vniuerſali, eſt imperfectius. Imperfectè enim cognoſceret hominẽ, qui cognoſceret de eo ſolũ, quòd eſt animal. Alio modo, ex parte medij cognoſcendi. Et ſic perfectius eſt cognoſcere aliquid in vniuerſali. Perfectior enim eſt intellectus, qui per vnum vniuerſale medium poteſt ſingula propria cognoſcere, quàm qui non poteſt.

D. 156.

Ad tertium dicendum, quòd idem non poteſt eſſe plurium propria ratio adæquata. Sed, ſi ſit excellens, poteſt idem accipi, vt propria ratio, & ſimilitudo diuerſorum. Sicut in homine eſt vniuerſalis prudentia quantùm ad omnes actus virtutum, & poteſt accipi vt propria ratio, & ſimilitudo particularis prudẽtiæ, quæ eſt in leone ad actus magnanimitatis, & eius quæ eſt in vulpe, ad actus cautelæ, & ſic de aljs. Similiter eſſentia diuina accipitur propter ſui excellentiam, vt propria ratio ſingulorum, quæ ſunt in ea. Vnde ſibi ſingula aſſimilantur ſecundùm proprias rationes. Et eodem modo dicendum eſt de ratione vniuerſali, quæ eſt in mente Angeli, quòd per eam propter eius excellentiam multa cognoſci poſſunt, propria cognitione.

D. 1077.

Senſus quæſiti.

Caietanus Syluester. Zumellus Molina.

SEnſum quæſiti declarat optimè Caietanus, quẽ ſequuntur Syluester, Zumellus, & Molina. Quę tamen explicatio ſatis apertè ſignificatur in corpore, & in reſponſionibus ad argumenta.

Forma Textus.

CONcluſio eſt: *Quantò Angeli fuerint ſuperiores, tantò per vniuerſaliores ſpecies intelligũt. Probatur dupliciter: Primò. Quantò ſuperiores ſunt naturaliter intellectus, tantò ſimiliores ſunt Deo in plenitudine, ſ. u perfectione intelligibili, & modo eius, & quãtò ſimiliores ſunt Deo, tantò per pauciores ſpecies intelligunt; ergo quanto ſunt ſuperiores, tanto per vniuerſaliores ſpe.ies intelligunt. Prima pars antecedentis probatur: Quoniam ex hoc ſunt in rebus aliqua ſuperiora, quod ſunt vni primo, quod eſt Deus, propinquiora, & ſimiliora. Secunda verò pars probatur: Quoniam in Deo tota plenitudo intellectualis cognitionis continetur in vna eſſentia diuina, per quam Deus omnia cognoſcit: quæ quidem intelligibilis plenitudo in intelligibilibus creaturis inferiori modo, & minus ſimpliciter inuenitur; ita vt ea, quæ Deus cognoſcit per vnum, inferiores intellectus cognoſcant per multa, & tantò amplius per plura, quantò amplius intellectus inferior fuerit; ergo quantò Angelus fuerit Deo ſimilior, ac proinde ſuperior, tantò per pauciores ſpecies vniuerſitatẽ intelligibilium apprehendere poterit. Prima pars huius antecedentis patet ex quæſtione quartadecima: ſecunda verò pars ex iam dicto principio, videlicet: ex hoc ſunt in rebus aliqua ſuperiora, quod ſunt vni primo, quod eſt Deus, propinquiora, & ſimiliora: cum igitur in Deo tota plenitudo intellectualis cognitionis in vno contineatur, &c. ſequitur, vt quantò fuerit Angelus ſuperior, tantò per pauciores, & quantò fuerit inferior, tantò per plures ſpecies intelligat. Secundo probatur concluſio à ſigno, ſiue ab exemplo à nobis accepto: quia ſunt quidã, qui veritatem intelligibilem capere non poſſunt, niſi eis particulatim per ſingula explicetur, & quaſi per plures ſpecies, ſiue conceptus complexos dearticuletur: alij verò ex paucis multa capere poſſunt: at primum ex debilitate, ſecũdum autem ex fortitudine, ſeu nobilitate prouenit intellectui; ergo.*

A

B

C

Prima Controuerſia.

An eſſe poſſit vna ſpecies intelligibilis, quæ ſit plurium quidditatum, aut rerum repræſentatiua.

D

Sententiæ Doctorum.

Scotus.

SCotus in ſecundo ſent. diſt. 3. quæſt. 10. negat vna, & eadem ſpecie poſſe plures quidditates, aut plura indiuidua repręſentari, dicens, in quolibet Angelo ſingularum quidditatum, & ſingulorum indiuiduorum ſingulas eſſe ſpecies intelligibiles, ita tamen, vt ſpecies quidditatum ſint congenitę, ſingularium autem acquiſitę. Quam ſentẽtiam ſequitur, & tuetur Rada in Contr. 9. ſecundę partis, & alij eiuſdem inſtituti.

Rada.

S. Thom.

D. Thomas hìc, & alibi ſæpè docet, per vnã Angeli ſpeciem plures poſſe rerum naturas, & indiuidua repręſentari. Quam ſententiam non eius tantùm diſcipuli, & expoſitores, ſed omnes communiter profitentur Theologorum Academię; quamuis in explicando modo, quo plura poſſint vna ſpecie repręſentari, diſſentiant. Nam Molina, qui vtramque partem ſuſtinet, vt probabilem, negat vnam quamlibet rationem cognoſcendi vnum habere obiectum primarium adęquatum, quod fit aliquid vnum; ſed quemadmodum (inquit) poten-

Molin.

tia viſiua nihil vnum per ſe reſpicit primò, tamquam obiectum primarium, & adæquatum, ſed immediatè reſpicit ſub diſiunctione colorem, vel lumen; ita vna illarum vniuerſalium ſpecierum reſpicit primariò, tamquam obiectum adæquatum multas naturas ſpecificas ſub diſiunctione; quarũ quamlibet, vel multas ſimul poterit immediatè cognoſcere, prout ad hanc, vel ad illam, vel etiam ad multas ſimul aduerterit, aut aduertere voluerit, vel cum de illis formando conceptum, quæ ſimul ſibi cognouerit.

Maloniur. Vaſquez. Eandem fere ſententiam ſequitur Malonius, & Vaſquez diſp. 90. cap. 2. dicens, non opus eſſe, vt vna ſpecies habeat pro obiectum adæquatum ſe cuidam aliquem rationem vniuocam, ſed pro obiecto adæquato eſſe poſſe vniuerſam illam multitudinem rerum, quæ per ſpeciem repræſentãtur; ſicut viſus (inquit) habet pro obiecto colorem, & lucem, quæ non conſentiunt in vna ratione adæquata, & vniuoca: tradit ſe non videre, cui Caietanus concedat, reſpectu eius ſolùmq; ſpeciei intelligibilis eſſe vnam rationem formalem obiecti adæquatam, in qua conueniunt omnia, quæ per illam ſpeciem repræſentantur. Quæ videtur fuiſſe ſententia Capreoli in ſecundo ſententiarum diſt. 3. quæſt. 2. in reſponſionibus ad argumenta contra ſeptimam concluſionem, & Soncinatis in 12. Metaph. quæſt. 60.

Capreolus. Soncin.

Caiet. Caietanus diſtinguit dicens, duplicem eſſe vnitatem obiecti primi, & adæquati. Vna eſt (inquit) formalis, & realis illi conueniens, prout exiſtit in rerum natura, & hanc vnitatem non oportet, vt ſpecies intelligibilis præſupponat, ita ſcilicet, vt quemadmodum ſpecies vna quædam ſingularis eſt qualitas exiſtens in intellectu, ſic obiectum ſit vna quædam res exiſtens in rerum natura, non ſolùm formalem, ſed etiam numericam habens vnitatem. Altera eſt formalis tantùm ad plures etiam quidditates extenſa; & hanc oportet vt qualibet Angelica ſpecie præſupponi, quæ primò, & adæquate communem aliquam rationem repreſentat, ſecundariò verò quidditates in ea communi ratione conuenientes; ita, vt non ſolùm quo ad eam communem rationem repreſententur, ſed etiam quo ad proprias ſinguiorum conditiones, & differentias. Hunc dicendi modum ſequitur, & tuetur Ripa, quem etiam immeritò tribuit Capreolo.

Ripa. Ferrarien. Bannes. Zumollus Ferrarienſis in ſecundo contra gentiles cap. 98. verſus finem, & Bannes, ac Zumellus ſuper hoc articulo vtramque ſententiam exiſtimant eſſe probabilem, eorum ſcilicet, qui ſpeciem dicunt intelligibilem primò, & immediatè communem aliquam vnam rationem repreſentare, & eorum, qui non communem aliquam rationem, ſed plures quidditates aſſerunt per ſpeciem repreſentari. Addunt tamen prædicti recentiores, quibus etiam conſentit Albertinus Corollario nono, ſpeciem Angelicam plures quidditates repreſentantem reſpicere quidem immediatè vnam rationem illis communem, ſed eam tamen non eſſe rationem quę attingitur, ſed eſſe rationem, ſub qua plures attinguntur quidditates; ſicut vna ſcientia

Albertin.

ſpecifica plura conſiderat non ſolùm ſpecie, ſed etiam genere diſtincta, prout conueniunt in vna ratione ſcibilis, quæ eſt ratio, ſub qua attingitur obiectum, quamuis nullam habeant vnam communem rationem ſpecificam, aut genericam, quæ ſit ratio, quam anima immediatè conſideret.

Reſolutio.

Explicatur confuſio, ac ſtatus Controuerſiæ, & oſtenditur ſimilitudinem Angelorum ad Deum attendendam eſſe ſecundum omnes perfectiones ſimpliciter.

Speciei re ſponſatiua multiplex

CO nſiderandũ eſt primò, ſpeciem intelligibilẽ poſſe dupliciter plurium eſſe quidditatũ repræſentatiuã: Vno modo formaliter, ſicut vna ſpecies domus in ſpeculo plures illius partes formaliter repræſentat: Alio modo virtualiter, ſeu cauſaliter tantùm, vt quemadmodũ ſemen dici poteſt ſimilitudo rei generandæ nõ formalis, ſed cauſalis, quia ſ. eius virtute generatur animal, quod eſt generanti formaliter ſimile, ita ſpecies impreſſa ſit quoddã ſeminale principiũ verbi, quod eſt ſpecies expreſſa, quæ eſt formalis obiecti ſimilitudo, ipſa verò ſpecies impreſſa ſit, rei tantùm virtualiter, ſeu cauſaliter repræſentatiua. Sed præterea dupliciter adhuc intelligi poteſt, ſpeciem eſſe plurium quidditatũ formaliter repræſentatiuam.

Vno modo quo ad ſolam aliquam naturam illis cõmunem; ſicut ſpecies, quæ nobis animal repræſentat non eſt hominis, & Leonis diſtinctè repræſentatiua; Alio modo quoad proprias etiam ſingularum quidditatum differentias, quibus ab inuicem diſtinguuntur.

Quæſtio hic eſt de repræſentatione formali qdditatum quo ad proprias earum differẽtias, & cõditiones; quicquid ſit de repræſentatione illa virtuali, quam ſolam nonnulli ex recentioribus agnoſcunt in ſpecie intelligibili.

Caietan. Secundò obſeruandum eſt cum Caietano, diuinarum perfectionum quaſdam eſſe creaturis communicabiles, vt ſapientia, bonitas, & exiſtentia, quaſdam autem incommunicabiles, vt Deitas, infinitas, puritas actus, & intelligere omnia per ſubſtantiam ſuam, & alia huiuſmodi: Ex hac perfectionum diuinarũ diſtinctione ſequitur alia quædam in creaturis Deo ſimilioribus differentia; Nã ſecundum perfectiones creaturis communicabiles dicuntur creaturæ Deo appropinquare, quatenũs earum rationes formales magis participant in ſemetipſis; at ſecundum perfectiones minimè communicabiles, Deo dicuntur magis appropinquare, quatenùs magis recedunt ab oppoſitis: exẽpli gratia, dicitur Gabriel præcæteris Angelis eſſe Deo propinquior ſecundum ſapientiam, quia ſapientiæ, quæ Deo per ſe primò conuenit, maior eſt in eo participatio: ſecundum Deitatem autem, & puritatem actus, dicitur idem Angelus eſſe Deo propinquior, quia magis elongatur à non eſſe, & à materia, ſiue potentialitate.

Similitudo ad Deũ

Tertiò ſciendum eſt, ad genus diuinarum perfectionum ſimpliciter pertinere, non ſolùm intelligere,

Digitized by Google

gere, ſed etiam intelligere omnia, ſiue multa per vnum; ſed diuerſa ratione: Nam intelligere ſecundùm ſe perfectio quædam eſt, atque ideo directè, & ſecundùm ſe conſtituitur in ordine perfectionum: ſed intelligere omnia per vnum, vt ſic, diſtinctam ab intelligere perfectionem non exprimit, ſed eiuſdem modum, & ſupremum quaſi gradum importat, ac proinde non directè, ſed magis reductiuè ad genus attinet perfectionum ſimpliciter: ſicut modi, & complementa ſubſtantiæ, vt exiſtentia, & ſubſiſtentia, ſiue perſonalitas reductiuè tantùm in genere ſubſtantiæ collocantur.

Angeli ſimilitudo ad Deum.

Quarto notandum eſt, ſupremam Vniuerſi partem, ideſt ſubſtantias ſpirituales, ſiue Angelos ſimilitudinẽ ad Deum ex ſui natura ſibi vendicare ſecundùm omnes omnino perfectiones ſimpliciter, & non ſecundum aliquas tantùm, ita vt quilibet Angelus, ſiue ſupremus, ſiue medius, aut etiam infimus perfectiones omnes diuinas ſimpliciter in ſe participet, & ſecundùm eas Deo aſsimiletur iuxta modum, & gradum ordini ſuo congruentẽ; Cuilibet enim ineſt exiſtentia, bonitas, ſapientia, & virtus operatiua magis, aut minùs perfecta, prout maior, aut minor fuerit naturæ dignitas, & excellentia. Et huic vt fundamento præcipuo nititur ratio S.D. in textu, qua probat Angelos quantò ſuperiores, tantò per pauciores ſpecies intelligere; vis enim eius præcipua ex illo deriuatur principio, videlicet: *Ex hoc ſunt in rebus aliqua ſuperiora, quod ſunt vni primo, quod eſt Deus, propinquiora, & ſimiliora.* Quæ propoſitio arctata ad ſupremam Vniuerſi partem de propinquitate, & ſimilitudine accipienda eſt ſecundùm omnes perfectiones ſimpliciter; nõ enim eſt maior ratio de vna, quàm de alia: Sed tota difficultas eſt, an hæc perfectio, quæ eſt repræſentare, vel intelligere omnia, ſiue multa per vnum, ſit alicui rei creatæ communicabilis, negat enim Scotus id effici poſſe, ſed oppoſitum affirmat S. Thom. & alij Doctores, & Eccleſiæ Patres.

Scotus. S. Thom.

Eandem ſpeciem ob ſui excellentiam eſſe poſſe perfectam, ac veluti propriam ſimilitudinem diuerſorum: & quomodo accipienda ſit hæc excellentia.

AD cuius euidentiam: Quinto recolenda ſunt ea, quæ ſupra notauimus in ſecunda controuerſia ad articulum præcedentem de duplici entium genere, eorum ſcilicet, quæ naturæ Author intendat, vt ſint, & eorum, quę primò idem Author inſtituit, vt alia repræſentẽt: de quibus late, & ſubtiliter differit Caietanus hic circa reſponſionem ad tertium argumentum D. Thomæ. Vbi etiam notanda eſt diſtinctio, & ratio S.D. quæ non ſolũ defendit, ſed etiam probat, idem ſimul poſſe vt rationem propriam, & ſimilitudinem diuerſorum. Diſtinctio eſt: idem eſſe propriam rationem, aut ſimilitudinem diuerſorum contingit dupliciter: Vno modo adæquate, & hoc eſt impoſsibile: implicat enim contradictionem: Alio modo inadæquate: & tunc ſecundo diſtinguendum eſt: aut enim illud, quod ſic ponitur propria ratio multorum, eſt excellens, aut non: ſi nõ eſt excellens, nullo modo poteſt eſſe, aut intelligi, vt plurium ratio propria: ſi verò ſit excellens, poteſt accipi, vt propria ratio, & ſimilitudo diuerſorum, ſicut vniuerſalis prudẽtia, quæ in homine eſt quo ad omnes virtutũ actus, ſumi poteſt, vt propria ratio, & ſimilitudo particularis prudentiæ, quę eſt in Leone ad actus magnanimitatis, & eius, quæ eſt in Vulpe ad actus cautelæ: & eſſentia diuina ob infinitam ſuæ perfectionis excellentiam accipitur, vt ratio, ac ſimilitudo propria ſingulorum entium, quæ ſunt in ea, tamquam in cauſa: Similiter itaque ſpecies Angelica ob excellentiam ſuam naturalem propria poteſt eſſe multorum inadæquata ſimilitudo, qua ſingula cognoſcantur ab Angelo propria cognitione: Sed, cum excellentia duplex intelligi poſſit in ſpecie, altera intelligendo, & altera repræſentando, de priori excellentia litteram hanc exponit Caietanus, quem alij ſequuntur interpretes. Hæc autẽ excellentia poteſt in Angelica ſpecie intelligibili dupliciter conſiderari. Primò reſpectu rerum, ſiue quidditatum repræſentatarum; & ita quo ad ſolũ eſſendi modum eſt intelligenda, quatenus ſpecies Angeli ſuperioris modum habet eſſendi altioris ordinis, quàm ſit modus eſſendi rerum omniũ tã corporearum, quàm etiam incorporearum, ideſt Angelorum ad inferiores ordines pertinentium: Nam quo fuerit vnius intellectualis ſubſtantiæ gradus alterius ſubſtantiæ gradu ſublimior, eo nobiliores ab ea ſpecies emanabunt intelligibiles: quarum eſſendi modus ex ipſius ſubſtantiæ dignitate dependet, & eam induit, & eundem ingreditur ordinem, cuius etiam eſt vltimum, & intrinſecum complementum; vt hic aduertit Caietanus: ob hanc igitur excellentiam poteſt vna ſpecies Angelica multorum eſſe propria ratio, & diſtincta ſimilitudo: Secundo intelligi poteſt excellentia ſpeciei comparatione aliarum ſpecierum intelligibilium, & ita conſiderãda eſt excellentia tam in modo eſſendi, quàm in ipſa perfectione eſſendi; Propria namque, & eſſentialis ſpeciei perfectio in ipſa repræſentatione conſiſtit; eius enim quidditas eſt ipſa ratio ſimilitudinis, & repræſentationis: eius igitur eſſe eſt ipſum repræſentare; Eſt enim relatiuum tranſcendens, cuius proprium eſſe eſt ad aliud eſſe, non tamen præciſa cauſalitate: id enim ſolũ conuenit relatiuo prædicamentali, & ideo per ſe primo dicuntur intentæ ſpecies, vt repræſentẽt: ſicut per ſe primò dicitur intentus homo, vt ſit animal rationale. Igitur quo fuerit excellentior eſſentia, ſiue natura ſpeciei intelligibilis, eo plura poterit obiecta ſpecie diſtincta repræſentare: exempli gratia, ſingulæ ſpecies intellectus humani, quæ gradum habent infimum inter ſpecies, ſingulas tãtum rerum naturas repræſentant; ita vt vna Leonem, alia Bouem, & alia Canem intelligamus. Igitur ſpecies vna tantùm altioris ordinis, puta ſpecies infimi Angeli, aut infimæ Hierarchiæ, cuius eſt eſſentia longè præſtantior, trium dictarum munus obire poterit, tres illas rerum naturas diſtincte repræſentando: Iam enim diximus, ſpeciei naturam, & eſſentialem eius perfectionem in ipſa repræſentatione conſiſtere; igitur, quo fuerit ſpeciei

Angeli ſimilitudo ad Deum.

Speciei excellentia duplex. Caietan.

natura perfectior, plurium erit obiectorum repręſentatiua; Cum enim ſpecies ad repræſentandum per ſe primò ſit inſtituta (quo munere ſupplet, qđ ſubſtantiæ deeſt cognoſcitiuæ) quo fuerit altior in eſſendo, eo etiam erit extenſior in repræſentando: ſubſtantia verò per ſe primo ad eſſendum, non autem ad repræſentandum eſt producta, & ad vnam eſſendi differentiam determinata; & ideò nec multas poteſt habere rerum eſſentiales differentias, nec plura diſtinctè repræſentare. Neque ex maioris ſpeciei perfectione colligitur ſolum repræſentatio clarior, ſed etiam, vt modo diximus, extenſior: Ad perfectionem enim ſimpliciter, & ad excellentiam pertinet intellectus non ſolùm eâ limpidius intelligere quidditatem, quam minus clarè percipit intellectus inferior, ſed etiam per eâdem ſpeciem cognoſcere plures alias, quæ diſtinctis ſpeciebus alteri inferioris ordinis intellectui præſentantur: vt patet ex diſcurſu præſentis articuli, quo probatur cõclnſio, & ex relata paulò ante doctrina reſponſionis ad tertium D. Thomæ. Modus enim quicumque intelligendi perfectior dependet radicaliter ex ſimplicitate medij; nam quo magis fuerit vnita virtus intelligẽdi, eo perſpicacius attinget obiectum; ſicut Sol vna ſimplici ſua virtute in his corruptibilibus effectus operatur: quibus vix inferiorum plures ſufficiunt potentiæ corporum; ſicut etiam vir vnus egregiæ fortitudinis magni ponderis molem facilè deferet, quam duo, vel tres ſimul ex communi hominum cætu vix è loco mouerent. Hanc veritatem pluribus argumentis, & exemplis ſuadent Bannes, & Zumellus, ſed optima ſunt, quæ tanguntur in textu.

Bannes. Zumellus Ferrarien.

Ferrarienſis in ſecundo cont. gent. cap. 98. §. *Ex iſtis patet, &c.* Longo ſatis, & erudito diſcurſu nititur probare excellentiam ſpeciei, de qua hìc loquitur S.D. intelligendam eſſe non in eſſendo, ſed in repræſentando. Verè tamen in ſubſtantia non differt à ſententia Caietani, prout à nobis eſt explicata, nec vacat, aut expedit nunc vtriuſque dicta referre, & conciliare.

Speciem Angeli intelligibilem eſſe plurium quidditatũ repræſentatiuam, mediante vna communi ratione formali per ſe primò repræſentata.

SExtò conſiderandum eſt, poſſe nos intelligere, tribus modis ſpeciem, vnam plures quidditates repręſentare: Primus eſt, vt eas immediatè, ac primò repræſentet; ita vt plures illæ quidditates ſimul ſumptæ ſint vnum obiectum adæquatũ ſpeciei intelligibilis: Qui dicendi modus placuit Capreolo, Soncinati, & alijs ſupra notatis, ſed reijcitur à Banneſio. Confutabitur autem eiſdem argumentis, quibus vltimus comprobabitur.

capreolus Soncin. Bannes.

Secũdus modus eſt, vt ſpecies vna plures quidditates repræſentet immediatè, ideſt non media ratione communi formali, quæ ſit prius repræſentata, non tamen immediatè, ideſt non media rõne formali, ſub qua plures illæ quidditates attingantur: Quem dicendi modum, tamquam omniũ optimum ſequuntur Theologi ſupra notati, videlicet Bannes, Zumellus, Vaſquez, & Albertinus: Sed opinionem hanc exiſtimo minùs eſſe probabilem, & communibus Metaphyſicæ principijs minimè cõſentaneam: vt patet ex ijs, quæ ſcribit amplisſimè Caietanus de duplici ratione formali, quæſtione prima articulo tertio, comparantur enim illæ duæ rationes formales reſpectu cuiuslibet intellectus, vt ſubiectum, & eius propria paſſio, quorũ vterque eſt ab altero inſeparabile. Igitur, ſi ſpecies intelligibilis plures reſpicit quidditates ſub vna cõmuni ratione formali ſub qua, neceſſe eſt, vt in eis etiam repræſentet communem aliquam rationem formalem, quæ ſcilicet primò repręſentetur, & per actum intelligentis attingatur. Sed huius ſententiæ falſitas eluceſcet apertius ex ſtatim adducendis pro tertio modo.

Tertius igitur modus eſt, vt ſpecies Angelica non immediatè plures repræſentet quidditates, ſed mediante vna communi ratione formali generica, aut quaſi generica per ſe primò, & immediatè repræſentata. Qui modus placuit Caietano, & Ferrarienſi, & exiſtimat eum Bannes eſſe probabilem. Ferrarien. Bannes.

Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, ſpeciem intelligibilem dupliciter eſſe poſſe rationis communis repræſentatiuam; Vno modo cum abſtractione à particularibus quidditatibus, aut indiuiduis ſub ea communi ratione contentis; ſicut ſpecies animalis in intellectu noſtro rationem repræſentat animalis communem, abſtrahendo à ſingulis eius ſpeciebus, & differentijs.

Alio modo ſpecies intelligibilis poteſt communem aliquam rationem formalem repræſentare, non in abſtractione, ſed in concreto, ideſt ſecundũ totam eius latitudinem, & actualem exiſtentiam ad omnia ſub ea contenta diffuſam: Sic enim ſumpta quælibet natura materialis habet vnitatẽ formalem, ſecluſo quouis opere intellectus, vt explicat Caietanus in quarto capitulo de ente, & eſſentia; & ideò ſic poteſt accipi, vt vnum obiectũ formale, quod per ſe primo repræſentatur, & attingitur, & hoc modo ſpecies Angeli communem pluribus quidditatibus rationem repræſentat: Deus enim Angelicis mentibus earum rerum, ſiue naturarum; aut rationũ ſpecies impreſſit, quas in eodem temporis inſtanti creauit, vt eſſent realiter exiſtentes in Vniuerſo: non exiſtunt autem communes rerum naturæ, ſiue rationes à ſpecificis, aut ab indiuidualibus differentijs ſeparatę, ſed in ſingulis ſunt ſpeciebus, & indiuiduis actu diſtributæ; atque ideò ſpecies etiam illæ intelligibiles ſic rerum communes rationes primò, & immediatè repræſentant, vt earum etiam ſpecies, & indiuidua ſimul offerant intellectui.

Probatur autẽ hìc modus dicendi. Primò: quoniam, vt ait Sanctus Doctor, ſupra quæſtione prima, articulo tertio, vnitas potentiæ, & habitus conſideranda eſt ſecundùm vnitatem obiecti formaliter ſumpti; igitur eadem ratione vnitas formalis ſpeciei intelligibilis ſumenda eſt ex vnitate formali obiecti per eam repræſentati: Probatur illatio ex paritate rationis: ſicut enim potentiæ, & habitus intrinſecum, & eſſentialem habent ordi- S. Thom.

Zumellus Vaſquez. Albertin. Caietanus

ordinem ad obiectum, cui naturaliter commensurantur, ita species intelligibilis, quæ per se primò ad repræsentandum est instituta, essentialem habet ordinem, & commensurationem ad obiectum, quod ex sui natura repræsentat, ac proinde extrius vnitate formali suam specificam accipit vnitatẽ.

Secundò probatur idem dicendi modus: Quia D. Thomas infra quæst. 58. art. 2. respondens quæsito, num Angelus possit multa simul intelligere, sic ait: *Sicut ad vnitatem motus requiritur vnitas termini, ita ad vnitatem operationis requiritur vnitas obiecti*: Ex quo deducit, Angelum ea tantùm simul cognoscere, quæ per vnam speciem repræsentantur: quia nimirum ea sola conueniunt in vna ratione formali obiecti primò, & adæquatè per speciẽ repræsentati, vt etiam notauit Ferrariensis in secũdo cont. gent. cap. 101. alioquin ratio D. Thomæ nihil concluderet. Ferrarien.

Præterea: Sanct. Thom. de Veritate: Quæst. 8. artic: 14. ad sextum respondens argumento probanti Angelum plura simul intelligere, quia seipsum semper intelligit, & quãdoq; etiam intelligit alia, respondet dicens: *Si aliqua duo ita se habeant, vt vnum sit ratio intelligendi aliud, vnum eorum erit quasi formale, & aliud quasi materiale, & sic illa duo sunt vnum intelligibile, cum ex forma, & materia vnum cõstituatur: Vnde intellectus, quando intelligit aliquid per alterum, intelligit vnum tantùm intelligibile; sicut patet in visu; lumen enim est, quo videtur color, vnde se habet ad colorem, quasi formale, & sic color, & lumen sunt vnum tantùm visibile, & simul à visu videntur: essentia autem Angeli est ei ratio cognoscendi omne, qđ cognoscit quamuis non perfectè, propter, quod formis superadditis indiget: cognoscit enim omnia per modum substantiæ suæ, vt dicitur in libro de causis, & secundũ propriam virtutem, & naturam, vt dicit Dionys. 7. capite de diuinis nominibus; Vnde cum intelligit se, & alia, non intelligit simul multa, nisi vt vnum*. Hæc ibi: & similia habet in 2. contra gent. cap. 101. quo loco videndus est Ferrariensis. Ex quibus perspicuè patet, D. Thomam vnitatem obiecti per speciem intelligibilem repræsentati sustinere, vt argumento satisfaciat probanti, posse multa simul Angelũ intelligere, quia multa simul Angelo repræsentantur. S. Thomas Ferrarien.

Postremò: Diuina essentia, quæ species est intelligibilis diuini intellectus, & beatorum, vnum per se primò, vt obiectum, & immediatè repræsentat, quod est ipsa diuina natura, in qua cætera mediatè repræsentantur, & cognoscuntur à Deo, & à Beatis, vt contra Scotum ostendimus supra quæst. 12. art. 8. Controu. 2. Igitur eadem ratione species Angelica ab essentia diuina, vt ab exemplari formata vnum aliquod obiectum formale per se primò repræsentat.

Conclusiones deductæ, & probatæ.

PRima conclusio: Potest vna species Angeli plurium esse quidditatum repræsentatiua.

Secunda conclusio: Species Angeli communem vnam aliquam rationem primò, & immediatè repræsentat, secundariò autẽ, & mediatè plures contentas sub ea quidditates, & individua. Patent ambæ conclusiones ex supra notatis, probatis, & explicatis.

Argumenta, & solutiones.

COntra primam conclusionem sunt argumenta, quæ referunt, & soluunt Capreolus, Caietanus, Bannes, Zumellus, Vasquez, & alij recẽtiores supra notati. Capreol. Caiet. Bannes Zumellus Vasquez.

Contra eandẽ conclusionem argumentatur Rada cum Scoto. Primò: Quicquid est ratio cognoscẽdi distinctè aliqua plura, habet vnum obiectũ primum, & adæquatum, in quo continentur perfectè illa plura; sed nulla ratio creata, seu species intelligibilis est, quæ habeat obiectum vnum, in quo pfectè contineantur plures quidditates creatæ, quo ad suam cognoscibilitatem; ergo nulla ratio creata potest repræsentare, seu esse ratio distincta cognoscendi plures quidditates creatas. Maior probatur: Quia obiectum habet rationem mensuræ, quæ naturaliter est prior mensurato: igitur vnitas speciei intelligibilis pendet essentialiter ab vnitate sui primarij obiecti: Probatur consequentia: Quia vnitas posterioris dependet necessariò ab vnitate prioris, & vnitas mensurati ab vnitate suæ mensuræ. Minor probatur: Quia obiectum istius rationis creatæ debet poni aliquid creatum, nulla autem creatura est, quæ perfectè quo ad suam cognoscibilitatem cõtineat plures quidditates creatas, sicut nec continere eas potest quo ad earum entitatem, vt omnes concedunt. Rada. Scotus.

Respondet Caietanus, duplicem vnitatem formalem posse nos in obiecto concipere, alteram formalem realem illi conuenientem, prout est existẽs in rerum natura, & in hoc sensu falsa est maior; vt patet in specie intelligibili nobis repræsentante Bouis naturam; non est enim Bouis natura sic absolutè subsistens, sicut abstractè repræsentatur in specie; Alteram vnitatem possumus in obiecto speciei concipere, quæ sit præcisè formalis, & in hoc sensu vera est maior, sed falsa est minor, vt satis patet ex dictis in vltimo fundamento. Caietan.

Sed instat Rada dicens, vim rationis Scoti esse insolubilem, nec tolli per hanc distinctionem Caietani: Quia, si species est repræsentatiua pluriũ, debet habere vnicum obiectum primum, in quo illa contineantur perfectè, vel essentialiter; sicut in homine animal, corpus animatum, & substantia, vel virtualiter, & eminenter; sicut creaturæ in diuina essentia, & tale obiectum continens debet habere vnicam rationem formalem, ratione cuius species dicatur vna, & huiusmodi obiectum continens perfectè plura debet esse, vel à parte rei, vt diuina essentia, vel debet esse quid commune, & abstractum, in quo illa plura quo ad cognoscibilitatem contineantur; at nullum tale potest obiectum assignari, quod vnum formaliter existens plura repræsentata perfectè contineat. Probatur minor: Quia per se non est aliquid existens à parte rei, sicut per speciem repræsentatur, nec est aliquid vnũ abstractum ab illis pluribus quidditatibus; quia tunc non perfectè contineret illas quidditates, co Instat Rada.

quod inferius non contineatur in ſuperiori perfectè, nec poteſt eſſe aliquod ens in rerum natura, quod illas quidditates perfectè contineat.

Reſpondetur, in maiori non enumerari modos omnes, quibus obiectum formale ſpeciei plures poteſt perfectè continere quidditates; omittitur enim verus, & proprius in vltimo nocabili ſatis explicatus, quo ſcilicet ratio formalis obiecti non abſtractè, ſed concretè ſumpta, prout ſcilicet ſecundùm totam ſuæ rationis formalis latitudinem, & exiſtentiam actualem in rerum natura ad plures quidditates inuenitur extenſa; ſic enim eas dicitur formaliter, & perfectè continere, eo quod quælibet ex pluribus illis quidditatibus formaliter ſùpta portio quædam ſit actualis intra latitudinem rationis formalis obiecti adæquati formaliter, & actualiter comprehenſa. Iam autem diximus, obiectum ſpeciei habere vnitatẽ formalem hoc modo ſumptam, qui maximè differt à modis enumeratis in argumento. Et ex his alia quædam ſimilia eiuſdem authoris diluuntur argumenta, quæ fruſtra multiplicat.

Secundò: Quælibet vna ratio cognoſcendi poteſt habere aliquem vnum actum intelligendi adæquatum ſibi; ſed iſta ſpecies intelligibilis, quæ ponitur ratio repræſentatiua plurium quidditatum, non poteſt habere aliquem vnum actum adæquatum ſibi; ergo non poteſt dari talis ſpecies. Probat maiorem diffusè, quam concedimus. Minorem autem probat: Quia ſi talis actus poſſet huiuſmodi ſpeciei adæquari, deberet illi æquari intenſiuè, aut extenſiuè; ſed neutrum eſt poſsibile; ergo. Probat minorem quo ad priorem partem: Quia, ſi poſſet æquari intenſiuè, tunc ille actus contineret perfectiones actuum intelligendi illarum pluriũ quidditatum, & ille ſolus eſſet ita perfectus, ſicut omnes ſimul; at conſequens eſt falſum; ergo. Probatur minor; Quia nullus actus intelligendi poteſt continere perfectiones plurium actuum alterius rationis, niſi habeat vnum obiectum, quod virtualiter contineat omnia obiecta illorum actuum, ergo: Probatur antecedens: Quia perfectio actus, & vnitas eſt ab obiecto, ſed nullum datur tale obiectum reſpectu intellectionis Angeli per ſpeciem; ergò. Deinde probat ſecundam partem minoris prædictæ; Quoniam adæquatio extenſiua non poteſt fieri per plures actus; quia tot ſimul eſſent actus in intellectu angelico, quot eſſent quidditates per illam ſpeciem angelicam repræſentatæ; Nec per vnum actum ob duas cauſas; Prima eſt: quia tunc idem actus haberet plura obiecta diſtincta ſpecie æquè prima; nam illæ quidditates non haberent ordinem inter ſe, quia ſunt diſperatæ, nec aliquo ordine repræſentarentur, ſed æquè primò; quia nulla eſt ratio, ob quam hæc priùs, illa poſterius repræſentetur; at implicat, eundem actũ ſpecie, & numero habere plura obiecta diſtincta ſpecie æquè prima; quia tunc idem actus numero eſſet ſub diuerſis ſpeciebus. Secũda cauſa eſt; Quia tunc Angelus ſimul intelligeret plura per modum plurium. Probatur ſequela: Quia tot quidditates nullum ordinem inter ſe habentes, nec in aliquo obiecto perfectè cõtentas ſimul vnico actu diſtinctè, & ſubproprijs rationibus conciperet: at Thomiſtæ negant, Angelum poſſe plura per modum plurium ſimul intelligere.

Huic argumento reſpondet Molina, & negat maiorem; quia ſequeretur, Angelũ poſſe actu cognoſcere infinita: cum vnaquæque ſpecies Angelorum repræſentet infinita individua, & infinita accidentia, quod nulla ratione eſt concedendum; quia potentia finita, quæ non cognoſcit obiecta in aliquo vno obiecto primario, in quo reliqua virtute contineantur, percipere nequit ſimul infinita. Molinæ reſponſio.

Sed maiorem illam probat Rada, & in quæſt. 57. art. 2. declarat Caietanus, & alij, poſſe infinita ſingularia per vnam ſpeciem ab Angelo cognoſci, quamuis id non ſit neceſſe; quia numquam infinita ſimul eſſe poſſunt. Affirmat tamẽ S. D. in quæſt. de Anima, art. 18. ad 3. & de Verit. quæſt. 20. art. 4. ad primum, Angelum per vnam ſpeciem intelligere infinitas ſpecies numerorum, & figurarum; quo fit, vt ſpecies illa ſit infinita, non ſimpliciter, ſed ſecundũ quid, prout ſcilicet infinita vnius determinati generis repreſentat. Sed de hoc infra diſſeremus vberius. Videnda ſunt etiam, quæ de hac difficultate ſcribunt hìc Bannes, Zumellus, & Vaſquez. cõfutatio Rada. Caietani. S. Thom. Bannes. Zumellus Vaſquez.

Reſpondetur igitur, falſam eſſe minorem. Ad eius probationem negatur minor quo ad vtramq; partem. Ad probationem primæ partis negatur falſitas conſequentis, loquendo de continere eminenter eo modo, quo ea, quæ ſuperioris ſunt ordinis, continent eminenter ea, quæ ſunt inferioris ordinis: Hæc enim continentia nihil aliud dicit, niſi perfectionem inferioris formalem in ſuperioris ordinis forma reperiri ſub altiori gradu, ſiue modo, quàm ſit in inferiori, non autem in ea contineri ſecundùm perfectam rationem cauſalitatis, ſicut in Deo perfectiones vniuerſæ creatæ continentur. Vera ſolutio.

Ad probationem negatur antecedẽs: ſufficit enim formalis continentia ſuperius explicata obiectorum plurium actuum in obiecto illius vnius actus adæquato: præſertim cum ſpecies non fuerint acquiſitæ, ſed infuſæ prius natura, quàm exiſterent obiecta repræſentata. Et ex his confutatur etiam probatio antecedentis: Vnitas enim, & perfectio actus dependet ab vnitate, & perfectione obiecti, quod eſt formaliter vnum: & perfectè plura continet modo dicto. Ad probationem ſecundæ partis dico, adæquationem extenſiuam fieri per vnum actum. Ad primam obiectionem dico, nullam eſſe conſequentiam; nam, licèt illæ quidditates non haberent ordinem in eſſe, nec in repræſentari, continerentur tamẽ ſub vna communi, & per ſe primò, ac adæquata ratione obiecti ipſius ſpeciei, & ideo vnum tãtum formaliter illius actus eſſet obiectũ; Et ex hoc etiam tollitur ſecundum; nam plures illæ quidditates in vno perfectè continentur obiecto, vt ante diximus, & ideò per vnam ſpeciem Angelus intelligẽs plures quidditates, plura cognoſcit, non per modum plurium, ſed per modum vnius. Aliæ eiuſdem authoris inſtantiæ, & argumenta ac rem verberant. Quamuis autem ſpecies Angelica plures

Digitized by Google

plures repræsentet simul quidditates, quia tamen illius visu libere subest ipsius Angeli voluntatis arbitrio, non est necesse Angelum per eam speciem intelligentem omnes semper in ea repræsentatas quidditates intelligere, sed pro sua libertate potest, vel simul omnes, vel vnã duntaxat, quam voluerit, intelligere, vt benè docet Ferrariensis secundo cont. gent. cap. 101. & per hoc soluitur vltimum eiusdem authoris argumentum. Ferrarien.

Contra secundam conclusionem argumentatur Zumellus. Primò: Si ratio generica secundùm se deberet esse adæquata ratio obiecti, necessarium esset, vt species intelligibilis habens pro obiecto adæquato illam rationem genericam repræsentaret omnes alias eiusdé generis; hoc autem est falsum, ergo. Probatur sequela: Quoniam adæquatũ obiectum esset ipsum genus. Falsitas autem consequentis probatur: Quia constat ex primo Posteriorum, vnam scientiam posse considerare duas species sub eadem ratione scibilis, quamuis non consideret genus, vt adæquatum obiectum; quia genus, & species differẽter abstrahunt à materia, vt patet in substantia, quæ abstrahit à materia negatiuè: Duæ verò species Angelorum, quæ species sunt substantiæ, abstrahunt à materia positiuè, & similiter Physica considerat hominem, & equum, & tamen ad Metaphysicam pertinet agere de substantia. Zumellus. Aristot.

Respondetur: Primò: Magnum esse discrimen inter genus absolutè sumptum, & genus, vt est obiectum scientiæ; nam genus absolutè sumptum ad omnes illas species extenditur, quæ per differentias generis per se diuisiuas in esse naturæ constituuntur: at genus, vt est obiectum scientiæ, per rationem formalem scibilis, inquantùm scibile est, limitatur, & secundùm eius extensionem extenditur: exempli gratia, Genus, quod est obiectũ Physicæ, est ens mobile, quatenus mobile est, cuius mutæ per se differentiæ non constituunt speciem aliquam substantialem in esse naturæ; vt patet de ente mobili ab vbi, ad qualitatem, & ad quantitatẽ, terminatiuè sumpto, quod in esse naturæ est vnum per accidens, sed in genere scibilis est vnum per se. Nec Physica considerat differentias, & species corporis, aut entis mobilis, quoad eorũ essentias absolutè (id enim pertinet ad Metaphysicum) sed tantùm sub ratione mobilis nõ abstrahentis à materia sensibili, &c. Secundò dico, Magnam esse deceptionem in argumento; nam aliud est, scientiam omnem, quæ genus aliquod considerat, vt obiectum, species etiam eius omnes considerare, quod verum est modo iam explicato: & aliud est, scientiam omnem, quæ respicit, vt obiectum, aliquam speciem infimam, aut subalternam, eius etiam totum genus considerare; hoc enim est manifestè falsum, vt benè probat argumentũ ex obiecto Physicæ desumptum. Ad argumentum igitur negatur falsitas consequentis. Ad probationem dico, non esse ad propositum; quia non omnis scientia considerans speciem aliquam siue atomam, siue subalternam considerat etiam illius genus secundũ totam eius latitudinem, quamuis è contra scientia considerans vnum aliquod genus obiecti consideret omnes eius species, vt cadũt sub eadem ratione formali scibilitatis. Sic itaque non oportet, vt species Angeli repræsentans vnum aliquod obiectum repræsentet etiam illius genus secundùm totam illius latitudinem, sed satis est, si repræsentet species omnes sub eo contentas, tanquam sub vno genere subalterno.

Secundò producit argumentum commune ex infinitate specierum possibilium sub vno genere, cui plures adhibet responsiones, quas etiam afferunt Bannes, & Vasquez. Bannes. Vasquez.

Contra eandem conclusionem argumentatur Vasquez: Visus habet pro obiecto colorem, & lucem, quæ non conueniunt in vna ratione adæquata, & vniuoca, ergo non oportet, vt vna species habeat vnum obiectum adæquatum secundùm aliquam rationem vniuocam.

Respondetur, falsum esse antecedens; conueniũt enim in vna ratione obiecti, vt obiectum est; lux enim, & color sub vna ratione visibilis attingũtur à visu, adeo, vt non solùm ratio sub qua, sed eo ratio, quæ attingitur, sit vna; conueniunt enim in vna ratione visibilis, quamuis non eodem modo, vt supra diximus ex D. Thoma de Verit. qu. 8. art. 14. ad sextum, & Caietanus aduertit supra quæst. prima, art. 3. Neque dicimus nos, rationem illam obiecti, quæ attingitur, debere esse vniuocam, aut genericã, stricte loquendo de genere; sufficit enim vnitas analogica, vt patet in obiecto nostri intellectus adæquato, & in obiecto diuinæ potẽtiæ, quod est ens, inquantùm ens, quod per se primò formaliter attingitur, & eo mediante particulares essendi modi. S. Thom. Caiet.

Contra eandem conclusionem argumentatur Albertinus. Primò: Differentiæ nec formaliter, nec eminenter cõtineri possunt in genere; ergo species æquè primò debet repræsentare differentias specificas. Probatur antecedens: Nam alioquin deberet genus esse, vel æquè perfectum, vel perfectius ipsis differentijs, & tamen differentiæ sunt perfectiores genere. Albertin.

Respondetur, falsum esse antecedens, loquendo de genere, prout secundùm totam latitudinem suæ rationis formalis est in speciebus singulis actu distributum; sic enim generis perfectio, veluti quoddam totum, specierum singularum perfectiones formaliter, & actu continet, vt eius partes. Ad probationem dico, genus sic sumptum perfectius esse differentijs, sicut totum sui partibus.

Secundò: Sequeretur, quod Angelus superior p substantiam suam cognosceret inferiora naturalia, & immaterialia, quod est impossibile. Probatur sequela: Nam substantia sua repræsentat gen. proximum, & remotum, in quo cõueniunt inferiora, illudq; perfectè penetrat; ergo. Probatur hoc antecedens. Nam cognoscit differentiam perfectam contrahentem illud, qualis est ima, quæ est perfectior omnibus differẽtijs inferioribus: ergo.

Respondetur, nullam esse consequentiam. Ad probationem negatur antecedens, loquendo de genere, prout secundum totam eius latitudinem est in spe-

Digitized by Google

in ſpeciebus actu diſtributum, quamuis tunc Angelus perfectè cognoſcat genus, prout eſt quoddã totum eſſentiale.

Ad probationem negatur conſequentia: Nam ſpecies perfectior non continet formaliter, neque eminenter, ſiue virtualiter ſpecies inferiores eiuſdem generis, aut ipſum genus, prout extenditur ad ſpecies inferiores.

Secunda Controuerſia.

De veritate, & ſenſu concluſionis D. Thomæ, & efficacia probationis. An ſcilicet Angeli ſuperiores intelligant per ſpecies magis vniuerſales, quàm inferiores; & quo ſenſu vera ſit concluſio, & an ſit efficax eius probatio.

Sententiæ Doctorum.

Scotus. SCotus in 2. ſent. diſtin. 3. quæſt. 10. ait, Angelos omnes tam ſuperiores, quàm inferiores non ſolùm ad ſingulas rerum quidditates intelligendas, ſed etiam ad ſingula indiuidua ſingulis ſpeciebus intelligibilibus indigere, vt patet etiam ex eius opinione relata in præcedenti controuerſia.

Rada. Quam ſententiam ſequitur, & tuetur Rada in ſua controu. 9. ſecundæ partis.

Molina. Molina tria dicit. Primum: Opinio D. Thomæ non eſt certa. Secundum: Si opinio D. Thomæ defendenda ſit, dicendum erit cum Ferrarienſi, non quemcumque exceſſum in perfectione eſſe ſatis, vt Angeli ſuperiores intelligant per pauciores, & vniuerſaliores ſpecies, ſed magnus quidam, qualis eſt, qui cernitur inter Angelos diuerſorum ordinum, aut etiam Hierarchiarum. Tertium: facilius adhuc defendetur opinio D. Thomæ, ſi dicamus multos Angelos eſſe eiuſdem ſpeciei.

Caiet. Caietanus hic explicans, & defendens concluſionem S. Thomæ ſatis apertè ſignificat, ſolas animæ noſtræ ſpecies vnius eſſe tantùm quidditatis repræſentatiuas, & quò fuerit altior ſubſtantia ſpiritualis, eo pauciores, & vniuerſaliores habere ſpecies, quæ ſint plurium quidditatum repræſentatiuæ. Quam ſententiam ſequuntur, & tuentur Albertinus, & Ripa.

Albertin. Ripa. Ferrarien. Ferrarienſis in 2. cont. gent. cap. 98. §. *Circa concluſionem*, ait probabilius eſſe, concluſionem D. Thomæ intelligendam eſſe de Angelis ſuperioribus ſecundùm Hierarchiam, vel ordinem, quæ fuit & opinio Aegidij, & Heruei.

Aegidius. Heruæus. Capreolus. Capreolus in 2. ſent. diſt. 3. quæſt. 2. ad quartum Aureoli contra ſeptimam concluſionem ait, non oportere, ſi aliquis Angelus omnia intelligeret per vnam ſpeciem, quod ſuperior eo Angelus intelligeret ſine ſpecie per ſolam ſuam ſubſtantiam, ſed ſolum per vnicam ſpeciem intelligeret eaſdem quidditates ſub pluribus rationibus, quàm inferior, vel intelligeret plures quidditates creabiles à Deo.

Bannes. Bannes partim ſentit cum Caietano, & partim cum Ferrarienſi, dicit enim ſex. Primum: Species infimi Angeli non repræſentat duas, vel plures quidditates, ſed ſingulæ ſpecies eius repræſentant ſingulas naturas, & quidditates cũ omnibus ſuis indiuiduis. Secundum: Vniuerſalitas ſpecierum, quæ ſunt in Angelis infimæ hierarchiæ non attenditur ex repræſentatione plurium, vel pauciorum ſingularium, nec penes plures, vel pauciores rationes de eadem re repræſentatas. Tertium: Si ſermo ſit de ſpeciebus intelligibilibus Angelorum infimæ hierarchiæ repreſentantibus Angelos ſuperiores, dici poteſt, ſpeciem ſuperioris Angeli infimæ hierarchiæ repręſentare plures rationes intelligibiles Angeli ſuperioris hierarchiæ. Quartum: Maior, vel minor vniuerſalitas in ſpeciebus Angelicis non eſt attendenda de facto penes repræſentationem plurium, vel pauciorum quidditatum poſsibilium. Quintò: Quanto Angelus eſt ſuperior, tantò ſpecies intelligibilis eſt in illo vniuerſalior, nõ tamen neceſſe eſt, vt quantò eſt ſuperior ſecundùm rationem quidditatis ſpecificæ, tãtò pauciores ſpecies intelligat, ſed benè poteſt eſſe, vt Angelus ſuperior cum ſpeciebus numero æqualibus intelligat perfectius perfectione vniuerſalitatis ſub ratione ſimpliciori eaſdem res, quas intelligit Angelus inferior: ſicut ſenſus communis ſimplicior eſt, & vniuerſalior ſpecie viſus. Vltimum: Concluſio illa D. Thomæ: *Quo Angelus eſt ſuperior, eo paucioribus ſpeciebus intelligit*, explicanda eſt de ſuperioritate ſaltem ſecundum ordinem, vel hierarchiam. Eandem fere ſententiã ſequitur Peſantius.

Zumel. Zumellus ait, opinionem Ferrarienſis eſſe probabilem, ſed Caietani ſententiam eſſe probabiliorem: in reliquis conuenit cum Bannesio; Nam, & ſi quintum eius dictum in principio reijciat, poſtremò tamen affirmat, illud eſſe probabile.

Vaſquez. Vaſquez diſp. 103. dicit tria. Primum eſt, ſententiam Caietani ratione minimè firma conſtare, & facile poſſe confutari. Secundum eſt, rationem, qua vtitur Ferrarienſis ad ſuam opinionem tuendam, in eum poſſe retorqueri. Tertium eſt, Rem hanc ita eſſe a ſenſu, & ratione hominis remotam, vt nihil certi de illa affirmare poſſimus, non ſolũ certa, aliqua, & manifeſta ratione, ſed neque probabili coniectura.

Reſolutio.

Species Angelorum dici vniuerſaliores in repræſentando, nõ quia plures repræſentent poſsibiles rerũ quidditates, ſed quia plures repræſentant rerum ſpecies actu exiſtentes.

ADuertendum eſt primò, quæſtionem hic eſſe de Angelis à Deo creatis nunc exiſtentibus, ſtante ordine naturis eorum ingenito, non autem de alijs, qui perfectiores, & perfectiones his, qui modo ſunt, vſque in infinitum poſſent à Deo creari; Sic enim alius, & à præſenti longè diuerſus eſſet rerum ordo, & ſubſtantiarum præſertim intellectualium; & conſequẽter etiam de ſpeciebus intelligibilibus eorum mentibus impreſsis eſſet aliter philoſophandum.

Secundò ſupponenda ſunt hic omnia, quæ diximus in præcedenti controuerſia, & ea, quæ nõ minus eruditè, quàm ſubtiliter adnotat Caietanus pro defenſione cõcluſionis, & probationis eiuſdẽ

& circa

& circa reſponſionem ad tertium argumẽtum D. Thomæ, quibus adde doctrinam Ferrarienſis in allegato cap. 96. §. *ex iſtis patet*, vbi eandem reſponſionem declarat, interpretationem Caietani reijciens: ſed vna verè eſt vtriuſque ſententia, & verborum ſola contentio eſt; Nam eſſe ſpeciei quidditatiuum in ipſa repreſentatione conſiſtit, ac proinde loqui de ſpeciei excellentia in eſſendo, eſt loqui de eiuſdem excellentia in repræſentando. Caietani tamen interpretatio ſubtilior, ac planior eſt, & vim diſcurſus in ea reſponſione clauſi declarat apertius.

Ferrarien. Caiet.

Tertiò notandum, triplicem eſſe vniuerſalitatẽ. Prima eſt in cauſando; ſicut dicimus, Deum eſſe vniuerſalem entium cauſam, & primum cœlum vniuerſalem cauſam motuum, & generationum. Secunda eſt in prædicando; quæ ſpeciebus, & generibus, & analogis etiam rationibus conuenit per intellectus noſtri conſiderationem à rebus abſtractis. Tertia eſt in repræſentando: Quæ duplex eſt, altera qua res, ſiue ratio ſola communis, præciſis eius differentijs, ſiue modis ipſam diſtinguentib. repræſentatur; ſicut ſpecies animalis ſolâ animalis naturam abſque differentijs eam diuidentibus intellectui noſtro repræſentat: altera, qua non ſola repreſentatur natura communis, ſed omnes etiam eius differentiæ, ſiue rationes, aut modi nõ minus preſpicuè, quàm, ſi diſtinctis intellectui ſpeciebus offerrentur. Omitto vniuerſalitatẽ in eſſendo chimericam, quam idæis Platonici tribuebant. Quæſtio noſtra eſt de vniuerſalitate ſpecierum in repræſentando diſtinctè naturam aliquam cum omnibus eius differentijs.

Quartò conſiderandam eſt, poſſe quatuor modis ſpeciem dici vniuerſalem in repræſentando diſtinctè. Primo: quia plures in ea relucent quidditates actualiter exiſtentes. Secundò, quia repræſentat plures quidditates non actu productas, ſed tãtum poſsibiles. Tertiò, quia plures repræſentat rerum rationes intrinſecas, aut extrinſecas, naturales, aut ſupernaturales. Quartò, quia naturam ſpecificam repræſentat cum omnibus, aut aliquibus eius indiuiduis. Poſtremò ſecundùm Banneſium dici poteſt ſpecies vniuerſalis, quia ſimplicior eſt, & ſub ratione ſimpliciori repræſentat eaſdem res, quas repræſentat ſpecies Angeli interioris eiuſdẽ ordinis, quo modo ſpecies ſenſus communis dicitur vniuerſalis reſpectu ſpeciei viſus, quoniam vtraque repræſentat albedinem, ſed illa ſimplicius. Verum hic Vniuerſalitatis modus nimis videtur improprius, & à communi ſapientium ſenſu remotus. Nec ſpecies ſenſus communis propter maiorem ſimplicitatem dicuntur vniuerſales, ſed quia diuerſa ſenſibilia ſimul quandoque repræſentant, cum ſcilicet ſenſus communis differentiã cognoſcit inter obiecta diuerſorum ſenſuum, vt inter colorem, & ſonum. Hac diſtinctione præmiſſa, videndum eſt, an dicti omnes vniuerſalitatis modi cuilibet Angelicæ ſpeciei conueniant, & ſecundùm quem modum vna ſpecies Angelica ſit vniuerſalior altera. Et primum quidem vniuerſalitatis modum in præcedenti controuerſia probauimus ſpecies Angelicas ex naturali ſua perfectione ſibi vendicare: & quia ratio ibidem adducta eſt vniuerſalis ad ſpecies omnium ordinum Angelorum, ideo non videntur excipiendæ ſpecies Angelorum infimæ hierarchiæ. Quod non obſcurè ſignificatur in textu; declarans enim S. D. quo ſenſu ſpecies ſuperioris Angeli ſint vniuerſaliores, ait: *Oportet, quod eius formæ ſint vniuerſaliores, quaſi ad plura ſe extendentes vnaquæque earum*. Ex quibus ſic argumẽtor: Aut illa dictio, *plura*, refertur ad indiuidua, aut ad ſpecies rerum poſsibiles, aut ad rationes, ſiue modos plures eidem rei conuenientes, aut ad ſpecies rerum actu productas: ad nullum trium priorum poteſt referri, igitur ſpecies reſpicit actu productas. Maior patet ex ſufficientia diuiſionis. Minoris prima pars probatur: Quia ſpecies quælibet Angeli, etiam omnium infimi omnia ſub natura ſpecifica cõprehenſa repræſentat indiuidua, igitur in eorum repræſentatione vna non eſt vniuerſalior altera. Reliquas duas partes ſtatim dicenda cõprobabunt. Sed dices. D. Thomam hic loqui de Angelis ſuperioribus tantùm ſecundùm ordinem, vel hierarchiam, non autem quo ad ſolam ſpecificam differentiam. At facilè reijcitur hæc ſolutio. Primò: Quia nullum habet in littera fundamentum; nulla namque fit hic ordinis, aut hierarchiæ diſtinctio. Secundò: Quoniam ex gradibus eſſentialibus Angelicæ naturæ ſimpliciter, ſecũdùm quos vnus altero Deo proximior eſt, tota vis argumenti dependet, quo probatur concluſio, non autem ex tali, vel tanta graduum differẽtia. Tertiò: Quia S. D. in 2. cont. gent. comparans intellectum noſtrũ omnibus ſubſtantiarum ſeparatarum intellectib. ita loquitur: *Intellectus autem noſter, quia infimum gradum tenet in ſubſtantijs intellectualibus, adeò particulatas ſimilitudines requirit, quod vnicuique cognoſcibili proprio oportet reſpondere propriam ſimilitudinem in ipſo; vnde per ſimilitudinem animalis non cognoſcit rationale, & per conſequens, nec hominem, niſi ſecundum quid. Similitudo autem intelligibilis, quæ eſt in ſubſtantia ſeparata, eſt vniuerſalioris virtutis ad plura repræſentanda ſufficiens, & ideo non facit imperfectiorem cognitionem, ſed perfectiorem; eſt enim vniuerſalis virtute ad modum formæ agentis in cauſa vniuerſali, quæ, quantò fuerit vniuerſalior, tantò ad plura ſe extendit, & efficatius producit*. Per *ſimilitudinem igitur vnam cognoſcit, & animal, & differentias animalis, aut etiam vniuerſaliori modo, & certiori ſecundùm ordinem ſubſtantiarum prædictarum*. Hæc ibi S. Doct. quibus verbis apertè ſignificat, ſolam humanæ mentis ſpeciem intelligibilem vnius eſſe tantùm quidditatis repræſentatiuam, eo quod infimum inter ſubſtantias intellectuales fuerit ſortita gradum, quamlibet autem ſubſtantiæ ſeparatæ ſpeciẽ intelligibilem plures ex ſui natura ſpecies ſub vno aliquo genere comprehenſas repræſentare. Colligitur hæc eadem veritas ex diſcurſu eiuſdem S. D. de Verit. quæſt. 8. art. 10. ad tertium. Obijcies forſaſſe verba D. Thomæ in eadem quæſt. art. 14. dicentis, quemlibet Angelum per eandem formam multa ſimul intelligere, ad minus, omnia ſingularia vnius ſpeciei, ſed per hæc verba nihil aliud inte-

Banneſij opinio.

Obiectio.

Solutio.

Obiectio ſoluitur.

Digitized by Google

tendit, niſi multa poſſe ſimul Angelum intelligere, ſiue ſint ſpecies, ſiue numero ſolo differentia; ſic.n. propoſito ibi quæſito ratisfacit, an ſcilicet Angeli ſimul multa cognoſcant: an autem illa multa ſpecie, vel numero ſol- diſtinguantur, impertinēs eſt, & mere per accidens reſpectu quæſiti, & concluſionis illius a ticuli.

Secundum autem vniuerſalitatis modum negant Thomiſtæ communiter, & alij recentiores Angelicæ ſpeciei conuenire, quod ſcilicet poſsibiles aliquas repreſentet rerum quidditates.

Ad cuius euidentiam ſcito, aliud eſſe loqui de Angelis à Deo creatis, & ordine naturis eorū ingenito, & aliud eſſe loqui de Angelis, qui præter hucrerum ordinem poſſunt à Deo creari. Nam, vt hic recentiores aduertunt, perfectio cognitionis Angelicæ plena conſiſtit in intelligentia naturarum ad ordinem Vniuerſi pertinentium; vt enim ait Auguſtinus lib. 10. ſuper Geneſim ad litteram, cap. 8. res à Deo creatæ priùs conditæ ſunt in ipſa cognitione Angelorum, quia ſcilicet rerum ſpecies intelligibiles inditæ fuerunt mentibus Angelorū priùs natura, quam ſecundum propriū eſse res ipſe ſubſiſterent: rerum igitur tantum nunc exiſtentium ſpecies cognitioni debentur Angelorum. Et confirmatur: Quia ſpecies Angelorum ſunt quædam naturales proprietates ex eorum eſſentia dimanantes, ac proinde, ſicut Angelorū eſſentiæ, ſic & eorum ſpecies intelligibiles factæ ſunt huic vniuerſo naturaliter proportionatæ, non autem creaturis per Dei potentiam abſolutam produci poſsibilibus; proportio verò tota ſpeciei in obiecti diſtincta, perfectaq; repræſentatione conſiſtit.

Auguſt.

Species Angelorum non idèò ſolum dici vniuerſaliores, quia plures rerum rationes, aut individua repræſentent.

TErtius vniuerſalitatis modus videtur non diſplicuiſſe Capreolo propter verba D. Thom. de Verit. quæſt. 8. art. 11. ad ſecundùm vbi ait, ſpecies intellectus Angelici ſuperioris dici magis vniuerſales, non ſolum quia plurium rerum cognitionem cauſant, ſed quia per pauciores formas ſuperior Angelus ad eadem cognoſcenda perficitur, & etiam ad perfectius cognoſcendum, quia nimirū ſuperior Angelus plures etiam rationes ex eiſdem rebus intelligit. Sed quid nomine rationum intelligat S. D. explicat in eadem quæſt. art. 4. ad primū dicens: *Non oportet, quod Angelus ſciens rem aliquā ſciat omnes rationes intelligibiles de ipſa, et ſi fortè ſciat omnes naturales proprietates, quæ comprehenſione eſſentiæ cognoſcuntur, non tamen ſcit eas ſecundùm omnes rationes, quibus ſubſtat ordinis diuinæ prouidentiæ, qua vna res ordinatur ad varios euentus; & de his rationibus Angeli inferiores à ſuperioribus, vel ſupremis illuminantur.* Hæc ibi. Ex quibus patet Primò mentē D. Thom. non eſſe, ſpecies intelligibiles ſuperiorū Angelorum eſſe vniuerſaliores ob eā præcisè cauſam, quod plures rationes de eadem re cognita repræſentēt, ſed ex duplici cauſa ſimul iunctā, quia videlicet plurium rerum cognitionem cauſant, & plures etiam rationes Angelus ex eiſdem rebus intelligit. Secundò patet, D. Thomam loqui de rationibus tantùm ſupernaturalibus, vt patet ex vltimis verbis. Ad rationes autem ſupernaturales intelligendas non infunditur Angelis nouæ ſpecies, ſed præexiſtentibus ſpeciebus nouum additur lumen ſupernaturale, quo vigoratur intellectus, & ſpecies vna, vel plures ſimul intellectus Angelici vim accipiunt repræſentandi rationes diuinitus reuelatas. Quamuis etiam congruè dici poſsit, ibi ſermonem eſſe de rationibus naturalibus rei conuenientibus in ordine ad diuinam prouidentiam naturalem, ideſt qua rebus prouidet, aut prouidere poteſt ſecundum legem, & ordinem ſingulis Vniuerſi partibus definitum; hanc enim legem, & ordinem, & rationes eius, prout ab æternis dependet rationibus Prouiſoris, Angelus ille perfectius intelligit, qui Deum naturali cognitione perſpicacius intuetur; igitur, quo fuerit Angeli natura ſublimior, eo plures rerum rationes, prout ex ordine diuinæ prouidentiæ procedunt, poterit intueri. Neque Capreolus de ſpeciebus vniuerſalioribus loquebatur in alio ſenſu, nec rationum vocabulū apud eum alias, quàm ſupernaturales rerum rationes, aut naturales modo iam declarato ſignificat, nec de Angelis exiſtentibus, ſed produci poſsibilibus loquebatur. Quare fruſtra laborant recentiores contra Capreolum, & eius opinionem minus fideliter referunt. Et quia probabile eſt, Angelum inferiorem ſecundum hierarchiam non comprehendere ſuperiorem, congruè dici poteſt, ſpeciem intelligibilem, qua Angeli infimæ hierarchię intelligunt Angelum ſupremæ hierarchiæ, plures rationes intelligibiles ordinis naturalis repræſentare Angelo ſupremo infimæ hierarchiæ, quam repræſentet infimo eiuſdem infimæ hierarchiæ.

Capreol. S. Thom.

Iam verò quartum vniuerſalitatis modum præciſè ſumptum nullius nunc exiſtentis Angeli ſpeciebus conuenire ſecundum mentem Angelici noſtri Doctoris ſatis perſpicuè patet ex eius doctrina ſupra notata, quæ etiam eſt ſententia Philoſophi & Commentatoris in 12. Metaphyſ. tex. 40. vt ſubtiliter probat ibi Soncinas, quæſt. ſua 60. Non ſunt igitur ſpecies Angelorum etiam infimi ordinis ea tantùm ratione vniuerſales, quod naturam ſpecificam ſimul, & eius individua repræſentent, ſed etiam quia per quamlibet earum quilibet Angelus plures rerum materialium intelligit quidditates. Ita enim congruere videtur Angelicæ naturæ gradus dignitatis, qui non ſolum eam ab anima morali corpori copulata diſtinguat, ſed etiam ab ea penitus à corpore ſeparata; cui ſic ſubſiſtēti tributur individua per ſpeciem quidditatis multa cognoſcere: Nam, quod Angelica ſpecies, vniuerſa ſub communi natura concreta repræſentet naturaliter individua, non ſatis Angelicæ mētis ſpeciem ab anima rationali ſeparatæ ſpecie diſtinguit; Oportet enim proportionaliter ſpeciem à ſpecie, & naturam à natura diſtinguiri vt quanto nobilitatis excellu natura præcellit naturam, tanto ſpecies ſit intelligibili ſpecie præſtantior; eſt autē longè minor diſtantia dignitatis inter ſpecies, quæ-

Ariſt. Auerroes. Soncin.

quarum vna cuncta naturaliter individua repræ-
A sentet, altera verò solum aliqua per quasdam ad singula determinationes offerat intellectui, quàm sit inter animam nostram separatam, & Angelum etiam infimæ hierarchiæ, vt facilè patet vtriusque rationes, modos, proprietates, & conditiones consideranti. His adde secundùm probabilem philosophorum sententiam cœlestes sphæras, esse animatas anima intelligente. Huius igitur speciei erunt mediæ inter species animæ nostræ separatæ, & species infimi Angeli, ita, vt eas excellant, ab his verò deficiant: Constat autem, supra gradum repræsentationis aliquorum individuorum modo prædicto, qui conuenit speciebus animæ nostræ separatæ, alium nobiliorem, & immediatum repræsentationis gradù esse non posse, nisi eum, qui species conuenit intelligibili vniuersa naturaliter individua naturæ specificæ repræsentanti: Non est igitur hic modus infimæ substantiæ spirituali, & multò minus toti infimo ordini, vel etiam hierarchiæ tribuendus, sed animæ cœli, probabilem illâ opinionem admittendo.

Quomodo superior Angelus creabilia à Deo vsque in infinitum intelligat per pauciores species.

POstremò de speciebus Angeli supremi, & aliorum etiam eo nobiliorum à Deo producibilium pauca summa cum breuitate dicenda sunt.
B Thom. Ac primò certum est secundùm D. Thomam in 2. cont. gent. cap. 98. nullum Angelum comprehendere totum ens, nisi per plures similitudines, quia similitudo totius entis esse non potest, nisi natura simpliciter infinita, quæ non determinatur ad aliquam speciem, vel genus entis, sed est vniuersale principium, & virtus activa totius entis, qualis est sola virtus diuina: vt ibidem ait S. Doct. igitur primus Angelus plures habet necessariò similitudines, siue species, & ad minus, duas, scilicet essentiã suam, qua seipsum, & Deum cognoscit, & speciem aliam inditam, qua cæteras inferiores creaturas intelligat. Secundò constat apud eundem S. D. in sequenti quæst. art. 2. ad quartum, si Deus nouam aliquam creaturam, ac præsertim Angelum supremo nûc existente nobiliorem adiungeret vniuerso, speciem eius repræsentatiuam singulorum Angelorum mentibus additurum. Ex quo sequitur, in Angelo illo nobiliori de nouo producto pauciores esse futuras species intelligibiles, quàm in Angelo, qui nunc supremus est, qui iam non duas tantùm, sed tres haberet species, quibus intelligeret: qui verò de nouo crearetur, duas tantùm haberet, scilicet essentiam suam, & speciem superadditam cætera simul omnia distinctè repræsentantem. Et ita dicendum est de alio, & alio nobiliori vsque in infinitum à Deo producibili; pauciores enim semper essent species intelligibiles in Angelo de nouo producto, non per minorationem dualitatis specierum in ipso, sed per additionem pluralitatis in
Cai. t. inferioribus, vt inquit Caietanus; Nullus enim Angelus inferior potest vnica specie plures Angelos superiores intelligere; cũ etiam, vt ante diximus, sit probabilis eorum opinio, qui dicunt, Angelum
A inferiorem non comprehendere superiorem. In qua re satis apertè defecit Zumellus, quæstione ad hûc articulum secunda, sibi minimè constans; prius enim reijcit, deinde complectitur sententiam Caietani. Zumellus incõstans.

Conclusiones deductæ, & probatæ.

PRima conclusio: Species Angelorum nunc existentium non ideò sunt vniuersales, aut magis, vel minus vniuersales, quia plures, aut pauciores repræsentent rerum possibilium quidditates.

Secunda conclusio: Species Angelorũ, non ideò sunt magis, aut minus vniuersales, quia plures,
B aut pauciores de eadem re rationes repræsentent; quamuis probabile sit, supremum Angelum infimæ hierarchiæ plures rationes intelligere de Angelo supremæ hierarchiæ, quàm infimus cognoscat infimæ hierarchiæ. Hanc conclusionem probant Bannes, & Zumellus. Bannes. Zumellus

Tertia conclusio: Nulla species Angelica etiam infimi Angeli solam specificam naturam repræsentat cum individuis, ita vt ob eam causam præcisè dicatur vniuersalis, quod naturam, & eius individua repræsentet.

Quarta conclusio: Quælibet Angelica species dicitur vniuersalis, quia plures rerum existẽtium
C quidditates repræsentat. Hæc sequitur ex præcedenti.

Quinta conclusio: Illa propositio, quæ est conclusio præsentis articuli: *Quanto Angeli sunt superiores, tanto per vniuersaliores, & pauciores species intelligunt*: verissima est, & non est limitanda ad Angelos superiores secundùm hierarchiam, vel ordinem, sed absolutè sumenda est.

Sexta conclusio: Eadem propositio vera est nõ tantùm de Angelis à Deo creatis, sed etiam de creabilibus à Deo vsque in infinitum.

Vltima conclusio: Sanct. Doct. efficaciter probat conclusionem.

D *Argumenta, & solutiones.*

COntra secundam conclusionem adduci posset authoritas D. Thomæ, sed eius sensum satis explicauimus.

Contra tertiam conclusionem argumentatur Bannes, & Zumellus: Cognitio infimi Angeli habet infimum gradum vniuersalitatis, qui potest competere Angelis; ergo fit per species, quæ sunt in infimo gradu vniuersalitatis, qui potest competere Angelis, sed huiusmodi species sunt illæ, quæ adæquatè repræsentant naturam specificam, & omnia illius individua: ergo: Minor declaratur:
E Quia species animæ separatæ aliqua tantùm individua repræsentant, ea nimirum, ad quę fuerit species, vel anima ipsa determinata eo modo, quem explicat S. Thomas infra quæst. 89. ar. 4. at species Angeli etiam infimi ex sui natura determinata est ad repræsentandum distinctè, & quidditatem, & omnia alia individua existentia. Et confirmatur argumentum: Quia in Angelis inferioribus, etiam in infimo sufficit ponere species, quæ sui natura sunt vniuersaliores speciebus intelligibilibus, quę Bannes. Zumellus

sunt

ſunt in humano intellectu: ſed ſpecies, quæ repræſentant adæquatè aliquam naturam ſpecificam, & omnia eius indiuidua exiſtentia diſtinctè, ex ſua natura ſunt vniuerſaliores ſpeciebus humanis intelligibilibus: ergo ſufficit eas tales ſpecies in infimo Angelo ponere, atque ita ſupremum infimi attingere infimum ſupremi.

Reſpondetur, falſam eſſe minorem, loquendo de Angelis, & eorum ſpeciebus ſecundùm ordinē à Deo naturis eorum inditum: Nam, vt ante diximus, ſatis probabile eſt, cęleſtia corpora eſſe animata anima intelligente: Certum eſt autem, tali animæ deberi ſpecies nobiliores, & vniuerſaliores, quàm ſint ſpecies animæ ſeparatæ: Non enim acquireret ſcientiam à rebus, ſed eam haberet infuſam, & non niſi per ſpecies naturam, & eius indiuidua repręſentantes; eo quod ſenſuum eſſet expers, quibus poſſunt cognoſci ſingularia, & ex eorum notitia communis naturæ ſcientia generari: Quod ſi dicas, Angelum poſſe à Deo creari, cui talis debeatur ſpecies, dicam ego, poſſe etiam animam à Deo creari, quæ ſit naturaliter forma corporis incorruptibilis omni ſentiendi facultate carentis; atque ideò ſpecies infuſas ſibi naturaliter vendicantis, quę naturam, & eius indiuidua repręſentent, & hic erit ſupremus ſpecierum gradus, qui poſſit ſubſtantiæ intellectuali corpori copulatæ conuenire, ſupra quas immediatè conſtituendę ſunt illæ, quæ ſingulæ plures rerum, quidditates repræſentant: hæ verò ſunt ſpecies inditæ mentib. Angelorum. Et ex his habetur etiam reſponſio ad eiuſdem minoris declarationem, & ad argumenti confirmationem.

Obiectio ſolu.

Contra quartam concluſionem ſunt argumenta relata, & ſoluta in præcedenti controuerſia.

Bannes. Zumellus Melch. cānus.

Contra quintam concluſionem argumentantur Bannes, & Zumellus, argumento Melchioris Cani; Omnia animalia, quamuis ſpecie differant, cognoſcunt per eaſdem potentias, & virtutes, & non conſtituimus vniuerſaliores ſpecies ſenſitiuas in animali perfectiori, quàm in animali imperfectiori; Ergo non erit inconueniens in Angelis diſtinctarum quidditatum eſſe ſpecies eiuſdem rationis, & cognitionem eiuſdem rationis, quamuis in ſuperioribus Angelis ſit magis diſtincta cognitio; ſicut etiam in perfectiori animali eſt ſenſatio magis diſtincta.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam: Quia vniuerſalitas repugnat cuilibet ſpeciei ſenſitiuæ, quæ non eſt infuſa, ſed ab ipſa re ſenſibili eſt accepta; & ideo ſimilitudo eſt per ſe, & eſſentialiter ſingularis, vt ſingulare eſt; licet ſenſus communis, & phantaſia modum quendam habeant vniuerſalitatis, plura quandoque ſenſibilia ſimul, vt partes vnius integri ſenſibilis intuendo. Secundò dico, omnibus animalibus datos eſſe ſenſus à natura, propter vitæ conſeruationem, ad quam ordinantur in omnibus animalibus operationes eiuſdem rationis: Angelis verò datus eſt intellectus, & ſpecies propter cognitionem, quæ eſt eorū ſuprema perfectio; & ideo debuerunt ſuperioribus Angelis infundi ſpecies magis vniuerſales.

A Contra eandem concluſionem argumentatur Molina ex eodem exemplo, ſiue ſimili. Animalia, quo perfectiora ſunt, eo plures habent ſenſus, & tamen non quicumque exceſſus in perfectione eſt in cauſa, quod habeant plures ſenſus, ſed certus, & determinatus: ergo non quicunque exceſſus in perfectione ſatis eſt, vt Angeli intelligant per pauciores, & vniuerſaliores ſpecies, ſed magnus quidā, qualis eſt, qui cernitur inter Angelos diuerſorum ordinum, aut etiam hierarchiarum. Antecedens probatur: quia multa ſunt animalia inæqualia in perfectione, quæ totidem habent ſenſus. Molina

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam: Quia virtutes animalium ſenſitiuæ datæ ſunt illis à natura, vt mediis earum actibus vitæ, ſibi neceſſaria compararent, concurrentibus etiam cęteris potentijs ad eas conſequendas, & illis ſubordinatis, ſ. appetitu, & virtute motiua: & quoniam eadem eſt animalium omnium irrationalium perfectorum neceſſitas, ideò datæ ſunt omnibus potentiæ ſenſitiuæ eiuſdem rationis, & numeri: Et quoniam animal rationale, quod eſt homo, ad vitę ſuę regimē, quod oportet eſſe naturę rationali conforme, altioribus eget potentijs, quę ſunt intellectus, & voluntas, idcircò præter ſenſus accipit homo duas has virtutes omnium nobiliſsimas. At verò ſpecies intelligibiles ad cognitionem, & beatitudinē conſequendam, vt vltimum finem ordinatur, non autem ad vitam Angelorum naturalem per earū actus conſeruandam: & ideo iuxta naturarū gradus debuit eſſe maior, aut minor ſpecierum nobilitas: quam ſupra diximus ſecundum quidditatū plurium, aut pauciorum repręſentationem eſſe cōſiderandam. B C

Secundò ſic arguit: Exceſſus luminis gloriæ nō quicunque, ſed certus, & determinatus pro qualitate eorum, quę videnda ſunt, efficit, vt plura videantur in verbo; Ergo magnus tantùm inter Angelos exceſſus efficiet, vt Angeli perfectiores intelligant per ſpecies vniuerſaliores.

Reſpondetur, exceſſum Angeli ſecundum differentiam eſſentialem eſſe notabilem, & magnum exceſſum, & ideò poſtulare ſpecies vniuerſaliores in repręſentando. D

Rada

Contra eandem, & ſextam etiam concluſionem argumentatur Rada. Primò: Si Angelus quantò ſuperior, tantò per pauciores ſpecies intelligit, fieri poterit, vt aliquis Angelus intelligat omnia per ſuam eſſentiam: at hoc eſt impoſsibile; ergo. Probatur ſequela maioris: Ponamus Deum creaſſe, vel creare vnum Angelum, qui per ſuam eſſentiā, & vnam ſpeciem intelligat omnia; ergo, ſi Deus crearet alium Angelum ſuperiorem, ille intelligeret omnia per ſuam eſſentiam. Patet conſequētia: Quia debet intelligere per pauciores ſpecies, quā ille, qui intelligit omnia per ſuam eſſentiam, & vnam ſpeciem, quod fieri nequit, niſi conſtituam', ipſum intelligere omnia per ſuam eſſentiam, vel per ſolam vnam ſpeciem, eſſentia ſeclusa: ſed hoc ſecundùm dari non poteſt, quia Angelus ſeipſum cognoſcit per ſuam eſſentiam: ergo: Primum conſtituendum eſt, ſcilicet Angelum intelligere omnia E

nia per ſuam eſſentiam, quod implicat. Eodem fere argumento vtitur Valent.

Valentia.

Caietanus. Reſpondet Caietanus huic argumento, quod ipſe fecerat, tunc Angelum, qui nunc ſupremus eſt, habiturum tres ſpecies; quoniam adderetur ei ſpecies repræſentans Angelum nouiter creatum: qui per duas tantùm intelliget, vt ſupra diximus in vltimo notabili.

Rada inſtantia. Sed inſtat Rada: Primò: Quia Thomiſtæ fatentur, vnam ſpeciem intelligibilem repræſentantem naturam genericam poſſe repreſentare omnes ſpecies ſub ea contentas etiam non actu exiſtentes, dummodo in actu fiant; ergò pariter ſpecies Angelo, qui nunc eſt ſupremus, conceſſa, poterit repræſentare omnes naturas ſpecificas ſub aliquo genere ſaltem immediato contentas, ſub quo contineri poterit Angelus ſuperior eo, qui nunc eſt ſupremus; quem poterit repræſentare, ſi à Deo fiat: ergò non eſt neceſſe multiplicare in eo ſpeciem intelligibilem, per quam illum cognoſcat.

Secundò: Si illa multiplicatio ſpecierum eſt neceſſaria, ergò in quolibet Angelo inferiori eſt conſtituenda ſpecies propria reſpectu Angeli eo ſuperioris, & ita Angelus inferior ſupremæ hierarchiæ habebit quaſi innumeras ſpecies, tot ſcilicet, quot ſunt Angeli ſuprema hierarchia.

Tertiò: Poteſt Deus Angelo nunc ſupremò communicare ſpeciem, quę Angelum eo ſuperiorem repræſentet, ſi creetur: ergò ſaltem illa ſpeciei multiplicatio non eſt abſolutè neceſſaria etiam Angelo ſuperiore creato.

Reſpondetur ad primum, nullam eſſe cuius ratio eſt; quia bene poteſt per vnam ſpeciem excellentem repreſentari totum aliquod genus inferioris ordinis, tum omnibus eius ſpeciebus; non tamen poterunt per vnam ſpeciem inferioris ordinis repreſentari plures naturæ ſpecificæ ſuperioris ordinis: implicat enim contradictionem eſſe ſpeciem inferioris ordinis, & repreſentarè plura ſuperioris: Quia ratio, quòd vna ſpecies plura ſimul repreſentat actu eſt eius excellentia reſpectu repreſentatorum intelligibilium, & ſpecierum eius adæquatarum conſequentiam, quoniam ſpecies Angeli nunc ſupremi, qua cognoſcit Angelos omnes inferiores, & corporearum etiam rerum naturas, non adæquat abſolutè naturam Angelicã, ſed ſpecies reſpicit tantùm exiſtentes.

Ad ſecundum dico, mirum non eſſe, tantam ineſſe cuilibet ex inferioribus Angelis ſpecierum multitudinem, ſicut mirum non eſt, eſſe numerum Angelorum immenſum, qui rerum omnium materialium ſpecificam ſuperet multitudinem, & numerum omnium hominum præſentium, futurorũ, & præteritorum.

Ad tertium dico, per abſolutam Dei potentiam id effici poſſe, nos autem hic loquimur de Angelis, & ſpeciebus ſecundum ordinem à Deo naturis eorum ingenitum.

Vaſquez. Eandem Caietani ſolutionem impugnat Vaſquez plurimis verbis, nullius afferens efficacitatis argumenta, ſed ea repetens, quibus plenè Caietanus, & alij ſatisfecerant. Præcipuum eius argumentum eſt: ſi Angelus, qui nunc eſt ſupremus, cognoſcit omnia ſibi inferiora tàm ſpiritualia, quàm corporalia per vnicam ſpeciem, & creato ſuperiori Angelo ſolùm ei adderetur noua ſpecies, vt ſuperiorem illum intelligeret, ergò eadem ratione de reliquis, qui nunc ſunt, dicere debemus, eos vnica tantùm ſpecie intelligere tam corporalia omnia, quàm ſpiritualia ſibi inferiora, & ſpecies in ipſis ſolùm multiplicari, vt ſuperiora cognoſcant; ergo, quo aliquis ſuperior eſt, non intelligit res materiales, & ſpirituales inferiores per pauciores ſpecies; ſicut hæc opinio aſtruere videtur, vt in hoc ſuperior Angelus magis Deo aſſimiletur. Quod ſi reſpectu harum rerum non oporteat aſſignare ſuperiori Angelo pauciores ſpecies, nec reſpectu aliarum oportebit.

Reſpondetur Primò: Neque Caietanũ, neq; nos ſimpliciter affirmare, ſupremum Angelum, qui nunc eſt, per vnam tantùm ſpeciem intelligibilem præter eius eſſentiam vniuerſa cognoſcere: Sed, cum argumentum à Caietano productum ad rei difficultatem euidẽtius indicandam ſupponeret, Angelum nunc ſupremum omnia intelligere per duas ſpecies, ſ. per eſſentiam ſuam, & per vnam aliam ſuperadditam, data quamuis non conceſſa dicta ſuppoſitione, diluit argumentum; nam, ſiuè per vnam, ſiue per duas, vel decem, aut cẽtum ſpecies intelligat Angelus nunc creatus, certum eſt, poſſe Deum Angelum creare, qui per pauciores ſemper ſpecies intelligat, quamuis numquam deueniri poſſit ad eum, qui per eſſentiam ſuam vniuerſa cognoſcat.

Secundò, dico propoſitionem illam. *Quantò Angelus eſt ſuperior, tantò per pauciores, & vniuerſaliores ſpecies intelligit*, intelligendam eſſe de paucitate ſpecierum ſecundum totam latitudinem obiectorum cognitorũ; ita vt, quò Angelus eſt ſuperior, eò habeat pauciores ſpecies reſpectu omniũ cognitorũ ab ipſo; Quia, licèt Angelus nunc ſupremus intelligat omnia materialia, & ſpiritualia, quæ ſunt infra ipſum, per vnicã ſpeciem, & Angelus etiã eo ſuperior, qui poteſt à Deo creari, ſi iã eſſet creatus, intelligeret omnia prædicta per vnicam ſpeciẽ, plures tamen eſſent ſpecies in Angelo nunc ſupremo reſpectu totius latitudinis obiectorum, quã in Angelo perfectiori de nouo creato; deberet enim Angelus, qui nunc eſt ſuperior, duas ſpecies præter ſuam eſſentiam habere, vnam videlicet, per quam omnia inferiora cognoſceret, & aliam, per quam Angelum de nouo creatum intelligeret.

Tertiò dicendum eſt, data illa hypotheſi, ſpeciem Angeli nouiter creati fore magis vniuerſalẽ, quia plura repræſentabit, quàm ſpecies Angeli, qui nunc eſt ſupremus; nã illa repræſentabit etiam Angelum, qui nunc eſt ſupremus, hæc verò non repræſentabit hunc Angelum, qui nũc eſt ſupremus; ſe ipsũ enim cognoſcit per ſuam eſſentiã, ſed alia tantũ eo inferiora repreſentat, & quò magis diſcẽditur ad inferiores, tantò magis neceſſe eſt multiplicari ſpecies, quibus cognoſcant ſuperiores. Et quamuis ſpecies repræſentans Angelum de nouo creatum ſit perfectior ea ſpecie, quæ repræſentat

omnia inferiora, non tamē illius perfectionis est, vt valeat simul Angelum, de nouo creatum, & inferiora repręsentare, sed eius adæquatum obiectum est Angelus de nouo creatus. Quare falsa est argumenti secunda consequentia, eo quod non eadem præcisè sint inferiora, nec eadem præcisè superiora respectu cuiuslibet Angeli, nam quo Angelus fuerit superior, pauciora habet superiora, & plura inferiora, &c.

Sed aliud contra prædicta, & contra sextam cōclusionem supereſt argumentum. Sint duo Angeli, alter superior, qui sit A, Alter inferior, qui sit B, & ponamus, A, ex perfectione suę virtutis intellectiuæ cognoscere quatuor Angelos superiores possibiles: B, verò, cum sit inferior, duos tantùm cognoscat: Igitur inferior, hac hypothesi facta, duas tātum habebit species, superior verò quatuor, & idē erit iudicium de alijs Angelis superioribus creatis, aut creabilibus. nam ea hypothesi facta, semp Angelus superior per plures species intelliget, quā inferior.

Respondetur, propositionem illam. *Quantò Angelus est superior, tanto per pauciores species intelligit*, esse intelligēdam respectu eorumdem obiectorū, quæ intelliguntur tam à superioribus, quàm ab inferioribus Angelis: in casu verò proposito non sunt eadē obiecta cognita ab A, & à B, nam duos Angelos cognoscit. A, qui non cognoscuntur à B, secundò dico, apud D. Thom. intelligendam esse de Angelis secundùm ordinem à Deo naturis eorum inditum, secundùm quem species non repræsentant, nisi quidditates existentes.

Contra eandem quintam conclusionem sunt argumenta à Bannesio, Zumello, & Valentia proposita, & soluta. Banncs. Zumellus

Contra vltimam conclusionem sunt argumenta, quæ referunt hic, & soluunt Caietanus, Bannes, Zumellus, & alij.

QVAESTIO LVI.

De cognitione Angelorum ex parte rerum immaterialium, in tres articulos diuisa.

DEinde quæritur de cognitione angelorum ex parte rerum, quas cognoscunt. Et primò de cognitione rerum immaterialium. Secundò de cognitione rerum materialium.

Circa primum quæruntur tria.

Primò, Vtrum Angelus cognoscat seipsum.

Secundò, Vtrum vnus cognoscat alium.

Tertiò, Vtrum Angelus per sua naturalia cognoscat Deum.

Ratio ordinis.

DE principio formali cognitionis Angelicæ disseruit hucusque S.D. nunc de illius termino, siue obiecto disputationem aggreditur, ex eo namq; sumenda est ipsius cognitionis propria, & essentialis differentia: est autem duplex Angelicæ cognitionis obiectum; alterum spirituale, & alterum materiale. De spirituali, veluti primario, & nobiliori disputat in quæstione præsenti: de materiali verò tractat in ea, quæ proximè sequitur. Obiectum spirituale triplex est, scilicet substantia ipsius Angeli cognoscentis, aliorum Angelorū essentiæ, & Deus. A notioribus igitur ad minus nota procedens ordinatè S. D. agit primò de cognitione Angeli respectu substantiæ, propriæ: quam etiam primò cognoscit, cum sit eius proportionatum obiectum, in quo cætera quodammodo cognoscuntur. Secundo agit de cognitione respectu alterius Angeli, qui iuxta multorum sententiam potest ab Angelo comprehendi, & ad obiectū aliquo modo pertinet proportionatum, vt significat S. D. supra q. 12. art. 4. Postremò de eadem cognitione differit respectu Dei, quem per suam essentiam, veluti speciē naturaliter Angelus intelligit. 1. Thomas

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Angelus cognoscat seipsum.



DEprimum sic proceditur. Videtur, quòd Angelus seipsum nō cognoscat. Dicit enim Dionys. * 6. cap. Angelicæ hierar. quòd Angeli ignorant proprias virtutes. cognita autem substantia, cognoscitur virtus: Ergo Angelus non cognoscit suam essentiam. 185 2 q 87. a. 1 Et 2. con. c. 96. & Lc. 1. cor. 1. & 2 & ver q La. 6 & cauſa lect. 13 h. t cap. 6. ecclc. hierar. nō procul à fi.

2 Præterea: Angelus est quædam substantia singularis, alioquin non ageret, cum actus sint singularium subsistentium. Sed nullum singulare est intelligibile. Ergo non potest intelligi, & ita, cum Angelo non adsit nisi intellectiua cognitio, non poterit aliquis Angelus cognoscere seipsum.

3 Præterea: Intellectus mouetur ab intelligibili: quia intelligere est quoddam pati, vt dicitur in * tertio de anima. Sed nihil mouetur, aut patitur à seipso, vt in rebus corporalibus apparet. Ergo Angelus non potest intelligere seipsum. L. 3. de anima tet. 12. co 2.

Sed contra est, quod Aug. dicit 2. super Gen. ad lit. * quod Angelus in ipsa sua confirmatione, hoc est, in illustratione veritatis, cognouit seipsum. 1 lib. 2. de Gen. c. 8. in prin. tex. 20 3.

Respondeo. Dicendum, quòd sicut ex supradictis* patet, obiectum aliter se habet in actione, quę manet in agente, & in actione, quę trāsit in aliquid exterius. Nam in actione, quæ transit in aliquid exterius, obiectum siue materia, in quam transit actus, est separata ab agente: sicut calefactum à calefaciente, & ædificatū ab ædificante. Sed in actione, quæ manet in agente, oportet, ad hoc, quòd procedat actio, quòd q. 54 a. 3.

Digitized by Google

quòd obiectum vniatur agenti, ſicut oportet, & ſenſibile vniatur ſenſui, ad hoc, quod ſentiat, actu: & ita ſe habet obiectũ vnicũ potentiæ ad huiuſmodi actionem, ſicut forma, quæ eſt principium actionis in alijs agentibus. Sicut enim calor eſt principium formale calefactionis in igne: ita ſpecies rei viſæ eſt principiũ formale viſionis in oculo.

Sed conſiderandum eſt, quòd huiuſmodi ſpecies obiecti quandoque eſt in potentia tantùm in cognoſcitiua virtute: & tunc eſt cognoſcens in potẽtia tantùm. Et ad hoc, quòd actu cognoſcat, requiritur, quòd potentia cognoſcitiua reducatur in actum ſpeciei. Si autem ſemper eam actu habeat, nihilominus per eã cognoſcere poteſt abſque aliqua mutatione, vel receptione, præcedenti. Ex quo patet, q moueri ab obiecto, non eſt de ratione cognoſcentis, inquantum eſt cognoſcens, ſed inquantum eſt potentia cognoſcens. Nihil autem differt ad hoc, quod forma ſit principium actionis, quòd ipſa forma ſit aliquando inhærens, & quòd ſit per ſe ſubſiſtens. Non enim minus calor calefaceret, ſi eſſet per ſe ſubſiſtens, quã calefacit inhærens. Sic igitur, & ſi aliquid in genere intelligibilium ſe habeat vt forma intelligibilis ſubſiſtens, intelligit ſeipſum. Angelus autem, cum ſit immaterialis, eſt quædam forma ſubſiſtens: & per hoc intelligibilis actu. Vnde ſequitur, quòd per ſuam formam, quæ eſt ſua ſubſtantia, ſeipſum intelligat.

Ad primum ergo dicendum, quòd littera illa eſt antiquæ translationis, quæ corrigitur per nouam, in qua dicitur: Præterea: & ipſos, ſcilicet Angelos cognouiſſe proprias virtutes. Loco cuius habebatur in alia translatione: & adhuc eos ignorare proprias virtutes. Quamuis etiam littera antiquæ translationis ſaluari poſſit quantum ad hoc, quòd Angeli non perfectè cognoſcunt ſuam virtutem, ſecundùm quod procedit ab ordine diuinæ ſapientiæ: quæ eſt Angelis incomprehenſibilis.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſingulariũ, quæ ſunt in rebus corporalibus, non eſt intellectus apud nos: non ratione ſingularitatis, ſed ratione materiæ, quæ eſt in eis indiuiduationis principium. Vnde, ſi aliqua ſingularia ſunt ſine materia ſubſiſtentia, ſicut ſunt Angeli, illa nihil prohibet intelligibilia eſſe actu.

Ad tertium dicendum, quòd moueri, & pati conuenit intellectui, ſecundùm quod eſt in potentia. Vnde non habet locum in intellectu Angelico, maximè quantum ad hoc, quòd intelligit ſeipſum. Actio etiam intellectus non eſt eiusdem rationis cũ actione, quæ in corporalibus inuenitur in aliã materiam trãſeunte.

A *Senſus quæſiti.*

Titulum explicat optimè Caietanus aduertẽs, hic quæri præcipuè modũ, quo ſeipſum Angelus intelligit: An videlicet per eſſentiam ſuam, aut per inditam aliquam ſpeciem ſeipſum cognoſcat: nulla enim eſt apud ſapientes dubitatio. An Angelus ſeipſum intelligat. Vide etiam explicationes Banneſij, & Zumelli. Caietanus. Banneſ. Zumellus.

Forma Textus.

Concluſio eſt: Angelus per ſuam ſubſtantiam ſeipſum intelligit. Probatur: Si aliquid in genere intelligibilium ſe habeat, vt forma intelligibilis ſubſiſtẽs, intelligit ſeipſum per ſeipſum; At Angelus eſt forma intelligibilis actu ſubſiſtens: ergo. Minor probatur: quoniã Angelus eſt immaterialis ſubſtantia, igitur eſt forma quædam ſubſiſtens actu intelligibilis. Maior verò probatur ex conditionibus ad intelligendum concurrentibus: Ad hoc, vt intelligens intelligat, oportet, vt obiectũ intelligibile vniatur intelligenti, veluti forma, quæ eſt principium actionis, ſiue moueatur intelligens ab obiecto, ſiue non moueatur, ſiue forma, quæ principium eſt intelligendi, ſit inhærens, ſiue ſit per ſe ſubſiſtens: Ergo, ſi aliquid in genere intelligibilium, &c. Antecedẽs habet quatuor partes. Prima eſt illa; Ad hoc, vt intelligens intelligat, oportet obiectum vniri intelligenti: Probatur ex differentia inter obiectum actionis immanentis, & obiectum actionis trãſeuntis; nam obiectum, ſiue materia actionis trãſeuntis in aliquid exterius eſt ſeparata ab agente, ſicut calefactum à calefaciente, & ædificatum ab ædificante: ſed in actione, quæ manet in agente, oportet ad hoc, vt procedat actio, quod obiectum vniatur agenti: ſicut oportet, vt ſenſibile vniatur ſenſui ad hoc, vt ſentiat actu. Secunda pars eſt illa, veluti forma, quæ eſt principium actionis. Probatur; quoniã ita ſe habet obiectum actionis immanentis vnitum potentiæ ad huiuſmodi actionem, ſicut forma, quã eſt principium actionis in alijs agentibus, quod manifeſtatur exemplo, quia, ſicut calor eſt principium formale calefactionis in igne, ita ſpecies rei viſæ eſt principium formale viſionis in oculo. Tertia pars eſt illa: Siue moueatur intelligens, &c. Probatur; quia ſpecies obiecti quandoque eſt in potentia tantum in cognoſcitiua virtute; & tunc eſt cognoſcens in potentia tantum; & ad hoc, vt actu cognoſcat, requiritur, vt potentia cognoſcitiua reducatur in actum ſpeciei: ſi autem ſemper eam habeat actu, nihilominus per eam cognoſcere poteſt abſque aliqua mutatione, vel receptione præcedente; ergo moueri ab obiecto non eſt de ratione cognoſcentis, inquantũ eſt cognoſcens ſed inquantum eſt potentia cognoſcens. Vltima pars eſt illa: ſiue forma, quæ eſt principium intelligẽdi, ſit inhærens, &c. Probatur: quia non minus calor calefaceret, ſi eſſet per ſe ſubſiſtens, quã calefacit inhærens.

Expoſitio Textus.

Notanda eſt primò declaratio Bann. & Zumelli, circa ſenſum concluſionis, quæ declaratur etiam ſenſus quæſiti. Secundò obſeruanda eſt erudita, & ſubtilis explicatio Caiet. circa vim probationis maioris propoſitionis. Banneſ. Zumellus. caietanus.

Controuerſia Vnica.

An vera, & recte probata ſit concluſio D. Thomæ, videlicet Angelum intelligere ſe per ſubſtantiam ſuã.

Sententiæ Doctorum.

Scotus. SCotus in 2. ſent. diſt. 3. quæſt. 10. docet primò, Angelum de ſeipſo duplicem habere notitiã, alteram intuitiuam, qua ſeipſum videt, vt exiſtentem, & huius cognitionis ſolam ipſius Angeli ſubſtantiam eſſe formale principium abſque vlla interueniente ſpecie intelligibili ſuperaddita: Alteram eundem Angelum docet habere de ſe ipſo cognitionem, quam nominat abſtractiuam; quia nimirum abſtrahit ab exiſtentia, cuius notitiæ formale principium affirmat eſſe ſpeciem intelligibilem potentiæ intellectiuæ ſuperadditam. Secundò ſingulas in maiori poſitas impugnat conditiones, vt veritati contrarias.

Rada. Rada contr. 8. ſuæ ſecundæ partis artic. 1. liberè fatetur, rationes Scoti contra prædictas conditiones non eſſe neceſſarias, & ab illis Thomiſtas ſe facilè liberare. Secundò impugnat doctrinam Caietani de modo concurſus, & vnionis eſſentiæ Angeli cũ intellectu ꝓprio ad ſeipſum intelligendũ.

Molina. Molina duo dicit. Primum eſt: Rationes Scoti contra D. Thomam falſum ſupponere, videlicet D. Thom. opinari, intellectum per ſe ipſum ſolùm paſsiuè cõcurrere ad intellectionem, per ſpeciem verò concurrere efficienter, & ideò ſuperuacaneũ eſſe referre, & ſoluere rationes Scoti. Secundũ eſt; ſubſtantiam Angeli duobus modis concurrere ad cognitionem, quam Angelus de ſe ipſo format; Vno modo mediatè, mediante, ſcilicet intellectu quo virtualiter tanquam potentia cognoſcente elicit cognitionem: Alio modo immediatè, quatenus ſcilicet, vt cauſa partialis concurrit cum intellectu in modum ſpeciei intelligibilis, qui concurſus, (inquit) nullo modo tribuendus eſt intellectui Angeli, ſed eius ſubſtantiæ præciſè, quicquid Thomiſtæ dicant: quem modum dicendi ſequitur Rada.

Rada. Valentia. Valentia dicit quatuor: Primum eſt, dici poſſe, non eſſe abſurdum aſſerere, animam noſtram ita, ſe ipſam etiam in hac vita cognoſcere, vt ſine aliqua ſpecie à ſe diſtincta habeat cõceptum, quem formet iam de ſe ipſa; idq; videri conſentaneum D. Auguſtino lib. 9. de Triuit. cap. 3. ſecundum eſt: Non eſſe verum, quod ait Caietanus infra quæſt. 89. art. 2. videlicet animam ſecundùm ſe non eſſe in intelligibilem ſine ſpecie, ſed id habere, quando eſt ſeparata, quia participat tunc modum eſſẽdi ſubſtantiarum ſeparatarum perfectiorum. Tertium eſt, Angelum ſubſtantiam ſuam intelligere per ipſammet ſubſtantiam, accidentia verò eiuſdem ſubſtantiæ non cognoſcere ſine ſpecie. Quartum eſt, concedi poſſe, Angelum per ſuam ſubſtantiam ſe ipſum, & ſuas omnes perfectiones cognoſcere: denique ſententiam approbat Caietani quoad modum concurſus, & vnionis Angelicæ ſubſtãtiæ cum intellectu proprio.

Vaſquez. Vaſquez primò reijcit notitiam illam abſtractiuam Angeli de ſeipſo per ſpecies ſuperadditas.

A Secundò eandem affirmat eſſe ſententiam Capreoli, Caietani, & Ferrar. quam impugnat. Tertio ait, ſe opinari, eſſentiam Angeli eſſe commune, & remotum principium intellectionis ſui; proximum autem principium eſſe intellectum, & eam coniunctionem eſſentiæ cum intellectu, de qua loquuntur tres Thomiſtæ prædicti, nihil omninò conferre, vt eſſentia ſit principium particulare in ſui intellectione, quo determinetur efficacitas communis intellectus.

Zumellus tria dicit. Primum eſt, ſibi non probari modum dicendi Caietani; Secundum eſt, Ferrarien. rectè exponere ſenſum concluſionis D. Tho, B dicendo intellectum Angeli ab eius ſubſtantia dimanare cum eadem actiuitate proportionaliter ad intelligendum ſe, & alia, ita tamen, vt hæc actiuitas reſpectu aliorum compleatur per ſpecies, ſed reſpectu intellectionis ſui compleatur per ſuã ſubſtantiam; quæ manens intimè vnita ex naturã ſua intellectui habet propriam efficientiam circa intellectionem ſui, non ſolum per modum principij principalis vitaliter influentis in actum, ſed ẽt per modũ obiecti proprij, quod in ſuo ordine eſt principium proximum illius actus. Tertium eſt, probabilem eſſe ſententiam, quando forma neque actuat potentiam in eſſe entitatiuo, neq; inhæret C illi, & tamen concurrit cum ipſa potentia, tunc nõ cõcurrere cum illa, vt effectiuum principium, ſed formale, & ita non eſſe neceſſe, vt talis forma ſubordinetur potentiæ, ſed habere potius ſupereminentiam reſpectu eius.

Zumellus. Ferrarien. Caietanus. Caietanus ſupra quæſt. 54. art. 3. ait, ſubſtantiã Angeli abſque media ſpecie ad intellectionem cõcurrere, non tamen, vt ſit eliciens, ſed vt ſit veluti ſons intellectus in actu reſpectu ſui, quod hic explicat quatuor dictis. Primum eſt: Eſſentia eſt Angelo intrinſeca, non ſolùm in eſſe naturæ, ſed etiã in eſſe intelligibili, ita vt ſit obiectum actu intelligibile magis intimè vnitum, quam per informationem, ſeu informationem; quia eſt coniunctum per identitatem; atque ideò poteſt ſeipſum per ſeipſũ intelligere. Secundũ eſt: Quia intelligere primò eſt opus ſubſtantiæ intelligentis, ideo perfectius intelligeret, ſi ſubſtantia ipſa vtramque vim haberet, ſcilicet obiecti, & operantis; nũc ſi ſolã vim operantis habeat, & mediante illamet proprietate, obiecti vim accidentaliter adipiſcatur. Tertiũ eſt: Subſtantia Angeli, quia eſt ſubſiſtens, & perfecta in eſſe immateriali, habet, vt ſit intellectiua, & vt ſit actu intelligibilis, ac per hoc, vt fluat ab ea vis, qua intelligit reſpectu ſui ipſius nõ egens alia formatione: eò quod informationi ſuppleat ſubſtãtia præueniens, quæ eſt magis intrinſeca, & modificatiua, ſeu determinatiua ipſius, quã quodcunque ſuperadditũ. Quartũ: Qui hæc non valet decipi, nõ diſtinguat inter intellectum, & intelligentem, vt ſic, ſed vtatur eis, vt vno, & quieſcet. Eandẽ ſententiã ſequitur, & tuetur Bannes, addens, ſpeciem intelligibilẽ non eſſe inſtitutam à natura, vt ſit virtus, & forma intrinſeca, per quam potentia operetur, eò quod ipſa potẽtia ſit vis intellectiua, ſed inſtituta eſſe ad duo officia; primò quidẽ, & principaliter,

Bannes.

vt

vt faciat vnionem obiecti cum potentia in esse intelligibili; secundariò autem, vt potentiam intellectiuam compleat, & determinet ad talem, vel talem cognitionem, quod officium ad excellentiam pertinet ipsius speciei: atque ideò potest illud exequi, licèt potentiæ non inhæreat, neque ab illa dependeat, sed potius se habeat, vt forma per se subsistens; ac proinde poterit essentia Angeli esse principiũ formale intellectionis ipsiusmet Angeli absque informatione, & subordinatione ad potentiã; quia non concurrit, vt sic, tanquam principium effectiuum.

Capreol. Capreolus in 2. sent. dist. 3. quæst. 2. ad primum argumẽtum Scoti contra quintam conclusionem, & Ferrar. in 2. cont. gent. cap. 98. affirmãt primò, essentiam Angeli esse formam proprij intellectus in esse intelligibili, ideſt principium formale, quo elicit intellectionem; quamuis illi non det esse per modum inhærentis, & ad ipsum comparari, vt actus ad potẽtiam, & vt species intelligibilis ad intellectum faciens vnũ cum intellectu in esse intelligibili ad intelligendum. Deinde Ferrar. approbat etiã modum dicendi Caietani. Pesantius eundem sequitur dicendi modum, reiecta sententia Caietani. Ripa duas has postremas sententias existimat non esse discordes, & eas vnica distinctione conciliat.

Ferrar. Pesantius Ripa

Resolutio.

Propositis, & explicatis quatuor principijs Caietani, declaratur modus, quo se ipsum Angelus intelligit per suam essentiam, vt formam intelligibilem intellectus.

AD quæsitæ veritatis euidentiam considerandum est, naturam cognoscitiuam, vt cognoscitiua est, intentam à natura fuisse per se primò, vt esset omnia per eam cognoscibilia, siue essentialiter, siue per speciem illi superadditam; vt latè superius ostendimus, quæst. 12. & 14. post Caietanum, qui propositam difficultatem hic explicat eruditè, quatuor propositis fundamentis, siue principijs. Primum est, oportere intelligentem habere in se naturam intelligibilis, & esse ipsum intelligibile, & consequenter etiam modum intelligendi esse iuxta modum, quo intelligens est ipsum intelligibile. Angelus autem idem est, quod sua substãtia, tam secundùm eius esse naturale, quam secundùm eius esse intelligibile (idem enim sunt esse naturale, & intelligibile in substantia immateriali completa subsistente; vt probat S. Thom. supra qu. 14. art. 1.) atque ideò substantiam suam, siue seipsum nulla mediante specie, sed per ipsammet substantiam immediatè cognoscit: Cum cæteris verò naturis non est idem Angelus, nec in esse naturali, neque in esse intelligibili, nisi media specie superaddita, & ideo non per suam, aut per earum essentias, sed per species intellectui superadditas eas intelligit. Secundum est, intelligentem, siue cognoscentem eodem modo se habere ad actum cognoscendi, siue naturas cognoscibilium habeat in sui substantia, siue in ipsa tantum cognoscitiua potentia; Quo fit, vt in proposita difficultate nihil omninò referat distinctio, vel identitas intellectus Angeli cum essentia; siue namq́ue distinguatur, siue non distinguatur, pro vno semper computanda sunt perfecto, & integro intelligente substantia intelligentis, & intellectus: Ad hoc enim instituta est intelligentis creati natura, vt sit omnia intelligibilia: Sed, quia finita est, non potest omnia formaliter nec eminenter continere; atque ideo necesse fuit supleri per additam ex ipsa natura fluentem intelligendi facultatem realiter ab ea distinctam, eo quod essentialiter finitæ naturæ competere minimè potuit. Est igitur intellectus proprium intellectualis naturæ complementum, vt ipso mediante, siue magis supplente, seu cõplente, & quasi vicem ipsius substantiæ gerente fiat omnia, vel vt ex eo simul cum substantia intellectuali per eum completa constituatur vnum intelligens, quod esse valeat omnia intelligibilia, siue per substantiã, siue per intellectum. Vt enim hìc aduertit Caietanus, considerãdum est intelligere primò esse opus substantiæ intelligentis; & ideò perfectior est actus intelligendi, si substãtia intelligentis sit ipsum obiectum intelligibile per identitatem; ita vt vim habeat simul intelligentis, & obiecti, quàm, si realiter sit ab obiecto distincta, & solùm vim habeat operantis, media verò potentia fiat ipsum obiectum. Tertium Caietani fundamentum est, substãtiam Angeli, quia subsistentiam habet in esse immateriali completam, esse simul intellectiuam, & actu intelligibilem, & ideo ex ea fluere vim, qua seipsam intelligat absque alia formatione per speciem, eo quod Angeli substantia speciem omnem præueniat, & munus eius suppleat excellenter determinando, & modificando vim intellectiuã magis, siue melius, quàm fieri possit per accidẽs qdcunque superadditum, cum sibi magis intrinseca sit substantia, quàm sit, aut esse possit eidẽ intrinsecum accidens eius potentiæ superadditum.

Caietus

Vltimum eius fundamentum est, intellectũ Angeli ab eius essentia fluere, prout est actu intelligibilis, & magis, intimiusq́; formari per eã in genere intelligibili, q̃ per quamcunq; speciẽ intentionalẽ illi superadditã, ac propterea non esse distinguẽdum inter intellectũ, & intelligentẽ vt sic, sed esse velut vnũ considerandum; nè dũ Angeli substantiam, & eius intellectũ, vt duo quasi seorsum posita, & aliqua simul vnione copulãda contẽplamur, deceptionem vulgaribus communẽ incurramus.

Ad cuius ampliorem euidentiam scito, substantiam Angeli, & eius intellectum dupliciter posse cõparari: Vno mõ, prout diuersarũ naturarũ entia sunt; illa.n. substantia est, hic aũt accides: Alio modo, prout ad vnius substantiæ intelligentis perfectionẽ concurrunt mõ iã exposito. Primo mõ realem sibi vendicant distinctionẽ; Secundò verò mõ nullã distinctionẽ requirunt, sed magis identitatem, non quamcunque sed in ordine entis intellectiui, vt intellectiuũ est; nã, vt ante diximus, intellectus vices, ac munus supplet Angelicæ substantiæ id eius loco præstãs, qd non põt ipsa sũ se. Et quia intellectus potẽtia est intellectiua, substãtia

verò est intelligibile necesse est, eorum vnitatem esse cum informatione vnius respectu alterius, nempe intelligibilis, scilicet substantiæ respectu intellectus, qui potentia est. At qualis sit hæc informatio, non est facilè declarare; Sed ex ipsius Angelicæ naturæ perfectione videtur huic dubitationi posse satisfieri. Est enim Angelus natura, siue substantia intellectualis, & intelligibilis cõpletè subsistens, potentiam habens intelligendi, cuius obiectum proportionatum est ipsa intelligentis substãtia, & ac proindè conuersiuus est naturaliter intellectus in ipsum Angelum intelligentem ad eũ primò intelligendum. Fit autem hæc conuersio per hoc, quod intellectus est virtus intelligendi illius eiusdem substantiæ, quæ est eius obiectum naturale, & quæ est ipsum intelligens sibi magis idem in esse intelligibili, quàm alteri cuicunque rei ab eius natura distinctæ; Ex hoc enim habet intellectus, qui virtus est talis substantiæ, vt eam sibi præsentem habeat in esse intelligibili in actu secundo non minus, quàm lux obiecta virtuti visiuæ fit illi præsens in esse visibili, vt actu videatur. Non est.n. de formarum separatarum natura, potentiaq; iudicandum, sicut de formis materiæ concretis, & earum virtutibus iudicamus; harum enim obiecta propter earum imperfectionem sunt extrinseca; non enim potest oculus, aut intellectus noster directè, ac immediatè seipsum, aut animæ substantiam, cuius est virtus, intueri, sed externos primò colores videt oculus, & rerum extra animam existẽtium sensibilium quidditates primò cognoscit intellectus, quibus mediãtibus ad animæ suæ substantiam, & sui naturam contemplandam motu quasi reflexo conuertitur. At immaterialis substãtia separata completè subsistens vim habet intellectiuam naturaliter in seipsam primò conuersam hoc ipso, quod naturaliter est intelligibilis, simul, & intellectiua, ita vt ad eundem essendi modum, & ordinem pertineat, vt intellectiua, ad quem pertinet, vt intelligibilis, ac proinde sit obiectum sui intellectus naturaliter proportionatum; vt probat S.D. supra q. 12. art. 4. Hoc igitur interest inter intellectum substantiæ separatæ, & intellectum animæ nostræ coniunctæ, quod intellectus substantiæ separatæ ex duplici parte directè, ac immediatè respicit intelligibile: nã primo respicit ipsum intelligens, à quo veluti fonte derivatur, ita vt hoc ipso, quod talis substantiæ virtus est, ex ea naturaliter emanans, ipsam primò respiciat, ac præsentem habeat in esse intelligibili, non minus, quam sit illi præsens in esse naturali; deinde per additas species in alia conuertitur intelligibilia. Duplicẽ igitur habet respectum instar Iani Bifrontis intellectus Angeli, alterum ad seipsum ob dictam causam, & alterum ad extrinseca; Qui duo respectus, ac modi intelligẽdi sunt valdè diuersi, sicut & modi quibus illi præsentia fiunt hinc, & inde posita intelligibilia, maximè differunt; Habet enim intellectus Angeli præsentem substãtiam, & Angelum ipsum: quoniam est virtus eius naturalis, non quomodocunque, sed quatenus substantia, & Angelus est intelligibilis, simul & intellectiuus; cætera verò sunt illi præsentia per additas species in eo receptas. Et hoc est, qđ in quarto supra notato fundamento significare voluit Caietanus; ex quo sequitur, intellectum Angeli ab vtroque intelligibili informationem habere valde differentem, eam scilicet, quam habet à substantia propria, & eam, quam habet ab extrinseco intelligibili. Caiet.

Explicatur vberius, quomodo essentia Angeli sit forma intelligibilis propriæ intellectus.

AD cuius euidentiam scito, intellectum, vt intellectus est, nihil aliud habere, nisi quod sit vitalis potestas ad talem operationem exercendam, quæ est intellectio, & ad nullum obiectum ex sui ratione formali sibi determinationem vendicare, sed eam ab obiecto recipere, siue sit illi naturaliter vnitum per speciem, aut per essentiam, aut per identitatem, siue successu temporis illud, aut eius speciem in se recipiat: fit autem vnio intelligibilis cum intellectu per hoc, quod vnum fit alterum in esse intelligibili: Cum itaque non alio modo informetur intellectus ab intelligibili: nisi per hoc, quod illud habet sibi coniunctum, vt idẽ in esse intelligibili, sequitur, vt quò fuerit maior, ac intimior vnio, eò sit perfectior informatio. Cũ itaque longè sit maior vnio inter intellectum Angeli, & eius substantiam, quæ est illius obiectum proportionatum, quàm inter eundem intellectũ, & aliarum rerum naturas, aut earum species, consequens est etiam, multò perfectius eum à substantia propria informari, quàm à quouis alio intelligibili. Sed cauenda est ambiguitas in nomine informationis; nam secundùm vsum Philosophorũ communem, realem distinctionem importat inter informationis subiectum, & formam; vt patet discurrenti per formas tam substantiales, quàm accidentales, & eorum subiecta. Verùm aliud est loqui de informatione secundùm esse naturale, & aliud secundùm esse intelligibile: illa namque distinctionem exigit in vtroq; extremo realem; hęc autem sola distinctione formali ex natura rei, aut etiam sola virtuali distinctione contenta est: Et prouenit hæc differentia ex alia priori; quia scilicet per naturalem informationem resultat vnum tertium, quasi totum ex partibus; per intelligibilẽ autem informationem non fit vnum tertium, sed vtrunque extremum fit aliud, aut naturaliter est aliud in proposito tamen, ideſt in Angelo distinguitur realiter essentia informans ab intellectu, per eam informato. Potest autem intelligibilis informatio fieri quatuor modis. Primus, omnium; notissimus ille est, qui fit per speciem ab obiecto, & à cognoscente, & eius intellectu distinctam. Secundus est, qui fit per extrinseci intelligibilis essentiã intellectui immediatè coniunctam; quod in sola supernaturali, & beatifica visione contingit. Tertius modus fit per identitatem obiecti in esse naturæ, & in esse intelligibili cum substantia intelligentis, vt paulo ante declarauimus. Inform. tionis no men est ambiguũ

Vltimus modus esse, aut fingi potest per identitatem obiecti secundùm esse naturale, & intelligi-

bile

bile cum intellectu: Vt enim hic aduertit, Caietanus ex 2. de anima, siue constituamus animæ substantiam habere in seipsa clausas intrinsecè naturas obiectorum, siue ponamus potentias animæ cognoscitiuas tales habere naturas, idem est iudicium quoad hoc, quod est, cognoscentem posse cognitionis actum exercere, aut non posse. Quamobrem, vt ait Caietanus, nihil refert ad propositã controuersiam distinctio, vel identitas intellectus cum Angelo, sed in hoc vno tantùm erit posita differentia, quod posita reali distinctione intellectus ab essentia, sola constituetur secundùm esse intelligibile identitas formæ, scilicet essentiæ, & informati, scilicet intellectus, remanente eorum distinctione reali secundùm esse naturæ, quæ tamen distinctio non erit inter intelligentem, scilicet Angelum, & ipsum intelligibile, scilicet eius substantiã, q̃ est Angelus ipse: posita verò intellectus, & substantiæ identitate reali, idem etiam erunt realiter tam in esse naturæ, quàm in esse intelligibili forma, quæ est essentia, & informatum, quod est intellectus, & tamen ibi verã poterit esse formatio ob distinctionem ex natura rei; quam nos realem metaphysicam nuncupamus; quæ necessariò constituenda est inter essentiam cuiuslibet rei creatæ, & eius potentiam, eo quod potentia transcendentalem, & essentialem habeat ordinem ad obiectum, quod essentiæ spirituali substantiæ completæ minimè congruit.

Caiet.

Postremo sciendum est informationem intelligibilẽ, quasi æquiuocè dici de informatione, quæ fit per speciem intelligibilem, & de informatione, quæ fit per essentiam Angeli vnitam suo intellectui: illa enim fit per inhæsionem speciei receptæ in intellectu; hæc verò fit per naturalem conuersionem, & vnionem intellectus Angelici, cũ sua substantia, vt obiecto proportionato, & naturaliter vnito magis, quàm si per speciem intellectui inhærentem vniretur: conuersio enim illa naturalis intellectus ad substantiam sibi cõiunctam ad vnionem naturalem in esse intelligibili terminat, vel magis est ipsa vnio in fieri: quia est conuersio intellectus, vt intellectus est, ad intelligibile, vt intelligibile est.

Excluduntur modi dicendi Bann. sij, & Zumelli, & aliorum, & conciliantur sententiæ Caietani, & Ferrariensis.

EX dictis elucet primo, Bann. Zumell. & alios recentiores, non percepisse mentem Caietani, & pugnantia dicere. Ait enim Bannes, speciem accidentalem potentiæ superadditam duo facere in ordine ad cognitionem. Nam primò (inquit) vnit intimè obiectum cum potentia, & ex consequenti constituit obiectum intra potentiam in esse intelligibili, secundò effectiuè determinat, & præcisè virtutem potentiæ cognoscitiuæ: & primum quidem (inquit) officium per se conuenit speciei, vt species est intelligibilis, ita vt ab ipsa nequeat separari, secundum autem accidit illi, vt species, conuenit autem, vt talis est, vel propter imperfectionem potentiæ, in qua recipitur, vel propter imperfectionem ipsius speciei, quæ est accidens inhærens. Deinde ait, secundùm Caietanum solam potentiam intellectiuam esse principium proximum formale cognitionis, & hoc esse intelligendum, quatenus potentia intellectiua fluit ab essentia cum plena determinatione ad talem cognitionem; aut hoc habeat ab essentia, tamquam à radice, à qua dimanat, non autem vt à forma superaddita.

A

Hæc autem adeò perspicuè secum pugnant, vt nulla ratione videantur posse cohærere; nam hoc ipso, quod species vnit intimè obiectum cum potẽtia, & ipsum intra potentiam constituit in esse intelligibili, eandem potentiam informat in esse intelligibili, & ipsam determinat effectiuè ad specificam, aut genericam obiecti naturam intelligendam, & est principium formale proximum intelligendi; vt hic etiam affirmat expressè S. Thomas, & efficaciter deducit Zumellus ex littera, quæ tria negat prædictus expositor essentiæ Angeli conuenire respectu propriæ potentiæ intellectiuæ; cum tamen eidem essentiæ primum tribuat, scilicet vnionem, & constitutionem obiecti intra potentiã, ex quo tria iam dicta de necessitate consequuntur; vt patet ex ijs, quæ latè supra diximus, quæst. 12. articulo secundo.

B

cõfutatio

S. Thom. Zumellus

Secundò patet, modum dicendi Caietani non esse discordem à sententia Capreoli, & Ferrarien. sed primò cõsonare, adeò, vt ex doctrina Capreoli, & Ferrariensis, quæ est D. Thom. reddatur illustrior sententia Caiet. Vt enim significat S. D. de verit. quæst. 8. art. 6. ad secundum, & sextum, essentia Angeli, & eius intellectus sunt in duplici genere, siue ordine: sunt enim in genere entis, & in genere intelligibilis, & dupliciter etiam ad inuicem habent ordinem; Nam, prout in genere, siue ordine entis continentur, intellectus est in essentia, velut accidens in subiecto, & vt potentia in substantia, cuius est potentia, vt autem sub genere, vel ordine clauduntur intelligibilium, essentia comparatur ad intellectum, vt actus ad potentiam, & vt species intelligibilis non inhærens, sed subsistens ad potentiam intellectiuam illi magis vnitam in esse intelligibili, quàm vniatur forma materiæ secundùm esse naturale, & species accidentalis intellectui secundùm esse intelligibile: Nam, vt scitè notat Ferrariensis, essentia Angeli non solũ actuat intellectum, sed etiam virtutem omnem illi confert, vt potentia est, & ideo mirum non est, essentiã Angeli posse esse formam intellectiuæ suæ potentiæ, ac eius formale principium ad eliciendam intellectionem, quamuis non inhæreat; vt hic etiam aperte docet Caietanus dicens, secundùm D. Thomam proprium esse Deitatis esse formam intelligibilem alterius intellectus, non autem proprij, cum id conueniat Angelicæ substantiæ ob supradictam causam; quia nimirum intellectiua est, & actu intelligibilis, eo quòd sit subsistens, & perfecta in esse immateriali.

C

cõciliatio Caietani Capreol.

D

Ferrarien.

Nec tamen sequitur essentiam Angeli subordinari eius intellectui. Primò, quia essentia Angeli est forma subsistens. Secundò: quia principale ope

E

rans non eſt intellectus, ſed ipſa ſubſtantia Angeli intelligentis, quæ vna, & eadem eſt in duplici genere, ſcilicet entium, & intelligibilium, & quatenus eſt ſubſiſtens in ordine entiũ, eſt id, quod intelligit, vt autem eſt ſubſiſtens in ordine intelligibilium, eſt quo ſeipſam intelligit: ex quo ſequitur, ſubſtantiam Angeli, vt eſt formale principium intelligendi non ſubordinari intellectui; Sed ſibi ipſi vt eſt ſubſiſtens in ordine entium, quod nõ eſt abſurdum; nec eſt eadem ratio de eſſentia diuina reſpectu beatorum; quia illa eſt primum principiũ ſubſtantiæ beatorum, & viſionis per eam elicitæ.

S. Thom. Poſtremo notanda eſt doctrina D. Thomæ ſupra quæſt. 15. art. 3. ad quartum, vbi ait, Deum per eandem formam idæalem cognoſcere ſubiectum, & accidentia, quæ illud inſeparabiliter concomitantur; ſicut Artifex per formam domus cognoſcit, & facit omnia accidentia, quæ à principio cõcomitantur domum: ſic igitur Angelus ſeipſum p ſuam eſſentiam intelligens, vniuerſa per eandem intelligit accidentia, quæ naturaliter eam concomitantur.

Valentia. S. Thom. Caiet. Quæ verò tangit Valentia, & alij de cognitione animæ ſeparatæ ad ſpecialem attinent controuerſiam, quam S.D. & Caietanus infra determinãt quæſt. 89. articulo primo, ad quem locum lectorem remittimus.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: Angelus ſe ipſum per nullam ſpeciem ſuperadditam, ſed per ſolam ſuam eſſentiam intelligit. Hæc eſt contra Scotum, vt patet ex ſupradictis.

Secunda concluſio: Angelus ideò ſeipſum per ſeipſum intelligit, quia, cum eius ſubſtantia ſit ſimul intellectiua, & actu intelligibilis, ex ea fluit intellectus in actu, quo ſeipſum intelligit abſque alia formatione per ſpeciem, eo quòd Angeli ſubſtantia ſpeciem omnem præueniat, & munus eius ſuppleat excellenter determinando, modificãdo, & informando vim intellectiuam longè melius, quàm fieri poſſet per accidens quodcumque ſuperadditum.

Tertia concluſio: Eſſentia Angeli eſt principiũ formale, & efficiẽs quo proximum elicitiuum intellectionis. Declaratur hæc concluſio duplici diſtinctione. Prima eſt: Subſtantia Angeli dupliciter conſideratur: Vno modo in genere entis, & ſic dupliciter adhuc poteſt cõſiderari: primò, prout idẽ eſt realiter ſecundum eſſe naturale, quod Angelus intelligẽs; & ſic principium eſt primum elicitiuũ, vt quod: ſecundo, prout diſtinguitur à ſuppoſito, & ſic eſt principium primum eiuſdem intellectionis, vt quo: Alio modo poteſt conſiderari, vt eſt in genere intelligibilium, & ſic etiam dupliciter ſumi poteſt: primo, prout eſt forma, ſiue ſpecies intelligibilis actuans intellectum; & ſic cum eo principium eſt proximum actus intelligendi: ſecũdò, prout eſt terminus intellectionis, & ſic eſt id, qđ intelligitur, & habet rationem verbi, quod eſt obiectum ad intra, & rei verbo repræſentatæ, quod eſt obiectum ad extra: Secunda diſtinctio eſt: Principium proximum, & immediatum intellectionis duplex eſt, alterum per modum potentiæ, alterum per modum obiecti, ſiue ſpeciei intelligibilis. Subſtantia Angeli non poteſt eſſe principium proximum intellectionis primo modo, vt probatum eſt ſupra quæſt. 54. art. 3. ſed ſecundo modo tantùm.

Quarta concluſio: Non differt ſententia Caietani ab opinione Capreoli, & Ferrarienſis.

Quinta concluſio: Angelus per ſuam eſſentiam non ſolùm ſeipſum, ſed ſuas etiam omnes naturales perfectiones intelligit.

Sexta, & vltima concluſio: Anima noſtra ſeparata, non autem coniuncta, ſeipſam per ſeipſam intelligit.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra primam concluſionem ſunt argumenta, quæ referunt, & ſoluunt Caietanus hic, & Zumellus in prima ſua quæſtione, & Bannes in primo dub. & Valentia ſuper hoc artic. quorum ſolutio patet ex dictis. Caiet. Zumellus Banncs.

Contra ſecundam concluſionem ſunt argumenta, quæ refert, & ſoluit Bannes pro defenſione ſententiæ Caietani, prout ab ipſo Banneſio fuit expoſita; quæ tamen verè non militant contra noſtram concluſionem aliũ ſententiæ Caietani ſenſum exprimentem; ſicut nec eãdem ſic explicatam infringunt argumenta Zumelli, quibus probat, ſubſtantiam Angeli non influere tantùm radicaliter in actum intelligendi, ſed etiam immediatè, ſicut ſpecies; nam & hoc aſſerit Caietanus. Zumellus

Contra eandẽ concluſionem argumentatur Rada: Vel concurſus, quo eſſentia Angeli eſt principium ſui intellectus, eſt ſolùm concurſus principij efficientis, aut ſimul eſt concurſus obiecti intelligibilis. Si primum, ſequitur, quod nõ ſufficiat ad determinandum intellectum, quia determinatio potẽtiæ, vt cognoſcitiua eſt, debet fieri ab obiecto, vt cognoſcibile eſt. Secundum verò dici non poteſt; Primò, quia omnis alia eſſentia eſt principium ſuarum potentiarum eo modo, quo eſſentia Angeli eſt principium ſui intellectus, & tamen nõ concurrit quæcumque eſſentia per modum obiecti ad dimanationem, & determinationem ſuarũ potentiarum. Secundò: Quia, ſicut eſſentia Angeli eſt obiectum intelligibile, ita eſt obiectum amabile, & ſicut eſt principiũ ſui intellectus, ita eſt principium ſuæ voluntatis, & tamen non concurrit p modum obiecti amabilis ad dimanationem ſuæ voluntatis; quia non concurrit attrahendo, ergo neque ad emanationem intellectus concurrit per modum obiecti intelligibilis. Confirmatur: quia non minùs eſt eſſentia Angeli principium ſuæ voluntatis, quàm intellectus, nec minùs habet rationem obiecti amabilis, quàm intelligibilis, ſed, vt voluntas ſit completè, & vltimatè determinata ad amorem eſſentiæ, non ſatis eſt, quod proceſſerit ab ea, ſed requiritur proportio, ſcilicet eiuſdẽ eſſentia media cognitione, ſicut ad dilectionem aliorum obiectorum: Ergo idem dicendum eſt de intellectu reſpectu intellectionis. Rada.

Reſpondetur, eſſentiam Angeli neutro modo præ-

præcisè, ſed vtroque modo ſimul concurrere.

Ad primum argumentum contra ſm modum, negatur ſequela: nam id conuenit eſſentiæ Angeli: quia ſimul, & ex eadem radice eſt intellectiua, & intelligibilis, quod cæteris rerum eſſentijs minimè congruit. Ad ſecundum negatur antecedens, quo ad eam partem: *Et tamen non concurrit per modum obiecti mouibilis ad dimanationem ſuæ voluntatis*, ſi nomine dimanationis voluntatis intelligat ipsâ voluntatem, vt elicientem, vel actum à voluntate dimanantem; nam eſſentia Angeli, vt bonum apprehenſum ab intellectu mouet attrahendo eius voluntatem ad ipſius eſſentiæ dilectionem. Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, intellectum ad eſſentiam prius natura conſequi, quàm voluntas, quæ etiam non operatur, niſi præſuppoſita cognitione intellectus, per quam ei præſentatur obiectum; & ideo potest quidem intellectus Angeli ab eſſentia immediatè determinari, non autem voluntas, ſed media tantùm intellectus operatione. Ad argumentum ergo, ſi ſermo ſit de concurſu immediato ad determinationem voluntatis, negatur cõſequentia, ſi verò ſermo ſit de concurſu mediato, negatur antecedens.

Ad probationem negatur antecedens. Si autem nomine dimanationis voluntatis intelligat ipſius potentiæ volitiuæ relucantiam ab eſſentia, dico, neque nos neque Caietanum aſſerere, eſſentiam Angeli concurrere ad productionem intellectus p modum obiecti. Ad confirmationem dico, ſecundùm Caietanum, & nos, eſſentiam non ea tantùm ratione intellectũ determinare ad ſui intellectionem, quod ſit principium ipſius intellectus productiuum, ſed ea præciſa cauſa eſt, quam ſæpè diximus: quia nimirum Angeli ſubſtantia ſimul intellectiua eſt, & actu intelligibilis, & talis exiſtens principium eſt intellectiuæ potentiæ. Nec eſt eadẽ ratio de voluntate, vt ante diximus.

Vaſquez. Contra eandem concluſionẽ argumentatur Vaſquez. Eſſentia Angeli non eſt forma quædam addita intellectui, ſed ſubſtantialis forma, ex qua naſcitur intellectus: ergo fieri non poteſt, vt ipſa ſit forma determinans intellectum per modum proximi, & proprij principij. Probatur conſequentia: quia principium determinans ad hanc actionem debet eſſe in ipſo intellectu.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam. Ad probationem dico, eſſentiam Angeli eſſe in ipſo intellectu ſecundùm eſſe intelligibile modo ſuperius explicato.

Bannes Contra eandẽ concluſionem argumentatur Bannes: D. Thom. quæſt. 12. art. 5. ait, ſpeciem intelligibilem ſe tenere tantùm ex parte obiecti, & non ex parte potentiæ: nat, ſi de ratione ſpeciei eſſet nõ ſolùm facere vnionem intimam inter obiectum, & potentiam, ſed etiam perficere virtutem cognoſcitiuam, & determinare ad actionem, tunc nõ ſolùm ſe teneret ex parte obiecti, ſed etiam ex parte potentiæ: ergo. Probatur minor; quia perfectio eſt complementum virtutis cognoſcitiuæ ad ipſam pertinens.

Reſpondetur, falſam eſſe minorem, ſiue conditionalem ſubſumptam. Ad probationem dico, duplex eſſe complementum, & duplicem perfectionem virtutis cognoſcitiuæ: altera eſt infra latitudinem virtutis, ſiue potentiæ, vt ſic: & hæc perfectio, nec conſtituitur, nec completur, aut augetur ex additione ſpeciei, aut obiecti intelligibilis; tota namque perfectio potentiæ, ſiue virtutis, vt virtus eſt naturalis, ab ipſa ſubſtantia, cuius eſt virtus, vt propria, & adæquata cauſa derivatur: Altera eſt perfectio potentiæ, quæ eſt extra, & ſupra totã latitudinem rationis formalis potentiæ, vt potentia eſt, ſeu virtutis operatiuæ, vt virtus eſt; & hæc vel non eſt à ſubſtantia, à qua virtus emanat, vt lumen, quo perficitur aëris, vel aquæ, aut vitri diaphanitas, non eſt ab aëre, aqua, vel vitro, ſed ab extrinſeco corpore lucido, vel, ſi eſt ab ea ſubſtantia, à qua virtus emanat, vt ſpecies Angelicæ, quibus perficitur virtus Angeli intellectiua, ab eadẽ eſſentia fluunt, à qua virtus emanat intelligendi, alterius omninò rationis eſt à perfectione virtutis, vt virtus eſt, nec ex parte potentiæ ſe tenet, ſed ex parte obiecti; cum ſit eius ſimilitudo, & ſit ipſum obiectum, ſiue ipſa quidditas obiecti in eſſe intelligibili transferens ipſam potentiam, & intelligentem in ipſum intelligibile: ita vt intelligens ſit idem, quod intelligibile: Conſtat autem, hæc ad perfectionem ſiue modum virtutis, ſiue potentiæ, vt potentia eſt, non pertinere; quantumuis, n. excellens ſit ſubſtantiæ creatæ virtus intellectiua, vt virtus intellectiua eſt, infra latitudinem propriæ, & intrinſecæ rationis formalis, nunquam tamen pertinget ad hoc, vt ſit formalitèr ipſum intelligibile, ſed ſpecie ſemper egebit acquiſita, vel cogenita inhærente, vel ſubſiſtente, vt peream trãſeat in obiecti naturam: perficit ergo ſpecies intellectum, & determinat ad actionem, non vt augmẽtum virtutis intrinſecum, ſiue vt modus virtutis, vt virtus eſt, ſed veluti forma, & perfectio nobilioris ordinis illi ſuperaddita, & ſe tenens ex parte obiecti ob dictas cauſas.

Contra eandem cõcluſionem, & tertiam etiam ſunt argumenta, quæ referunt, & ſoluunt Capreolus, Caietanus, Bannes, Zumellus, & alij contra hanc, & contra primam concluſionem. Capreol. 1. ad 1. Bannes. Zumellus Bannes.

Contra eandem tertiam concluſionem ſunt argumenta Bannęſij ſupra ſoluta quæſt. 12. ar. 5. dub. 3. controu. 3.

Contra vltimam concluſionem, ſunt quædam argumenta Valentiæ parui momenti, quæ dilui facile poſſunt ex doctrina D. Thomæ, & Caietani in allegata quæſt. 89. art. 1. Valentia. S. Thomas. Caiet.

Diſputant hic Bannes, & Zumellus, an Angelus in ſui intellectione formet verbum, cuius difficultatis vtramq; partem ſupra ſuſtinuimus, vt probabilem, quæſtione 27. art. 1. controu. 2.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum vnus Angelus alium cognoſcat.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd vnus Angelus alium non cognoſcat. Dicit enim Philoſophus in 3. tertio de ani 184 a com. 46. & vi. 8 ar. 5. Li; de anim. ſcñ. 4. to. 2.

ma,quòd,ſi intellectus humanus haberet in ſe aliquam naturam de numero naturarum rerũ ſenſibilium,illa natura interius exiſtens, prohiberet apparere extranea:ſicut etiã,ſi pupilla eſſet colorata aliquo colore, non poſſet videre omnem colorem: ſed ſicut ſe habet intellectus humanus ad cognoſcẽdas res corporeas, ita ſe habet intellectus Angelicus ad cognoſcẽdas res immateriales. Cum igitur intellectus Angelicus habeat in ſe aliquam naturam determinatam de numero illarum naturarum, videtur,quòd alias cognoſcere non poſsit. A

2 Præterea: In* lib.de cauſis dicitur,quòd omnis intelligentia ſcit, quod eſt ſupra ſe, inquantùm eſt cauſata ab eo:& quod eſt ſub ſe, inquantum eſt cauſa eius. Sed vnus Angelus non eſt cauſa alterius. Ergo vnus Angelus nõ cognoſcit alium. B

Propoſ 8. in princ. habetur hic liber inter opera Ariſtot. to. 3.

3 Præterea. Vnus Angelus non poteſt cognoſcere alium per eſſentiam ipſius Angeli cognoſcentis,cum omnis cognitio ſit ſecundũ rationem ſimilitudinis. Eſſentia autem Angeli cognoſcentis non eſt ſimilis eſſentiæ Angeli cogniti,niſi in genere,vt ex ſupradictis*patet. Vnde ſequeretur,quòd vnus Angelus non haberet de alio cognitionem propriam, ſed generalem tantùm. Similiter etiam non poteſt dici,quòd vnus Angelus cognoſcat alium per eſſentiam Angeli cogniti,quia illud,quo intellectus intelligit,eſt intrinſecum intellectui ſola autem Trinitas illabitur menti. Similiter ẽt dici non poteſt,quòd vnus cognoſcat alium ꝑ ſpeciem,quia illa ſpecies non differt ab Angelo intellecto, cum vtrunque ſit immateriale. Nullo igitur modo videtur,quòd vnus Angelus poſsit intelligere alium. 264 C q.50.ar.4 q.55.ar.1.

4 Præterea.Si vnus Angelus intelligit aliũ: aut hoc eſſet per ſpeciem innatam, & ſic ſequeretur,quòd, ſi Deus nunc de nouo crearet aliquem Angelum, nõ poſſet cognoſci ab his, qui nunc ſunt. Aut per ſpeciem acquiſitam à rebus,& ſic ſequeretur,quòd Angeli ſuperiores non poſſent cognoſcere inferiores,à quibus nihil accipiunt. Nullo igitur modo videtur,ꝙ vnus Angelus alium cognoſcat. D

Propoſ. 10. in prin. habetur hic liber inter opera ariſtot. to 3. Lib 2 c 8. per totum tem 3.

Sed contra eſt,quòd dicitur in* lib. de cauſis,quòd omnis intelligentia ſcit res, quæ non corrumpuntur.

Reſpondeo. Dicendum,quòd, ſicut Aug. dicit* ſuper Gene.ad lit.Ea quæ in verbo Dei ab æterno præexiſterunt,dupliciter ab eo fluxerunt.Vno modo,in intellectum Angelicum: alio modo,vt ſubſiſterent in proprijs naturis. In intellectum autem Angelicum proceſſerũt per hoc,quòd Deus menti Angelicæ impreſſit rerum ſimilitudines, quas in eſſe naturali E

prodùxit. In verbo autem Dei ab æterno exiſterunt,non ſolum rationes rerum corporaliũ, ſed etiam rationes omnium ſpiritualium creaturarum.Sic igitur vnicuique ſpiritualiũ creaturarum à Verbo Dei impreſſæ ſunt omnes rationes rerum omnium, tam corporalium,quã ſpiritualium:ita tamen,quòd vnicuique Angelo impreſſa eſt ratio ſuæ ſpeciei ſecundùm eſſe naturale,& intellectuale ſimul. ita ſcilicet, quòd in natura ſuæ ſpeciei ſubſiſteret,& per eam ſe intelligeret. Aliarum verò naturarum, tam ſpiritualium,quàm corporalium rationes ſunt ei impreſſæ ſecundùm eſſe intellectuale tãtùm,vt videlicet per huiuſmodi ſpecies impreſſas,tam creaturas corporales,quàm ſpirituales cognoſceret. 280

Ad primum ergo dicendum, quòd naturæ ſpirituales Angelorum abinuicem diſtinguuntur ordine quodam,ſicut ſupra dictum eſt.* Et ſic natura vnius Angeli non prohibet intellectum ipſius à cognoſcendis alijs naturis Angelorum,cum,tam ſuperiores, quàm inferiores habeant affinitatem cum natura eius,differentia exiſtente tantùm ſecundùm diuerſos gradus perfectionis. 4.50.ar.4. D. 116.

Ad ſecundum dicendum,quòd ratio cauſę, & cauſati,non facit ad hoc, quod vnus Angelus alium cognoſcat niſi ratione ſimilitudinis, inquantum cauſa,& cauſatum ſunt ſimilia: & ideo,ſi inter Angelos ponatur ſimilitudo,abſque cauſalitate,remanebit in vno cognitio alterius.

Ad tertium dicendum,quòd vnus Angelus cognoſcit alium per ſpeciem eius, in intellectu ſuo exiſtentem,quę differt ab alio Angelo cuius ſimilitudo eſt, non ſecundùm eſſe materiale,& immateriale, ſed ſecundùm eſſe naturale,& intentionale.Nam ipſe Angelus eſt forma ſubſiſtens in eſſe naturali, non autem ſpecies eius,quæ eſt in intellectu alterius Angeli, ſed habet ibi eſſe intelligibile tantum, ſicut ẽt & forma coloris in pariete habet eſſe naturale,in medio autem deferente,habet eſſe intentionale tantum.

Ad quartum dicendum,ꝙ Deus vnamquãque creaturam fecit proportionatam vniuerſo,quod facere diſpoſuit. Et ideo, ſi Deus inſtituiſſet facere plures Angelos, vel plures naturas rerum,plures ſpecies intelligibiles mentibus Angelicis impreſsiſſet. Sicut,ſi ædificator voluiſſet facere maiorem domum,feciſſet maius fundamentum. Vnde eiuſdem rationis eſt,quòd Deus adderet aliquam creaturam vniuerſo, & aliquam ſpeciem intelligibilem Angelo.

Sen-

Sensus quæsiti.

DVplex quæsitum claudit inscriptio, alterum patens: Ait, scilicet vnus Angelus alium cognoscat, & alterum latens ad modum notitiæ pertinens.

Forma Textus.

PRima conclusio: Quilibet Angelus cognoscit alios Angelos per impressas eius menti similitudines. Probatur: Ea, quæ in Verbo Dei ab æterno præexistunt, duplicitèr ab eo fluxerunt; Vno modo in intellectu Angelicum per hoc, quod Deus menti Angelicæ impressit rerum similitudines, quas in esse naturali produxit; Alio modo, vt subsisterèt in propria natura: Et in Verbo Dei extiterunt non solum rationes rerum corporalium, sed etiam rationes omnium spiritualium creaturarum; ergo vnicuique spirituali creaturarum à Verbo Dei impressa sunt omnes similitudines, & rationes omnium aliarum rerum, tam corporalium, quàm spiritualium.

Secunda conclusio, qua declaratur præcedens simul cum maiore probationis illius: Vnicuique Angelo impressa est ratio suæ speciei secundùm esse naturale, & intellectuale simul; scilicet vt in natura sua speciei subsisteret, & per eam se intelligeret; aliarum verò naturarum, tam spiritualium, quàm corporalium rationes sunt ei impressæ secundùm esse intellectuale tantùm, vt per huiusmodi species impressas tam creaturas corporales, quàm spirituales cognosceret. Hæc conclusio, quo ad primam partem patet ex articulo præcedente: quo ad secundam autem ex probatione præcedentis conclusionis.

Expositio Textus.

QVemlibet Angelum alterum cognoscere fidei confessio est plurimis sacrarum litterarum dictis, ac narrationibus confirmata; Sæpè namque in Prophetis, & alijs diuinarum scripturarum libris, tam veteris, quàm noui Testamenti legimus, plures Angelos ad vnum aliquem effectum conuenisse, aut pugnasse, vel colloquia miscuisse, vel quæ ad aliorum Angelorum attinent status, & officia narrasse. Nam Genes. 18. tres Angeli apparuerunt Abrahæ, & 19. cap. duo apparuerunt Loth, & Thobiæ. 12. dixit Angelus, *Ego sum Raphael Angelus vnus de septem, qui astamus ante Dominum*: & Isaiæ 6. *Duo Seraphim clamabant alter ad alterum*: & Dan. 10. Angelus loquens de Angelo principe Persarũ, ait: *Princeps Persarum restitit mihi viginti, & vno die, & ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum*: & Lucæ 2. dicitur: *Facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis laudantiũ Deũ &c.* & Apocal. 7. dicitur: *Et vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu Solis, & clamauit voce magna quatuor Angelis, &c.* Quam veritatem probant rationibus etiam quibusdam naturalibus Bannes, & Zumellus, & Vasquez, qui sententiam oppositam Iustino tribuit, & Chrisostomo Hom. 5. in Matth. vbi ait, Angelum voluntate sua fieri dæmoni inuisibilem, quod efficere potest diuina virtute: sed de hoc infra quæst. 113. art. 6.

Gen 18. & 19. Tob. 12. Isa 6. Dan. 10. Luce 2. Apoc. 7. Bannes Zumellus Vasquez.

A De responsione ad primum argumentum dubitationem mouet hic Caietanus, & Ferratiensis in secundo cont. gent. cap. 98. §. *Sed circa hanc conclusionem*: cui diuerso modo satisfaciunt, differenter interpretantes verba D. Thomæ, & dictum Aristotelis in 3. de Anima, ex quo procedit argumentũ, & videtur vtriusque interpretatio posse sustineri; in neutra namq; nihil apparet textui, aut veritati repugnans: melior tamen videtur expositio Caietani, quam sequitur etiam Bannes, & Zumellus. Nec resolutio Ferratiensis potest sine doctrina Caietani subsistere. Caietan. Ferrarien. Bannes. Zumellus.

B Responsiones ad alia argumenta D. Thomæ explicabuntur in sequenti controuersia.

Prima Controuersia.

An quilibet Angelus alios cognoscat per similitudinem intentionalem; An verò per substantiam ipsius Angeli cogniti, aut per substantiam Angeli cognoscentis alios intelligat, aut intelligere valeat.

Sententiæ Doctorum.

DVas habet præcipuas partes hæc controuersia: Et quo ad priorem quidem partem, quę de facto loquitur: Plato de Rep. cap. 6. dixit: intellectionem fieri per contactum intellectus ad rem C intelligibilem, sicq; vnam substantiam separatam aliam intelligere per eius essentiam, dum eam spiritualiter contingit, superior quidem inferiorem, quasi eam sua virtute concludens, & continens, inferior verò superiorem, quasi eam capiés, vt sui perfectionem. Quod etiam Dionysius insinuat 4. cap. de Diuin. Nom, dicens; superiores substantias intelligibiles esse quasi cibum inferiorum. Auicenna verò docuit, vnam intelligentiam alterius esse causam effectiuam; cum autem in qualibet effectiua causa sit effectus proprij similitudo, & quilibet etiam effectus similitudinem habeat suæ causæ, poterit superior inferiorem, & inferior superiorem iuxta modum suæ substantiæ cognoscere. Sententiam hanc refert S. Doctor in 2. cont. gent. cap. 98. & eius radicem duobus confutat argumentis. Platonis opinionem quo ad ipsam conclusionem secutus est Auerr. 12. Meth. tex. 51. & tribuitur et Durando, & nominalibus in secundo sent. dist. 3. quam etiam confutat S. D. de Verit. q. 8. art. 7. Eandem sententiam secutus est etiam Molina dicęs, vnum Angelum alterum posse cognoscere intuitiuè per eius substantiam concurrentem in modum speciei intelligibilis, si ab eo non distet intellectus Angeli cognoscentis secundùm spatium. Scotus autem nullam requirit spatij proximitatem, sed absolutè pronunciat, cuiuslibet Angeli substantiã posse cum alterius Angeli potentia intellectiua concurrere instar speciei intelligibilis, vt ab eo cognoscatur intuitiuè, siue sit ab eo situaliter distãs, siue propinquus. Proximè ad hanc sententiam accedit Vasquez dicens, sibi probabile esse, vnum Angelum ad alios cognoscendos speciebus nõ indigere, sed sola virtute naturali sui intellectus aliquid posse cognoscere eo ipso, quod intra limites sui obiecti continetur, & consequenter etiam Angelos

Plato. Dionys. Auicenna S. Thom. Auerroes. Durandus Molina. Scotus. Vasquez.

Digitized by Google

gelos: Deinde ait, vnum Angelum per ſuam eſſentiam prius cognitam, & inſtar illius cognoſcere alios Angelos, non tamen cognitione quidditatiua, & propria. Albertus Magnus in 12. Metaphyſ. affirmat, Angelos inferiores cognoſcere ſuperiores per eſſentias ipſorum cognitorum, ſuperiores autem cognoſcere inferiores per eſſentias ipſorũ cognoſcentium.

Albertus.

De ſecunda verò parte controuerſiæ, an ſcilicet effici poſsit, vt vnus Angelus alios intelligat per ſuam, aut ipſorum cognitorum eſſentias, D. Thomas in allegato cap. 98. ſolum ait, difficile eſſe videre, quomodo vna ſubſtantia ſeparata ſit vnum alteri, dum intelligit ipſam, ſi per eſſentiam ipſius intellectæ ſubſtantiæ eam cognoſcit: Vbi Ferrariẽſis, § *circa iſtas rationes*, ait, argumenta S. D. contra ſententiam hanc ibi non afferri, tamquàm inſolubilia, ſed vt difficultatem inducentia in via Ariſt. atque ideo nõ affirmaſſe ſimpliciter eam opinionem eſſe impoſsibilem, ſed habere difficultates non paucas. Quamobrem idem Sanctus Doct. de Verit. quæſt. 8. art. 7. propoſitis argumentis contra ſententias aſſerentium, vnum Angelum alterũ cognoſcere per eſſentiam Angeli viſi, vel per eſſentiam Angeli videntis, & ſolutis tribus argumentis illi parti fauentibus ſubdit: *Rationes autem illæ, quæ probant, quod Angelus nõ cognoſcit Angelum per eſſentiam Angeli viſi, vel videntis, concedimus, quamuis ad eas poſsit reſponderi aliquo modo*: ſignificat ergo S. D. rationes illas eſſe ſolubiles, ac proinde non eſſe demonſtratiuas, ſed probabiles, vt notat Ferrarienſis in dicto cap. 98. qui rationibus etiam ibi poſitis à Diuo Thoma contra dictas opiniones reſponder, vt oſtendat, eas eſſe probabiles. Quam ſẽtentiam ex parte ſequutus eſt etiam Zumellus in ſua prima quæſt. ad hunc articulum, vbi ſtatuit hanc primam ſuam concluſionem: *Illa ſententia, quæ docet, non eſſe impoſsibile prorſus, quod Angelus cognoſcat Angelum per eſſentiam ipſius cogniti, non adeò euidenter falſa eſt, vt argumenta eius omninò ſint inefficacia, ac proinde non appareat ſimpliciter impoſsibilis ille modus dicendi*. Addit tamen hanc tertiam concluſionem: *Angelus non poteſt Angelum cognoſcere per eſſentiam ipſius Angeli cognoſcentis*. Peſantius ait, non repugnare, vt Angelus per ſuam ſubſtantiam cognoſcatur ab alio etiam naturaliter loquendo. Ripa vtrumque prædictum cognoſcendi modum reputat impoſsibilem, etiam ex ſententia D. Thom.

S. Thom.

Ferrarien.

S. Thom.

Ferrarien.

Zumellus

Peſantius.

Ripa.

Reſolutio.

Angelum non cognoſcere, nec poſſe cognoſcere alterum Angelum per eſſentiam ipſius Angeli cognoſcentis, aut Angeli cogniti, & oppoſitam ſententiam non eſſe probabilem.

IN examinandis, ac definiendis propoſitæ controuerſiæ difficultatibus, quæ multiplices in eius priori, ac præcipua parte continentur, non eſt nobis neceſſe multum laboris inſumere, cum ex maiori parte veterum, & recentiorum Theologorum ſtudio, ac diligentia fuerint definitæ; Nam primò, ſuperiorem, aut inferiorem Angelum per intelligentis eſſentiam non cognoſci ſatis conſtat ex articulo primo quæſtionis præcedentis, quod etiam probat efficaciter Sanctus Doctor in allegato cap. 98. ſecundi cont. gent. & de Verit. quæſt. 8. art. 7. & pluribus argumentis confirmat Bannes dubio primo, & Zumellus quæſt. 11. Deinde nullum Angelum ab altero cognoſci per eſſentiam Angeli cogniti probant in eiſdem locis vberrimè S. D. & expoſitores prædicti; qui pluribus etiam argumentis oſtendunt vnum Angelum alterum non cognoſcere per ſpecies ab eo abſtractas, aut ab eo in intellectum cognoſcentis immiſſas. Vaſquez ij denique phantaſiam ſpecierum excludit neceſsitas, q̃ probant animaſtici in queſtionibus ad tertium de anima, & Bannes infra quæſt. 85. art. 2. ad quos lectorem remitto: huius enim difficultatis examen, ac definitio ad præſentẽ locum minimè pertinet.

A

B

C

D

E

S. Thom.

Bannes. Zumellus

Vaſquez.

Supereſt ergo nobis ſecunda tantùm controuerſiæ pars breuiter attingenda, cum prædictorum, & aliorum etiam expoſitorum diligentia mirificè fuerit illuſtrata, ac fortaſsis plenè definita.

Eſt igitur quæſtio; Num ſit poſsibile, vnum Angelum cognoſcere alterum per ſubſtantiam ipſius Angeli cogniti vnitam intellectui cognoſcentis in ratione ſpeciei intelligibilis, vel etiam per ſubſtãtiam ipſius Angeli cognoſcentis, vt ſpeciem diſtinctè repræſentantem: Pro cuius aliquali reſolutione attendendus eſt primò modus loquendi S. Tho. in prædicto articulo ſeptimo, quæſt. 8. de Veritate; non enim affirmat ſimpliciter argumentis illis poſſe ſatisfieri, quibus ibidem probat, vnum Angelum non poſſe alterum Angelum per ſuam, nec per ipſius Angeli cogniti ſubſtantiam intelligere, ſed tantum ait, ad eas aliquo modo poſſe reſponderi; qua loquendi forma ſatis apertè ſignificat, reſponſiones argumẽtis illis diluendis afferri poſsibiles, non eſſe plenè, neque verè ſufficientes: ſed primo aſpectu dumtaxat verifimiles, nec eſſe ſolidas, ac reales, ſed apparentes; atque ideò nõ anxiè nobis eſſe laborandum in exquirẽdis ſolutionibus, quibus ea confutari poſsint argumenta, & oppoſita ſententia valeat ſuſtineri.

S. Thomas

Secundò videnda ſunt: quæ ſcribunt Valentia, & Vaſquez in queſt. præcedente, art. 1. contra vim rationis D. Thomæ, qua probat, Angelum non omnia cognoſcere per ſuam ſubſtantiam; quibus ibi ſatisfecimus; ex illis enim expoſitoribus colligi poterunt apparentes quædam, ſed minimè ſolidæ reſponſiones ad eam, & ſimiles alias rationes probantes non eſſe poſsibile, vnum Angelum per ſuã ſubſtantiam alterum Angelum ſaltem ſuperiorem cognoſcere: quibus adde, quæ ſcribit Vaſquez ſuper hoc artic. cap. 1. ſuæ diſput. 205.

Valentia. Vaſquez.

Tertiò legenda ſunt, quæ notat Zumellus in ſua quæſt. 1. ad hunc articulum in prima concluſione poſt Ferrarienſem in dicto cap. 98. vbi ſatis acutè defendit concluſionem illam, videlicet; *Sententia, quæ docet non eſſe impoſsibile prorſus, quod Angelus cognoſcat Angelum per eſſentiam ipſius cogniti, non eſt adeò euidenter falſa, vt argumenta eius ſint omninò inefficacia, ac proinde non apparet ſimpliciter impoſsibilis ille modus dicendi.*

Zumellus

Ferrarien.

Quar-

Quartò videnda ſunt ea, quæ ſupra notauimus in tertia controuerſia ad ſecundum articulu quæſtionis duodecimæ, de modo vnionis diuinæ eſſentiæ cum intellectu beati, & de concurſu cum ea ad actum viſionis: Ex quibus habetur primò, eſſentiam Angeli non poſſe eſſe formam intelligibilem alicuius intellectus. Secundò formam omnem intelligibilem vniri intellectui, vt principium formale, & effectiuum actus viſionis, quod tamen negant aſſerentes, vnum Angelum poſſe alterum intueri per eius eſſentiam: Tertiò non ſufficere præſentiam localem, ſiue indiſtantiam ſecũdùm ſubſtantias Angelorum cognoſcentis, & cogniti, vt opinantur Zumellus, & Molina. Sequitur euidenter hoc tertium ex duobus prædictis, ſi namque neceſſe eſt, formam omnem intelligibilem vniri intellectui, vt principium formale, & non poteſt Angeli ſubſtantia alterius intellectus eſſe forma, conſequens eſt, vnius Angeli ſubſtantiam eſſe non poſſe alterius intellectui ratione intelligendi; ac proinde non ſufficere præſentiam illam localem, vt vnus Angelus alium per eius eſſentiam intueatur.

Igitur merè accidentalis, ac impertinens eſt localis illa propinquitas, quod etiam hac vnica ratione probatur: Nam Angelus Angelo propinquus in loco non eſt, niſi quatenus ſua virtute corpus contingit corpori proximum, in quod alius Angelus operatur: at non eſt neceſſe, ſed merè per accidens eſt, quod Angelus intelligens Angelum operetur extrinſecus, & exiſtat in loco; ergo propinquitas illa localis hic interuenit merè per accidens.

Probatur minor: Quoniã operatio prior, & immanens Angeli nobiliſſima, qualis eſt intellectio alterius Angeli, non pendet ab operatione poſteriori, & minus nobili, qualis eſt operatio tranſiẽs. Et confirmatur: Quoniam, vt ſæpe diximus in quæſtione 52. poteſt Angelus eſſe nullibi; quod ex eo patet etiam perſpicuè, quod potuit Deus ſolã ſpiritualem producere creaturam abſque corporea, & nunc productam corpoream creaturam poteſt annihilare, nec tamen quidquam naturalis perfectionis tolleretur ab Angelis, ac eius præſertim, quæ ad operationes pertinet immanentes.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: Nullus Angelus intelligit aliũ Angelum per eſſentiam ipſius Angeli cognoſcentis: Hęc concluſio intelligenda eſt de propria, & diſtincta cognitione, quamuis non eſſet quidditatiua, & patet ex dictis in artic. 1. quæſt. præcedẽtis, & probatur ibidem à D. Tho. præſertim in reſponſione ad tertium, & Verit. quæſt. 8. art. 7. cuius oppoſitum imponit hic Vaſquez immeritò S. D. dicens: D. Thom. non explicare, num hæc notitia eſſet propria, & quidditatiua.

S. Thom. Vaſquez ij impoſtura

Secunda concluſio: Angelus alterũ non cognoſcit per eſſentiam ipſius Angeli cogniti.

Tertia concluſio: Impoſsibile eſt, vnum Angelum ab alio cognoſci per eſſentiam cognoſcentis, aut cogniti.

Quarta concluſio: Rationes illę, quibus probãtur tres præcedentes concluſiones, ſolui poſſunt apparenter quibuſdam veriſimilibus, ſed minimè ſolidis, ac veris reſponſionibus.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra primam concluſionem ſunt argumenta, quæ referunt, & ſoluunt Bannes, & Zumellus hic, & quæ tangit, & ſoluit S. Tho. in dicto art. 7. de Verit. in corpore. Bannes. Zumellus. S. Thomas

Contra eandẽ concluſionẽ argumentatur Vaſquez: Angelus cognoſcit Deum inſtar ſuæ eſſentiæ, & hanc retinet cognitionem, cum ipſam clarè proprio, & quidditatiuo conceptu intuetur; ergo vnus Angelus poterit alium Angelũ inſtar ſui intellectu concipere. Et confirmatur: Quia per corporea intelligimus ſpiritualia abſque ordine cauſæ, & effectus; ergo multò melius per vnum ſpiritum, & Angelum alius poteſt cognoſci, non quidẽ conceptu quidditatiuo, ſed per analogiam ſolum, & ſimilitudinem quandam. Vaſquez.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiã, loquendo de cognitione diſtincta, & propria licèt non ſit quidditatiua, & ratio elicitur ex articulo ſequenti; quia videlicet imago Dei eſt in ipſa natura Angeli impreſſa per ſuam eſſentiam, & ideo Angelus Deum cognoſcit, inquantùm eſt ſimilitudo Dei: talem autem ſimilitudinem diſtinctè repræſentantem non habet vnus Angelus reſpectu alterius Angeli: Secundò dico falſum eſſe antecedens, præciſè loquendo; nam Angelus per ſuam eſſentiã Deũ cognoſcit mediatè, & immediatè, vt dicemus in articulo ſequenti. Ad confirmationem dico, cognitionem illam, quam de ſpiritualibus habemus per corporalia abſque ordine cauſæ, & effectus, præſupponere priorem aliã cognitionem de ipſis habitam per corporeos, & ſenſibiles quoſdam eorum effectus; Primò namq; motrices intelligentias ex cœlorum motibus intelleximus, ex quibus plures earum perfectiones, & attributa cognouimus, & deinceps per analogiam ad corporalia non ſolùm eadem perſpicacius, ſed alia plura recondita cognouimus.

Contra ſecundam, & tertiam concluſionem sũt argumenta, quæ referunt, & ſoluunt Bannes, & Zumellus. Bannes. Zumellus

Contra eaſdem concluſiones argumentatur Molina: Vt vnus Angelus alterum poſsit cognoſcere per eius ſubſtantiam, ſatis eſt, vt ſubſtantia Angeli cognoſcendi non diſtet ſecundùm ſpatiũ ab intellectu, qui eum debet cognoſcere, & quod ſit illi proportionatus in gradu ſpiritualitatis; at ridiculum eſt aſſerere, ſubſtãtiam vnius Angeli eſſe hoc modo improportionatam intellectui alterius Angeli, ſiue is ſit ſuperior, nobilior; ſiue ſit inferior minusq; nobilis; ergo. Minor probatur: Quia proportio ad hanc cognitionẽ neceſsaria non eſt proportio æqualitatis, ſed cõmenſuratio, hoc eſt habitudo, vt vnum concurrat cum alio, agatq; in eo intentionaliter; quam proportionem fatemur eſſe inter eſſentiam diuinam infinitam, & intellectum creatum perfuſum lumine gloriæ; ergo improbabile eſt, ac pènè ridiculum eam negare inter ſubſtantiam vnius Angeli, & intellectum alterius, quicũ- Molina.

Digitized by Google

que is demùm sit. Et confirmatur, quoniam in sensibus experimur similem habitudinem non consistere in indiuisibili, sed dari latitudinem maximã inter species, quæ cum facultate videndi cuiusque sunt proportionatæ.

Respondetur duplicem esse proportionem, alteram secundùm gradus naturæ, siue secundũ conuenientiam, & similitudinem in natura, & alterã secundùm conuenientiam habitudinis, quæ requiritur inter perfectionem, & perfectibile, & in proposito inter formam intelligibilem, & intellectũ. Ad argumentum itaque dico, falsam esse maiorẽ quo ad priorem partem, & quo ad posteriorem etiam, si sermo sit de proportione primo modo dicta: si verò loquatur de secundo modo proportionis, admissa secunda parte maioris, negatur minor. Ad eius probationem negatur consequentia; non est enim talis proportio inter essentiam vnius Angeli, & intellectum alterius. Ad confirmationẽ dico, in illa specierum latitudine seruari semper secundùm modum proportionis, qui nulla ratione seruari potest inter substantiam vnius Angeli, & intellectum alterius.

S. Thomas. Simile argumentum soluitur hac eadem responsione à Diuo Thoma in dicto art. 7. de Verit. quæstione 8. & est penultimum, & in corpore eiusdem articuli: & soluitur etiam simile argumentũ à Bannesio, & est apud eũ quartum, & à Zumello, apud quem est secundum.

Bannes. Zumellus.

Contra vltimam conclusionem produci possẽt argumenta omnia, quibus probantur tres priores conclusiones à D. Thoma, & à prædictis duobus expositoribus, replicando aduersus apparentes illas solutiones, quas afferunt Ferrariẽsis, & Zumellus: sed, cum eas dumtaxat apparentes nequaquã autem veras, aut firmas esse fateantur, non est necesse, nos in earum confutatione detineri.

Ferrar.

Secunda Controuersia.

An inferior Angelus cognoscat superiorem quidditatiuè, aut etiam comprehensiuè.

Sententiæ Doctorum.

Bannes. BAnnes dicit quatuor. Primum: Angelus inferior cognoscit quidditatiuè superiorem. Secundum: Angelus superior comprehensiuè cognoscit quemlibet inferiorem. Tertium: Satis probabile est, Angelum inferiorem non comprehendere superiorem. Quartum: opposita sententia, nimirum Angelum inferiorem comprehendere superiorem est probabilior.

Molina. Molina dicit: Nullum esse absurdum, Angelum inferiorem comprehendere naturaliter superiorem; quin potius credendum esse, quemcũque Angelum inferiorem totam latitudinem essẽtialem Angelorum, quos Deus creauit, intelligendo penetrare, & plane comprehendere. Eandem sententiam sequitur Montagnolius.

Montagn. Valquez.

Vasquez duo dicit. Primum: Angelus inferior cognoscit quidditatiuè superiorem. Secundum: Non solùm superior Angelus ab inferiori non cõprehenditur, sed neq; vlla creatura libera ab alia quantumuis perfecta compehẽditur, non ob eam causam, quod de ratione comprehensionis sit, vt cognitio suo genere sit tam perfecta, quàm res cõprehensa in genere intelligibili; id enim non est necessarium: sed quia, vt res aliqua dicatur comprehendi, necesse est non tantùm cognosci ea omnia, quæ ipsi formaliter insunt, sed etiam, quæ ex ipsa deduci possunt, tamquàm ex causa, atque ideò necesse est cognoscere decretum voluntatis Angeli, vel hominis, vt alius dicatur ipsum comprehendere; quod nulli competit Angelo.

Suarez. Suarez disput. Metaph. 35. sect. 4. nume. 4. affirmat, vnamquamlibet intelligentiam aliam cognoscere quidditatiuè, nec tamen inferiorem superiores cognoscere comprehensiuè, eo quòd hæc cognitio requirat quandam adæquationem, quam non potest habere vnus Angelus respectu omnium aliorum, sed solum respectu æqualium, si illos habet, vel respectu inferiorum: Quam sententiam sequitur Pesantius super hoc artic. & eande Zumellus existimat esse probabiliorem.

Pesantius

Resolutio.

Quemlibet Angelum cognoscere alterum quidditatiuè, non tamen superiorem ab inferiore comprehendi.

S. Thom. CAngelos omnes se inuicẽ quidditatiuè cognoscere non obscurè significat S. Thom. suprà quæst. 12. art. 4. & infra quæst. 85. art. 1. vbi propria, ac proportionata singulis intellectibus, assignat obiecta, scilicet Humano, Angelico, & Diuino, dicens: Obiectum cognoscibile proportionari virtuti cognoscitiuæ, eo quòd cognitio fiat secundùm hoc, quòd cognitum est in cognoscente: cognitum autem sit in cognoscente secundùm modum cognoscentis; atque ideo cognitionem cuiuslibet cognoscentis esse secundùm modum suæ naturæ. Cum igitur anima nostra, per quam cognoscimus, sit forma corporis, virtutem habens intellectiuam, quæ non est actus organi corporei, connaturale nobis est (inquit S. Thomas) per intellectum cognoscere naturas, quæ quidem non habẽt esse, nisi in materia indiuiduali: non tamen prout sunt in materia indiuiduali; sed prout abstrahuntur ab ea per intellectus considerationem: Intellectui autem Angelico connaturale est cognoscere naturas à materia separatas; soli verò Diuino intellectui connaturale est cognoscere ipsũ esse subsistens. Affirmat igitur S. D. obiectum proportionatum intellectus Angelici esse naturas separatas à materia, siue non existentes in materia: Vt autẽ ibi Caietanus aduertit, S. D. in artic. illo. 4. quæst. 12. loquitur de cognitione completè quidditatiua naturali, & de modo essendi cognoscentis, & cogniti, non secundùm speciem, sed secundùm genus, aut quasi genus, & de obiectis adæquatis non extensiuè, sed intensiuè naturaliter; quia nimirum non potest naturaliter altiùs potentia quidditatiuè penetrare, sed infra: Obiectum igitur cuilibet Angelorum intellectui proportionatum est immaterialis natura subsistens ad omnes Angelorũ naturas extensa: ac proindè quilibet Angelus quemlibet

Caiet.

libet quidditatiuè cognoſcit, nec vlla de hoc eſſe poteſt in doctrina D. Thomæ dubitatio.

De altera verò controuerſiæ parte, num ſcilicet cognitio illa quidditatiua ſit etiam verè, ac propriè comprehenſiua, nihil apparet eſſe definitum à D. Thoma. Si tamen eius doctrinam de ratione
S. Thom. comprehenſionis in 4. ſent. diſt. 49. quæſt. 2. art. 3. diligenter conſideremus, luce clarius apparebit, Angelum inferiorem non poſſe comprehendere ſuperiorem. Tunc enim dicitur aliquid cognitione comprehendi, quando cognitum ſtat ſub actu virtutis cognoſcitiuæ, & non excedit ipſam: excedit autem intelligibile virtutem intellectiuam, quando plus eſt intelligibile, quàm intellectus cognoſcere poſsit, vel actu cognoſcat, vt ibidem ait S. D. Eſt autem ſuperior Angelus, ac præſertim ſupremus lõgè plus intelligibilis, quàm poſsit inferior, ac præſertim infimus ſuo intellectu cognoſcere, quod efficaci ſatis argumento comprobatur: Ideò namque ſupremus Angelus ſeipſum comprehendit, quia tanta eſt eius cognoſcibilitas, quanta eſt virtus illius cognoſcitiua, & è contra; at infimus Angelus non eſt tantæ virtutis cognoſcitiuæ, quantæ ſupremus: ergo vis infimi cognoſcitiua non adæquatur cognoſcibilitati ſupremi: igitur nec ipſum comprehendit. Et confirmatur auctoritate
S. Thom. D. Thomæ in allegato ar. 3. in reſponſione ad quartum dicentis: *Quando aliquid intelligit ſe, idem eſt modus cognoſcentis, & cogniti, & ideò ſi intelligit ſe, comprehendit: ſe non eſt autem idem modus cognoſcentis, & cogniti, quãdo intellectus intelligit aliud, & ideò non eſt ſimile.* Et de Malo, quæſt. 16, artic. 8, ſic ait: *Vnuſquiſque intellectus aliter ſe habet ad ſpecies intelligibiles ſuperioris intellectus, & aliter ad ſpecies intelligibiles intellectus inferioris: nam ſpecies intelligibiles ſuperioris intellectus ſunt vniuerſaliores, & ideò non poſſunt comprehendi per ſpecies intelligibiles inferioris intellectus: & ideò inferior intellectus non poteſt eas perfectè cognoſcere, poteſt autem perfectè cognoſcere, quæ ſunt in inferioris intellectu, tanquàm magis particulares, & ſecundum ſuas vniuerſaliores ſpecies poteſt de eis iudicare.* Hæc ibi. Ex quibus apparet primò, diuerſum eſſe modum eſſendi ſingulorũ Angelorũ, & ſuperiores Angelos habere nobiliorem eſſendi modum, ſicut, & nobiliores habent ſpecies: Secundò, quemadmodum ſpecies ſuperioris intellectus comprehendi nequeunt per ſpecies inferioris, ſic Angeli ſuperioris eſſentiam per inferioris intellectum comprehendi minimè poſſe: alioquin inferioris Angeli, immò, & infimi tanta virtus eſſet cognoſcitiua, quanta ſupremi.

Bannesij, & Zumel. reſponſio. Sed dicunt Bannes, & Zumellus, maiorem, vel minorem perfectionem Angelorũ ſecundum gradus ſpecificos aliquid conferre ad cognitionis perfectionem, ſed tamen perfectionem hanc non ſe tenere ex parte rei cognitæ, ſed ex parte cognoſcentis: ita vt Angelus perfectior, ſeu ſuperior non cognoſcat plures rationes ex parte rei cognitæ, quã inferior, ſed ex parte ipſius cognoſcentis perfectiori modo cognoſcat eadem, quæ inferior comprehendit. At verò per hæc non infringitur argumentum: Nam, licet ex duabus virtutibus cogno-

A ſcitiuis, & cognitionibus, quarum altera cognoſcibilitatem excedit obiecti, & altera tantum adæquat, perfectioſuperexcedentis cognitionis ſeretineat ex parte cognoſcentis; ſi tamen duæ fuerint cogniciones à duabus virtutibus procedẽtes, quarum vna cognoſcibilitatem adæquet obiecti, altera verò ſit ea priori virtute multis gradibus impar, neceſſe eſt, maiorem perfectionem illius prioris cognitionis, quæ ſcilicet adæquat obiecti cognoſcibilitatem, ſe tenere etiam ex parte rei cognitæ. Quod probatur. Primò: Quoniam in ſeparatis à materia perfectio cognoſcitiua proportionatur entitatiuæ. Secundò: Quia cognoſcibilitas, prout
B eſt obiecti conditio, conuenit illi ab intrinſeco; cũ vnumquodque ſit cognoſcibile, quatenus eſt ens, & prout eſt in actu: nihil autem rei magis intrinſecum eſt, quàm entitas ipſa; ſecundùm gradus igitur entitatis non ſolùm generícos, ſed etiam ſpecificos attendendi ſunt gradus cognoſcibilitatis ſe tenentis à parte rei. Tertiò. Quia, ſicut in obiecto quidditatiuè cognito, vel etiam comprehẽſo duo ſunt ſcilicet rationes cognitæ, & modus cognoſcibilitatis, qui attenditur penes maiorem, vel minorem ipſius obiecti, & rationum ei' actualitatem, ſic in eiuſdem obiecti cognitione comprehenſiua duo ſunt: primum eſt, quod obiectum, & rationes
C eius attingat, ſecundùm eſt modus, vt ſcilicet tanta claritate, & perſpicacitate cognoſcat, tunc ergo ſolùm erit obiecti cognitio comprehenſiua, cũ non ſingulas eius tãtùm rationes attinget, ſed modum etiam cognoſcibilitatis eius, modo ſuæ claritatis, & perſpicacitatis adæquabit. Probatur ſequela ex definitione comprehẽſionis ſuperius explicata, quæſt. 12. art. 7. videlicet: comprehenſio eſt cognitio perfecta adæquans (ſcilicet proportionaliter) rei cognoſcibilitatem: non adæquatur autem rei cognoſcibilitas, ſi modus cognitionis inferior eſt modo rei cognitæ: quod tunc neceſſariò verum eſt, cum natura cognoſcentis inferior
D eſt natura rei cognitæ ſecundùm gradum eſſendi generícum, aut ſpecificum. Et confirmatur: Quia gradus ſpecificus Angeli ſuperioris addit ſupra gradum ſpecificum Angeli inferioris non ſolùm gradum ipſum, ſed modum etiam intrinſecum actualitatis, & conſequenter etiam modum intrinſecum intelligibilitatis; cui adæquatur modus intellectionis ipſius Angeli ſuperioris, non autẽ modus intellectionis Angeli inferioris, vt iam ſatis oſtendimus.

Comprehenſionis definitio.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

E PRima concluſio: Vt vnus Angelus dicatur ab alio naturaliter comprehendi, non eſt neceſſe, vt cognoſcantur in eo, tanquam in cauſa decreta voluntatis. Hæc eſt contra Vaſquezium. Probatur primò: Quia tunc res comprehenditur, quando cognoſcitur, quantùm cognoſcibilis eſt ſecundùm propriam ſuam naturam, & quidditatem, & proprietates ad eam naturaliter conſequentes, & ſecundùm omnia naturali lumine cognoſcibilia: at ſuperior Angelus poteſt ſecundùm hæc omnia

Digitized by Google

cognoscere Angelum inferiorem, quantùm cognoscibilis est; ergo potest ipsum comprehendere, etiamsi nõ cognoscat in eo, vt in causa, ea, quæ nec ad eius naturam pertinent, nec ad eam naturaliter consequuntur; Tunc vltrà: sed decreta voluntatis, nec ad naturam attinẽt Angeli, nec ab ea profluunt naturaliter; igitur ad comprehensionem Angeli non est eorum cognitio necessaria. Et confirmatur: Quia decreta voluntatis à nullo intellectu, etiam diuino possunt in ipsa voluntate præcisè, vt in causa cognosci, vt latè probauimus supra quæstione 14. art. 13. & quæst. 22. art. 4. & alibi sæpè, & tamen Deus omnem Angelum comprehendit. A

Secunda cõclusio: Quilibet Angelus cognoscit omnem Angelum quidditatiuè. Hæc conclusio est Caietani supra quæst. 12. art. 4. & colligitur euidẽter ex doctrina Sancti Doct. ibidem, & ex artic. 1. quæstione 85. & probant eam hic Bannes, & Zumellus. B

Cai-t. S. Thom. Bannes. Zumellus

Tertia conclusio: Licèt Angelus superior comprehendat inferiorem, non potest tamen inferior comprehendere superiorem. Prima pars nullas apud sapientes, ac præsertim Thomistas patitur difficultates, & perspicuè ex dictis elucet. Secunda verò pars probata fuit pluribus argumentis: & q̃dam alia producunt Bannes, & Zumellus in eius confirmationem, quibus pro alia parte respondere nituntur, sed eorum responsiones quibusdam supra notatis argumentis facilè confutantur.

Argumenta, & solutiones.

CONtra primam, & secundam conclusionem nulla producunt argumenta expositores.

Contra tertiam conclusionem sunt argumenta Scoti, Victoriæ, & Bannesij, quæ refert, & soluit Zumellus in sua 2. quæst. ad hunc artic.

Secta. Zumellus

Primum argumentum est: D. Thom. in 2. contra gent. cap. 98. ait, substantiam aliquam esse intellectualem, quatenùs comprehẽsiua est totius entis, scilicet creati, & pertinentis ad ordinem naturæ; ergo Angelus inferior, cum sit naturæ inferioris, potest comprehendere superiorem, qui pertinet ad ordinem naturæ. Probatur consequentia; quia substãtia spiritualis Angelica est simpliciter perfecta in esse intellectuali; ergo potest cognoscere perfectè omne ens intelligibile pertinens ad ordinem naturæ. Confirmatur: Quæcumque ratio, & modus, qui reperitur in Angelo superiori, pertinet ad ordinem naturæ; ergo est naturaliter cognoscibilis perfectè à substantia intellectuali perfecta.

Respondetur, intellectualem substantiam esse comprehensiuam totius entis, quatenùs eius cognitio ad totam extenditur entis latitudinem; cuius tamen singulas partes non cognoscit, quantũ in seipsis sunt cognoscibiles; nullus enim Angelus Deum comprehendit, nec Angelus inferior superiorem. Sumit igitur ibi S. D. nomen comprehensionis latè pro cognitione etiam non quidditatiua, non autem pro cõprehensione propriè, ac strictè sumpta. Ad argumentũ itaque negatur sequela. Ad eius probationem negatur sequela, loquendo de cognitione perfecta quidditatiua, siue comprehensiua, ad quam non sufficit, substantiam cognoscentem esse perfectam absolutè loquendo, sed requiritur amplius, vt vel excedat vt sua cognoscitiua rem vel adæquet. Ad confirmationem negatur sequela propter eandem causam. C

Secundò. Sequitur ex opposita sententia, quod Angelus superior possit illuminare inferiorem de aliquibus rationibus pertinentibus ad ordinẽ naturæ: consequens est contra D. Thom. infra quæst. 109. art. 3. ad 2. Sequela probatur; quia Angelus superior cognosceret aliquas rationes in seipso, quas non cognosceret inferior; ergo posset de illis inferiorem illuminare. Confirmatur: Nam D. Tho. vbi supra, ex eo probat, Angelum superiorem non illuminare inferiorem de ijs, quæ pertinent ad naturalem cognitionem, quia omnes Angeli à principio cognouerunt omnia, quæ pertinent ad naturalem cognitionem; sed omnis ratio, & modus, qui reperitur in Angelo superiori, pertinet ad ordinẽ naturæ: ergo, &c.

Respondetur primò, nullam esse consequentiã. Ad eius probationem negatur consequentia: Nã, vt ibidem ait Sanctus Doctor: non est necessaria in Angelis manifestatio veritatis secundum ea, quę ad naturalem cognitionem pertinent; quia statim à principio suæ conditionis omnia cognouerunt, quæ ad naturalem cognitionem pertinent, & ideo maior plenitudo luminis naturalis, quæ est in superioribus Angelis, aut dæmonibus, non potest esse ratio illuminationis; non est enim hic ordo naturis Angelorum inditus, vt inferior Angelus lumen aliquod à superiori recipiat, quo superiorem ipsum Angelum comprehendat, sed omnis luminis ad ordinem naturæ pertinentis mensura singulis Angelorum mentibus in primo creationis instanti fuit infusa, vt in eis semper eadem, & nunquàm diminuta, nec aucta perduraret, sicut, & aliæ naturis eorum inditæ perfectiones. Secundò negandum est, superiores Angelos plures de se ipsis rationes cognoscere, quàm de illis inferiores intelligant; addit enim comprehensio supra quidditatiuam cognitionem non plurium rationũ notitiam, sed adæquationem modi cognoscentis, siue cognitionis ad modum cognoscibilis, vt ante diximus. Ad confirmationem dico, modum quidem, & rationem Angeli superioris ad ordinẽ naturæ pertinere, atque ideo cognosci ab Angelo inferiori: sed modus cognitionis Angeli inferioris non adæquat modum cognoscibilitatis Angeli superioris. D

Tertiò: Omnes Angeli sunt eiusdẽ generis proximi secundùm probabiliorem sententiam, quam Caietanus colligit ex D. Thoma hic, & expressius Diuus Thomas eam tenet supra quæst. 50. art. 4. ad primum, & in 2. sent. dist. 3. q. 1. art. 4. ergo omnes Angeli mutuò se comprehensiuè cognoscunt comprehendentes illud genus sibi proximum, qui est gradus omnibus æqualiter communis. E

Respondetur, nullum ex inferioribus Angelis comprehendere genus illud proximum, quod omnibus Angelis est commune: Ad comprehensionẽ enim genericæ naturæ secundùm totam eius latitudi-

rudinem in ſpeciebus eam participantibus diſtributam neceſſaria eſt ſingularum ſpecierum ſub ea poſitarum comprehenſio: nam autem diximus, nullum Angelum ſuperiorem ab inferiori poſſe comprehendi.

Molina. Contra eandē concluſionem argumentatur Molina: In cognoſcitiua potentia longè diuerſa eſt latitudo perfectionis eſſentialis, quæ cum cæteris rebus ſibi eſt communis, & latitudo facultatis ad cognoſcendum, quæ attenditur per comparationem ad obiecta, quæ vis illa poteſt attingere, & eſt propria, & peculiaris latitudo potentiæ cognoſcitiuę, vt talis potentia eſt, ſoleatque eſſe longè maior, q̄ latitudo perfectionis eſſentialis; ergo nullum eſt B abſurdum, ſi Angelus inferior longè maiorem perfectionem eſſentialem Angeli ſuperioris penetret, atque cognoſcendo adæquet, quàm ſit perfectio eſſentialis Angeli cognoſcentis: Antecedens quo ad vltimam eius partem probatur. Quia viſus bruti, ſicut ad longè maiorem diſtātiam ſe extendit, quam ſit quantitas ipſius bruti, ita ſe extendit ad videnda longè perfectiora obiecta, quàm ſit ipſū brutum imperfectum. Et noſter etiam intellectus, & longè magis Angeli ad cognoſcendam totā entis latitudinem ſe extendit.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens, quo ad vltimam partem, ſiue fiat comparatio inter duas C perfectiones ipſius potentiæ, ſiue comparetur perfectio potentiæ, vt potentia eſt, ad perfectionem eſſentialem ipſius cognoſcentis; nam perfectio eſſentialis potentiæ idem eſt realiter, & formaliter, qd ipſa perfectio potentiæ ad cognoſcendum; perfectio verò ſubſtantialis cognoſcentis prima radix eſt perfectionis potentiæ, vt potentia eſt cognoſcitiua: ſecundùm altitudinem enim gradus eſſentiæ cognoſcentis eſt altitudo gradus intellectiuæ potentiæ, & cæterarum proprietatum, quæ naturaliter ab eſſentia fluunt. Sed quia modus Angelicæ ſubſtantiæ eſt abſolutus, modus autem potentiæ totus eſſentialiter propendet in obiectum; idcircò diuerſa eſt etiam vtriuſque perfectionis latitudo D ſimpliciter loquendo, ſed proportionalis ſimilitudinis retinens vnitatem ob dictam cauſam; quia ſcilicet à perfectiori ſubſtantia ſpirituali perfectior emanat virtus intelligendi: & quia ſubſtantia præſtantior eſt accidente, & cauſa potior eſt effectu, conſequens eſt, eſſe maiorem abſolutè perfectionem eſſentiæ, quam potentiæ, quamuis ſecundum quid excedat potentia, quia operatione ſua plura contingit, quæ tamen extrinſeca ſunt ab ipſa potentia. Ad probationem autem antecedentis dico, maiorem illam perfectionem eſſe ſecundùm quid. Nam longè melius eſt intrinſecam aliquam, E licèt mediocrem, habere perfectionem, quam extrinſecam maiorem in altero exiſtentem intueri: & quamuis intellectus ad totam entis latitudinē cognoſcendam ſe extendat, non tamen eam ſentis latitudinem, habet intrinſecè connaturalem, nec eam quo ad ſingulas eius partes comprehendit. His adde totam illam intellectus perfectionē in ſubſtantia Angeli, tanquam in cauſa præhaberi.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm Angeli per ſua naturalia Deum cognoſcere poſſint.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd Angeli per ſua naturalia Deum cognoſcere non poſſint. Dicit enim Dionyſ. *9. cap. de diu. nomin. quòd Deus eſt ſuper omnes cœleſtes mentes, incomprehenſibili virtute collocatus. Et poſtea ſubdit, quòd, quia eſt ſupra omnem ſubſtantiam, ab omni cognitione eſt ſegregatus. 285 2. d. 23. q. 1. a. 1. cor. & 4. d. 49. q. 1. a. 2. & 7. & 2. cōt. c. 49. & 52 et Ro. 1. l. 6. fi. & ver. q. 8. art. 3 cor. c. 9 inter princ. & med.

2 Præterea. Deus in infinitum diſtat ab intellectu Angeli. Sed in infinitum diſtantia nō poſſunt attingi. Ergo videtur, quòd Angelus per ſua naturalia nō poſſit Deum cognoſcere.

3 Præterea 1. Corin. 13. dicitur, Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, ex quo videtur, quòd ſit duplex Dei cognitio. Vna, qua videtur per ſui eſſentiam, ſecundùm quam dicitur videri facie ad faciem. Alia, ſecūdùm quòd videtur in ſpeculo creaturarum. Sed primam Dei cognitionem Angelus habere non potuit per ſua naturalia, vt ſupra oſtenſum † eſt. Viſio autem ſpecularis Angelis non conuenit: quia non accipiunt diuinam cognitionem à rebus ſenſibilibus: vt dicit Dionyſ.* 7. cap. de diu. nom. Ergo Angeli per ſua naturalia Deum cognoſcere non poſſunt. † 12. ar 4. ca 7. inter princip & med.

Sed contra. Angeli ſunt potentiores in cognoſcendo, quam homines: ſed homines per ſua naturalia Deum cognoſcere poſſunt ſecundùm illud Rom. 1. Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis. Ergo multò magis Angeli.

Reſpondeo. Dicendum, quòd Angeli aliquam cognitionem de Deo habere poſſunt per ſua naturalia.

Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, quòd aliquid tripliciter cognoſcitur. Vno modo per præſentiam ſuæ eſſentiæ in cognoſcente, ſicut ſi lux videatur in oculo. Et ſic dictum eſt,* quòd Angelus intelligit ſeipſum. Alio modo per præſentiam ſuæ ſimilitudinis in potentia cognoſcitiua: ſicut lapis videtur ab oculo per hoc, quòd ſimilitudo eius reſultat in oculo.* Tertio modo per hoc, quòd ſimilitudo rei cognitæ non accipitur immediatè ab ipſa re cognita, ſed à re aliqua, in qua reſultat: ſicut videmus hominem in ſpeculo. Primæ igitur cognitioni aſſimilatur diuina cognitio, qua per eſſentiam ſuam videtur. Et hæc cognitio Dei non poteſt adeſſe creaturæ alicui per ſua naturalia, vt ſupra dictum *eſt. Tertiæ autem cognitioni aſſimilatur cognitio, qua nos cogno- D. 8. 8. art. 1. huius q. 283 63 & b 84 q. 12. ar. 4.

Digitized by Google

ſcimus Deum in via per ſimilitudinem eius in creaturis reſultantem, ſecundùm illud Rom. 1. Inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, vnde, & dicimur Deum videre in ſpeculo. Cognitio autem, qua Angelus per ſua naturalia cognoſcit Deum, mediam eſt inter has duas: & ſimilatur illi cognitioni, qua videtur res per ſpeciem ab ea acceptam. Quia enim imago Dei eſt in ipſa natura Angeli impreſſa per ſuam eſſentiam, Angelus Deũ cognoſcit, inquantùm eſt ſimilitudo Dei: non tamen ipſam eſſentiam Dei videt, quia nulla ſimilitudo creata eſt ſufficiens ad repræſentandam diuinam eſſentiam. Vnde magis iſta cognitio tenet ſe cum ſpeculari, quia, & ipſa natura Angelica eſt quoddam ſpeculum, diuinã ſimilitudinem repræſentans.

D. 435. 56

Ad primum ergo dicendum, quòd Dionyſ. loquitur de cognitione comprehenſionis, vt expreſsè eius verba oſtendunt. Et ſic à nullo intellectu creato cognoſcitur.

Ad ſecundũ dicendum, quòd propter hoc, quòd intellectus, & eſſentia Angeli in infinitũ diſtant à Deo, ſequitur, quòd non poſſit ipſum comprehendere, nec per ſuam naturam eius eſſentiam videre: non tamen ſequitur, quòd propter hoc nullam habeat eius cognitionẽ: quia, ſicut Deus in infinitum diſtat ab Angelo: ita cognitio, quam Deus habet de ſeipſo, in infinitum diſtat à cognitione, quam Angelus habet de eo.

Ad tertium dicendum, quod cognitio, quã naturaliter Angelus habet de Deo, eſt media inter vtramque cognitionem: & tamen magis ſe tenet cum vna, vt ſupra dictum* eſt.

In cor. ar.

Senſus quæſiti.

DVorum in titulo terminorum ſunt explicanda ſignificata. Primus terminus eſt: *Cognoſcere*: cuius ſignificatio latiſsimè ſumẽda eſt, prout ad multos cognoſcẽdi modos extenditur, quos in littera diſtinguit S. D. præter quos ſunt quidam alij, prædictis tamen annexi, cognoſcendi modi, ſcilicet à priori, & à poſteriori, diſtinctè, & confuſe, quos hic eiuſdem verbi ſignificatio comprehẽdit. Secundus terminus eſt: *per ſua naturalia*, quod cauſam, ſiue principium denotat cognitionis, non quodcumque, ſed per ſe ſufficiens: Nomine verò naturalium, tam eſſentia, quàm ſpecies indita, ac lumen intelligibile comprehenditur; quo fit, vt quæſtio ſit hic magis de modo, quàm de re, de qua ſatis conſtat.

Forma Textus.

VNica concluſione reſpondet quæſito Sanctus Doct. quam præmiſſa diſtinctione declarat, deinde probat, & poſtremò tuetur, & explicat, obiectioni tacitæ

A *ſatisfaciens. Concluſio eſt: Angelus poteſt aliquam cognitionem habere de Deo per ſua naturalia, ideſt per ſuã eſſentiam, inquãtùm eſt ſimilitudo Dei: Declaratur hac diſtinctione: Tripliciter aliquid cognoſcitur: Vno modo per præſentiam ſuæ eſſentiæ in cognoſcente; ſicut, ſi lux videatur in oculo; quo modo Angelus ſeipſum intelligit: Alio modo per præſentiam ſuæ ſimilitudinis in potentia cognoſcitiua; ſicut lapis videtur ab oculo per hoc, quod ſimilitudo eius reſultat in oculo: Tertio modo per hoc, quod ſimilitudo rei cognitæ non accipitur immediatè ab ipſa re cognita: ſed à re aliqua, in qua reſultat; ſicut videmus hominem in ſpeculo: Cognitio, qua Angelus per ſua naturalia cognoſcit Deum, media*

B *eſt inter primam, & tertiam, & aſſimilatur ſecundæ cognitioni, qua ſcilicet videtur res per ſpeciem ab ea acceptam; nam primæ cognitioni aſſimilatur diuina cognitio, qua per eſſentiam ſuam videtur, quæ cognitio nulli poteſt adeſſe creaturæ per ſua naturalia: tertiæ verò cognitioni aſſimilatur cognitio, qua nos cognoſcimus Deum in via per ſimilitudinem eius in creaturis reſultantem ſecundùm illud Rom. 1. Inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: & ſecundùm hunc modum cognoſcendi dicimur Deum videre in ſpeculo; cum igitur cognitio, qua Angelus per ſua naturalia Deum cognoſcit, aſſimiletur illi cognitioni, qua videtur res per ſpeciem ab ea acceptam: ſequitur eam eſſe*

C *mediam inter duas prædictas: Hac declaratione præmiſſa, probatur concluſio; Imago Dei eſt in ipſa natura Angeli impreſſa per ſuam eſſentiam; ergo Angelus Deum cognoſcit per ſua naturalia, ideſt per ſuam eſſentiam, inquantum eſt ſimilitudo Dei immediatè ab eo accepta. Obiectio tacita eſt: Cognitio per ſpeciem immediatè ab obiecto impreſſam viſionis rationem habet, vt experimur in viſione corporea; igitur talis cognitio Dei eſt eius viſio: Reſpondet negando ſequelam; quia nulla ſimilitudo creata ſufficiens eſt ad repræſentandam diuinam eſſentiam, prout in ſe eſt: Quo fit, vt hæc cognitio magis ſe teneat cum tertia, quæ eſt ſpecularis, quàm cum prima, quæ eſt facialis; cum & ipſa natura Angelica ſit*

D *quoddam ſpeculum diuinã ſimilitudinem repræſentãs.*

Expoſitio Textus.

Reijcitur falſa quædam interpretatio Vaſquezij, & ab eiuſdem cauillo defenditur S. D.

VAſquez cum Scoto ſentiens poſſe dari ſpeciẽ intelligibilem, quæ diuinã eſſentiam diſtinctè repreſentet, verba D. Tho. contra mentem eius interpretatur; cum enim ait hic S. D. nullam ſimilitudinem creatam eſſe ſufficientem ad repræſentandam diuinam eſſentiam, exponit Vaſquez de ſimilitudine, ſiue ſpecie, q̃ prius viſa faciat Deum

Valquez. Scotus.

E cognoſci, quæ ſimilitudo dicitur ſpecularis ad tertium in textu poſitum attinens modum cognitionis; licèt enim (inquit) eſſentia Angeli ſit quædam ſimilitudo Dei, & in ea Angelus Deum cognoſcat, non eſt tamen exacta, vt poſsit in ea Deus perfectè videri, ob id tamen hic non negat poſſe dari ſpeciem intelligibilem, tanquam principiũ eliciens. Sed aduerſus hanc interpretationem textus nimis apertè reclamat: Diſtinctis enim tribus cognoſcendi modis, de ſecundo loquens, qui per ſimi-

similitudinem est acceptam à re cognita, huic affirmat S.D. similem esse cognitionem Angeli, qua Deum per suam essentiam cognoscit, inquantum est similitudo Dei, & statim obiectioni tacitæ satisfaciens subdit; *non tamen ipsam essentiam Dei videt, quia nulla similitudo creata est sufficiens ad repræsentandum diuinam essentiam*: Vbi perspicuè constat negari similitudinem ad secundùm modũ cognoscendi pertinentem, quæ diuinam essentiam repræsentet. Similem, ac textui repugnantem apertius eiusdem expositoris interpretationem exclusimꝰ supra quæst. 12. art. 2. controu. 1.

Lux an videatur in oculo.

Carpit idem expositor exemplum à luce desumptum ad explicandum primum cognitionis modum, quo videtur aliquid per præsentiam suæ essentiæ in cognoscẽte, illis verbis expressum; *Sicut, si lux videatur in oculo*: Sic enim arguit: Si lux, quæ est in oculo, per se, aut per aliquam speciem videri posset, videretur etiam corpus ipsius pupillæ lucidum, ac proinde figura, & quantitas illius, quæ quæ est quasi sensibile commune, quod ratione proprij sensibilis, nimirum lucis, aut coloris semper videtur; sed nemo videt quãtitatem, figuram, & situm suæ pupillæ: ergo nec lucem. Sed facile diluitur hic cauillus. Nam primò S.D. non affirmat lucem existentem in oculo posse videri per eius essentiam, aut per speciem aliquam; sed ex suppositione loquitur dicens: *Sicut, si lux videatur*; ac si diceret: sicut, si cogitemus, aut fingamus sic lucem ab oculo videri. Secundò dico dictionem illam, *in oculo*, non denotare subiectum, in quo lux sit, & videatur, siue lucem in oculo existentem, vt rem visam, ad quam actus videndi terminetur, sed rationem tantùm visibilitatis visibilium; quæ sunt colores, & lux extra oculum existens; sic enim semetipsum explicat Sanctus Doct. de Verit. quæst. 10. art. 8. ad decimum, vbi sic ait; *Lux corporalis non videtur per essentiam, nisi quatenus fit ratio visibilitatis visibilium, & forma quædam dans eis esse actu visibile, ipsa enim lux, quæ est in sole, non videtur à nobis, nisi per similitudinem eius in visu nostro existentẽ; sicut enim species lapidis non est in oculo, sed similitudo eius, ita non potest esse, quod forma lucis, quæ est in sole, sit ipsa eadem in oculo, & similiter lumen intellectus agentis per seipsum à nobis intelligitur, inquãtum est ratio specierum intelligibilium faciens eas intelligibiles actu.* Hæc ibi S.D. Hanc expositionem sequitur Syluester super hoc articulo, & Ripa, quam etiam indicat Bergomas in suis concordantijs dub. 828. Eundem ferè modum dicendi sequitur Bãnes infra quæst. 67. art. 3. dicens, duplicem esse lucem; nam altera est, quæ subiectatur in corpore luminoso, & hæc (inquit) videtur per propriam speciem à luminoso causatam; alia est lux, quæ est ratio videndi colores, & illos facit actu visibiles, & hæc videtur eodem actu, quo color, & non per propriam speciem, sed immediatè per seipsam.

S. Thom.

Syluester. Ripa Bergomas Bannes

Prima Controuersia.

An Angelus per suam essentiam, vel per additam speciem Deum cognoscat.

Sententiæ Doctorum.

Scotus.

SCotus in 2. sent. dist. 3. quæst. 9. negat, Angelum per suam substantiam distinctè Deum cognoscere, & ait distinctam de Deo cognitionem Angelum habere non posse, nisi per speciem intelligibilem eius intellectui diuinitus infusam. Cuius sẽtentiam explicat, & tuetur Rada in 8. Contr. suæ secundæ partis; Ac primò sensum quæsiti aperiens ait: Cum quærimus, an Angelus habuerit distinctam cognitionem Diuinæ essentiæ, sermonem esse de cognitione eius quidditatiua sub rõne Deitatis. Deindè multas statuit conclusiones. Prima est: Angelus per suam essentiam, tamquam per mediũ cognitum cognoscit Deum esse, & alia multa, quæ ratio naturalis creata de Deo attingit. Secunda est; Angelus ex vi suæ naturæ, concurrentibus, scilicet causis naturalibus, neque demonstratione quia, neque demonstratione propter quid potest cognoscere Deum esse trinum. Tertia est: Angelus non potest attingere notitiam Dei propriam, & immediatam ex perfectione sua naturali, concurrentibus etiam quibusdam causis naturaliter motiuis ad cognoscẽdum. Quarta est: Angelus per suã essentiam non potest Deum sub propria, & distincta ratione Deitatis cognoscere, tamquam per medium cognitum, neq; tamquam per rationem intelligendi, seu speciem intelligibilem. Quinta est: Angelus, vt cognoscat Deum propria, ac distincta cognitione abstractiua, indiget specie intelligibili repræsentante diuinam essentiam. Sexta est: Nõ est contra omnem rationem, vt aliqui Thomistæ parui ingenij volunt, sed rationi maximè consentaneum, posse dari speciem diuinæ essentiæ ipsam distinctè, licèt abstractiuè repræsentantem. Septima, & vltima conclusio est: Angeli habuerunt à principio suæ creationis notitiam distinctam, & quidditatiuam naturalem diuinæ essentiæ per speciem illis impressam.

Rada.

Molina.

Molina suam sententiam explicat septem dictis. Primum est: Angeli neque per essentiam diuinam cõcurrentem instar speciei intelligibilis, neque per speciem impressam diuinæ essentiæ posũt Deum naturaliter cognoscere; sed solum arguitiuè ex ijs, atque in ijs, quæ facta sunt, quemadmodum, & nos, ac potissimum ex sua essentia, quod est per speculũ creaturarum, ac in ænigmate Deũ cognoscere, vt ait Apostolus 1. Timoth. vltimo. Secundum eius dictum est: Angeli, sicut & nos, cognoscunt Deũ, quo ad prædicata aliqua sibi propria in quibus à rebus omnibus creatis distinguitur; qualia sunt, esse substantiam quandam infinitam, actum purum, primam causam sempiternã, &c. Tertium est: Quamuis intellectus Angelicus hæc omnia in creaturis, atque ex creaturis de Deo euidenter cognoscat, non tamen cognoscit quidditatiuè Deum. Quartum est: distincta est notitia non solùm numero, sed etiam specie, quam Angeli de

li de ſeipſis, aut de alijs rebus creatis formant, ab ea, quam de Deo naturaliter cognito, & complexionibus, quæ de eo fiunt, formant, diſtinctusque eſt aſſenſus, quo veritatibus rerum creatarum aſſentiuntur, ab aſſenſu naturali, quo veritates, quæ Deo conueniunt, approbant. Quintum eſt: Diuina potentia dari poteſt ſpecies abſtractiuè repræſentans diuinam eſſentiam, immò & myſterium gloriosiſsimæ Trinitatis, idq; non ſolùm in Angelis, ſed etiam in nobis; ac proindè poteſt tam in Angelis, quàm in nobis, per diuinam virtutem dari notitia abſtractiua diuinæ eſſentiæ, per quam quidditatiuè, & vt eſt in ſe, cognoſcatur, antequam intuitiuè conſpiciatur. Sextum eſt: Talis ſpecies, aut notitia, ſi detur, nec Angelo, nec nobis erit naturalis, ſed ſupernaturalis ſimpliciter. Quarè loquendo de notitia, quam Angeli de Deo poſſunt naturaliter habere, optimè D. Thomas hoc loco docuit, non eſſe per ſpeciē, ſed per ea, quæ facta ſunt, & potiſsimum per ſubſtantiā ipſorummet cognitam. Septimum, & vltimum eius dictum eſt: Probabilius exiſtimo, eiuſmodi ſpeciem non fuiſſe infuſam Angelis ſupernaturaliter. Tribus primis dictis conſentiunt Peſantius, & Vaſquez, qui eandē ſententiam tribuit D. Thomæ.

Peſantius. Vaſquez. Caietanus

Caietanus hic ait, eſſentiam Angeli eſſe ſimilitudinem dupliciter repræſentantem, ſcilicet vt cognitam, & vt rationem cognoſcendi, & Angelum vtroque modo per ſuam eſſentiam Deum cognoſcere: non autem per ſpeciem ſuperadditam Deū immediatè repreſentantem. Quam ſententiam ſequitur Syluester, & latè explicat, & tuetur Ferrarienſis in 2. cont. gent. cap. 98. & Bannes ſuper hoc, artic. dub. 1. & Valentia, & alij: quæ fuit etiam ſententia Capreoli in 2. ſent. diſt. 3. quæſt. 2. art. 1. concluſ. 6. & art. 3. in reſponſione ad primum argumētum Scoti contra ſextam concluſionem.

Syluester. Ferrarien. Bannes Valentia. Capreol.

Zumellus

Zumellus hic in ſua quæſt. 1. ad hunc articulum probat aduerſus Scotum, Angelum non cognoſcere Deum per ſpeciem eius immediatè repræſentatiuam: in ſecunda verò quæſtione ſtatuit hanc ſuā quintam concluſionem: Non poteſt dari ſpecies propria Diuinitatis in Angelo, aut aliqua creatura, & oppoſitum dicere eſt contra rationem. Quo ad eſſentiam autem Angeli vtramque partem ſuſtinet, vt probabilem, videlicet Angelum cognoſcere Deum per ſuam, ſcilicet Angeli eſſentiam cōcurrentem ad hanc cognitionem, vt cognitam tantum, ſiue per modum effectus repræſentantis ſuā cauſam, non autem per modum ſimilitudinis, & ſpeciei intelligibilis, & poſſe etiam vtroque modo per ſuam eſſentiam Deum cognoſcere.

Resolutio.

Poſſe dari ſpeciem intelligibilem, quæ Deum immediatè, quamuis non quidditatiuè repreſentet.

DVæ ſunt huius controuerſiæ partes: altera de ſpecie intelligibili: num, ſcilicet in intellectu Angelico, vel humano ſit, aut per Dei ſaltem omnipotētiam effici poſsit ſpecies intelligibilis, quæ Deum immediatè, diſtinctèque repræſentet: altera eſt de eſſentia Angeli, an officium exerceat ſpeciei intelligibilis, vt ſcilicet ea veluti ſpecie immediatè repræſentante Deum naturaliter Angelus intelligat. Sed prior adhuc pars in duo diſtinguitur membra iuxta duos diſtinctæ cognitionis modos; vt enim ait Capreolus in ſecundo ſententiarum, diſtinct. 3. quæſt. 2. artic. 3. in reſponſione ad ſecundam confirmationem primi argumenti Scoti contra ſextam concluſionem: Duplex eſſe poteſt alicuius obiecti diſtincta cognitio: vna, qua perfectè cognoſcatur obiectum, non ſolùm ſub ea rōne propria, qua diſtinguitur à quolibet alio: ſed eius etiam penetretur eſſentia, ita vt ſit quidditatiuè cognita. Hanc partem ſupra definiuit S. D. quæſt. 12. art. 2. & nos ibidē aduerſus recentiores Theologos late diſputauimus pro defenſione ſententiæ S. Thomæ, & Caietani.

Capreol.

S. Thom.

Altera eſt diſtincta cognitio, qua cognoſcitur obiectum ſub aliqua ratione propria diſtinguente illud ab alijs, ſed non perfectè indicante eſſentiā eius; & de hoc ſupereſt hic nobis non ſolùm cum exteris: ſed etiam cum quibuſdam Diui Thomę diſcipulis controuerſia; negant enim Bannes, & Zumellus hic, & alibi, poſſe diuinam eſſentiam per ſpeciem aliquam creatam immediatè repræſentari. Quam ſententiam ſequuntur etiam alij quidā expoſitores ſupranotati. Verùm, ſi D. Thomæ doctrinam conſulamus, luce clariùs apparebit, poſſe dari, & extitiſſe quandoque ſpeciem intelligibilē diuinam eſſentiam diſtinctè, licet non quidditatiuè repræſentantem. Nam de Verit. quæſt. 18. art. 1. ad primum, poſtquàm diſtinxit triplex mediū viſionis, ſcilicet medium ſub quo, medium quo, & medium à quo, ſiue in quo, dicens primum eſſe lumen, ſecundum ſpeciem, tertium autem effectum, ex quo in cognitionem cauſæ deuenimus, ſubdit: *Hoc autem medio* (ſcilicet à quo, ſiue in quo) *non indigebat homo in ſtatu innocentiæ; indigebat autem medio, quod eſt quaſi ſpecies rei viſæ: quia per aliquod ſpirituale lumen mentis hominis influxum diuinitus, quod erat quaſi ſimilitudo expreſſa lucis increatæ Deum videbat.* Et infra; *In ſtatu ante peccatum indigebat homo duplici medio, ſcilicet medio, quod eſt ſimilitudo Dei, & medio, quod eſt lumen eleuans, & dirigens mentem:* quibus verbis explicat verba illa præcedentia, videlicet, *quia per aliquod ſpirituale lumen, &c.* declarans lumen illud ſpirituale ſpeciem eſſe intelligibilem, alio quodam illuſtratam lumine mētem eleuante, ac dirigente. Sed fortaſſe dices; Doctorem Sanctum infra quæſt. 94. art. 1. aſſerere primum hominem per intelligibiles effectus Deum cognouiſſe, non ab eis, veluti ab effectibus ſumptæ demonſtratione, ſed ſimul in eis ſuo modo Deum cognoſcendo: quod eſt cognoſcere per medium tertio modo ſumptum. Sed, licet fortaſſe D. Thomas ſententiam mutauerit, quo ad actum primi hominis cognitioni congruentem; modum tamen illum cognoſcendi per ſpeciem intelligibilem immediate Deum repreſentantem nunquam reiecit, vt impoſsibilem, ſed eum eſſe poſsibilem ſatis apertè ſignificat de Verit. quæſt. 8. art. 3. in reſponſione ad decimumoctauum. Vbi ſic ait: *Imago rei dupli-*

Bannes Zumellus

S. Thom.

dupliciter poteſt conſiderari: Vno modo inquantùm eſt res quædam; & cum ſit res diſtincta ab eo, cuius eſt imago, per modum illum alius erit motus virtutis in imaginem, & in id, cuius eſt imago. Alio modo conſideratur, prout eſt imago: & ſic idem eſt motus in imaginem, & in id, cuius eſt imago: & ſic quando aliquid cognoſcitur per ſimilitudinem in effectu ſuo exiſtentem, poteſt motus cognitionis tranſire ad cauſam immediatè ſine hoc, quod cognoſcatur de aliqua alia re; & hoc modo intellectus viatoris poteſt cognoſcere de Deo, non cognoſcendo de aliqua creatura: Hæc ibi. Ex quibus ſic argumẽtor: Poteſt intellectus viatoris vtendo imagine, non vt res quædam eſt, ſed vt imago eſt, cognoſcere de Deo, non cognoſcendo de aliqua creatura: ergo pôt Deus intellectui viatoris imprimere ſpeciem, quę per ſe primò ſit imago Dei illum immediatè repræſentans. Probatur ſequela: Quia, cum duo ſint rerum ordines, alter earum, quæ primò ad eſſendum, & ſecundariò ad repræſentandum, & alter earum, quæ primò ad repræſentandum, & ſecundariò ad eſſendum ſunt inſtitutæ, ſi rebus prioris ordinis conferri potuit, vt Deum immediatè repræſentarent intellectui viatoris illas conſideranti, quatenùs ſunt Dei creatoris imagines, id multò magis poterit à Deo conferri rebus ad ſecundum ordinem attinentibus, quæ ſcilicet per ſe primò ſunt ad repræſentandum inſtitutę, vt ſcilicet Deum intellectui viatoris immediatè repræſentent. Et confirmatur: quoniam, vt oſtendemus, cuilibet Angelorum eſſentiæ collatum eſt, vt ſecundario ſeltem ſit ſpecies Deum immediatè repræſentans: igitur non repugnat effici diuina virtute ſpeciem, quæ p ſe primo, ac immediatè Deum repræſentet; conuenit enim eſſentiæ Angeli Deum immediatè repræſentare, quatenus ſecunda, ſi ſpeciei ratione participat; igitur multo facilius Deum repræſentabit immediatè ſpecies, quę per ſe primo eſt ad repræſentandum inſtituta.

Præterea: Non eſt de ratione ſimilitudinis, ſiue ſpeciei, quæ principium eſt immediatum abſtractiuæ cognitionis, de qua modo loquimur, vt rem perfectè, & quidditatiuè repræſentet: ergo poterit etiam Deus per ſpeciem diſtinctè, & immediatè, & non quidditatiuè repræſentari, & abſtractiuè cognoſci.

Antecedens patet; nam alioquin omnis noſtra cognitio eſſet quidditatiua, quod vtinam verum eſſet. Confirmatur; Quia S. Tho. infra quæſt. 89. art. 2. ad ſecundum art. animam ſeparatam intelligere Angelos per ſimilitudines diuinitus impreſſas, quæ tamen deficiunt à perfecta repræſentatione eorum. Conſequentia vero probatur; quia tunc ſolum res ſimplex, aut tota, aut nihil eius repræſentatur, & apprehenditur, vt dicitur in 9. Metaphyſ. textu 21. quando cognoſcitur intuitiuè, & prout in ſe eſt: igitur, ſi cognoſcatur abſtractiuè, poterit imperfectè repræſentari, & imperfectè cognoſci, nec apparet maior ratio de vno ſimplici, quàm de alio; cum etiam Ariſt. in eo textu de quolibet ſimplici ſubſiſtente loquatur indifferenter: non eſt igitur impoſsibile dari ſpeciem in intellectu Angelico, vel humano, quæ Deum diſtinctè repræſentet,

S. Thom.

Ariſt.

A ac immediatè, quamuis non quidditatiuè, ſed imperfectè.

Diſtinguuntur, & explicantur modi diuerſi medij, ſimilitudinis, repræſentationis, viſionis, & cognitionis.

IAm verò de ſecunda parte controuerſiæ dicendum eſt, num ſcilicet eſſentia Angeli ſit veluti ſpecies intelligibilis Deum immediatè repræſentans. Ad cuius euidentiam recolenda eſt illa diſtinctio triplicis medij ſuperius tacta ex D. Tho. ſcilicet medij ſub quo, medij quo, quod etiam dicitur ratio cognoſcendi, & medij in quo, quod ét
B nuncupatur medium cognitum. Differunt autem hæc media, vt ſupra notauimus quæſt. 12. artic. 2. controu. 2. quod medium ſub quo non facit viſionem mediatam; ſit enim beata viſio per lumen gloriæ, vt per medium ſub quo, & tamen verè, ac ſimpliciter eſt immediata, medium autem quo, ſcilicet ſpecies, viſionem non effici mediatam, per ſe loquendo, ſed per accidens tãtum, ſi inimirum ſpecies rem ſecundùm eius eſſe completum minimè repræſentet; tunc enim non rem, ſed quãdam eius vmbram repræſentabit, vt ait S. D. quodlib. 7. art. 1. Medium autem in quo, ſiue obiectiua ſimilitudo extrinſeca, quę ſcilicet nõ eſt verbum interius, S. Thomas
C viſionem mediatam efficit neceſſariò. Sed obſeruã dum eſt, aliud eſſe loqui de viſione, & aliud de intellectione: nam viſio notitia eſt intuitiua, quæ ad rem exiſtentem, & præſentem terminatur, prout in ſe eſt; quo fit, vt viſio omnis intellectiua neceſſariò ſit immediata, & quidditatiua; intellectio verò communior eſt, & ad notitiam etiam extenditur abſtractiuam, quæ neque ſemper immediata eſt, nec, ſi fuerit immediata, neceſſariò eſt quidditatiua, quia non terminatur ad rem, prout in ſeipſa eſt, & prout exiſtens eſt: Cum igitur rei viſio, ſiue intuitiua cognitio ſit per ſpeciem, quæ non cõpletè repræſentet obiectum, viſio mediata eſt hoc
D ipſo, quod imperfecta eſt, & quidditatiua non eſt ob dictam cauſam; quia ſcilicet ad rem, prout in ſeipſa eſt, non terminatur, ſed ad illius quandam vmbram, & ſimulacrum. At abſtractiua cognitio, cum ad rem, prout in ſeipſa eſt, non terminetur, ſed illius rationem iuxta modum ſpeciei repræſentatis contempletur, tametſi fuerit immediata, non erit tamen neceſſariò quidditatiua; poteſt n. obiecti ratio per ſpeciem immediatè, non ſolum perfectè, ſed etiam imperfectè repræſentari; vt patet de ſpeciebus intellectus humani reſpectu rerũ ſenſibilium, & de ſpeciebus animæ ſeparatę repræſentantibus Angelos, quatenus enim ad cognitio-
E nem attinent abſtractiuam Angelos immediatè repræſentant, vt autem principia ſunt intuitiuę cognitionis, viſionem mediatã efficiunt propter ſupradictam cauſam.

Ex dictis ſequitur, longè diuerſo modo repræſentari cauſam per effectum, quàm repræſentetur obiectum per ſpeciem intelligibilem; Nã ſpecies, nulla ſui præſuppoſita cognitione, repræſẽtat obiectum immediatè, ſed effectus, vt ſic, non niſi mediante ſui cognitione cauſam repræſentat. Quod

ſi quæ-

ſi quęras, num per vnam, vel per plures ſpecies repræſentetur effectus, & cauſa. Reſpondent Bãnes, & Zumellus id fieri quandoque per plures, quæ ſ. propriæ ſint effectus, & cauſæ ſpecies, ſicut, quando per fumum cognoſcimus ignem; quandoq; vero per vnam; cum ſcilicet effectus ita repræſentat cauſam, vt eadem ſpecie, qua repræſentatur effectus, repræſentetur, & cauſa; atque ita ſpeciem intelligibilem immediatè, ac per ſe primò repræſentare effectum, ſecundariò verò cauſam: Id autem in eo ſolùm contingit effectu, cuius eſſentia tota eſt intelligibilis, & intellectiua: hæc autem eſt eſſentia Angeli, quæ diuinæ virtutis effectus eſt nobiliſsimus: ac proinde Deum dupliciter repręſentat, ſcilicet vt effectus cauſam, & vt ſpecies obiectum. Cum enim per ſimilitudinem fiat repræſentatio, iuxta duplicem modũ ſimilitudinis duplex etiam erit modus repræſentandi: eſt autem quædam ſimilitudo ſecundùm vnitatem, ſine conuenientiam in natura; quæ duplex eſt; Vna ſine depẽdentia vnius ab alio; ſicut bos, & leo, conueniunt in animalis natura, & ſecundùm eã aſsimilantur; Alia cum dependentia vnius ab alio, tamquam effectus à cauſa; ſicut effectus vniuocus eandem habet naturam ſpecificam cum propria cauſa, & effectus analogus cum analoga ſua cauſa naturam habet eandem analogicè, vt ait S.D. ſupra quæſt. 4. art. 3. In qua tamen vnitate, ſiue conuenientia magna eſt latitudo: quidam enim effectus in pluribus attributis formaliter de illis, & eorum cauſa prædicatis magis, quàm alij conueniunt; plura ſunt enim Angelo, & Deo prædicata communia vtrique formaliter conuenientia, quàm Deo, & lapidi, vel elemento. Alia ſimilitudo eſt ſecundum eſſe intelligibile, ideſt ſecundùm repræſentationem; qua ſpecies ſiue ſenſibilis, ſiue intelligibilis aſsimilatur obiecto per eam repræſentato. Inter has autem ſimilitudines differentia eſt in ordine ad cognitionem: quod ſimilitudo, quæ eſt ſecundùm conuenientiam in natura ſine cauſalitate, & dependentia vnius ab alio, non efficit cognitionẽ rei cuius eſt ſimilitudo, niſi quo ad ea, quæ vtriq; ſimilium ſunt communia, nam ſimilitudo, quæ eſt inter Bouem, & Leonem ſecundùm vnitatem naturæ ſenſitiuæ, non efficit, vt cognito Boue cognoſcam Leonem, quoad eius proprietates, aut differentias, quibus à Boue diſtinguitur, & à cæteris animalibus; ſed quo ad ea tantùm, quæ Leoni conueniunt, prout animal eſt, in quibus ſimul communicant Bos, & Leo. At ſimilitudo, quæ eſt ſecundũ conuenientiam in natura cum vnius cauſalitate præſertim analoga, & alterius dependentia, efficit ex vnius cognitione notitiam alterius, non quo ad ea tantùm, quæ ſunt vtrique communia, ſed etiam quo ad ea, quæ propria ſunt ei, qđ ex altero prius intellecto cognoſcitur, vt ait Apoſt. Rom. 1. *Inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus, & diuinitas:* Quorum verborum ſenſum ſuperius explicauimus, quæſt. 12. art. 12. Denique ſimilitudo ſecundum repræſentationem notitiam parit rei repręſentatæ, non ſolum quo ad ea, quæ ſunt vtrique ſcilicet repræſentatiuò; & repræſentato communia; ſed etiam quo ad ea, quæ repræſentato ſunt propria; ſi tamen repræſentato conueniant ſub ea ratione, qua ſuæ repræſentatiuæ ſimilitudinis eſt cauſa; quemadmodum ſpecies intelligibilis ex phantaſmate lapidis abſtracta accidẽs quoddam eſt à lapide, quod eſt ſubſtantia, differens; ſed quoniam, vt ſimilitudo eſt lapidis repræſentatiua, ex eius quidditate in phantaſmate relucente dependet, vt ratione cauſandi, ideo ſubſtantialem lapidis quidditatem ſecundum omnia ad eius eſſentiam pertinentia repręſentat. An autem, & quomodo prædicti repręſentationis modi conueniant angelicæ ſubſtantiæ reſpectu Dei, ſupereſt inquirendum. Ad cuius euidentiam.

Bannes. Zumellus

S. Thom.

Rom. 1.

Per eſſentiam Angeli Deum repræſentari mediatè, & immediatè.

SEcundò conſiderandum eſt, Deum eſſe ipſum eſſe per eſſentiam duplicem habens infinitum eſſendi modum ratione diſtinctum, ſcilicet eſſe naturale, & eſſe intelligibile; Quatenus in ſe continet eſſe naturale, cauſa eſt Angelorum ſecundùm eorum eſſe naturale, in quo Deo aſsimilantur, prout immateriales, & naturæ intellectualis ſubſtantiæ ſunt; Sed qua ratione Deus eſt obiectum intelligibile, eaſdem producit Angelorum ſubſtantias, quatenus ſimilitudines ſunt ipſius Dei repræſentatiuæ, veluti ſpecies intelligibiles. Secundum ſimilitudinem in eſſe naturæ duobus modis Deum repræſentant propriis intellectibus Angelorum eſſentiæ; nam, ſi conuenientiam attendamus analogam in natura, præciſa cauſalitate, & dependentia, ſola prædicata Deo, & Angelis analogicè communia repræſentant, vt enim ſupra diximus, quæſtione 13. art. 5. in controuerſia de nominum analogia, conceptus vnius analogati ſecundùm analogiam proportionalitatis eſt etiam aliquo modo conceptus alterius analogati, quod enim aſsimilatur ſimili, vt ſic, aſsimilatur etiam illi, cui illud tale eſt ſimile: igitur conceptus vnius analogati, puta ſapientiæ humanæ, cum ſit eius propria ſimilitudo, ſecundùm eam rationem, qua ſapientia humana ſimilis eſt diuinæ ſapientiæ, erit etiam aliquo modo conceptus, & ſimilitudo ſapientiæ diuinæ; igitur ex humana ſapientia cognita in diuinæ ſapientiæ cognitionem aſcendo quo ad rationem vtique ſapientiæ communem, quæ eſt eſſe iudicatiuum per altiſsimas cauſas, & aliorum ordinatiuum, quod idem affirmandum eſt de cęteris pfectionibus ſimpliciter, quæ Deo, & creaturæ, vel omni, vel alicui ſunt communes. Si verò ſimilitudinem Angelicæ ſubſtantiæ ad diuinam conſideremus cum huius cauſalitate, & illius dependentia cognitionem parit in intellectu Angeli, nõ quo ad ea tantùm, quæ ſunt illi, Deoque communia, ſed quo ad ea, quæ ſoli Deo propria ſunt, iuxta dictum Apoſtoli paulò ante relatum. Sed hæc, ſicut præcedens cognitio, mediata eſt, quæ ſcilicet eſt p medium cognitum, ſiue ſimilitudinem obiectiuã, quæ eſt eſſentia Angeli Deo inter omnes creaturas ſimillima. Hanc partem explicat, & probat Zumellus

Zumellus

mellus in ſua quæſt. 2. ad hunc articulum concluſione 2. & 3. vbi tamen vtitur quibuſdam argumẽtis doctrinam euertentibus S. Doctoris nunc ſtabiliendam, quibus in poſtrema controuerſiæ parte ſatisfiet.

Supereſt igitur Angelicæ ſubſtantiæ poſtrema conſideratio, prout ſcilicet eſt ſpecies intelligibilis à Deo, vt obiecto intelligibili cauſata, & Deũ ipſum diſtinctè repræſentans. De hac præcipuè cõtrouerſia eſt. Quidam enim affirmant, ſubſtantiã Angeli eſſe verè, ac propriè ſpeciem intelligibilẽ Deum immediatè repræſentantem, non minus, q̃ ſpecies accidentalis inhærens intellectui repræſẽtaret: Alij verò negant dicentes, Angelum cognoſcere Deum per ſuam ſubſtantiam, tamquam per medium cognitum, & non tamquam per præciſã, & puram rationem cognoſcendi. Priori ſententiæ fauent adeò perſpicuè verba D. Thomæ tam hic, quàm locis inferius adducendis, vt non niſi violẽter in alium ſenſum decorqueri, aut exponi poſſe videantur; ait enim hic S. D. *Cognitio, qua Angelus per ſua naturalia cognoſcit Deum, media eſt inter has duas, & aſſimilatur illi cognitioni, qua videtur res per ſpeciem ab ea acceptam. Quia enim imago eſt in ipſa natura Angeli impreſſa, per ſuam eſſentiã Angelus Deũ cognoſcit, inquantum eſt ſimilitudo Dei.* In quibus verbis manifeſtè loquitur de medio cognitionis, vt quo, prout diſtinguitur à medio cognito: Et quia potuiſſet aliquis obijcere, hinc ſequi, poſſe Angelum naturaliter videre eſſentiam Dei; Reſpondet negando ſequelam, eo, quod nulla ſimilitudo creata ſit ſufficiens ad repræſentandam diuinam eſſẽtiam. Sed quamuis Angelus per ſubſtantiam ſuam non videat diuinam eſſentiam, quod eſſet cognoſcere Deum quidditatiuè, vt ante diximus, cognoſcit tamen per ſuam ſubſtantiam, vt ſpeciem intelligibilem Deum immediatè per eam repræſentatam cognitione diſtincta, licèt imperfecta, vt hic expoſitores aduertunt poſt Capreolum, Caietanum, & Ferrar. Præterea S. D. de Verit. quæſt. 8. ar tic. 3. ſic ait: *Naturalis facultas cuiuslibet intellectus determinatur ad aliquam formam creatam intelligibilem, aliter tamen in Angelo, et aliter in homine; quia in homine ad formam intelligibilem à ſenſu abſtractam, in Angelo autem ad formam intelligibilem, non à ſenſu abſtractam, vel acceptam, & præcipuè ad formam, quæ eſt eſſentia ſua, & ideo cognitio Dei, ad quam Angelus naturaliter pertingere poteſt, eſt, vt cognoſcat ipſum per ſubſtantiam Angeli videntis, & ideo dicitur in libro de cauſis quod intelligentia intelligit, quod eſt ſupra ſe, per modum ſubſtantiæ ſuæ; quia quantum creata eſt à Deo, ſua ſubſtantia eſt ſimilitudo quædam diuinæ eſſentiæ, vel ſubſtantiæ.* Et in reſponſione ad decimumſeptimum, poſtquam diſtinxit triplicem videndi modum, ſcilicet per eſſentiam, per ſpeciem, & per ſpeculum, ſubdit: *Secundo modo videre Deum eſt naturale Angelo*: & ibidem in reſponſione ad vltimũ ait, ſimilitudinem, per quam intellectus creatus cognoſcit naturaliter Deum, eſſe ſimilitudinẽ impreſſam ab ipſo, ideſt ab obiecto cauſatam immediatè, quod de ſubſtantia Angeli præcipuè verum eſt, cui hoc ipſo, quod Deo ſimillima creata eſt, dicitur impreſſa Dei ſimilitudo, quæ fundamentaliter idem eſt, quod ipſa ſubſtantia. Poſtremò hoc idem confirmant verba D. Thomæ ſupra notata ex quæſt. 8. ar. 3. in reſponſione ad decimũoctauũ. Cum enim in Angelica natura ſit imago Dei, vt hic ait S. D. & ideo ſit excellens, ita vt apud Ezech. 18. cap. dicatur Angelus: *Signaculum ſimilitudinis*: poterit Angelus ſeipſum, vt imago eſt formaliter conſiderando, Deum immediatè cognoſcere multò magis, quàm homo poſſit per ſimilitudinẽ in effectu exiſtentem Deum immediate contemplari.

Ezech. 18.

Quomodo per eſſentiam Angeli Deus repræſentetur mediatè, & immediatè.

SEd explicandum eſt diligẽtius, quomodo ſubſtantia Angeli Deum immediatè, ac ſimul & mediatè repræſentet. Ac primò notanda eſt differentia repræſentationis cauſæ per effectum, & obiecti per ſpeciem. Nam ſpecies immediatè repræſentat obiectum: nulla ſui cognitione præſuppoſita, ſed effectus, vt ſic, non niſi mediatè cauſam repræſentat, mediante ſcilicet ſui cognitione.

Cum autem Angelica ſubſtantia ſit intelligibilis, & intellectiua, ac per hoc ſit excellens Dei ſimilitudo, duplicem ad proprium intellectum habet habitudinem, alteram, vt obiectum intelligibile ad potentiam intellectiuam, alteram, vt ſpecies intelligibilis ipſum Angelum primò, & Deũ ſecundario repræſentans; ita vt tam reſpectu Angeli, quã reſpectu Dei ſit verè, & propriè ſpecies, quæ tamen reſpectu Dei ſit etiam propriè, ac poſitiuè medium, vt quo; quia ſcilicet non ſolùm habet, vt ſit principium formale, ſiue ratio cognoſcẽdi Deum, ſed verè medium eſt inter potentiã Angeli intellectiuam, & ipſum Deum, cum ſit realiter ab vtroque diſtincta, reſpectu verò Angeli medium eſt negatiue tantùm; quia nimirum nulla alia mediante ſpecie, ſed ſeipſa eſt ſui ipſius propria ſibi ratio cognoſcendi: Eſſe verò ſubſtantiam Angeli propriè ſpeciem reſpectu ſui, conſtat ex articulo primo huius quęſtionis, ex quo patet, cõditiones per ſe ad rationem ſpeciei requiſitas conuenire ſubſtantiæ Angeli reſpectu ſui, ac proinde non rectè Bannes, & Zumellus, affirmant, eſſentiã Angeli, prout eſt Dei repræſentatiua, cum maiori proprietate nuncupari ſpeciem intelligibilem, q̃ vt eſt ipſius Angeli repræſentatiua, eo quod reſpectu Dei ſit realiter, ac poſitiuè medium, non autẽ reſpectu Angeli: hæc enim conditio ad rationem ſpeciei pertinet merè per accidens, vt ibidem explicat erudite Caietanus. Vel dicas, eſſentiam Angeli eſſe medium realiter, & poſitiuè reſpectu Angeli, eo quod eſſentia præciſè ſumpta ſit ratio cognoſcendi; quod verò per eam cognoſcitur, ſit Angelus includens eſſentiam, & ſuppoſitum cum exiſtentia, & omnibus accidentibus, & proprietatib. naturalibus, ſecundùm quæ diſtinguitur realiter Angelus ab eſſentia. Eſt igitur eſſentia Angeli ſpecies intelligibilis, tam reſpectu ſui, quàm reſpectu Dei, vt obiecti intelligibilis per eam repræſentati: Sed, cum ſeipſum repræſentet, vt obiectum ſuo intel-

Thomas

Capreolus
Caietanus
Ferrarien.

Bannes.
Zumellus

caietanus

intellectui proportionatum, Deum autem non repræſentet, vt obiectum proportionatũ, ſed vt excedens, conſequens eſt, vt ſeipſam primò, Deũ autem ſecundariò repræſentet: Sed vtrumque tamen immediatè, non enim idem ſunt repræſentari mediatè, & ſecundariò, aut econuerſo; Illud enim vere, & proprie dicitur mediatè repræſentare, quod mediante ſui cognitione repræſentat: eſſentia autem Angeli, vt ſpecies eſt formaliter, Deum repræſentat nulla mediante ſui cognitione, adeò vt, ſi p impoſsibile Angelus à ſui cognitione ceſſaret, Deum adhuc per ſuam eſſentiam, vt rationem intelligendi, & vt ſpeciem intelligibilem immediatè repræſentantem, intelligeret. Eſt igitur abuſus vocabuli dicere, ſubſtantiam Angeli Deum repræſentare mediatè, quia ſecundariò repræſentat: Angelus itaque per ſuam ſubſtantiam, vt ſpeciem Deũ immediatè cognoſcit, propriè, & abſolute loquendo; ſed per eandem eſſentiam, vt Deo naturaliter ſimilem, & nobiliſsimum eius effectum, non niſi mediante eiuſdem eſſentiæ notitia cognoſcit: ſecundum hanc enim conſiderationem eſſentia Angeli medium eſt cognitionis in quo, ſiue obiectiua ſimilitudo, quæ mediatam efficit cognitionem; eo quod non niſi prævia ſui cognitione poſsit in ea, aut per eam ſic ſumptam Deum intelligere.

Ad maiorem dictorum euidentiam obſeruandum eſt, quòd, licèt prius natura Angelus ſeipſum cognoſcat per ſuam eſſentiam, vt ſpeciem intelligibilem, quàm per eandem cognoſcat Deum, non tamen ſequitur, Angelum non cognoſcere Deum per ſuam eſſentiam, niſi, vt cogniram; quia eſſentia Angeli priùs natura refertur ad Deum repræſẽtandum, vt ratio cognoſcendi, ſiue vt ſpecies intelligibilis, quàm ad eundem referatur, vt cognita, ſiue vt effectus ipſum, vt cauſam repræſentans, adeò vt prius natura Angelus vtatur ſua eſſentia, vt ſpecie intelligibili ad repræſentandam ipſam eſſẽtiam Angeli, deinde eadem eſſentia vtatur, vt ſpecie intelligibili ad repræſentandum Deum immediatè, poſt: emò tandem eadem, vt effectu cognito vtatur ad Deum cognoſcendũ. Cuius ratio eſt: quia repræſentatio conuenit per ſe primò ſpeciei, vt ſpecies eſt: ſecundariò autem effectui, vt effectus eſt; igitur eſſentia Angeli, prius vt ſpecies eſt Deum immediatè repræſentat; vt autem eius effectus eſt, illum mediatè repræſentat. Quo fit, vt q̃uis Angelus ſeipſum per ſuam eſſentiam prius natura cognoſcat, quàm Deum, non ex hoc tamẽ ſequatur Angelum non cognoſcere Deum, niſi mediatè.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: Nulla poteſt effici ſpecies, ẽt per Dei potentiam abſolutam, quæ Deum diſtinctè, ideſt quidditatiuè repræſentet. Hæc concluſio probata eſt ſupra q. 12. art. 2. & probat eam hic Zumellus in ſua prima, & ſecunda quæſt. Zumellus.

Secunda concluſio; Poſsibile eſt dari ſpeciem, quæ Deum diſtinctè, & immediatè; ſed non quidditatiuè repræſentet. Hæc patet ex dictis.

Tertia concluſio; Nulla eſt in Angelis ſpecies accidentalis Deum immediatè repræſentans. Probatur hæc concluſio; quia, cum hoc officium præſtet excellenter Angeli ſubſtantia, ſuperflueret ſpecies eundem actum exercens.

Vltima concluſio: Eſſentia Angeli, vt Deo ſimilis ſecundùm repreſentationem, ſiue vt ſpecies intelligibilis, Deum immediatè repræſentat, quamuis, vt Deo ſimilis ſecundùm eſſe naturale, & vt eius effectus, ſit Dei mediatè repræſentatiua; ac proinde per ſuam eſſentiã Angelus duplicem habet de Deo cognitionem formaliter ſaltem, & ex natura rei diſtinctam, ſcilicet mediatam, & immediatam. Dixi verò ſaltem formaliter diſtinctam, quoniam, vt hic aduertunt Bannes, & Zumellus, duplex repræſentatio, quã eſſentia Angeli Deum repræſentat per modum ſpeciei intelligibilis, & per modum effectus, non cauſat in intellectu Angeli duas omninò realiter diſtinctas cognitiones, ſed vtraque repræſentatio vnam efficit cognitionem excellẽtem, prout exigit modus Angelicæ naturæ. Notitia enim illa, quam habet Angelus de Deo, per eſſentiam ſuam, vt ſpecies eſt, immediata quidem eſt, & ſuo modo diſtincta, ſed imperfecta, & completur per additam de Deo cognitionẽ ex eadem eſſentia, quatenus effectus eſt: atq; ideò tota ſimul cognitione conſiderata, ſapienter affirmat S. D magis eam aſsimilari ſpeculiari, quàm illi, qua res videtur per præſentiam ſuæ eſſentię in cognoſcente, ac proindè non negat, eandem cognitionem, prout ab eſſentia eſt, qua ratione ſpeciei intelligibilis munus exercet, eſſe immediatam, qualis ea eſt, quæ eſt per ſpeciem immediatè cauſatam ab obiecto. Hanc concluſionem explicat Zumellus in ſua quæſt. 2. concl. 4. Bannes. Zumellus.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra primam concluſionem ſunt argumenta Scoti, & alia quædã, quæ referunt, & ſoluunt Capreolus in allegatarquæſt. & Ferrarienſis in ſupradicto cap. Caietanus, Bannes, Zumellus, Valentia, & alij ſuper hoc articulo, præter ea, quibus ſupra ſatisfecimus, quæſt. 12. art. 2. Scotus. Capreol. Ferrarien. Caietanus Bannes Zumellus Valentia.

Contra eandem concluſionẽ argumentatur Rada: Angelus nõ poteſt cognoſcere Deum propria, & diſtincta cognitione per aliquod medium cognitum, ergo indiget ſpecie aliqua intelligibili diuinam naturam repreſentante. Probatur conſequentia. Quia talis cognitio nõ poteſt haberi, niſi vel per medium cognitum, vel per rationẽ cognoſcendi, quæ eſt ſpecies intelligibilis. Rada.

Reſpondetur primò, Angelum per nullum medium creatum poſſe Deum cognoſcere cognitione diſtincta, ideſt quidditatiua, cuius oppoſitum intendunt, & docent Scotus, & Rada. Secundò dico, falſum eſſe antecedens, loquendo de cognitione diſtincta citra quidditatiuam, & de medio cognito, ſiue ſit prętisè cognitum, ſiue ſit eadem ſpecies intelligibilis; quale dicimus eſſe ſubſtantiam Angeli, quæ Deum non minus, quàm accidens intentionale, diſtinctè, & immediatè repræſentat: & ꝑterea vti effectus Dei nobiliſsimus diſtinctam de Deo cauſat in Angelo cognitionem.

So-

Secundò quædam alia producit argumenta, quibus in dicto art. 2. q. 12. ſatisfecimus.

Zumellus Contra ſecundam concluſionem argumentatur Zumellus. Primò: Vel per talem ſpeciem repræſentaretur Deus, ut in ſe eſt, & formaretur proprius, & diſtinctus conceptus Dei, vel non. Si primum, illa ſpecies eſſet infinita; quia repræſentaret Deum, ſicut eſt: immò Deum totum, & totaliter repræſentaret, tanquam naturalis illius ſimilitudo; quod eſt improbabile. Probatur ſequela; quia ſpecies producta gerit vicem obiecti. Si dicas ſecundum: Primò talis ſpecies eſſet ſuperflua, quia cognitio Dei imperfecta per effectus illius ſine ſpecie haberi poteſt. Secundò: cõceptus imperfectus, qui per talem ſpeciem formaretur, neceſſariò deberet eſſe, vel negativus, vel confuſus, vel connotativus, & quomodocunque formetur, debet ſupponere, & concernere aliquo modo alterius rei cognitionem, & conſequenter creaturarum. Tertiò: inquiro, an per talem ſpeciem Angelus cognoſcat immediate Deum, vel non: ſi non, ergo ſuperflua eſt talis ſpecies: primum autem dici non poteſt, quia per illam non poſſet cognoſci, neque intuitivè, neque quidditativè, neque per cauſam, vt de ſe conſtat, neque etiam per effectum, vt ipſi dicunt: Ergo nullo modo poterit eſſe cognitio evidens.

Reſpondetur, ſpeciem illam, ſi eſſet, non repræſentaturam Deum, ſicuti eſt ſecundùm ſe. Ad primum impugnationem negatur ſequela. Ad primã probationem negatur aſſumptum; eſſet enim longè perfectior cognitio, & magis diſtincta, quæ de Deo per talem ſpeciem haberetur, quàm ea, quæ per quemcunque effectum haberi poſſit, vt patet ex dictis. Ad ſecundam negatur aſſumptum; eſſet enim conceptus poſitivus, & abſolutus, & diſtinctus, licèt non quidditativus. Ad tertiam dico, per talem ſpeciem, ſi daretur, Angelũ cognoſcere Deũ immediatè. Ad argumentum in contrarium nego conſequentiam; quia poſſet per talem ſpeciem, vt per ſimilitudinem repræſentativam cognoſci Deꝰ abſtractivè, & diſtinctè modo ſuperius explicato.

Secundò ſic arguit in ſua quæſt. 2. Si daretur ſpecies propria divinitatis in aliqua creatura, ſequeretur, creaturam propria virtute poſſe Deum cognoſcere intuitivè, & quidditativè; atque ideò propria virtute poſſet Deum videre, & beatificari, quod eſt hæreſis Pelagiana. Probatur conſequẽtia: Quia colorem intuitivè cognoſcimus, quia per propriam ſpeciẽ videmus, & vnus Angelus quidditativè cognoſcit alterum, quia per propriam ſpeciem illius eum cognoſcit, & nos etiam quidditative cognoſcimus rem materialem, quia per ſpeciem quidditatis cognoſcimus.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam. Ad eius probationem negatur antecedens; non enim propria cauſa cognoſcendi intuitivè, aut quidditativè eſt cognoſcere per propriam ſpeciem; nam ſecundum veritatem nulla eſt in intellectu noſtro cognitio intuitiva, cum omnis noſtri intellectus cognitio abſtrahat ab exiſtentia, & tamen multa cognoſcimus per proprias ſpecies: & rurſus multarum rerum proprias habemus ſpecies, quæ tamen vltimas earum differentias non repræſentãt.

Tertiò: Vel ſpecies illa divinitatis adæquata eſt ipſius Dei, vel inadæquata: Si primum, ergo per illam Angelus comprehenderet Deum: ſi ſecũdum, ergo ſuperfluè ponitur. Probatur ſequela: Quia quacunque ſpecie inadæquata, & imperfecta perfectius repræſentat Deum eſſentia Angeli, cum ſit perfectior imago, & ſimilitudo Dei: ergo per hanc melius, quàm per quamcumque ſpeciem imperfectam Angelus cognoſceret Deum, ac proindè ſuperflueret ſpecies illa.

Reſpondetur, verum eſſe ſecundum. Ad argumentum in contrarium negatur ſequela. Ad eius probationem negatur aſſumptum; poſſet enim dici ſpeciem illam perfectius Deum repræſentare, tum quia ad hoc per ſe primò eſſet inſtituta, tum quia poſſet eſſe tantæ perfectionis in repræſentando, vt per eam cognoſceret Angelus, quicquid modo cognoſcit per eſſentiam propriam, & per ſpecies aliarum rerum repræſentativas. Nec eſſet ſuperflua, ſicut nec in Chriſto ſuperfluit ſcientia infuſa, aut acquiſita, quia per modos cognoſcendi ſunt diſtinctæ: & præterea ſermo hic eſt de poſſibili logico, non autem phyſico, nec de potentia Dei ordinaria.

Rada. Contra tertiam concluſionem profert Rada argumenta Scoti à Capreolo, Caietano, Molina, & alijs ſoluta, nec alicuius momenti ſunt argumenta, quæ contra reſponſiones adducit. Quæ autem hic immiſcet de matutina, & Veſpertina cognitione, examinabuntur inferius, quæſt. 58. art. 6. & 7. Vide etiam argumenta, quæ refert, & ſoluit Zumellus in ſua quæſt. 1.

Zumellus

Moli. Contra vltimam concluſionem quo ad primam eius partem argumentatur Molina: Quando aliquid cognoſcitur naturaliter, & non arguitivè ex alio, aut ex alijs, ſed vel per ſpeciem, vel per propriam naturam rei, quæ cognoſcitur, concurrentẽ in modum ſpeciei intelligibilis, notitia intuitiva antecedit abſtractivam, neque ſpecies abſtractivè repræſentans habetur, niſi poſt notitiam intuitivam, vt in nobis experientia teſtatur: Sed notitia intuitiva de Deo, in qua noſtra, & Angelorum beatitudo eſt poſita, tam Angelis, quam nobis eſt ſupernaturalis; ergo Angeli neque per eſſentiam cõcurrentem inſtar ſpeciei intelligibilis, neque per ſpeciem impreſſam divinæ eſſentiæ poſſunt Deum naturaliter cognoſcere, ſed ſolũ arguitivè ex ijs, atque in ijs, quæ facta ſunt, tanquam in effectibus manuducentibus, &c.

Reſpon. huic argumẽto, quatenus poteſt infringere cõcluſionẽ noſtrã, quæ nõnem ſpeciei tribuit ſubſtantiæ Angeli, & dico, falſam eſſe maiorẽ de eo, q̃ cognoſcitur per ſpeciẽ, neq; in nobis experimur aliquam cognitionem intellectus intuitivam.

Rada. Contra eandem concluſ. argumentatur Rada. Primò: eſſentiæ Angeli conuenit ſm̃ ſuam entitatẽ repræſentare Deum, ſed entitas ipſius eſt tantùm vna: ergo etiam repræſentatio eſt tantum vna.

Reſpondetur, entitatem Angeli eſſe vnam realiter, ſed diſtinctam in duas rationes formaliter; eſt enim effectus, & ſpecies, ac imago Dei.

Secundò: Essentia Angeli, vt repræsentans Deũ ad modum speciei intelligibilis, aut respicit ipsũ, vt obiectũ præcisè, aut vt eãm efficientẽ: Si primũ pari rõne sequitur, posse dari speciem aliquã creatã, quæ repræsentet Deũ; quod tñ non admittitur in doctrina D. Thom. Si des sñm, sequitur, quod sit ficta illa distinctio duarum repræsentationũ, &c.

Respondetur, verum esse primum, formaliter loquendo de essentia Angeli, vt species est intelligibilis. Ad impugnationem admitto consequentiã, & consequens in sensu superius explicato, nec id repugnat doctrinæ D. Thomæ.

Tertiò: Essentia Angeli non est naturalis, & formalis similitudo Dei; ergo non est ratio intelligendi Deum non cognita. Consequentia est cuidens. Antecedens probatur. Primò: quia non est ad id expressa, & producta: Secundò; quia id etiam alijs creaturis esset concedendum, puta aranex, & formicæ; quod à nullo conceditur. Probatur sequela: quia nulla est ratio, ob quam id debeat concedi Angelo, & non alijs creaturis.

Respondetur, falsum esse antecedens. Ad primã probationem dico, essentiam Angeli nõ per se primò, sed per se secundò esse productam ad repræsentandum Deum: Nam, quia spiritualem habet Angelus naturam Deo similem dicitur Ezech. 28. *Tu signaculum similitudinis, & plenus decore:* & apud Dionysium 4. cap. de diuin. nom. dicitur speculum clarissimum totam, si fas est dicere, repræsentans Dei pulchritudinem: quæ dicta de vtraque similitudine, scilicet effectus, & speciei intelligibilis cõmodè possunt exponi; atque hinc eliditur illa puerilis obiectio de araneis, & formicis, quas nullus, nisi planè cæcus excellentissimis conferet Angelorum substantijs.

Ezech 28. Dionys.

Quarto: Essentia Angeli non repræsentat Deũ, nisi propter conuenientiam analogicam, quam habet cum eo in communi gradu intellectualitatis, ergo nõ repsentat per modũ speciei intelligibilis.

Respondetur, falsum esse antecedens, vt satis ostendimus.

Contra eandem concluſ. argumentatur Zumellus: Primò: Maiorem similitudinem, & conuenientiam habet vnus Angelus cum alio, quàm cũ Deo; at vnus Angelus non repræsentat alterum Angelũ distincte, & quo ad propria: ergo neque Deum.

Respondetor primam propositionem veram esse de similitudine in esse naturæ, non autem de similitudine in esse repræsentatiuo, secũdùm quam similitudinem dicitur Angelus esse imago Dei in esse intelligibili; sicut species est imago obiecti, à quo dependet, vel ad quod repræsentandum est ordinata.

Secundò: Negatur consequentia, quatenus tangit secundùm modum repræsentandi: quoniã Angelus est effectus æquiuocus Dei, vt primæ causę multas habens perfectiones simpliciter, sibi cum Deo communes, ex quibus cognosci possunt diuinæ perfectiones, quatenus à perfectionibus Angeli, & cæterarum rerum creatarum distinguuntur sñm rõnem causalitatis eminẽtiæ, &c. vt ante diximus, quamuis hæc cognitio non sit immediata.

Sed contra primam responsionem instat Zumellus: Ratio imaginis addit supra similitudinem rationem originis; at ratio originis nihil confert ad cognoscendum aliquid per medium non cognitũ; ergo. Probatur minor: quia origo addit solùm ordinem causæ, & effectus; ratio autem effectus non conducit ad cognitionẽ, vt ratio cognoscendi non cognita, sed tantùm vt medium cognitum; ergo.

Respondetur, falsam esse primam propositionem; addit enim ratio imaginis supra communẽ rationem similitudinis rationem specialem similitudinis in specie, siue proprietate speciei, secundùm quam similitudo intelligibilis distinctè repręsentat obiectum. Soluit.

Secundò: Quando imago corporalis repræsentat rem aliquam per conuenientiam in exteriori forma, vel figura, tunc talis imago, quamuis per se ipsam possit videri, tamen non posset esse pura ratio cognoscendi rem imaginatam: sed hoc modo dicitur Angelus se habere ad Deum; ergo. Maior probatur; quia talis imago non duceret in cognitionem rei imaginatę, nisi præuia cognitione sui, & non sicut modo contingit, cũ cernimus per speciem; quia imago illa non repræsentat intentionaliter rem aliam secundùm propria eius, neque per modum principij effectui, sed repręsentat obiectiuè per naturalem conuenientiam in forma, vel figura, & aliquo modo per rationem causæ, & effectus. Minor verò probatur: quia Angelus dicitur esse ad imaginem Dei.

Respondetur, falsam esse maiorem de imagine, vt imago est. Ad eius probationem negatur assumptum. Ad cuius probationem dico, imaginem v.g. Cæsaris, vt imago est, non repræsentare obiectiuè per naturalem conuenientiam in forma, vel figura, & per rationem effectus, sed vt ratio cognoscẽdi est; sicut, & species sensibilis, aut intelligibilis ratio pura cognoscendi est; sic enim idem fit motus in imaginem, & in id, cuius est imago, & per imaginem immediatè cognoscitur imaginatum; vt ait S. D. de Ver. q. 8. art. 1. ad 18. S. Thom

Neque necesse est, vt id, quod est pura ratio cognoscendi repręsentet intentionaliter, aut sit principium effectiuum cognitionis intrinsecum.

Contra eandem conclusionem sunt argumẽta, quę refert, & soluit Zumellus in dicta sua quæst. 2. & argumenta Scoti, quæ soluit Caiet. & alij. Zumell.

Secunda Controuersia.

An perfectiorem cognitionem habeat Angelus de Deo per suam substantiam, quam per species aliarum rerum, siue superiorum, siue inferiorum.

Sententiæ Doctorum.

QVæstionem hanc latè versant Bannes, & Zumellus, & in ea quædam relinquunt incerta, & quædã alia sub conditione definiunt, & quædam vt certa constituunt: hæc verò sunt quatuor. Primum est, cognitionem, qua Angelus Deum per suam essentiam cognoscit, esse distinctam realiter Bannes. Zumell.

ab ea

ab ea, per quam cognoscit Deum per species aliarum creaturarum, quod etiam affirmat Molina. Secundum est, cognitionem illam, qua Angelus p̄ suam essentiam cognoscit Deum, simpliciter esse perfectiorem omni alia cognitione, qua cognoscit Deum per speciem inferioris creaturæ. Tertiū est, ex parte cognoscentis esse perfectiorem, & magis proportionatam cognoscenti illam cognitionem, quam habet Angelus per suam essentiam de Deo, quàm illa, quam habet per speciem superioris Angeli. Quartum, Superiorem Angelum per suam essentiam perfectius cognoscere Deum, simpliciter loquendo, quam inferior per speciem intelligibilē eiusdem superioris Angeli. Ea verò, quę in vtramque partem disputant, & secundùm vtramque reputant probabilia, duo sunt. Primum est; an inferior Angelus perfectius cognoscat Deum per speciem Angeli superioris, quàm per propriam essentiam. Quod etiam sub conditione definiunt dicentes, inferiorem Angelum perfectius cognoscere Deum per speciem Angeli superioris, quàm per propriam essentiam, si Angelus inferior comprehendit superiorem; si verò non comprehendat, nihil certi posse determinari. Secundum est: An Angelus supremus perfectius cognoscat Deum per speciem repræsentantem omnes Angelos inferiores collectiuè, quàm per propriam essentiam.

Molina.

Vasquez.

Vasquez distinguit dicens. Aut sermo est de cognitione Dei, quo ad quæstionem. An est, & hoc pacto æquè benè videtur Deus ab Angelo cognosci per aliarum rerum cognitionem, & per sui ipsius essentiam prius cognitam: Aut loquimur de modo, quo Angelus Deum cognoscit instar rerum creatarum; & hoc pacto multò melius Angelus Deum cognoscit ex pluribus alijs creaturis, quā ex seipso solo.

Essantius.

Pesantius ait, omnibus pensatis, videri perfectiorem cognitionem Dei respectu Angeli eam, quam habet ex sui ipsius cognitione, quàm sit ea, quā habet de Deo ex cognitione perfectioris Angeli.

Resolutio.

Angelum habere de Deo perfectiorem cognitionem per suam substantiam, quàm per species aliarum rerum, sive inferiorum, sive superiorum.

PRo resolutione propositæ difficultatis tria sūt hic veluti certa, & superius etiam stabilita, supponenda.

Primum, Supponendum est, Angelum Deū cognoscere non solùm per essentiam suā modis prædictis, sed etiam per species aliarum rerum tā superiorum, quam inferiorum, quatenus scilicet species illæ repræsentant res, per quas veluti effectus cognitos cognoscit Angelus Deum quo ad prædicata negatiua, causalia, & supereminentialia longè perfectiori modo, quàm homo, de cuius cognitione supra dixmus, quæst. 12. art. 12.

Secundū est: Angelum per suam essentiam dupliciter Deum cognoscere, scilicet mediatè, & immediatè, prout in præcedenti controuersia declarauimus.

Tertium est: Longè perfectiorem, & euidentiorem esse cognitionem illam, quam habet Angelus de Deo per essētiam propriam, vt speciem intelligibilem, quàm sit illa, quam habet per eandē essentiam, vt cognitam; Primò, quia cognitio immediata cæteris paribus perfectior est cognitione mediata; Secundò, quia in cognitione immediata, quæ est per speciem, vel per essentiam cognoscentis loco speciei, perfectius, ac magis vnitur res cognita cognoscenti, quàm in cognitione mediata, quæ fit per medium cognitum; nam species, per q̄ fit immediata cognitio, idem est, quod ipsa res cognita, puta Deus, quamuis alium habeat essendi modum: In altera verò cognitione, quæ fit per medium cognitum, puta per Angelum, res cognita, quæ est ipsum medium ad cognoscendum Deum, non est ipse Deus in aliquo essendi modo; & sermo est de re cognita, vt cognita est: Constat autem cognitionem fieri per hoc, quod cognoscens est ipsū cognitum; ergo perfectior erit cognitio, &c.

Prædictis addendū est quartū, nimirū cognitionē, q̄ habet Angelus de Deo per suam essentiam, esse realiter distinctam ab ea, quam habet Angelus de Deo per species aliarum rerum repræsentatiuas, vt benè probant hic Bannes, & Zumellus.

Bannes. Zumellus.

Quibus suppositis dico primò, veras esse quatuor illas propositiones, quas, vt certas hic statuunt expositores prædicti: quarum probationes lege, si placet, apud eos.

Secundò dico, Angelum inferiorem perfectius cognoscere Deum per essentiam propriam, vt speciem intelligibilem, quàm per speciem Angeli superioris, siue Angelus inferior comprehendat, siue non comprehendat Angelum superiorem. Probatur: Quælibet res distinctius, perfectiusque cognoscitur per propriam speciem illam immediatè repræsentantem, quam per speciem repræsentātem rem aliam illi similem, & illa inferiorem. At essentia cuiuslibet Angeli, vt species intelligibilis, est veluti species Dei propria ipsum immediatè repræsentans; species autem repręsentans Angelum superiorem non est species Dei propria, sed rei Deo inferioris; & illi similis: ergo, &c. Maior patet ex dictis, & videt esse per se nota, & posset inductiuè, aut exemplariter probari ex speciebus intellectus humani, quibus rem aliquam mediatè, aut immediatè, siue per propriam, aut per alienam speciem intelligimus. Minor patet ex dictis in præcedenti controuersia.

Et confirmatur: quia repræsentatio essentiæ Angeli, vt species est, adęquatur virtuti cognoscitiuę naturali ipsius Angeli, quatenus potest per speciē creatam cognoscere: species autem repręsentans Angelum superiorem non adæquatur eidem virtuti, quatenus per res cognitas Deū cognoscit: quia per species ēt aliarum rerum potest Deū cognoscere; ergo perfectius Deum cognoscit per suam essentiam, vt species est, quàm per speciem repręsentātem Angelum superiorem: Probatur consequētia: quia species, vt species perfectius ex suo ordine re-

repręsentat, q̃ res: ergo repręsentatio essentiæ Angeli, vt species, est adæquas virtutem intellectus naturalem, qua ratione fertur in Deum cognoscendum per speciem creatam, perfectius Deum repręsentabit intellectui, quàm res quælibet etiam nobilior ipsa essentia.

Tertiò dico, inferiorem Angelum per essentiam suam, vt cognitam perfectius cognoscere Deum, quàm per speciem repræsentantem Angelum superiorem. Probatur; quia suam essentiam cognoscit Angelus comprehẽsiuè, essentiam autem superioris Angeli non cognoscit comprehensiuè, sed tm̃ quidditatiuè, vt ostendimus in articulo præcedenti. Dictum hoc probant, & tuentur Bannes, & Zumellus.

Quartò dico, Angelum supremum perfectius Deum, cognoscere per propriam essentiam, vt speciem intelligibilem, quàm per species repræsentãtes omnes Angelos inferiores collectiuè. Probatur hoc dictum eodem medio, quo primum: Distinctius enim, ac proinde perfectius quæcumque res cognoscitur per speciem propriam illam immediatè repræsentantem, quàm per centum, aut mille species aliarum rerum illi similium, quæ vel cõmunia tantum indicant, vel propriorum notitiam non efficiunt, nisi negatiuè, aut arguitiuè.

Vltimò dico, valde probabile esse, Angelum supremum per suam essentiam, vt cognitam perfectius cognoscere Deum, quàm per speciẽ, aut species repræsentãtes omnes inferiores Angelos. Hoc dictum latè probant Bannes, & Zumellus, oppositum etiam, vt probabile sustinentes.

Aduersus primum, & tertium dictũ, nulla producunt expositores argumenta, sed probant tantũ secundùm, & quartum dictum nostrum: Quę verò proferunt contra sua dicta, siue propositiones, videat lector apud eosdem soluta.

QVAESTIO LVII.

De Angelorum cognitione respectu rerum materialiũ, in quinque articulos diuisa.

DEinde quęritur de his materialibus, quæ ab Angelis cognoscuntur, Et circa hoc quęruntur quinq:.

Prim.ò, Vtrum Angeli cognoscant naturas rerum materialiũ.

Secundò, Vtrum cognoscant singularia.

Tertiò, Vtrum cognoscant futura.

Quartò, Vtrum cognoscant cogitationes cordium.

Quintò, Vtrum cognoscant omnia mysteria gratiæ.

Ratio ordinis.

AD rerum materialium ordinem quædam attinẽt per se, & directè; vt ea, quæ sunt ex materia, formaq; composita, aut eorum sunt proprietates, & accidentia. Quædam autem ad eundem ordinem spectant per accidens tantum, & indirectè; quia nimirum, vel ex sui natura colligationẽ aliquam habent cum ijs, quæ sunt in ordine materialium, vel eis saltem ex suo genere non repugnat rebus materialibus aliqua ratione copulari: hæc verò sunt cogitationes cordium, quæ sunt per se, ac intrinsecè spirituales, sed ad ordinẽ attinent materialium indirectè, & per accidens: non quidẽ positiuè, sed non repugnanter, quia scilicet illis ex suo genere colligatio cum materialibus non repugnat. Nam, licet cogitationes Angelorum nulla ratione materialibus copulentur, hominum tamẽ viatorum cogitatus sunt phantasmatibus naturaliter colligati; adeò vt sine eis subsistere minimè possint: cogitationibus itaque cordium ex suo genere non repugnat rebus materialibus copulari. Quod idem dicendum est de mysterijs gratiæ; quorum præcipuum, ac nobilissimum est Incarnatio Verbi humanitati nostræ personaliter copulati. De rerum igitur per se, & directè materialiũ cognitione primo differit Angelicus Doctor in cõmuni, deinde in articulo 2. de singularium cognitione tractat absolutè. Tertiò de eisdem singularibus agit, qua ratione futura sunt; sic enim peculiarem habent difficultatem. Ex ijs autem, quę ad ordinem materialium non nisi per accidens, & indirectè pertinent, primũ ordine cognitionis obtinent locum cogitationes cordium, quibus connexio cũ materialibus naturalis non repugnat, quorum idcirco doctrina facilior est. Mysteria verò gratiæ supernaturalia sunt, & materialibus non nisi supernaturaliter copulãtur, & ideò difficilior etiam est quæstio de cognitione Mysteriorum gratiæ; ac proinde debuit vltimo loco reseruari.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Angeli cognoscant res materiales.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd Angeli non cognoscant res materiales. Intellectũ enim est perfectio intelligentis. Res autem materiales non possunt esse perfectiones Angelorum, cum sint infra ipsos. Ergo Angeli non cognoscunt res materiales.

Infr. q. 58. art. 2. & 3. & 4. cor. & 5. & q. 59. art. 3. & 4. cor. & q. 102. 4. cor.

2 Præterea. Visio intellectualis est eorum, quæ sunt in anima per sui essentiam, vt dicitur in *glossa 2. ad Corinth. 12. Sed res materiales non possunt esse in anima hominis, vel in mente Angeli per suas essentias. Ergo non possunt intellectuali visione cognosci, sed solùm imaginaria, qua apprehẽduntur similitudines corporum: & sensibili, quæ est de ipsis corporibus. In Angelis autem, non est visio imaginaria, & sensibilis, sed solùm intellectualis. Ergo Angeli materialia cognoscere non possunt.

Elicitur ex Angel. 12. sup. Genes. ad literam. c. 25. to.

3 Præterea. Res materiales non sunt intelligibiles in actu, sed sunt cognoscibiles apprehensione sensus, & imaginationis, quæ non sunt in Angelis. Ergo Angeli materialia non cognoscunt.

Sed cõtra. Quicquid põt inferior virtus põt vir-

virtus ſuperior. Sed intellectus hominis, qui est ordine naturę infra intellectum Angeli, potest cognoſcere res materiales: Ergo multò fortius intellectus Angeli.

Reſpondeo. Dicendum, quòd talis eſt ordo in rebus, quod ſuperiora in entibus ſunt perfectiora inferioribus. & quod in inferioribus cõtinetur deficienter, & partialiter, & multipliciter, in ſuperioribus continetur eminenter, & per quandam totalitatem, & ſimplicitatem. Et ideo, ſicut in ſummo rerum vertice, omnia ſuper ſubſtantialiter præexiſtunt, ſecundùm ipſum ſuum ſimplex eſſe, vt Dion. dicit in * lib. de diuin. nom. Angeli autem inter cæteras creaturas ſunt Deo propinquiores, & ſimiliores. Vnde, & plura participant ex bonitate diuina, & perfectius, vt Diony. dicit* 4. cap. cœl. hierar. Sic igitur omnia materialia in ipſis præexiſtunt, ſimplicius quidẽ, & immaterialius, quàm in ipſis rebus: multipliciter autem, & imperfectius quàm in Deo. Omne autem, quod eſt in aliquo, eſt in eo per modum eius, in quo eſt. Angeli autem ſecundùm ſuam naturam ſunt intellectuales. * Et ideò, ſicut Deus per ſuam eſſentiã materialia cognoſcit, ita Angeli ea cognoſcunt per hoc, quòd ſunt in eis per ſuas intelligibiles ſpecies.

534 Ca. 11 declinando ad finem præcipue, & cap. 5 paulò ante med. Ca. 4 cœleſt. hier. ante med. 267 293

Ad primum ergo dicendum, quòd intellectum eſt perfectio intelligentis ſecundùm ſpeciem intelligibilem, quàm habet in intellectu. Et ſic ſpecies intelligibiles, quæ ſunt in intellectu Angeli, ſunt perfectiones, & actus intellectus Angelici.

Ad ſecundùm dicendum, quòd ſenſus non apprehẽdit eſſentias rerum, ſed exteriora accidentia tantùm: ſimiliter neque imaginatio: ſed apprehendit ſolas ſimilitudines corporũ: intellectus autem ſolus apprehendit eſſentias rerum. Vnde in * 3. de anima dicit, quod obiectum intellectus eſt, quod* quid eſt, circa quod non errat, ſicut neque ſenſus circa proprium ſenſibile. Sic ergo eſſentiæ rerum materialium ſunt in intellectu hominis, vel Angeli, vt intellectum eſt in intelligente, & non ſecundùm eſſe ſuum reale. Quædam verò ſunt, quæ ſunt in intellectu, vel in anima ſecundùm vtrunque eſſe: Et vtrorumq; eſt viſio intellectualis.

Lib. 3 de anima tex. 36. to 2. D. 752.

b 84 284

Ad tertium dicendum, quòd ſi Angelus acciperet cognitionem rerum materialium ab ipſis rebus materialibus, oporteret, quod tacteret eas intelligibiles actu, abſtrahendo eas: nõ autem accipit cognitionem earum à rebus materialibus, ſed per ſpecies actu intelligibiles rerum, ſibi connaturales rerum materialium notitiam habet, ſicut intellectus noſter ſecundùm ſpecies, quas intelligibiles facit abſtrahendo. 281

A

Senſus quæſiti.

QVæſtio eſt de cognitione rerum materialium abſolutè, abſtrahendo ab earum cognitione in vniuerſali, & ſingulari: & modus cognitionis magis quam ipſa cognitio videtur inquiri: Res. u. materiales ab Angelis cognoſci teſtantur paſſim ſacra rum oracula litterarum, in quibus Angeli ſæpè dicuntur hominibus apparuiſſe, & cum illis de rebus ſenſibilibus colloquia miſcuiſſe, vel illis ẽt auxilium præſtitiſſe, aut aliquid ex diuina ordinatione feciſſe: quæ ſine materialium cognitione nequaquam Angelis poſſent conuenire. His accedũt ea, quæ pro confirmanda ſequentis articuli conclusione producunt S. D. & alij: clariſſimum verò teſtimonium eſt illud, quod habetur ex Tobiæ 5. cap. vbi Tobias Angelum interroganti: *Noſti viam, quæ ducit in regionem Medorum?* reſpõdit Angelus: *Noui, & omnia itinera eius frequenter ambulaui, & manſi apud Gabelum.* B Tob. c. 5

Forma Textus.

C *Concluſio eſt: Angeli cognoſcunt materialia per hoc, quod ſunt in eis per ſuas intelligibiles ſpecies. Probatur: Omnia materialia ſunt in ipſis Angelis ſecundùm modum naturæ intellectualis, ideſt ſecundùm eſſe intelligibile: Ergo Angeli cognoſcunt materialia per hoc, quod ſunt in eis per ſuas ſpecies intelligibiles. Conſequentia eſt euidens. Antecedens autem duas habet partes: prior affirmat in Angelis eſſe materialia: & probatur: Talis eſt ordo in rebus, vt ſuperiora in entibus ſint perfectiora inferioribus, & qđ in inferioribus continetur deficienter, & partialiter, & multipliciter, in ſuperioribus cõtineatur eminenter, & per quandam totalitatem, & ſimplicitatem; ſed Angeli inter creaturas ſunt ſuperiores; ergo omnia materialia præexiſtunt in ipſis Angelis ſimplicius, & immaterialius, quàm in ipſis rebus. Maior probatur; quia in Deo, veluti in ſummo vertice omnia ſubſtantialiter præexiſtunt ſecundũ*

D *ſuum ſimplex eſſe, vt ait Dionyſ. de diu. nom. Minor verò probatur; quia Angeli ſunt Deo propinquiores, & ſimiliores; ergo ſuperiores, & perfectiores. Probatur ſequela; quoniam ex hoc, quod ſunt Deo propinquiores, & ſimiliores, plura participant ex bonitate diuina, & perfectius, vt ait Dionyſ. cap. 4. de cœl. hierarch. Ex quo deducit corollarie S. Doct. omnia materialia in Angelis præexiſtere ſimplicius quidem, et immaterialius, quàm in rebus ipſis: multipliciter autem, & imperfectius, quã in Deo: Poſterior verò pars antecedentis, videlicet ſecũdùm modũ naturæ intellectualis. Probatur: Omne quod eſt in aliquo, eſt in eo per modum eius, in quo eſt; at Angeli ſecundùm ſuam naturam ſunt intellectuales; ergo*

E *materialia ſunt in ipſis intelligibiliter.*

Expoſitio Textus.

Declaratur ſenſus illius principij: Talis eſt ordo in rebus, vt quod in inferioribus continetur deficienter, &c.

DIſcurſus efficacitatem aperit Caietanus: & latius poſt eum Zumellus in ſua quæſt. 1. ad hunc articulum.

Digitized by Google

repręsentat, q̃ res: ergo repręsentatio essentiæ Angeli, vt species, est adæquas virtutem intellectus naturalem, qua ratione fertur in Deum cognoscendum per speciem creatam, perfectius Deum repręsentabit intellectui, quàm res quælibet etiam nobilior ipsa essentia.

Tertiò dico, inferiorem Angelum per essentiam suam, vt cognitam perfectius cognoscere Deum, quàm per speciem repræsentantem Angelum superiorem. Probatur; quia suam essentiam cognoscit Angelus comprehẽsiuè, essentiam autem superioris Angeli non cognoscit comprehensiuè, sed tm̃ quidditatiuè, vt ostendimus in articulo præcedenti. Dictum hoc probant, & tuentur Bannes, & Zumellus.

Quartò dico, Angelum supremum perfectius Deum, cognoscere per propriam essentiam, vt speciem intelligibilem, quàm per species repræsentãtes omnes Angelos inferiores collectiuè. Probatur hoc dictum eodem medio, quo primum: Distinctius enim, ac proinde perfectius quæcumque res cognoscitur per speciem propriam illam immediatè repræsentantem, quàm per centum, aut mille species aliarum rerum illi similium, quæ vel cõmunia tantum indicant, vel propriorum notitiam non efficiunt, nisi negatiuè, aut arguitiuè.

Vltimò dico, valde probabile esse, Angelum supremum per suam essentiam, vt cognitam perfectius cognoscere Deum, quàm per speciẽ, aut species repræsentãtes omnes inferiores Angelos. Hoc dictum latè probant Bannes, & Zumellus, oppositum etiam, vt probabile sustinentes.

Aduersus primum, & tertium dictũ, nulla producunt expositores argumenta, sed probant tantũ secundùm, & quartum dictum nostrum: Quę verò proferunt contra sua dicta, siue propositiones, videat lector apud eosdem soluta.

QVAESTIO LVII.

De Angelorum cognitione respectu rerum materialiũ, in quinque articulos diuisa.

DEinde quęritur de his materialib. quæ ab Angelis cognoscuntur. Et circa hoc quęruntur quinq;. Primò, Vtrum Angeli cognoscant naturas rerum materialiũ.

Secundò, Vtrum cognoscant singularia.

Tertiò, Vtrum cognoscant futura.

Quartò, Vtrum cognoscant cogitationes cordium.

Quintò, Vtrum cognoscant omnia mysteria gratiæ.

Ratio ordinis.

AD rerum materialium ordinem quædam attinẽt per se, & directè; vt ea, quæ sunt ex materia, formaq; composita, aut eorum sunt proprietates, & accidentia. Quædam autem ad eundem ordinem spectant per accidens tantum, & indirectè; quia nimirum, vel ex sui natura colligationẽ aliquam habent cum ijs, quæ sunt in ordinę materialium, vel eis saltem ex suo genere non repugnat rebus materialibus aliqua ratione copulari: hæc verò sunt cogitationes cordium, quæ sunt per se, ac intrinsecè spirituales, sed ad ordinẽ attinent materialium indirectè, & per accidens: non quidẽ positiuè, sed non repugnanter, quia scilicet illis ex suo genere colligatio cum materialibus non repugnat. Nam, licèt cogitationes Angelorum nulla ratione materialibus copulentur, hominum tamẽ viatorum cogitatus sunt phantasmatibus naturaliter colligati; adeò vt sine eis subsistere minimè possint: cogitationibus itaque cordium ex suo genere non repugnat rebus materialibus copulari. Quod idem dicendum est de mysterijs gratiæ; quorum præcipuum, ac nobilissimum est Incarnatio Verbi humanitati nostræ personaliter copulati. De rerum igitur per se, & directè materialiũ cognitione primo differit Angelicus Doctor in cõmuni, deinde in articulo 2. de singularium cognitione tractat absolutè. Tertiò de eisdem singularibus agit, qua ratione futura sunt; sic enim peculiarem habent difficultatem. Ex ijs autem, quę ad ordinem materialium non nisi per accidens, & indirectè pertinent, primũ ordine cognitionis obtinent locum cogitationes cordium, quibus connexio cũ materialibus naturalis non repugnat, quorum ideirco doctrina facilior est. Mysteria verò gratiæ supernaturalia sunt, & materialibus non nisi supernaturaliter copulãtur, & ideò difficilior etiam est quæstio de cognitione Mysteriorum gratiæ; ac proinde debuit vltimo loco reseruari.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Angeli cognoscant res materiales.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd Angeli non cognoscant res materiales. Intellectũ enim est perfectio intelligentis. Res autem materiales non possunt esse perfectiones Angelorum, cum sint infra ipsos. Ergo Angeli non cognoscunt res materiales. 1 a 16 Pol. q 19. art. 3 & 2. co c 97 & vir q. 2. ar. 8 & q 10 a 4. cor. & q 20. ar. 4. cor.

2 Præterea. Visio intellectualis est eorum, quæ sunt in anima per sui essentiam, vt dicitur in *glossa 2. ad Corinth. 12. Sed res materiales non possunt esse in anima hominis, vel in mente Angeli per suas essentias. Ergo non possunt intellectuali visione cognosci, sed solùm imaginaria, qua apprehẽduntur similitudines corporum: & sensibili, quæ est de ipsis corporib. In Angelis autem, non est visio imaginaria, & sensibilis, sed solùm intellectualis. Ergo Angeli materialia cognoscere non possunt. Elicitur ex August. 12 sup. Genes. ad litteram, c 25. to. 3.

3 Præterea. Res materiales non sunt intelligibiles in actu; sed sunt cognoscibiles apprehensione sensus, & imaginationis, quæ non sunt in Angelis. Ergo Angeli materialia non cognoscunt.

Sed cõtra. Quicquid põt inferior virtus põe vir-

virtus ſuperior. Sed intellectus hominis, qui eſt ordine naturę infra intellectum Angeli, poteſt cognoſcere res materiales: Ergo multò fortius intellectus Angeli.

Reſpondeo. Dicendum, quòd talis eſt ordo in rebus, quod ſuperiora in entibus ſunt perfectiora inferioribus, & quod in inferioribus cõtinetur deficienter, & partialiter, & multipliciter, in ſuperioribus continetur eminenter, & per quandam totalitatem, & ſimplicitatem. Et ideo in Deo, ſicut in ſummo rerum vertice, omnia ſuper ſubſtantialiter præexiſtunt, ſecundùm ipſum ſuum ſimplex eſſe, vt Dion. dicit in * lib. de diuin. nom. Angeli autem inter cæteras creaturas ſunt Deo propinquiores, & ſimiliores. Vnde, & plura participant ex bonitate diuina, & perfectius, vt Diony. dicit* 4. cap. cœl. hierar. Sic igitur omnia materialia in ipſis Angelis præexiſtunt, ſimplicius quidẽ, & immaterialius, quàm in ipſis rebus: multiplicius autem, & imperfectius quàm in Deo. Omne autem, quod eſt in aliquo, eſt in eo per modum eius, in quo eſt. Angeli autem ſecundùm ſuam naturam ſunt intellectuales. * Et idcò, ſicut Deus per ſuam eſſentiã materialia cognoſcit, ita Angeli ea cognoſcunt per hoc, quòd ſunt in eis per ſuas intelligibiles ſpecies.

134 Cap. declinando ad finem præcipue, & cap. 5. paulò ante med. Cap. 4. cœleſt hier. ante med.

Ad primum ergo dicendum, quòd intellectum eſt perfectio intelligentis ſecundùm ſpeciem intelligibilem, quàm habet in intellectu. Et ſic ſpecies intelligibiles, quæ ſunt in intellectu Angeli, ſunt perfectiones, & actus intellectus Angelici.

267 393

Ad ſecundùm dicendum, quòd ſenſus non apprehẽdit eſſentias rerum, ſed exteriora accidentia tantùm: ſimiliter neque imaginatio: ſed apprehendit ſolas ſimilitudines corporũ: intellectus autem ſolus apprehendit eſſentias rerum. Vnde in * 3. de anima dicit, quod obiectum intellectus eſt, quod * quid eſt, circa quod non errat, ſicut neque ſenſus circa proprium ſenſibile. Sic ergo eſſentiæ rerum materialium ſunt in intellectu hominis, vel Angeli, vt intellectum eſt in intelligente, & non ſecundùm eſſe ſuum reale. Quædam verò ſunt, quæ ſunt in intellectu, vel in anima ſecundùm vtrunque eſſe: Et vtrorumq; eſt viſio intellectualis.

Li. 3 de anima tex. 36. to 3. D. 753.

b 84 284

Ad tertium dicendum, quòd ſi Angelus acciperet cognitionem rerum materialium ab ipſis rebus materialibus, oporteret, quod faceret eas intelligibiles actu, abſtrahendo eas: nõ autem accipit cognitionem earum à rebus materialibus, ſed per ſpecies actu intelligibiles rerum, ſibi connaturales rerum materialium notitiam habet, ſicut intellectus noſter ſecundùm ſpecies, quas intelligibiles facit abſtrahendo.

281

Senſus quæſti.

QVæſtio eſt de cognitione rerum materialium abſolutè, abſtrahendo ab earum cognitione in vniuerſali, & ſingulari: & modus cognitionis magis quam ipſa cognitio videtur inquiri: Res. u. materiales ab Angelis cognoſci teſtantur paſſim ſacrarum oracula litterarum, in quibus Angeli ſæpè dicuntur hominibus apparuiſſe, & cum illis de rebus ſenſibilibus colloquia miſcuiſſe, vel illis ẽt auxilium præſtitiſſe, aut aliquid ex diuina ordinatione feciſſe: quæ ſine materialium cognitione nequaquam Angelis poſſent conuenire. His accedit ea, quæ pro confirmanda ſequentis articuli concluſione producunt S. D. & alij: clariſſimum verò teſtimonium eſt illud, quod habetur ex Tobiæ 5. cap. vbi Tobiæ Angelum interroganti: *Noſti viam, qua ducit in regionem Medorum?* reſpõdit Angelus: *Noui, & omnia itinera eius frequenter ambulaui, & manſi apud Gabelum.* Tob. c. 5.

Forma Textus.

Concluſio eſt: Angeli cognoſcunt materialia per hoc, quod ſunt in eis per ſuas intelligibiles ſpecies. Probatur: Omnia materialia ſunt in ipſis Angelis ſecundùm modum naturæ intellectualis, ideſt ſecundùm eſſe intelligibile: Ergo Angeli cognoſcunt materialia per hoc, quod ſunt in eis per ſuas ſpecies intelligibiles. Conſequentia eſt euidens. Antecedens autem duas habet partes: prior affirmat in Angelis eſſe materialia: & probatur: Talis eſt ordo in rebus, vt ſuperiora in entibus ſint perfectiora inferioribus, & qđ in inferioribus continetur deficienter, & partialiter, & multipliciter, in ſuperioribus cõtineatur eminenter, & per quandam totalitatem, & ſimplicitatem; ſed Angeli inter creaturas ſunt ſuperiores; ergo omnia materialia præexiſtunt in ipſis Angelis ſimplicius, & immaterialius, quàm in ipſis rebus. Maior probatur; quia in Deo, veluti in ſummo vertice omnia ſubſtantialiter præexiſtunt ſecundùm ſummum ſimplex eſſe, vt ait Dionyſ. de diu. nom. Minor verò probatur; quia Angeli ſunt Deo propinquiores, & ſimiliores; ergo ſuperiores, & perfectiores. Probatur ſequela; quoniam ex hoc, quod ſunt Deo propinquiores, & ſimiliores, plura participant ex bonitate diuina, & perfectius, vt ait Dionyſ. cap. 4. de cæl. hierarch. Ex quo deducit corollarie S. Doct. omnia materialia in Angelis præexiſtere ſimplicius quidem, et immaterialius, quàm in rebus ipſis: multiplicius autem, & imperfectius, quã in Deo: Poſterior verò pars antecedentis, videlicet ſecundùm modũ naturæ intellectualis. Probatur: Omne quod eſt in aliquo, eſt in eo per modum eius, in quo eſt; at Angeli ſecundùm ſuam naturam ſunt intellectuales; ergo materialia ſunt in ipſis intelligibiliter.

Expoſitio Textus.

Declaratur ſenſus illius principij: Talis eſt ordo in rebus, vt quod in inferioribus continetur deficienter, &c.

DIſcurſus efficaciratem aperit Caietanus, & latius poſt eum Zumellus in ſua quæſt. 1. ad hunc articulum.

Digitized by Google

Bannes Zumellus Ferrarien

Disputant hic Bannes, & Zumellus de sensu, & veritate illius propositionis. *Talis est ordo in rebus, vt quod in inferioribus continetur deficienter, partialiter, & multipliciter, in superioribus contineatur eminéter, & per quandam, totalitatem, & simplicitatem.* Quam explicant eruditè post Ferrariensem in 2. cont. gent. cap. 99. Ad ampliorem tamen eius intelligentiam duo sunt breuiter obseruanda. Primum est, dupliciter aliquid in altero contineri eminenter; Vno modo perfectè, & completè; alio modo imperfectè, & incompletè. Priori modo illud tantùm in altero continetur, quod ab eo causari potest secundùm omnia ad eius esse pertinentia; & hoc modo res vniuersæ creatæ, & creari possibiles in Deo eminenter continentur; quoniam ab eo solo, qui est ipsum esse per essentiam, produci possūt substantiæ spirituales, & materiales etiam substantiæ quo ad vtramque partem earum essentialem, scilicet materiam, & formam: constat enim ex art. 2. quæst. 44. materiam primam à sola prima rerū causa posse produci: Alio modo cōtinetur aliquid in altero eminenter, sed imperfectè: & hoc modo continentur ea, quæ sunt inferioris ordinis, vel gradus inter res à Deo creatas, in ijs, quæ superioris sunt ordinis, siue gradus. Est autem multiplex hic continendi modus: Nam quædam formaliter in altero continentur: quod duobus modis contingit iuxta duo rerum genera; Quædam enim sunt naturaliter, & essentialiter subordinata, ita vnū in sua generatione supponat alterum, & eius gradum, & rationem integram in se claudat; sicut sensitiuum in sui generatione præsupponit vegetatiuum, & illud intrinsecè claudit secūdùm totam eius rationem, & quidditatem; quamuis eius diuisiuas differentias, & species non includat: quod idem dicē dum est de rationali natura respectu sensitiuæ, & vegetatiuæ. Quædam aliæ res sunt, quarum productio ex alterius productione non dependet, nec eā præsupponit, sed gradu tantùm, aut etiam ordine superiores sunt in Vniuerso; sicut Angelus gradu, & ordine superior est elemento, lapide, planta, bruto, & homine, & eorum rationes formaliter continet, non quidem integrè, sed quo ad ea tantū prædicata, quę imperfectionem non includunt Angelicæ dignitati minimè congruentem, exempli gratia; Elementum, & lapis est ens, & substātia, quod Angelo conuenit formaliter, & excellentius: planta vitam habet, quæ formaliter etiam Angelo conuenit, & excellentius: bruta cognoscunt, quod etiā formaliter, & longè nobiliori modo conuenit Angelo: denique non solùm cognoscit, sed intelligit homo, quod etiam Angelo cum maiori conuenit excellentia. Quædam autem sunt, quæ virtualiter in altero continentur: hæc verò sunt in proposito, quæ in altero vt effectus in causa æquiuoca præexistunt; sicut planta, musca, & rana in Sole, à quo tanquam ab æquiuoca causa generantur: quos effectus arbitror ex quidditatiua, & comprehensiua causæ cognitione posse distinctè, & perfectè cognosci: Nam, & si materia prima in nulla creata causa virtualiter contineatur, suppositā tamen eius notitia aliundè habita, cætera talibus effectibus propria, & intima cognosci poterunt.

Continentia modi.

Secundò obseruanda est Antithesis elegans terminorum: Nam contra eminenter esse in superioribus statuit deficienter esse in inferioribus, contra totalitatem, siue totaliter esse in superioribus statuit partialiter esse in inferioribus: contra simplicitatem rei in superioribus constituit multipliciter esse in inferioribus. Ad cuius rei euidentiam scito, nomine superiorum entium non intelligi solas causas æquiuocas, sed omnia, quæ gradu, vel ordine sunt alijs perfectiora; etiam si non sint aliorum minus perfectorum causę. Igitur inchoando à prima oppositione dico, certum esse primò, perfectionem omnē in effectu repertam longè nobiliori modo præexistere in sua æquiuoca causa; sicut vita inuenitur in planta, & in orbe Solari simul cum intelligentia mouente sumpto, sed deficienter, ideſt minus perfectè in planta, eminenter autem, ideſt perfectiori modo in orbe Solari sic sumpto. Secundò certum est, in essentialiter subordinatis perfectiones in inferioribus nō æquè perfectè, sicut in superioribus inueniri, hominis enim vita, & sensus perfectior est, quàm vita plantæ, & quàm vita, & sensus bruti: Tertiò certum est, in entibus diuersorum ordinum perfectiones eiusdem rationis vniuocę, vel analogicæ esse nobiliori modo in superioribus, quàm in inferioribus; eminentior enim est substantię vitę, & intelligentię ratio in Angelo, quàm in homine.

Antithesis declarata.

Quo ad secundam autem oppositionē dico primo, perfectionē ex causa æquiuoca in effectu participatam esse totaliter in causa, partialiter autē in effectu; quoniam effectus æquiuocus non adæquat, sed participat suę causę perfectionem. Dico secundò, idem esse dicendum de entibus essentialiter subordinatis; perfectio namque sentiendi tota est in homine, non autem in bruto; cui non omnis conuenit modus cognitionis sensitiuę; vt patet de actibus cogitatiuę. Tertiò dico, idem esse dicē dum de entibus diuersorum ordinum, quę nō sunt essentialiter subordinata; nam in Angelis totalitas quędam est intelligentię; cuius exigua quędam pars inuenitur in homine.

Denique quo ad vltimam oppositionem clarissimè constat, effectum causę æquiuocè totalem, aut etiam adæquatum, vel quasi adæquatum multipliciter in se participare id, quod simpliciter, & vnitè habetur in causa, vt patet de Sole, in cuius vna simplici virtute plurimi continentur effectus, quibus in propria natura conuenit multiplicitas. Præterea certum est, vegetatiuum, ac sensitiuum in homine non esse distincta realiter, quę tamen in bruto, & planta realiter distinguuntur. Deniq; manifestum est, Angelum in vna simplici natura, & spirituali potentia plures præhabere naturarū, virtutumq; perfectiones, quę in inferioribus quā maximè distinguuntur; substantia si quidē in Angelo simplex est, in cœlo verò, & homine; ac bruto composita: & quod homo per tot potentias animę suę cognoscitiuas, & appetitiuas, ac motiuas operatur, id totum excellentius agit Angelus per simplicem actum intellectus, aut voluntatis, vt in se-

ques-

quentibus huius quæſtionis articulis docet expreſ-
S. Thom. sè S.D. Quomodo vero ſit in homine maior ſimplicitas, quàm in planta, vel bruto, cum maior ſit in homine diſtinctio potentiarum, & organorum diximus ſupra quæſt. 3. art. 7.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum Angeli cognoſcant ſingularia.

287 8. d. 3. q. 3. art. 3. & 2. con. ca. 98 & ver. q. 8. ar. 11. & q. 10. ar. 5. & opuſ. 15 c. 13 & 15. tex. 43. t. 1

D Secundum ſic proceditur. Videtur, quòd Angelus ſingularia non cognoſcat. Dicit enim Philoſophus in * 1. Poſt. quòd ſenſus eſt ſingularium: ratio verò vel intellectus, vniuerſalium. In Angelis autem non eſt vis cognoſcitiua, niſi intellectiua, vt ex ſuperioribus patet. * Ergo ſingularia nó cognoſcunt. q. 54 ar. 5. q. 56 ar. 2.

2 Præterea: Omnis cognitio eſt per aſſimilationem aliquam cognoſcẽtis ad cognitum. Sed non videtur, quòd poſſit eſſe aliqua aſſimilatio Angeli ad ſingulare, inquantũ eſt ſingulare, cum Angelus ſit immaterialis, vt ſup. † dictum eſt: ſingularitatis verò principium ſit materia. Ergo Angelus non poteſt cognoſcere ſingularia.

3 Præterea. Si Angelus ſcit ſingularia, aut per ſpecies ſingulares, aut per ſpecies vniuerſales. Non per ſingulares: quia ſic oporteret, quòd haberet ſpecies infinitas. Neque per vniuerſales: quia vniuerſale, nõ eſt ſufficiens principium cognoſcendi ſingulare, inquantum eſt ſingulare, cùm in vniuerſali ſingularia non cognoſcantur, niſi in potentia. Ergo Angelus nõ cognoſcit ſingularia.

Sed contra. Nullus poteſt cuſtodire, quòd non cognoſcit, ſed Angeli cuſtodiunt homines ſingulares, ſecundùm illud Pſalm. 90. Angelis ſuis mandauit de te &c. Ergo Angeli cognoſcunt ſingularia.

Reſpondeo. Dicendum, quòd quidam totaliter ſubtraxerunt Angelis ſingularium cognitionem. Sed hoc primò quidem derogat catholicæ fidei quæ ponit hęc inferiora adminiſtrari per Angelos: * ſecundùm illud Heb. 1. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus. Si autem ſingularium notitiam non haberent, nullam prouidentiam habere poſſent de his: quæ in hoc mundo aguntur, cum actus ſingularium ſint. Et hoc eſt contra illud, quod dicitur Eccleſ. 5. Ne dicas, coram Angelo non eſt prouidentia. Secundò etiam derogat philoſophiæ documentis, ſecundùm quæ, ponuntur Angeli motores cœleſtium orbium: & quòd eos moueant ſecundùm intellectum, & voluntatem. Et ideò alij dixerunt, quòd Angelus habet quidem cognitionem ſingularium: ſed in cauſis vniuerſalibus, ad quas reducuntur particula- 781

A res omnes effectus: ſicut ſi aſtrologus iudicet de aliqua eclipſi futura per diſpoſitiones cœleſtium motuum. Sed hæc poſito prædicta inconuenientia non euadit; quia ſic cognoſcere ſingulare; in cauſis vniuerſalibus non eſt cognoſcere ipſum, vt eſt ſingulare: hoc eſt, vt eſt hic, & nunc. Aſtrologus enim cognoſcens eclipſim futuram per computationem cœleſtium motuum, ſcit eam in vniuerſali, & non prout eſt hic, & nunc, niſi per ſenſum accipiat. Adminiſtratio autem, & prouidentia, & motus ſunt ſingularium, prout ſunt hic, & nunc. Et ideò

B aliter dicendum eſt, quod ſicut homo cognoſcit diuerſis viribus cognitionis omnia rerum genera, intellectu quidem vniuerſalia, & immaterialia, ſenſu autem ſingularia, & corporalia: ita Angelus per vnam intellectiuam virtutem vtraque cognoſcit: hoc enim rerum ordo habet, quòd quantò aliquid eſt ſuperius, tãtò habeat virtutem magis vnitam, & ad plura ſe extendentem, ſicut in ipſo homine patet, q ſenſus communis, qui eſt ſuperior quam ſenſus proprius, licèt ſit vnica potentia, omnia 284 286

C cognoſcit, quæ quinque ſenſibus exterioribus cognoſcuntur, & quædam alia, quæ nullus ſenſus exterior cognoſcit, ſcilicet differentiam albi, & dulcis. Et ſimile etiam eſt in alijs conſiderare. Vnde, cum Angelus naturæ ordine ſit ſupra hominem, inconueniẽs eſt dicere, quod homo quacunque ſua potentia cognoſcat aliquid, quòd Angelus per vnam vim ſuam cognoſcitiuam, ſcilicet intellectum, non cognoſcat: Vnde Ariſtot. pro inconuenienti habet, vt litem, quam nos ſcimus, Deus ignoret, vt patet in * primo de anima, & in * tertio Metaph.

1. de anima tex 80 to 2. lib. 3 Met. tex. 15. to. 3.

D Modus autem, quo intellectus Angeli ſingularia cognoſcit ex hoc conſiderari poteſt, quòd ſicut à Deo effluunt res, vt ſubſiſtant in proprijs naturis, ita etiam vt ſint in cognitione Angelica. Manifeſtum eſt autem, quòd à Deo effluit in rebus non ſolum illud, quod ad naturam vniuerſalem pertinet, ſed etiam ea, quæ ſunt indiuiduationis principia. Eſt enim cauſa totius ſubſtantiæ rei, & quantùm ad materiã, & quantum ad formam. Et ſecundùm quòd cauſat, ſic & cognoſcit, quia ſcientia eius eſt cauſa rei, vt ſupra oſtenſum eſt. * Sicut igitur

384 80 236 237 q. 14. ar 8.

E Deus per eſſentiã ſuam, per quam omnia cauſat, eſt ſimilitudo omnium, & per eam omnia cognoſcit non ſolùm quantùm ad naturas vniuerſales, ſed etiam quantum ad ſingularitatẽ, ita Angeli per ſpecies à Deo inditas, res cognoſcunt; non ſolùm quantum ad naturam vniuerſalem, ſed etiam ſecundùm earum ſingularitatem, inquantum ſunt quædam repręſentationes multiplicatæ illius vnicæ, & ſimplicis eſſentiæ.

Ad

Ad primum ergo dicendum, quòd philoſophus loquitur de intellectu noſtro, qui non intelligit res niſi abſtrahendo, & per ipſam abſtractionem à materialibus conditionibus id, quod abſtrahitur, ſit vniuerſale. Hic autẽ modus intelligendi non conuenit Angelis, vt ſupra dictum eſt: & ideo non eſt eadem ratio.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſecundùm ſuam naturam Angeli non aſſimilantur rebus materialibus; ſicut aſſimiliatur aliquid alicui ſecundùm cõuentiam in genere, vel in ſpecie, aut in accidente, ſed ſicut * ſuperius habet ſimilitudinem cum inferiori, vt ſol cum igne. Et per hunc etiam modum in Deo eſt ſimilitudo omnium, & quantum ad formam, & quantum ad materiam: inquantum in ipſo præexiſtit, vt in cauſa, quicquid in rebus inuenitur. Et eadem ratione ſpecies intellectus Angeli, quæ ſunt quædam deriuatæ ſimilitudines à diuina eſſentia, ſunt ſimilitudines rerum: non ſolùm quantum ad formam, ſed etiam quãtum ad materiam.

q 54. ar. 4 & q. 55. a. 2.

D.1246.

D.471.

Ad tertium dicendũ, quòd Angeli cognoſcunt ſingularia per formas vniuerſales, quæ tamen ſunt ſimilitudines rerum, & quantum ad principia vniuerſalia, & quantùm ad indiuiduationis principia. Quomodo autem per eandem ſpeciem poſſint multa cognoſci, iam ſupra dictum * eſt.

Senſus quæſiti.

QVæritur hic de ſingularibus tantùm materialibus; nam de immaterialibus actum eſt in quæſtione præcedente: & licèt quæſiti forma ſolùm interroget, an ſit in Angelo cognitio ſingularium, præcipuè tamen intendit hic S.D. modũ cognitionis inquirere.

Forma Textus.

RElatis, & reiectis duabus opinionibus reſpondetur quæſito duabus cõcluſionibus. Prima opinio fuit eorum, qui totaliter Angelis ſubtraxere notitiam ſingularium. Hanc opinionem duplici confutat argumento. Primum eſt: Quia repugnat catholicæ fidei: ergo falſa. Probatur antecedens: Quia fides catholica docet hæc inferiora adminiſtrari per Angelorum prouidentiam: at, ſi notitiam ſingularium non haberent Angeli, nullã prouidentiam habere poſſent de ijs, quæ in hoc mundo aguntur; ergo dicta opinio repugnat fidei catholicæ. Maior probatur duplici auctoritate ſacræ ſcripturæ. Prima eſt ex Hebr. 1. cap. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus. Secunda eſt Eccleſ. 5. cap. Ne dicas coram Angelo, non eſt prouidentia. Minor autem probatur; quia actus ſunt ſingularium. Secundum argumentum eſt: Hæc opinio derogat philoſophiæ documentis; ergo falſa. Probatur antecedens; quia docet Philoſophia, Angelos eſſe motores cœleſtium orbium per intellectum, & voluntatem; igitur cognoſcunt orbes cœleſtes, qui ſunt quædam ſingularia materialia. Secunda opinio fuit, Angelos habere quidem cognitionem ſingularium, ſed in cauſis vniuerſalibus, ad quas reducuntur particulares effectus: ſicut, ſi Aſtrologus iudicet de aliqua eclipſi futura per diſpoſitiones cœleſtium motuum. Hanc opinionem arguit S. D. quia prædicta inconuenientia non euadit, quòd ſcilicet Angeli nullam poſſent habere prouidentiam de ijs, quæ in hoc mundo aguntur; nec orbes mouerent per intellectum, & voluntatem; ergo. Probatur antecedens: Quia cognoſcere ſingulare in cauſis vniuerſalibus non eſt cognoſcere ſingulare, vt ſingulare eſt, hoc eſt, vt eſt hic, & nunc; ergo Angeli non haberent prouidentiam, &c. Antecedens probatur: quia Aſtrologus cognoſcens eclipſim futuram per computationem cœleſtium motuum, ſcit eam in vniuerſali, & non prout eſt hic, & nunc, niſi per ſenſum accipiat. Conſequentia verò probatur; quia adminiſtratio, prouidentia, & motus ſunt ſingularium, prout ſunt hic, & nunc.

Prima concluſio: Angelus cognoſcit ſingularia. Probatur primò ratione ſic: Inconueniens eſt dicere, quod homo quacumque ſua potentia cognoſcat aliquid, quod Angelus per vnam vim ſuam cognoſcitiuam, ſcilicet intellectum non cognoſcat; at homo cognoſcit diuerſis viribus cognoſcitiuis omnia rerum genera, intellectu quidem vniuerſalia, & immaterialia, ſenſu autem ſingularia, & corporalia; ergo Angelus per vnam intellectiuam virtutem vtraq; cognoſcit. Maior probatur: Quia hoc verum ordo habet, vt quanto aliquid eſt ſuperius, tanto habeat virtutem magis vnitam, & ad plura ſe extendentem; at Angelus naturæ ordine eſt ſupra hominem; ergo inconueniens eſt dicere, &c. Maior huius argumenti probatur. Quia ſenſus communis, qui ſuperior eſt, quam ſenſus proprius, licèt ſit vnica potentia, omnia cognoſcit, quæ quinque ſenſibus exterioribus cognoſcuntur, et quædam alia, quæ nullus ſenſus exterior cognoſcit, ſcilicet differentiam albi, & dulcis, & ſimile etiam eſt in alijs conſiderare. Secundò probatur eadem concluſio ex Ariſt. in 1. de anima tex. 80. & 3. Metaph. tex. 15. qui pro inconuenienti habet, vt litem, quàm nos ſcimus, Deus ignoret: cum igitur Angelus ſit ordine ſuperior homine, inconueniens eſt, aliquid ab homine ſciri naturaliter, quod ignoretur ab Angelo.

Secunda concluſio: Angeli per ſpecies à Deo inditas res cognoſcunt, non ſolùm quantum ad naturam vniuerſalem, ſed etiam ſecundùm earum ſingularitatem, inquãtum ſunt quædam repræſentationes multiplicatæ diuinæ eſſentiæ vnicæ, & ſimplicisſimæ. Probatur: ſicut à Deo effluunt res, vt ſubſiſtant in proprijs naturis, ita etiam, vt ſint in cognitione Angelica: at in rebus non ſolùm illud effluit à Deo, quod ad naturam vniuerſalem pertinet, ſed etiam, quæ ſunt indiuiduationis principia; ergo, ſicut Deus per eſſentiam ſuam, per quam omnia cauſat, eſt ſimilitudo omnium, & per eam omnia cognoſcit, non ſolum quantùm ad naturas vniuerſales, ſed etiam quantum ad ſingularitatem, ita Angeli per ſpecies à Deo inditas res cognoſcunt, non ſolum quantum ad naturam vniuerſalem, ſed etiam, &c. Maior patet ex author. Auguſt. 2 ſuper Gen. ad litteram, cap. 8. ſupra notata, ſcilicet quæſtione præcedente, art. 2. Minor probatur. Quia Deus eſt cauſa totius ſubſtantiæ rei, & quantum ad materiam, & quantum ad formã, & ſecundùm quod cauſat,

Digitized by Google

ſit, ſic cognoſcit; ergo. Probatur hoc antecedens quo ad ſe, & in partem; quia ſcientia Dei eſt cauſa rerum, vt oſtenſum eſt ſupra quæſt. 14. art. 8.

Expoſitio Textus.

Bannes Zumellus S. Thom.

NOtanda ſunt in primis, quę ſcribunt hìc Bannes, & Zumell. circa duas opiniones in textu relatas; vbi tamen aduerte D. Thom. vtramque opinionem eiſdem argumentis confutare: ac proinde ſecundùm eum vtraque repugnat fidei.

Eccl. 5. Caietanus Bannes. Zumellus Dubium.

Secundò, vide apud Zumellum expoſitionem illius dicti Eccl. 5. *Ne dicas coram Angelo non eſt prouidentia*.

Tertio lege, ſi placet, dubitationem propoſitã, & ſolutam, à Caietano circa illud antecedens. *Cognoſcere ſingulare in cauſis vniuerſalibus non eſt cognoſcere ipſum, vt ſingulare eſt, hoc eſt, vt eſt hic, & nunc*: cuius ſolutionem ſequitur Zumell.

Quartò vide, ſi lubet, quæ dicunt Bannes, & Zumellus de certitudine primæ concluſionis.

Circa reſponſionem ad ſecundùm duplex dubium occurrit. Primum eſt; quia S. Doct. affirmat, Angelum rebus materialibus aſsimilari non ſecũdùm ſuam naturam, ſicut aſsimilatur aliquid alicui ſecundùm conuenientiam in genere, vel in ſpecie, aut in accidente, ſed eo modo, quo ſuperius habet ſimilitudinem cum inferiori; vt Sol cum igne, & Deus cum omnibus rebus quantum ad formã, & quantùm ad materiam; quatenus in ipſo præexiſtit, vt in cauſa quicquid in rebus inuenitur: & addit eadem ratione ſpecies intellectus Angelici eſſe ſimilitudines rerum omnium non ſolùm quantum ad formam, ſed etiam quantùm ad materiã, quia ſunt quædam deriuatæ ſimilitudines à diuina eſſentia. Non enim videntur hæc benè poſſe cohærere: nam dicens, Angelum rebus materialibus aſsimilari eo modo, quo ſuperius habet ſimilitudinem cum inferiori, vt Sol cum igne, & Deus cum rebus, quarum eſt cauſa, videtur ſignificare, vel res eminenter in Angelo contineri, tãquam in cauſa; ſicut generabilia continentur in Sole, & creaturæ in Deo, quod nedum eſt falſum, ſed etiam erroneum, vel Angelum ita rebus aſsimilari, vt poſſit eas diſtinctè cognoſcere etiã in ſingulari; de hoc enim modo cognitionis eſt ſermo: Et hoc etiã falſum eſt: quia ſic Angelus poſſet, res omnes materiales in ſua ſubſtantia diſtinctè cognoſcere, cuius oppoſitum docuit S. D. in quæſt. 55. art. 1. deinde ſubdens, ſpecies Angelorum eſſe ſimilitudines rerum quo ad formam, & materiã: quia ſunt quædam deriuatæ ſimilitudines à diuina eſſentia, videtur diuertere ab Angelo ad eius ſpecies.

Solutio.

Cui dubitationi videtur dicendum, D. Thomã loqui primò de Angelo, deinde de ſpeciebus eius intelligibilibus, vt complẽtibus id, quod deeſt eſſentiæ ipſius Angeli, quæ ſecundùm ſe tantæ perfectionis non eſt, vt poſſit inferiora diſtinctè repræſentare: quia, Dupliciter Angelus aſsimilatur rebus materialibus, vt ſuperior inferioribus: Vno modo ſecundùm ſuam eſſentiam, præciſis ſpeciebus: & hæc aſsimilatio eſt ſecundùm quædã prædicata communia dicentia perfectionem ſimpliciter, vt diximus in articulo præcedente: & ſecundùm hanc ſimilitudinem non poteſt Angelus res materiales, prout à cæteris ſpecificè, aut indiuidualiter diſtinguuntur, cognoſcere; Alio modo rebus materialibus aſsimilatur ſecundum ſuam eſſentiam ſpeciebus perfectam, ſecundùm quas ſit omnia completè, & diſtinctè; & ſecundùm hanc ſimilitudinem cognoſcit Angelus diſtinctè rerum materialium naturas, & earum indiuidua ob eam cauſam, quam aſsignat S. D. quia nimirum ſpecies Angelorum ſunt quædam ſimilitudines ab eſſentia diuina deriuatæ: Nulla ergo eſt in reſponſione diuerſio, vel obliquitas, ſed formalis ſermo eſt de Angelo, prout ſuperior eſt rebus materialibus, tam ſecũdùm ſuam eſſentiam præciſè ſumptam, quam ſecundùm eam, prout eſt ſpecierum participatione perfecta. Et ad hoc tantùm ſimilitudo Solis, & Dei deſernit, vt intelligamus Angelum ea ratione rebus materialibus, vt ſuperiorem perfectè aſsimilari, qua ſpecies habet intelligibiles ab eſſẽtia diuina deriuatas, prout eſt rerum materialiũ cauſa, tam quo ad formam, quàm quo ad materiam, ita vt ſpecierum repræſentatio ſit quædam cauſalitatis diuinæ participatio, non ad producẽda materialia, ſed ad ea repræſentanda; cognoſcit enim vniuerſa Deus in ſeipſo, tanquam in cauſa, vt latè ſuperius explicauimus, quæſt. 12. artic. 8. controuerſia prima.

Dubium.

Secunda dubitatio eſt; quoniam hìc affirmat S. Thomas, Deum habere ſimilitudinem, vt quid ſuperius cum inferioribus reſpectu rerum omnium; cuius oppoſitum dixiſſe videtur ſupra quæſt. 4. artic. 3. ad 4. vbi ſic loquitur, *Licèt aliquo modo concedatur, quod creatura ſit ſimilis Deo, nullo tamen modo concedendum eſt, quod Deus ſit ſimilis creaturæ*. Cui dubitationi Bergomas ſatisfacit dubio 1146. dicens, ſimilitudinẽ dici dupliciter, vno modo propriè, quando ſcilicet forma æqualiter, & ſecundũ eandem rationem eſt in vtroque extremorum: & hoc modo negat S. D. ſupra, Deum eſſe ſimilẽ creaturæ: alio modo ſumitur ſimilitudo largè, prout ineſt etiam exemplari: hoc modo Deus, & omnis æquiuoca cauſa, & multò magis idæa ſimilitudinem habet cum effectu.

Volunt Bergomas.

Circa eandem reſponſionem vide, quæ ſupra diximus quæſt. 12. art. 8. contro. 1. de modis, quib. creaturæ ſunt in Deo, & in eo videntur.

Prima Controuerſia.

De ſenſu, & veritate illius principij: Hoc habet ordo rerum, vt quantò aliquid eſt ſuperius, tantò habeat virtutem magis vnitam, & ad plura ſe extendentem.

Senſus quæſiti, & ſententiæ Doctorum.

TRiplici verborum forma ſolet efferri, ſiue proponi dictum principium. Prima eſt hìc prænotata, quæ habetur in textu, & in 1. cont. gent. capit. 65. Secunda eſt, quam hìc, vt æquiualentẽ examinat Caietanus, & poſt eum Zumellus videlicet: *Quæ ſunt diſperſa in inferioribus, adunantur in ſuperiori*. Tertia eſt, quam ſtatuit S. D. in 2. contra gentiles

Caietanus Zumell. S. Thom.

les cap.100.de cuius sensu,& veritate disputat ibi Ferrarien. Ferrariensis:hæc verò est: *Quod potest inferior virtus,potest & superior,sed eminentius.* Ex quibus prima,& vltima idem,quamuis non eodem modo,videntur exprimere; nam prima superioris virtutis perfectionem maiorem significat extensiuè.

Tertiò verò eiusdem perfectionem maiorem significare videtur intensiuè;cum tamen in vtraq; virtus superior significetur,vt inferiori pfectior: At secunda cæteris duabus videtur vniuersalior; quæ nō de sola virtute, sed de quolibet ente loquitur alijs superiore. Sub hac autem vniuersaliori forma videtur dictum principium fuisse propositum à Caietano, eo quod sit eadem ratio proportionabiliter de superioribus entibus in ordine ad inferiora,& de superioribus virtutibus comparatione inferiorum;secundùm enim entium gradus, & perfectiones sunt etiam gradus,& perfectiones virtutum ad ea consequentium,& ex prioribus,nimirum entium gradibus veluti causis innotescunt posteriores,scilicet virtutum gradus,& eorum effectus; atque ideo propositionem entibus,ac eorū virtutibus communem assumpsit Caietanus examinandam,vt propositionis in textu positæ, quæ res superiores,& inferiores virtutem habentes ad inuicem confert, sensus,& veritas patesceret euidentius.

Affert itaque Caietanus quandam interpretationem dictæ propositionis inferius explicandā, addens,intelligendam esse propositionem de natura tantùm rei superioris completæ in specie:cuius Sylueſter: Ferrarien Zumellus oppositum affirmant Sylvester super hoc articulo,Ferrar.2.cont.gent.cap.100. & Zumellus hic, qui pluribus alijs modis principium illud sub vna aliqua trium formarū expressum interpretantur, quos singulos breuiter referemus,& expendemus.

Resolutio.

Quatuor proponuntur,& sustinentur sensus illius principij: Quæ sunt dispersa in inferioribus,sunt vnita in superiori.

caietanus CVm itaque dictum principium, vt à Caietano proponitur, sit amplissimum,de illius sic expressi sensu,& veritate primò differendum est. Est autem hoc principium: *Quæ sunt dispersa in inferioribus, sunt vnita in superiori.* Cuius quatuor possunt esse sensus. Primus est. Quæ sunt dispersa in inferioribus,adunantur in superiori eminenter, & formaliter; sicut actus sentiendi sensuum exteriorum specie,ac re diuersi,in vno specie actu sensus communis formaliter,ac eminenter adunantur;& in hoc sensu verum non est vniuersaliter dictum principium,sed absolutè falsum;Adunantur enim perfectiones,virtutes, & actus cuiuscunque naturæ creatæ in vnam suprematam,ac infinitā Dei perfectionem eminenter; nec tamen ibi sunt formaliter ea,quæ nō dicunt perfectionem simpliciter,sed in tali natura;nō est enim Deus sensibilis, rationalis,aut hinnibilis, &c. & similiter virtutes primarum qualitatum in vnam Solis virtutē adunantur eminenter,sed non formaliter.

Dupliei tamen apposita conditione,siue limitatione verum est in eo primo sensu dictum principium. Prima limitatio est; vt ea,quæ sunt in inferioribus diuisa, nullam dicāt imperfectionem secundùm suam propriam, & vltimam differentiā, sed sint perfectiones simpliciter:cōstat autem plurimas ex creatis perfectionibus,virtutibus,& actibus non esse perfectiones simpliciter; atque ideo cum eleuantur in Deum,formaliter illi non insūt; sicut ob eandem,vel similem causam nec primarū qualitatum virtutes ad vnam Solis virtutem adunatæ formaliter illi conueniunt.

Secunda limitatio,siue conditio est,vt superiora in eo genere,vel ordine, in quo superiora sunt, non dicant imperfectionem oppositam naturali complemento eiusdem generis,aut ordinis. Ex cuius conditionis defectu noster intellectus, qui pura potentia est inter omnes intellectus, & virtutes cognoscitiuas imperfectionem dicit in genere cognoscentis;atque ideò, licèt singularium notitia, quæ sensibus conuenit in inferiori gradu constitutis,sit perfectio simpliciter, nostro tamen intellectui secundùm se minimè congruit,sed Deo tantum,& Angelis, quorum intellectibus congenita est,& coæua perfectio. Sensus autem omnes propriam sui generis iuxta cuiusq; mensuram habent perfectionē; nullus enim ex eis est, cui species debeant esse congenitæ, atque ideo cognitio singularis,quæ formaliter sensui conuenit inferiori, putà visui,congruit etiam formaliter,& excellentius superiori,putà communi sensui, & phantasiæ, vt ait S.D.in textu.

Sed præterea limitari potest etiam dicta propositio cum Caietano, dicendo veram non esse de superiore natura, quæ non sit in specie completa, qualis est intellectus humanus,sed de natura,quæ in specie completa est,qualis est homo, & Angelus;non enim oportet (inquit Caietanus)res incōpletas præhabere simpliciter, & formaliter inferiora,sed potius cum eis adunari ad vnam aliquā naturam,siue rem completam constituendam; sicut sensus,& intellectus in homine vnum constituunt perfectum cognoscens. Sed quamuis non sit necesse,res superiores incōpletas præhabere simpliciter,& formaliter inferiora, quæ simul cum eis ad vnius naturæ complementum concurrunt, si tamen res illæ superiores incompletæ propriam sui generis sibi congruam habuerint perfectionē, poterunt inferiora,quo ad eorum virtutes, & actū continere formaliter; sicut de sensu communi,& alijs interioribus respectu exteriorum modo diximus;& ideò S.Doc. in textu profert exemplum de sensu communi comparatione sensus proprij. Et ex his diluitur obiectio Ferrariensis in 1.cont.gentil.cap.65.& in 2.cap.100.

S. Thom Ferrar. Secundus eiusdem principij sensus hic esse potest:Quæ sunt dispersa in inferioribus, adunantur in superiori virtualiter,siue eminenter: & in hoc sensu falsa est absolutè propositio, & vera tantum secundùm quid,vt patet ex dictis in articulo præcedente,nec deseruit proposito, vt hic scitè Caietanus aduertit.

Ter-

Tertius eiuſdem principij ſenſus eſt: Quæ ſunt diſperſa in inferioribus, adunantur in ſuperiori eminenter formaliter, aut virtualiter; & ſub hac diſtinctione vera eſt, ſumendo terminos, & partes huius diſiunctiuæ in ſenſu iam expreſſo: ſic tamen præſenti non congruit inſtituto; cum ex ea ſic ſumpta concludi minimè poſſit, Angelo formaliter ineſſe notitiam ſingularium, ſed ſub diſiunctione tantùm, ſcilicet formaliter, aut eminenter.

Poſtremus eiuſdem principij ſenſus eſt: Quæ ſunt diſperſa in inferioribus adunantur in ſuperiori, quantùm poſsibile eſt, ideſt eminentiori modo, quo poſſunt adunari iuxtà modum, & capacitatē ſuperioris: atq; ideò, ſi ſuperiora fuerint eius naturæ, vt rationes inferiorum non ſolùm eminenter, ſed etiam formaliter admittant, neceſſe eſt, in eis inferiora formaliter, & eminenter adunari; quod ſi rationes inferiorum formaliter ſumptæ ſuperioris entis naturæ non congruant, non poterunt in eo formaliter, ſed eminenter tantùm adunari, ſiue completè, ſiue incompletè modo ſuperius explicato; Et hic ſenſus valdè deſeruit propoſito; quia ſingularium cognitio, de qua ſermo eſt in hoc articulo, ad earum rerum genus attinet, quæ formaliter in ſuperioris, ſiuè intelligentis notitiam poſſunt elevari.

Quinquè legitimi ſenſus aſſeruntur, & ſuſtinentur, illius principij; Quicquid poteſt virtus inferior, poteſt virtus ſuperior, ſed excellentius.

SEcunda forma proponēdi dictum principium habetur in 2. cont. gent. cap. 100. vbi ſic exprimitur: *Quod poteſt inferior virtus poteſt & ſuperior, ſed eminentius*. Qua loquendi forma limitatur huius principij veritas ad ſolùm genus virtutis operatiuæ. Senſum eius multiplicem explicat latè Ferrarienſis in locis ſuperius allegatis. Quatuor tamē diſtinctionibus, & quinq; propoſitionibus poteſt tota illa doctrina comprehendi. Prima diſtinctio eſt: Virtutem ſuperiorem poſſe, quicquid poteſt inferior, dupliciter poteſt intelligi: Vno modo quia, poteſt in omne obiectum, in quod poteſt inferior: Alio modo, quia poteſt in omnem operationem, & modum inferiori naturaliter congruentem. Secunda diſtinctio eſt: Duplex eſt modus operationis, alter illi conueniens, prout ſe tenet ex parte virtutis, ſiue prout exit ab operante mediante potentia; alter illi conueniens, prout ſe tenet ex parte obiecti, ſiue prout attingit obiectum. Tertia diſtinctio: Modus operationis ſe tenens ex parte obiecti poteſt eſſe nobilior modo alterius operationis ſe tenente pariter ex parte obiecti dupliciter: Vno modo, quia operatio modum illum non attingit obiecti, quem attingit altera virtus, ſed nobiliorem: Alio modo, quia modum ſimul eundem, & ſuperiorem; etiam attingit. Quarta diſtinctio eſt: Vna virtus poteſt dici ſuperior altera dupliciter. Vno modo, quia ad ordinem pertinet ſuperiorem; quemadmodum virtus Angeli ſuperior eſt virtute corporis: Alio modo quo ad gradum, quia ſcilicet gradum obtinet in eodem ordine ſuperiorem: ſicut vis interior ſenſitiua ſuperior eſt qualibet exteriori ſenſuum facultate.

Ferrarien.

Prima propoſitio: Principium illud *Quicquid poteſt virtus inferior, poteſt virtus ſuperior, ſed excellentius*, verum eſt quo ad obiectum de virtute ſuperiori, ſiue ſecundum ordinem, ſiue ſecundum gradum, & de virtutibus inferioribus illi directè ſubordinatis. Manifeſtatur hæc propoſitio; Quoniam vna vis ſenſus communis apprehendit diuerſa genera ſenſibilium, quæ quinq; ſenſus exteriores percipiunt, & virtus vna Dei, vel etiam Angeli cognoſcitiua vno ſimplici actu conſiderat, quicquid homo, vel anima noſtra diuerſis viribus apprehēdit ſcilicet intellectu imaginatione, & ſenſu. Secunda propoſitio: Idem principium verum eſt quo ad operationem; quia nimirum operationem omnem, quam habet virtus inferior, habet, & ſuperior, niſi ea operatio ob incluſam imperfectionem ſuperiori minimè congruentem illi repugnet. Manifeſtatur exceptio, quoniam iraſci, triſtari, & ſperare nobis conueniunt, quæ tamen ob incluſam imperfectionem Deo repugnant. Tertia propoſitio: Idem principium verum eſt quo ad modum ſe tenentem ex parte virtutis; quia ſcilicet eodem modo, quo poteſt operari virtus inferior, poteſt etiam operari virtus ſuperior, vel modo eminentiori. Probatur: Nam, quo fuerit operantis altior modus eſſendi, eo nobilior erit modus operationis. Quarta propoſitio: Idem principium verum eſt de virtute ſuperioris ordinis, & de operatione quo ad modū ſe tenentem ex parte obiecti includentem formaliter modum ignobiliorem inferioris agentis operationi congruentem. Manifeſtatur in virtute, qua Deus, & Angelus intelligunt; Per hanc enim cognoſcunt Deus, & Angelus ſingularia materialia, non ſolùm quo ad accidentia ſenſibilia naturis eorum extrinſeca, ſed etiam quo ad intimam eorum eſſentiam: hoc autem eſt cognoſcere nobiliori modo ex parte obiecti; quia ſcilicet obiectum ſub vniuerſaliori, & altiori ratione, ac lumine attingitur, atque ideo plura, ac magis intima de eo penetrantur. Quinta propoſitio: Verum eſt dictum principium de virtute ſuperioris gradus, & de operatione quo ad modum operandi ex parte obiecti, non tamen ità, vt modus ille ſemper formaliter includat modum ignobiliorem operationis inferioris agentis. Manifeſtatur hæc propoſitio quo ad partem affirmatiuam in ſenſu cōmuni, & imaginatiua reſpectu ſenſuum exteriorum; cognoſcit enim animal illis duabus virtutibus, & ea accidentia, quæ ſunt obiecta propriorum ſenſuum, & quædam alia: Quo ad negatiuam autem manifeſtatur in intellectu noſtro, qui ſubſtantiam, ſiue naturam eandem ſingularem, quam ſenſus cognoſcit, attingit perfectiori modo ex parte obiecti ſe tenente; quia ſcilicet eius quidditatem intelligit, & eam vt vniuerſalem abſtractè, & immaterialiter contemplatur, ſed tamen ipſam, prout eſt ſingularis, & individua, non cognoſcit directè, & per ſeipſum. Repugnat enim modo cognoſcendi intellectui noſtro naturali directa cognitio ſingularis, eo quòd ſpecies intelligibiles accipiat noſter intellectus à rebus per abſtractionem à conditionibus individuantibus. Intellectus autem diuinus, & Angeli-

eus.

cus, qui rerum ſimilitudines, ſeu rationes habent connaturales à rebus minimè dependentes, ſingularia naturaliter exiſtentia cognoſcunt, tam quo ad communem eorum eſsẽtiam, quàm quo ad eorum ſingularitatem, & accidentia per quoſcumque ſenſus cognoſcibilia. Propoſitionem hãc quin tam Ferrarienſis expreſsit, & declarauit in dicto capitulo ſexageſimoquinto, primi contra gentiles dicens: omne, quod poteſt virtus inferior poteſt, & ſuperior, aliquando etiam eodem modo ex parte obiecti (ſi tamen nihil habeat ex parte ſua repugnans) quia ſcilicet fertur in illum modum obiecti, in quem fertur inferior, licèt & in aliquem alium poſsit.

Ferrarien.

Vide, ſi placet, ibi dictum expoſitorem, & in ſecundo libro cap. 100. vbi diligenter exponit, quomodo concludi poſsit ex dicto principio, noſtrum intellectum cognoſcere ſingularia.

Ex dictis patet ſenſus, & veritas eiuſdem principij, prout exprimitur in textu ſub hac verborum forma: *Quantò aliquid eſt ſuperius, tantò habet virtutem magis vnitam, & ad plura ſe extendentem*: Verũ eſt enim de eo, quod eſt ſuperius, ſiuè ſecundum ordinem, ſiue ſecundum gradum, & de extenſione ad eadem formaliter (ſi nihil habeat tali extenſioni repugnans) & ad plura: Quod antè Caietanus expreſſerat dicens, diſperſa in inferioribus aduna ri in ſuperiori eminentiori modo, quo adunari poſſunt iuxta modum, & capacitatem ſuperioris, &c.

Caietanus

His prænotatis, nulla iam ſupereſt, vel apparens virtus obiectorum Ferrarienſis, & Zumelli contra Caietanum: Patet enim, omnes dictas expoſitiones, ſenſus, & gloſſas, ſine limitationes ſuperius approbatas eſſe textui, ac veritati conformes, & ex eis efficaciter deduci concluſionem præſentis articuli.

Ferrarien. Zumellus

Secunda Controuerſia.

De Veritate, & ſenſu ſecundæ concluſionis D. Thomæ: quibus ſcilicet ſpeciebus, & modis cognoſcat Angelus ſingularia materialiter exiſtentia.

Sententiæ Doctorum.

MVltæ referuntur ab expoſitoribus veterum Theologorum de propoſita difficultate ſẽtentiæ: quibus aliæ plures recentiorum, ac præſertim Thomiſtarum opiniones acceſſere: quas hic de more breuiter indicabimus. Aureolus apud Capreolum in 2. ſent. diſt. 3. quæſt. 2. negat Angelicũ, & Diuinum etiam intellectum cognoſcere ſingulare ſignatum in ſe ipſo. Durandus in eadem diſt. q. 6. docet, Angelum alia à ſe cognoſcere non per aliud repræſentatiuum, quàm per ipſammet præſentiam rerum in ſe, vel in ſuis cauſis, vel vtroque modo: cuius ſententiam ſequitur Vaſquez diſp. 201. cap. 3. in fine. Scotus in eadem diſt. q. vltima, & alibi ſentit, Angelum cognoſcere ſingularia, non per ſpecies inditas, ſed per ſpecies acquiſitas à rebus. Eandem ſententiam ſequitur, & tuetur Rada in ſua ſecunda parte, contr. 9. art. 4. & addit tria. Primum eſt: Angelum per ſpeciem, qua naturam cõmunem intelligit, non poſſe cognoſcere ſingularia.

Aureolus

Durandus

Vaſquez, Scotus.

Rada.

A Secundum eſt: Angelum per ſpecies rerum ſibi cõ creatas non poſſe cognoſcere complexiones contingentes. Tertium eſt: Angelum, quamuis ſpeciẽ inditam ſingularis, vt ſingulare eſt, haberet, non poſſe per eam cognoſcere exiſtentiam actualem, vel non exiſtentiam ſingularis, nec de ea notitiam habere intuitiuam.

Marſilius eadem diſt. q. 7. art. 1. quem ſequitur Ioannes Maior q. 3. docet: Angelum quodlibet ſingulare per propriam, & adæquatam ſpeciem à Deo inditam intelligere: S. Bonauentura in 2. ſent. diſt. 7. in ſecunda parte diſtinctionis q. 2. ait, Angelum per ſpeciem eſſentiæ repræſentatiuam cognoſcere primò quidditatem, ſecundariò verò omnia eius indiuidua, ſed accidentia communia, ſiue quæ non per ſe conueniunt indiuiduis, ab Angelo cognoſci per proprias accidentium ſpecies. Aegidius Romanus in tractatu de cognitione Angelorum, quæſt. 9. ait: Angelum ex efficacia ſui intellectus poſſe cognoſcere ſingularia per ſpecies vniuerſales, quamuis non repræſententur in eis.

Marſilius. Ioan. Mai.

S. Bonauẽt.

Aegidius.

Alias quaſdam opiniones parum à prædictis differentes referunt hic Bannes, Zumellus, & Peſantius.

Sanctus Thomas hic affirmat: Angelum cognoſcere naturam, & quodlibet eius ſingulare actualiter exiſtens, per eandem ſpeciem vtrumq; repræſentantem. Cuius ſententiam explicat Capreolus in 2. ſent. diſt. 3. q. 2. art. 3. ad decimum argumentum contra octauam cõcluſionem: ſed meliùs Caietanus ſuper hoc art. & poſt eum Ferrarienſis in ſecundo contra gentiles, cap. 100. Bannes, Valentia, Zumellus ſuper hoc art. Albertinus in 7. corollario Theologico pag. 128. & Ripa nouiſſimus: Quorum explicationes re magis, quàm verbis, aut modo dicendi conſentiunt.

S. Thom.

C

Capreolus

Caietan. Ferrarien. Bannes. Valentia. Zumellus Albertin. Ripa

Molina.

Molina ſupra q. 55. art. 2. diſp. 2. duas ſententias oppoſitas, ſcilicet D. Thomæ, & Scoti defendit, vt probabiles.

D

Reſolutio.

Per eandem ſpeciem Angeli repræſentari quidditatem, ſingularitatem, exiſtentiam, & accidentia, tam propria, quàm communia.

EX tribus pendet propoſitæ controuerſiæ definitio: Primum eſt: quæ nam ſint per ſpeciem Angeli materialia cognoſcentis repræſentata naturaliter. Secundum: Ratio, ſiue cauſa propria repræſentationis eorum, quæ S. D. & eius diſcipuli dicunt in Angelica ſpecie repræſentari: Tertium eſt: Modus, quo ſingularia præſertim, & eorum accidentia repræſentantur. Quod attinet ad primũ: ſpecies intelligibilis, per quàm Angelus rem aliquam intelligit ex materia, formaq; compoſitam, quatuor ſecundum communem omnium Thomiſtarum ſententiam repræſentat ſcilicet quidditatem, ſingularitatem, exiſtentiam, & accidentia nõ ſolùm propria, & ipſi rei congenita, ſed etiam cõmunia, & quæ per accidens ſunt illi coniuncta, vt ſeſſio, ambulatio, frigefactio, dealbatio, & ſimilia: quintum autem ſcilicet duratio, de quo ſequẽ-

E

Partitio.

tem

tem inſtituemus controuerſiam, duas habet oppoſitas expoſitorum ſententias. Negat enim Caietanus, durationem in ſpecie repræſentari, dicens, eã ſolius conditionis munus exercere. Ferrarienſis autem, & alij poſt eum affirmant eam eadem ſpecie cum cæteris accidentibus repræſentari. Et tria quidem prima, videlicet quidditatem, ſingularitatem, & exiſtentiam per eandem ſpeciem ab Angelo cognoſci probat efficaciter ratio D. Thom. ſuperius explicata.

Caiet. Ferrarien.

Difficultas.

Sed difficultas nonnulla videtur eſſe de quarto, nimirum de accidentibus extrinſecis, aut accidentaliter aduenientibus, quibus intelligendis propriæ videntur ſpecies eſſe neceſſariæ. Dixit enim ſupra D. Thom. q. 15. art. 1. ad quartum, accidentia, quæ ſuperueniunt ſubiecto, ſpecialem idæam habere in Deo, quod artificis exemplo manifeſtat, qui per formam, ſiue idæam domus facit omnia illa accidentia, quæ à principio concomitantur domum: ſed illæ, quæ domui iam conſtructæ ſuperadduntur, qualitates, per alias ab artifice producuntur idæas; Igitur, & Angelus per vnam quidem idæã, ſiue ſpeciem cognoſcit ſingulare, & accidentia, ſiue proprietates illi connaturales, ſed qualitatẽ, & accidentia per accidens illi copulata per idẽas, ſiue ſpecies cognoſcit ab idæa ſingularis omninò diuerſas. Probatur ſequela: Quia ſpecies intelligibiles Angelorum ſunt quædam participationes idæarum, quæ ſunt in Deo, ac proinde nequeunt illis eſſe ſimpliciores; ergo ſi diuinæ multiplicantur idææ modo iam dicto, multò magis Angelicæ.

S. Thom.

Prima ſolutio.

Reſpondetur primò, accidentia illa, quæ ſunt coniuncta ſingulari per accidens, dupliciter poſſe cõſiderari: Vno modo abſolute, & ita per propriam ſpecies intelliguntur ab Angelo: Alio modo quatenùs affectiones ſunt, ſiue modi ſubſtantiæ; & ita per eandem ſpeciem cognoſcuntur ab Angelo, per quam cognoſcitur ipſa ſubſtantia ſingularis; eadẽ enim ſpecies, quæ per ſe primò repræſentat ſubſtãtiam, & individua, repræſentat etiam affectiones eius, & modos ſecundariò.

Secunda ſolutio.

Secundò dico, nullam eſſe conſequentiam argumenti. Ad eius probationem dico, vnam eſſe ſecundum rem Idæam in Deo totius Vniuerſi, veluti exemplaris totalis eſſentiæ repræſentatiuam: vt ait S. D. ſupra quæſt. 14. art. 6. & 8. arg. ideo longè ſimpliciorem eſſe ſpecibus Angelicis in quibus licet Angelo realiter multiplicatis, quod autem illa vna ſimpliciſſima quidem ratio, ſiue idæa ſecundum diuerſos rationis reſpectus in plurimas diſtinguatur Idæas notas multiplices rerum naturas, & individua ex illa vna ratione producta, & exemplata, nihil officiat, aut aliquo præiudicet eius ſimplicitati, ſed eam magis decet manifeſtè: Nam, vt ait S. D. ſupra quæſt. 14. art. 4. ad 3. *Hoc ipſum ad perfectam Dei ſcientiam pertinet, quod ea quæ ſunt multipliciter, & ſimplum in illis ab ipſo ſunt ſimpliciter & vnicè; ex hoc enim contingit, quòd eſſentia eſt vnum vt; & plures ſecundum rationem quas intellectus noſter ita multipliciter apprehendit, ſicut res multipliciter ipſum repræſentans.* Hæc ibi S. D. per quæ faciliùs eſſe demonſtrat illam maiorem propoſitionum tertij ibidem argumenti.

S. Thomas

Caietanus Zumellus Banncs

Speciem Angelicam ob ſui excellentiam repræſentare ſingularia, non ſolùm quandoq; futura, ſed etiam poſſibilia.

SEcundum in ordine explicandum eſt; quæ nam ſit ratio, ſiue cauſa propria Angelicæ ſpeciei repræſentandi ſimul naturam, & individua. Vt autem ait S. D. de Veritate q. 8. art. 11. ad 6. & ſupra q. 55. art. 3. ad tertium, eadem ſpecies, ſi ſit excellens, poteſt accipi, vt propria, & diſtincta ratio: & ſimilitudo diuerſorum, prout explicat ibi eruditè Caietanus, & ſupra q. 14. art. 8. dubio primo, & hic ad argumenta Scoti. Eſt autem ſpecibus omnibus Angelicis excellentia naturalis hoc ipſo, quòd ſint quædam exemplaria ſimilitudines ab eſſentia diuina primo, ac perfectiſſimo rerum omnium exemplari; Vt enim ex Auguſtino ſupra docuit S. Tho. q. 15. art. 3. & hic etiam repetit, ſicut à Deo res effluxerunt, vt ſubſiſtant in propriis naturis, ità etiam vt ſint in cognitione Angelica: effluunt autem res à Deo non ſolùm quo ad id, quod ad vniuerſalem naturam pertinet, ſed etiam quo ad ea, quæ ſunt individuationis principia: Quemadmodum ergo Deus per ſuam eſſentiam, per quam omnia cauſat, eſt omnium ſimilitudo, & per eam omnia cognoſcit, non ſolùm quantum ad naturas vniuerſales, ſed etiam quantum ad ſingularitatem; ità Angeli per ſpecies à Deo inditas res cognoſcunt, non ſolùm quantùm ad naturam vniuerſalem, ſed etiã ſecundum earum ſingularitatem; quatenùs ſ. ſunt quædam repræſentationes multiplices illius vnicæ, & multiplicis eſſentiæ, vt ait S. Doct. in textu cuius diſcurſus efficacitatem defendit Caietanus hic aduerſus Scotum, & poſt eum Zumellus, & Banncs.

S. Thomas

S. Thom. Caietanus

An autem ſpecies Angelica tantæ ſit excellentiæ, vt in actu primo repræſentet omnia ſimpliciter individua talis naturæ, & eorum accidentia, ſiue ſint quandoque futura, ſiue tantùm ſint poſſibilia, an ea tantùm, quæ quandoque futura ſunt, & eorum accidentia, duæ ſunt opiniones oppoſitæ. Quidam enim omnia, quidam autem futura tantùm in aliqua temporis differentia affirmant repræſentari. Banncs, & Zumellus vtramq; ſententiam exiſtimant eſſe probabilem, priorem tamen

affirmat Bannes esse probabiliorem, sequendo præsertim sententiam Capreoli, & Caietani dicentium, species Angelorum ex eorum essentijs emanare. Vide prædictos expositores.

S. Thom. D. Thom. in 2. sent. dist. 3. q. 2. art. 3. ad tertium concedit, Angelos per eandem speciem cognoscere naturam, & singularia omnia, non solùm actu futura, sed etiam esse possibilia, quod etiam affirmat Capreolus in supradicta q. 2. in responsione ad decimum, contra octauam cõclusionem, & Caietanus super hoc articulo. Sed hinc maior exurgit difficultas; cum enim indiuidua sub vna specie possibilia sint infinita, sequitur esse perfectionis infinitæ speciem illam repræsentantem, vt inferebat Scotus à Capreolo, Caietano, & alijs expositoribus relatus: Sed huic obiectioni dupliciter occurrit Caietanus; ait enim primò, ex infinitorum repræsentatione singularium non sequi, nisi sub disiunctione, vel infinitam perfectionem speciei repræsentãtis, vel altioris ordinis perfectionem, eo quòd vna perfectio altioris ordinis tantæ sit excellentiæ, vt perfectiones inferioris ordinis excedat infinitas, & eis omnibus æquiualeat eminenter; quam responsionem sequitur, & explicat Valentia.

Capreolus.

Caietanus.

Obiectionis solutio.

Valentia.

Secundò respondet, posse aliquid esse infinitæ perfectionis dupliciter, vno modo simpliciter: quia. s. continet omnem perfectionem possibilem conuenire enti secundum totam eius latitudinem, quod est esse infinitum ens simpliciter; & ità sumẽdo infinitum, negat consequentiam; quia species intelligibilis repræsentans vnam aliquam naturã, & infinita sub ea singularia, nõ esset infinitum ens simpliciter; eo quòd esset ad tale genus, scilicet repræsentatiui secundum esse intelligibile determinata. Alio modo potest esse aliquid infinitum in tali genere, vel specie; sicut, si poneretur albedo infinita intensiuè, non esset infinita simpliciter, sed in specie tantùm albedinis: ac proindè non esset perfectior, quàm substantia.

Sic igitur species Angeli repræsentas vnam aliquam quidditatem, & infinita sub ea singularia, nõ esset infinita simpliciter, nec in genere repræsẽtatiui, absolute loquendo: alioquin adæquaret diuinam essentiam, sed in genere repræsentatiui talis naturæ, putà formicæ: quia nimirum repræsentaret eam secundum totam eius latitudinem extensam ad vniuersa eius indiuidua tam actu existentia, quàm possibilia, nec aliam naturam, putà Bouinam, Leoninam, aut Humanã, vel Angelicam repræsentaret. Quæ responsio consonat doctrinæ D. Thom. 3. p. q. 10. art. 3. ad secundum, & de Veritate q. 20. art. 4. ad primum, vbi talem infinitatem admittit, vt possibilẽ in specie creata: & affirmat, scientiam visionis Animæ Christi esse infinitam secundum quid: eo quòd per eam infinita cognoscãtur. Eandem doctrinam expresse tradit Capreolus in dicta dist. 3. quæst. 2. ad decimum, contra octauam conclusionem: quem sequitur Bannes hic dubio primo ad primum argumentum. Quanquã enim infinitum in actu in genere quantitatis continuæ, vel discretæ, poni sit impossibile, nulla tamen est absurditas, affirmare spiritualem aliquã substantiam, & eius potentiam esse infinitę perfectionis in tali genere, vt ait S. D. in dicta quæst. & art. de Veritate, & supra q. 7. art. 2. Vnde etiam quæst. 54. art. 2. dixit, intelligere esse infinitum simpliciter, scilicet obiectiuè, non autem absolutè, siue in ratione entis, sentire autem esse infinitum secundum quid: Sed hanc doctrinam impugnat Zumellus, Valentia, & Rada, quorum argumentis satisfiet inferius.

S. Thom.

Zumellus. Valentia. Rada

Postremò dici potest, speciem Angelo infusam nunquàm actu infinita repræsentare, sed ea tantũ, quæ simul actu sunt in rerum natura, & ex eadem perfectione, qua repræsentat vnum, repræsentare centum, & plura: quia scilicet quidditatem, & modum eius omnem repræsentat; ità vt posita singularium existentia, nihil perfectionis addatur speciei, sed quidditati conditio existentiæ intelligatur appositæ.

Speciem Angeli vniuersalem tunc solùm repræsentare singulare, cum fuerit actu existens; quia sic tantùm assimilatur speciei.

Sed iam de modo, quo species Angelica singularia repræsentat, & eorum accidentia, paulò diligentius agendum est; in hoc enim explicando fere tota posita est propositæ cõtrouersiæ difficultas. Habet autem species Angelica, vt antè diximus, ob excellentem sui perfectionem, vt plures rerum quidditates, & singula earum indiuidua, & accidentia distinctè repræsentet non minùs, quàm si singulorũ esset propria, & adæquata ratio: æquiualet enim, vt ait Caietanus, vnum indiuiduum superioris ordinis non pluribus tantùm indiuiduis, sed etiam speciebus inferioris ordinis: igitur, quæ pluribus speciebus intelligibilibus, ac sensibilibus homini cognoscenda repræsentantur, poterunt vni ea specie superioris ordinis Angelo repræsentari: Vt enim ostendimus supra quæstione duodecima, articulo octauo, controu. 4. ad perfectionem repræsentationis speciei, & cognitionis intellectus non solùm practici, sed etiam speculatiui pertinet repræsentatio, & cognitio singularium, vt hic etiam aduertunt Bannes, & Zumellus: Sed obseruandum est; Primò, cum dicimus singulare cognosci per speciem vniuersalis, siue quidditatis, dupliciter intelligi posse; Vno modo, vt species illa sit vniuersalis, siue quidditatis repræsentatiua præcisè, & adæquatè: & sic non asserimus singulare per speciem vniuersalis cognosci; singulare enim, vt sic, non includitur in ratione quidditatis vniuersalis. Alio modo, vt species vniuersalis repræsentatiua tantæ excellentiæ sit, vt simul etiam singulare repræsentet; & ità dicimus, singulare cognosci per speciem vniuersalis.

Caiet.

Bannes. Zumellus

Secundò considerandum est, ad cognoscendum esse necessariam speciem intelligibilẽ ex parte cognoscẽtis, vt veluti similitudo rem cognitã cognoscenti repræsentet; vt ait S. D. de Veritate q. 8. art. 9. & vndecimo, & in articulo sequente ad tertium, & ad quartum; impossibile est autem, speciem, vt similitudo est, rem singularem in actu repræ-

S. Thom.

repræſentare, niſi verè, & realiter ſit exiſtens, cum de ratione ſingularis, quatenus eſt ſingulare, ſit eſſe determinatum ſecundum exiſtentiam, & aliàs conditiones ad hic, & nunc; ſpecies igitur ſingularis, vt ſic, nõ eſt ſimilitudo eius in actu, nec ipſum actu repræſentat, niſi ſit exiſtens. Dixi autem actu non repræſentari ſingulare per ſpeciem, niſi ſit exiſtens: quia ſpeciei duplex conuenit repræſentatio ſingularis: altera potentialis, ſiue fundamentalis, vel in actu primo; & hæc in eius ratione clauditur intimè, & ineſt ei priùs natura, quã ſingulari per creationẽ producto cõgruat exiſtẽtia; vt patet ex auctoritate Auguſtini ſupra notata: cætera verò ſingularia naturali generatione producta duratione præcedit.

Altera eſt actualis, ſiue in actu ſecundò; quæ tunc ſpeciei ſolùm ineſt, cum actu ſingulare cognoſcendum offert intellectui, & actu ſimul cum intellectu producit eius intelligẽtiam: exemplum affert Caietanus ſatis accommodatum: ſicut enim (inquit) ſi in oculo eſſet ſpecies albi congenita, tũc ſolùm per eam repræſentaretur, & videretur hoc album, cum exiſteret; eſt enim neceſſaria ſimilitudo, non quæcumq; ſed in actu ſecundo, inter ſpeciem, & ſingulare, putà hoc album, vt per eã actu repræſentetur: non poteſt autem talem habere ſimilitudinem hoc album ad ſpeciem, niſi ſit exiſtens; quia ſpecies huius albi repræſentat hoc album, vt exiſtens determinatè, ſiue in actu exercito: poſita igitur in oculo ſpecie huius albi, & ipſo albo in re non exiſtente, non poteſt illud actu ſpecies repræſentare, ſed in potentia tãtùm, vel in habitu: at albo in actu poſito, fit eius actualis in ſpecie repræſentatio: non tamen ob eam cauſam, quã aſſignat Ferrarienſis in 2. cont. gent. cap. 96. quia ſcilicet relatio poteſt conſurgere ex vnius tantùm extremi mutatione; & ideo (inquit) poteſt eſſe, vt quod non erat actualiter ſimilitudo alicuius, incipiat eſſe illius ſimilitudo per illius mutationẽ tantùm, ipſa ſimilitudine immobili permanente: ſupponit enim, actualem ſimilitudinem, quæ ratio eſt repræſentationis in ſpecie, eſſe relationem, quod perſpicuè falſum eſt; nam ſpeciei natura, quæ eſt abſoluta, eſt eſſentialiter, ac per ſe primò ſimilitudo repræſentatiua: igitur actualis repræſentatio, & ſimilitudo eſt abſoluta. Probatur conſequentia: quia potentia, & actus ſunt in eodem genere, loquendo de actu, ad quem per ſe primò ordinatur potentia.

Caietanus.

Ratio Ferrarienſis reijcitur.

Secundò: Rei complementum, & vltima perfectio infra latitudinem eiuſdẽ rationis formalis ad idẽ pertinent genus, & ſpeciẽ, ſicut patet de exiſtẽtia, & ſubſiſtentia reſpectu ſubſtantiæ: at repræſentatio actualis complementum eſt, & vltima perfectio repræſentationis ſpeciei per ſe primò conuenientis ad eandem pertinens rationem formalem, cũ ſit repræſentatio: ergo ad idem pertinet genus, & ſpeciem; ac proindè, ſicut ſpecies intelligibilis, & habitualis eius repræſentatio eſt aliquid abſolutũ, ſic & actualis eius repræsẽtatio eſt abſoluta.

Tertiò: Inter ſpeciem creatam actu repræſentãtem, & repræſentatum in actu eſt relatio realis, ſicut inter exemplar in actu, & exemplatum; ergo repræſentatio actualis non eſt relatio, ſed eſt proximum relationis fundamentum. Probatur ſequela: quia ſpecies, ſiue repræſentatio in actu primo non poteſt eſſe proximum talis relationis fundamẽtum; alioquin ſemper eſſet actu ſimilis, & actu repræſentaret ſingularia, & ità cognoſceret Angelus futura contingentia; ergo fundamentum dictę relationis eſt actualis repræſentatio.

Et confirmatur: Quoniam etiam actu cauſare, & cauſari fundamentum eſt proximum relationis inter cauſam, & effectum ergo ſimiliter &c.

Poſtremò: Relatio poſterior eſt obiecto in actu cognito, in quo alia cognoſcuntur, vt ſupra probauimus quæſt. 12. art. 8. contr. 1. ergo etiam relatio ſpeciei actu repræſentantis ad obiectum repræſentatum poſterior eſt actuali repręſentatione: igitur ratio actualis repræſentationis non eſt ſimilitudo, prout eſt relatio prædicamentalis, ſed è contra ſimilitudo, vt eſt relatio prædicamẽtalis, ab actuali repræſentatione deriuatur.

Ratio itaque propria, cur albo poſito, fiat actualis eius in ſpecie repræſentatio, eſt: quoniam albũ in actu poſitum naturam habet, per quam aſſimilatur actu ſpeciei, ſimilitudine fundamentaliter ſumpta, quæ dicit conuenientiam in eadem natura, licèt non in eodem eſſendi modo; nec tamen aliquid accipit Angelica ſpecies à ſingulari, ſed eius exiſtentia mera conditio eſt ad actualem in ſpecie repræſentationem: quæ relatio tranſcendens eſt, atq; ideo nequit eſſe ſine termino: non poteſt autem ſingulare, vt ſingulare eſt, terminꝰ munus exercere, niſi quatenùs actu exiſtens eſt, vt antè diximus: Et quemadmodum actio calefaciẽtis, ſubtracto calefactibili; & relatio, corrupto termino, non remanent actualiter, ſed radicaliter, ſiue cauſaliter, adeò vt ex parte cauſarum ſufficientia ſit in actu, ſed totus defectus ſit ex parte termini: atque ideo non ſit neceſſe, ſubiectum ſiue cauſam actionis, aut relationis noua mutatione mutari, vt in eo reſultet actio, vel relatio, ſed ſola neceſſaria eſt mutatio, & poſitio termini, vt ait Caietans ſupra quæſt. 28. art. 2 ſic in propoſito ſimilitudo ſpeciei ad ſingulare, prio vt eſt relatio tranſcendens, antequam ſingulare ſi exiſtens, non eſt in ſpecie formaliter, & in actu, ſed radicaliter ſolùm, & cauſaliter, poſito verò ſingulari, reſultat in eo ſimilitudo, & conſequenter actualis repræſentatio, & relatio etiam prædicamentalis ad ipſum. Et quemadmodum, poſito calefactibili, reſultat actio in calefaciente ſine phyſica ipſius mutatione, quæ tamen actio eſt noua, & vera agentis perfectio, ſic, poſito ſingulari reſultat in ſpecie Angeli intelligibili actualis repræſentatio, quæ noua eſt ipſius perfectio abſq; noua mutatione in ipſa facta, ſed ex antiqua ipſius ſpeciei natura ſic inſtituta reſultat. Et hoc fortaſſe voluit ſignificare Ferrarienſis.

Vera cauſa.

Caietanus

Ferrarien.

Ad cuius ampliorem euidentiam ſcito, ſpeciem Angeli intelligibilem non eodem modo repræſentare quidditatem, & ipſum ſingulare; nam quidditatem per ſe primò repræſentat: cum autem quidditas ſecundum ſe ſit abſtrahens ab exiſtentia,

nullam etiam postulat existentiam, vt actualem habeat cum specie similitudinem, sed secundum se ipsam præcisè sumptam similis est speciei, quæ est eadem quidditas in esse intelligibili: Singulare verò repræsentatur in specie, non per se primò, sed quatenùs participat quidditatem: contrahitur autem quidditas ad individuum per principia quædam extrinseca à quidditate: quæ proindè illam non necessariò concomitantur secùndum esse quidditatiuum, sed tantùm secundum esse reale in rerum natura: atque ideo non potest singulare verè, & realiter esse particeps quidditatis, & ità speciei assimilari, nisi sit actu existens in rerum natura: quarè, cum Socrates non existens non participet realiter hominis quidditatem, non potest, antequàm sit, in Angelica specie repræsentari. Vide Ferrar. in 2. cont. gent. cap. 96. §. *Circa vltimum corollarium.*

Per eandem speciem simul oppositа repræsentari in actu primo, & vno, vel pluribus actibus ea successiuè cognosci.

Scotus. SEd quærunt expositores, vrgente Scoto, num simul, an successiuè species Angelica repræsentet opposita. Cuius quæsiti responsio ex supra nota distinctione dependet; nam, si sermo sit de repræsentare in actu primo, siue in potentia, dicendum est, eandem speciem simul oppositа repræsentare, siue sint opposita contrariè, siue contradictoriè; ita vt sit in specie simul potentia ad vtrumlibet in actu posito repræsentandum, non autem potentia simultatis: quia nec vtrumq; potest in actu simul esse; Repræsentat enim species Angeli secundum se, & in actu primò Socratem sedentem, & Socratem ambulantem: ad in actu secundo nō potest vtrumq; simul repræsentare, sed successiuè tantū; quia nec potest vtrumq; simul esse, sed vnum tantùm: iam autem diximus, existentiam esse conditionem necessariò requisitam, vt singulare, & eius accidentia repræsententur in specie. Sed obseruandum ex Ferrariensi in secundo cōtra gentiles cap. 100. in fine speciem Angeli non posse actu repræsentare non existentiam Socratis, nisi suppositа existentia Socratis, vt præterita; nam antè omnem Socratis existentiam non potest eius non existentiam actu repræsentare: quia non potest Socratem repræsentare, eo quòd nunquàm habuerit actualē assimilationem ad illum. Repræsentat ergo in actu secundo species Angelica primò singularis existentiam actualem, corrupto verò singulari, repræsentat ipsum, vt non existens, sed in actu primo simul vtrumq; repræsentat cum ordine prædicto ad repræsentandum in actu secundo, ità vt ex parte speciei sit stabilis vniformitas, ex parte verò singularis sit tota varietas.

Ferrarien.

Postremò quæri potest, nū vnica intellectione possit Angelus plura successiuè cognoscere. Ferrariēsis in primo contra gentiles cap. 55. propè finē vtramq; partem sustinet, vt probabilem, sed affirmantem magis approbat. Elige, quam volueris. Ratio tamen eius falsum assumit, nimirum singularia, quæ ab Angelo successiuè cognoscuntur, nō videri in se ipsis, sed in natura specifica.

Ferrar.

Ex dictis sequitur, speciem Angelicā sufficiens esse principium, tam intuitiuæ, quàm abstractiuæ cognitionis; cum eius sit excellentię, vt rem valeat repræsentare, tam secundum eius quidditatiuam rationem, & conditiones illi conuenientes absolutè, quàm secundum conditiones præsentiæ, & existentię actualis in rerum natura: species autem intellectus humani rem quidem absolutè repræsentat, siue sit absens, siue sit præsens, cum abstrahat à rei præsentia, & absentia, non tamen repręsentat conditiones præsentiæ, & existentiæ actualis, siue non repræsentat rem, pro vt est actu præsens, & existens, & ideo nequit esse principium intuitiuæ cognitionis.

Videnda sunt etiam ea, quæ scribunt Bannes, & Zumellus circa sequentem controuersiam.

Bannes. Zumellus

Conclusiones deductæ, & probatæ.

PRima conclusio: Per vnam, & eandem speciem intellectus Angelici repræsentatur quidditas rei, & eius singularitas, ac existentia, & accidentia non solùm propria, & ipsi congenita, sed etiam communia, & ea, quæ per accidens sunt illi connexa.

Secunda conclusio: Species Angelica simul cum quidditate repræsentat in actu primo eius omnia singularia, non solùm quandoq; futura, sed etiam possibilia: atque ideo non solùm est superioris ordinis, quàm species omnes sensibiles, & intelligibiles humani intellectus, sed est etiam actu infinita secundum quid.

Tertia conclusio: Species Angelica nullum potest in actu secundo repræsentare singulare materiale, nisi vel habeat actu, vel saltem habuerit existentiam.

Quarta conclusio: Eadē species Angelica repręsentat simul in actu primo oppositа contrariè, vel etiam contradictoriè, non tamen in actu secundo: sic enim ea repræsentat successiuè tantùm.

Patent omnes prædictę conclusiones ex suppositis, firmatisq; fundamentis.

Argumenta, & solutiones.

COntra primam conclusionem sunt argumenta, quæ referunt, & soluunt Capreolus, Caietanus, Ferrariensis, Bannes, Zumellus, Valentia, & alij supra notati: Quibus ex iactis supra fundamētis facilè satisfiet.

Capreol. Caietanus Bannes. Zumellus Valentia

Contra eandem conclusionē argumentatur Rada. Primò: Nulla species rei vniuersalis habet aliquod vnum obiectum, in quo perfectè contineantur singularia eius: ergo species rei vniuersalis nō est ratio distinctè cognoscendi singularia.

Rada

Antecedens probatur: Quia, si tale obiectum haberet, maximè esset natura specifica, sed in hac non continentur individua perfectè: quia individuum addit entitatem distinctam supra naturam specificam; ergo.

Respondetur, antecedens esse verum de obiecto vno vnitate numerica, vel etiam specifica præcisè sumpta, pro vt assumitur in argumento, est autem falsum

falsum de vnitate formali, vt explicauimus supra quæst. 55. art. 3. Ad eius probationem negatur sequela maioris: nam, vt ante diximus, ratio cognoscendi individua non est natura specifica, neque species, vt repræsentans præcisè, & adæquatè naturam specificam, aut genericam; sed est species, vt repræsentans vnam communem naturam, prout etiam est in singularibus distributa.

Secundò probat, Angelum per species congenitas, non posse intelligere coniunctiones contingentes. Primò: Quia rationes cognoscendi extrema alicuius copulationis non causant sufficienter notitiam eius, nisi illa nata sit cognosci ex terminis: sed complexio contingens non est nata cognosci ex terminis: ergo rationes cognoscendi eius extrema, quantumuis perfectè ea repræsentent, non sūt sufficientes causæ cognoscendi illam. Maior (inquit) est euidens: quia, si propositio non est nata cognosci ex solis terminis, per cognitionem eorū non poterit cognosci; quia aliundè eius cognitio dependet. Minor probatur: Quia, si propositio contingens esset nata cognosci ex terminis, nō solùm esset immediata, sed necessaria, quia soli propositioni per se notæ hoc competit, quæ necessariò est immediata, & necessaria.

Respondetur, admisso toto argumēto, nihil sequi contra nostram conclusionem; quia in argumēto supponitur falsum: videlicet complexionē, siue copulationem extremorum non esse cognoscibilē, nisi ex rationibus terminorum; nam complexiones etiam contingentes repręsentantur, vt tales cōplexiones sunt, immediatè, & secundùm se, & non mediis rationibus terminorum, per speciem Angelicam; quæ, sicut repræsentat Socratem, ita repræsentat albedinem, non absolutè, sed vt est affectio Socratis; quod est repræsentare complexum hoc, quod est Socrates albus. Ad maiorem dico, veram esse de rationibus extrema præcisè repræsentantibus.

Tertiò: Species intelligibiles Angeli naturaliter, & necessariò repræsentant: sumò ergo speciem hominis, & albi, & quæro, an istę species naturaliter repræsentent compositionem istorū extremorum, aut diuisionem, aut vtrumque. Si primum: ergo Angelus naturaliter cognoscit illam compositionem; & ita modo necessariò, ac per consequens nullo modo potest Angelus cognoscere diuisionē illorum extremorum, scilicet hominem non esse album: quia non repræsentatur illa diuisio: Si autē repræsentat diuisionem extremorum: ergo non poterit Angelus cognoscere compositionem: Si verò repræsentat vtrumque: ergo Angelus nihil cognoscit. Probatur consequentia: quia scire contradictoria esse, vel esse vera, est nihil scire.

Respondetur primò, supponi falsum, videlicet per diuersas species repræsentari hominem, & album, & consequenter Socratem, & albedinem illi inhærentem. Secundò dico, per eandem speciem repræsentari simul compositionem, & diuisionem extremorum.

Ad argumentum aduersus hanc partem negatur sequela: licèt enim simul in actu primo, siue in potentia repræsentetur contradictoria, non tamē pro simul; quia scilicet nunquàm repræsentabit vtrumque simul in actu secundo: atque ideò dicitur, esse in specie simul potentia ad vtrumlibet in actu positum repræsentandum, non autem potentia simultatis: Quomodo verò modo vnum, modo alterum repræsentet, iam supra declarauimus: cum enim Socrates actu sit albus, fit assimilatio speciei ad Socratem album, & ita cognoscitur, vt albus, & similiter, cum fit niger, &c.

Sed instat Rada: Ista assimilatio, vel est aliqua qualitas in specie causata, vel relatio: non primū: quia tu dicis illam speciem nō mutari: mutaretur autem, si qualitas noua in ea gigneretur; tum etiā, quia non video, quomodo in tanta distantia possit gigni huiusmodi qualitas à creatura; si autem est relatio similitudinis, da mihi fundamentum eius, in quo res, quæ de nouo ponitur in esse, & illa species conueniant: Præterea relatio illa non tribuit speciei vim aliquam repræsentatiuam, quam antea non habebat: immò huiusmodi relatio supponit vim repræsentatiuam in specie; ergo non repręsentat magis nunc Petrum, quàm antea. Infra: Rada.

Secundò: Vel illa similitudo rei singularis ad speciem est entitatis ad entitatem, vel repræsentati ad repræsentatiuum, vel è contra: Nullum istorum: ergo. Non primum: quia entitas Petri potius est dissimilis entitati speciei, quàm similis; cum illa sit materialis, & corporalis, hæc verò spiritualis, & immaterialis; & præterea, quia Petri entitas magis conuenit cum entitate Pauli, quàm cum entitate speciei Angelicæ: Sed hæc similitudo nō est sufficiens ratio cognoscendi Paulum; ergo nec illa cognoscendi Petrum: Nec secundum; quia vel illa species est naturalis, & formalis similitudo Petri, vel virtualis: Si primum: ergo antequam Petrus actuali existentia fieret, cognoscebatur ab Angelo, saltem abstractiuè; quia habens formalem similitudinem alicuius rei potest illam cognoscere ēt in absentia eius. Ex quo vlterius sequitur, quod omnia singularia cognoscit abstractiuè, licèt non vt futura, & ita habet infinitorum indiuiduorum notitiam: Si secundum; ergo potius est dissimilitudo, quàm similitudo, saltem apta ad repræsentandū: quia habet se, sicut causa æquiuoca ad effectū.

Item illa species non magis est nunc virtualis similitudo obiecti, quàm antea: siquidem ei nihil de nouo aduenit, per quod maiorem repræsentandi vim accipiat; ergo non magis repræsentat nunc Petrum, quàm antea; sed antea nō repræsentabat; ergo nec nunc. Tandem: Angelus recordatur sessionis Petri præteritæ: quæro, quid repræsentet Angelo illam sessionem, cum iam non sit, vel illa species communis, vel alia à sessione derelicta: non primum, quia nihil est in illa specie communi, per quod eam repręsentet nunc magis, quàm antequā in esse fieret: ergo secundum; & ita dabis in Angelo speciem acquisitam, quod tu negas.

Respondeo similitudinem esse speciem, siue modum vnitatis: itaq; similitudo speciei cum re per ipsam repræsentata est vnitas, siue conuenientia in eadem natura, quę vnitas, & conuenientia

Similitudo speciei ad singulare qd sit.

idem est, quod res ipsæ conuenientes, siue similes, vt indiuisæ in tali natura. Itaque similitudo speciei ad Petrum sedentem, est vnitas, siue conueniẽtia speciei cũ Petro sedente, quatenus scilicet species intelligibilis, est Petrus sedens in esse intelligibili: & quia vnitas, siue conuenientia duorum in vna natura supponit illa duo, ideo posita sola specie, non est talis similitudo, posito verò Petro cum sessione, statim ponitur similitudo, non vt consequens ad duo prædicta: sed veluti ex illis integrata, aut constituta; ad quam deinde sequitur similitudo, quæ est relatio: Et per hęc soluitur prima instantia; nihil enim de nouo ponitur in specie secundùm se, sed hoc ipso, quod sit Petrus sedens, cõstituitur similitudo prædicta absque vlla speciei mutatione: diuisio autem in argumento posita mãca est, vt patet.

Ad secundam dico, similitudinem Petri ad speciem esse entitatis ad entitatem cum diuersitate tamen modi essendi, quæ est similitudo in esse intelligibili, & esse etiam similitudinem repræsentati ad repræsentatum. Ad impugnationem prioris partis dico, per eam probari dissimilitudinem in modo essendi, & similiter maiorem esse similitudinem in modo essendi inter Petrum, & Paulum, q̃ inter speciem intelligibilem, non autem in ipsa entitate. Quia species est ipsa entitas, & quidditas rei sub tali modo essendi, scilicet spirituali. Ad impugnationem alterius partis dico, speciem illam esse formalem similitudinem Petri in actu primo, antequam existat; cum autem iam existit, est eius similitudo in actu secundo; nec tamen sequitur Angelum per eam speciem cognouisse abstractiuè Petrum, antequàm existeret; quia deerat actualis assimilatio, quæ est necessaria conditio, vt species actu repræsentet.

Ad vltimam dico, speciem semel determinatã ad aliquid repræsentandum eandem semper retinere determinationem, per quam idem repræsentatur, & cognoscitur in particulari; quamuis sit differens cognoscendi modus; cum primus fuerit intuitiuus, secundus autem sit abstractiuus: Quomodo verò illa determinatio sit causa distinctæ cognitionis, & repræsentationis, declarat Caietanus infra quæst. 89. art. 4. Caiet.

Postremo sic arguit; Idęę diuinæ non repræsentant coniunctiones cõtingentes; ergo nec idęę Angelicæ. Consequentia tenet, quia illæ sunt multò excelliores. Antecedens verò probatur; quia, si illas repræsentarent, sciret Deus futura contingentia ante determinationem diuinæ voluntatis. Probatur consequentia: quia Idęę in Deo sunt ante determinationem diuinæ voluntatis. Consequens autem est falsum: quia omne futurum pendet à determinatione diuinæ voluntatis.

Respondetur, falsum esse antecedens. Ad eius probationem negatur consequẽtia. Ad cuius probationem negatur antecedens, loquendo de Idęis, prout repręsentant futura; sic enim sunt eorum factiuæ, & practicæ sunt, & ideò necessariò includũt determinationem diuinæ voluntatis: ex qua solationem habent futuri. Sed de hac materia multa diximus, supra quæst. 14. artic. 13. controu. 2. & quæst. 15. art. 3.

Alia eiusdem Authoris argumẽta nullam post ea, quæ diximus, habent difficultatem.

Contra eandem conclusionem Molina supra quæst. 55. art. 2. disp. 2. memb. 5. multas affert difficultates, quibus ipse satisfacit: sed ex supra notatis singula poterunt dicti expositoris motiua confutari: Quod autem ait de imagine Cęsaris, & de phantasmate, quod scilicet repręsentant, siue sit res repræsentata, siue non sit, dico, non esse simile; eo quòd ex sui natura determinata sunt ad talẽ rem actu repræsentandam, & ideò semper eam actu repræsentant, siue sit existens, & præsens, siue non sit existens, aut sit absens: sed Angelica species non est ex sui natura determinata ad tale singulare actu repręsentandum, ad quod tamen per actualem eius existentiam determinatur; & ideo nunquàm repræsentat singulare, nisi sit, aut fuerit actu realiter existens, ac proinde præsens ipsi Angelo rem cognoscenti, vbicumque fuerit. Molina.

Contra secundam conclusionem argumentatur Zumellus probans, speciem Angeli non esse infinitam. Primò, quia S. Thomas supra quæst. 7. expressè docuit, non posse dari infinitum simpliciter, nec in genere, vt infinitam lineam, & infinitam superficiem. Secundò: quia semper erunt finita actu singularia: igitur species semper erit actu finita in essendo, & in repræsentando. Tertiò: quia non sequitur ex eo, quòd repræsentat plura singularia, & in infinitum, quod ipsa debeat esse perfectior, & perfectior in infinitum; ergo. Zumellus.

Probatur antecedens: Quoniam ob id, quod repræsentat plura, de facto non sequitur, quod sit perfectior de facto; nam, cum singulare additum nullam addat perfectionem præcedentibus, repręsentatio illius nullam maiorem requirit in specie perfectionem: sicut Angelus comprehendens continuum habet speciem repręsentatiuam omnium partium possibilium, quæ ex continuo diuidi possunt; neque tamen idcircò species illa habet infinitam virtutem; quoniam omnes illę partes, & omnes numeri possibiles, qui in potentia ipsius continui continentur, sunt in vnico finito continuo actualiter.

Quartò: Quia perfectio habitus, vel potentiæ, seu illius formę, quę ad repręsentandum est instituta, ex primario pendet obiecto, & nõ ex ijs, quæ secundariò, & quasi materialiter continet; ergo speciei intelligibilis perfectio sumitur ex re, quã primario repręsentat, & non ex indiuiduis, quę illam naturam participant: sicut à parte rei perfectio naturæ specificę non attenditur ex multitudine singularium, sed ex perfectione quidditatis, & proprietatum.

Respondetur ad primum, falsum esse antecedẽs vniuersaliter acceptum: Nam D. Thomas in illa 7. quęst. art. 2. docet expresè, formas per se subsistẽtes, quales sunt Angeli, esse infinitas secundùm quid, inquantum huiusmodi formæ non terminantur, neque contrahuntur per aliquam naturam. Et in tertia parte, quęst. 7. art. 11. affirmat, gratiam S. Thom.

Chri-

Digitized by Google

Christi secundùm propriam rationem gratiæ esse infinitam: quia non limitatur, sed habet, quidquid potest pertinere ad rationem gratiæ.

Secundò dico, duplex esse infinitum secundùm quid, alterũ materiale, & ad genus pertinens quãtitatis, & alterum formale, quod est in genere substantiæ, vt essentia Angeli, aut etiam in genere qualitatis, vt gratia Christi, & eius scientia, potentia Angeli intellectiua, & quædam eius species intelligibiles; illæ nimirum, quæ repræsentant quidditates, & rerum singularia, & accidetia singulariũ in infinitum multiplicãda: quibus omnibus simul actu repræsentandis sufficeret Angelica species, si simul actu possent existere.

Cum igitur negat S. Doct. esse posse infinitum in actu, de priori loquitur infinito, quod ad genus attinet quantitatis, siue continuæ, siue discretæ nõ autem de infinito secundum rationem formæ, vel virtutis. Ad secundum, iam patet ex dictis: quamuis enim semper erunt actu finita singularia, eius tamen perfectionis est Angelica species, vt possit infinita repræsentare si darentur, multò magis, q̃ per vnam specie cognoscat Angelus vno actu species omnes numerorum, & figurarum possibiles, quæ sunt infinitæ. Ad tertium dico, individuum additum alijs perfectionem illis essentialem non addere, sed gradualem: natura siquidem speciei, verbi gratia, humanæ, latitudinem habet quadorum, & graduum infinitam, secundum quam potest in individuis absque termino participari.

Secundo dico, nullam esse consequentiam illã, singulare præcedentibus additum nullam addit perfectionem; ergo repræsentatio illius nullam maiorem requirit in specie perfectionem; quia repræsentatio speciei, & eius perfectio non solum attenditur in ordine ad perfectionem repræsentatorũ, sed etiam in ordine ad omnes eorum conditiones tam specificas, quàm individuales, tam necessarias ac naturales, quàm accidentales, & contingẽtes, tam pertinentes ad perfectionem, quàm ad imperfectionem.

Tertiò dico, speciem Angeli ex infinita perfectione repræsentare distinctè partes infinitas ex continuo diuisibiles; licèt omnes in vno repræsententur, propter quod non est infinita simpliciter, vt affirmat S.D. in simili, scilicet in scientia Christi 3. par. quæst. 10. art. 3. ad primum, & secundum & de Verit. quæst. 20. art. 4. est tamen infinita secundùm quid. S. Thom.

Ad quartum patet ex dictis; falsum est enim antecedens. Et ex his soluuntur etiam obiecta Radæ, & Albertini. Rada. Albertin.

Contra tertiam, & quartam conclusionem sunt quædam argumenta Radæ nullius momenti, quorum solutio patet ex dictis. Aduersus easdem conclusiones militant plura ex argumentis contra primam conclusionem relatis, & solutis.

Tertia Controuersia.

An, & quomodo duratio rei singularis repræsentetur in specie Angeli intelligibili.

Sententiæ Doctorum.

A CAietanus ait, durationem coniunctionis existentiæ cum re singulari non repræsentari per speciem intelligibilem Angeli, vt rem repræsentatam, sed tantùm, vt conditionem, sine qua non posset talis coniunctio repræsentari: Quam sententiã sequitur, ac pro posse tuetur Ripa, & quidam alij. Sed oppositam sententiam sustinet Ferrariensis in 2. cont. gent. cap. 100. & alij ferè omnes expositores D. Thomæ, dicentes, durationem prædictam non esse meram conditionem, sed etiam in specie Angelica repræsentari. Caiet. Ripa Ferrarien.

Resolutio.

Refertur, & confutatur sententia Caietani.

B QVæstionem hanc versat diligenter Bannes, & eruditè definit, & cum eo Zumellus, adeò vt scribendi laborem nobis omnẽ præripuisse videantur. Sed, quoniam Ripa, cui sententia Caietani magis arridet, argumentis in contrarium non benè respondet, modum dicendi Caietani primò breuiter referemus, deinde paucis eum, sed validioribus argumentis confutabimus, & responsiones, quibus Ripa, & quidam alij pro defensione sententiæ Caietani nituntur ea diluere, minimè sufficientes, ac nullius esse valoris ostendemus. Bannes Zumellus

C Duobus dictis suam opinionem explicat Caietanus. Primum est: Duratio coniunctionis contingentis non repræsentatur in specie Angelica, tamquàm res repræsentata. Probatur: quia, si Angelo esset indita similitudo sessionis meæ crastinæ, præsciret euidenter sessionem mihi coniungendam cras; sicque Angelus cognosceret futura contingẽtia, cuius oppositum determinat S.D. in art. sequẽti. Secundum est: species Angelica repræsentat durationem coniunctionis contingentis, tamquã cõditionem, sine qua coniunctio illa non repræsentaretur. Declaratur hoc dictum ab eo dupliciter. Primò, quia cõstat sufficienter, à nobis haberi cognitionem etiam intuitiuam rei per talem speciẽ, vt patet in visu nostro; quod euidentius eluceſcet, si visum fingamus esse virtutem omnium cognoscitiuam; tunc enim præsentia conditio esset, sine qua visus neq; colorẽ hunc simpliciter, neque vt existentem cognosceret in præsenti tempore. Caiet. D S. Thom.

Secundò, quia duratio alicuius rei nullam habet repugnantiam, vt sit talis cõditio, sine qua res non repræsentetur. Et confirmatur (inquit) quia, sicut duratio coloris est eius conditio, sine qua color, nec immutat visum, nec videtur; ita est etiam conditio, sine qua species non repræsentat. E

Contra quam sententiam sic argumentor: Vel duratio repræsentatur formaliter per speciem Angeli, vel est mera conditio minimè repræsentata per speciem; Secundum dici non potest, quia nihil potest ab Angelo, vel ab homine cognosci, nisi repræsen-

præſentetur in ſpecie; at cognoſcit Angelus omnẽ rei durationem, quando eſt, longè perfectiori modo, quàm homo; igitur ſpecies eius intelligibilis eam formaliter repræſentat: Sed ait Caietanus, durationem in Angelica ſpecie non repreſentari, tãquàm rem repreſentatam, ſed veluti cõditionem, ſine qua coniunctio illa non repreſentaretur: Sed hęc reſponſio non poteſt ſubſiſtere; nam vel duratio tamquàm conditio rei repræſentatæ repreſentatur formaliter, & ſecundùm ſe, vel non repreſentatur formaliter, & ſecundùm ſe, ſed tantùm per accidens, & ratione alterius, ſcilicet rei, cuius eſt conditio, ita vt ſola res ſit repreſentata formaliter. Si primum: non euadit Caietanus abſurditatẽ ab eo deductam, videlicet Angelum cognoſcere futura contingentia; ſiue enim duratio repræſentetur, vt res, ſiue vt conditio, dummodo formaliter in ſpecie reluceat, diſtinctè, ac perfectè cognoſcitur ab Angelo, ac proinde ſecundùm Caietanũ cognoſcit Angelus futura contingentia. Si verò ſecũdum affirmet, ſequitur, Angelum nunquàm poſſe cognoſcere durationem; id enim ſolùm poteſt intellectu cognoſci, quod illi formaliter in ſpecie repræſentatur.

Caietanus

Reſpondet quidam pro Caietano, durationem non formaliter repræſentari: quia non eodem modo repræſentatur, quo naturales rerum proprietates, ſed ſolùm quando res exiſtit: Sed tunc nullum erit diſcrimen illud, quod ſtatuit Caietanus inter durationem ex vna parte, & exiſtentiam rei in actu exercito, & coniunctionem contingentem ex alia parte; hæc enim nõ ſunt naturales rei proprietates, & non repreſentantur, niſi quando ſunt.

Montagn

Secundò reſpondet Ripa, & alij, durationẽ non repreſentari, vt rem per ſpeciem Angeli, ſed vt cõditionem; nã quicquid ſpecies repræſentat, vt rẽ, naturaliter repreſentat: atque ideò, ſi durationem ita repræſentaret, ſciret Angelus futura contingentia, quia cognoſceret, quando hęc, & illa temporis differentia eſſet: & quia duratio res quædam eſt, poteſt (inquit) etiam vt res cognoſci, ſed non tũc, quando rem obiectam cognoſcit: Sed hæc non ſoluunt, ſed magis augent difficultatem contra Caietanum; Nam, ſi duratio repræſentatur, vt conditio, ſemper naturaliter in Angelica ſpecie relucebit, ſicut ſi repreſentaretur ſeorſum, vt res; non minus enim in ſpecie relucet, quod in ea repreſentatur, vt rei modus, aut conditio, quàm res ipſa, cuius eſt ille modus, vel conditio: ſed differentia tantùm eſt in ordine, ſiue modo repreſentandi; quia ſcilicet res primò, conditio verò ſecundariò repreſentatur.

Ripæ ſolutio.

cõfutatio.

Præterea falſum eſt, durationem haud tunc ab Angelo cognoſci, quando rem, cuius eſt duratio, cognoſcit; ſicut enim eadem Angelica ſpecie cognoſcitur Petrus, & eius color, ac ſeſſio, ſic & eius duratio, quando eſt: & ſicut illa ſecundùm ſe conſiderata ſpecies habent ſecundùm aliquos diſtinctas in inferioribus Angelis, quibus poſſint abſolutè cognoſci, quamuis, vt affectiones ſunt Petri, eadem Angelica ſpecie repræſententur, ſic & duratio ſecundùm ſe ſumpta ſpeciem habet in Angelo propriam intelligibilem, qua poſſit abſolutè cognoſci, quamuis, vt affectio, ſiue conditio Petri ab Angelo cogniti, vna ſimul cum eo ſpecie repræſentetur.

Sicut ergo ſpecies intelligibilis Angeli, quę naturam humanam, vel totam etiam animalis naturam repreſentat, ſingula etiam eius individua repræſentat in potentia, ſeu in actu primo, & cũ fuerint exiſtentia, repræſentat etiam in actu ſecũdo, ſic & eorum durationes omnes in actu primo repræſentat, antequàm actu ſint; cum autem actu fuerint exiſtentes, eas etiam repræſentat in actu 2. atque ideo non ſequitur, Angelum cognoſcere futura contingentia, antequàm ſint.

Obiectio Bannesij.

Sed arguit Bannes: Si duratio eſt res per ſpeciẽ Angeli repreſentata, ſequitur, Angelum cognoſcẽtem ſpeciem illam quidditatiuè, & comprehenſiuè, cognoſcere etiam durationem menſurantem; verbi gratia, lectionem craſtinam, & conſequenter etiam certò cognoſcere, & iudicare, futuram eſſe lectionem craſtinam.

Reſpondet, Angelum cognoſcere quidem ſpeciem illam, vt accidens, & qualitas quædam eſt, repreſentariua alicuius obiecti, non tamen cognoſcere diſtinctè, cuius obiecti eſt repreſentatiua, niſi tantùm illius, quod eſt actu, vel in ſe, vel in ſuis cauſis determinatum; atque ideo non comprehendere ſuam ſpeciem, nõ ex defectu virtutis, aut cognitionis Angelicę, ſed ex defectu termini, qui non eſt in rerum natura in ſe, vel in ſua cauſa.

Solut. Bãnesij.

Sed, quia durum eſt creditu, ſpeciem Angeli ab eius intellectiua virtute non comprehendi, videtur dicendum, ad quidditatiuam ſpeciei comprehenſionem ſufficere, vt ea, quæ per ſpeciem repreſentantur, eo modo cognoſcantur ab Angelo, quo per ſpeciem ipſam repræſentantur, vt ſcilicet ea, quæ repreſentantur in actu ſecundo, cognoſcantur, vt actu exiſtentia in Vniuerſo, quæ verò repreſentantur in potentia, cognoſcantur, vt poſſibilia fieri. Angelus itaque ſpeciem hominis repreſentatiuam comprehendens actu cognoſcit omnes homines actu viuentes, & eorum accidentia, & durationem coniunctionis eorum cum ſingulis hominibus, eo quod hęc actu repreſententur in ſpecie: ſed futuros homines, & eorum accidentia, & durationem coniunctionis eorum cum ſingularibus, vt poſſibilia, & in actu primo, tantùm intelligit: quia non actu, ſed in potentia tantùm repreſentantur in ſpecie: Cognoſcit enim Angelus in actu primo per ſpeciem hominis omnes homines in humana ſpecie naturaliter producibiles, & naturalis ordinis accidentia, & durationes illis conuenire poſſibiles, ſed tamen, quæ ſint actu futura, & ſub quibus accidentibus, & durationibus exiſtent, nõ intelligit, niſi in actu primo, eo quòd non actu, ſed in potentia tantùm repreſententur in ſpecie.

Vera ſolutio.

Cætera vide apud Bannefium dubio 2. & apud Zumellum, quæſtione eius ſecunda.

Bannes. Zumellus.

Diſputant ijdem expoſitores, an per Dei potentiam abſolutam poſſit dari ſpecies intelligibilis, quę repreſentet futurum contingens: Sed huius quæſtionis propria ſedes eſt in 3. par. q. 11. art. 1.

AR-

ARTICVLVS III.

Vtrum Angeli cognoſcant futura.

Inf q.98. a 4 & 12. q. 91 ar.& 1.d 38 ar. 5.& 2.d.7. q.2. art 2. & 1. conc. 67. & li 3. ca 154. & verit. q 8. art. 12. & ma q 16 a.7.Et op. 3 c 135 & 136.

† Propoſ. 2. circa fi.

AD tertium ſic proceditur. Videtur,quòd Angeli cognoſcant futura. Angeli enim potentiores ſunt in cognoſcendo, quàm homines. Sed homines aliqui cognoſcunt futura multa : ergo multò fortius Angeli.

2 Præterea: Præſens,& futurum ſunt differentiæ temporis:Sed intellectus Angeli eſt ſupra tempus: parificatur enim intelligentia æternitati,ideſt æuo:vt dicitur in* lib.de cauſis; Ergo quantùm ad intellectum Angeli non differunt præteritum,& futurum,ſed indifferenter cognoſcit vtrunque.

3 Præterea: Angelus non cognoſcit per ſpecies acceptas à rebus,ſed per ſpecies innatas vniuerſales.*Sed ſpecies vniuerſales æqualiter ſe habent ad præteritum,& futurum:Ergo videtur:quod Angeli indifferenter cognoſcant præterita,& præſentia, & futura.

135. & 136 281 287

c 281 327 a

4 Præterea: Sicut aliquid dicitur diſtans ſecundùm tempus,ita ſecundùm locum: Sed Angeli cognoſcunt diſtantia ſecundùm locũ.* Ergo etiam cognoſcunt diſtantia ſecundùm tempus futurum.

Sed contra. Id, quod eſt proprium ſignum diuinitatis,non conuenit Angelis:Sed cognoſcere futura,eſt proprium ſignum diuinitatis, ſecundùm illud Eſa.41.Annuntiate, quæ ventura ſunt in futurum,& ſciemus,quòd dij eſtis vos:Ergo Angeli non cognoſcunt futura.

91 435 50

D. 443.

Reſpondeo. Dicendum,quòd futurum dupliciter poteſt cognoſci.*Vno modo,in cauſa ſua:& ſic futura, quæ ex neceſſitate ex cauſis ſuis proueniunt,per certam ſcientiam cognoſcuntur,vt ſolem oriri cras. Quæ verò ex ſuis cauſis proueniunt, vt in pluribus, cognoſcuntur non per certitudinem,ſed per coniecturã, ſicut medicus præcognoſcit ſanitatem infirmi. Et iſte modus cognoſcendi futura adeſt Angelis:& tantò magis, quàm nobis, quantò magis rerum cauſas,& vniuerſalius. & perfectius cognoſcunt,ſicut medici, qui acutius vident cauſas,melius de futuro ſtatu ægritudinis pronoſticantur. Quæ verò proueniunt ex cauſis ſuis,vt in paucioribus,penitus ſunt ignota,ſicut caſualia,& fortuita:Alio modo cognoſcuntur futura in ſeipſis;& ſic ſolius Dei eſt futura cognoſcere;non ſolùm quæ ex neceſſitate proueniunt,vel vt in pluribus,ſed etiam caſualia,& fortuita : quia Deus videt omnia in ſua æternitate; quæ,cum ſit ſimplex,toti tempori adeſt,& ipſum concludit;Et ideò vnus Dei intuitus fertur in omnia,quæ aguntur per totum tempus,ſicut in præſentia,& videt omnia, vt in ſe ipſis ſunt,ſicut ſupra dictum eſt,* cum de Dei ſcientia ageretur. Angelicus autem intellectus, & quilibet intellectus creatus, deficit ab æternitate diuina; Vnde non poteſt ab aliquo intellectu creato cognoſci futurum,vt eſt in ſuo eſſe.

q.14 ar.7. & 9.

Ad primum ergo dicendum, quòd homines non cognoſcunt futura, niſi in cauſis ſuis, vel Deo reuelante: Et ſic Angeli multò ſubtilius futura cognoſcunt.

Ad ſecundum dicendum,quòd,licèt intellectus Angeli ſit ſupra tempus, quo menſurantur corporales motus; eſt tamen in intellectu Angeli tempus ſecundùm ſucceſſionem intelligibilium conceptionum,ſecundùm quòd dicit Auguſt.† 8.ſupr.Geneſ.ad litt.quòd Deus mouet ſpiritualem creaturam per tempus. Et ita,cum ſit ſucceſſio in intellectu Angeli, non omnia,quæ aguntur per totum tempus,ſunt ei præſentia.

l.i.c.20. 21.23. 10. 3.

Ad tertium dicendum, quòd, licèt ſpecies, quæ ſunt in intellectu Angeli,quantùm eſt de ſe,æqualiter ſe habeant ad præſentia, præterita,& futura, tamen præſentia,præterita,& futura non æqualiter ſe habẽt ad rationes;Quia ea,quæ præſentia ſunt,habent naturam, per quam aſſimilantur ſpeciebus,quæ ſunt in mente Angeli. Et ſic per eas cognoſci poſſunt;Sed quę futura ſunt,nondum habent naturam,per quam illis aſsimilentur; Vnde per eas cognoſci non poſſunt.

In cor.art

Ad quartum dicendum, quòd diſtantia ſecundùm locum ſunt in rerum natura,& participant aliquam ſpeciem, cuius ſimilitudo eſt in Angelo; quod non eſt verum de futuris, vt dictum* eſt. Et ideò non eſt ſimile.

Senſus quæſiti.

DVas voces in titulo poſitas, ſcilicet Verbum, *cognoſcant*,& nomẽ illud, *futura*, diſtinguit, & explicat S.Doct.in textu. Sumendæ ſunt igitur in communi,& formaliter intelligenda ſunt futura,prout ſcilicet futura ſunt.

Forma Textus.

TRibus propoſitis diſtinctionibus reſpondet quæſito S.D.quatuor cõcluſionibus. Prima diſtinctio eſt: Futura dupliciter poſſunt cognoſci, vno modo in cauſa ſua;alio modo in ſeipſis. Secunda diſtinctio eſt: Futura ſunt in triplici differentia, quædam enim ſunt, quæ ex cauſis ſuis proueniunt ex neceſſitate, quædam vt in pluribus, & quædam, vt in paucioribus. Tertia diſtinctio eſt: Dupliciter aliqua cognoſcuntur,ſcilicet per certitudinem, & per coniecturam.

Prima concluſio: Futura,quæ ex ſuis cauſis ex neceſſitate proueniunt,per certam ſcientiam ab Angelo cognoſ-

Digitized by Google

gnoſcuntur in eis. Probatur: Quia Solem oriri eras certò cognoſcimus.

Secunda concluſio: Futura, quæ ex ſuis cauſis proueniunt, vt in pluribus, cognoſcuntur ab Angelo, non per certitudinem, ſed per coniecturam, & perfectiori modo quàm cognoſcantur à nobis. Manifeſtatur prima pars exemplo Medici præcognoſcentis ſanitatem infirmi: Secunda verò pars probatur: Quoniam Angeli cognoſcũt magis, & vniuerſalius, ac perfectius rerum cauſas; ergo magis quàm nos, futura cognoſcunt in ſuis cauſis: Probatur ſequela exemplo Medicorum; ex quibus illi, qui acutius vident cauſas, melius de futuro ſtatu ægritudinis pronoſticantur.

Tertia concluſio: Futura, quæ proueniunt ex cauſis ſuis, vt in paucioribus, penitus ſunt ignota. Probatur: Quia caſualia, ac fortuita ſunt ignota.

Vltima concluſio: Solius Dei eſt futura in ſe ipſis cognoſcere, non ſolùm quæ ex neceſſitate proueniunt, vel vt in pluribus, ſed etiam caſualia, & fortuita. Hæc concluſio: quia dictionem habet excluſiuam: duas continet exponentes, alteram affirmatiuam, videlicet: Deus futura cognoſcit in ſe ipſis, & alteram negatiuam, videlicet: Nullus intellectus creatus cognoſcit futura in ſe ipſis: Probatur primò affirmatiua: Quia Deus videt omnia in ſua æternitate; at æternitas, cum ſit ſimplex, toti tempori adeſt, & ipſum concludit: ergo Deus vno intuitu videt omnia, vt in ſe ipſis ſunt. Vtraque propoſitio relinquitur, vt nota ex ſupradictis quæſt. 14. art. 7. 9. & 13. ex quibus etiam confirmatur concluſio: Negatiua verò probatur: Quoniam Angelicus intellectus, & quilibet intellectus creatus deficit ab æternitate diuina: ergo nullus intellectus creatus poteſt futura in ſe ipſis cognoſcere.

Expoſitio Textus.

Videri in ſeipſo, & in alio qd ſit.

AD primæ diſtinctionis intelligentiam. Notãdum eſt poſſe dupliciter aliquid in alio videri. Vno modo præcisè; quia ſcilicet in alio tantùm videtur, & non in ſeipſo, & hoc modo Deus in ſeipſo tantum videt futura poſsibilia, quę nunquã erunt: Quia videt ea in eſſentia ſua, tanquam in obiecto, & cauſa per ſe primò viſa, & nõ videt ea, vt præſentia ſibi in menſura æternitatis; quia nunquam habitura ſunt eſſe: Alio dicitur aliquid videri in alio, nõ præcisè, ſed primò quidem in alio per ſe primò viſo; ſecundariò autem in ſeipſo, & hoc modo videt Deus in ſeipſo creaturas omnes in tempore futuras; quia præter eſſe, quod habent in Deo, tanquam in cauſa, ſunt etiam illi præſentes in menſura æternitatis, ſecundùm ſuum eſſe reale. Et ſimiliter aliquid dicitur videri in ſeipſo; dupliciter. Vno modo primò, & immediatè; quia ſcilicet non videtur in alio obiecto, vel cauſa per ſe primo viſa, & hoc modo non videt Deus futura in ſeipſis; quia Deus omnia in ſeipſo cognoſcit, vt in obiecto, & cauſa per ſe primò viſa: Alio modo videtur aliquid in ſeipſo ſecundariò, & mediatè: quia ſcilicet primò cognoſcitur in alio per ſe primò viſo; Secudariò autem terminat cognitionem ſecundùm eſſe quod habet in ſeipſo, & hoc modo futura omnia cognoſcuntur in ſeipſis à Deo. Poteſt autem aliquid in alio videri, tanquàm in cauſa, dupliciter, ſicut etiam duobus modis exiſtit effectus in cauſa: nam in cauſa per intellectum agente præexiſtit formaliter ratio formalis effectus, ſicut ratio domus ædificandæ præexiſtit in artifice non minùs, ſed æquè formaliter, ſicut in ſeipſa, cũ fuerit iam ſenſibiliter, ac indiuidualiter exiſtens: & ita ſub propria forma, quamuis in alio eſſendi modo cognoſci poteſt effectus in cauſa. In cauſis verò naturaliter agentibus non præexiſtit effect' ſecundùm propriam rationem formaliter à ratione cauſæ diſtinctam, ſed virtualiter tantùm: quia ſcilicet in cauſa virtus eſt, qua poteſt effectum ex ſe ipſa producere ſecundùm formam, & ſecundũ eſſe realiter ab ea diſtinctum: talis autem effectus in cauſa cognoſcitur, non ſub forma propria, ſed ſub forma virtutis cauſæ naturaliter illius productiuæ, ſicut futura poma cognoſcimus in arboris virtute pomorum productiua: & quamuis hic pomorum interueniat apprehenſio, ſecundùm propriam eorum formam, hanc tamen arboris virtus cognita formaliter non includit: quia virtus arboris non eſt formaliter pomorum ratio, ſed eam cõcipit intellectus, præſertim Angelicus, arboris virtute comprehenſa.

Secundę diſtinctionis in textu poſitæ tam ſecũdum, quàm tertium membrum ſubdiſtinguitur in effectus procedentes ex cauſis naturalibus, & in effectus procedentes ex cauſis liberis, de quibus agit præcipuè ſcientia moralis: De naturalibus autem effectibus, tam neceſſarijs, quàm vt plurimum ex ſuis cauſis prouenientibus agunt ſcientię phyſicæ.

Primam concluſionem relinquit S.D. vt euidentem ex doctrina primi Poſt. cap. 2. & 6. De ſecunda verò difficultas eſſe poteſt, quia de ratione ſciẽtiæ eſt certitudo: iam autem diximus, ſcientias naturales, ac morales eſſe de ijs, quæ ex ſuis cauſis eueniunt, vt in pluribus, vt explicat eruditè Caietanus in 1. Poſt. cap. 4. circa principium, & cap. 6. ex doctrina Ariſt. in 2. Metaph. tex. 16. & 1. Ethię. cap. 3. Cur igitur negat hic S.D. futura ex ſuis cauſis prouenientia, vt in pluribus ab Angelo cognoſci per certitudinem, & ait ea cognoſci per coniecturam tantùm? Sed facilè ſoluitur hęc difficultas ex eiuſdem Caietani doctrina locis allegatis: Demonſtratio enim, quæ ſcientiam efficit, cauſas, & præmiſſas exigit neceſſarias, & quæ ſint propoſitiones de omni: & quemadmodum analogicè dicuntur cauſæ, & præmiſſæ neceſſariæ, ſic analogicè dicũtur de omni, & eadem ratione neceſſe eſt, demonſtrationem analogicè dici, & ſimiliter ſciẽtiam, ac eius certitudinẽ; Quædam enim demonſtrationum cauſæ, & principia neceſsitatem habent ſimpliciter, vt in ſeparatis, & mathematicis, & conſequenter ibi etiam eſt de omni ſimpliciter: in cœleſtibus autem corporibus neceſſarium eſt regulariter, & de omni, quando ſcilicet natum eſt eſſe: in corporibus verò corruptibilibus eſt neceſſarium, vt in pluribus. Cum igitur ex principijs conſtituatur intrinſecè demonſtratio, & ex demõſtratione ſcientia generetur, neceſſe eſt etiam, multiplicem eſſe analogicè demonſtrationem, & ſciẽtiam.

Caietan. Ariſt.

tiam. Et quoniam hic vtraque interuenit analogia, ſcilicet attributionis, & proportionalitatis, in analogis verò attributionis, vt ſic, nomen analogum de ſolo primo formaliter, ac ſimpliciter dicitur, de cæteris autem in ordine ad primum, & ſecundum quid, ideo conſiderata notitia, ſiue ſcientia Angeli, prout analogicè ſecundùm analogiam attributionis dicitur de ſciẽtia futurorum ex ſuis cauſis neceſſariò ſimpliciter prouenientium, & de ſcientia futurorum ex ſuis cauſis, vt plurimũ procedentium: affirmat S. D. illam eſſe ſcientiam, hãc autem non eſſe ſcientiam, ſcilicet ſimpliciter dictam, ſed coniecturam.

S. Thom.

Secundò dico, medium vni extremo comparatum, alteri magis aſſimilari, & eius quaſi naturã, & rationem induere, & cum eo computari, vt affirmat Ariſtot. in quinto Phyſic. tex. 6. cuius verba ſunt. *Et medio autem mutatur, vtitur eum ipſo, ſicut quod eſt contrarium ad vtrumque, etenim quodammodo medium vltima; videntur enim ad hoc, & ad illa, et illa ad hoc quodammodo dicuntur contraria; vt vox media grauis ad vltimam, & ſubtilis ad extremam; & fuſcum album ad nigrum, & nigrum ad album.* Quod idem affirmat etiam in tex. 52. eiuſdem libri. Cũ igitur ea, quæ ex ſuis cauſis proueniunt, vt in plurib⁹, media ſint iter ſimpliciter neceſſaria, & mera contingentia, quæ ſunt caſualia, & fortuita, ſi neceſſarijs ſimpliciter fuerint comparata, pro vt hic à Diuo Thoma conſiderantur, contingentium ſimilitudinem, naturam, & nomen induent, ſi verò caſualibus, & fortuitis conferantur, neceſſariorum rationem, ac nomen accipient: Sic autem dicta futura conſiderant Caietanus, & Ariſtot. locis paulò ante notatis.

Ariſtot.

Caietanus

De tertia concluſione magna quæſtio eſt in ſequenti controuerſia definienda: de quarta latè ſupra diſſeruimus, quæſt. 14. art. 13.

Circa reſponſionem ad tertium præter ea, quæ diximus in controuerſia ad articulum præcedentem, videnda ſunt, quæ dicunt hic Bannes, & Zumellus in ſua quæſtione 3. & Caietanus infra quæſtione 89. art. 4.

Bannes. Zumellus Caiet.

Prima Controuerſia.

An aliqua futura contingentia certò cognoſcantur ab Angelis, & ea præſertim, quæ pendent ex cauſis naturalibus.

Sententiæ Doctorum.

Molina. Suarez.

MOlina ſuper hoc articulo, & poſt eum Suarez diſp. Metaphyſ. 35. ſect. 4. num. 9. dicit quatuor. Primum: Non poteſt Angelus naturaliter cognoſcere certò, & infallibiliter, qui nam futuri ſint ex effectibus contingentibus, prout ſcilicet pẽdent ex cauſis indeterminatis: Secundum: Nõ poſſunt ab Angelo cognoſci contingentia, quatenùs contingentia ſunt, vel quæ reſpectu omnium cauſarum ſimul ſumptarum ſunt contingentia; huiuſmodi autem ſunt ſola illa, quæ à cauſa libera aliquo modo pendent: Tertium: Illi effectus, qui non dependent à cauſa libera, quatenùs libera eſt, &

A dicuntur contingentes ſolùm: quia ab alia cauſa impediri poſſunt, licet vt contingentes, ſeu ex præciſa habitudine ad ſuam cauſam proximam non cognoſcantur, vt infallibiliter futuri, tamen ex cõtemplatione omnium cauſarum cognoſci poſſũt: quia reſpectu totius collectionis cauſarum non habent contingentiam, ſed neceſſitatem, & hoc totũ videtur eſſe euidens ratione naturali: Quartum licet contingentia aliquo modo libera, quæ ſimpliciter contingentia ſunt; nullo modo poſſint certo iudicio ab Angelo naturaliter cognoſci, poſſunt tamen veriſimili coniectura ex aliquibus ſignis intelligi: Eandem ſententiam ſequitur Fonſeca in

Fonſeca. Vaſquez. Peſantius

B 6. Meta. phyſ. cap. 2. quæſt. 2. & Vaſquez diſp. 107. vbi allegat pro ſua ſententia Alexandrum Alenſẽ, Albertum, & Durandum. Eandem opinionem, vt magis probabilem ſequitur Peſantius diſput. 2. &

Montagn. Ferrarien.

Montagnolius ſuper hoc artic. Quæ fuit ſententia Ferrarienſis in 3. cont. gent. cap. 86.

Bannes

Bannes dicit quatuor. Primum: Si verum eſt, qđ omnis motus rerum inferiorum, ſuppoſita naturali diſpoſitione vniuſcuiuſque rei naturalis, efficaciter prouenit ab influentijs cœleſtium corporum, non dubito, quin Angelus poſsit omnes huiuſmodi motus futuros certò præcognoſcere, ſi velit: Secundum: Si autem ſint aliqui motus in rebus

C inferioribus, qui non procedant efficaciter ab influentijs cœleſtium corporum, ſed ex aliquo appetitu, vel apprehenſione animalium, quæ non depẽdeat quantum ad ſui determinationem à cœleſtibus corporibus, non poterit Angelus eiuſmodi futuros euentus præcognoſcere, ſed eorum contingẽtia reducenda eſt ad diuinam voluntatem, tanquã ad authorem naturæ ſupremum. Tertium; Mihi res dubia eſt, vtrum primo modo, an verò ſecundo huiuſmodi futuri euentus proueniant. Quartum: Dœmones ex quadruplici cauſa in futurorũ prædictione quandoque veritatem attingunt; ſed

D iuſta quæſt. 115. art. 6. in fine docet, Angelos cognoſcere naturaliter futura contingentia ex cauſis ſolis naturalibus prouenientia.

D. Thom.

S. D. hic in tertia ſua concluſione, & alibi ſæpè docet, futura cõtingentia ex ſuis cauſis, vt in pluribus proueniẽtia, eſſe penitus Angelis ignota, neque diſtinguit inter effectus ex cauſis naturalibus, aut ex liberis emanantes. Eandem ſententiam ſequitur Caietanus infra quæſt. 115. artic. 6.

Cæterum à Bonauẽ. Aegidius. Heruæus. Zumellus Ripa Valentia.

D. Bonauentura in 2. ſent. diſt. 7. parte 2. art. 1. qu. 3. & Aegidius in eadem diſt. quæſt. 2. ar. 1. & Heruæus art. 2. & alij, quos recenſet Vaſquez. Eandem tractat Zumellus in ſua quæſt. 1. ad hunc articulum & ſequitur Ripa, & approbat Valentia punct⁹ 3.

E

Reſolutio.

Multos in rebus naturalibus euenire contingentes effectus, etiam reſpectu virtutis primi Cœli, & totius collectionis omnium cauſarum naturalium.

DVplex involuitur in propoſita controuerſia difficultas: altera de contingentia effectuũ, vt in pluribus, ex naturalibus cauſis procedentium;

tium; altera de cognitione eorundem effectuum ab Angelo: quæ adeo connexæ sunt, vt ab iq; prima nequeat secunda definiri. De prima difficultate discurrunt latissimè Caietanus infra quæst. 115. art. sexto, & Ferrariensis in 3. cont. gent. capit. 86. Nos hic ea tantum breuiter adnotabimus, quæ præsenti fuerint instituto necessaria.

Caiet. Ferrarien.

Considerandum est igitur primò, effectum ex pluribus causis essentialiter subordinatis dependentem non reduci in suprematn simpliciter, aut in talem ordine, nisi per causam mediam: atq; ideo, si causa media fuerit contingens, necesse est effectum esse contingentem: Quod exemplo syllogismi declarant S. D. in dicto cap. 86. & Caietanus in allegato art. 6. Nam, si fuerit conclusio contingès ex duabus deducta præmissis, altera necessaria, & altera contingente, non reducitur conclusio in præmissam necessariam, nisi mediante contingente: & quia superior causa mouens inferiorem ad agendum modificatur iuxta naturam, & modum inferioris, ideo conclusio ipsa, & eius contingentia non reducitur in præmissam necessariam, nisi vt modificatam in præmissa contingente: præmissa verò necessaria, sic modificata in contingente iam necessariam non facit, sed contingens, atque ideò deducta conclusio non est necessaria, sed contingens: præmissa verò contingens secundum propriã contingentiæ rationem non reducitur in necessariam, sed secundum communem tantùm essendi, seu causandi rationem. Quamuis igitur cœlestia corpora, quæ sunt causæ superiores, ac remotæ, sint causæ necessariæ; quia tamen inferiores, ac proximæ causæ generabilium, quæ sunt virtutes actiuæ, & passiuæ corporum corruptibilium, non sunt necessariæ, sed contingentes, cum deficere possint, vt in pluribus, ideo nõ sequuntur effectus in illis inferioribus necessarij, sed contingentes. Ad cuius ampliorem euidentiam.

Reductio effectuum causæ.

Secundo obseruandum est, mouens omne præsupponere mobile prius natura saltem existens, q̃ ab ipso mouẽte moueatur: & quia motus in re mota suscipitur iuxta naturam rei, & modum; idcirco, licèt agentis seu mouentis actio, prout exit ab ipso, sit sufficiens, nec vllum habeat ex hac parte intrinsecum, aut extrinsecum impedimentum, quatenus tamen in passo recipitur, secundum naturã, & modum eius, ac dispositiones modificatur; atq; ideo potest causæ superioris intentus effectus non euenire propter materiæ solius impedimentum.

Tertiò sciendum est, cœlestia corpora, tam singula, quàm omnia simul sumpta duas habere proportiones ad hæc inferiora, vnam agentis ad materiam, siue motus ad mobile mouentis actioni præsuppositum, alteram principalis, siue superioris agentis ad instrumentale, siue secundarium: agit enim Cœlum in elementa, & cætera corpora, veluti in subiectam materiam, cum etiam in visceribus terræ virtute Solis generetur aurum; & alia plurima minerarum genera: his etiam inferioribus corporibus vtitur, vt instrumentis, aut subordinatis agentibus ad eos omnes sensibiles effectus producendos, quos certò scimus, aut etiam continuò

Ordo cœlestiũ corporum ad inferiora.

cernimus in terra, vel in aquis, aut aere generari. Nunquam tamen secunda proportio (vt scite aduertit Caietanus) subsistere potest sine prima: neque enim hæc inferiora corpora cœlestibus cooperarentur, nisi prius ab illis paterentur, aut mouerentur; adeò vt ex passione iuxta recipientis naturam modificata, modificetur ipsius inferioris corporis, immo, & ipsius cœlestis corporis, prout ad effectum attingit, operatio: Non enim mouent hæc corpora, nisi prius fuerint a cœlo mota, neque cœlum per se ipsum immediatè producit ranam, aut plantam, sed mediis corruptibilibus causis ab eo motis. Cum igitur actus sit in eo cuius est actus, per modum illius, necesse est actionis modum in corporibus his inferioribus esse iuxta passionis eorũ modum: quare, sicut cœlesti corpori non est inferioris corporis omnino subiecta passio, sic nec subiecta penitus erit actio: Quo fit, vt quamquam effectus omnis agentis corruptibilis eam diuersificationem naturalis conditionis dependeat a cœlo, vt à cõmunissima causa ratione primi motus, sine quo nihil posset in his inferioribus generari, non potuit tamen omnis conditio effectus horum materialiũ agentium in cœlestem causam præcisè suam primam, siue mediatè, siue immediatè reduci: Nam contingentia, quæ conditio est effectus ex impedimento materiæ prouenies, nullã ratione reduci potest in agens corporeum, siue in motorem, cum sint agentis, & materiæ causalitates ab inuicem minimè dependentes. Et igitur materia propria ac prima radix contingentiæ, non solùm quando corpus inferius, vt materia præcisè comparatur ad cœleste, sed etiam cum eidem coagit, vt instrumentum, vel vt agens illi subordinatum: nam enim diximus, secundùm hanc proportionem existere non posse, siue prima eam ordine naturæ præcedente.

Caietan.

Radix contingentiæ.

Quarto notandum est duplex esse genus impedimenti, ex quo causatur agentis, siue actionis defectus, & sequitur effectus contingens: Est enim quoddam actionum impedimentum: quod actionem impedit, vt exit ab agente, & quoddam materiale: quod eandem impedit, vt in passo recipitur: Quod etiam duplex esse potest: alterum, quod ex alterius agentis operatione prouenit; sicut humiditas ligni ab aere, vel aqua procul à combustione impedit ignis calefactionem: alterum est natiua materiæ conditio ab eius intima natura resultans, vt aquæ frigiditas actionem ignis calefacientis impediens; & hoc solum est quod ante diximus, a cœlesti corpore minimè dependere.

Impedimentũ duplex.

Quinto aduertendum est, impedimentum dupliciter sumi posse; Vno modo materialiter, scilicet pro re, quæ impedit, quæ est imprecisio, vel effectus alterius agentis, aut materiæ qualitas, seu dispositio, & hoc modo sumptum potest habere causam per se: Alio modo potest considerari formaliter, vt impedimentum est, pro vt scilicet dicit relationem ad actionem, & effectum, cuius est impedimentum: & hoc modo non habet causam, nisi per accidens, præterquam in casu statim exprimendo: sic enim sumptum impedimentum ad concursum pertinet duarum causarum, scilicet impedi-

Alia diuisio impedimenti.

tis,

tis,& impeditæ. Tunc verò ſolum duorum,vel plu
rium effectuum,vel cauſarum inferiorum concur-
ſus cauſam habet per ſe, ac neceſſariam, quando
ſupremæ duæ cauſæ,vt duæ ſtellæ,per ſe concur-
runt,& quælibet earum totam habet ſeriem cau-
ſarum ſubordinatarum neceſſariò motam, ac ne-
ceſſariò cauſantem: Quod ſi ſupremæ cauſæ non
per ſe concurrunt, vel tota ſeries cauſarum alteri
earum ſubordinatarum non ſit neceſſaria, tũc ne-
que concurſus proximarũ cauſarum, aut effectũ
erit neceſſarius,ſed contingens.

Poſſunt autem duæ ſupremæ cauſæ dupliciter
aſsignari: Vno modo,vt altera ſit efficiens,& alte
ra materia,& ſic concurſus pôt eſſe per accidens;
exempli gratia: quod aliquod terreſtre corpus in
ſuperiori parte aeris generetur,& deorſum cadat,
habet cauſam aliquam virtutem cęleſtem, & ſimi
liter etiã,quod aqua fontis hic poſita ſit frigida,
& humida,cauſam habet ipſam aquæ naturam:
ſed quod ignitum corpus cadens huic fonti occur
rat,& extinguatur, non habet cauſam per ſe, ſed
eſt per accidens.

Altero modo duæ poſſunt aſsignari ſupremæ
cauſæ,quarum vtraque ſit efficiens,& ita concur-
ſus proximarum cauſarum, vel etiam effectuum
poteſt eſſe per accidens,ſi tota cauſarum ſeries ex
illis ſupremis cauſis dependentium non fuerit ne-
ceſſaria:tunc enim reſoluitur effectus vltimæ cau-
ſę in ſupremas cauſas,ſcilicet cęleſtia corpora me
dia cauſa non neceſſaria,ſed contingens:cuius ca
natura eſt,vt poſsit deficere: Quamuis itaque ſy-
derum concurſus ſecundùm ſe conſideratus ſit ne
ceſſarius,quatenus tamẽ hunc attingit effectum,
eſt contingens,cum huic effectui non applicetur,
niſi mediis corporibus agentibus inferioribus,
quorum,ſicut poteſt natura deficere, ſic,& multò
magis cauſalitas.

Primâ ra-
dix cõtin-
gentiæ.

Ex dictis ſequitur primò, radicem contingen-
tiæ eſſe potentiam rebus omnibus naturalibus in-
ditam,qua poſſunt in minori parte deficere,com-
plementum autem eſſe prædictum concurſum cau
ſarum accidentalem,ſiue concurrat efficiens cum
materia,ſiue cum efficiente. Tunc enim ſolùm ſe-
quitur effectus contingens,quando duæ cauſę,vel
altera earum concurrit ex ea parte, qua deficere
poſsibilem habent naturam; Nam, ſi ex ea parte
concurrant,qua naturalem habent neceſsitatem,
non ſequitur effectus contingens, ſed neceſſarius.

Lapſus
Ferrar.

Secundò ſequitur,lapſum eſſe turpiter Ferrarien
ſem in dicto cap.86.vbi Cœli virtutem vniuerſalẽ
ait dupliciter poſſe conſiderari; vno modo, prout
multiplex eſt in diuerſis ſtellis iuxta diuersã earũ
naturam;& ita,licet (inquit)virtutes illæ ſecundũ
ſe conſideratę ordinem habeant inter ſe naturalẽ,
quatenus tamen actualiter influũt in effectus,nul-
lum per ſe ordinem videntur habere;eo quòd vna
ad alterius effectum non attingat; quemadmodũ
omnes potentię ab animæ eſſentia dimanant cum
ordine naturali, quarum tamen ſimul concurſus
in operationem per accidens eſt: quod enim viſu
Petri Socratem videntę,eius auditus audiat cam-
panam ſonantem,per accidens eſt: ſic diuerſæ cę-

A leſtis globi virtutes à Deo creatore ſyderibus cũ
ordine inter eas naturali ſunt inditæ, ſed earum
ſimul concurſus ad operationem poteſt eſſe per
accidẽs; ſicut (inquit Ferrarien.) per accidens eſt,
quòd, vna ſtella mouente aliquam materiam ad
frigiditatem,alia ſtella moueat eandem, vel aliã
materiam ad caliditatem: Si ergo diuerſæ cauſæ
particulares à diuerſis cœli virtutibus minimè
ſubordinatis moueantur, talium cauſarum con-
curſus in agendo erit per accidens, etiam in ordi-
ne ad plures illas cœli virtutes;eo quod inferiores
iſtæ cauſę non moueantur ad agendum ex inten-
tione vnius virtutis,ſed ex intentione diuerſarum
B virtutum nullum inter ſe naturalem ordinem ha-
bẽtium,quo ad ſuas operationes, & effectus. Alio
modo poteſt conſiderari multiplex illa virtus,
prout ab vna primi cœli virtute mouetur ad agen
dum; & ita concurſus omnis inferiorum cauſarũ
naturalium eſt per ſe;adeò vt nullus effectus natu
ralium cauſarum poſsit euenire præter inclina-
tionem omnium virtutum cœleſtium, aut virtutis
orbis primi in ſua vniuerſalitate ſũptę, ideſt qua-
tenus ad nullam particularem ſtellæ virtutem,vel
effectum eſt limitata. Ait autem S. Thomam affir
mare,in his inferioribus aliquem effectum euenire
per accidens in ordine ad cœleſtem virtutem
C primo modo ſumptam non autem ſecundo modo
conſideratam.Quam ſententiam ſequuti ſun: Fon
ſeca in 6.Metaph.capitulo ſecundo, quæſtione ſe-
cunda,& Suarez diſp. 19. ſect. 10. & ante eos Sco-
tus in primo ſent.

Cuius doctrinæ falſitas manifeſtè patet ex ſu-
pradictis. Si namque prima contingentiæ radix
eſt potentia deficiẽdi rebus omnibus naturalibus
indita;quæ quidem res cœlorum motoribus, vt in
pluribus præſupponuntur,ſicut materia præſuppo
nitur agenti,& mobile mouenti,neceſſe eſt, in or-
dine etiam ad totam cœli virtutem ſimul acceptã
effectus eſſe poſse cõtingentes in his inferioribus;
D Vt enim diximus in tertio fundamento,cœli mo-
uentis operatio modificatur in corpore moto ſe-
cundùm eius naturam defectibilem,ex qua veluti
proxima,& propria cauſa poteſt effectus euenire
contingens.

Fonſeca,
Suarez ij,
& Scotus,ſẽ
tentiam ij
tenent.

Aduerſatur prẽterea manifeſtè doctrina, & gloſ-
ſa prædicta verbis,& menti D. Thomæ tam in dic-
to capitulo,quàm in allegata quæſtione 115.ar-
tic.6.& alibi: ſic enim ait in dicto capitulo: *Con-
curſum,qui impedit,non eſt reducere in aliquam cau-
ſam,& ſic non poteſt dici, quod impedimentum huius
effectus, vel illius procedit ex aliquo cœleſti princi-
pio; vnde non oportet dicere, quod effectus corpo-
rum cœleſtium ex neceſſitate proueniant in iſtis infe-
rioribus.* Hęc ibi. Et infra quæſtione 115.artic.6.
Sicut (inquit) *quod aliquod corpus terreſtre ignitum
in ſuperiori parte aeris generetur,& deorſum cadat,ha
bet cauſam aliquam virtutem cœleſtem;et ſimiliter etiã
quod in ſuperficie terræ ſit aliqua materia combuſtibi-
lis,poteſt reduci in aliquod cœleſte principium;ſed quod
ignis cadens huic materiæ occurrat,& comburat eã,nõ
habet cãm cœleſte corpus,ſed eſt per accidens;& ſic pa-
tet,quod non omnes effectus cœleſtium corporũ ſunt ex*

S. Thom.

neceſſitate. Et ibidem ad tertium ſic reſpondet: *licèt cauſa impediens effectum alterius cauſæ reducatur in aliquod cœleſte corpus, ſicut in cauſam; tamen concurſus duarum cauſarum, cum ſit per accidens, non reducitur in cauſam cœleſtem.* At ſecundùm Ferrarienſẽ concurſus omnis reducitur in cauſam cœleſtium, ſcilicet in vniuerſalem virtutem primi cœli mouẽtem ſyderas omnes virtutes ad agendum: ac proinde ſecundùm eum nullus eſſe poteſt in his inferioribus naturalibus purè ſumptis effectus ſimpliciter contingens, ſed omnis effectus erit abſolutè neceſſarius: cuius oppoſitum vbiq; ſuſtinet S. Doctor cum Ariſtotele aduerſus antiquos Philoſophos. Sequitur præterea ex eadem ſententia, quẽlibet Angelum certò cognoſcere futura contingentia merè naturalia; quod etiam liberè docet Bannes in allegato artic. 6. in fine. Quod autem id ſequatur, ex eo patet, quod Angelos ſcimus totum ordinem comprehendere cauſarum effectuum naturalium ex illis neceſſariò procedentium.

Bannes.

Effectus cauſarum naturalium ſimpliciter contingentes ab Angelo cognoſci certò non poſſe.

IAm verò de ſecunda parte controuerſiæ, an ſcilicet prædicti contingentes effectus ab Angelo poſsint certò cognoſci, differendum eſt. Quamuis autem priori parte definita, iam nulla videatur huic alteri ſupereſſe difficultas, eo quod tales effectus antequam ſint, nullam habeant vnam cauſam, aut plures ad eorum productionem determinatas, in qua, vel in qnibus certa poſsint, & infallibili cognitione comprehendi; ſupereſt tamen non contemnenda dubitatio ex Angelici intellectus excellentia trahens originem. Nouit enim Angelus corporearum omnium cauſarũ tam cœleſtiũ, quàm ſublunarium efficacitatem, & inferiorum corporum naturam, & defectibilitatem: præſcit et futuros cœleſtium virtutum influxus, & eorum cõcurſus circa corpus aliquod immutandum, aut et mouendum ad productionem alicuius effectus; ac proinde facilè præcognoſcet, num tãta ſit corporis virtus, aut diſpoſitio naturalis; vel etiam alterius cauſæ concurrentis, vt virtutem mouentis reſiſtendo valeat impedire, & quis impedito, aut nõ impedito mouẽtis influxu, ſequatur effectus; ſicut patet in generatione monſtri, quam probè videtur Angelus præſcire poſſe, cognita materiæ diſpoſitione, & virtute Solis ad generationem mouentis, & virtute ſyderis contra nitentis.

Dubitatio

Sed ex iactis ſupra fundamentis facilè poterit huic dubitatione ſatisfieri. Cum enim ſint in ordine cœleſtium corporũ innumeræ ferè virtutes hęc inferiora corpora mouentes, & per accidens ſæpè concurrentes, & hæc rurſus ſublunaria corpora, quę naturalem habent deficiendi potentiam, plurima ſint, & cœleſtes influxus iuxta ſuam naturã, & modũ recipiant, ac modificent, ſequitur, vt non ſolum hæc inferiora corpora naturali ſua defectibilitate, & contingenti concurſu contingentes producant effectus; ſed etiam effectus ſic contingenter producti virtute ſua naturali contingenter cõcurrant ad effectus alios contingentes ex ſe producendos, & illi ad alios, adeò vt non ex parte naturæ, virtutis vè corporeę, ſed ex parte ſolùm diuinæ prouidentiæ ſit talium effectuum ſpecies, & numerus, ac ſeries accidentalis determinata; conſequens igitur eſt, vt iidem contingentes effectus ſoli ſint diuinæ ſapientiæ noti, nec vllius creatæ mentis ſubſint intelligentiæ. Quamuis enim poſsit Angelus quoſdam effectus in cauſis naturalibus præcognoſcere, qui proximis tantùm cauſis comparati ſunt contingentes, tales tamen ad totam ſeriem cauſarum Vniuerſi, & ad earum concurſum comparati erunt ſimpliciter neceſſarij; Sicut monſtrũ aliquod generandum poterit ab Angelo præcognoſci, ſi reſpectu totius ordinis cauſarum fuerit effectus neceſſariò productus: quamuis reſpectu proximi generantis ſit contingens. Qui verò ex vna aliqua ſerie cauſarum defectibilium, & per accidens concurrentium deriuantur, & ipſi per accidens, nulla præſciri poſſunt creatæ mentis intelligentia; cum omni careant in toto cauſarum ordine determinatione; eo quod vltimarum cauſarum ſeries tota ſit contingens; nec ſimpliciter ſolum ſit contingens, ſed multiplex eidem effectui contingẽtia miſceatur ex contingenti concurſu contingentium cauſarum, & effectum, qui ex alijs etiam nõ nunquam cõtingentibus effectibus ſunt geniti cõtingẽter, quorum eſt innumera multitudo. Et hoc eſt, quod ſignificat S.D. de Ver. quæſt. 8. art. 12. dicens, effectus futuros, quorum cauſę ſe habent indifferenter ad vtrumlibet, nullo modo in ſuis cauſis ſecundùm ſe acceptis poſſe cognoſci, ſed ſi adiungãtur cauſæ illæ, quę cauſas ad vtrumlibet inclinant magis ad vnum, quàm ad aliud, poſſe de talibus effectibus certitudinem aliquam haberi coniectualem; & tandem concludens ait: *cognitione igitur naturali illa tantùm per formas innatas futura præſcire poſſunt, (Angeli) quæ in cauſis naturalibus ſunt determinata, vel in vna tantùm cauſa, vel in collectione plurium; quia aliquid eſt contingens reſpectu cauſæ vnius, quod reſpectu concurſus plurium cauſarum eſt neceſſarium: Angelis autem omnes cauſas naturales cognoſcunt. Vnde quædam, quæ contingentia videntur, aliquibus cauſis earum penſatis, Angelis ut neceſſaria cognoſcunt, dum omnes cauſas earum cognoſcunt.* Hæc ibi. Ex quibus apparet primò, ſecundùm D. Thomam non omnes rerum naturalium effectus eſſe neceſſarios comparatione etiam totius ordinis ſecundarum cauſarum: ſecundò, non omnes tales effectus ab Angelis certò cognoſci. Nec obſtat eiuſdem S. Doct. verba q. 19. ar. 6. vbi ſic loquitur: *Poteſt impediri, quod aliqua ficta reducat ſumma effectum, ſed tamen, vt quicumque effectus ex cauſa corporea impediente in rebus corporalibus conſequatur, oportet, quod reducatur per aliquas cauſas medias ad virtutem ſolem virtutem primi cœli.* Verum eſt enim, vt antè diximus, effectus omnes cauſarum naturalium tã neceſſarios, quàm contingentes reduci in virtutẽ primi cœli: nec tamẽ ſequitur eos eſſe ſimpliciter, ac propriè neceſſarios, eo quòd in primã cœli virtutem non reducantur, niſi mediis cauſis inferioribus contingentibus, ex quibus naturam habent, & modum effectuum ſimpliciter contingentium.

S. Thom.

Obiectionis ſolut.

Solutio.

Ex

Ex dictis sequitur, posse concursum cœlestium syderum esse necessarium, & tamen cõcursum inferiorum causarum esse contingentem, eo quod cœlorum influxus in causis defectibilibus recipiuntur, & modificantur secundum earum naturam, & modum.

Reliqua ad præsentem materiam pertinentia lege, si placet, apud Zumellum, & alios prænominatos authores.

Conclusiones deductæ, & probatæ.

PRima conclusio: Multi sunt effectus in sublunaribus contingentes, non solùm respectu proximarum causarum naturalium, sed etiam respectu totius ordinis causarum corporearũ, quæ sunt in Vniuerso. Hæc conclusio satis patet ex dictis, & probat, ac defendit eam latè, & subtiliter Caietanus infra quæst. 115. art. 6.

Caietanus

Secunda conclusio: Non potest Angelus virtute sui intellectus naturali futura prædicta contingentia certò cognoscere. Hęc est tertia conclusio S. D. in textu, quam affirmat Zumell. esse fidei dogma propter multa, quæ refert, sacræ scripturæ, & sanctorum dicta, quę nihil aliud probant, nisi futura, quę simpliciter contingentia sunt, à solo Deo posse præuideri, futura verò contingentia prædicta negant authores supranotati simpliciter esse contingentia respectu, scilicet totius ordinis causarũ secundarum, quæ sunt in Vniuerso: asserunt autem esse necessaria simpliciter, contingentia verò secũdùm quid, scilicet in ordine ad proximas eorum causas. Quam autem cognitionem, quosve cognoscendi modos habeant Angeli boni, vel mali de futuris contingentibus, explicat vberrimè, & eleganter Zumellus in sua quæst. 2. ad hunc articulum.

Zum dictum reijcitur.

Argumenta, & solutiones.

CONtrà primam conclusionem sunt argumenta, quę proferunt, & soluunt S. Thom. & Caietanus in dicto art. 6. quæst. 115. & Zumellus sup hoc artic. quæst. 1.

Caietan. Zumellus

Contra eandè conclusionem argumentatur Fonseca. Primò: A causis purè naturalibus, si sint sufficientes ad agendum, & sufficienter applicatę, neque impeditæ, necessariò sequitur effectus: si autè impediantur ab alijs purè naturalibus, illud euenit necessariò, quod potentiores per se, aut impeditæ simul, & impedientes communi opera facere possunt; ergo quicquid à causis purè naturalibus fit, siue expeditæ illę sint, siue eis impedimentum naturaliter afferatur, non contingenter, sed ex necessitate euenit. Antecedens quo ad priorem partem est axioma commune philosophorum. Quo ad alteram verò partem patet, quoniam in elementorum pugna, alia in alia, aut in commune mixtũ, tranimutantur. Hoc eodem argumẽto vtitur Suar. & Vasquez, vt infra patebit.

Fonseca.

Suarez. Vasquez.

Respondetur, falsum esse antecedens quo ad secundam partem, vniuersaliter loquendo; quod enim euenit ex impedimento formaliter, vt impedimentum est, siue ex concursu plurium agentium inter se aut agentis cum materia, non euenit semper necessariò, sed sepè contingenter ob supradictas causas. Secundò dico, supposito illo concursu per accidens effectum sequi necessariò, nec tamen talis effectus erit simpliciter necessarius, sed absolutè cõtingens, quia nullam habet causam per se.

A

Secundò: Cum agens tantæ virtutis est, vt possit perfectè suæ actioni passum subijcere, si agens ex necessitate naturæ agit, effectus necessariò sequitur; at tota aggregatio cœlestium corporum est causa vniuersaliter concurrens ad actiones purè naturales, quæ in his inferioribus fiunt, tantæque virtutis est, vt possit sibi subijcere omnia inferiora, quæ purè naturaliter patiuntur; ergo cum tota illa aggregatio ex necessitate naturæ agat, quicquę effectus in his inferioribus illius actionem sequitur, necessariò sequitur. Maior patet. Minor probatur primò quo ad primam partem; quia omnes inferiores causæ naturales ab illis superioribus in operando pendent, vt ait Arist. lib. 1. Meteor. cap. 2. Quo ad secundam verò partem probatur; quia materia prima, quæ supponitur omnibus actionibus naturalibus, nihil eis omninò resistit, composita verò corruptibilia, si non virtute vnius corporis cœlestis, virtute alterius, aut plurium superari possunt; ergo.

B

Arist.

C

Respondetur, hoc esse argumentum secundùm D. Thomę in allegato art. 6. quæst. 115. cui respondet negando minorem quo ad secundam eius partem: & rationem assignat his verbis. *Virtus corporis cœlestis non est infinita, vnde requirit determinatã dispositionem in materia ad inducendum suum effectũ, & quantum ad distantiam loci, & quantum ad alias cõditiones, & ideò, sicut distantia loci impedit effectum, cœlestis corporis (non enim sol eundem effectum caloris habet in Dacia, quem habet in Aethiopia) ita, & grossities materiæ, vel frigiditas, aut caliditas, aut alia huiusmodi dispositio impedire potest effectum corporis cœlestis.* Ad probationem autem minoris negatur antecedens; licèt enim quandoque superari possit à virtute cœli corporis corruptibilis resistentia, id tamen non semper accidit; tum quia sæpe maior est corporis dispositio, quàm cœlestis corporis efficacitas, quam non raro debilè esse cõtingit; tum quia modificantur cœlorum influxus iuxta naturam, ac modum corporis eos recipientis, vt antè diximus; tum quia concursus causarum non semper est per se, sed sepè per accidens.

D. Thom.

D

Tertiò: Totus causarum naturalium ordo, quẽ supponimus à Deo institutum, non excludit illius intentionem, aut efficientiam; sed potius supponit, atque exequitur; ergo nullus omninò effectus purè naturalis esse poterit, qui, supposito huiusmodi ordine, non necessariò eueniat. Probatur consequentia; quia nihil omninò per causas secundas sic à Deo ordinatum, & quasi naturaliter administratum subterfugere potest ordinem huius diuinæ dispositionis, & gubernationis.

S. Thom.

E

Respondetur primò, nullam esse consequentiã formaliter loquendo de effectibus ex toto causarum corporearum ordine præcisè sumpto procedentibus, quicquid fit de illis in ordine ad diuinã

prouidentiam cõsideratis, vel etiam in ordine ad secundas causas, prout cadunt sub ordine diuinæ prouidentiæ, & illum exequuntur; Potest enim idẽ effectus esse contingens in ordine ad causas omnes secundas primo modo sumptas; qui non erit contingens, sed per se intentus in ordine ad easdẽ causas secundo modo sumptas, & multò magis in ordine ad diuinam prouidentiam; vt ait S. D. supra quæst. 19. art. 6. & quæst. 22. art. 2. ad primum, & art. 4. & quæst. 23. art. 6. & quæst. 103. ar. 7. & alibi sæpè. Secundò dico, nec etiam in ordine ad diuinam prouidentiam, vel ad secundas causas posteriori modo sumptas omnia euenire necessariò, sed infallibiliter, vt explicãt S. Thomas, & Caietanus supra quæst. 22. art. 4.

S. Thom.

Caietanus

Cõtra eandem conclusionẽ argumentatur Suarez. Primò: S. Thom. in 1. cont. gent. cap. 67. ratione tertia sic ait: *Sicut ex causa necessaria sequitur effectus certitudinaliter, ita ex causa contingente completa, si non impediatur*; ergo.

Suarez.

Respondetur, D. Thomam ibi nomine causæ cõtingentis cõpletæ, & non impeditæ intelligere causam naturalem in ordine ad effectus, vt plurimum ex ea producibiles: appellat autem eam contingẽtem, quia potest impediri, & deficere ab effectu suo naturali: vocat autem completam, id est sufficienter dispositam, & determinatam ad agendũ; talis enim causa producit effectum suum certitudinaliter, & necessariò.

Secundò; si omnes causæ, quæ ad effectum concurrunt, & illius productionem, vel promouere, vel impedire possunt, agũt ex necessitate, ergo eadem necessitate talis sequitur effectus, qualis ex omnibus illis causis sic dispositis, & applicatis sequi potest. Et declaratur: Nã, sicut naturalis causa proxima non impedita, & habens materiam aptam, sufficienter applicatam, necessariò producit proportionatum effectum; ita, si eadem causa sit omninò impedita, eadem necessitate nihil operabitur, vel, si nõ omninò, sed ex parte impedita sit, eadem necessitate faciet imperfectum, vel monstruosum effectum: ergo, si causæ omnes tam agentes, quàm impedientes ex solo naturali, ac necessario cursu ita conueniunt, & singulæ etiam cum necessitate operantur suo modo, talis effectus consideratus in ordine ad totam seriem, & collectionẽ talium causarum non habet contingentiam, sed necessitatem. Hoc argumentum idem est cum argumento primo Fonsecæ iam soluto.

Respondetur, nullam esse consequentiam ob sæpè dictam causam; quia scilicet influxus superioris causæ corporeæ recipitur in inferiori iuxta modũ, & dispositionem inferioris: cum autem plurimæ sint in inferioribus causæ defectibiles, & actu deficientes, quæ tam ipsæ ad inuicem, quàm etiam eorum contingentes effectus inter se concurrunt ad effectus aliquos producendos, necesse est, in istis inferioribus multos effici contingentes effectus tam in ordine ad causas eorum proximas, quàm etiam respectu totius ordinis secundarum causarum, quæ sunt in vniuerso. Ad confirmationem, seu declarationem dico, causam impedientẽ formaliter, vt impediens est, non esse semper necessariò, sed quandoque etiam contingenter agentem, neque semper causarum concursus est per se, ac necessarius, sed est nonnumquam per accidẽs, & contingens, vt patet ex dictis.

Contra secundam conclusionem argumentatur Molina: In causis naturalibus inuenitur determinatio ad vnum, licet magna ex parte sint eius naturæ, vt impediri possint; ergo Angeli certò possũt cognoscere omnes effectus futuros etiam contingentes. Probatur sequela; quoniam Angeli penetrant causas; ergo certò cognoscunt, quæ de facto sint impediendæ, & quæ non: ac subinde qui effectus sint de facto futuri, & qui non.

Molina.

Respondetur, nullam esse consequentiam. Ad probationem negatur illatio; quoniam impedimẽtum non semper habet causam necessariam, & per se, sed habet non raro causam contingentem, & per accidens.

Contra eandẽ conclusionem argumẽtatur Vasquez eodem ferè argumento, cuius summa est: Angelus scit, interuenu contrariæ constellationis, vel causæ materialis, aut effectricis talem effectũ impediendum, vel non impediendum; ergo certo scit, quid ex tali impedimento sit futurum. Antecedens probatur; quia, sicut causæ naturales ex se necessariò inclinantur in vnam partem, ita etiam causæ impedientes naturaliter, & necessariò impediunt, vt non impedire non possint: cum ergo euidenter sciat vires cuiuscumque causæ naturalis, & exactè inuicem conferat, certo, & euidenter cognoscet, quæ causa aliã superabit, & qua ratione.

Vasquez.

Respondetur, falsum esse antecedens. Ad eius probationem negatur antecedens. Multæ namq; causæ contingenter tantum, & per accidens alias impediunt non autem per se, & necessariò, vt satis ostendimus in præcedentibus.

ARTICVLVS IV.

Vtrum Angeli cognoscant cogitationes cordium.

289 1. cont. ca. 68. & 1. 3. c. 154. prin. ci. & ver. q 8 ar. 13. & mal. q. 16. ar. 8.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd Angeli cognoscãt cogitationes cordium. Dicit. n. Greg. in Moralib. super illud Iob. 28. Non æquabitur ei aurum, vel vitrum, quòd tunc scilicet in beatitudine resurgentium vnus erit perspicabilis alteri, sicut ipse sibi: cum vniuscuiusq; intellectus attenditur, simul conscientia penetratur. Sed resurgentes erunt similes Angelis, sicut habetur Matth. 22. c. Ergo vnus Angelus potest videre id, quod est in conscientia alterius.

2 Præt. Sicut se habent figuræ ad corpora, ita se habent species intelligibiles ad intellectum. Sed viso corpore videtur eius figura. Ergo visa substantia intellectiuali, videtur species intelligibilis, quæ est in ipsa. Ergo, cum Angelus videat alium Angelum, & etiam animam, videtur, quod possit uidere cogitationẽ utriusque.

2 Præ-

Digitized by Google

3. Præterea. Ea, quæ ſunt in intellectu noſtro, ſunt ſimiliora Angelo, quàm ea quæ ſunt in phantaſia, cùm hæc ſint intellecta in actu, illa verò in potentia tantum. Sed ea, quæ ſunt in phantaſia, poſſunt cognoſci ab Angelo, ſicut corporalia, cum phantaſia ſit virtus corporis. Ergo videtur, quòd Angelus poſsit cognoſcere cogitationes intellectus.

Sed contra eſt, quòd proprium Dei non cõuenit Angelis. Sed cognoſcere cogitationes cordium eſt proprium Dei, ſecundùm illud Hier. 17. Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile, & quis cognoſcet illud? Ego dominus ſcrutans, &c. ergo Angeli non cognoſcunt ſecreta cordium.

Reſpondeo. Dicẽdum, quòd cogitatio cordis dupliciter poteſt cognoſci. Vno modo in ſuo effectu, & ſic non ſolùm ab Angelis, ſed ẽt ab homine cognoſci poteſt, & tantò ſubtilius, quantò effectus huiuſmodi fuerit magis occultus. Cognoſcitur enim cogitatio interdum nõ ſolum per actum exteriorem, ſed etiam per immutationem vultus. Et etiã medici, aliquas affectiones animi per pulſum cõgnoſcere poſſunt, & multò magis Angeli, vel etiam dæmones; quantò ſubtilius huiuſmodi immutationes occultas corporales perpendunt. Vnde Auguſt. dicit in lib.* de Diuinatione dæmonum, quòd aliquando hominum diſpoſitiones non ſolùm voce prolatas, verùm etiam cogitatione conceptas, cum ſigna quædam in corpore exprimuntur ex animo, tota facilitate perdiſcunt: quamuis in lib.* Retractationum hoc dicat non eſſe aſſerendum, quomodo fiat. Alio modo poſſunt cognoſci cogitationes, prout ſunt in intellectu: & affectiones, prout ſunt in voluntate, & ſic ſolus Deus cogitationes cordium, & affectiones voluntatum, cognoſcere poteſt. Cuius ratio eſt: quia voluntas rationalis creaturæ ſoli Deo ſubiacet, & ipſe ſolus in eam operari poteſt, qui eſt principale eius obiectum, vt vltimus finis: & hoc magis infra patebit.* Et ideo ea, quæ ex voluntate ſola dependent, vel quæ in voluntate ſola ſunt, ſoli Deo ſunt nota. Manifeſtum eſt autem, q̃ ex ſola voluntate dependet, quòd aliquis actu aliqua conſideret: quia, cum aliquis habet habitum ſcientiæ, vel ſpecies intelligibiles in eo exiſtentes, vtitur eis, cum vult. Et ideo dicit Apoſt. 1. Cor. 2. quòd quę ſunt hominis, nemo nouit niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt.

Ad primum ergo dicendum, quòd cogitatio vnius hominis non cognoſcitur ab alio propter duplex impedimentum, ſcilicet propter groſsitiem corporis, & propter voluntatem claudentem ſua ſecreta. Primum autem obſtaculum tolletur in reſurrectione, nec eſt in Angelis. Sed ſecundum impedimẽtum manebit poſt reſurrectionem, & eſt modo in Angelis. Et tamen qualitatem mentis, quantum ad quantitatem gratiæ, & gloriæ, repræſentabit claritas corporis. Et ſic vnus mentem alterius videre poterit. 2 334

Ad ſecundum dicendũ, quòd, etſi vnus Angelus ſpecies intelligibiles alterius videat, per hoc, quòd modus intelligibilium ſpecierũ ſecundum maiorem, & minorem vniuerſalitatẽ proportionatur nobilitati ſubſtantiarum, non tamen ſequitur, quòd vnus cognoſcat, quomodo alius illis intelligibilibus ſpeciebus vtitur, actualiter conſiderando.

Ad tertium dicendum, quòd appetitus brutalis non eſt dominus ſui actus, ſed ſequitur impreſsionem alterius cauſæ corporalis, vel ſpiritualis. Quia igitur Angeli cognoſcunt res corporales, & diſpoſitiones carum, poſſunt per hæc cognoſcere, quod eſt in appetitu, & in apprehenſione phantaſtica brutorum animaliũ, & etiam hominũ, ſecundùm quod in eis quandoque appetitus ſenſitiuus procedit in actum, ſequens aliquam impreſsionem corporalem, ſicut in brutis ſemper eſt. Non tamen oportet, quòd Angeli cognoſcãt motum appetitus ſenſitiui, & apprehenſionem, phantaſticam hominis, ſecundùm quod mouentur à voluntate, & ratione, quia etiã inferior pars animæ participat aliqualiter rationem: ſicut obediẽs imperanti, vt dicitur in * 1. Ethic. Nec tamen ſequitur, quòd, ſi Angelus cognoſcit, quod eſt in appetitu ſenſitiuo, vel phantaſia hominis, q̃ cognoſcat id, quod eſt in cogitatione, vel voluntate: quia intellectus, & voluntas non ſubiacent appetitui ſenſitiuo, & phantaſię, ſed poteſt eis diuerſimodè vti. Li Ethic. c. vlt. to 5.

A B C D

Li. de Diuina. dæmon. cap. 5. poſt me dio to. 3.

Li. 2 retra. cap. 30. to. 1.

q. 63. ar 1. & qu. 105. art. 5.

Senſus quæſiti.

DVos tituli terminos explicat Caietanus, ſcilicet verbum *Cognoſcant*, & dictionem illam. *Cogitationes cordium*. Circa quos duo ſunt adhuc obſeruanda: primum eſt, verbũ illud. *Cognoſcant*, indiſtinctè ſumi ad naturales omnes, ſed præſertim ad duos cognitionis modos, quibus cogitatio cordis poteſt cognoſci, ſcilicet in ſeipſa, ſeu prout eſt in cogitante, & prout eſt in ſuo effectu. Secundum eſt, nomine cogitationum cordium hic non ſolùm intelligi cogitationes propriè, & formaliter dictas, ſed etiam affectiones voluntatis, quæ ſunt in corde, ideſt in parte animæ ſuperiori, quæ conſtat ex intellectu, & voluntate: adeò vt dictio illa, *cordis*, denotet ſubiectum; dictio verò illa, *cogitationes*, quatenus affectiones comprehendit, intelligenda ſit cauſaliter, quia ſcilicet affectiones ex cogitatione procedunt. Senſum hunc indicat Caiet. E

manifestè. S.D. secundùm diuisionis membrum, ita proponens: *Alio modo possunt cognosci cogitationes, prout sunt in intellectu, & affectiones, prout sunt in voluntate.* Quem etiam sensum exprimit secunda conclusio. Vel dicas, nomine cogitationum cordis significari cogitationes voluntarias; atque ita simul comprehendere actum intellectus, & actum voluntatis.

Forma Textus.

PRomissa distinctione, respondetur quæsito duabus conclusionibus. Distinctio est: Cogitatio cordis dupliciter potest cognosci; uno modo in suo effectu, alio modo potest cognosci cogitatio, prout est in intellectu, & affectu, prout est in voluntate.

Prima conclusio: Cogitatio, prout est in suo affectu, potest ab Angelis cognosci. Probatur: Quia cogitatio sic sumpta potest ab homine cognosci; ergo multò magis ab Angelis, vel Dæmonibus, & tantò subtiliùs, quantò effectus huiusmodi fuerit magis occultus: Antecedens probatur; quia cogitatio cognoscitur interdum non solùm per actum exteriorem, sed etiam per immutationem vultus, & etiam Medici aliqui affectiones animi per pulsum cognoscere possunt. Consequentia verò probatur; quoniam Angeli, vel etiam Dæmones subtiliùs huiusmodi immutationes occultas corporales perpendunt. Quod probatur authoritate Augustini, vt patet in text'u.

Secunda conclusio: Cogitationes, prout sunt in intellectu & affectiones, prout sunt in voluntate, solus Deus potest cognoscere. Probatur primò ratione: Ea, quæ ex voluntate sola dependent, soli Deo sunt nota; at ex sola voluntate dependet, quod aliquis actu aliqua cogitet, seu consideret; ergo. Maior probatur: quia voluntas rationalis creaturæ soli Deo subiacet, & ipse solus in eam operari potest, qui est principale eius obiectum, & vltimus finis. Minor verò probatur: quia, cum aliquis habet habitum scientiæ, vel species intelligibiles in eo existentes, vtitur eis, cum vult.

Secundò probatur conclusio authoritate Apostoli primæ Corinth. 2. dicentis: Quæ sunt hominis, &c.

Expositio Textus.

DE prima conclusione nulla est difficultas: Cõmunis enim hæc est doctrina Patrũ, & scholasticorum. Intelligitur autem indistinctè ad duplicem cognoscendi modum, scilicet coniecturalem, & certum; nam, si videas Petrum scribentem, aut ambulantem, certò cognoscis, illum velle scribere, aut ambulare, & si videas, eum sacras imagines destruentem, suspicaris, aut credis, illum de earum veneratione, & de sanctorum cultu malè sentire.

Secundam conclusionem probant recentiores multi sacrarum litterarum oraculis, & sanctorum dictis. Legendi sunt Porrecta, Bannes, & Zumellus in expositione litteræ, Molina, Valentia, & Vasquez disp. 209. cap. 1. Præcipua loca sunt: Hierem. 17. *Prauum est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognoscet illud? ego Dominus scrutans cor, & probans renes.* 2. Paralip. 6. *Tu solus nosti corda filiorum hominũ.* Rom. 8. *Qui autem scrutatur corda Deus.* Act. 1. *Tu Domine, qui corda nosti hominum.* 1. Cor. 14. *Si omnes prophetent in Ecclesia, intret autem infidelis, vel idiota, ab omnibus conuincitur, ab omnibus iudicatur; quia occulta cordis eius manifesta fiunt, & cadens in terram adorabit Deũ pronũcians, quod verè Deus in vobis sit.*

Act. 1. 1. Cor. 14.

Porrect. Bannes Zumellus Molina. Valentia Vasquez. Hier. 17. 2. Paral. 6. Rom. 8.

Controuersia Vnica.

An, & quatenus cogitationes cordium sunt naturaliter Angelis occultæ, & quomodo eas cognoscant ad se directas.

Sententiæ Doctorum.

REferunt, & confutant hìc latissimè Bannes, Zumellus, Vasquez, & alij quidam opiniones Henrici, Heruei, Durandi, Gulielmi, Aegidij, Thomæ de Argentina, Scoti, & eius scholæ. Nos ex antiquiorum plàcitis solam referemus sententiam Scoti, quam sequitur, & tuetur Rada in sua 2. parte, controu. 8. art. 3. vbi quatuor eam explicat conclusiõibus. Prima conclusio est: Si sermo sit de cõgitationibus nostris futuris, nõ possunt præcognosci ab Angelo per certitudinem, neque ab ipsomet homine. Secunda: si sermo sit de cogitationibus, & affectionibus nostris, prout existunt in nobis, possunt dupliciter ab Angelo cognosci, scilicet certo, & per coniecturam. Tertia cogitationes, & affectiones nostri cordis, prout in corde existunt, non cognoscuntur de facto ab Angelis, sed à solo Deo. Quarta, & vltima eius cõclusio est: Si Angelus suæ naturæ relinquatur, potest viribus suæ naturæ cogitationes humani cordis, prout in ipso sunt, cognoscere, & vnus Angelus alterius affectiones. Hanc sententiam sequitur, vt probabilem Pesantius disp. 1. & Malonus in 2. sent. dist. 3. q. 17.

Bannes. Zumellus Vasquez. Henricus. Heruæus. Durandus Gulielm. Aegidius. Tho Argentinus. Rada. Pesantius. Malonus. Vasquez.

Vasquez dicit quatuor: Primum disp. 209. cap. vltimo: Nulla ratione philosophica efficaciter probari potest, secretum cordis vnius Angeli, aut hominis ab alio non posse cognosci. Secundum ibidem: Cum nobis constet ex patribus, & scriptura, secreta cordium nostrorum ab Angelis non cognosci, non est dicendum cum Scoto, hæc secreta natura sua nota esse vnicuiq; Angelo, & a Deo solo impediri, nè cognoscantur; quocirca ex sola scriptura, & Patrum doctrina nobis constat, secretũ cordis humani non esse intra latitudinem obiecti naturalis intelligibilis ab Angelo. Tertiũ disp. 210. cap. 2. Ratio D. Thomæ, & Caietani non probat cogitationes intellectus, seu cordis humani secundũ substantiam Angelo occultas esse, sed solùm, quatenus pendent ex libera voluntate, in quam solus Deus efficaciam habet. Quartum ibidem: Operationes voluntatis, quæ ex suo genere liberè sunt quo ad exercitium, sed elicitæ aliquando necessariò, & naturaliter ex inconsideratione, vel defectu considerationis in vtramque partem sunt Angelis occultæ.

Molina septem dictis suam explicat opinionẽ. Primum est: Angeli de facto neque cordis nostri cogitationes, & affectiones, neque aliorum Angelorum intelligunt. Secundum: consonantius

Molina.

Scri-

Scripturis ſanctis, atq; adeò probabilius exiſtimo, Angelo, ſuis viribus naturalibus cognoſcere non poſſe cogitationes, & affectiones cordium. Tertiũ Angelis non fuerunt datæ ſpecies intuitiuæ repræſentantes cogitationes, & volitiones cordium, & noſtras, & Angelorum, quia notitiam habent propriarum cogitationum, ac volitionum quaſi per experientiam, & ex propriis intellectionibus, & volitionibus conijcere poterãt ſimiles intellectiones, & volitiones in alijs notitia abſtractiua, quando eis manifeſtarentur ſignis, aliquibus per liberum arbitrium aliorum factis, vel ipſi intuerentur indicia earum; ſicut & nos ſine vllis alijs ſpeciebus, à ſpeciebus obiectorum quaſi per experimentum cognoſcimus cogitationes, ac volitiones noſtras, & ex noſtris ſimiles in alijs conijcimus. Quartum: Dicendum eſt, Angelos nunquàm habere intuitiuos cõceptus volitionum, aut cogitationum aliorum Angelorum, qui cum ipſis loquũtur, aut ab ipſis illuminantur, poſſe tamen habere intuitiuos conceptus earum rerum, de quibus illuminantur, aut de quibus alij cum eis loquũtur. Quintum: S. Thom. arbitratur, dum Angeli inuicem loquuntur, vnuſvè illuminat alterum, eum, qui mente audit, aut illuminatur, cognoſcere intuitiuè conceptus Angeli loquentis, conceptusq;, & volitiones tàm noſtras, quàm Angelorum eſſe ſolùm ſuapte natura alijs Angelis ignotas interim, dum is, cuius ſunt, non dirigit illas in alium, quo cum vult loqui; per liberam autem ſolam volitionem, ac directionem eorum in alium abſque alio ſigno, aut nutu, vult illa eſſe naturaliter nota ab eo tantùm, ad quem diriguntur, non verò ab alijs, eſſ. q; tunc cognoſcibilia conceptu intuitiuo. Quæ ſane difficillima ſunt intellectu nec nobis vera videntur. Sextum: Quia cognitio ſuapte natura non videtur cognoſcibilis intuitiuè, niſi formando illam, aut per ſpeciem notitiæ inferioris in potentiam ſuperiorem tranſmiſſam, quæ repreſentat obiectum, vt cognitum à potentia inferiori reſidente in eodem ſuppoſito, efficitur, vt cognitionem vnius ſuppoſiti cognoſcere intuitiuè non poſſit naturaliter alius ſuppoſitum, ac proinde, vt Angeli naturaliter non poſſint intuitiuè cognoſcere cogitationes noſtras, aliorumvè Angelorum. Septimum: Saluo meliori iudicio, puto, ex motibus, ſeu actibus appetitus ſenſitiui in corde, & hepate reſidentibus deriuari ad phãtaſiam ſpecies, quibus illos intuitiuè, & per experientiam cognoſcit. De volitionibus verò noſtris dicendum eſt, cum reſideant in ſpirituali potentia animæ, nempè in voluntate, nec ab intellectu diſtent, ipſaſmet ſufficientes eſſe, vt concurrant in modum ſpeciei intelligibilis cum intellectu, vt intellectus intuitiuam notitiam earum eliciat, animaque, & homo per intellectum experiatur ſe habere illas in ſeipſo; quod magis placet: vel dicendum eſt, ab illis produci ſpecies in intellectum, quibus eaſdem intuitiuè intelligit, quod minus approbo. Hæc ille.

Zumelli ſententia ad ſeptem præcipua dicta reducitur. Primum eſt: Angelus non poteſt virib. ſuæ naturæ cernere cogitationes, & affectiones liberas alterius Angeli: & oppoſitum dicere eſt cõtra ſcripturam. Secundum: Quamuis Angeli videant omnes actus exteriores, motus etiam ſenſus, & appetitus, non tamen priorius intelligunt, aut perpendunt modum, & rationem omnem, qua pertinent ad genus moris. Tertium: Dicere quod Angeli cognoſcant cogitationes cordis quantùm ad ſubſtantiam, & quantum ad illarum obiecta, non tamen quantùm ad conditiones illorum, aut quãtum ad finem, propter quem fiunt, neque, an ſint plenè de liberate, ſeu quantùm ad directionem in bonum, vel malum finem, non ſatisfacit argumentis ſanctorum, neque diuinæ ſcripturæ. Quartum: Probabile eſt, Angelum à principio ſuæ conditionis non accepiſſe ſpecies repræſentatiuas cogitationum cordis, ſed in eo inſtanti, quo Angelus alteri loquitur, & manifeſtat cogitationem liberam, alter Angelus de nouo accipit ſpeciem repræſentatiuam illius cogitationis: & ita inſinuat D. Thom. de verit. q. 8. artic. 13. & id eſſe ſatis probabile perſuadent Caietanus, & Ferrarienſis. Quintum: Probabiliſſimum eſt, quod Angeli in cognoſcendis cogitationibus cordium non acquirunt de nouo ſpecies, ſed habuerunt illas à principio ſuæ conditionis inditas; ſicut enim homo pertinet ad ordinem Vniuerſi, ſic & eius operationes morales, quæ à libero arbitrio procedunt, nec tamen intellectus Angelicus habent ſufficiens lumen ad cognoſcendum cogitationes cordium antequam manifeſtentur ab ipſo cognoſcente, quando loquitur. Sextum: Cogitationes liberæ non idcircò dicuntur occultæ, neq; ſubducuntur à naturali cognitione Angelici intellectus, quia ſunt excellentis entitatis, ſed dumtaxat propter modum præter naturalem, quem habent quantùm ad ſui productionem. Vltimum; Angelus non eſt ſufficienter conſtitutus in actu primo ad cognoſcẽdum intuitiuè actus alterius Angeli; per loquutionem autem fit, vt poſſit illos intuitiuè cognoſcere, ac proinde per eandem loquutionem Angeli factus eſt actus primus, qui ante loquutionem non erat.

S. Thom. caietanus Ferrar.

Caietanus hiç, & Ferrarienſis in 3. cont. gent. cap. 154. negant, Angelis inditas eſſe ſpecies, quibus cordium cogitationes illis reuelatas cognoſcant, nec tamen ſignificant, quibus eas ſpeciebus intelligant.

caietanus Ferrar.

Capreolus in 2. ſent. diſt. 8, q. 1. art. 1. & Bannes hic dicunt ex D. Thom. de Verita. q. 9. art. 4. ad vndecimum Angelum per ſpeciem innatã, per quam cognoſcit alium Angelum, cognoſcere etiam eius cogitationes, cum primum ei reuelantur ab alio. Conueniunt hi quatuor Thomiſtæ, & cum eis Zumellus, Valentia, & Albertinus in aſſignanda cauſa, propter quam ſint naturaliter Angelis occultæ cogitationes cordium.

Capreol. Banna.

Zumellus Alberti.

Reſolutio.

Diſtinguitur multiplex ſenſus quæſiti, genus operationis homini congruentis, & ordo rerum, ac operationum.

TRes ſunt huius noſtræ controuerſiæ partes in inſcriptione propoſitæ, quarum licet formaſic

Ferrarien.

ſit valde differens, eadem tamen omnium videtur esse definitionis, ac reſolutionis origo, ſi iacta ſuperius ex Auguſtino de ſpeciebus Angelicis teneamus memoria fundamenta, & vim rationis intelligamus, qua probatur in textu ſecunda concluſio; quibus tamen ſunt quædam neceſſariò præmittenda; vt vniuerſa ad rem propoſitam pertinentia, ſi non examinaſſe, ſaltem luſtraſſe videamur, & nihil appareat inconſultò prætermiſſum.

1. diſtinct. Bannes Zumellus Vaſquez.

Sciendum eſt igitur primò, dupliciter intelligi poſſe cogitationes cordium non eſſe naturaliter ab Angelo cognitas; vno modo de facto; alio modo de poſsibili, ſecluſa ſemper ordinatione conceptus Angeli cogitantis ad alium. De primo modo diſputant vberrimè Bannes, Zumellus, Vaſquez, & alij contra Durandum, Henricum, Herueum, & alios. De ſecundo modo diſputant etiam latè prædicti contra Scotum, & eius diſcipulos; de quo tamen inferius nonnulla dicemus. Sed præterea, ſiue negemus, ſiue affirmemus, eas primò, vel ſecundo modo cognoſci, dupliciter adhuc de earum cognitione loqui poſſumus; vno modo quo ad an eſt, ſiue quantùm ad actualem earum exiſtentiam in intellectu cogitantis: exempli gratia, an ſciat Angelus Gabriel, Petrum nunc de Deo cogitare, vel Raphaelem animal contemplari. Alio modo, vt videat quidem Gabriel Petrum de Deo cogitantē, & Raphaelem animal conſiderantem, non tamen cognoſcat, quæ de Deo Petrus cogitet attributa, qualiue rationes intelligat; neque, an per ſpeciem animalis intelligibilem cognoſcat nunc actu Raphael ſingulas animalis ſpecies, an vnam tantùm, ſcilicet hanc, vel illam, aut etiam plures, ſcilicet has, & illas determinatè. Vt autem oſtendemus inferius, neutro modo cognoſcit actu, aut cognoſcere poteſt naturaliter Angelus alterius Angeli, vel hominis cogitationes, niſi media loquutione cogitantis.

2. diſtinct.

Secundo notandum eſt, duplicem eſſe rerum ordinem: Primus eſt ſupernaturalium, eorum ſcilicet quæ totius naturæ ſuperant facultatem; ſicut gratia, charitas, lumen gloriæ, viſio, & fruitio beata, & actus fidei, ſpei, & charitatis. Secundus eſt naturalium tam rerum, quàm operationum, quæ naturæ potentiam actiuam, aut paſſiuam non excedunt, & ad vniuerſi pertinent complementum. Diſtinguuntur autem operationes ſic dictæ naturales, in naturales propriè ſumptas, & in liberas: Naturales propriè ſumptæ ſunt, quorum principia, ſiue potentiæ productiuæ ſunt ad vnum determinatæ; ſicut vis calefactiua ad calefaciendum, nutritiua ad nutriendum, & viſiua ad videndum; quæ, vt patet in exemplis adductis, diſtinguuntur in operationes naturales præcisè, ac ſtrictè ſumptas; quales ſunt calefacere, & frigefacere: & in operationes animæ vegetatiuæ, & ſenſitiuæ; vt vegetare, sēſire, & iraſci: Liberæ verò operationes ſunt, quæ, licèt facultatem potentiæ naturalis, (ſ. intellectus, & voluntatis non excedant, atq; ideo à ſupernaturalibus diſtinguantur, non eſt tamen earum productiua potentia, ſcilicet intellectus, aut voluntas ad vnum determinata, ſed oppoſita contradictoriè reſpicit, vel etiam contrarie, vt indifferens ad vtrumque; quamuis hæc indifferentia, ac proindè libertas non eadem ratione, ſiue modo conueniat intellectui, & voluntati, vt latè ſuprà q. 19. art. 10. declaranimus: Conueniunt autem animę potentię liberæ, quatenùs in ſeipſa ſubſiſtens eſt, ac penitùs independens à materia, & ſecundum eas ordinem habet ad Deum immediatè: cum eum per actum intellectus, & voluntatis attingat: Et præterea, ſicut Deus animæ ſubſtantiam ſuæ ſpirituali naturæ ſimilem de nihilo creauit, ſic & intellectū, & voluntatem ad eam naturaliter conſequentes produxit; & vtriq; principia largitur operandi, & voluntatem mouet ſolus ſufficienter, vt obiectū & inclinat efficaciter, vt agens phyſicè, ac intrinſecè mouens; Quò fit, vt ſoli Deo ſit ſubiecta voluntas, & ſolus ipſe poſſit in eam operari, vt hic affirmat S. D. & probat infra quæſt. 105. art. 4.

1. Thom.

Ex operationibus verò liberis, quædam elicitæ ſunt ab intellectu, aut à voluntate, quæ ſcilicet ſunt actus interni reſidentes in intellectu, aut voluntate, ſicut diſcurrere, & iudicare, quod eſt in intellectu, & amare, aut eligere, quod eſt in voluntate. Quædam verò ſunt, quæ nuncupantur imperatæ, vt loqui, ſcribere, pugnare, & ambulare, quæ per vires exercentur inferiores obſequentes intellectui dirigenti, ac voluntati mouenti, ex quibus, & ipſæ nimirùm ſubſeruientes hoc ipſo, quod liberis illis virtutibus obſequuntur, libertatem participant; ac proindè earum actus pertinent ad genus moris, ad quod primò, & præcipuè pertinent actus elicti intellectus, & voluntaris; quæ ſunt primæ cauſæ morales; quarum eſt ſuas actiones in finem, media ipſius finis ratione præconcepta, iudicio, & electione dirigere. Quo fit, vt homo ſecundum intellectum, & voluntatem ſpeciali gubernetur à Deo prouidentia, ab eoque pro bene geſtis præmia, pro delictis autem ſupplicia præſtoletur. Vtrumq; autem genus liberi operationis, vt libera eſt, à ſolo Deo, & ab ipſo operante cognoſci poteſt; vt optimè præſtat hic S. Th. argumento pro ſecunda concluſione. Ad cuius euidentiam,

Explicatur ſenſus, & vis probationis illius principij; Ea, quæ ex ſola voluntate dependent, ſoli Deo ſunt nota.

3. diſtinct.

TErtio explicanda eſt diligēter probatio illius maioris *Ea, quæ ex ſola voluntate*, (ſcilicet mouente,) *dependent, ſoli Deo ſunt nota*: quàm in textu probat S. D. quia voluntas rationalis creaturæ ſoli Deo ſubiacet, & ipſe ſolus in eam operari poteſt, qui eſt principale eius obiectum, & vltimus finis. Cum autem prædicta maior dictione habeat excluſiuā, duas etiam habet exponentes, alteram affirmatiuam, videlicet: ea, quæ ex voluntate dependent, Deo ſunt nota, & alteram negatiuam, videlicet: ea, quæ ex voluntate ſola dependent, nulli alteri à Deo ſunt nota; vtramque propoſitionem exponentem probat S. Thom. & primò affirmatiuam; Quoniam ex omnia Deo ſunt nota, quæ ſunt effectiuè, & finaliter ab eo mouente cauſata, ſed ea, quæ

quæ ex ſola voluntate dependent, vt cogitationes cordiũ, à Deo cauſantur effectiuè, & finaliter mouente; ergo. Maior patet. Minor probatur primò, quo ad illam partem; videlicet, effectiuè; quia voluntas ſoli Deo ſubiacet. Quod non eſt intelligendum quo ad cauſari, & conſeruari; ſic enim ſoli Deo ſubiacent etiam Angelorum ſubſtantiæ, cœleſtia corpora, & elementa; nec quo ad operari quocunque modo; ſic enim actiones elementorum naturales, & Solis illuminatio, & ſimilia ſoli Deo ſubiacent; & ſimiliter cœlorum motus ſolis motricibus intelligentijs, & Deo ſubiacent; cùm tamen hæc omnia naturaliter, & perfectè cognoſcantur ab Angelis. Interpretandum eſt ergo de ſubiectione voluntatis, vt eſt potentia propriè dicta, & de ſubiectione quo ad moueri tam ad actum primũ, quàm ad actum ſecundum ab eadem potentia elicitum. Dico, *potentia propriè dicta*: quę ſcilicet quandoque eſt in ſtatu potentiæ, quales non ſunt virtutes elementorum actiuæ, quæ ex parte ſui ſemper actu operantur, & potentia cœli paſſiua ad motũ, quæ numquam fuit ab eo ſeparata. Dico, *quo ad moueri*: quia; cum ſubiectio ſupponat rem ſubiectam, non dicitur propriè, & formaliter res Deo ſubijci per eam actionem, per quam à Deo conſtituitur in eſſe. Dico, *tàm ad actum primum, quàm ad actum ſecundũ*; quia potentię ſenſitiuę brutorũ ſunt quidẽ in potentia ad actum ſecundum, ſed non ad actũ primum: quia ſenſitiui prima mutatio fit à generante, vt ait Ariſtot. in ſecundo de Anima: & præterea non mouetur ſenſus à Deo obiectiuè, ſed à ſenſibili, & ideo non à ſolo Deo cognoſcitur. Poſtremò dico, *ab eadem potentia elicitum*: quia motus rei naturalis, aut violentus non eſt actus elicitus ab ipſa re mota, ſed naturalis admodum paſſionis reſultat: violentus autem eſt à mouente imperatus, & in re mota receptus. Actus autem voluntatis, vt voluntas eſt, eſt actus potentiæ propriè dictæ, quæ ſcilicet quandoque eſt in actu potentiali, etiam quo ad actum primũ, qui actus primus eſt obiectum ab intellectu apprehenſum, & iudicatũ vltimò iudicio practico: ab hoc enim ſolo poteſt moueri voluntas ad actum ſecundum, quem elicit ipſa voluntas.

Ariſtot.

Secundò probatur altera pars, videlicet, finaliter: quia Deus eſt principale volũtatis obiectum, cùm ſit vltimus finis, & bonum vniuerſale. Quam probationem explicat S. D. infrà q. 105. art. 3. & 4. & 1. 2. q. 9. art. 6. & ibidem expoſitores.

S. Thom.

Negatiuæ autem exponentis probatio colligi facilè poteſt ex textu per alteram negatiuam, quã indicat altera illa excluſiua, ſolus, cùm dicitur: *Soli Deo ſubiacet &c.* Sic itaq; poteſt probatio conſtrui: Intellectus creatus etiam Angelicus, eos tantùm ſecundarum cauſarum effectus poteſt cognoſcere naturaliter, qui cum aliqua, vel aliquibus cauſis ad eos determinatis connexionem habent naturalem, & dependentiam; iam autem conſtat ex dictis, cordium cogitationes nulli cauſarum naturalium naturaliter eſſe connexas, nec ab vlla earum, tamquam ab efficiente, vel finali cauſa, ſed à ſolo Deo ſecundùm vtrumq; cauſalitatis modum

A dependere, vt latè probat S. D. & expoſitores in locis paulò antè notatis. Species igitur Angeli intelligibiles, quæ ſunt formalia cognitionis eius principia, cordium cogitationes, actus ſcilicet liberos intellectus, & voluntatis repræſentare nõ poſſunt; quia vim eorum repræſentatiuam excedunt, & longè ſunt altioris ordinis, quam vniuerſa creata, naturaliter per Angelicas ſpecies repræſentata, & quam ipſæ ſpecies intelligibiles Angelorum. Per has enim ſolæ poſſunt repræſentari cauſæ naturales, & earum effectus, quia ſcilicet hæc tantùm naturalem habent connexionem cum ordine rerum naturali: cùm igitur ſpecies Angelicæ ſola naturalia, & naturaliter repræſentent, ad eundem ordi-
B nem, ſcilicet rerum naturalium eas pertinere neceſſe eſt. Cordium igitur cogitationes, cùm ſint actus liberi, atq; ideo ſint altioris ordinis, quàm res quæcunq; naturalis, & conſequenter quàm ipſæ ſpecies intelligibiles, haud poterunt per eas, abſolutè loquendo, naturaliter repræſentari.

Quos actus voluntatis cognoſcat Angelus naturaliter.

QVartò aduertendum eſt, voluntatem poſſe dupliciter actum, vel effectum producere: Vno modo naturaliter, & neceſſariò: alio modo liberè: Cùm voluntas operationem, aut effectum produ-
C cit naturaliter, nuncupatur voluntas, vt natura; quoniam agit per modum naturæ, quæ eſt ad vnũ neceſſariò determinata: Cùm autem liberè produ cit, dicitur, vt voluntas, operari: quia ſic agit modo voluntati proprio, prout diſtinguitur ab alijs virtutibus, ſiue potentijs naturalibus: ſic enim agit vt indifferens ad oppoſita contrariè, vel etiam contradictoriè. De qua re videndus eſt Caiet. ſup. q. 41. art. 2. & infrà q. 60. art. 1. & q. 82. art. 1. & 2. & quæ notauimus in ſecunda controuerſia ad dictum art. 2. q. 41. Poteſt autem voluntatis actus tribus modis eſſe naturalis, ſiue neceſſarius: Primò quo ad ſpecificationem tantùm, & non quo ad
D exercitium; & hic ſimpliciter liber eſt, prout à voluntate producitur; poteſt enim illum producere, & non producere; atq; ideo non poteſt ab vllo intellectu creato cognoſci. Secundò poteſt actus voluntatis eſſe naturalis vtroque modo, ſcilicet quo ad ſpecificationem, & quo ad exercitium; ſicut actus, quo diligit Angelus naturaliter ſeipſum, & Deum; & hic cognoſcitur à quolibet Angelo naturaliter, cum ad ordinem pertineat naturalem. Tertiò poteſt actus eſſe naturalis vtroq; modo prædicto, non ex ſui natura, ſed ex modo, quo producitur, ſeu ex tali diſpoſitione, ſeu magis imperfectio-
E ne principij, à quo dependet; quia ſcilicet abſq; deliberatione producitur; vt motus voluntatis primò primi, & hos poteſt etiam naturaliter Angelus cognoſcere; quamuis, ſi liberè manuteneat, ſeu cõſeruet eos voluntas, ſic non poſſint ab Angelo cognoſci; quia ſic verè liberi ſunt, & ex intellectus iudicio, ac deliberatione procedunt, & modum accipiunt, ac moralem ſpeciem à priori diuerſam. Actus autem, vel effectus ab aliena voluntate productus, prout voluntas eſt, ideſt, prout eſt indifferens ad vtrumlibet, ſi modum habeat libertatis ex ipſa

Actus voluntatis naturalis tripliciter.

voluntate

voluntate participatum, à nullo poteſt Angelo cognoſci naturaliter, ſed à ſolo Deo propter iam dictam cauſam, quia ſ. altioris ordinis eſt, quam ſpecies Angeli intelligibilis, & quam eius obiectum naturale. Et quamuis hic ſermo ſit de actu, & effectu voluntatis creatæ, ſi tamen extendatur etiam ad effectum diuinæ voluntatis, verum eſt, quod diximus; licèt enim Deus ſua libera voluntate creauerit Vniuerſum, ipſi tamen, & eius partibus modum contulit non liberum, ſed naturalem, quo totum vnum integrum, atq; perfectum medio naturali, pulcherrimoq; rerum ordine conſtituerent: liberis autem actibus intellectus, & voluntatis modum tribuit libertatis intrinſecum: adeò vt ſuprà totum naturalem rerum ordinem eleuentur: Et de elicitis quidem, & internis perſpicuè conſtat ex dictis, eos prædictum modum habere libertatis. De imperatis autem, & externis diſtinguendum eſt: nam quo ad eorum ſubſtantiam connexionem habent cum rebus naturalibus, circa quas exercentur, & ideo cognoſcuntur ab Angelis, immò, & ab hominibus, ſed quo ad modũ libertatis in eis participatum à ſolo Deo, & ab ipſomet operante certò cognoſci poſſunt: vt (exempli gratia) quo fine fiãt, an ex iudicio, & deliberatione procedant, & ſimilia: Quod idem dicendũ eſt de actibus phantaſiæ, & appetitus ſẽſitiui, vt hic explicat S.D. ad tertiũ.

Actus imperati.

S. Thom.

Vnum Angelum alterius Angeli, & animæ ſeparatæ, ac hominis cogitationes cognoſcere per ſubſtantiam ipſius Angeli cognoſcentis, & per ſpeciem, qua loquentis perſonam intelligit.

POſtremò ſupereſt inueſtigare, num Angelus ſpecies aliquas habeat connaturales, quibus cordium cogitationes poſſit cognoſcere, cum ſibi fuerint à cogitante reuelatæ, & quæ nam ſint hæ ſpecies. Caiet. enim hic, & Ferrar. in dicto c. 154. ſatis aperte negant, Angelis inditas eſſe ſpecies intelligibiles, quibus cordium cogitationes intelligant. S. Thom. autem huic dubitationi variè reſpondet. Nam de Verit. q. 8. art. 13. ait, cordium cogitationes ab Angelis non poſſe cognoſci per ſimilitudines rerum naturalium. Et de Verit. q. 9. art. 4. ad 11. ita loquitur: *Vnus Angelus cogitationem alterius cognoſcit per ſpeciem in natam, per quam alium Angelum cognoſcit: quia per eandem cognoſcit omnes, quod cognoſcit in alio Angelo. Vndè, quàm citò Angelus ſe ordinat ad alium Angelum ſecundum actum alicuius formæ, ille Angelus cognoſcit eius cogitationem: & hoc quidem dependet à voluntate Angeli, ſed cognoſcibilitas naturæ Angelicæ non dependet ex voluntate Angeli, & ideo non requiritur loquutio in Angelis ad cognoſcendam naturam, ſed ad cognoſcẽdam cogitationem tantùm.* Hæc ibi. In 2. verò ſent. diſt. 11. q. 1. art. 3. ad 4. ſic ait: *Angelus, præcipuè beatus ſemper eſt in actuali conſideratione ſui ipſius, & per conſequens eorum, quæ ad ipſum pertinent; quorum omnium ipſe eſt ratio cognoſcendi, nihil enim prohibet plura intelligi ſimul, quæ vna ratione cognoſcuntur; quam citò autem vnus Angelus ordinat loquutionem ſuã ad alterum, efficitur loquutio eius de pertinentibus ad illum, & ità ab eo cognoſcitur, &c.* Quibus verbis ſignificat S.D.

Cajetanus Ferrar. &c. S. Thom.

A Angelum per ſui ſubſtantiam aliorum cogitationes ad ſe directas, velut ad ſe pertinentes intelligere.

Pro difficultatis huius ſolutione ſupponenda ſunt ea, quæ ſuprà diximus in hac q. art. 2. contr. 2. de cognitione complexionum contingentium; quas diximus ab Angelo cognoſci per eãdem ſpeciem, per quam ſubſtantiam, quæ ſubiectum eſt complexionum, intelligit: cum igitur Angelum cogitare de cœlo, vel de terra ſit quædam complexio contingens, conſequens eſt, vt cognoſcatur ab Angelo per eandem ſpeciem, per quam cognoſcit Angelum cogitantem: Et quemadmodum hæc cõ
B plexio contingens quæ eſt, ſortem currere, non repræſentatur in ſpecie, qua ſortes cognoſcitur, niſi fuerit actu ſortes currens, ità nec in ſpecie intelligibili repræſentante Raphaelem intellectui Gabrielis relucet cogitatio, quam habet actu Raphael de Thobia, niſi Raphael ipſam voluntariè ordinauerit ad Gabrielem; per hanc enim ordinationem acquirit connexionem cum naturali ſubſtantia Gabrielis, ſic enim fit ad eum pertinens, atque ita rerum naturalium ordinem ingreditur, vt iam poſſit in ſpecie cõgenita repræſentari, ſicut & aliæ complexiones contingentes ad ordinem naturæ pertinentes. Habet igitur Angelus ſpeciem quaſi
C in actu primò repræſentantem cordium cogitationes: Sed, quoniam eas non repræſentat in actu ſecundo, etiam cum fuerint actu in ipſo cogitante, niſi fuerint ab eodem in alterum ordinatæ, vt ſ. ab eo cognoſcantur: ideo quandoq; negauit S. Th. & cum eo Caietanus, & Ferrar. Angelis inditas eſſe ſpecies naturales, quibus poſſent cogitationes cordium intueri; ſicut ſpecies habent congenitas cæterarum complexionum repræſentatiuas, quas, cùm actu fuerint in rerum natura, cognoſcut; quia ſcilicet per ſe, pertinent ad ordinem naturalium; cogitationes autem per ſe, & ex ſui natura ſunt altioris ordinis, quam omnia naturalia, & ab extrinſeco, & quaſi per accidens. ſ. per dictum voluntatis ordinem conſtituuntur ſecundum quid in ordine naturalium: Cum itaq; cogitationes per ſe ſint extrà, & ſuprà totum ordinem naturalium, non poſſunt, per ſe loquendo, per ſpecies Angelorum intelligibiles repræſentari, quæ ſola naturalia repræſentant. An autem per illas ſpecies conſtituatur Angelus ſufficienter in actu primo ad cognoſcendum alterius Angeli cogitationes, negat Zumellus dicens, per loquutionem Angeli fieri quandam impreſſionem, quæ ſit intenſio, vel extenſio, ſpeciei præexiſtentis in audiente per nouam efficientiam: quam doctrinam ſuo loco falſam eſſe
E probabimus. Dicendum eſt autem, Angelum per ſpecies illas eſſe quodammodo in actu primo, quia ſ. illi ſpeciei nihil deeſt, vt actu repræſentet, niſi dicta cõditio. ſ. ordinatio: Sicut etiam ſpecies repræſentatiua contingentium eſt ſufficienter in actu primo, quia nihil illi deeſt, vt actu repræſentet, niſi eorum exiſtentia. Dixi autem quodammodo, quoniam, vt antè diximus, cogitationes cordium non niſi per accidens per ſpecies intelligibiles Angelorum repræſentantur. Et, quia cogitatio

eſſe dicit. D. Thom. Cajetani, & Ferrar.

Zumellii dictũ reijcitur.

Actus primus.

fini-

Digitized by Google

ſimpliciter quidem pertinet ad Angelum cogitantem, cum ſit eius perfectio, ad eum autem Angelum, ad quem dirigitur, vt intelligatur ab eo, non pertinet, niſi ſecundum quid, ratione ſcilicet habitudinis ad ipſum; ideo ſimpliciter loquendo, dicēdum eſt, cogitationem; verbi gratia, Raphaelis à Gabriele cognoſci per eam ſpeciem, per quam intelligit Raphaelem, quamuis eandem etiam cognoſcat, vt ad ſe pertinentem per ſuam ſubſtantiam, per quam ſeipſum, & alia ſui ipſius accidentia cognoſcit: Neque abſurdum eſt, eandem rem, ac præſertim accidens, ab eodem Angelo per diuerſas ſpecies intelligi: Multorum enim ſententia eſt, accidentia per accidens, quæ ſcilicet non ſunt rebus connaturalia, per duplices ſpecies intelligi; nam ſecundum abſolutam eorum conſiderationē habent accidentia illa proprias ſpecies à ſpeciebus ſubſtantiarum diſtinctas, quibus intelligūntur ab Angelis: ſed quatenus, vt affectiones ſubſtātiarum conſiderantur, per eaſdem ſpecies cognoſcuntur ab Angelis, quibus eorum mentibus ſubſtantiæ repræſentantur; ſicut etiam Angelus proprias cogitationes per duplicem ſpeciem intelligit. ſ. per ſubſtantiam ſuam, cuius ſunt perfectiones, & accidentia, & per eandem ſpeciem, per quā rem cogitatam intelligit: ſed hæc ſecunda cognitio reflexa eſt, vt ait Capreolus in 2. ſent. diſt. 8. q. 1. in reſponſione ad 15. argumentum Scoti contra primam concluſionem.

Duplex modus cognoſcēdi.

Capreol.

Quæ autem diximus de cogitatione vnius Angeli reſpectu alterius, intelligenda ſunt etiam de cogitatione animæ ſeparatæ tàm reſpectu Angeli, quàm reſpectu alterius animæ ſeparatæ, & de cogitationibus hominis reſpectu Angeli: Licet. n. non ſit naturale, aut morale commercium inter hominem, & Angelum eſt tamen naturalis proportio cognoſcibilis ad cognoſcentem inter hominē, & Angelum, & ſimiliter inter intellectum hominis ſpecie, & intellectione, ſeu cogitatione perfectum cum ordinatione conceptus ad Angelum, & ipſum Angelum, ad quem fit ordinatio conceptus; ſi namq; corporis groſſitiæ, nec aliquo alio impeditur Angelus, quo minus videat ſpecies exiſtentes in intellectu Petri, nullum etiam habebit impedimentum, nè cogitationem videat ex eiſdem ſpecibus conceptam, & ad ſe directam. Quare non eſt audiendus Zumellus oppoſitum, vt probabilius, in quæſtione ſua quarta ad hunc articulum ſuſtinens.

Cogitationes animę ſeparatæ.

Zumelli ſententia reijcitur.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: Poteſt Angelus cognoſcere naturaliter cogitationes, & affectiones alterius Angeli, vel hominis naturales ſecūdo, & tertio modo. Probatur Primò; quia hæc pertinent ad ordinē naturalium; cùm naturalem habeant connexionē cum cauſis, & rebus naturalibus: conſequuntur. n. naturam, vel abſolutè, vt naturales ſecundo modo, vel ſic diſpoſitam, vt naturales tertio modo. Secundò; quia naturalia ſecundo modo pertinent ad naturalem perfectionem Angeli.

Secunda concluſio: Angelus neque de facto cognoſcit liberas cogitationes cordium in actu poſitas, neq; poteſt ſuis viribus naturalibus ſibi dimiſſis eas cognoſcere, niſi ei reuelentur à cogitante. Concluſionem hanc quo ad vtramq; partem probant latiſsimè recentiores prædicti, & præſertim Bannes, & Zumellus in ſua ſecunda quæſtione ad hunc articulum. Bannes. Zumellus

Tertia concluſio: Rationes philoſophicæ, quib. probat S. D. ſecretum cordis vnius Angeli non poſſe naturaliter, etiam quo ad ſubſtantiam ab altero cognoſci, ſunt optimè concludentes. Hæc, licet ex dictis firma ſatis eſſe videatur, probatur tamen adhuc alijs duobus argumentis D. Tho. Primum eſt de malo q. 16. art. 8. ex quo loco Capr. in 2. ſent. d. 8. q. 1. art. 1. tale format argumentum: Illius ſolius eſt actualem cogitationem humani cordis cognoſcere, cuius eſt motum voluntatis cognoſcere, ſed actualem motū cognoſcere ſolius Dei eſt, & hominis illa volitione volētis; igitur ſolius Dei, & hominis cogitantis eſt actualem ſuam cogitationem cognoſcere. Maior patet: Quia actualis cogitatio immediatè dependet à voluntate. Minor probatur: Quia operatio, vel motus ex ſummo rerum ordine immediatè dependens non poteſt percipi, niſi à cauſa ſic mouente, & à mobili ſic moto, &c. Secundum argumentum colligitur etiam ibidem à Capreolo ex q. 8. de verit. art. 13. & eſt idem ferè cum præcedente: Formatur autem à Capreolo dupliciter Primò ſic: Ad cognitionem alicuius actionis præexigitur cognitio principij proprij illius actionis, vel ſaltem receptio illius actionis: ſed volitio humana eſt actio, cuius proprium principium non poteſt naturaliter ab Angelo cognoſci, nec talis actio poteſt in Angelo (.ſ. ab eo, qui volitionem elicit diuerſo) recipi; ergo non poteſt ab Angelo naturaliter cognoſci propria, & directa cognitione. Secundò ſic ab eodem formatur: Cui non conuenit naturaliter actus primus, nec ei conuenit actus ſecundus: ſed Angelus non habet naturaliter actum primum reſpectu huius actus ſecundi, qui eſt cognitio propria, & diſtincta volitionis humanæ: igitur, &c. Minor patet; quia ſpecies intelligibiles intellectus Angelici non ſunt naturaliter repræſentatiuę propriè, & directè motuū volūtatis ob dictam cauſam. Quod autem hæc argumēta ſint efficacia, clarius eſt, quam quòd alijs egeat argumentis comprobari. S. Thom. Capreolus

Quarta cōcluſio: Actus exteriores imperati cognoſcuntur naturaliter ab Angelis quo ad ſubſtantiam actus, non autem quo ad omnem modum libertatis in eis participatum: Quod idem dicendū eſt de actibus cogitatiuæ, ſeu phantaſiæ, & appetitus ſenſitiui, prout à voluntate mouetur. Colligitur hæc concluſio ex reſponſione ad tertium præſentis articuli, vbi duo dicit S. D. Primum eſt, Angelum non cognoſcere motum appetitus ſenſitiui, & apprehenſionem phantaſticam hominis, ſecundum quod mouetur à voluntate, & ratione. Secundum eſt, non ſequi: Si Angelus cognoſcit, quod eſt in appetitu ſenſitiuo, vel phantaſia hominis, quod cognoſcat id, quod eſt in cogitatione, vel voluntate: quia intellectus, & voluntas non ſubiacent appeti- S. Thom.

Digitized by Google

petitui ſenſitiuo, ſed poſſunt eis diuerſimodè vti. Videtur igitur admittere S. Thom. poſſe Angelum cognoſcere actus appetitus, & phantaſiæ quo ad ſubſtantiam, ſed tamen eos non cognoſcere, prout ſubduntur vſui voluntatis: igitur multò magis cognoſcit Angelus externos actus imperatos, vt ambulationem, & pugnam quo ad eorum ſubſtantiã (quos etiam nos cognoſcimus,) quamuis non omnem modum, libertatis in eis participatum intelligat. Dixi autem quo ad omnem modum, nã hunc vnum ſaltem poſſunt cognoſcere, videlicet tales actus liberè fieri, cum tamen non videat, ex qua intione, aut electione; & ex quanto voluntatis conatu, aut intenſione proueniant.

Quinta concluſio: Cogitatio vnius Angeli cognoſcitur ab altero Angelo, primò quidem per ſpeciem, qua cognoſcit Angelum cogitantem, ſecundariò verò per propriam eſſentiam ipſius Angeli cognoſcentis, ſuppoſita ſemper ordinatione cogitationis ad ipſum. Hæc concluſio patet ex dictis, & per eam conciliantur dicta D. Thom. quæ videntur oppoſita, & excluduntur phantaſiæ Molinæ, quæ nullum habent ex philoſophia fundamentũ.

Molinæ phantaſia reijcitur. Vaſquez.

Argumenta, & ſolutiones.

CONtra primam concl. argumẽtatur Vaſquez: Idẽ affectus volũtatis in ſe omninò immutatus poteſt eſſe ſucceſsiuè liber, & neceſſarius ſola extrinſeca denominatione proueniente ex attentione, aut inconſideratione rationis; at hæc extrinſeca variatio ſufficiens non eſt, vt eadem ſubſtantia affectus in ſeipſa immutata modo cognoſci poſsit, modo non poſsit; ergo, ſi affectus liberi voluntatis vnius Angeli, aut hominis ab alio Angelo cognoſci non poſsũt, idem de naturalibus, & neceſſarijs ex ſola inconſideratione dicendum eſt, quos primò primos appellamus: contra verò dicendum eſt, affectus, qui ex ſua natura circa tale obiectum naturales, & neceſſarij ſunt quoad exercitium, ſemper à quocunq; Angelo cognoſci, & eadem ratione dicẽdum eſſet de actibus intellectus, quatenus ſunt cogitationes ſecundum ſubſtantiã, ſiue liberè ex plena conſideratione, ſiue naturaliter, & neceſſariò ex inconſideratione eliciantur, notos eſſe Angelis; quia ſemper ſunt eiuſdem naturæ; ergo, ſi ſemel cognoſcantur, ſemper cognoſci poterunt, ſiue naturaliter, ſiue liberè eliciantur. Probatur ſecunda propoſitio, illa ſcilicet. At hæc extrinſeca variatio ſufficiens non eſt, vt eadẽ ſubſtantia affectus, &c. quia eadem entitas in ſe immutata cum intellectu ſemper comparari poteſt eodem modo.

Reſpondetur primò, falſam eſſe primam propoſitionem, formaliter loquendo; quamuis enim ſit idem actus materialiter, qui primò abſq; conſideratione elicitur, deinde cum conſideratione continuatur, non eſt tamen idem formaliter; quia conſideratio cõſtituit ipſum in genere moris, & eleuat ipſum ſupra totum ordinem naturalium, & hoc ipſo reddit illum occultum Angelico intellectui, nõ ſolùm quo ad rationem moris illi ſuperadditam, ſed etiam ſecundum præ exiſtentem eius ſubſtantiam; ſit enim ea conſideratione totus liber.

Secundò dico, talem actum non ſola extrinſeca denominatione, ſed ſecundum ſeipſum formaliter, & intrinſecè liberum eſſe, cum eliciatur à voluntate, præuio rationis iudicio, quæ eſt propria ratio actus liberi nam, etſi ſit eadem actus ſubſtãtia materialiter, differt tamen moraliter, & ex cõſideratione, & iudicio rationis accedente tranſit ex ordine naturalium in ordinem liberorum, ac proindè de ordine manifeſtorum in ordinem occultorum; quod idem dicendum eſt proportionaliter de cogitationibus intellectus.

Contra ſecundam concluſionem, quo ad primã eius partem ſunt argumenta, quæ referunt, & ſoluunt Capreolus, Bannes, Zumellus, & alij. capreolus Bannes Zumellus Durandus

Contra eandem partem argumentatur Durandus in 2. ſent. diſt. 8. q. 5. Si voluntarium ſoli Deo cognitum eſt, quia voluntarium eſt, ex aliqua harum quinq; conditionum prouenit. ſ. aut quia voluntas ſoli Deo ſubiacet quo ad cauſari: & ex hoc non; quia ſic etiam materia prima, & eſſentia animæ ſoli Deo eſſent nota: aut quia ſoli Deo ſubiacet quo ad moueri, & ex hoc non, quia ſic etiam motus primi mobilis, ſi à ſolo Deo eſſet, illi ſoli cognitus eſſet: aut quia libera eſt formaliter; & ex hoc non, quia libertas eſt à coactione, non à cognitione: aut quia eſt indeterminata ad vtrumq; oppoſitorum, & ex hoc non; quia indeterminatio tollitur cogitatione poſita in actu; iam enim determinata tunc eſt, aut quia à voluntate fit, & ex hoc præciſè non; quia ſic omnis actus imperatus à voluntate eſſet ſoli Deo notus, & ſic etiam exteriores voluntarij ignoti eſſent Angelis.

Reſpondet Capr. dicens, voluntarium eſſe ſoli Deo cognitum propter ſecundam conditionem; quia ſcilicet volutas ſoli Deo ſubiacet quo ad moueri, ſiue quo ad motum, qui motus voluntatis nõ eſt aliqua natura fixum eſſe habens, nec habet neceſſariam, aut determinatam connexionem, aut dependentiam ad aliquam cauſam naturalem ſed ſolùm ad cauſam diuinam; nec poteſt ad ſui cognitionem mouere intellectum; nec Angelus habet concreatam ſibi ſpeciem intelligibilem naturaliter repræſentatiuam alienæ volitionis ſufficiẽter; ita vt, tali volitione poſita in eſſe ſtatim ſimpliciter repræſentetur in intellectu Angelico; atq; ideo nullus intellectus Angelicus propria virtute naturali poteſt videre alienam cogitationem in ſeipſa, niſi fortè cogitatio ipſa, per volitionem cogitantis ad Angelum ordinetur. capreolus

Secundò reſpondet, nullam operationem intellectus, aut voluntatis, ſenſus, aut ſenſualitatis poſſe propriè cognoſci, niſi cognito proprio ſuo obiecto, ut dicitur in ſecundo de anima: obiectum autem comparatur ad actum, ut principium, uel ut finis, ſiue ut cauſa efficiens, uel finalis, & ideo non poteſt cognoſci uolitio, niſi cognoſcatur eius obiectum, aut finis: Voluntas autem non reſpicit pro proprio obiecto, & fine aliquod particulare bonũ, ſed bonum in communi, cuius radix eſt ipſe Deus; quod autem tendat in hoc, uel illud bonum particulare, & determinatum accidit uoluntati, ut uolun-

Digitized by Google

ſuntas eſt, ac proinde actus eius, inquantum huiuſmodi, nullam connexionem habet ad aliquod particulare obiectum, ſed ſolùm ad bonum vniuerſale, & ad Deum, tanquam ad ſua motiua, & ad finem ſuum. Quod autem actus voluntatis terminetur ad aliquid in particulari, & ad aliquod particulare bonum, & finem particularem, hoc procedit ex motione Dei inclinantis voluntatem magis ad hoc, quàm ad illud: prima enim motio voluntatis eſt à Deo ſecundùm Ariſtotelem in c. de Bona fortuna, vt refert S. Thom. infra quæſt. 105. art. 4. & 1. 2. q. 9. art. 5. & q. 17. art. 5. ad 3. & 3. cont. gent. cap. 89. & alibi. Ad quid autem in particulari Deus velit inclinare voluntatem, ſolus Deus nouit, & ille, qui fit à Deo inclinatur. Hæc ferè ad verbum Capreolus.

Ariſt. S. Thom.

Reſponſio Caiet.

Ab his reſponſionibus non differt reſponſio Caiet. ex doctr. D. Thom. dicentis, cogitationes cordium quo ad eſſe actuale in particulari non repræſentari (intelligo ſufficienter) per ſpecies innatas, quia liberæ ſunt, non ſolùm à coactione, ſed etiam à dependentia, & connexione cum naturalibus, ex quo ſequitur, vt ſint altioris ordinis, quam ſint omnia naturalia; adeò vt ex eo, quòd voluntas, vt volens, A, vel B, eſt ſupra totum ordinem cauſarũ, & effectuum naturalium, non repræſentetur per ſpecies impreſſas Angelis: quia ſpecies repræſentatiuæ tantum ſunt cauſarum, & effectuum naturalium, &c. ſicut latè ſuperius explicauimus.

Inſtantia Vaſquezij

Sed aduerſus vtrumque ſcilicet Capreol. & Caiet. inſurgit Vaſquez pluribus argumentis. Primũ eſt: Multa ſupplent Caiet. & Capreol. in ratione S. Thom. quæ ipſe S. Doc. non excogitauit. Probatur antecedens: quia nuſquam vnam ex illis propoſitionibus in eo inuenies, ſed tantùm aſſumit, ſolum Deum operari in voluntatem noſtram, vt indè colligat, affectus, & motus liberos illius à ſolo Deo poſſe cognoſci, qui ſolus in illam operatur. Secundò, Capreolus pro ſua voluntate, & abſque fundamento principium illud aſſumit: Secreta cordis humani, vel Angelici neque ex ſe mouent intellectum alterius Angeli, vt cognoſcantur, nec alius Angelus habet ſpecies illorum ab initio congenitas; ergo. Tertiò: quia parum refert, quod aſſumit Caiet. nempè ſecreta cordium non repræſentari per ſpecies rerum naturalium, & in intellectu Angeli ſolum eſſe ſpecies rerum naturalium, ergo. Probatur antecedens: primò: quia non videtur impoſſibile, per eandem ſpeciem cum Angelo repræſentari plura diuerſi generis, vt ſubſtantiam, & accidentia illius; ergo non repugnabit, repræſentari ſecreta cordium, & eſſentiam voluntatis, vel ſubſtantiam Angeli. Secundò; quia, licèt admittamus, affectus, & operationes liberas voluntatis per ſpecies omninò diſtinctas à ſpeciebus rerum naturalium cognoſci, probandum tamen erat, in intellectu cuiuſcunque Angeli non eſſe ſpecies ſecretorũ cordium, ſicut aliarum rerum, vel, ſi re vera non ſunt, probandum erat, Angelum ſuapte natura poſtulare in creatione ſua ſpecies aliarum rerum ſibi infundi, aut congenerari, non autem ſecretorũ cordium, ſi omnis cognitio Angeli ſit per ſpecies, aut certè, ſi Angelus ſine ſpeciebus elicere poteſt aliarum rerum cognitionem, probandum erat, intellectum eius virtute ſua naturali non poſſe ſecreta cordium cognoſcere, ſicut poteſt res alias. Si autem aliquis dicat, cognitionem fieri per ſpecies impreſſas, quibus intellectus Angeli elicit cognitionem, & per nullas ſpecies poſſe repræſentari ſecreta cordium, quia ſecreta ſunt libera, ſpecies autem quæcunque eſt ordinis naturalis. Contra hoc eſt manifeſta ratio: ſequeretur enim nec de potentia Dei abſoluta dari poſſe ſpecies impreſſas ſecretorum cordis, aut notitiam propriam illorum: ſiquidem ſpecies illa, & cognitio eſſet ordinis naturalis, & per rem ordinis naturalis, hoc eſt non liberam, res liberæ repræſentari non poſſunt. Quod ſi fateamur dari poſſe ſpecies naturaliter repræſentantes tam in actu primò, quàm ſecundo ſecreta cordium, probandum erat, quare non infunderentur Angelo naturaliter, ſicut reliquæ aliarum rerum. Poſtremò (inquit) iuxta ſententiã horum authorum, ſi rationi eorum innitendum eſt, cogitationes cordis humani, vel alicuius Angeli poterũt ab alio Angelo cognoſci, quatenus cogitationes ſunt, & ſecundùm ſubſtãtiam ipſarum; circa quid nimirum verſentur, & quid de illo affirment, vel negent. Probatur conſequentia; quia ſunt elicitæ à principio naturali, & ſecundùm ſuam naturã ſunt ordinis entium naturalium: ſolum autem liberæ ſunt extrinſecè, quatenus pendẽt aliquo modo ex voluntate libera: quæ quidem connexio eſſe poteſt abſque aliqua intrinſeca mutatione facta in actu ipſo cogitationis ex eo ſolum, quod cum ratione aduertente, cum indifferentia voluntas mouet intellectum ad cogitandum; quæ quidem libertas formaliter non eſt affectio intellectus, ſed voluntatis; ergo ſecundùm horum authorum ſententiam dicendum videtur, ſolum liberas voluntatis affectiones, & intentiones occultas eſſe: ac proindè ẽt in quem finem cogitationes dirigantur; ipſas tamen cogitationes ſecundùm ſuam ſubſtantiam, quatenus ſunt operationes intellectus, non eſſe occultas alteri Angelo.

Reſpondetur ad primum, omnes, & ſingulas propoſitiones aſſumptas à Capreolo, & Caietano contineri formaliter, aut virtualiter, mediatè, vel immediatè in diſcurſu D. Thomæ. Nam, ſi ſolus Deus poteſt in voluntatem operari, & illam mouere, vt primum agẽs, & obiectum, ac vltimus finis, ſequitur euidenter, voluntatem non habere neceſſariam, aut determinatam connexionem, aut dependentiam ad aliquam cauſam naturalem, vel ad aliquod bonum particulare, ſed ad ſolam cauſam diuinam, & ſolùm bonum vniuerſale, vt probat Capreolus; alioquin poſſet voluntas ab alio, quam à Deo efficaciter moueri. Ex quo præterea ſequitur voluntatem, vt liberè operantem eſſe altioris ordinis, quã res naturales; ex quo ſequitur, non poſſe voluntatis affectionem mouere ad ſui cognitionem alienum intellectum; alioquin neceſſariam, & naturalem haberet habitudinem ad aliquã rem ordinis naturalis, qualis eſt intellectus. Sequitur tertiò, Angelum non habere congenitam

ſpeciem repræſentatiuam cogitationis aut voli-
tionis alterius Angeli, quia ſpecies Angelorum ea
tantum repræſentant, quæ naturalem habent con-
nexionem cum rebus naturalibus.

Ad ſecundum dico, Capreolum ſupponere id,
quod ſupra quæſt. 55. art. 2. probatum eſt, videli-
cet ſpecies Angelorum non eſſe à rebus acceptas,
& Angelos eorum tantum habere ſpecies congeni
tas, quæ ad ordinem pertinent Vniuerſi naturalē,
vt ibi probat S. Doct. ex Auguſt. 2. ſuper Geneſ. ad
litt. cap. 8.

Ad tertium contra Caietanum negatur antece
dens. Ad primam probationem negatur conſequē
tia ob dictam cauſam; quia ſcilicet cogitationes
cordium non pertinent ad ordinem naturalem: &
per hoc ſatisfit etiam ſecūdæ probationi; Nec di-
cimus nos, ſpecies, per quas Angeli intelligunt co
gitationes ſibi reuelatas, eſſe diuerſas ab ijs, quib.
intelligunt naturalia, nec erat hic locus probandi,
Angelos indigere ſpeciebus ad intelligendum. Ad
illud autem, quod pro inconuenienti deducit, ni-
mirum ex hac doctrina ſequi, non poſſe de poten-
tia Dei abſoluta dari ſpecies ſecretorum cordium
naturaliter repræſentatiuas in actu primo, vel in
actu ſecundo: *Dico* primò, per nullam ſpeciem à
Deo creabilem, quæ ſit ordinis naturalis, poſſe co
gitationes cordium repræſentari ſufficienter in a-
ctu primo, ita ſcilicet, vt ex hoc ſolùm, quod actu
ſunt in cogitante, repræſententur in ſpecie abſque
alio ordine ad eum, qui debet eas cognoſcere; ſic
enim ſpecies ageret naturaliter vltra ſuam virtu-
tem; quia, cum ipſa ſit ordinis naturalis, extende-
retur ad repræſentandum id, quod eſt ſupra totū
ordinem naturalium. Secundò dico, poſſe dari ſpe
ciem ſupernaturalem repræſentantem cordiū co-
gitationes in actu primo, antequā ſint, & in actu
ſecundo, cum actu fuerint in cogitante.

Ad vltimum negatur illatio. Ad probationem
negatur aſſumptum quo ad omnes eius partes; qa
vox hæc: *Cogitatio cordis*: non ſignificat purum, &
ſolùm actum intellectus, ſed actū intellectus, pro-
ut à libera voluntate mouetur; adeò vt hac libera
motione remota, tollatur ratio cogitationis cor-
dis propriè dictæ. Non habet ergo cogitatio cor-
dis principium naturale; ſed liberum, nec libera ſo
lum eſt extrinſecè, ſed intrinſecè: quoniam cogita
tio cordis dicit actum intellectus, vt participan-
tis, & claudentis ſaltem virtualiter, & intrinſecè
actum voluntatis liberè mouentis.

Contra eandem concluſionem, & reſponſiones
argumentatur alij. Primò: Angelus cognoſcit affe
ctionem ſuam liberam per ſubſtantiam propriā,
tanquam per ſpeciem, quæ tamen eſt ordinis natu
ralis, & naturaliter, ac neceſſariò repræſentat; er-
go poteſt etiam dari ſpecies in altero Angelo, quę
naturaliter eandem affectionem repræſentet.

Reſpondetur primò, affectionem Angeli hoc ip
ſo, quod oritur ab eius eſſentia, media voluntate,
naturalem ordinem ad eam habere, non quidem
abſolutè, quaſi naturaliter, ac neceſſariò produca
tur, ſed quia talis eſt naturæ, vt, ſi producenda ſit,
non niſi à tali principio vitali liberè operāte pro-
duci poſſit. Secundò dico, ſubſtantiam Angeli eſſe
formaliter ordinis naturalis, ſed tamen virtuali-
ter cōtinere ordinem liberum, quia ſcilicet ex ea,
veluti ex radice pullulant intellectus, & voluntas,
quæ ſunt potentiæ liberæ, & principia proxima a-
ctuum liberorum. Tertiò: Ad argumentum nega-
tur conſequentia: quoniam alterius Angeli ſubſtā
tia, vel ſpecies non continet virtualiter actum libe
rum huius alterius Angeli, ſicut cōtinet proprios,
quos etiam non poſſet ſubſtantia repræſentare na
turaliter, niſi prædicto modo naturalem ad eam
haberent habitudinem.

Secundò: Amor, quo Deus amat ſeipſum, eſt in
ordine naturali, ideſt eorum, quæ ſunt determina-
ta ad vnum; quia amat ſe neceſſariò, & tamen eſt
altioris ordinis, quàm ſit amor liber ſecūdùm ter-
minationem extrinſecam, quo amat creaturas; er-
go falſum eſt res liberas eſſe altioris ordinis, quā
ſint res naturales.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam; quo-
niam illud principium *D.* Thom. Capreoli, & Ca-
ietani, videlicet liberum eſt altioris ordinis, quā
naturale, intelligendum eſt limitatè, ſcilicet in or
dine ad obiectum contingens, quod non poteſt eſ-
ſe, niſi res creata: exempli gratia; Petrus percutit
Ioannem, & Leonem: vterque ſumit de Petro vin-
dictam, ſed Ioannes præuio rationis iudicio, & p
actum liberum ſuæ voluntatis; Leo, verò per natu
ralem actum æſtimatiuæ, & per actum ire, qui eſt
naturalis appetitus vindictæ, qui eſt inferioris or-
dinis reſpectu actus liberi. Immò liberum creatū,
vt liberum ſecundùm totam ſuam latitudinē, quæ
continet eſſentiam intellectualem, ac eius poten-
tiam, & actum, altioris ordinis eſt, quàm quodcū-
que naturale creatum ob rationem in textu poſi-
tam, quia ſcilicet liberum, vt ſic, ſoli Deo ſubeſt,
qui ſolus poteſt ī illud operari, &c. His adde Deū
quatenus eſt naturæ liberæ, ideſt intellectiuæ, &
volitiuæ, eſſe quid nobilius ſeipſo, prout eſt natu-
ra, quædam naturaliter ad tales actus determina-
ta; quoniam hoc illi conuenit quod in ei commu-
ne cum alijs naturis illud autem eſt gradus in eo
nobiliſsimus.

Rada

Tertiò arguit Rada: Res liberæ, poſtquam ſunt
productæ, iam ſunt determinatæ, ſicut alię res na-
turales, ergo poſſunt per ſpecies naturaliter repræ
ſentari.

Reſpondetur, actiones liberas in hoc inſtanti
productas poſſe dupliciter conſiderari: Vno mo-
do in ſenſu compoſito; & ita ſunt neceſſariò deter
minatæ; ſed hęc eſt neceſſitas ſecundùm quid, ſci-
licet ſuppoſitionis; Alio modo poſſunt conſiderari
in ſenſu diuiſo, & ita ſunt ſimpliciter liberæ, quia
procedunt à cauſa in eodem inſtanti, & pro eodē
inſtanti potentiam habente producendi, & non
producendi talem actionem ita vt ſit potentiæ ſi-
multas, non autem potentia ſimultatis. Ad argu-
mentum itaque negatur antecedens; quoniā alia-
rum rerum determinatio eſt neceſſaria ſimplici-
ter, hęc autem ſecundum quid eſt neceſſaria, libe-
ra verò ſimpliciter. Secundò negatur conſequen-
tia: quia ex hac determinatione nullam accipiunt

conne-

cõnexionem, aut dependentiã à rebus naturalib.

Contra ſecundam partem eiuſdem ſecundæ cõcluſ. ſunt argumenta Scoti, quæ poſt Capreol. referunt Caiet. & alij recentiores, quibus etiam argumentis vtitur Rada, qui reſponſiones non impugnat, niſi leuibus quibuſdam motiuis iam ſolutis.

Vaſquez. Contra tertiam concluſionẽ militant argumenta Vaſquez, & aliorum adducta contra ſecundam concluſionem, & ea, quæ referunt, & ſoluunt Capreol. Caietanus, Banues, Zumellus, & alij, quorũ tamen ſolutio colligi facilè poteſt ex iactis ſuperius fundamentis.

Rada. Contra ſecundam concluſionem argumentatur Rada: Primò: Operatio voluntatis elicita nullam in ſe habet libertatem, ſed dicitur operatio libera, quia elicita à potẽtia libera; ita vt dicat intrinſecum ordinem ad illam; ergo, ſi occultatur intellectui, vel hoc fit per actum voluntatis priorem, vel ſolum ex eo, quod huiuſmodi ordinẽ dicit ad voluntatem: Primum dici non poteſt; quia tunc illius primæ volitionis eſſet ponenda alia volitio, qua occultaretur, & daretur proceſſus in infinitũ: Si ſecundum, contra; quia ille ordo, quem volitio dicit ad voluntatem, tamquam ad cauſam, eſt ab Angelo ex proprijs viribus cognoſcibilis; ergo per illum non manet occulta: & ſi ex ſua natura ꝯ ipſo, quod libera eſt, occultatur intellectui Angelico; ergo voluntas non poteſt eam intellectui manifeſtare, nec poterit eam cognoſcere. Probatur illatio: quia ex natura ſua non eſt cognoſcibilis ab Angelo; & videtur fatuum aſſerere, quod huiuſmodi actus ſint ab intellectu creato cognoſcibiles eo ſolo, quod voluntas creata velit.

Reſpondetur primò falſum eſſe antecedens, & implicare contradictionem; nam hoc ipſo, quod operatio eſt elicita à potentia libera, & ad eam dicit ordinem intrinſecum, eſt formaliter, & intrinſecè libera. Secundò dico, talem operationem occultari alieno intellectui ex eo, quod libera eſt, nõ ſolum à coactione, ſed etiam à dependentia, & cõnexione cũ naturalibus, vt hìc ait Caietanus poſt Capreolum. Vel, & in idem redit, ideo occulta eſt volitio, quia dicit ordinem ad voluntatem, & nullam habet dependentiam, & connexionem cum naturalibus. Ad primum argumentum contra hãc partem negatur aſſumptum, ſcilicet talem ordinẽ eſſe ab Angelo ex proprijs viribus cognoſcibilẽ. Ad ſecundum dico, volitionem ex natura ſua, hoc ipſo, quod libera eſt modo dicto, ſcilicet etiam à dependentia, & connexione cum rebus naturalib. occultari: Nec tamen ſequitur, voluntatem non poſſe eam intellectui manifeſtare; quia hoc ipſo, quod Angelus cogitans ordinat ſuam cogitationẽ ad alium, illa cogitatio iam habet ordinem, & cõnexionem ad rẽ ordinis naturalis, ſcilicet ad ſubſtantiam illius Angeli; ſic enim fit vnum de pertinentibus ad illum; atque ideò poteſt ab eo cognoſci: actiones autem voluntatis imperatæ hoc ipſo, quod exercentur exterius, connexionem habent cum rebus ordinis naturalis, ſine quibus fieri, aut eſſe minimè poſſent.

Caietanus. Capreolus.

Contra quartam argumẽtatur Rada: Actiones imperatæ à voluntate ſunt in duplici differentia; nam quædam ſunt, quæ etiam abſque imperio voluntatis fieri poſſunt; vt actiones phantaſiæ, & appetitus ſenſitiui: Quædam verò ſunt, quæ etiam quo ad ſubſtantiam à ſola poſſunt effici voluntate; vt rectè ratiocinari, & loqui; ſed vtraſq; poteſt Angelus cognoſcere naturaliter; ergo. Antecedens quo ad ſecundam partem ab aduerſarijs conceditur. Prima verò probatur: quia, quod eas nequeat intelligere certò, in cauſa eſt, quia natæ ſunt à diuerſis cauſis oriri, videlicet à voluntate, & ab appetitu ſenſitiuo, vel ſenſu abſque voluntatis imperio, & cum fiunt, cauſam earum ignorat; ſed hoc non obſtat; ergo. Probo minorem; Angelus cognoſcit quidditatem, & naturam prædictarum operationum, cum actu ſunt; ergo cognoſcit, an liberæ, vel naturales ſint. Conſequentia eſt nota; aliàs non earum naturam non intelligeret, cum liberum, & naturale genera ſint diuerſa ad quidditatem rei ſpectantia.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens, formaliter loquendo, quo ad vtramque partem; Neutrum enim genus actionum imperatarum, quatenus imperatæ ſunt, poteſt ab Angelo cognoſci quo ad omnem modum, quo ſubſunt vſui, & imperio voluntatis; cum præſertim non cognoſcat finem, in quem à voluntate diriguntur. Secundò negatur Angelũ cognoſcere quidditatem, & naturam operationũ primi generis, cum actu ſunt; eo quod earum natura ab earum effectiua cauſa dependeat, quam nõ poteſt Angelus naturaliter intueri; non enim poteſt lumine ſui intellectus naturali cognoſcere, nũ motus hic phantaſiæ, vel appetitus ſit ex imperio voluntatis, nec quomodo, vel ad quem finem vtatur eo voluntas, quamuis motum illum materialiter exiſtentem cognoſcat.

Alia eiuſdem authoris argumenta coincidunt cum argumentis Scoti à Capreolo, & Caietano ſolutis, nec nouas afferunt difficultates, & ex iam dictis facilè diluuntur.

Zumellus. Contra eandem concluſionem ſunt argumẽta, quæ tangit, & ſoluit Zumellus in ſua prima quæſt. ad hunc articulum in reſponſione ad ſecundum ſuum argumentum.

Molina. Contra vltimam concluſionem argumentatur Molina: Angeli propriarum cogitationum, & volitionum quaſi per experiẽtiam ſine infuſione aliarum ad id ſpecierum habent cognitionem, & ex proprijs intellectionibus, & volitionibus conijcere poterunt ſimiles intellectiones, & volitiones in alijs notitia abſtractiua, quando fuerint eis manifeſtatæ ſignis aliquibus per liberum arbitrium aliorũ factis; ergo. Antecedens probatur; quia quiuis noſtrum experitur ſe intelligere, quando intelligit, & ſe velle, quando vult, & ex his actibus cõijcit alios ſimiles in alijs; ergo ſimiliter & Angeli.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens, ſi ſermo ſit de cognitione cogitationum, & affectionum abſque vlla media ſpecie. Ad eius probationẽ negatur aſſumptum in eodem ſenſu; hos enim actus nõ niſi reflexè, & per ſpeciẽ obiecti cognoſcimus.

Contra eandem concluſionem argumentatur

Zumellus. Primò: ſpecies Angelicæ primò, & per ſe repræſentant res naturales, & conſequenter ea, quę habent neceſſariam connexionem cum alijs rebus naturalibus; at actus liberi non habent neceſſariam connexionem cum alijs rebus naturalibus, ſed ſunt ſuperioris ordinis, & rationis; ergo.

Reſpondetur, actus liberos vnius Angeli ordinatos ad alterum Angelum habere cum eo connexionem, & ſic ab eo poſſe cognoſci, tam per ſpeciē repræſentantem Angelum cogitantem, quàm per eſſentiam ipſius Angeli cognoſcentis, vt ante diximus: Et quia per accidens actus liber pertinet ad ordinem naturalem, ratione ſcilicet talis additæ connexionis, ideò per nullā ſpeciem per ſe primò poteſt repræſentari, ſed ſecundariò tantum.

Secundò: Angelus non poteſt intuitiuè cognoſcere iſtos actus antè loquutionem, ergò non habet ſpecies, quib. cognoſcat liberas cogitationes. Antecedens probatur; quia Angelus in ſeipſo non eſt ſufficienter conſtitutus in actu primo ad habēdam talem notitiam intuitiuam. Probatur hoc aſſumptum, & conſequentia; nam, ſi eſſet cōſtitutus in actu primo per lumen, & ſpecies, non poſſet occultari ab Angelo, ſed ſolum à Deo miraculosè poſſet occultari. Manifeſtatur hoc ex ſenſibilibus; impoſsibile eſt enim, vt ſpecies ſoni deferatur vſque ad auditum, & quod auditus in ſe rectè ſit diſpoſitus ad audiendum, & tamen quod ille ſonus ſit occultus auditui: & idem eſt in obiecto viſibili; ergo à fortiori in ſpiritualibus, maximè cum in illis non ſit dependentia à medio extrinſeco.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam. Ad eius probationem dico, Angelum ex ſe ſufficienter eſſe conſtitutum in actu primo, nec tamen cognoſcere cogitationes ante loquutionem propter defectum conditionis neceſſariò requiſitæ ex parte rei repræſentatæ; quia ſcilicet ſecundùm ſe non eſt ordinis naturalis; per dictam autem ordinationem fit pertinens ad audientem, & conſequenter fit ordinis naturalis; & ideò repręſentatur in ſpecie poſt dictam ordinationem, & non antè, non propter defectum ſpeciei, vel actus primi, ſed propter defectum conditionis neceſſariò requiſitæ, vt in actu ſecundo poſsit repræſentari. Exemplum autem ex ſenſibilibus non eſt ſimile; quoniam hæc ſuapte natura pertinent ad ordinem naturalem, nec aliam exigunt cōditionem, vt mouere poſsint medium, & ſenſum: ſed quemadmodum hæc mouere non poſſunt, nec ſentiri, niſi prius exiſtant, & ſi ſpeciem haberent ſenſui congenitam, ſic actus liberi non repræſentantur in ſpecie, niſi prius trahantur ad ordinem naturalium; ſic enim fiunt repræſentabiles actu per ſpeciem, & fiunt obiecta proportionata in rōne terminatiui. Et ex his ceſſant alia eiuſdem expoſitoris argumenta. Quæ verò trahi poſſunt ex quæſtione de loquutionibus Angelorum, ſuo loco diluenda reſeruamus.

ARTICVLVS V.

Vtrum Angeli cognoſcant myſteria gratiæ.

Inf. n. 94 a. 1. ad 4 & q. 106 a. 1. ad 2 & in phe 3. l. c. 3 6. Et 5. ſuper Gen. c. 1. circumcid. to. 3

AD quintum ſic proceditur. Videtur, quòd Angeli myſteria gratiæ cognoſcant. Quia inter omnia myſteria, excellentius eſt myſterium Incarnationis Chriſti; Sed hoc Angeli cognouerunt à principio, dicit enim Aug.* 5. ſuper Gen. ad litt. quod ſic fuit hoc myſterium abſconditum à ſæculis in Deo, vt tamen innoteſceret principibus, & poteſtatibus in cœleſtibus. Et dicit Apoſtol. 1. ad Timot. 3. quòd apparuit Angelis illud magnū Sacramentum pietatis. Ergo Angeli myſteria gratiæ cognoſcunt.

2 Præterea. Rationes omnium myſteriorū gratiæ, in diuina ſapientia continentur. Sed Angeli vident ipſam Dei ſapientiā, q̄ eſt eius eſſentia; ergo Angeli myſteria gr̄ę cognoſcūt.

3 Præterea. Prophetæ per Angelos inſtruūtur, vt patet per Dionyſ. 4. cap. Angelicæ Hierar. ſed Prophetæ myſteria gratiæ cognouerunt, dicitur enim Amos 3. Non faciet dominus verbum, niſi re. ſe. ſuū ad ſeruos ſuos Prophetas. Ergo Angeli myſteria gr̄æ cognoſcūt.

Sed cōtra eſt, quòd nullus diſcit illud, quod cognoſcit; ſed Angeli etiam ſupremi quærunt de diuinis myſterijs gratiæ, & ea diſcunt. Dicitur enim* 7. cap. cęleſt. Hier. quòd ſacra Scriptura inducit quaſdam cœleſtes eſſentias ad ipſum Ieſum, quæſtionem facientes, & addiſcentes ſcientiam diuinæ eius operationis pro nobis, & Ieſum eas ſine medio docentem, vt patet Iſa. 63. vbi quærentibus Angelis. Quis eſt iſte, qui venit de Edom? reſpondit Ieſus: Ego, qui loquor iuſtitiam. Ergo Angeli nō cognoſcunt myſteria gratiæ. Ca. 7. poſt medium.

Reſpondeo. Dicēdum, quòd in Angelis eſt cognitio duplex. Vna quidem naturalis, ſecundùm quam cognoſcunt res, tum per eſſentiam ſuam, tum etiā per ſpecies innatas. Et hac cognitione, myſteria gratiæ Angeli cognoſcere non poſſunt. Hæc enim myſteria, ex pura Dei voluntate dependent. Si enim vnus Angelus non poteſt cognoſcere cogitationes alterius ex voluntate eius dependentes, multò minus poteſt cognoſcere ea, quæ ex ſola Dei voluntate dependent. Et ſic argumentatur Apo. 1. Cor. 2. Quæ ſunt hominis, nemo nouit, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt: ita, & quæ ſunt, Dei. Eſt autem, & alia Angelorum cognitio, quæ eos beatos facit, qua vident verbum, & res in verbo. Et hac quidem viſione cognoſcunt myſteria gratię, non quidem omnia, nec æqualiter omnes, ſed ſecundùm quòd Deus voluerit eis reuelare: ſecundùm illud Apoſt. 1. Corinth. 2. Nobis autem reuelauit Deus per ſpi-

ſpiritum ſuum: ita tamen, quòd ſuperiores An-
geli perſpicacius diuinam ſapientiam cõtem-
plantes, plura myſteria, & altiora in ipſa Dei
viſione cognoſcunt, quæ inferioribus manife-
ſtant, eos illuminando. Et horum etiam myſte
riorum quædam à principio ſuę creationis co
gnouerunt; quædam verò poſtmodum, ſecun-
2.d.11.q.1 a.4.& op. 1.c.16. & Epheſ.3. lect.3. dum quod eorũ officijs cõgruit,* edocentur.

Ad primum ergo dicendum, quòd de my-
ſterio Incarnationis Chriſti dupliciter contin
git loqui. Vno modo in generali: & ſic omni-
bus reuelatum eſt à principio ſuæ beatitudi-
nis. Cuius ratio eſt, quia hoc eſt quoddam ge
2.d 319 nerale principium, ad quod omnia eorum offi
cia ordinantur. Omnes enim ſunt adminiſtra-
torij ſpiritus, vt dicitur Heb. 1. in miniſterium
miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt
ſalutis; quod quidem fit per Incarnationis my
ſterium. Vnde oportuit de hoc myſterio om-
nes à principio communiter edoceri. Alio mo
do poſſumus loqui de myſterio Incarnationis,
quantum ad ſpeciales conditiones: Et ſic, non
omnes Angeli à principio de omnibus ſunt e-
Argu. ſed contrà. docti: imo quidam etiam ſuperiores Angeli
poſtmodum didicerunt, vt patet per authori-
tatem Diony.* inductam.

Ad ſecundum dicendum, quòd licèt Ange
D. 366. li beati diuinam ſapientiam contemplentur,
non tamen eam * comprehendunt. Et idcò
non oportet, quòd cognoſcant, quicquid in
ea latet.

Ad tertium dicẽdum, quòd quicquid Pro-
phetæ cognouerunt de myſterio gratiæ per
reuelationem diuinam, multò excellentius eſt
Angelis reuelatum. Et licet Prophetis ea, quæ
Deus facturus erat circa ſalutem humani gene
ris, in generali reuelauerit, quędam tamen ſpe
cialia Apoſtoli circa hoc cognouerunt, quæ
Prophetæ non cognouerant, ſecundùm illud
Epheſ.3. Poteſtis legentes intelligere pruden
tiam meam in myſterio Chriſti, quod aliis ge
nerationibus non eſt agnitum, ſicut reuelatum
eſt ſanctis Apoſt. eius. Inter ipſos etiam Pro-
phetas, poſteriores cognouerunt, quod prio-
res non cognouerunt, ſecundùm illud Pſalm.
118. Super ſenes intellexi. Et Gregor.* dicit, q
per ſucceſsiones temporum, creuit diuinæ co-
Homil 16 in Ezech. à medio il lius. gnitionis augmentum.

Senſus quæſiti.

MYſteria gratiæ ſunt gratuita diuinæ volun-
tatis opera totum naturæ ordinem excedẽ
tia, & in ſalutem humani generis ordinata; vt In-
carnatio Verbi, Paſsio, & Reſurrectio Chriſti, ſa-
cramenta Eccleſiæ, conuerſio gentium, & alia per
Prophetas prædicta, aut per antiquę legis ſacra-

A menta præfigurata, ſiue ſint ſupernaturalia quo
ad ſubſtantiam, ſiue quo ad modum tantùm. Ver-
bum autem, *cognoſcant*, indiſtinctè ſumendum eſt
ad cognitionem Angeli naturalem, & ſupernatu-
ralem; quamquam de ſupernaturali præcipuè ſer-
mo ſit; quia de naturali, ſtantibus ſupradictis ar-
ticulo primo, quæſtionis primæ, & quæſt. 32. art. 1.
nulla ferè videtur eſſe poſſe difficultas; quam nihi
lominus prima ſua concluſione S.D. excludit.

Forma Textus.

Diſtinctione præmiſſa, reſpondetur quæſito duabus
concluſionibus. Diſtinctio eſt: In Angelis duplex
B *eſt cognitio: Vna naturalis, ſecundùm quam cognoſcunt*
res tum per eſſentiam ſuam, tum etiam per ſpecies innã
tas: altera beatifica, qua vident Verbum, & res in
Verbo.

Prima concluſio: Angeli cognitione naturali myſte
ria gratiæ cognoſcere non poſſunt. Probatur: Myſteria
gratiæ ex pura voluntate Dei dependent; ergo ea non co
gnoſcunt Angeli cognitione naturali. Cõſequentia pro-
batur à maiori ad minus; nam, ſi unus Angelus non po-
teſt cognoſcere cogitationes alterius ex eius voluntate
dependentes, multò minus poteſt cognoſcere ea, quæ ex
ſola Dei voluntate dependent. Probatur hæc conſequẽ
tia authoritate Apoſtoli, qui 1. Corinth. 2. ſic argumen-
C *tatur: Quæ ſunt hominis, nemo nouit, niſi ſpiritus homi*
nis, qui in ipſo eſt, ita & quæ ſunt Dei, nemo nouit, niſi
ſpiritus Dei.

Secunda concluſio: Tres habent limitationes eſt: An-
geli cognitione beatifica cognoſcunt myſteria gratiæ, nõ
quidem omnia, neque æqualiter omnes, neque ſimul.
Probatur concluſio authoritate Apoſtoli. 1. Cor. 2. dicẽ
tis. Nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſuum.
Prima limitatio relinquitur probata in argumento: ſed
contra authoritate Diony. Secunda verò probatur; quia
ſuperiores Angeli perſpicacius diuinam eſſentiam con-
templentes, plura myſteria, & altiora in ipſa Dei viſio-
ne cognoſcunt, quæ inferioribus manifeſtant eos illumi-
D *nando. Vltima verò probatur; quoniam horum myſte-*
riorum quædam à principio ſuæ creationis cognouerũt,
quædam verò poſtmodum, ſecundùm quòd congruit eo-
rum officijs.

Expoſitio Textus.

ADuertenda ſunt hìc duo diligenter: Primum
eſt: Diuum Thomam diſtinguendo cogni-
tionem Angelicam ſub vno membro totã expreſ-
sè complecti cognitionis naturalis latitudinem,
ſub altero verò non omnes ſupernaturalis notitiæ
modos exprimere, ſed vnum tantùm, ſcilicet co-
gnitionem beatificam, qua vident Verbum, & res
E in Verbo, cum tamen ſecunda concluſio, prout eã
explicat S. Thom. in fine corporis, & Caietanus, & Caiet.
alij, & reſponſiones ad primum, & ſecundum ar-
gumentum manifeſtè ſignificet, ſub hoc ſecundo
membro contineri totam ſupernaturalis notitiæ
latitudinem. Cuius ratio poteſt eſſe quadruplex.

Prima, quia cæteræ cognitiones omnes ſuper-
naturales, vel ad beatificam ordinantur, vt Fides,
& Prophetia, vel ex ea deriuãtur, vt reuelationes,
quæ ad inferiores Angelos medijs ſuperiorum il-

luminationibus deriuantur, quæ diuini Verbi viſionem, veluti accidentia concomitantur, non ſtatim, neque ſimul, ſed opportuno tempore, & ſucceſsiuè iuxta ſucceſsiuam diſpoſitionem, & congruentiam officiorum, ac ſtatus eorum, quibus diuina ſunt reuelanda myſteria.

Secunda ratio poteſt eſſe; quia S. Thom. hic loquitur de cognitione ſupernaturali, non quacumque, ſed euidenti, aut de ea potiſsimè.

Tertia demum eſſe poteſt; quia loquitur hìc S. D. præcipuè de beatis Angelis, qui ſtatim poſt vnum actum meriti beatitudinem ſunt adepti, in qua perſpicuè maximum ſalutis noſtræ myſteriũ, ſcilicet Incarnationem Verbi cognouerunt.

Vltima eſt; quia poteſt triplicitèr, aliquid in Verbo cognoſci: Primò formaliter, quando ſcilicet eodem actu cognoſcitur, quo Verbum videtur: Secundò cauſaliter, quando ſcilicet ex actu illo intellectus, quo videtur Verbum, cauſatur alius actus cognitionis inferioris ordinis ad rem aliquã creatã terminatus. Tertiò diſpoſitiuè, ſeu inchoatiuè, cognitione ſcilicet viæ ſupernaturali: hæc .n. diſpoſitio eſt, & inchoatio beatificę viſionis, qua

Ioan 20. videtur Verbum, & res in Verbo iuxta illud Ioan. 20. *Beati, qui non viderunt, & crediderunt*: quo dicto ſignificatur, eos qui fide cognoſcunt, & credunt myſteria gratię eſſe beatos in ſpe, ſiue imperfectè, & inchoatiuè, quod etiam eleganter expreſsit A-

1. Cor. 13. poſt. 1. Cor. 13. cum dixit: *Videmus nunc per ſpeculũ in ænigmate; tunc autem facie ad faciem: Nunc cognoſco ex parte; tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum*, & permiſcrat. *Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus: cum autem venerit, quod perfectũ eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.* Hos omnes tres modos viſionis in Verbo, quibus tota contineatur ſupernaturalis notitiæ latitudo comprehendit S. D. ſub nomine cognitionis beatificæ, qua res videntur in Verbo: Et ex his apparet ſenſus, & conſonãtia verborum authoris in corpore, & in reſponſionibus ad argumenta, & ſolutio dubitationis à Caietano propoſitæ diſpoſitiuè, cognitione, ſcilicet viæ ſupernaturali, quæ diſpoſitio eſt ad viſionem Verbi, & eorum, quæ videtur in Verbo, clarè perſpicies, hic ſub vno beatificæ viſionis vocabulo totam ſupernaturalis cognitionis latitudinem fuiſſe comprehenſam, & ſenſum, ac conſonantiam intueberis verborum auctoris in corpore, & in reſpõſionibus ad argumenta, & dubitationem à Caietano propoſitam facilè ſolues.

Secundum eſt, vim rationis, qua probat S. Doc. primam ſuam concluſionem in hoc poſitam eſſe, quod ea, quæ ex ſola dependent libera Dei voluntate, quæ ſcilicet nullam habent dependentiam, aut connexionem naturalem cum alijs cauſis naturalibus, aut rebus ad ordinem Vniuerſi naturalem pertinentibus, non poteſt Angelus virtute ſui intellectus naturali cognoſcere: cuius principij veritas ſatis conſtat ex dictis in art. præcedenti. Tũc verò maximè liberè Deus cognoſcitur operari, quando ſupra totum ordinem rerum naturalium aliquid ex ſola ſuæ voluntatis omnipotentis electione producit.

A Zumelius quæſtione ſua prima ad hunc articulum ſatis eruditè quæſitum illud reſoluit: Num. ſ. Angelus per naturale lumẽ cognoſcere poſsit myſteria gratiæ, antequàm fiant. Zumelius

Prima Controuerſia.

An poſsit Angelus virtute ſui intellectus naturali cognoſcere myſteria gratiæ.

Diſtinguuntur differẽtiæ, & gradus myſteriorum gratiæ, & partes Controuerſiæ.

B MYſteria gratiæ, quę ſcilicet ex ſola Dei gratuita voluntate dependent, tres habent differentias, & plures gradus. Prima differentia eſt eorum, quæ ſupernaturalia ſunt tam quo ad modum, quam quo ad ſubſtantiam, vt gratia, charitas, lumẽ gloriæ, & alij cõſimiles habitus, & qualitates ſupernaturales, quas nonnulli realitates appellant ſupernaturales. Secunda differentia eſt eorum, quæ ſupernaturalia ſunt, non quo ad ſubſtantiam, ſed quo ad modum ſe tenentem, tam ex parte principij, quàm ex parte termini.

C Habet hæc differentia plures gradus: Primus eſt Vnionis hypoſtaticæ humanitatis cum Verbo; quæ ſecundùm aliquos modum dicit realem ſupernaturalem in humanitate Chriſti Verbo coniunctã; Sed melius cum alijs dicendum eſt, vnionem hanc ad primam ſupernaturalium differentiam pertinere; eo quòd dicat eſſe ſubſtantiale in compoſitione conſiſtens, quod eſt Deum eſſe hominẽ, & hominem eſſe Deum; quod manifeſtè conſtat eſſe ſupernaturale; & quia compoſitum hoc naturã implicat humanã, quæ eſt ordinis naturalis; ideò dicunt aliqui, myſterium hoc ex parte termini, & quantum ab ſubſtantiam partim eſſe ſupernaturale, ratione ſcilicet perſonalitatis diuinæ terminantis humanam naturam, & conferentis ei modum ſupernaturalem; & partim naturale, ratione humanę naturæ præcisè conſideratę; ſed cathegorematicè ſumptum, totum eſt ſupernaturale. Primus igitur gradus eſt exiſtentiæ corporis Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ; in quo, licèt ſit verum Chriſti Corpus, & naturale, modus tamen ibidem exiſtendi totus eſt ſupernaturalis. Secundus gradus eſt exiſtentiæ per ſe accidentium in Euchariſtia; hic enim modus exiſtendi nulla poteſt effici virtute naturali. Tertius gradus eſt deſitio, ſiue abſentia ſubſtantiæ panis in Sacramento, quæ panis deſitio, vel abſentia, quamuis nihil reale ponat in Sacramento perſeuerans, ponit tamen negationem ad modum priuationis naturæ præcedẽtem dictum modum eſſendi per ſe accidentium, & cum eo manentem; ac proinde ad ſupernaturalem modum Sacramenti pertinentem. Quartus eſt ſecundùm aliquos penetratio corporis cum corpore; quæ modum videtur includere ſupernaturalem.

Tertia differentia eſt eorum, quæ ſupernaturalia ſunt, non quo ad modum ſe tenentẽ tantùm ex parte principij, quæ dicuntur ſupernaturalia in fieri: vt ſuſcitatio mortui, quæ terminatur ad vitam naturalem, & illuminatio cæci, quæ terminatur ad

vim,

vim, & actum videndi naturalem, & partus Virginis, in quo ſaluatur integritas naturalis. De quib. omnibus differentijs, & gradibus multas hic difficultates vberrimè verſant expoſitores: & primò de omnibus in communi, deinde de ſingulis in ſpeciali, tam in ordine ad intellectum, & cognitionē bonorum Angelorum, quàm in ordine ad intellectum, & notitiam Dæmonum. Et, quoniam materia hæc non eſt huius articuli propria, ſed partim attinet ad ſecundam ſecundæ quæſt. 5. & partim ad tertiam partem, quæſt. 43. art. 4. & quæſt. 76. artic. 7. ideò maiori, qua fieri poterit, breuitate de ſingulis hic propoſitis controuerſiæ partibus diſſeremus. A B

Prima pars Controuerſię.

In qua quæritur in communi: Num Angeli virtute, ſeu lumine ſui intellectus naturali poſſint myſteria gratiæ cognoſcere.

Proponuntur ſententiæ Doctorum, & multis argumentis probatur, negantem eſſe veram.

Scotus. SCotus in 4. ſent. diſt. 10. quæſt. 9. affirmat, Angelos omnes ſuo lumine naturali poſſe cognoſcere myſteria gratiæ iam à Deo facta, ſed malos Angelos diuinitus impediri, nè illa cognoſcant: Quam ſententiam ſequitur, & tuetur Rada in ſua 8. contron. 2. partis. Pro hac ſententia plures alios antiquiores Theologos allegat Vaſquez diſputat. 214. cap. 1.

Rada. Vaſquez.

S. Thom. Oppoſitam ſententiam habet hic S. D. quā non ſolùm eius ſequuntur interpretes, ſed etiam Scholaſtici Doctores omnes, & Patres, quos hic recenſet Zumellus in ſua quæſt. 2. ad hunc articulū concluſione 1. 2. 4. & 5. quibus accedunt inſignia ſacrarum litterarum oracula, ex quibus præcipua ſunt, Iſaiæ 63. *Quis eſt iſte, qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra?* & cap. 64. *Oculus non vidit, Deus, abſque te, quæ præparaſti diligentibus te,* & capit. 53. *Quis credidit auditui noſtro, & brachium Domini cui reuelatum eſt?* & 1. Corin. 2. *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus iis, qui diligunt illum, nobis autem reuelauit Deus per Spiritum ſuum:* & infra: *Quis enim hominum ſcit, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? ita, & quæ ſunt Dei, nemo cognouit, niſi ſpiritus Dei:* Et ad Epheſ. 3. *Mihi autem Sanctorum minimo data eſt gratia hæc euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti, & illuminare omnes, quæ ſit diſpenſatio Sacramenti abſconditi à ſæculis in Deo.* Ex quibus apparet, opinionem Scoti, & Radæ eſſe temerariam, & non ſatis fidei conſentaneam: Sed probatur ſententia noſtra quatuor optimis argumentis. Primum eſt: Vt obiectum cognoſcatur à potentia, neceſſe eſt potentiam, actum, & obiectum eſſe proportionata; at nulla poteſt eſſe proportio inter intellectum creatum, & actum eius naturalem ex vna parte, & myſteria gratiæ ſupernaturalia ſecūdùm ſubſtantiā, aut modum etiam ſe tenētem ex parte termini ex alia parte: ergo hæc nullius creati intellectus virtute naturali cognoſci poſſunt. Maior propoſitio eſt euidens in philoſophia. Minor, quam negant Scotus, & Rada, probatur ex ſupra dictis quæſtione 12. art. 1. contron. 1. & ar. 5. contron. 1. & 3. Deinde probatur primò: quia prædicta, ideò dicuntur ſupernaturalia, quia totius naturæ ſuperant facultatem; at, ſi lumine intellectus naturali cognoſci poſſunt, iam non ſuperant naturalem intellectus potentiam: ergo. Sed ait Rada, ens quodcumque ſupernaturale in actu poſitum eſſe quoddam ens naturale, & proportionatum potentiæ naturaliter cognoſcenti: Eſt autē (inquit) naturale quantum ad motionem intellectus, & cognitionem, & ſi ſecundū propriam naturam ſit alterius ordinis, ab ente merò naturali, & quo ad eſſe, & quo ad fieri. C D

Inſtantia Radæ.

Sed dupliciter deficit hæc reſpōſio. Primò, quia ſupponit id, quod nunquàm probauit Scotus, neque Rada, videlicet intellectum Angeli moueri, & recipere ſpecies ab obiecto: Secundò: quia ſpecies ab obiecto immediatè cauſata, & in intellectu recepta eſt ipſamet obiecti quidditas, & natura in eſſe intelligibili: ergo, ſi quidditas obiecti eſt altioris ordinis, vt potè ſupernaturalis, neceſſe eſt, ſpeciem etiam intelligibilem eſſe ordinis ſupernaturalis, prout in intellectu recipitur, & ipſum informat, & conſequenter, prout ipſum monet.

Confirmatio.

Præterea, ſicut obiectum hoc, quod eſt ens ſupernaturale, duo habet, ſcilicet entitatem, quæ illi communis eſt cum cæteris entibus, & ſupernaturalitatem, quæ illi propria eſt, vt diſtinguitur ab entibus naturalibus, & per quam conſtituitur in altiori ordine, ſcilicet ſupernaturalium, ita, vt fiat proportio, neceſſe eſt, vt ex parte potentiæ, videlicet intellectus præter naturalem virtutem, ac lumen, quæ ſunt cuilibet intellectui communia, eſſe etiam virtutem, ac lumē ſupernaturale: Quamuis enim ens communiſsimè ſumptum, ſcilicet quatenus ens eſt, ſit obiectū naturale creati intellectus, qui naturaliter fertur in ens, & naturaliter ipſum attingit, quatenus eſt ens; deſcendendo tamen ad duos communes entis modos, ſcilicet ad ens naturale, & ens ſupernaturale, ſtatim neceſſe eſt, obiectum intellectus naturale limitari ad ens naturale; alterum autem altiorem modum ſcilicet ens ſupernaturale obiectum eſſe intellectus ſupernaturalis: & ſicut intellectus vi ſua naturali inclinatur in ens naturale, & ipſum attingit, ſic neceſſe eſt, vt intellectus virtute ſupernaturali ſuffultus in ens ſupernaturale feratur, & ipſum attingat; Vt enim obiectum aliquod ſub propriam rationem à virtute cognoſcitiua naturaliter poſsit attingi non ſufficit, vt communiſsimā participet obiecti rōnem, quam naturaliter reſpicit illa potentia; alioquin poſſet noctua naturaliter videre lumen Solis, quia ſcilicet rationem habet viſibilis, & Angelus naturaliter videret Deum, prout in ſe eſt, quia Deus eſt ens. Quemadmodum ergò nunquā videre poterit noctua lumen Solis, niſi diuinitus eius viſiua virtus eleuetur, vt fiat tali viſibili proportionata, ſic nec intellectus creatus ens aliquod modis prædictis ſupernaturale poterit intueri, niſi virtute ſupernaturali diuinitus infuſa fuerit eleuatus: Et ſicut E

non poteſt oculus corporeus etiam diuina virtute ad ſpiritualis ſubſtãtiæ notitiam elcuari; eo quod ſub eius obiecto naturali, quod eſt viſibile, non cõtineatur, ſic neque creatus intellectus per infinitã Dei virtutem ad ſupernaturalia cognoſcenda poſſet elcuari, niſi ſub ente cõmunissime ſumpto continerentur, quod eſt naturale, & adæquatum creatæ mentis obiectum. Videnda ſunt, quæ diximus in dicta prima controuerſia ad artic. primũ, q. 12.

Secundum argumentum, cui nititur ſententia noſtra, eſt: Si poteſt Angelus naturali ſua virtute cognoſcere ſupernaturales omnes actus, & habitus infuſos, poterit etiam naturaliter cognoſcere lumen gloriæ, & viſionem beatificam alterius Angeli, vel animæ beatæ, cum actu fuerit à Deo producta; at conſequens eſt falſum; ergo. Probatur falſitas primo; quia repugnat expreſsè verbis ſacræ ſcripturæ, Iſaiæ 64. & 1. Cor. 2. ſuperius adductis. *Oculus non vidit, &c.* Quæ planè falſa eſſent, ſi virtute intellectus Angelici naturali poſſet videri lumen gloriæ, & viſio beatifica; loquitur enim Propheta, & conſequenter etiam Apoſtolus de oculo intellectuali, & ſolum Deum excipit à viſione mercedis, ſiue præmij dilectoribus Dei præparati; igitur nullius intellectus creati, vel creabilis facultate naturali videri poſſunt ea, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Secundò. Si naturali lumine videri poteſt viſio beatifica, ob eam cauſam, quia poſita in actu ſit ens naturale, ſequitur illam poſſe naturaliter ab Angelo quidditatiuè cognoſci; ergo Deus etiam, vt tali viſione clarè viſus, poterit ab Angelo non beato clarè cognoſci; igitur Angelus naturali ſua virtute, & cognitione Deum clarè videre poterit, & eſſe beatus. Prima conſequentia probatur; quã Angelus naturaliter cognoſcit quodlibet ens creatum naturale quidditatiuè. Secunda verò conſequentia probatur; quia ſecundum Scotum, & Radam viſio beatifica eſt ſecundum ſuam naturam ſimilitudo Dei clarè viſi; igitur cognita viſionis natura quidditatiuè, cognoſcitur etiam obiectum, vt tali viſione clarè viſum in actu exercito. Probatur hæc illatio: Primò, quia natura repræſentatiui, prout actu repræſentatiuum eſt, tota eſſentialiter eſt ad repræſentatum; ergo neceſſe eſt, repræſentatum diſtincte cognoſci, vt diſtincte, ac perfectè cognoſcatur repræſentatiui natura; ſicut enim relatiuum prædicamentale non poteſt abſque termino, ſeu correlatiuo perfectè cognito quidditatiuè cognoſci, ſic neque relatiuum tranſcendens poteſt abſque termini, quatenus terminus eſt, cognitione perfecta cognoſci. Secundò. Quia ſecundum Ariſt. de Memor. & Rem. Idem eſt motus in imaginem, & in id, cuius eſt imago: cum igitur ſecundum Scotum viſio beata ſit imago in actu exercito diuinæ eſſentiæ, ſequitur, vt cognita naturaliter ea viſione quidditatiuè, ac proindè prout eſt imago in actu exercito, videatur etiam naturaliter eſſentia diuina eodem cognitionis gradu, quo videtur à beato viſione ipſa beatifica.

Falſitas diſti Radæ conuincitur.

Ex quo patet, falſum eſſe, quod ait Rada, videlicet tale actũ habere rõnem ſimilitudinis cognitæ, & non rationis cognoſcendi, & ideo non ſufficere ad viſionem obiecti, ſicut nec ſufficit (inquit) ſpecies intelligibilis in alieno intellectu vita ad perfectè cognoſcendum obiectum, cuius eſt; impoſsibile eſt enim, ſimilitudinem perfectè, ac quidditatiuè videri, niſi repræſentatum per eam eodem gradu videatur, quo repræſentatur in ſpecie. Et cõfirmatur. Nam, vt diximus, natura ſimilitudinis, ſiue ſpeciei in ipſa repræſentatione conſiſtit, igitur gradus ſpecierũ formaliter diuerſificatur iuxta diuerſos repræſentandi modos, ſiue gradus, & in ordine ad idem obiectũ; ergo non poſſunt quidditatiuè cognoſci ſpecies ſingulæ, prout ab inuicẽ diſtinguuntur, niſi cognoſcantur etiam diſtincte, & in actu exercito ſinguli modi, quibus in eis repræſentatur obiectũ; ac proindè neceſſe erit, & obiectũ ipſum eo mõ videri naturaliter à cognoſcente ſimilitudinẽ, ſicut videtur à videnti per eandem ſimilitudinẽ: Sed fortaſſe dices, hoc & argumento probari, poſſe beatorum omniũ æqualem eſſe beatitudinem; quia quilibet beatus viſione ſua beatifica videt in diuina eſſentia viſionẽ alterius quidditatiuè.

Obiectio, & ſolutio.

Sed reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam: quia minor beatus, licet quidditatiuè videat viſionem alterius, non tamen illam comprehendit: at ſecundum Scotum, ſi viſio eſſet ens naturale, eõ prehenderetur etiam naturaliter à quolibet Angelo: Secundò dico, hoc argumento conuinci falſam eſſe ſententiam Scoti, & Radæ dicentiũ, viſionẽ eſſe ſimilitudinem rei viſæ, quod nos negamus.

Tertiò principaliter: Exiſtentia ad idem attinet prædicamentum, ſpeciem, & ordinem, ad quẽ pertinet eſſentia per eam exiſtens; igitur, ſi eſſentia ſecundùm ſe eſt ſupernaturalis, nõ poterit trahi per exiſtentiam ad ordinem naturalium. Et cõfirmatur; quoniã in quolibet ordine per ſe primò, collocatur eſſentia, ſecundariò verò, & reductiuè ad eundem pertinet exiſtentia. Confirmatur ſecũdo; quia exiſtentia nobilior eſt, quam eſſentia; cũ ſit eius prima actualitas, & perfectio; ergò nõ trahit eſſentiam ad inferiorem ordinem, ſed illi confert in ordine proprio complementum.

Denique probatur ſententia noſtra: Quoniam habitus, & actus ſupernaturales ſunt intrinſecè, & eſſentialiter ſupernaturales, & non tantùm extrinſecè, ſcilicet ex efficiente; ergo naturaliter nõ poſsunt ab Angelo cognoſci. Conſequentiam admittunt Scotus, & Rada. Antecedens autem infra probabitur.

Secunda pars Controuerſiæ quærens.

Num myſteria gratiæ ſupernaturalia, quo ad ſubſtantiam poſsint naturaliter ab Angelo cognoſci.

SEd iam de ſingulis diſſerendum eſt myſteriorum gratiæ differentijs, nõ gradibus ſupra nominatis. Ex quibus primus eſt eorum, quæ tãquo ad ſubſtantiam, quo ad modum ſunt ſupernaturalia; vt habitus omnes per ſe diuinitus infuſi ad actus totius naturæ vires excedentes eliciendos; quales ſunt fides, ſpes, gratia, charitas, lumen gloriæ, & alij ſimiles. Et quia ex ſupradictis in genere

de

de ſupernaturalib. myſterijs factis cõſtet, hæc, quæ primum obtinent locum inter ſupernaturalia, non poſſe naturaliter ab Angelo cognoſci; ad maiorem tamen huius partis euidentiam quatuor ſunt adnotanda. Primum eſt nomen, & ratio ſupernaturalis, de quo latè diſſeruimus ſuprà quæſt. 12. art. 5. concr. 3. vbi oſtendimus, gratiam, charitatem lumen gloriæ, & ſimilia eſſe eſſentialiter, & intrinſecè ſupernaturalia; Ex qua definitione patet euidẽter falſitas opinionis Scoti, & Radæ, & aliorum dicentium, naturale, & ſupernaturale non eſſe differentias diſtinguentes ens in ſeipſo, ſed comparatione tantùm ad agens; atq; ideo rem omnem etiã ſupernaturaliter factam poſſe naturaliter ab Angelo cognoſci, poſtquam facta eſt.

Secundum eſt, nomine cognitionis naturalis ſtrictè ſumptæ excludi notitiam omnem ſupernaturalem, vel per lumen intrinſecum diuinæ reuelationis habitam, vel ex ſcripturarũ lectione, aut Eccleſiæ, vel alicuius fidelis doctrina, vel traditione deriuatam, vel etiam ex miraculoſis effectibus conceptam: Hic autem reuelatio præcipuè ſolet excludi; nam de cognitione Angeli naturali cæteras iam dictas non excludente diſputant etiam hic expoſitores.

Multiplex notitiæ naturalis diſtinctio.

Tertium eſt, notitiam Angeli naturalem duplicem eſſe poſſe, ſcilicet euidentem, & ineuidentem, vel etiam poſſe de re aliqua ſupernaturali duplici ter haberi, ſcilicet in communi, putà quod hic effectus non poſſit eſſe, niſi à virtute ſupernaturali, vel in particulari, cognoſcendo modum productionis: Denique poteſt de re aliqua ſpernaturali haberi cognitio, vel quo ad eius eſſe tantùm, vel etiam quo ad eius quidditatem, & modum.

Quid intuitiua, quidue abſtractiua notitia.

Quartum eſt, duplicem eſſe notitiam, ſcilicet intuitiuam, & abſtractiuam: Notitia intuitiua eſt, quæ habetur de re ſecundum ſe ipſam, & pro vt eſt actu exiſtens, & præſens. Abſtractiua verò ea eſt, quæ habetur de re, non vt eſt actu præſens, vel etiam, quæ eſt de re non exiſtente, vel quia res non cognoſcitur immediatè ſecundum ſe, ſed per eius effectum, vel in aliquo ſimili, aut oppoſito, &c.

Quibus præmiſſis, dico primò, ſupernaturalia quo ad ſubſtantiam, poſtquàm etiam facta ſunt, non poſſe ab Angelo intuitiuè cognoſci, neq; quo ad quid eſt, neque quo ad an eſt: Hoc dictum probant authoritates, & argumenta in parte præcedẽte producta, & probat eãdem latè Zumellus in ſua ſecunda quæſtione, ad hunc articulum concl. 2. & quinta, & eſt communis doctrina Patrum, & Scholaſticorum.

Zumellus

Secũdò dico, eadem ſupernaturalia iam à Deo facta non poſſe virtute merè naturali, & cognitione abſtractiua diſtincta, ac euidenti ab Angelo cognoſci etiam quo ad an eſt, per effectus naturales, aut ſigna ad ordinem naturæ pertinentia. Probatur; quia ſupernaturalia prædicta, ſ. Gratia, Charitas, Gloria, & ſimilia nullos habent effectus, aut ſigna ordinis naturalis ſibi neceſſariò connexa, ſed eorum omnes effectus ad ordinem pertinent ſupernaturalem. Deindè probatur etiam authoritatibus, & argumentis in prima parte poſitis, & probaceam Zumellus in ſua quinta concluſione.

A

Tertiò dico, prædicta ſupernaturalia non poſſe ab Angelo cognoſci cognitione merè naturali quantumuis confuſa, & imperfecta.

Probatur hoc dictum eiſdem medijs, ac eo præſertim, quod ea, quæ ſunt ordinis ſupernaturalis, ſunt improportionata virtuti, ac lumini naturali: ac proindè, niſi virtus naturalis, addito illi diuinitus augumento, trahatur ad ordinem ſupernaturalem, nũquàm poterit obiectum attingere ſupernaturale.

Denique probatur hæc omnia: quia Deus non poteſt ſcientia ſua practica naturali hæc myſteria

B

cognoſcere, ſed tantùm ſcientia ſua practica ſupernaturali; ergo multò minus Angelus. Antecedens probauimus in prima Concr. ad primam quæſtionem tertiæ partis D. Tho. conſequentia autem eſt euidens.

Tertia pars Controuerſiæ quærens.

An Incarnationis myſterium potuerit, aut poſſit naturaliter ab Angelo cognoſci.

IAm diximus, vnionem Verbi diuini cum humanitate poſſe ac debere cum prima ſupernaturalium differentia computari, atque ità ſecundum ſubſtantiam ſuam, ideſt eſſentialiter, & intrinſecè

C

erit ſupernaturalis, vt etiam ſignificat Caietanus tertia parte, q. 76. art. 7. & S. D. hic in reſponſionib. ad primum, & tertium argumentum, & conuinci facilè poteſt hoc argumẽto: Illud eſt eſſentialiter, & intrinſecè ſupernaturale, quod eſſe, vel modum ſoli Deo proprium in ſe claudit intrinſecè; ſed myſterium Incarnationis intrinſecè claudit eſſe, & modum Deo proprium: ergo. Maior patet ex ſupradictis q. 12. art. 5. in 3. concr.

Caietanus & Thom.

Minor probatur: quoniam vnio diuini Verbi cũ humanitate includit eſſe perſonale Verbi, & diuinam eius naturam, & ad eandem vnionem ſequitur ad modum naturalis proprietatis plenitudo

D

gratiæ cum cæteris ſupernaturalibus virtutibus, ac donis ex ea deriuatis, & perfectio gloriæ, & (q amplius eſt) myſterium ipſum Incarnationis in eſſe quodam ſubſtantiali conſiſtit ineffabiliter compoſito, quod eſt hominem eſſe Deum, & Deum eſſe hominem: eo quòd ſit in duabus naturis, diuina, ſcilicet, & humana vna tantùm perſona Verbi ſubſiſtens: conſtat autem, id nullis naturæ viribus effici poſſe, & Verbi ſubſiſtentiam eſſe Deo propriam, nec vlli fieri poſſe creaturæ connaturalem. Ex quo ſequitur etiam, vt ea, quæ ſoli Deo ſunt propria, rectè poſſint de homine Chriſto prædicari, dicendo hominem illum, qui Chriſtus eſt, eſſe omnipotentem Creatorem cœli, & terræ, primum Mo-

E

torem, & Gubernatorem vniuerſalem omnis creaturæ, vt probat S. D. tertia parte q. 16. art. 4.

S. Thom.

Cum itaque ſit hoc myſterium eſſentialiter, & intrinſecè ſupernaturale, non poterit virtute mentis Angelicæ naturali cognoſci. Hanc veritatẽ probat, & defendit latè Zumellus in dicta q. 2. concluſione quarta, & quinta, & in reſponſione ad tertium argumentum.

Zumellus

Ad maiorem autem huius partis euidentiã cõfide-

fiderandum est primò, Angelum naturaliter videre Christi humanitatem subsistentem, nec tamen videre potuisse, num propria, vel aliena, aut etiam diuinitus addita subsistentia, vel etiã seipsa absq; vlla creata, vel increata subsistentia subsisteret: & ideo non potuisse vi sua naturali mysterium Incarnationis cognoscere.

Declarãtur hæc omnia. Nam primò potuit Angelus existimare se prohiberi diuinitus à cognitione illius propriæ subsistentiæ. Secundò: cum supplcatur excellenter in Christo personalitas humanæ naturæ per increati Verbi subsistentiam, non potuit Angelus cognoscere naturaliter absentiam humanæ personalitatis. Et confirmatur, & explicatur: quia personalitas dicit formaliter terminum vltimum, & purum naturæ rationalis: videbat autem Angelus, siue bonus, siue malus naturaliter, humanam naturam terminari, sed excellentiam illius termini supra communem rationem termini non videbat; an scilicet terminus ille esse finitus simpliciter, aut infinitus, an esset creatus, vel increatus, & consequenter, nec videre poterat, an esset proprius, siue connaturalis, aut alienus, siue ab extrinseco copulatus.

Et licet concederemus, Angelum posse cognoscere naturaliter humanam Christi naturam propria carere personalitate, non ideo tamen admittere cogeremur, Angelum virtute sui intellectus naturali cognoscere, naturam illam increata Verbi personalitate subsistere; nam potuit existimare, vel naturam illam per se ipsam sic Deo iubente, absque vlla personalitate subsistere; ità vt non per realem naturæ terminum, sed per quẽdam modum ab ea sola ratione distinctum esset in se ipsa subsistens; sicut, & species, siue accidentia panis per se subsistunt in Sacramento per quendam modum essendi modo substantię similem; quia sic existunt, vt subiecto non inhæreant. Denique dubitare fortasse posset Angelus, num per supernaturalẽ aliquam diuinitus additam qualitatem humanitas illa subsisteret; quis enim est creatus intellectus, qui vim supernaturalium omnium perfectionum intelligat?

Ex his itaque patet, Angelum virtute suæ mentis naturali non potuisse mysterium dominicæ Incarnationis cognoscere, quamuis humanitatem videret realiter subsistentem. Et, quia mysterium hoc in eo positum est, vt humanitas diuina personalitate subsistat, contradictio est, quod affirmat Medina in 3. quæst. introductionis in tertiam partem, in responsione ad sextum argumentum, videlicet Angelum euidenter cognouisse Christi humanitatem habere existentiam increatam, nec tamen euidenter Incarnationis mysterium cognouisse, eò quod non videret, vtrum humanitas sic existeret, vt vniretur Deo hypostaticè, an verò à Deo sustentaretur, & manuteneretur; hoc enim ipso, quod humanitas Christi subsistit diuina subsistentia (quam ibi, & alibi Medina appellat existentiam) Deo vnitur hypostaticè, cum naturam vniri Deo hypostaticè nihil aliud sit, quàm diuina personalitate subsistere.

Contradictio Medinæ.

Quarta Controuersiæ pars quærens.

An possit Angelus cognoscere naturaliter existentiam corporis Christi in Sacramento, & existentiam siue modum existendi accidentium, & absentiam panis.

DE prima difficultate differit latè Caietanus tertia parte q. 76. art. 7. & ibidem alij expositores, & præsertim Suarez disputatione quinquagesimaquarta sectione prima, & Didacus Nugnus, omnium nouissimus, & Capreolus in quarto sententiarum, distinctione decima, quæst. 4. & Soto eadem distinctione quæst. 1. art. 7. & alij Doctores ibidem: Vasquez super hoc articulo disp. 214. cap. 4. & Albertinus Corollario decimo tertio, fol. 184. Quorum omnium vna est definitio negans, Angelum posse cognoscere naturaliter existentiã corporis Christi in Sacramento Eucharistiæ, licèt cognoscat panis absentiam, & videat accidentia in nullo sustineri subiecto. Rada pro posse tuetur sententiam Scoti contra Caietanum: sed eius argumentis satisfiet inferius.

Caietanus. Suarez. Did. Nug. Capreolus. Soto. Vasquez. Albertin. Rada.

De duabus etiam posterioribus difficultatibus agunt ijdem Doctores, ad quos lectorem remittimus.

Vltima pars Controuersiæ quærens.

An possit Angelus naturaliter videre penetrationem corporis cum corpore, & ea, quæ sunt supernaturalia quo ad modum se tenentem ex parte principij.

QVa ratione videre potest naturaliter Angelus existentiam accidentium in Sacramento cum negatione substantiæ panis, eadem, & multò magis videre poterit negationem distinctionis situalis duorum corporum, & consequenter mutuam eorum penetrationem supra totum ordinem naturæ à Deo factam; siquidem ad dictam negationem consequitur penetratio naturaliter: posse autem diuina virtute tolli situalem distinctionem corporis à corpore, manente inter vtrumq; differentia indiuiduali, probat S. D. in 4. sent. dist. 44. q. 2. art. 2. quæstiũcula tertia: pertinet enim vtrumq; corpus ad ordinem naturalem, & similiter modus, quem habet vtrumque existendi in loco circumscriptiuè, & commensuratiuè: Et licèt negatio distinctionis secundum situm diuina fiat virtute supernaturali: hanc tamen, vt dixi, naturaliter videt Angelus; ac proindè videt etiam penetrationem ex ea naturaliter consequentem. Et quoniam effectus quo ad modum tantùm se tenentem ex parte principij supernaturales pertinent secũdum se, & simpliciter ad ordinem naturalem, possunt & ipsi naturaliter ab Angelo cognosci: quamquàm modum supernaturalis productionis earum distinctè non intelligat. Videt, exempli gratia, Angelus Lazarum mortuum, deindè videt eum ad vitam reuocatum: & cum sciat, id virtute naturali minimè fieri potuisse, hoc ipso cognoscit diuinæ id opus esse potentiæ supra communes naturæ leges operantis, prout etiam affirmat Zumellus in sua q. 2. ad hunc articulum conclus. 3. Quod idem dicendum est de Virginali conceptu, & partu, vt ibidem affirmat

S. Thom. Zumellus.

firmat dictus expositor, à quo non dissentiunt alij recentiores. A

Conclusiones deductæ, & probatæ.

PRima conclusio; Angeli virtute sui intellectus naturali cognoscere non possunt mysteria gratiæ. Hæc est prima conclusio S. Doc. in textu: cuius probationes partim adduximus, & partim indicauimus in prima parte controuersiæ.

Secunda conclusio: Ratio D. Tho. probat efficaciter nunc dictam conclusionem; Hæc patet ex 3. notabili in expositione textus.

Tertia conclusio: Non potest Angelus cognoscere naturaliter, & intuitiuè mysteria supernaturalia, quo ad substantiam, ideſt ea, quæ sunt essentialiter, & intrinsecè supernaturalia, neque quo ad quid est, neque quo ad an est. B

Quarta conclusio: Angelus virtute meræ naturali, & cognitione abstractiua, euidenti, aut inuidenti, vel confusa non potest eadem mysteria iam à Deo facta cognoscere. Hæ duæ conclusiones patent ex dictis in secunda parte controuersiæ.

Quinta cõclusio: Angelus ex vno effectu supernaturaliter à Deo facto iudicare potest in confuso, & quo ad an est de alio effectu secundùm substantiam supernaturali: Manifestatur hæc conclusio: quoniam Angelus videns humanitatem Christi carentem propria subsistentia, iudicare potuit esse in Christo aliquid supernaturale, quod ipsum lateret: & videns in Sacramento Eucharistiæ absentiam substantiæ panis, & accidentia nulli subiecto adhærentia iudicare potuit ibi aliquid esse supernaturale, quod ab eo videri minimè posset. C

Sexta conclusio: Mysterium Incarnationis non potest ab Angelo cognosci naturaliter. Hæc patet est dictis in 3. parte controuersiæ.

Septima conclusio: Non potest Angelus cognoscere naturaliter existentiam corporis Christi in Sacramẽto, quamuis cognoscat panis absentiam, & accidentium existentiam sine subiecto. Hæc patet ex notatis in 4. parte controuersiæ. D

Octaua conclusio. Corpus Christi in Sacramento non potest naturaliter ab Angelo cognosci, etiã non cognito modo supernaturali. Probatur; quia modus ille est ratio, vt corp' existat in Sacramẽto.

Vltima conclusio: Potest Angelus naturaliter cognoscere penetrationem corporis cum alio corpore, & ea, quæ supernaturalia sunt tantum quo ad modum se tenentẽ ex parte principij, licet modum productionis eorum distinctè videre non possit. Hæc patet ex vltima parte controuersiæ.

Argumenta, & solutiones.

COntra primam conclusionem sunt argumenta, quæ referunt, & soluunt Caieolus, Caietanus, Bannes, Zumellus, & alij S. D. interpretes supranotati. E

Caieol. Caietan. Bannes Zumellus Vasqu.

Contra secundã conclusionem argumentatur, Vasquez; Si hæc ratio S. Thomæ alicuius esset momenti, probaret etiam res supernaturales ex parte solùm efficientis, & modi agendi non posse ab Angelis cognosci. Probatur sequela; quoniam hæ ex sola Dei voluntate pendent secundum esse, aut non esse, vt oculi restitutio.

Respondetur, nullam esse consequentiam. Ad probationem dico primò, D. Thomam non loqui de ijs, quæ pendent ex diuina voluntate præcisè, sed de ijs, quæ Deus pro sua voluntate producit supra totum ordinem naturalem, in quibus suam nõ solum omnipotentiam, sed maximam etiam libertatem ostendit: quod autem liberè agitur, dicitur effici voluntariè: Et ideò S. Tho. in probatione conclusionis assumpsit mysteria gratiæ ex sola Dei voluntate dependere, prout scilicet suam maximam libertatem declarat, agendo supra totum ordinẽ rerum naturalium. Secundò dico, ea propriè dici ex sola Dei voluntate dependere, quæ nullam habent dependentiam, aut naturalem connexionem cum rebus ordinis naturalis, vt ante diximus.

Contra tertiam conclusionem argumentatur Rada: Omnia hæc mysteria, ex quo in esse sunt posita, sunt obiecta proportionata intellectui nõ dependenti à sensibilibus in intelligendo; ergò possunt ab eo intelligi, & cognosci naturaliter.

Respondetur, falsum esse antecedens, vt ostendimus in prima, & secunda parte controuersiæ.

Contra sextam conclusionem sunt argumenta, quæ referunt hic, & soluunt Bannes, Zumellus, Molina, Valentia, & alij. Bannes. Zumellus Molina. Valentia. Rada.

Contra eandẽ conclusionem argumentatur Rada: Angelus euidenter potuit cognoscere, quod humanitas Christi non subsisteret per subsistentiam creatam; ergo cognoscebat eam subsistere subsistẽtia increata. Antecedens probatur; quia quælibet subsistentia creata est naturaliter nota Angelo. Consequentia probatur; quia inter subsistentiam creatam, & increatam non est medium. Quod si dicas, consequentiam nullam esse, quia datur mediũ inter illa duo extrema, eo quod posset à Deo sustẽtari natura humana sine subsistẽtia creata, & increata modo quodam diuino, & supernaturali. Cõtra primò: Quia ille modus nõ videtur possibilis; natura enim completa nata subsistere, necessariò in proprio, vel alieno supposito subsistit. Secundò: Quia ille modus, ex quo in actu est positus, continetur sub obiecto naturali intellectus Angelici; ergo, &c.

Respondetur primò, falsum esse antecedens; quia potuit fortasse Deus per aliquam supernaturalis ordinis qualitatem naturam ipsam miraculosè sustentare, vt per habitum gratiæ, qui est diuinæ naturæ participatio: posset enim illi Deus conferre vim terminandi, aut sustentandi naturam. Ad probationem negatur assumptum. Secundò respondetur, nullam esse consequentiam ob rationem inter arguendum affignatam. Ad primam improbationem dico, modum hunc esse possibilem, & naturã completam natam subsistere posse diuina virtute sine aliqua suppositalitate subsistere. Ad secundã negatur antecedens. Tertiò dico, Angelum naturaliter cognoscere potuisse, naturam humanam Christi subsistere, sed naturam subsistentiæ, & modum, quo secundùm eam subsistebat humanitas, cognoscere nulla ratione potuisse, vt ante diximus.

Con-

Contra ſeptimam concluſionem ſunt argumenta, quæ referunt, & ſoluunt Capreolus in allegata quæſt. & Caietanus 3. par. quæſt. 76. art. 7. & Suarez, & Nugnus ibidem, & Bannes, Zumellus, Vaſquez, & alij ſuper hoc articulo.

Capreolus Caiet. Suarez. Nugnus. Bannes. Zumellus Vaſquez.

Contra eandem concluſionē argumentatur Rada cum Scoto: Intellectus reſpiciens intelligibilia, ſicut ipſa ſunt intelligibilia, prius intelligit illud, quod prius eſt in ſe intelligibile, & per conſequens illud, quod eſt prius in ſe ens: ſed talis intellectus reſpicit quodcumque ens, ſaltem creatum ſecundùm ordinem, ſuæ entitatis, & intelligibilitatis; ergo prius intelligit, quod eſt prius in ſe ſecundū ſe intelligibile; ergo talis intellectus prius intelligit ipſam ſubſtantiam, quàm quemcumque modū eius, & per conſequens nullus modus, ſub quo eſt ſubſtantia, poteſt impedire intellectionem eius à tali intellectu. Maior probatur; quia vnumquodq; ſicut ſe habet adeſſe, ita ad veritatem, vt ait Ariſt. 2. Met. tex. 40. Vltima cōſequentia probatur: quia poſterius non poteſt intellectionem prioris impedire. Vel breuius (inquit) ſic arguitur; Modus accidentalis per ſe obiecti non impedit cognitionem illius obiecti; at præſentia in Euchariſtia eſt modus accidentalis ſubſtantiæ corporis Chriſti; ergo non impedit illam ſubſtantiam, ne cognoſcatur ab intellectu, cuius ipſa eſt per ſe obiectum; eſt autem per ſe obiectum intellectus abſtracti, qui non dependet in intelligendo à ſenſibilibus: ergo, &c.

Rada cum Scoto

Ariſtot.

Reſpondetur cum Caietano primò, falſam eſſe minorem quo ad id, quod implicat, vel ſopponit, videlicet, Angeli intellectum reſpicere quodcumque ens, ſaltem creatum ſecundùm ordinem ſuæ entitatis, & intelligibilitatis: quia quilibet intellectus Angelicus, vel abſtractus intelligit, & quod eſt ſupra ſe, & quod eſt infra ſe per modum ſui. Secundò dico, maiorem eſſe veram, quando tam id, quod eſt prius, quàm id, quod eſt poſterius in ſe intelligibile, ſunt intellectui proportionata; quia ſcilicet ſunt ordinis naturalis; Quamuis autē corpus Chriſti, quod eſt in Sacramento, ſit ſecundùm ſe ordinis naturalis, ac per hoc ſit intelligibile, proportionatum intellectui abſtracto, & ab eo cognoſci poſſit, abſolutè loquendo; modus tamen exiſtēdi in ſacramento eſt ordinis ſupernaturalis: atque ideò non poteſt ab Angelo cognoſci. Tertiò dico, modum ſupernaturalem obiecti impedire cognitionem obiecti naturalem; ſicut ſupra diximus de cogitationibus cordium; quorum ſubſtantiam ait Caietanus occultari propter modum. Vnde ad alteram arguendi formam reſpondetur negando minorem. Neque verum eſt, quod imponit Rada, & Vaſquez, & quidam alij, Caietanum videlicet ipſum admittere, Chriſti corpus exiſtens in Sacramento illis accidentibus velatum poſſe ab intellectu ſeparato videri, ſed ait tantùm Caietanus, Chriſti corpus, abſolutè loquendo, ab intellectu ſeparato videri poſſe. Sed arguit Rada: Intellectus abſtractus poteſt cognoſcere naturaliter abſentiā panis, quando eſt abiens; ergo eadem ratione poteſt cognoſcere præſentiam corporis Chriſti. Probatur conſequentia; quia corpus illud eſt in ſe obiectum proportionatum etiam intellectui tali, vt intuenti; ergo modus accidentalis ipſius corporis non impedit, quin ſit obiectum viſibile ab eodem intellectu.

Caietan.

Caiet. Rada Valquez.

Inſtantia Rada.

A

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam; quia modus ſupernaturalis additus obiecto naturali impedit eius cognitionem naturalem. Ad probationem dico, corpus Chriſti abſolutè eſſe obiectū proportionatum tali intellectui, ſed, quatenus eſt in Sacramēto ſub tali modo, eſſe obiectum ſupernaturale; Conſiderandum eſt enim, modum illum eſſe rationem conſtituendi corpus Chriſti in Sacramento; & ideò priorem eſſe corpore Chriſti, prout eſt in Sacramento, quamuis abſolutè ſit eo poſterior; ſicut ſupra diximus de ſubſtantia, & operatione Angeli in materia de loco Angelorum: atque ideò à vidente Chriſti corpus in Sacramento neceſſe eſſe prius natura videri modum illum; qui, cum ſit ordinis ſupernaturalis, videri non poteſt, niſi lumine, & cognitione ſupernaturali.

Reſponſio

B

Sed iterum inſurgit Rada. Primò: Quia intellectus abſtractus facta conſecratione videt exiſtentiam accidentium Sacramentalium, & modum exiſtēdi illorum ſupernaturalem; ergo poterit etiā videre corpus Chriſti, & modum eius ſupernaturalem, vel ſaltem ille modus non impediet viſionē eius. Secundò: Ille modus ſacramentalis non trāſfert corpus Chriſti ad ordinem rerum ſupernaturalium; ergo ita viſibile manet cum ipſo, ſicut, & ſine ipſo. Tertiò: Illa accidentia, quibus tegitur corpus Chriſti, non impediunt viſionem corporis Chriſti, nec viſionem panis, quando eſt præſens; ergo nec modus Sacramentalis, ergo videri poteſt à præfato intellectu. Antecedens probatur: ſi Deus poneret ſuum corpus extra Sacramentum in puncto, poſſet tunc videri à præfato intellectu, ergo, & cum modo ſacramentali. Probatur antecedens; tū quia aliter nec Angelus ſit exiſtens poſſet ab eo videri; quod eſt abſurdum; tū quia, ſi Deus ſine quātitate conſeruaret ſubſtantiam corporis Chriſti, non poſſet ab intellectu ſeparato videri; quod nullus concedet. Conſequentia verò probatur; quia modus ſacramentalis ſupra modum exiſtendi corporis non videtur addere, niſi velatum eſſe ſub accidentibus, & eſſe totum in toto, & totum in qualibet parte; & accidentia velantia non impediunt viſionem rei contentæ, ſicut nec viſionem panis, dum eſt præſens. Vltimò: Vnio, ſeu modus ſacramentalis corporis Chriſti ſupra vnionem eius intimam præſentiæ eius ad ſpecies, qua eſt totum in tota ſpecie, & totum in qualibet parte, non addit, niſi relationem ſigni ad ſignatum; at, ſi Deus intimè vniret corpus Chriſti ipſis ſpeciebus abſq; illa relatione ſigni, poſſet videri ab intellectu creato, ſicut ſi illud vniret cuilibet alteri rei; ergo, &c.

Replica Rada.

C

D

E

Reſpondetur. Ad primum dico primò, non eſſe omninò certum: intellectum abſtractum facta cōſecratione videre exiſtentiam accidentium ſacramentalium. Secundò dico, videri à tali intellectu exiſtentiam illorum accidentium quo ad negationem exiſtendi in ſubiecto eorum naturali, non autem quo ad modum poſitiuum exiſtendi ſupernatura-

Reſponſio

Digitized by Google

turalem;& ideò nulla eſt conſequentia. Ad ſecundum negatur antecedens, loquendo de corpore Chriſti,non abſolutè,ſed prout eſt in hoc Sacramento;cum enim modus ille ſit tota ratio, quod exiſtat in hoc Sacramento corpus Chriſti, ſi modus eſt ſupernaturalis,erit & corpus Chriſti, vt exiſtens in hoc Sacramento,ſupernaturale. Ad tertium negatur conſequentia. Ad eius probationem negatur antecedens; dicit enim hic modus indiuiſibilitatem corporis Chriſti in ordine ad locum, & ad ſpecies,cum diuiſibilitate ſecundùm ſe,ſiue in ordine ad ſe;qui modus nec ab aliqua poteſt effici cauſa naturali,nec vlli poteſt ſubſtantiæ corporeæ,aut ſpirituali naturaliter cõuenire;ac proinde eſt eſſentialiter,& intrinſece ſupernaturalis. Et per hoc ſoluitur etiam vltimum eiuſdem authoris argumentum; falſum eſt enim antecedens, vt patet.

Secundò principaliter: Anima Chriſti nouit naturaliter,ſe eſſe vbicumque eſt; ergo naturaliter nouit,ſe eſſe in Euchariſtia,vbi reuera eſt;ergo naturaliter poteſt cognoſcere exiſtentiam corporis ſui in Sacramento. Prima conſequentia eſt nota. Secunda probatur;quia vbicumq; eſt Anima Chriſti,ibi eſt corpus eius; ergo,ſi Anima Chriſti naturaliter nouit,ſe eſſe in Euchariſtia, ſimiliter nouit naturaliter,ibi eſſe corpus Chriſti,quod informat.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens,ſi dictio illa, *vbicumque* ſignificet eſſe in quacumque re quocũq; modo etiam ſacramentali,& ſupernaturali.

Tertiò: Exiſtentia non eſt excellentius cognoſcibile,quam exiſtẽs,cuius eſt exiſtentia;ſed Chriſtus ſecundùm humanitatem eſt naturaliter cognoſcibilis ab intellectu creato; ergo & quæcunq; exiſtentia eius creata. Conſequentia eſt nota cum minori. Maior probatur; quia non poteſt aliquis modus improportionabiliter excedere illud, cuius eſt modus.

Reſpondetur, primam propoſitionem eſſe falſam,ſi nomine exiſtentiæ intelligatur etiam modus exiſtendi. Ad eius probationem negatur antecedens;quia modus ſupernaturalis aduenies rei naturali eſt altioris ordinis,quàm ſit res ipſa naturalis: conſtat autem rem,ſiue modum ordinis ſupernaturalis improportionabiliter excedere rem ordinis naturalis.

Contra octauam concluſionem argumentatur Vaſquez: Humanitas Chriſti nunc cognoſcitur à Dæmonibus,non cognito modo vnionis; ergo etiã poſſet corpus Chriſti cognoſci, non cognito illo modo. Probatur cõſequentia;quia nihil repugnat, quo minus vnum cognoſcatur,non cognito alio, quando vnum neque eſt de eſſentia alterius, neq; eiuſdem ordinis cum illo. Vaſquez.

Reſpondetur,hoc argumento nihil probari contra noſtram concluſionem;quam,ſicut vnio diuinæ perſonę cum humana natura non eſt ratio, quod humana natura ſit talis eſſentiæ, ſed tãtum quod ſit in tali ſuppoſito, & ideò poteſt ab Angelo cognoſci naturaliter humanitas abſque eo quod cognoſcatur,vt ſubſiſtens, aut quod exiſtat diuino ſuppoſito;ſic & modus, quem habet Chriſti corpus in Sacramento,eſt illi ratio exiſtẽdi in Sacramento,non autem exiſtendi ſimpliciter,& ideò, licèt ab Angelo cognoſci poſsit abſolutè corpus Chriſti,non tamen cognoſci poteſt naturaliter,vt exiſtens,vel quod exiſtat in Sacramento;ſicut nec ab eodẽ cognoſci poteſt humanitas, vt ſubſiſtens, aut quod ſubſiſtat perſonalitate diuina.

Secunda Controuerſia.

Vtrum Angeli à principio ſuæ Creationis, vel Beatitudinis lumine ſupernaturali cognouerint myſteria gratiæ,& præcipuè diuini Verbi Incarnationem,& quid cognouerint Dæmones de Chriſti diuinitate,officio,& dignitate.

DE propoſita controuerſia,& ſingulis eius partibus diſputant hic interpretes S. D. latisſimè,ac præſertim Bannes,Zumellus,& Vaſquez. Bannes. Zumellus Vaſquez.

Videnda ſunt,quę ſcribunt expoſitores infra q. 64.art.1.circa reſponſionem ad 4.& 3.par.qu.41. art.1,circa reſponſionem ad 1.& q.43.art.4.& qu. 47.art.5. Nos controuerſiam hanc ad dicta loca remittimus,in quibus proprias ſingulę partes ſibi vendicant ſedes. Interim non diſplicent Banneſij, & Zumelli definitiones. Bannes Zumellus

QVAESTIO LVIII.

De modo cognitionis Angelicæ,in ſeptem articulos diuiſa.

POſt hæc conſiderandũ eſt de modo Angelicæ cognitionis.

Et circa hoc, quæruntur ſeptẽ.

Primò: Vtrum intellectus Angeli quandoque ſit in potentia, quandoque in actu.

Secundò: Vtrum Angelus poſſit ſimul intelligere multa.

Tertiò: Vtrum intelligat diſcurrendo.

Quartò: Vtrum intelligat componendo,& diuidendo.

Quintò: Vtrum in intellectu Angeli poſſit eſſe falſitas.

Sextò: Vtrum cognitio Angeli poſſit dici matutina,& veſpertina.

Septimò: Vtrum ſit eadem cognitio matutina,& veſpertina,vel diuerſæ.

Ratio ordinis.

DEclarata cognitionis Angelicę natura tam in ordine ad principium, quam in ordine ad obiectum,nunc eiuſdem notitiæ modum inquirit. Poteſt autem triplex in Angelica cognitione modus attendi;primus ex parte potentiæ, ſiue principij,de quo agitur in primo artic. Vbi quæritur: An intellectus Angelicus quandoq; ſit in potentia, & quandoque in actu: Secundus eſt ex parte actus, qui ſcilicet modus poteſt eſſe duplex,vnus concomitans ipſum actum,& alius conſequens; de primò agitur in 2.3.& 4.art.de 2.in 3. vbi quæritur; An in intellectu Angeli poſsit eſse falſitas. Modus

verò concomitans actum poteſt eſſe triplex iuxta triplicem actus, ſiue operationis intellectus differentiam in communi loquendo: prima eſt ſimplex apprehenſio, ſecunda eſt compoſitio, & diuiſio, tertia eſt diſcurſus. Diſerit itaque S.D. primò de modo ad ſimplicem intellectus operationem pertinente in 2. artic. quærens; Vtrum Angelus ſimul poſsit multa intelligere: Secundò de modo quærit ad tertiam operationem pertinente, vel ipſam potius conſtituente, ſcilicet de diſcurſu in 3. artic. & demum de modo ſecundam operationem conſtituente, quærens in art. 4. num Angelus intelligat componendo, & diuidendo. Ratio huius ordinis eſt: quoniam ex notioribus doctrina tradenda eſt; notius verò eſt, actui intellectionis Angelicæ diſcurſum non congruere, quàm compoſitionem, & diuiſionem, eo quòd ab vnitate, & ſimplicitate, & ſtabilitate nobiliſsimæ naturæ congruente magis diſtet, & maiorem implicet pluralitatem, compoſitionem, & motum. Tertius modus Angelicæ cognitionis attenditur ex obiecto; & de hoc modo quæritur in duobus vltimi huius quæſtionis articulis: in quibus agitur de cognitione matutina, & veſpertina: & primò tractatur, an eſt, & ſimul etiã inchoatur quid eſt in 6. art. deindè rõ, ſiue quiddi tas vtriuſque cognitionis, ſcilicet matutinę, & veſpertinæ completur in ſeptimo, differentias, quibus ab inuicem diſtinguuntur aſsignando.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum intellectus Angeli quandoque ſit in potentia, & quandoque in actu.

291 11.q 50.a 3 cor & 2. co 105 & 96 & ver q 8. a 1. & in qu. 16 art. 1, co & 6. corp. lec. 4 tex. 6. to. 2.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd intellectus Angeli quandoque ſit in potentia. Motus enim eſt actus exiſtentis in potentia, vt dicitur* 3. Phyſic. Sed mentes Angelicæ intelligendo mouetur, vt dicit Diony. 4. cap. de diu. nom. Ergo mentes Angelicæ quandoque ſunt in potentia.

2 Præterea. Cùm deſiderium ſit rei non habitæ, poſſibilis tamen haberi, quicunque deſiderat aliquid intelligere, eſt in potentia ad illud. Sed, 1. Pet. 1. dicitur. In quem deſiderant Angeli proſpicere. Ergo intellectus Angeli quandoque eſt in potentia.

Propoſ 8 circa prin. habeturin ter opera Ariſt. to. 3

3 Præterea. In* lib. de cauſis dicitur, quòd intelligentia intelligit ſecundùm modum ſuæ ſubſtantię. Sed ſubſtãtia Angeli habet aliquid de potentia permixtum; Ergo quandoque intelligit in potentia.

Li. 2. ſuper Gen ad li. c. 8. 4 med to. 3.

Sed contra eſt, quòd Aug. dicit* 2. ſuper Geneſ. ad li. quòd Angeli, ex quo creati ſunt, in ipſa verbi æternitate, ſancta, & pia contemplatione perfruuntur. Sed intellectus contemplãs non eſt in potẽtia, ſed in actu. Ergo intellectus Angeli non eſt in potentia.

Reſpondeo. Dicendum, quòd, ſicut Philoſophus dicit in* 3. de anima, & in* 8. Phyſic. intellectus dupliciter eſt in potentia. Vno modo, ſicut ante addiſcere, vel inuenire, ideſt antequã habeat habitum ſcientiæ. Alio modo, dicitur eſſe in potentia, ſicut cum iam habet habitum ſcientiæ, ſed non conſiderat. Primò igitur modo intellectus Angeli nunquam eſt in potentia reſpectu eorum, ad quæ eius cognitio naturalis ſe extendere poteſt. Sicut enim corpora ſuperiora, ſcilicet cœleſtia non habent potentiam ad eſſe, quæ non ſit completa per actum, ita cœleſtes intellectus, ſcilicet Angeli non habent aliquam intelligibilem potentiam, quæ non ſit totaliter completa per ſpecies intelligibiles connaturales eis. *Sed quantum ad ea, quæ eis diuinitus reuelantur, nihil prohibet intellectus eorum eſſe in potentia, quia ſic ẽt corpora cęleſtia ſunt in potentia quandoque, vt illuminentur à ſole. Secundo verò modo, intellectus Angeli poteſt eſſe in potẽtia ad ea, quæ cognoſcit naturali cognitione. Non enim omnia, quæ naturali cognitione cognoſcit, ſemper actu conſiderat, ſed ad cognitionem verbi, & eorum quæ in verbo videt, nunquam hoc modo eſt in potentia, quia ſemper actu intuetur verbum, & ea quæ in verbo videt. In hac enim viſione eorum beatitudo conſiſtit. Beatitudo autem non conſiſtit in habitu, ſed in actu, vt dicit Philoſophus in* 1. Eth. cap. 8.

Tex. 1. Tex. 32.

218 488 D. 135.

Li. 1 Ethi. 7. 8 to. 5.

Ad primum ergo dicendum, quòd motus ibi non ſumitur, ſecundùm quod eſt actus imperfecti, ideſt exiſtentis in potentia, ſed ſecundùm quod eſt actus perfecti, ideſt exiſtentis in actu. Sic enim intelligere, & ſentire dicuntur motus, vt dicitur in 3.* de anima.

Li. 3 de anima tex. 28. to. 1.

Ad ſecundum dicendum, quòd deſiderium illud Angelorum non excludit rem deſideratam, ſed eius faſtidium. Vel dicũtur deſiderare Dei viſionem, quãtùm ad nouas reuelationes, quas pro opportunitate negotiorum à Deo recipiunt.

Ad tertium dicendum, quòd in ſubſtantia Angeli non eſt aliqua potentia denudata ab actu. Et ſimiliter nec intellectus Angeli ſic eſt in potentia, quòd ſit abſque actu.

Senſus quæſiti.

SEnſus huius quæſiti declaratur in textu, vbi ex Ariſt. duplex diſtinguitur in intellectu potentia, videlicet eſſentialis, & accidentalis; de vtraq; enim proponitur in titulo dubitatio.

Forma Textus.

TRibus diſtinctionibus, & quatuor concluſionibus ſatisfacit quæſito S. Doct. Prima diſtinctio eſt: Intellectus dupliciter eſt in potentia; Vno modo, ſicut antè addiſcere, vel inuenire, ideſt antequam habeat habitũ ſcien-

Digitized by Google

ſcientiæ; Alio modo dicitur eſſe in potentia, ſicut cum A *iam habet habitum ſcientiæ, ſed non conſiderat. Probatur hæc diſtinctio authoritate Ariſt. in 8. Phyſic. & in 3. de Anima. Secunda diſtinctio eſt: Quædam cognoſcibilia ſunt ab Angelo cognitione naturali, & quædam cognitione ſupernaturali. Tertia diſtinctio eſt: Cognitione ſupernaturali dupliciter aliqua cognoſcuntur ab Angelo; uno modo per reuelationem, alio modo per viſionẽ beatificam, qua videtur Verbum, & res in Verbo.*

Prima concluſio eſt: Intellectus Angeli nunquam eſt in potentia primo modo, ideſt ſicut antè addiſcere reſpectu eorum, ad quæ eius cognitio naturalis ſe extendere poteſt. Probatur: Quia corpora ſuperiora, ſcilicet cæleſtia non habent potentiam ad eſſe, quæ non ſit completa B *per actum; ergo ſimiliter cæleſtes intellectus, ſcilicet Angeli non habent aliquam intelligibilem potentiam, quæ non ſit totaliter completa per ſpecies intelligibiles connaturales eis.*

Secunda concluſio: Quantum ad ea, quæ eis diuinitus reuelantur, nihil prohibet, intellectus eorum eſſe in potentia. Probatur: Quia ſic etiam corpora cæleſtia ſunt in potentia quandoq;, vt illuminentur à Sole.

Tertia concluſio: Intellectus Angeli ad ea, quæ cognoſcit naturali cognitione, poteſt eſſe in potentia ſecundo modo, ideſt ſicut cum intellectus iam habet habitũ ſcientiæ, ſed non conſiderat. Probatur: Quia non omnia, quæ naturali cognitione cognoſcit, ſemper actu conſiderat. C

Vltima concluſio: Intellectus Angeli nunquam eſt in potentia hoc ſecundo modo ad cognitionem Verbi, & eorum, quæ in Verbo videt. Probatur; Quoniam in hac viſione conſiſtit eius beatitudo; ergo nunquam eſt in potentia dicto modo. Probatur conſequentia ex Ariſt. 1. Ethic. capit. 8. dicente, beatitudinem in habitu non conſiſtere, ſed in actu.

Expoſitio Textus.

CAuenda hic eſt expoſitio Vaſquezij circa vltimam concluſionem dicentis, D. Thomã cum, ait, ea, quæ videntur in Verbo, ſemper actu videri ab Angelo beato, intelligere non ab initio D ſuæ beatitudinis, ſed poſtquam reuelata in tempore ſunt, quo etiam modo exiſtimat intelligẽdum, quod ait S. D. art. ſeq. Angelos ea omnia ſimul cognoſcere; quæ vident in Verbo. Aduerſatur enim manifeſtè probationi concluſionis aſſumenti, in hac viſione poſitam eſſe Angeli beatitudinem, ſicut etiam in artic. ſequenti perſpicuè declarat S. Thomas, ſe loqui de ea cognitione, qua formaliter Angeli ſunt beati. Conſtat autem ex dictis ſupra quæſt. 12. art. 10. beatos omnes ab initio ſuæ beatitudinis ea omnia videre, quæ vident in Verbo. Videnda ſunt, quæ diximus ſupra quæſt. 12. art. 8. Controu. 1.

Prima Controuerſia.

An præter ſpecies intelligibiles, ſint in intellectu Angeli habitus aliqui congeniti, vel acquiſiti.

Sententiæ Doctorum.

Bannes. BAnnes ſuam ſententiam explicat quinq; propoſitionibus. Prima eſt; Neceſſe eſt in Angelis ponere aliquos habitus ſupernaturales realiter diſtinctos à lumine naturali, & ab omni facultate Angelorum; exempli gratia, habitum fidei, & ſpei à principio creationis, & nunc in Beatis habitum charitatis. Secunda eſt: Species intelligibilis in intellectu Angelico non habet, proprie loquendo, rationem habitus ſcientifici. Tertia eſt: In intellectu Angelico non ſunt neceſſariò ponendi plures habitus ſpeculatiui circa diuerſa intelligibilia. Quarta eſt: Lumen vnicum intellectus Angelici, quatenus accommodatur intelligibilibus diuerſorum obiectorum, habet virtualiter rationẽ plurium habituum. Vltima propoſitio eſt: Valdè probabile eſt, reperiri in Angelis aliquos habitus fidei acquiſitæ, & opinionis circà illa obiecta, quæ non pertinent per ſe ad naturalem eius cognitionem. Eandem ſententiam ſequitur Suarez diſp. Metaph. 35. ſect. 3. num. 24. Suarez.

Zumellus, & ipſe dicit quinque. Primum eſt: Intellectus Angeli indiget habitu ſupernaturali, ſeu lumine diſtincto à ſpeciebus ad cognoſcenda obiecta ſupernaturalia ſupernaturaliter, & ad hos habitus poteſt eſſe in potentia. Secundum eſt: Habitus, ſeu lumen fidei, quod fuit in Angelis à principio, erat qualitas diſtincta à ſpeciebus. Tertium eſt: Probabile eſt, quod Angelus non indiget illis habitibus naturalibus, qui dicuntur virtutes intellectuales maximè ſpeculatiuæ. Quartum eſt: Probabiliſsimum eſt, immò certum, circa naturalia eſſe conſtituendum aliquem habitum in Angelo præter ſpecies intelligibiles. Zumellus.

Vltimum eſt: Probabile eſt, Angelum poſſe habere habitum fidei, & opinionis naturalis circa illa obiecta, quæ non pertinent per ſe ad naturalem cognitionem eius, & conſequenter eſt valdè probabile, non habere huiuſmodi habitus cõgenitos, ſed eſſe ad illos in potentia, poſſeque eos acquirere per actus proprios.

Molina conuenit in primo dicto, & addit præter ſpecies intelligibiles concedendos eſſe in Angelis habitus acquiſitos per actus, tam ex parte intellectus, quàm ex parte voluntatis, non ſecùs, ac in nobis. Molina.

Vaſquez ait, in Angelis nullum eſſe habitũ præter ſupernaturales, & infuſos natura ſua diſtinctos à ſpeciebus intelligibilibus. Vaſquez.

Capreolus in primo ſement. in Prologo, quæſt. 3. in probatione primæ concluſionis docet, habitũ ſcientiæ in Angelis eſſe ipſas ſpecies intelligibiles eis connaturales, & concreatas: quam ſententiam ſequitur Caietanus in 1. 2. q. 50. art. vlt. & q. 54. art. 4. & q. 63. art. 1. & Valencia in dicta quæſt. 50. art. vltimo, Ripa, & Peſantius ſuper hoc artic. qui tamen ſequitur Bannesium, & Zumellum in vltimo dicto. E Capreol. Caiet. Valentia. Ripa. Peſantius.

Ferrarienſis in 1. cont. gen. cap. 56. propè finem ait, dici poſſe, habitum in intellectu Angelico eſſe fundamentaliter ipſas ſpecies, formaliter autem eſſe quandam habilitatem ad vtendum ipſis ab ipſo intellectu, ſiue ſit ipſum lumen naturale intellectus. Ferrarien.

Resolutio.

Definitur habitus in communi, & habitus noster intellectualis, & singula definitionis particula declarantur.

S. Thom. QVæstionis huius propria sedes est in 1. 2. qu. 50. art. 6. Vbi eam proponit, ac definit S. D. Ad cuius euidentiam sciẽdum est, controuersiam hic esse de habitibus ad ordinem naturalem pertinentibus, qui scilicet virtutem intellectus Angelici naturalem non excedunt; nam supernaturales habitus, tam intellectus, quàm voluntatis in Angelis omnes Scholastici cum D. Thoma, communiter conficentur, & probant eos latè Bannes, & Zumellus super hoc articulo.

Bannes Zumelius

Secundò notandum est, habitum in communi loquendo esse dispositionem, secundùm quam benè, vel malè disponitur dispositum, aut secundùm se, aut ad aliud, vt ait Arist. in 5. Metaph. tex. 25. & S.D. in 1. 2. q. 49. art. 1. & 2. vel vt dicitur in 7. Physic. tex. 17. habitus est dispositio perfecti ad optimum, quod est opus debitum, vt ibidem exponit S.D. Vt autem aliquid indigeat disponi ad alterũ, tria requiruntur, vt ait S.D. 1. 2. q. 49. art. 4. Primũ est distinctio realis eius, quod disponitur, ab eo, ad quod disponitur: ita vt ad ipsum comparetur, veluti potentia ad actum: quo fit, vt in Deo, in quo nulla reperitur potentia, aut compositio, nullus esse valeat habitus, aut dispositio: Secundum, quod requiritur, est, vt id, quod se habet ad alterum, vt potentia, possit pluribus modis determinari ad diuersa; ac proindè, quod suapte natura est ad actum, vel ad operationem determinatum, nullo indiget habitu ad talem formam, vel operationẽ ordinato. Tertium requisitum est, vt plura concurrant ad disponẽdum subiectum ad vnum aliquod eorum ad quæ est in potentia: quæ plura diuersis modis possunt ad inuicem commensurari, & per ea sic, vel aliter commensurata subiectum disponi bene, vel malè ad formam, vel operationem cuius defectu qualitatibus elementorũ simplicium quæ tot secundùm vnum tantum modum naturis elementorum conueniunt, ratio habitus, aut dispositionis minimè congruit; sanitatem autem, pulchritudinem, & scientiam habitus nuncupamus, eo q̃ in plurium commensuratione consistant, quæ diuersis modis possunt commensurari.

Aristot. & Thom.

Tertio considerandum est, ad habitum nostrũ intellectualem tria concurrere necessario, scilicet species intelligibiles ordinatas, lumẽ intellectus, & habilitatem ad prompte, & faciliter, & delectabiliter considerandum. Manifestantur hæc omnia in habitu Geometriæ; in quo primò sunt species intelligibiles linearum, magnitudinum, & figurarum ad vnam, & eandem rationem formalem scibilis ordinatæ: ex huius enim rationis formalis vnitate dependet vnitas scientiæ, & partium eius specifica.

Habitus noster intellectualis.

Secundò in habitu scientiæ est lumen ex intellectus agentis lumine deriuatum, & in singulis scientiæ partibus, siue conclusionibus participatum;

A de quo supra multa diximus, quæst. 1. art. 3. Postremo est habilitas ad prompte, & faciliter speculandum: Cum enim intellectus noster ex se ipso sit veluti tabula rasa, non est ex sui natura determinatus, aut ordinatus ad vsum talium specierum sic ordinatarum ad vnum scibile formaliter; necesse est igitur, illum per additam qualitatem, quæ per se primò respiciat vnum scibile, determinari ad prompte, faciliter, ac delectabiliter vtendum speciebus omnibus in ordine ad illud vnum obiectũ sic formaliter scibile; hęc autem qualitas est ipsamet habilitas.

B Cum igitur hæc habilitas ex obiecto specificẽ habeat vnitatem, & consequenter sit species qualitatis, sequitur euidenter, eam esse simplicẽ qualitatem: nulla siquidem species qualitatis est composita ex pluribus qualitatibus diuersarum specierum: Ex quo sequitur, habitum scientificum essentialiter nihil aliud esse, quàm dictam simplicẽ qualitatem; species namq; plures adinuicem ordinatæ solam ordinis habent vnitatem: atque ideò nequeunt vnam speciem constituere qualitatis: sed vt sic ordinatæ, ad vnam formaliter attinent speciem relationis, vt latè, ac subtiliter explicat Caietanus 1. 2. quæst. 54. art. 4.

Caietanus

C *Angelorum habitum intellectualem alterius esse rationis à nostris, & non esse qualitatem speciebus inditis superadditam sed idem esse realiter, quod ipsa species, & lumen.*

QVarè aduertendum est ex eodem exposito-re in 1. 2. quæst. 49. art. 6. habitus Angelorũ alterius esse rationis à nostris, & altioris ordinis; & sicut eorum essentiæ, & potentiæ sunt magis vnitæ, quàm nostræ, sic & habitus; atque ideò non oportet ita exactè, aut eodem modo res prædictas habituum conditiones in habitibus Angelorum, sicut in nostris expetere. Non est enim in Angelorum intellectu potentia, quæ durarione speciem præcedat, & habitum, neque, quod ibi est in potentia, pluribus modis possit determinari ad plura, nisi quatenus potentiam habet, quæ pluribus perficitur speciebus, quibus multipliciter vti potest, quæ ob eandem causam dici possunt plura diuersis modis commensurabilia.

D

S. Thom. Habitus esse posse dupliciter à natura.

Quintò notandum est ex D. Thoma 1. 2. quæst. 51. art. 1. aliquos habitus esse à natura: Quod dupliciter esse potest: vno modo, vt habitus secundũ se totum, & complete sit à natura; alio modo, vt secundùm aliquid, scilicet inchoationẽ sit à natura, & secundùm aliquid, scilicet secundùm eius complementum per operationem agentis extrinseci, vel ipsius recipientis inducatur; vt explicant S. Thomas, & Caietanus in hoc eo primo artic. & q. 63. art. primo. Vbi ait S. Doct. ip tatione hominis esse naturaliter quędam principia naturaliter cognita, tam scibilium, quàm agendorum; quæ sunt quædam seminaria intellectualium virtutum, & moralium; & in voluntate naturalem appetitũ boni, quod est secundum rationem; consumationem autem huiusmodi virtutum fieri, non secundùm

E

vnum

vnum actionis modum, ſed ſecundùm diuerſos iuxta diuerſas materias, circa quas operantur virtutes.

Habitus principiorũ qũo ſint à natura.

Ad quorum euidentiam ſcito primò, habitum primorum principiorum ineſſe nobis à natura inchoatiuè, non quia pars eius ſit à natura, ſed quia poſita terminorum notitia extrinſecus acquiſita per actiones ſenſibilium in vires ſenſitiuas, & per illuſtrationem intellectus agentis, ſub eodem lumine reſultat in intellectu poſsibili qualitas illa, S. Thom. quæ eſt habitus primorum principiorum; Vt enim ait ibi S.D. ex ipſa natura animæ intellectualis cõuenit homini, vt ſtatim, cognito, quid eſt totum, & quid eſt pars, cognoſcat, omne totum eſſe maius ſua parte, ſed quid ſit totum, & quid ſit pars, cognoſcere non poteſt, niſi per ſpecies intelligibiles à phantaſmatibus acceptas. Et ideò Philoſophus in fine Poſteriorum cognitionem principiorum dicit prouenire nobis à ſenſu; quo loco videndus eſt Caietanus. Ariſtot. Caietanus

Secundò obſerua cum Caietano in dicta quæſt. 63. art. 1. Conſumationem habitus in nobis etiam primorum principiorum non eſſe ſecundùm modum vnum actionis, ſed ſecundùm diuerſos, iuxta rerum diuerſitatem, circa quas verſantur: cum.n. hic habitus, ſicut & alij in compoſitione cõſiſtat, neceſſe eſt, vt ſecundùm diuerſas materias ſit etiã à recto intellectu diuerſa compoſitio: alio namq; modo componit intellectus ens cum non ente, & alio modo totum cum parte, & alio modo bonum cum proſecutione, & alio modo malum cum fuga.

Habitus angelorũ.

Cum igitur in Angelorũ intellectu nulla ſit cõpoſitio, ſed notitia tantum ſimplex altioris ordinis, & euidentior, quàm humana, nullus eſt in eis habitus principiorum, neque concluſionum ſpeciebus intelligibilibus ſuperadditus; ſed habitus intellectualis in eis idem eſt realiter, & formaliter, quod ipſæ ſpecies intelligibiles, vt repræſentatiuæ, ſub lumine intellectus Angelici: & cum hæ ſint Angelo naturales, erit & habitus ipſe naturalis. Et quoniam vnus eſt tantùm intellectus in Angelo vim habens agentis, & poſsibilis, vnus, & idẽ actus ſecundus intellectus Angelici lumen eſt, ſine magis ſplendor à luce, ſub qua ſpecies intelligibiles actu repræſentant, & res intelligibiles habent euidentiam, & idem etiam actus eſt intellectio: Quod autem in Angelis nulla ſit habilitas ſpeciebus addita, quæ ſit eſſentialiter habitus, probatur: Primò; quoniam intellectus Angelicus intrinſecè lumen eſt, & ſpecies intelligibiles relucẽt ſub eo naturaliter, & eius intellectio ſplendor eſt: igitur, ſicut lucis habilitas ad illuminandum ab ipſa lucis natura non diſtinguitur, neque diaphani, vel coloris habilitas ad lumen eſt ab eorum natura diuerſa, ita nec intellectus Angelici habilitas ad intelligendum, & ſpecierum ad actu repræſentandum ab eorum natura diſtinguitur.

Secundo probatur eadem veritas; quoniam primorum principiorum habitus in nobis eſt qualitas à ſpeciebus diſtincta realiter, quia non eſt cõpletè, ſed tantùm inchoatiuè naturalis, & per actus intellectus acquiritur, & firmatur habilitas ad promptè, faciliterq; conſiderandas primorum principiorum veritates: cum itaque ſint Angelorũ habitus non inchoatiuè tantùm, ſed completè naturales, vt ante diximus, nulla ſpecierum addita naturis erit in eis habilitas, quæ ſit eſſentialiter habitus.

Dubitatio

Sed fortaſſe dices, poſſe Angelum ſpeciebus ſibi congenitis vti plurimis modis, atque ideò neceſſariam eſſe diſtinctam à ſpeciebus habilitatem, vt eis vti valeat promptè, faciliter, & delectabiliter, quando, & quomodocunque voluerit: Sed Angelici luminis, ſiue intellectus, & ſpecierum excellentiam conſideranti facilis erit huius obiecti ſolutio; Species enim intelligibiles Angelorum non ſolum ſingulæ ſine diſcurſu, & compoſitione plures rerum naturas, proprietates, & accidentia repræſentant, verùm etiam naturalem habent ordinem, & commenſurationem adinuicem omnibus intellectus, & voluntatis vſibus accommodatam: & ideò nulla egent eis addita qualitate, qua diuerſis vſibus aptæ reddantur. Lumen etiam Angelici intellectus eius eſt excellentiæ, vt luminibus omnibus æquiualeat ſcientiarum ſpeculatiuarum, ac proinde ſpeciebus vnitum intelligibilibus vnum dumtaxat cum eis altioris ordinis habitum conſtituat, ſcientiarum omnium noſtrarum habitus eminenter continentem: Speciebus enim, & lumini (quod eſt ipſa virtus intellectiua) ſimul iunctis naturalis, & eſſentialis ineſt habilitas ad actus intellectionis eliciẽdos circa res naturaliter ab Angelo cognoſcibiles: Non eſt igitur Angelo lumen aliquod neceſſarium ab eius intellectu diſtinctũ, quod vel ſit per eius actus ſucceſsiuè comparatũ, vel naturaliter ex vno tãtùm actu reſultet, aut ſpeciebus fit, & intellectui perfectè connaturale: Et quia, cum de habitu intellectuali ſermo eſt, res, ſiue qualitas intelligitur realiter ab intellectu diſtincta, in habitu verò intellectus Angelici naturali nihil eſt realiter ab intellectu diſtinctum, niſi ſpecies (iam enim diximus, lumen eſſe virtutem ipſam intelligendi, quamuis inadæquatè; ſicut .n. apud nos lumen, quod eſt intellectus agens, pars eſt virtutis intellectiuæ poteſtatiua, ſic in Angelico intellectu ſimpliciter, & vnitè præhabente perfectionem omnẽ noſtri intellectus agentis, & poſſibilis, ſeclusis imperfectionibus, lumen eſt intimè pertinens ad eius eſſentiã, ſed non adæquans) ideò benè dixit Caietanus affirmans, habitum Angelorum intellectualem eſſe ſolas ſpecies intelligibiles.

Solutio.

Caietanus concordia cum Ferr.

Ferrarienſis autem rationem habitus perfectã conſiderans, non eſſe ſine lumine, quod veluti formale ad ſpecies, vt materiales comparatur, aſſeruit, habitum Angelorum formaliter eſſe lumen, ſiue ſit idem realiter cum intellectu, ſiue ſit realiter ab eo diſtinctum, materialiter autem eſſe ſpecies. Quod ſententiæ Caietani minimè contradicit, qui de habitu intellectuali realiter ab intellectu diſtincto tantùm loquitur.

Obiectio ex D. Th.

Sed contra prædicta produci poſſent verba Sãcti Thomę in tertio ſententiarum diſtinctione de-

cimaquarta, quæſt. prima, artic. primo, quæſtiuncula ſecunda, ad primum, vbi ſic loquitur: *Angelus autem non indiget habitu in cognitione naturali: quia non abſtrahit à phantaſmatibus ſpecies, ſed habet eas innatas: indiget tamen eo in cognitione ſupernaturali.* Iob. c. 25: Vnde dicitur Iob 25. *Numquid eſt numerus militum eius, & ſuper quem non fulget lumen illud? Et ideò Angeli in cognitione naturali nõ indigent habitu, ſecundum quod ad habitum requiritur lumen: exigitur autem, ſecũdùm quod requiritur ſpecies rerum propter hoc, quia habent eſſe limitatum.* Quibus verbis manifeſtè declarat, in habitu intellectuali Angelorũ non includi lumen. Verùm facilè diluitur hæc obiectio: declarat enim ibi S. Doct. ſe loqui de lumine, quo per abſtractionem ſpecierum res potentia intelligibiles fiunt actu intelligibiles.

Secundò dico, ibi ſermonem eſſe de lumine realiter ab intellectu diſtincto, quod ſit eiuſdem intellectus perfectio, vt patet ex quęſtiuncula 3. eiuſdẽ articuli: iam autem diximus, lumen intellectus Angelici naturale non eſſe realiter ab intellectu cognoſcente diſtinctum.

Probabilem eſſe eorum ſententiam, qui dicunt, in Angelis eſſe quoſdam habitus acquiſitos, ſcilicet opinionis, & fidei acquiſitæ, ſed oppoſitam eſſe probabiliorem.

POſtremò conſiderandum eſt, in Angelo pręter cognitionem per ſe naturalem, & cognitionẽ ſimpliciter ſupernaturalem eſſe duas quaſdam alias cognitiones imperfectas, alteram opinionis circa futura contingentia ordinis naturalis, & cogitationes cordium, & alteram opinionis, vel etiã fidei acquiſitæ circa res ordinis ſupernaturalis, vt ſunt myſteria gratiæ.

Et quoniam ad nullum prædictorum actuum eſt intellectus Angeli naturaliter determinatus (neque enim habet ſpecies naturaliter myſteria gratiæ repræſentantes, neque per habitum aliquẽ naturalem ad ea cognoſcenda determinatur, neq; ſpecies aliquas, vel habitum habet naturalẽ, quibus ad futura contingentia, vel cordium cogitationes, antequam ſint, naturaliter cognoſcẽda determinetur (cum tamen ex effectibus, & coniecturis ſæpè de prædictis opinetur, aut iudicet) ideò probabile valdè eſt, per dictos actus, opinionis videlicet, ac iudicij, vel credulitatis habit' aliquos ad promptè, & faciliter opinandum, iudicandum, & credendum in Angelorum mentibus generari. Quare probabile ſatis eſt, in Dæmonibus eſſe habitum fidei acquiſitæ de myſterijs gratię per plures actus generatum, quo miraculorum euidentia conuicti ad iudicandum de ipſis myſterijs inclinantur, & quodammodo determinantur. Ita ſentiunt, & probant hic latè Bannes, & Zumellus: qđ etiam Iſidorus videtur indicaſſe, cum dicit in primo libro de ſummo bono cap. 12. Angelos multa cognoſcere per experientiam. Bannes. Zumellus. Iſidorus.

Sed melius dici poſſet ad hæc opinanda, iudicãda, aut credenda, nullum eſſe habitum Angelo neceſſarium; ſed ſufficere ſpecies inditas, cum excellentia virtutis, ac luminis intellectualis: Et licèt Angelus málus ex peruerſitate ſuæ voluntatis abutatur excellenti ſui intellectus virtute naturali, & ſæpè abſolutè, ac temerè iudicet illud eſſe, aut futurum eſſe, quod non eſt, aut nunquam erit: bonus tamen, ac beatus Angelus circa hæc nunquam habet abſolutum, ac omnino determinatum iudicium niſi ſpecialem habuerit à Deo reuelationem. Et hic dicendi modus conſonat primæ concluſioni Diui Thomæ negantis, intellectum Angeli eſſe in potentia ad actum primũ reſpectu eorum ad quæ eius cognitio naturalis ſe extendere poteſt: conſtat autem naturalem Angeli cognitionem, ſe extendere ad contingentia, & ad cogitationes cordium ſaltim opinatiuè cognoſcendas: igitur nunquam intellectus Angeli eſt in potentia ad habitũ opinatiuum circa prædicta.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: Neceſſarij ſunt Angelis habitus ſupernaturales à ſpeciebus, & lumine naturali diſtincti realiter, quibus ſupernaturaliter obiecta ſupernaturalia cognoſcant, & ament. Hęc eſt D. Thom. loco ſupra notato ex 3. ſent. Et probatur: Quoniam actus credendi ſperandi, & diligendi, qui Deum reſpiciunt, vt obiectum ſupernaturale, nulla poſſunt elici virtute naturali; igitur neceſſarij ſunt habitus ſupernaturales, quibus facultas eleuetur Angeli naturalis, & fiat potens ad actus prædictos eliciendos.

Secunda cõcluſio; Habitus intellectualis in Angelo circa naturalia non eſt qualitas, vel lumen, aut habilitas intellectui, & ſpeciebus intelligibilibus Angeli ſuperaddita, ſed ſpecies, & intellectus, vt lumen, vnum integrant habitum Angeli naturalem. Hæc patet ex dictis.

Tertia concluſio: Probabile eſt in Angelo eſſe quoſdam habitus acquiſitos ad eos actus opinionis, iudicij, aut fidei minimè ſupernaturalis, quos elicit Angelus circa futura contingentia, cogitationes cordium, & myſteria gratiæ per ſigna, vel effectus cognita naturaliter. Hæc etiam patet ex dictis.

Vltima concluſio. Probabilius eſt nullos in Angelis eſſe habitus acquiſitos. Hæc patet ex dictis.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra ſecundam concluſionem argumentatur Bannes, & cum eo Zumellus, intendens probare, ſpecies intelligibiles in intellectum Angelico non habere, proprie loquendo, rationem habitus ſcientifici: Quia ſpecies ponitur in intellectu ad faciendam vnionem obiecti cum potentia, habitus verò ponitur ad iudicandum de obiecto ſic vnito; ergo diſtinguuntur. Confirmatur; quia ſpecies tenet ſe ex parte obiecti, & tamquam principium effectiuum, habitus verò ponitur ad determinandum potentiam, tamquam principium effectiuum iudicij. Bannes. Zumellus.

Re-

Reſpondetur, hoc argumento cum eius confirmatione probari, habitum non eſſe ſolas ſpecies; quod gratis concedimus: hoc tamen ſequitur eſſe ſuperadditam qualitatem à ſpecibus, & intellectu diſtinctam; ſufficiunt enim ſpecies cum intellectu, prout lumen eſt, ad determinandum ipſum intellectum, tamquam principium effectiuum iudicij.

Secundò arguit Zumellus: ſecundum Ariſt. 2. Poſt. cap. vltimo, Præter ſpecies intelligibiles conſtituitur in nobis habitus principiorum, quem intellectum appellamus, qui à natura ineſt, & quo etiam indigemus ad inuariabiliter iudicandum de principijs per ſe notis, & ad aſſentiendum illis; ergo etiam Angelus indiget ſimili habitu ad iudicandum de omnibus, quæ propria virtute cognoſcit. Probatur conſequentia: Primò; Quia eodem modo ſe habet Angelus circa omnia naturalia, quæ cognoſcit, ſicut nos circa prima principia. Secundò; Quia tam euidentia ſunt nobis prima principia, ſicut Angelis concluſiones, quas cognoſcit in principijs; ſed hoc non obſtat, quin minus in nobis conſtituatur habitus principiorum; ergo ſimiliter eadem ratio non obſtabit, quin minus in Angelis conſtituatur habitus reſpectu concluſionum ſcientiarum naturalium.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam. Ad primam probationem negatur antecedens; quia naturalium cognitio eſt Angelo completè naturalis, ſed cognitio, ſeu habitus principiorum non eſt nobis completè, ſed tantùm inchoatiuè naturalis. Ad ſecundam negatur conſequentia propter manifeſtam cauſam; licet enim æquè ſint nobis euidentia prima principia, ſicut Angelis concluſiones, non tamen ſunt æquè connaturalia.

Tertiò. In Angelo intellectus ipſe nudus ab omni ſpecie æquè eſt pura potentia reſpectu eorum, quorum ſpecie caret; ergo non poteſt per ſe ipſum propenſus eſſe, & determinatus ad iudicandum de illis; ergo indiget, ſicut & nos, præter ſpecies huiuſmodi habitu tam à ſpeciebus, quàm ab intellectu diſtincto.

Reſpondetur, intellectum Angeli ſuapte naturâ lumen eſſe, & vendicare ſibi ſpecies naturaliter ab eo fluentes; atq; ideo per ſe ipſum propenſum eſſe, ac determinatum ad iudicandum de rebus per ſpecies repræſentatis multò melius, quàm noſter intellectus per ſuperadditam qualitatè. Quare ad argumentum negatur antecedens, nimirum intellectum Angeli ſecundum ſe nudum eſſe ab omni ſpecie.

Contra tertiam concluſionem ſunt argumenta, quæ producunt, & ſoluunt Bannes, & Zumellus.

Bannes. Zumellus

Contra eandem concluſionem argumentatur Vaſquez: Habitus potentiæ aſſignandus eſt, aut ad ſimpliciter operandum, hoc eſt ad ſubſtantiam ipſam actus producendam, vel ad facilitatem, vt ſcilicet intellectus facilius operetur; ſed neutro modo in Angelo videntur habitus neceſſarij; ergo fruſtrà ponuntur. Probatur Minor quo ad priorem partem, quod ſcilicet non ſint neceſſarij quo ad ſubſtantiam actus: Quia ad cognitionem rerũ,

Vaſquez.

A quas Angelus poteſt cognoſcere, ſufficiens, & integrum habet principium, nempe facultatem ipſam intellectus, & ſpecies; ergo Angelus, vt credat fide acquiſita, & non infuſa, vel opinione aliqua, & cõiectura ea, quæ euidenter cognoſcere non poteſt, ſufficiens illi principium eſt facultas ipſa cognoſcendi, & ſpecies ad producendam ſubſtantiam actus: Probatur antecedens; Quia in nobis intellectus, & ſpecies ſufficiunt ad producendos quoſcumq; actus intelligẽdi naturales; prius enim intelligimus, quàm habitus acquiramus. Deindè probatur minorem quo ad alteram partem, videlicet in Angelo non eſſe neceſſarios habitus ad faci-

B litatem credendi fide naturali, aut opinandi, &c. Quia intellectus Angeli ex ſe perſpicax eſt, & ab omni impedimento liber, vt ſumma facilitate feratur, in id, quod credibile, aut opinabile ſibi appareat, ſibiq; ſumma facilitate, vt tale repræſentatum; ergo non indiget habitu aliquo acquiſito, quo ſibi facilitatem ad hanc cognitionem acquirat. Eo eadem ratione Dæmones, qui credunt, & contremiſcunt, vt dicit Iacobus cap. 2. non indigent habitu aliquo acquiſito, vt credant: ita enim ipſo euentu rei conuicti credunt, vt non poſſint non credere: ad aſſentiendum autem, qui neceſſariò conſequitur, nulla alia facilitas, & promptitudo requi-

Iacob. c. 2.

C ritur eſt.

Reſpondetur, falſam eſſe minorem quo ad ſecundam partem. Ad probationem negatur antecedẽs; habet enim Angelus impedimentum negatiuum, ſcilicet, incuidentiam, & negationem naturalis determinationis, ac proportionis reſpectu futurorũ contingentium, vt contingentia ſunt, & reſpectu cogitationum cordium, ac myſteriorum gratiæ; quia nullius horum habet ſpecies naturaliter repræſentatiuas: Et quamuis Dæmones euidentia miraculorum conuicti credant, vt tamen promptè, ac faciliter credant, indigent habitu per actus credendi multiplices acquiſito.

D Quia ſicut euidentia propria eſt perfectio intellectus, & ideo ad eam naturaliter inclinatur, ita incuidentia, quæ priuatio eſt euidentiæ, inclinationem impedit intellectus, & voluntatis, ſaltem quo ad modum, ne ſcilicet promptè, faciliter, ac delectabiliter, feratur in obiectum incuidens: atque ideo eget intellectus habitu ſuperaddito, vt promptè, faciliter &c. feratur in tale obiectum huiuſmodi verò ſunt in propoſito futura contingentia, cogitationes cordium, & myſteria gratiæ in ſuis effectibus repræſentata, ſunt enim in euidentia; igitur ad prædictos actus, ſcilicet opinionis, & credulitatis circa hæc exercendos neceſſarius eſt

E habitus opinatiuus, aut fidei acquiſitæ.

Contra vltimam concluſionem argumentatur Bannes. Primò. Intellectus Angelicus non eſt determinatus, per ſpecies, aut per habitum ad repræſentanda myſteria gratiæ, & tamen de huiuſmodi iudicat coniecturaliter, & per quoſdam effectus, quod ita ſe habeant; ergo neceſſe eſt, vt eius intellectus determinetur aliquo habitu acquiſito ad facilè iudicandum de huiuſmodi rebus.

Secũdò quamuis intellectus Angelicus habeat

ſpecies

ſpecies naturaliter repræſentatiuas futurorum cõtingentium, & cogitationum cordis quantùm ad ſubſtantiam, & quidditatem talium rerum tamen naturaliter nequeunt ſe extendere ad repræſentandum actualem coniunctionem exiſtentiæ cum futuris contingentibus, antequam ſint, & cum cordis cogitationibus, antequam reuelentur; ergo ad iudicandum de huiuſmodi opinatiuè antequam ſint, vel reuelentur opus eſt Angelo aliquo principio acquiſito potentiam ad huiuſmodi iudicium determinante.

Reſpondeo & dico primò intellectum Angeli eſſe naturaliter determinatum ad iudicandum, & ad aſſentiendum non quidem abſolutè, ſed probabiliter, & opinatiuè prædictis omnibus ex coniecturis, & effectibus excellenti pro lumine viſis & conſideratis. Secundo dico Angelum malum ſæpè abſolutè, & temere de huiuſmodi iudicare, non ex aliquo habitu intellectuali acquiſito ſed ex ſuperbia ad ita iudicandum determinante. Tertio dico non eſſe neceſſarium, vt futura contingentia cognoſcantur opinatiuè eorum actualem coniunctionem cum exiſtentiam repræſentari; vnde etiã ſecundum oppoſitæ ſententiæ defenſores poſt habitum acquiſitum non repræſentantur, & eadem ratio eſt de cogitationibus cordium. Ad his reſpõdetur ad primum, & negatur antecedens: Nam intellectus Angeli ſpecies habet, quæ ex ſui natura determinatæ ſunt ad repræſentanda coniecturaliter myſteria gratiæ per effectus actu exiſtentes talis repræſentatos. Ad ſecundum negatur conſequentia cuius falſitas patet ex dictis.

Sed inſtat Zumellus primo licèt intellectus hominis præditus ſit ſpecibus intelligibilibus nihilominus non inclinatur ad aſſenſum, niſi poſitis præmiſſis indigetq; habitu ſcientiæ, quo inclinetur ad concluſiones, quo facile applicet medium concluſionis; ergo etiam Angelus, quamuis dum actu conſideret coniecturas, vel teſtimonia, ſine habitu ſufficienter inclinetur ad aſſenſum, indiget tamen habitu, quia non ſemper actualiter conſiderat coniecturas illas, & teſtimonia. Et confirmatur: quia Angelus quando videt propoſitionem aliquam neceſſariam intuetur omnia media intrinſeca ex quibus pendet veritas illius, ſi tamen inter extrema propoſitionis non ſit neceſſaria cõnexio, vel ſi etiam Angelus non poſſet perfectè naturali lumine intueri illam propoſitionem, tunc non occurrunt Angelo neceſſario omnia media extrinſeca quibus poteſt coniecturare veritatem illam: nã hæc ſunt pene infinita media, & poſſunt repreſentari per plures ſpecies; ergo quo ad hanc cognitionem eadem eſt ratio de homine atq; Angelo.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam: quoniam in homine non eſt plenitudo luminis ſicut in Angelo. Ad confirmationem dico fallam eſſe conſequentiam: Quia licèt Angelus non neceſſario conſideret omnia media extrinſeca, & coniecturas; poteſt tamen ex ſui luminis excellentia facillimè, ſi voluerit, ea omnia conſiderare, quæ ſunt in actu cum non ſint infinita, quorum cognitio ſatis eſt ad cauſandum actum opinionis, aut fidei acquiſitæ in eius intellectu.

A

Secunda Controuerſia.

An poſſit Angelus eſſe in potentia ad omnem actum ſecundum reſpectu rerum naturaliter ab eo cognoſcibilium.

Referuntur ſententiæ Doctorum, & reijcitur Vaſquezij cenſura, & indicatur Controuerſiæ definitio.

PArtem negantem tuentur cum D. Tho. Capreolus in 2. ſent. d. 3. q. 2. Caietanus art. ſequenti, Ferrar. in 2. cont. Gent. cap. 97. Bannes dubio 2. & Zumellus q. ſua 2. Vaſquez diſp. 219. cap. 3. quamuis ſententiam hanc non reſpuat, ægre tamen illi conſentit dicens, rationes, quibus ſententiam ſuã probat S. D. in dicto cap. 97. & poſtremi duo expoſitores Bannes, & Zumellus, efficaces non eſſe, eo quod ſolido careant fundamento; & ſingulis earũ quaſdam adhibet ſolutiones communia Theologorum principia circa præſentem materiam deſtruentes; quæ tamen ex dictis in quæſtionibus præcedentibus videntur eſſe firmiſſima, & quantùm præſens materia patitur, euidentia. Viro namq; prudenti, ac verè ſapienti præ oculis habendum eſt illud Ariſtotelis documẽtum in 2. Met. tex. 16. & 1. Et hic. cap. 3. Non eſſe mathematicam acriboldgiam in omnibus expetendam, ſed iuxtà naturam, & modum ſubiectæ materiæ. Conſtat autẽ ex eodem Philoſopho in dicto 2. libro diuinorum text. 2. cognitionem ſubſtantiarum ſeparatarum nobis eſſe difficillimam ob noſtri intellectus infirmitatem: ſicut enim (inquit) Noctuarum oculi ad lucem diei ſe habent, ſic & animæ noſtræ intellectus ad ea, quæ ſunt omnium naturæ manifeſtiſſima. Minùs itaq; prudenter, ac ſcitè Vaſquez demõſtrationes expetit in hac materia. Videat itaq; lector, quæ circa propoſitam difficultatem ſcribunt Bannes, & Zumellus; nihil enim eorum ſcriptis addendum occurrit.

Capreol. Ferrarien. Caietan. Bannes. Zumellus S. Thom. Vaſquez.

Ariſt.

D

Tertia Controuerſia.

Quomodo poſſit Angelus exiſtens in actu primò circa aliquod obiectum reducere ſe in actum ſecundum ergà illud.

DE propoſita difficultate differit hic latè Zumellus quæſt. 3. ad hunc articulum, vbi plures ſententias tàm exterorum, quàm etiam Thomiſtarum examinat, ac reijcit, & tandem in fine §. *His ſententijs*, Caietani, & Ferrarienſis ſententiã. 2. cont. gent. cap. 101. declarat, & amplectitur. Eius itaque definitio nobis probatur, vt optima, quam lege, ſi placet.

Zumell. Caietanus Ferrarien.

E

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum Angelus ſimul poſſit multa intelligere.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd Angelus non poſsit ſimul multa intelligere. Dicit enim Philoſ. 2. Topi. quòd contingit multa ſcire, ſed vnum tantùm intelligere.

2 Præ

1ſi. q 85 a. 4. & 2 d. 3. q. 3. ar. 4 & 3 d. 14 a. 2. q. 4. & 1 cõtra c. 55 & ver. q 8 ar. 14 & quo.

Digitized by Google

7 q.viii.a. c.4. in declaratione 33. loci, com.1.

2 Præterea. Nihil intelligitur niſi ſecundum, quòd intellectus formatur per ſpeciem intelligibilem, ſicut corpus formatur per figuram. Sed vnum corpus non poteſt formari diuerſis figuris. Ergo vnus intellectus non poteſt ſimul intelligere diuerſa intelligibilia.

3 Præterea. Intelligere eſt motus quidam. Nullus autem motus terminatur ad diuerſos terminos. Ergo non contingit ſimul multa intelligere.

Sed contra eſt, quòd dicit Auguſt. * 4. ſup. Geneſ. ad lit. Potentia ſpiritualis mentis Angelicæ cuncta, quæ voluerit, facillimè ſimul comprehendit.

Respondeo. Dicendum, quòd, ſicut ad vnitatem motus requiritur vnitas termini, ita ad vnitatem operationis requiritur vnitas obiecti. Contingit autem aliqua accipi, vt plura, & vt vnum, ſicut partes alicuius continui; ſi enim vnaquæque per ſe accipiatur, plures ſunt. Vnde & non vna operatione, nec ſimul accipiuntur per ſenſum, & intellectum. Alio modo accipiuntur, ſecundum quòd ſunt vnum in toto. Et ſic ſimul vna operatione cognoſcuntur, * tam per ſenſum, quàm per intellectum, dum totum continuum conſideratur, vt dicitur in *3. de Anima. Et ſic etiam intellectus noſter ſimul intelligit ſubiectum, & prædicatum, prout ſunt partes vnius propoſitionis, & duo comparata, ſecundum quòd conueniunt in vna comparatione. Ex quo patet, quòd multa, ſecundum quòd ſunt diſtincta, non poſſunt ſimul intelligi; ſed, ſecundum quòd vniuntur in vno intelligibili, ſic ſimul intelliguntur. Vnſquodque autem eſt intelligibile in actu, ſecundum quod eius ſimilitudo eſt in intellectu. Quæcunque igitur per vnam ſpeciem intelligibilem cognoſci poſſunt, cognoſcuntur, vt vnum intelligibile, & ideo ſimul cognoſcuntur. Quæ verò per diuerſas ſpecies intelligibiles cognoſcuntur, vt diuerſa intelligibilia capiuntur. * Angeli igitur ea cognitione, qua cognoſcunt res per verbum, omnia cognoſcunt vna intelligibili ſpecie, quæ eſt eſſentia diuina. Et ideo, quantùm ad talem cognitionem omnia ſimul cognoſcunt: ſicut & in patria nolunt volubiles noſtræ cogitationes ab alijs in alia euntes, atque redeuntes, ſed omnem ſcientiam noſtram ſimul, vno conſpectu videbimus: vt Auguſt. dicit in * 15. de Trin. cap. 6. Ea verò cognitione, qua cognoſcunt res per ſpecies innatas, omnia illa ſimul poſſunt intelligere, quæ vna ſpecie cognoſcuntur, non autem illa, quæ diuerſis.

Ad primum ergo dicendum, quòd intelligere multa vt vnum, eſt quodammodo vnum intelligere.

A Ad ſecundum dicendum, quòd intellectus formatur per intelligibilem ſpeciem, quam apud ſe habet. Et ideo, ſic poteſt vna ſpecie intelligibili * multa ſimul intelligibilia intueri, D.775 ſicut vnum corpus per vnam figuram poteſt ſimul multis corporibus aſſimilari.

Ad tertium Dicendum, ſicut ad primum.

Senſus quæſiti.

TRes ſunt in hoc quæſito voces; quarum ſignificatio colligitur ex littera D. Tho. Prima eſt verbum, *intelligere*, quòd non habitualem, ſed B actualem intellectionem ſignificat: Secunda eſt nomen, *multa*, quòd multa ſignificat formaliter, vt multa ſunt, non ex parte intelligentis, quia ſcilicet per plures ſpecies repræſententur, ſed ex parte ipſarum rerum intellectarum: prout ſcilicet ab inuicem ſunt diſtinctæ. tertia eſt dictio illa, *ſimul*, qua non ſolùm durationis, ſed etiam operationis identitas denotatur.

Forma Textus.

PRemiſſa diſtinctione reſpondetur quæſito tribus concluſionibus. *Diſtinctio eſt: Multa poſſunt dupliciter accipi, ſcilicet vt multa, & vt vnum. Manifeſtatur exemplo partium alicuius continui, quæ poſſunt accipi, vt plures, ſi vnaquæq; per ſe accipiatur, & poſſunt accipi, vt vnum, ſi ſumantur, vt ſunt vnum in toto.*

Prima concluſio eſt: Angelica cognitione, qua cognoſcunt res per Verbum, omnia ſimul cognoſcunt. Probatur: Quæcunq; per vnam ſpeciem intelligibilem cognoſci poſſunt, ſimul, & vna operatione cognoſcuntur: ſed Angelo ea cognitione, qua cognoſcunt res per verbum, omnia cognoſcunt vna intelligibili ſpecie, quæ eſt eſſentia diuina; ergo ea cognitione omnia ſimul cognoſcunt. Minor patet ex q 12. Maior probatur; Quia quæcunq; per vnam ſpeciem intelligibilem cognoſci poſſunt, cognoſcuntur, vt vnū intelligibile: ad quæcunq; cognoſcūtur, vt vnum intelligibile, ſimul & vna operatione cognoſci poſſunt, ergo, quæcunq; per vnam ſpeciem intelligibilem cognoſci poſſunt, ſimul, & vna operatione cognoſcuntur; Maior probatur; Quia vnumquodq; eſt intelligibile in actu, ſecundum quod eius ſimilitudo eſt in intellectu; ergò quæcunq; per vnam ſpeciem cognoſci poſſunt, cognoſcuntur, vt vnum intelligibile. Minor probatur: Primò, quia ad vnitatem operationis requiritur, & ſufficit vnitas obiecti ſicut ad vnitatem motus requiritur, & ſufficit vnitas termini. Secundò manifeſtatur exemplis partium continui, & partium propoſitionis, & duorum comparatorum, quæ conueniunt in vna comparatione, vt perſpicuè patet in textu. Secundò probatur eadem concluſio auctoritate Auguſtini lib. 15. de Trinitate, cap. 16.

Secunda concluſio: Angeli ea cognitione, qua cognoſcunt res per ſpecies innatas, omnia ſimul poſſunt intelligere, quæ vna ſpecie cognoſcunt. Probatur: Nam quæcunq; per vnam ſpeciem intelligibilē cognoſci poſſunt, cognoſcuntur, vt vnum intelligibile; ergo ea cognitione, qua cognoſcunt res per ſpecies innatas, omnia ſimul poſſunt intelligere, quæ vna ſpecie cognoſcunt. Conſequentia

quentia patet ex dictis; quoniam ea simul cognoſci poſſunt, quæ cognoſcuntur, vt vnum intelligibile.

Vltima concluſio. Ea, quæ per diuerſas ſpecies innatas cognoſcunt Angeli, non poſſunt ſimul intelligere. Probatur eodem medio.

Expoſitio Textus.

Caietanus

A Duertit hic Caietanus, circa maiorem primi argumentis, quo probatur prima concluſio, D. Thomam non diſtinguere inter ſimul cognoſcere, & vna operatione cognoſcere: cum tamen abſolutè ſit aliud ſimul cognoſcere, & aliud vna operatione cognoſcere; eo quod experimur nos ſimul percipere colorem, & ſonum: quæ tamen operationibus diuerſis attingimus. Sed in re propoſita eadem (inquit) eſt difficultas de ſimultate, & vnitate, & ab vnitate, veluti notiori ſimultas, vt ignotior indicatur. Plura ſiquidem, vt plura, neque ſimul, neque vna poſſunt intellectus operatione cognoſci, ſicut neq; dici; Vt enim ait Ariſt. in 4. Metaphyſ. text. 10. qui vnum non intelligit, nihil intelligit, & in 3. de anima, contingit multa ſcire, vnũ autem intelligere: Quòd autem in re præſenti ſit notior vnitas operationis, quàm ſimultas pluriũ ſcilicet operationum eiuſdem potẽtiæ, patet: quia magis perſpicuum eſt, vnius operationis eſſe vnũ obiectum, quàm quòd plures operationes eiuſdẽ potentiæ vnum tantùm formaliter obiectum reſpiciant: neceſſe eſt autem, vt omnium ab vna potentia ſimul cognoſcibilium ſit vna ratio formalis obiectiua, ſiue per vnam, ſiue per plures attingantur operationes: Poſſet etiam non incongruè dici, quòd, quemadmodum Angelus per plures ſpecies ſimul intelligit, non vt plures ſunt, ſed prout vnius quodammodo rationem habent, ſic & pluribus actionibus intelligendi ſimul cognoſcit, non vt plures ſunt, ſed vt adunantur in vnam, modo inferius explicando: atq; ideo nihil differre (de eadem potentia loquendo) ſimul cognoſcere, & vna operatione cognoſcere.

Ariſt.

Circa minorem illam eiuſdem primi argumenti, quo probatur prima concluſio, videlicet *Angeli ea cognitione, qua cognoſcunt res per Verbum, omnia cognoſcunt vna intelligibili ſpecie, quæ eſt eſſentia diuina*; Duo notanda ſunt; Primum eſt, ex ea deduci, beatos aliquas creaturas videre in Verbo formaliter, ideſt eadem viſione, qua vident Verbum: Nã vbi eſt idem formale principium operationis indiuiſibilis, & immutabilis, nullam ſucceſſionem habentis, neceſſe eſt eandem eſſe operationem: At in intellectu beatorum eſt idem formale principium viſionis, qua immutabiliter, & abſq; ſucceſſione vident Verbum, & res per Verbum ergo eadem eſt viſio, qua beati vident Verbum, & res in Verbo: Ex quo patet falſum eſſe, quod ſupra, & alibi docet Vaſquez de mente S. Thomæ, videlicet, Angelos ea, quæ vident in Verbo, non omnia ſimul cognoſcere ab initio beatitudinis, ſed ea tantùm ſimul cognoſcere, poſtquam reuelata ſunt; vt etiam oſtendimus ſupra quæſt. 12. art. 8. contr. 1.

Secundum eſt, diuinam eſſentiam in intellectu beatorum, tàm Angelorum, quàm hominum triplex munus exercere, ſcilicet ſpeciei impreſſę, Verbi, ſeu ſpeciei expreſſæ, & obiecti per ſe primò viſi, in quo alia cognoſcuntur; vt oſtendimus in dicto art. 8. contr. 2. & art. 3. eiuſdẽ quæſtionis: Quæ tria munera tangit hic breuiſſimè S. D. primũ quidem dicendo Angelos omnia cognoſcere vna ſpecie intelligibili, quæ eſt diuina eſſentia; ſecundum autem, & tertium dicendo, Angelos cognoſcere res per Verbum. Dicuntur enim Angeli beati dupliciter cognoſcere res per Verbum; Vno modo, quatenus eſſentia diuina fungitur officio ſpeciei expreſſæ terminantis actum intellectionis: hic in, eſſentia diuina conſideratur vt Verbum, non quidem perſonaliter, ſed eſſentialiter dictum: Alio modo dicuntur Angeli beati res cognoſcere per Verbum tanquam per obiectum per ſe primò viſum, in quo aliæ res videntur: ſicut etiam Deus dicitur per ſe ipſum primò cognitum alia cognoſcere; quod eſt videre alia in ſeipſo tanquam in cauſa, & obiecto per ſe primò viſo, in quo alia videntur.

Quomodo multa ſint vnum intelligibile.

Explicat idem expoſitor in ſecundo dubio ſenſum illius propoſitionis; Vnum quodquè eſt intelligibile in actu, ſecundùm quod eius ſimilitudo eſt in intellectu.

Ex probatione primò concluſionis ſatis euidenter colligitur, multa dici vnum intelligibile, non ea ratione tantum, quod vna ſpecie repræſentantur, ſed etiam, quoniam eorum eſt vna ratio formalis obiectiua; id enim declarat expreſſè S. D. dicens, ad vnitatem operationis requiri vnitatem obiecti, ſicut ad vnitatem motus requiritur vnitas termini, & manifeſtat exemplo partium continui, & partium propoſitionis, quæ conueniunt in vna ratione formali totius: & addit exemplum cõparatorum, quorum vna comparationis eſt ratio.

Circa vltimam concluſionem videnda ſunt, quæ ſcribunt S. Thom. & Caiet. infra q. 85. art. 4.

D. Thom.

Circa eandem concluſionem aduerte, D. Tho. in 2. cont. Gen. cap. vltimo ex ea deducere, in intellectu ſubſtantiæ ſeparatæ eſſe quandam intelligentiarum ſucceſſionem, quæ tamen non eſt motus, propriè loquendo, quia non ſuccedit actus potentiæ, ſed actus actui: quam doctrinam explicat ibi Ferrarienſis.

Ferrarien.

Controuerſia vnica de veritate ſecundæ, & tertiæ Concluſionis.

An ſcilicet, & quomodo poſſit Angelus ea, quæ per vnam, vel per plures ſpecies repræſentantur, ſimul, & diſtincte cognoſcere.

Sententiæ Doctorum.

Durandus

D Vrandus in ſecundo ſent. diſt. 3. quæſtione vltima docet, Angelum ſemper, ac neceſſario res illas omnes vno actu cognoſcere, quarum ſpecies habet naturaliter inditas, cui proximè accedit Gregorius Ariminenſis in ſecundo diſt. 11. dicens Angelum poſſe, ſi velit, omnibus ſimul ſpecibus vti, & res omnes per eas repræſentatas pluribus ſimul actibus intelligere.

Gregorius

Molina

Molina diſputatione prima ſentit, non ſolum Ange-

Digitized by Google

Angelos, ſed etiam nos poſſe ſimul intelligere multa per modum multorum: & addit in ſecúda diſputatione, poſſe Angelum cognoſcere ſimul omnes ſpecies, quas in ſe habet, quatenùs qualitates quędam ſunt, & quatenùs in genere ſunt quædam formæ, quibus percipere valet obiecta: ſed non poteſt (inquit) eas cognoſcere, quatenùs in particulari repræſentatiuæ ſunt omnium ſuorũ obiectorũ.

Valencia. Valentia dicit quatuor. Primum: certum eſt, Angelum poſſe ſimul multa intelligere per modũ vnius, ideſt, vt ſunt peculiari aliqua habitudine vnum. Secundum: Certum eſt, Angelum poſſe omnia illa ſimul intelligere, quæ repræſentantur ipſi per vnicam eius ſpeciem intelligibilem. Tertium: Certum eſt, poſſe Angelum ſimul cognoſcere multa, vt multa etiam ſunt, modò illa repræſententur ipſi per ſpecies intelligibiles diuerſi ordinis. Quartum: Angelus poteſt cognoſcere multa, vt multa, quæ repræſentantur illi per ſpecies diuerſas eiuſdem ordinis.

Vaſquez. Vaſquez dicit quinque. Primum eſt: Poteſt Angelus intelligere plura per modum vnius, non tantùm per vnum conceptum formalem, qui ſit vna ſimplex qualitas, ſed etiam per plures conceptus, & ſpecies expreſſas inuicem tamen ordinatas, & repræſentantes obiecta cum ordine quodam inter ſe. Secundum: Poteſt Angelus, & Homo cognoſcere plura per plures ſpecies expreſſas, & per plures conceptus formales abſque vllo ordine inter ſe, & per modum plurium; non tamen ità perfectè, ſicut, ſi vnum illorum obiectorum per ſe intelligeret. Tertium: Non ſatis probatur, Angelum poſſe conſiderare omnia, quorum ſpecies habet. Quartum; Poteſt Angelus ea omnia ſimul cogitare, quorum habet vnam ſpeciem impreſſam. Quintum: In Angeli poteſtate eſt conſiderare vnum, ſine alio ex ijs, quæ in eadem ſpecie repræſentantur.

Zumellus. Zumellus quatuordecim concluſionibus reſpondet quæſito. Prima eſt: Angelus poteſt habere ſimul cognitionem claram Dei, & cognitionem ſui per ſuam eſſentiam, & aliam cognitionem, per ſpeciem inditam. Secunda eſt: Non poteſt Angelus ſimul tot operationes habere, quot habet formas intelligibiles. Tertia: Plures actus intelligendi, qui ordinem inter ſe habent, poſſunt quidem ſimul eſſe, non tamen, ſi prorſus fuerint diuerſi. Quarta: Angelus ſimul habere non poteſt plures cognitiones, quarum vnaquæq; ſit perfecta, & habens totam intenſionem, & perfectionem completam, quam habere poteſt ex virtute intellectiua Angeli. Quinta: Angelus poteſt ſimul elicere plures actus intelligendi per plures ſpecies; qui, licèt ſint imperfecti reſpectu ipſarum ſpecierum, & virtutis ipſius Angeli, tamen reſpectu rerum cognitarum poſſunt eſſe perfecti: Sexta, quæ prima eſt in eius quæſtione ſecunda, eſt: Non poteſt Angelus ſimul vti pluribus ſpeciebus, veluti principijs intelligendi. Septima: Poteſt Angelus pluribus ſimul vti ſpeciebus ad integrandam ex illis vnam rationem formalem alicuius obiecti. Octaua: Angelus non poteſt ſimul pluribus vti ſpeciebus, vt plures

A ſunt, & conſequenter non poteſt cognoſcere plura per modum plurium, neque pluribus, neque vna cognitione. Nona: Angelus poteſt vti ſimul pluribus ſpeciebus per modum vnius. Decima: Angelus poteſt vti ſimul omnibus ſpeciebus, vt obiectis cognitis: Vndecima, quæ eſt prima in eius quæſtione tertia: Angelus poteſt diſtinctè, & perfectè cognoſcere ſimul omnia, quæ repręſentantur per vnam ſpeciem. Duodecima: Angelus poteſt vnum formare conceptum ſpeciei adæquatum, & poteſt etiam plures inadæquatos ſucceſſiuè concipere per eandem ſpeciem, non tamen ſimul. Tertiadecima: Omnia, quæ repræſentantur per vni-
B cam ſpeciem, non poteſt Angelus ſimul pluribus cognitionibus intelligere, ſed ſucceſſiuè. Vltima: Probabile eſt, non poſſe Angelum vnico actu ſimul cognoſcere, quę ad omnia ſingularia eiuſdem ſpeciei pertinent.

Bannes. Bannes ſententiam ſuam ſeptem propoſitionibus explicat. Prima eſt: Angelus poteſt ſimul cognoſcere omnia repræſentata per vnicam ſpeciem vniuerſalem, & vnica cognitione. Secunda: Intellectus Angeli omnia, quæ repræſentantur per vnicam ſpeciem, poteſt cognoſcere pluribus cognitionibus ſucceſſiuis, neque opus eſt, vt quotieſcumq; voluerit intelligere obiectum vnius ſpe-
C ciei, cognoſcat omnia alia, quæ per eandem ſpeciem intelligibilem repræſentantur. Tertia: Probabile eſt, intellectum Angeli poſſe per eandem ſpeciem vniuerſalem formare diuerſos conceptus, maximè circa diſtinctas quidditates ſpecies differentes in eſſe entitatiuo, quamuis conueniant in eſſe intelligibili ſub eadẽ ſpecifica ratione. Quarta: Non poteſt Angelus habere plures cognitiones ſimul, quarum quælibet ſit perfecta, & habeat totam intenſionem, quam habere poteſt ex virtute intellectus Angelici. Quinta: Non poteſt Angelus ſimul vti pluribus ſpeciebus, quatenùs plures ſunt, & ex conſequenti non poterit plura per mo-
D dum plurium cognoſcere, neq; vna, neq; pluribus cognitionibus. Sexta; Poteſt Angelus ſimul vti pluribus ſpeciebus per modum vnius, & ex conſequenti poteſt ſimul cognoſcere repræſentata diſtincta per ſpecies diſtinctas. Vltima propoſitio eſt: Impoſſibile eſt, vt, cum Angelus vtitur pluribus ſpeciebus, cognoſcat comprehenſiuè, & perfectè ſingula, quæ repræſentantur per illas ſpecies.

Caiet. Caietanus hic, & Ferrarienſis in 1. cont. gent. cap. 101. & alij Thomiſtæ communiter affirmant, Angelum poſſe per vnam, vel per plures ſpecies plura, non tamen, vt plura, ſed vt vnum: ſimul intelligere: Cuius ſententiæ fundamenta, ſi paulò diligentius fuerint explicata, veritatem hic breuiter
E à D. Thoma propoſitam illuſtrabunt, & argumenta diluent exterorum.

Reſolutio.

Præmiſſa diuiſione multiplici, tota diſputatio reducitur ad quinque capita.

QVinque ſunt partes huius controuerſiæ: quas primo, diuiſione præmiſſa, proponemus, dein-

Digitized by Google

deinceps ordinatè de ſingulis diſſeremus. Dupliciter itaq; Angelus multa poteſt ſimul intelligere; vno modo per vnam, alio modo per plures ſpecies; Dupliciter autem plures eſſe poſſunt ſpecies; vno modo, vt in eodem omnes ordine contineantur: quales ſunt omnes ſpecies ex Angeli ſubſtantia naturaliter effluentes: nulla enim ex illis eſt alteri ſubordinata, nec vis vnius repræſentativa continetur in altera formaliter, aut eminenter, ſeu virtualiter: ſed quælibet proprio commenſuratur obiecto ab eo, quod altera repræſentat, omninò diſtincto, & omnes habent eundem intelligibilem eſſendi modum; vt explicat Ferrarienſis in 1. cont. gent. c. 55. ad tertium dubium. Alio modo poſſunt plures eſſe ſpecies, quæ ordinem ad inuicem habeant eſſentialem: ita vt obiectum, ſiue rem, quam repræſentat inferior, nobiliori modo, aut ſub ampliori obiecti ratione repræſentet ſuperior; qualis ſunt eſſetia diuina, per quam Angeli beati Deum, & totum ordinem vniuerſi cum ſingulis eius partibus diſtinctè contemplantur, & propria cognoſcentis Angeli ſubſtantia, per quam ſuprà diximus, Angelum vniuerſa, licet imperfectè cognoſcere, & ſpecies quælibet intelligibilis ad vnum formaliter obiectum determinata: hæc enim tertia ſecundæ, & ſecunda primę ſubordinatur, vt infrà perſpicuè declarabimus: Species autem eiuſdem ordinis dupliciter poſſunt conſiderari: ac proinde poteſt eis Angelus dupliciter vti; Vno modo abſolutè, prout ſ. quælibet proprio commenſuratur obiecto; Alio modo, prout extrema ſunt in repræſentando relationes aliquorum, putà duorũ ſimilium, aut diſſimilium, ſiue differentium, vel quatenùs per Angelicæ voluntatis vſum, ad vnam conſimilem obiecti rationem integrandam, & totã ſimul ab Angelo cognoſcendam. Sed præterea, ſiue plura ſimul per vnam, ſiue per plures ſpecies eiuſdem ordinis intelligat Angelus, dupliciter opinari poſſumus, Angelum ea cognoſcere, ſcilicet vt vnum, ſiue per modum vnius, & vt plura ſunt, ſiue per modum plurium. Et rurſum recentiores inquirunt, num plura ſimul vna, vel pluribus intellectionibus, aut etiam conceptionibus actu cognoſcat, & an omnia ſub eadem ſpecie ſimul exiſtentia ſingularia ſimul etiam poſſint ab Angelo cognoſci. Et quoniam Angelus eodem actu, quo ſuã contemplatur eſſentiam, omnes etiam illius naturales perfectiones intuetur: ex quibus ea potiſſima eſt, vt ſit omnia ſecundùm eſſe intelligibile per additas illi ſpecies ex ipſamet eſſentia profluentes, meritò quærit hic Caietanus, & alij poſt eum, num Angelus ſeipſum, & ſpecies omnes ſuas intelligibiles per ſuam eſſentiam intelligens, ſimul etiã omnia per ſpecies repræſentata cognoſcat.

Ferrarien.

caietanus

Et his quinque reluctant examinanda. Primum eſt, quomodo plura per vnam ſpeciem repræſentata cognoſcantur ab Angelo. Secundum: quomodo per plures ſpecies diuerſorum ordinum Angelus intelligat. Tertium: An, & quomodo per plures ſpecies plura cognoſcat. Quartum: An poſſit plures ſimul actus elicere, vel formare conceptus, quando per plures eiuſdem ordinis ſpecies intelligit.

A Vltimum eſt: An Angelus ſuam eſſentiam, & naturales eius perfectiones, ac præcipuè ſpecies intelligens, ſimul etiam cognoſcat repræſentata per eas.

Poſſe Angelum ea, quæ per vnam ſpeciem repræſentantur, ſimul intelligere, non tamen pluribus actibus, & conceptionibus, ſed una tantùm.

PRimam difficultatem definit hic S.D. concluſione ſecunda dicens, quæcunq; per vnã ſpeciem intelligibilem cognoſci poſſunt, ea cognoſci tamquàm vnum intelligibile, atq; ideo ſimul cognoſci. Quod etiam explicat late Ferrarienſis in 2. cont. gent. cap. vltimò, probans ex doctrina D. Tho. de Verit. q. 8. art. 13. Angelum vtentem vna ſpecie, non neceſſariò ſimul omnia cõſiderare, quę ſunt per eam cognoſcibilia, ſed poſſe, vel ſimul omnia, vel quædam, aut vnum tantùm, prout voluerit, conſiderare: quemadmodum etiam intellectus humanus per ſpeciem hominis poteſt, vel totam hominis quidditatem, vel vnam aliquam tantùm eius rationem conſiderare. Quam ſententiam ſequũtur, & pluribus argumentis confirmant Bannes in prima, & 2. ſua cõcluſione, & Zumell. in ſua q. 2. ad hũc art. in 1. 2. & 3. ſua concluſione: qui tamen in 4. affirmat eſſe probabile, non poſſe Angelum vnico actu ſimul ea cognoſcere, quæ ad omnia ſingularia eiuſdem ſpeciei pertinent: Quæ tamen concluſio ſatis efficaciter confutatur illis argumentis, quibus idem expoſitor probat primam ſuam concluſionem, videlicet poſſe Angelum diſtinctè, & perfectè cognoſcere ſimul omnia, quæ repræſentãtur per vnam ſpeciem; etiam ſi illa ſint ſpecie, vel genere diſtincta. Ex quibus illud præcipuum eſt, quod ſpecies Angelicæ ſunt commenſuratæ, & proportionatæ lumini intellectus Angelici: quo fit, vt Angelus ſufficiens habeat lumen ad vtendum perfectè, & adæquate quacumq; ſpecie ſibi indita. Cum itaq; talis ſpecies ſecundum ſe poſſit obiectum ſuum ſecundum totam eius latitudinem repræſentare, conſequens fit, intellectum Angeli ſimul omnia per eam repræſentata poſſe diſtinctè cognoſcere: de qua re nonnulla diximus ſupra q. 55. art. 3. controuerſia 1.

S. Thom.

Ferrar.

Bannes, & Zumell ſententiam ejicitur.

Sed quærunt expoſitores prædicti, num poſſit Angelus pluribus, ac diſtinctis actibus, & conceptibus ſimul cognoſcere plura per vnam ſpeciem repræſentata. Bannes in 3. ſua concluſione ait, eſſe probabile, intellectum Angeli per eandem ſpeciẽ vniuerſalem poſſe formare diuerſos conceptus, maxime circa diſtinctas quidditates ſpecie differentes in eſſe entitatiuo, quamuis conueniant in eſſe intelligibili ſub eadem ſpecifica ratione: addit tamen quartam concluſionem negantem, poſſe Angelum plures ſimul habere cognitiones; quarum quælibet ſit perfecta, & habeat totam intenſionem, quam habere poteſt ex virtute intellectus Angelici. Et Zumellus quæſt. ſua prima, concluſione 5. in fine ſentit, Angelum non poſſe per vnam ſpeciem plures ſimul actus inadæquatos elicere, & quæſt. 3. concl. 2. negat, Angelum poſſe plures vnius ſpeciei conceptus inadæquatos elicere. Quæ ſententia verior eſt, & principijs Philoſophiæ

Bãnes opinio.

con-

eõsonantior. Ratio potissima est, quia duo actus, vel formæ eiusdem speciei, vel generis proximi simul esse non possunt in eodem subiecto secundùm esse completum, vt expresse docet S. Thomas in 5. Metaphy. tex. 15. & infra quæst. 85. art. 4. & de Verit. quæst. 8. art. 14. vbi ait, formas eiusdem generis, prout sunt in actu perfecto, simul esse non posse in eodem subiecto, quoniam oporteret eandem potentiam ad diuersos actus terminari, quod est impossibile, sicut, & vnã lineam ex vna parte terminari ad diuersa puncta: quam rationem explicat eruditè Iauellus in 5. Metaph. quæst. 18. Sed alia specialis de actibus per eandem speciem elicitis proferri potest probans, duos tales actus simul esse non posse; quia nulla posset inter eos realis assignari differentia: nam eorum distinctio, vel ex principio sumenda esset, vel ex obiecto; at verò talium actuũ species eadem intelligibilis esset principium, & vna esset etiam obiecti specifica ratio plures materialiter inter se distinctas continens quidditates: quemadmodum, & obiectum visus, aut scientiæ sub vna specifica ratione formali plura continet species, vel etiam genere differentia: Quæ ratio militat de conceptibus etiam intellectiones diuersas per eandem speciem elicitas terminantibus; sunt enim conceptus formæ quædam intelligibiles in actu perfecto non minus, quàm actus intelligendi per eos terminati. Et eodem etiã argumẽto probatur efficaciter, plures intellectiones, & conceptiones ex diuersis speciebus eiusdẽ ordinis procedentes simul esse non posse, vt ostendemus inferius.

Reliqua ad hanc partẽ pertinentia vide, si placet, apud Bannesium, & Zumellum, quæst. 3. & Ferrariensem primo cont. gent. cap. 55.

S. Thom. — Iauellus — Bannes. Zumellus

Angelum per tres simul species diuersorum ordinum, & distinctis actibus semper intelligere.

SEquitur secunda controuersiæ pars inquirens: An, & quomodo per plures simul species diuersorum ordinum Angelus intelligat: Quam hiscrupulositè determinat Caietanus, quem alij sequuntur expositores. Fundamẽtum, cui nititur Caietanus, est; quia tres illæ species, quas supra diximus esse tialiter esse ad inuicem ordinatas, videlicet essentia diuina, per quam Angelus videt Deum, & ea, quę sunt in Vniuerso, substantia Angeli, per quam Angelus imperfectè nouit omnia, & species impressa, qua determinatum cognoscit obiectũ, pro vna tantùm specie intelligibili computãtur: Cum enim essentia diuina sit eorum omnium perfectissimum repræsentatiuum, quæ per Angeli substantiam, & per quamlibet additam speciem repræsentantur, non est cum illis, vt ab eis diuersa numerãda, sicut nec Angeli substantia cum vlla superaddita specie ponit in numerum, sed magis ea completur, & determinatur, vt singulas rerũ naturas, & individua distincte repræsenter: quemadmodũ etiam species sensus communis cum nulla sensuũ particularium specie ponit in numerum, sed ad idem sensibile cognoscendum, ac si tantùm essent vna species, simul actu concurrunt.

Caietan.

A Videt itaque beatus Angelus per diuinam essẽtiam semper Deum, & ea, quibus perfectio cõstat Vniuersi, & per sui substantiam se ipsum, ac Deũ naturaliter semper intuetur, & per vnam aliquam ex additis speciebus semper intelligit, vt in superioribus satis ostendimus. Cum autem tres iam dictæ species sint diuersarum naturarum, & ordinũ, necesse est, & eorum actus realiter esse distinctos, & ad distinctos ordines pertinere, nec vnum cum altero, vel alijs esse numerandum, eo quòd superior ad eadem, & plura pertingat obiecta cognoscenda, ad quæ terminatur inferior, & actus superior fit ratio, ac veluti forma inferioris, vt ait Ferrariensis in 1. cõt. gent. cap. 55. Vbi verò vnum est alterius forma, vel ratio, ibi quodammodo vnum est, vt ait etiam S. D de Veritate, quæst. 8. art. 14. ad sextum argumentum. Et cum ad diuersam non solum speciẽ, sed genere referantur potentiã, nulla repugnantia est, sed summa congruitas, eos ab eadem intellectiua potentia simul elici: Quamuis enim eos omnes vna, solaq; vis intellectiua recipiat; diuersarum tamen potentiarum hoc ipso rationem induit, quod diuersi generis, & ordinis est speciebus intelligibilibus informata; quarũ quælibet, licèt non sit operationis receptiua, conditio tamen est necessaria, vt actione per eam elicita perficiatur intellectus: ac proinde non solum formalem, sed etiam realem saltẽ extrinsecè distinctionem efficit potentiæ receptiuæ, immò nec species illæ diuersorum ordinum eandem formaliter potentiam respiciunt, vt probat Ferrarien. in 1. cont. gent. cap. 55. Plures igitur ex pluribus illis speciebus simul esse poterunt actus eliciti, & eadem ratione conceptus secundùm eorum sententiam, qui dicunt, in qualibet intellectione formari Verbum, etiam in illa, qua se ipsum Angelus intelligit, & in visione beata, qua Deum per eius essentiam intuetur. Nec plures simul esse posse conceptus negat S. D. de Verit. quæst. 8. art. 14. in responsione ad sextum argumentum, vt ei perperã imponit Vasquez disp. 220. cap. 2. Quæ autem addit aduersum cognitionem rerum in communi, quam Sanctus Doctor Angelo tribuit per eius essentiam, erunt inferius examinanda.

Actuum distinctio. — Ferrariẽs. — S. Thom. — Ferrarien. — S. Thom. — Vasquezij impostura

Angelum posse per plures eiusdẽ ordinis species, actus, & conceptiones simul intelligere, prout vnius speciei, actus, & conceptionis sunt partes.

TErtia controuersiæ pars quærit: An, & quomodo cognoscat Angelus per diuersas eiusdem ordinis species Caietanus hic primò negat, Angelum simul per plures species absolutè sumptas intelligere, quia secundùm Aristot. 4. Metaphys. tex. 10. *Qui vnum non intelligit, nihil intelligit*, & in tertio de Anima; *Contingit multa scire, vnum autem intelligere*. Secundò affirmat, Angelum intelligere per plures simul eiusdem ordinis species, vt extrema sunt in repræsentando relationes alicuius, siue vt ad vnum referuntur intelligibile relatiuum: Sed infra quæst. 85. art. 4. duo prædictis adiungit; Primum est, plures illas species, quibus intelligit Angelus

Caietanus — Aristot.

gelus aliquarum rerũ diuersitatem, esse quasi partes vnius tertiæ speciei, quæ rerum illarum differẽ tiam repræsentat, sicque ad vnum obiectum repræsentandum conuenire; ac proindè, vt sic non esse multas, sed vnam, quia vim, ac munus vnius habent, & exercent: Secundum est, posse hic vnam, & plures etiam simul intellectiones interuenire, & si plures fuerint actus intelligendi, semper modũ actionis consequi modum formæ: atq; ideò, si plures fuerint formæ se habentes, vt vna; plures etiam ad eam consequentes operationes vnius tantùm modum habere; sicut ex pluribus formis, vel speciebus absolutè sumptis plures etiam absolutè sequuntur actiones per modum plurium.

Ad cuius euidentiam considerandum est, speciem expressam, siue verbum naturaliter esse proportionatum intellectioni, cuius est terminus, & speciei, quæ principium est intelligendi; quare necesse est, vt, si plures fuerint species, & actus intelligendi, plura sint etiam verba, siue conceptus, & qualem plures illæ species, & actus habuerint vnitatem, talem etiam necesse est speciebus expressis conuenire.

Cum igitur in ea cognitione, qua per diuersas species cognoscit Angelus, aut Homo differentiã vnius quidditatis ab altera, species, & actus modum iam dictum habeant vnitatis, eundem, vel similem vnitatis modum conceptibus oportet inesse: Habent autem species, & actus illi solam ordinis vnitatem, sicut exercitus, & propositio, & dictio: & sicut ordine propositionis secundùm terminos, vel dictionis secundùm syllabas, vel litteras variato, iam non eadem est, sed alia propositio, vel dictio: (sunt enim: hæ propositiones diuersæ, Homo non est animal, & Animal non est Homo, cum tamen ex eisdem vocibus vtraque componatur: & similiter differt hæc dictio, Mus, ab hac dictione, Sum, licèt ex eisdem vtraque constet litteris;) sic variato specierum, aut conceptuum ordine, iam alia resultabit species ex pluribus illis aliter ordinatis integrata, nec eadẽ erit, sed alia conceptio ex pluribus, veluti partialibus conceptionibus coalescens; quod idem de pluribus intellectionibus dicendum est, quæ viarum instar mediæ sunt inter vtrasque species, scilicet impressas, & expressas, vt etiam aduertit Bannes infra quæstione 85. art. 4. Cui consentit Vasquez hic disp. 220. cap. 1. & secundo, quamuis non rectè probet. Quã doctrinam hic satis apertè tradit S.D. dicens, intellectum nostrum simul intelligere subiectum, & prædicatum, prout sunt partes vnius propositionis, & duo comparata, secundùm quod conueniũt in vna comparatione; Constat autem, subiectum, & prædicatum, & multò magis duo comparata, quæ nonnunquàm genere, & pluſquàm genere sũt distincta, non vna tantum, sed pluribus intellectui nostro speciebus repræsentari.

Bannes. Vasquez. S. Thom.

Potest igitur secundùm D. Thomam intellectus pluribus simul actu speciebus, ac proindè etiã conceptibus, & actibus intelligere, prout iam dictum habent ordinem vnitatis; quod etiam significat idem S.D. de Verit. q. 8. art. 14. ad primum dicẽs, posse multa, vt vnum simul intelligi, vel per vnam speciem: Potest igitur per ordinis vnitatem vna species ex pluribus materialiter distinctis adunari, & eadem ratione poterit vnus ordine cõceptus ex pluribus materialiter distinctis, veluti partibus integrari, & similiter actus vnus ex actibus. Posse tamen hic vnum simplicem conceptum interuenire, ostendemus infra conclusione septima.

Quales sint illæ plures intellectiones, quas simul habet Angelus per species eiusdem ordinis, et posse esse tantùm vnam.

Quæstum

SEd quares, an quælibet earum intellectionum, vel conceptionum totam habeat, vel habere possit perfectionem, aut intensionem, quæ possit in eas ex intellectus Angelici, vel humani virtute deriuari.

Resp. Ferrarien.

Respondet Ferrariensis in 2. cont. gent. c. 101. in fine, eam quidditatem, quæ cæteris comparatur, distinctè cognosci, cæteras autẽ confusè, quatenus in vna quadam differentia communi conueniunt, secundùm quam ab illa vna quidditate distinguuntur; exempli gratia, cognoscit Angelus hominem, vt à brutis rationalitate differentẽ, cuius oppositam differentiam, scilicet irrationalitatem in cæteris omnibus intuetur, secundùm quam ab homine distinguuntur; Igitur Angelus hominẽ intelligendo, prout à reliquis distinguitur animalibus, hæc etiam omnia cognoscit, prout in irrationalitate conueniunt, & in vna negationum, & differentiæ ratione, siue conceptu continentur, quam responsionẽ sequuntur Bannes, & Zumellus quæst. 2. concluſ. 4. & alij super hoc articulo.

Bannes Zumellus

Secundò respondet Ferrariensis, in dicta comparatiua cognitione cæteras quidditates cognosci per speciem illius quidditatis, à qua differre, & remoueri cognoscuntur: Sed hæc responsio aduersatur Arist. in 3. de Anima tex. 157. vbi probat, ponendum esse necessario sensum communem; quia per sensum cognoscimus differentiam inter albũ, & dulce, duorum autem differentia cognosci non potest nisi per vnam potentiam, qua cognoscatur vtrumque, vt ibidem ait Philosophus, & exponit D. Thomas: Qui de differentia quidditatũ cognita per intellectum idem affirmat de mente Philosophi, nimirum eadem intellectiua potentia necesse esse vtramq; intelligi quidditatem differentem: constat autem, sensum communem per speciem albi non intelligere dulce, neque è contra, s. per speciem dulcis intelligere album; ergo nec intellect⁹ per speciem vnius quidditatis intelligit alias. Et cõfirmatur; quia species quælibet suum habet obiectum determinatum, vltra quod nullum aliud sine distinctè, siue confusè repræsentat; ergo per actum vna aliqua specie productum nihil potest ex ijs cognoscere, quæ per alias species repræsentantur.

Reijcitur.

Aristot.

S. Thom.

Tertiò respondent Bannes, & Zumellus, Angelũ non posse plures simul habere cognitiones, quarũ vnaquæque sit perfecta, & in summo possibilis intensionis gradu constituta. Addit Zumellus quæst. 1. concluſ. 4. Angelum posse simul elicere plures

Responsio 3. Bannes, & Zumel.

actus

actus cognoscendi per plures species, qui licèt sint imperfecti respectu ipsarum specierū, & virtutis ipsius Angeli, possunt tamen respectu rerum cognitarum esse perfecti: Quorū explicationes, & probationes vide, si placet, apud prædictos expositores. Vbi tamen aduerte duo: Primum est, plures illas intellectiones, & conceptiones non esse plures actualitates, aut terminos intellectus, sed vnū modo superius expositos; ac proinde simul esse posse: nec eandem esse rationē de pluribus figuris, quibus non potest simul vnum corpus terminari, qm hæ nequeunt in vnam aliquam totalem figuram veluti partes adunari: Secundum est, Zumellum in sua 3. quæst. ad hunc articulum, concluſ. 5. recta- B ; cere sententiam; affirmat enim esse probabilius, Angelum per plures species intelligentem non elicere plures actus, sed vnum simplicem tantū, quo primò & per se intelligit quid vnum, scilicet habitudinem inter extrema, quæ tantùm concomitanter intelliguntur, quasi partes cuiusdam totius. Quæ sententia mihi nō displicet; quemadmodum enim ex pluribus virtutum habitibus elici potest vnus actus, & ex vno habitu scientifico plures habente species vnus elicitur assensus, & ex specieb' Montis, & Auri in phantasia formatur vnum idolum Montis aurei, sic poterit Angelus per plures eiusdem ordinis species intelligens, vnum actum C intellectionis vna conceptione terminatum elicere; cum præsertim species, nec totalia, nec principalia sint intellectionis principia, sed veluti instrumenta sint immaterialis substantiæ, & eius intellectiuæ potentiæ. Idem tamen expositor concluſ. 6. eiusdem quæstionis reddit ad priorem sententiā.

Vnum esse tm actum.

Angelum non posse per plures eiusdem ordinis species, & actus, vt plures sunt, simul intelligere.

SEd alia superest quæstio: Num scilicet Angelus, aut homo possit actu simul per plures species eiusdem ordinis, quatenus plures sunt, intelligere; ita, vt per eas plura, non vt vnum, sed vt plura sunt absolute, cognoscat. Pro cuius solutione considerā dum est primo, differentiam esse inter habitum, & operationem: quod habitus medium locum tenet inter potentiam, & actum secundum, qui est perfecta virtus, & habitus actualitas; atque ideo ratio habitus mixtum dicit actum cum potentia ad perfectum, & vltimum actum; hic autē est operatio: Iam autem diximus ex Angelici nostri Doctoris sententia duas eiusdem generis formas in actu p- fecto simul esse nō posse: eo quod sequeretur, vnā, & eandem potentiam ad diuersos actus terminari, quod est impossibile non minùs, quam vnam lineam ex eadem parte simul ad diuersa puncta terminari: Sed ait Zumellus, intellectum Angeli, & hominis posse plura simul intelligere per modum plurium, cognitione tamen remissa, & imperfecta; sicut idem subiectum potest affici contrarijs qualitatibus sub eodem genere in gradibus remissis. Sed hæc solutio in bona philosophia non põt subsistere; nam qualitates illæ, quæ simul esse possunt in gradibus remissis, sunt actus primi, vel habitus, non autē operationes: Deinde operatio, siue actus

A secundus ex propria, & quidditatiua sui ratione perfectio est vltima potentiæ, & habitus, illum specificans, & determinans, adeo vt per nullum superiorem actum sit determinabilis; igitur nulli duo actus, vt duo, formaliter, simul esse possunt in eadē potentia, vel habitu, siue gradibus omnium possibilium habeant intensionem, siue sint ambo remissi, vel alter eorum tantùm. Quantumuis enim remittatur actus secundus, semper vltima potentiæ perfectio est, & eius terminus. Quod autem huius termini, & actus vltimi sit maior, aut minor intensio, merum accidens est, respectu eius, prout formaliter terminus, & actus vltimus est; ac proinde rationem, & effectum non immutat necessarium, & per se: hic autem est repugnantia cum altero eiusdem rationis actu, ne simul esse possit in eadē potentia. Præterea cognoscens per actualē cognitionem fit ipsum cognitum in esse complexo; ergo plura simul, vt plura, non potest actu cognoscere. Probatur consequentia, quia nulla res ad vnā naturam, vel differentiam essentialem determinata, potest per aliam determinari, nisi prius illa natura, vel differentia fuerit per alias determinabilis, vt supra quæst. 86. artic. 2. diximus de substantia Angeli seipsum intelligentis. Constat autem intellectionem illam, qua Raphael intelligit Lucem, non esse determinabilem per illam, qua intelligit Cœlum, vel Gabrielem; cum præsertim hæc formo sit de his intellectionibus, quatenus ad plura, vt plura sunt formaliter, terminantur.

Sed ait Zumellus, speciem etiam intelligibilem quantum ad actum informandi esse completam, licèt non sit quantum ad actuitatem in actu. Et iuxta intentionem (inquit) argumenti, si qua esset repugnantia, deberet oriri ex informatione pluriū actuum. At hæc obiectio vim argumenti non tangit; aliud enim est, formam, puta speciem, esse cōpletam quo ad actum informandi; quod est, eam esse completam secundùm quid, & aliud est, eam esse completam simpliciter; quod ex solo consequitur actu secundo, vt explicat S. D. quol. b. 7. art. 2. ad 1. Themes D duarum vero formarum eiusdem generis, vel speciei repugnantia, ne simul esse possint in eadē potentia ex solo procedit earum complemento simpliciter: ex eo namq; solo supra notata sequuntur absurda: Et ex his patet, exemplum de figuris, quo S. D. rem hanc illustrat infra quæst. 85. art. 4. & alibi sæpe valde accommodatum: sicut enim (inquit) impossibile est, vt idem corpus secundùm idem simul coloretur diuersis coloribus, vel figuretur diuersis figuris, ita nec perfici potest idem subiectum pluribus formis vnius generis, & diuersarum specierum in complementa namque, & terminatione formis, ac secundis præsertim actibus, figuris- que communi tota similitudo consistit, adeò vt sicut vnum corpus vna potest tantum actu figurā compleri, & terminari, sic & vna potentia vnam tantùm potest habere formam, complementum, & terminum. Cum igitur vltimum intellectiuę potentiæ complementum, & terminus sit intellectio, plures nunquam, vt plures, simul esse possunt intellectiones in intellectu.

Obiectio Zumelli.

Solutio.

Dicit Zumellus reijcitur.

Sed ait Zumellus primò, quamuis intellectus pluribus simul terminari nequeat actibus adæquatis suo obiecto secundùm totam eius extẽsionem, posse tamen terminari pluribus actibus circa plura obiecta partialia; sicut corpus secundùm totam suam extensionem vna tantum potest figura terminari, cum tamen secundùm partes suas diuersas, possit diuersas habere figuras. Secũdò addit, vnam intellectionem non actuare totam capacitatem intellectus, sicut vna figura totam actuat corporis, & quantitatis capacitatem. At rudis est vtraq; responsio; falsum est enim primò, in vno corpore plures esse posse figuras actu distinctas secundùm plures corporis partes: sicut enim corpus, licèt plures habeat partes, quæ singulæ possint ab inuicẽ seperari, & in quadam totalitate, & actualitate, seu complemento constitui: dum tamen sint actu partes totum integrantes, propria carẽt totalitate, & earum figuræ ad vnam totius corporis figuram pertinent, vt eius partes, licèt partibus à toto separatis, tot etiam fiant actu figuræ, quot partes: at plures actus intelligendi non affirmat dictus expositor esse partes vnius totalis intellectionis, sed singulos constituit actu distinctos, & eandem potentiam actu terminantes: Et quamuis vnus actus ad vnum inadæquatum obiectum terminatus non adæquetur potentiæ simpliciter, illi tamen adæquatur, prout in hoc actu semetipsum nunc exercet, eo quod proprius, & vltimus potentiæ terminus sit operatio: igitur potentia nunc secundùm seipsam per vnum actum secundùm terminata non poterit simul alio terminari, quamuis possit, hoc actu dimisso, alterum longe perfectiorem elicere; sicut corpus cereum vnã habens nunc imperfectam figuram, aliam simul habere non potest, licèt perfectiorem, hac expulsa, possit acquirere. Cum enim, vt ante diximus, operatio sit vltimus potentiæ terminus, & complementũ, ad quod esset aliter ordinatur, & ex quo denominatur simpliciter, idest, sine addito terminata, siue completa, sicut impossibile est, vnam specificam naturã pluribus specificis differentijs simul actu determinari, ita fieri nullo modo potest, vt vna virtus operatiua pluribus, vt plures sunt, operationibus actu terminetur; sicut nec vna linea potest ex eadẽ parte pluribus punctis terminari. Vide, si placet, D. Thomam quolib. 7. art. 2.

S. Thomas

Ex dictis soluitur etiã quarta controuersiæ difficultas de pluralitate conceptuum; plures enim cõceptus per plures formantur actus intelligendi: cum itaq; plures actus simul esse non possint, nec plures, vt plures, poterunt simul esse conceptus.

Posse Angelum omnia per species representata imperfectè cognoscere.

Caietanus

POstremam nunc Controuersiæ partem, quam facilis explicant Caietanus, & alij, breuiter examinemus. In hoc autem tota posita est difficultas, quod per suam essentiam potest Angelus seipsum, & suas omnes perfectiones simul intelligere, summa verò Angelicæ substantiæ perfectio est, vt sit non solùm ipsa, sed etiam alia secundùm esse intelligibile, seu intentionale. Iam enim supra diximus, inditas Angelo fuisse species intelligibiles, ad suppletendum id, quod Angelicæ substantiæ, & intellectui deest naturaliter, vt scilicet omnia sit, in esse intelligibili; igitur per suam essentiam cognoscit Angelus, se esse tale ens quidditatiue, & est, le alia intentionaliter, & hoc ipso, quòd alia se cognoscit, res omnes, quæ per illud esse intentionale sunt in eo, cognoscit. Cui difficultati, [illegible] Sol. Caiet.

A

missa distinctione, respondet Caietanus. Distinctio est: Intelligibilia repræsentata per species dupliciter ab Angelo possunt intelligi: Vno modo absolutè: & ita nequeunt ab Angelo simul cognosci; esset enim distincte simul intelligeret vniuersa.

B

Alio modo, prout aliquid sunt Angeli intelligentis, & intellecti, quatenus scilicet ad eius attinent perfectionem: & hoc modo simul Angelus vniuersa cognoscit. Ratio differentiæ est; quia differunt hæ duæ cognitiones, vt visio partium in toto, & visio partium seorsum, partes enim in toto per vnã totius speciem intelligũtur, vt aliquid illius, prout scilicet ex eis totum constat, vt partibus: sic autẽ partes minus perspicue, distincteq; cognoscũtur, vt in eo patet, qui visione corporea totã simul domum intuetur: in ea namq; sic visa non nisi imperfecte videt partes, prout ab inuicẽ sunt distinctæ. At, si partes singulæ seorsum intelligantur: quia, si vni, vel alteri cognoscentis applicatur intẽtio, singulis actibus, perfecte singulæ cognoscentur: non tamen simul, sed successiue tantum; vt patet exemplo domus oculo corporis visæ: cuius partem cum distincte videre contendit, vim à cæteris cogitur auocare, quas simul cum ea videbat in toto. Cum igitur Angelus in seipso, veluti in quodam toto quasi ex omnibus intelligibilibus integrato cognoscit omnia, nequit ea perfecte, distinctève cognoscere, sed qua ratione tantùm ad vnam attinent Angeli perfectionem, qua scilicet est omnia secundùm esse intelligibile: iam enim diximus duas eiusdem generis formas in eadem potentia secundùm esse perfectum simul esse non posse: Et quoniam Angelus seipsum, & suam omnem naturaliter perfectionem intelligit naturaliter, ac necessariò, consequens fit, eum omnia ad ordinẽ Vniuersi pertinẽtia, non liberè, sed naturaliter, ac necessariò cognoscere: Quòd satis aperte significat Sanctus Doctor, supra quæst. 55. art. 1. in responsione ad tertium argumentum dicens, Angelum per suã essentiam vniuersa cognoscere, tam superiora, quã inferiora, non quidem perfectè, neque secundùm propriam rationem, sed secundùm quandam rationem communem.

C

D

S. Thom.

Conclusiones deductæ, & probatæ.

E

PRima conclusio: Non potest Angelus simul omnibus vti speciebus ad ea, quæ per eas repræsentantur, distincte cognoscenda. Hæc est contrà Durandum, & Gregorium Arminiensem.

Secunda conclusio: Non potest Angelus multa simul, vt multa, per inditas species, aut etiã actus intelligere quocumq; modo: Hæc est contra Molinam, Valentiam, Vasquezium, & Zumellum.

Tertia conclusio: Non potest Angelus per vnã, vel per plures eiusdem ordinis species multos, vt simul-

multos, simul actus elicere, aut plures, vt plures, formare conceptus.

Quarta cõclusio: Potest Angelus per plures species, & actus diuersorum ordinum simul intelligere, quin immò sic necessariò semper intelligit.

Quinta conclusio: Potest Angelus plura simul eadem specie repræsentata cognoscere.

Sexta conclusio: Potest Angelus per plures simul species eiusdem ordinis intelligere, quatenus ordinis quandam habent vnitatem.

Septima conclusio: Potest Angelus pluribus eiusdem ordinis vtens speciebus vnum, & plures ẽt simul, vt vnum, actus elicere, & formare cõceptus. Pro cuius intelligentia scito, magnam esse differẽtiam inter humanum intellectum, & Angelicum: Nam intellectus hominis ex sui imperfectione cõponit, & diuidit, ac discurrit; & ideo plures, per modum tamen vnius necessariò format cõceptus; quorum vnum alteri tribuit, aut ab eo remouet, aut vnum ex alio deducit: cum autem simpliciter intelligit, siue vna, siue pluribus vtatur speciebus, vnum tantùm simplicem ex ea formar concepti; vt cum rei definitionem concipit. At Angelicus intellectus, cui nulla conuenit compositio, aut discursus, cum pluribus vtitur eiusdem ordinis speciebus inditis, plures non necessariò format conceptus; sed pluribus illis speciebus ad inuicem ordinatis vtens, vt vna, intellectionem exeis vnam tãtùm elicit ad vnam simplicem conceptionem terminatam. Vt enim ait supra S. D. quæst. 57. art. 2. quantò aliquid est superius, tantò habet virtutem magis vnitam, & ad plura se extendentem. Cum igitur ex pluribus speciebus eiusdem ordinis plures actus elicere nostro congruat intellectui ex eius imperfectione maxima: quia nimirum compo nit, & diuidit; consequens est, Angelicum intellectum, qui perfectionem habet oppositam, posse, cum pluribus eiusdem ordinis vtitur speciebus, vt vna, intellectionem, & conceptionem etiam tantũ vnam ex eis elicere, siue formare: quamuis etiam plures actus, & conceptus ordinis vnitatem habẽtes possit elicere, vt ante diximus: Et ex his patet, Vasquezium in dicto cap. 1. non recte probare cõclusionem; ex actuum enim, & conceptuum pluralitate in intellectu nostro non rectè similis infertur in Angelica mente pluralitas. Patet etiam, illum non recte percepisse mentem D. Thomæ dicentis, ea per modum vnius intelligi, quæ per vnam speciem intelliguntur: vocabulo namque speciei putat Vasquez, & benè, speciem etiam expressam cõprehendi, vnam autem speciem apud D. Thomam existimat esse simplicem qualitatem, non autem plures species ordinis vnitatem habentes: cuius intelligentiæ falsitatem textus apertè declarat illis verbis: *Et sic etiam intellectus noster simul intelligit subiectum, & prædicatum, & duo comparata, secundùm quod conueniunt in vna comparatione.* Cõstat autem hanc distinctas habere species in intellectu, & consequenter etiam distinctas intellectiones, & conceptus, absolute loquendo: sed quemadmodum subiectum, & prædicatum (præsertim si fuerint prædicamento distincta) & duo comparata solam habent ordinis vnitatem, ita species non solùm impressæ, sed etiam expressæ sunt absolutè plures, sed ordinis vnitate copulantur, propter quam vnius speciei rationem, siue modum, ac nomen induunt.

Octaua conclusio: Angelus per suam essentiam se ipsum, & omnia ad ordinem Vniuersi pertinentia naturaliter, ac necessariò sẽper intelligit, seipsum quidem perfectè, & quidditatiuè, cætera verò imperfectè, & indistinctè.

Nona conclusio: Per eandẽ speciem potest Angelus omnia vnius naturæ singularia, & corũ omnia simul accidentia cognoscere.

Argumenta, & solutiones.

Contra primam, & secundam conclusionem sunt argumenta Durandi, & Gregorij, quæ referunt, & soluunt hîc Bannes, Zumellus, Molina, Vasquez, & alij. Durandus Gregor. Bannes Zumellus Molina. Vasquez.

Contra secundam argumentatur Valentia Primò: Possunt multa simul, vt multa, videri, puta nigrum, & album; ergo etiam intelligi: eodem argumento vtuntur Molina, & Vasquez. Valentia. 3

Respondetur primò, falsum esse antecedens, vt ait S. D. in dicto Quolib. 7. articulo secundo, ad primum, cuius verba sunt: *Potentia sensitiua non potest simul multa sentire, sed ex consequenti, inquantùm plura accipiuntur, vt vnum: sicut plura sensibilia vniuntur in vna differentia, & plura sensibilia, quæ sunt partes, vniuntur in vno toto. Vnde, quando sentitur totum, sentiuntur simul plures partes ex consequenti, & tunc intẽtio sensus non fertur ad aliquam partium principaliter, sed ad totum: quia si ad aliquam partium ferretur, vt ad sensibile principale, non simul sentirentur aliæ: & ita vnus sensus comment, quamuis sit vna potentia secundùm essentiam: tamen aliquo modo multiplicatur secundùm esse, inquantum contingitur diuersis sensibus proprijs; sicut vnum centrum contingitur pluribus lineis. Vnde mutationes omnium sensuum terminantur ad sensum communem: sicut motus, qui esset per omnes semidiametros, posset simul terminari ad centrum: sed intellectus non multiplicatur modo prædicto in plures potentias, ideò non est similis.* Hæc ibi Diuus Thomas. Bannes infra quæst. 85. articulo alio modo dilnit argumentum, negans consequentiam; quin sensus (inquit) cum sit potentia materialis, & extensa, potest simul plura sentire secundum diuersas partes organi, sicut S. Thomas, quæst. 79. articulo secundo, cõcesserit in homine duabus manibus tangente duos esse actus; intellectus autem est potentia indiuisibilis. Sed longè dispar est ratio de tactu, & de visu nam tactus organum habet per omnes corporis partes diffusum, & ideò potest plures simulatas gibbium species recipere secundùm diuersas partes. At organum visus, quod est pupilla, in vna minima tantùm est corporis parte, quæ, sicut vna est, sic vnam habet potentiam, ac proindè non plures simul, sed vnam tantùm speciem potest actu recipere. Bannes respondeo reijcitur. S. Thom. Augustin.

Secundò: Augustinus libro quarto super Genesim ad litteram, capitulo 32. & 34. differẽ affir-

Digitized by Google

ram, & per ambulani eam. Quibus verbis ſignificatur, indiguiſſe Sathan curioſa inueſtigatione ad ea particularia, quæ in terra geruntur, cognoſcenda: quod non eſſet, ſi vnico actu res humanas videre poſſet, & quæ ad omnia ſingularia pertinent. Idem argumentum ſine probationibus tangit Vaſquez. Vaſquez.

Reſpondetur, falſam eſſe ſubſumptam propoſitionem. Ad primam eius probationem dico, proprium eſſe Dei videre ſimul omnes filios hominũ, non ſolùm quo ad ſingulares eorum naturas, ſed etiam quo ad eorum accidentia, & actus tranſeuntes, & immanentes, de quibus ibi præcipuè Propheta loquitur: ſtatim enim ſubdit: *De præparato habitaculo ſuo reſpexit ſuper omnes, qui habitant terram. Qui finxit ſigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum.* Pſalm. 32 Ad ſecundum dico primò, potuiſſe Sathan pluribus, & vnico actu particularia, quæ tunc gerebantur in terra conſiderare. Secundò dico, ſi de particularibus humanis ſermo ſit, potuiſſe non minùs, ſed æquè perfectè ſimul, ſicut ſucceſsiuè ab eo comprehendi. Tertiò dico, circuitum Sathan localem non fuiſſe ad cognoſcendum, ſed ad operandum, & nocendum.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrum Angelus cognoſcat diſcurrendo.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd Angelus cognoſcat diſcurrendo. Diſcurſus enim intellectus attenditur ſecundum hoc, quòd vnum per aliud cognoſcitur. Sed Angeli cognoſcunt vnum per aliud: cognoſcunt enim creaturas per verbũ. Ergo intellectus Angeli cognoſcit diſcurrendo. 1 q. 58. ó. c. 44. & 1 2. Et ve rit. q. 8. ar. 15 & q 24. art 3.

2 Præterea. Quicquid poteſt virtus inferior, poteſt & virtus ſuperior. Sed intellectus humanus poteſt ſyllogizare, & in effectibus cauſas cognoſcere, ſecundum quæ diſcurſus attenditur. Ergo intellectus Angeli, qui ſuperior eſt ordine naturæ, multo magis hoc poteſt.

3 Præterea. Iſidorus dicit, quòd dæmones per experientiam multa cognoſcunt. Sed experimentalis cognitio eſt diſcurſiua, ex multis enim memorijs fit vnum experimentum: & ex multis experimentis fit vnum vniuerſale: vt dicitur in 6. Poſteriorum, & in principio metaphycæ. Ergo cognitio Angelorum eſt diſcurſiua. 6. 1. de ſũmo bono c. 12. poſt medium. li. 2. poſte. 19. vlt circa mediũ. li. 1 Met. paulo a prin. to. 3. c 7 inter prin. & medium.

Sed contra eſt, quod Diony. dicit 7. cap. de diui. nomi. quòd Angeli non congregant diuinam cognitionem à ſermonibus diffuſis, neque ab aliquo communi ad iſta ſpecialia ſimul aguntur.

Reſpondeo. Dicendum, quòd ſicut ſæpius dictum eſt, Angeli illum gradum tenent in ſubſtantijs ſpiritualibus, quem corpora cœleſtia in ſubſtantijs corporeis. Nam, & cœleſtes mentes à Dionyſ. dicuntur: Eſt autem hæc differentia inter cœleſtia, & terrena corpora, quòd corpora terrena per mutationem, & motum adipiſcuntur ſuam vltimam perfectionẽ: corpora verò cœleſtia ſtatim ex ipſa ſua natura, ſuam vltimam perfectionem habent: Sic igitur, & inferiores intellectus ſcilicet hominum, per quendam motum, & diſcurſum intellectualis operationis perfectionem in cognitione veritatis adipiſcuntur; dum ſcilicet ex vno cognito, in aliud cognitum procedunt: Si autem ſtatim in ipſa cognitione principij noti, inſpicerent quaſi notas omnes concluſiones conſequentes, in eis diſcurſus locum non haberet. Et hoc eſt in Angelis, quia ſtatim in illis quæ primo naturaliter cognoſcunt, inſpiciunt omnia, quæcunque in eis cognoſci poſſunt. Et ideo dicuntur intellectuales, quia etiam apud nos ea, quæ ſtatim naturaliter apprehenduntur, intelligi dicuntur. Vnde intellectus, dicitur habitus primorum principiorum. Animæ verò humanæ, quæ veritatis notitiam per quẽdam diſcurſum acquirunt, rationales vocantur. Quod quidem contingit ex debilitate intellectualis luminis in eis: Si enim haberent plenitudinem intellectualis luminis, ſicut Angeli, ſtatim in primo aſpectu principiorum totam virtutem eorum comprehenderent intuẽdo quicquid ex eis ſyllogizari poſſet. de diu no. c 7. & 9 & c 3 cœlę hierarc. D. 142 428 396

Ad primum ergo dicendum, quòd diſcurſus quendam motum nominat. Omnis autem motus eſt de vno priori in aliud poſterius. Vnde diſcurſiua cognitio attenditur, ſecundum quod ex aliquo prius noto, deuenitur in cognitionem alterius poſterius noti, quod prius erat ignotum: Si autem vno inſpecto, ſimul aliud inſpiciatur, ſicut in ſpeculo inſpicitur ſimul imago rei, & res, non eſt propter hoc cognitio diſcurſiua. Et hoc modo cognoſcunt Angeli res in verbo. 86

Ad ſecundum dicendum, quòd Angeli ſyllogizare poſſunt tanquam ſyllogiſmum cognoſcentes. Et in cauſis effectus vident, & in effectibus cauſas: non tamen ita, quòd cognitionem veritatis ignotæ acquirant ſyllogizando: ex cauſis in cauſata, & ex cauſatis in cauſas. 396

Ad tertium dicendum, quòd experientia in Angelis, & dæmonibus, dicitur ſecundum quandam ſimilitudinem, prout ſcilicet cognoſcunt ſenſibilia præſentia, tamen abſque omni diſcurſu. D. 442. 279

Digitized by Google

Sensus quæsiti.

S. Thom. Banes. Zumellus. Vasquez.

QVid sit discursus explicat S.D. in responsione ad primum argumentum, & post eũ Banes, & magis accuratè Zumellus in expositione litteræ præsentis, & sequentis articuli, & Vasquez disp. 122. cap. 1.

Forma Textus.

Conclusio est: Angeli non cognoscunt discurrendo. Probatur primò: Angeli illum gradum tenent in substantijs spiritualibus, quem corpora cœlestia in substantijs corporeis: ac proindè differunt à substantijs inferioribus proportionaliter, quemadmodum corpora cœlestia à corporibus inferioribus: at hæc est differentia inter cœlestia, & terrena corpora, quod corpora terrena per mutationem, & motum adipiscuntur suam vltimam perfectionem, corpora verò cœlestia statim ex ipsa sua natura suam vltimam perfectionem habent; ergo, & inferiores intellectus scilicet hominum per quendam motum, & discursum intellectualis operationis perfectionem in cognitione veritatis adipiscuntur, dum scilicet ex vno cognito in aliud cognitum procedunt: Angeli verò suam in cognitione veritatis perfectionem naturaliter habent absq; discursu. Maior probatur authoritate Dionysij, qui Angelos cœlestes mentes appellat. Minor relinquitur, vt perspicua.

Secundò probatur conclusio: Si intellectus humanus, aut quicumq; alius vel in ipsa cognitione principij non inspiceret quasi notas omnes conclusiones consequentes, vel in aliquo primo naturaliter cognito inspiceret omnia, quæcumq; in eo cognosci possent; in eo discursus locum non haberet: at Angeli statim in illis, quæ primò naturaliter cognoscunt, inspiciunt omnia, quæcumq; in eis cognosci possunt; ergo in eis discursus locum non habet. Probatur minor ex differentia nominum, quibus consueuerunt Angeli, & animæ nostræ nominari; dicuntur enim Angeli intellectuales, animæ verò nostræ rationales; inquit. Probatur consequentia primò, vt infertur ex illo nomine intellectuales; quoniam Angeli ideò dicuntur intellectuales, quia etiam apud nos cuiquã statim naturaliter apprehendimus, intelligi dicuntur: Quod probatur; quia intellectus dicitur habitus primorum principiorum. Secundò probatur eadem consequentia, probatur infertur ex illo nomine, rationales; quoniam animæ nostræ ideò dicuntur rationales, quoniam ob luminis intellectualis debilitatem non possunt statim in primo aspectu principiorum totam virtutem eorum comprehendere, intuendo, quicquid ex eis syllogizari posset; & ideo veritatis notitiam per quendam discursum acquirunt: at Angeli plenitudinem habent luminis intellectualis; ergo Angeli statim in illis, quæ primò naturaliter cognoscunt, inspiciunt omnia, &c. Prima propositio declaratur, quia, si anima nostra plenitudinem haberent luminis intellectualis, statim in primo aspectu principiorum totam eorum virtutem comprehenderet, intuendo, quicquid ex eis syllogizari posset.

Expositio Textus.

PRima ratio S.D. pro conclusione, quæ proportionalem assumit similitudinem inter corporeas, & spirituales substantias, quamquam demõ-

A stratiua non sit, est tamen valde probabilis: satis autem est, si, cum de rebus abstractis per se subsistentibus, & à sensibilibus omnino separatis sermo est, aliquid rationabile dicitur, vt ait Arist. in 2. Cœli, nec in omnibus acribologia mathematica est expetenda, vt affirmat idem Philosophus in 2. Met. tex. 16. His adde magni Dionysij dictum in textu relatum, quod eidem innititur similitudini. Aristot. Dionysius Greg. Ariminens. Capreol.

Circa verba Dionysij aduerte, Gregorium ea longe aliter interpretari, ita vt ad rem præsentem minimè facere videantur. Sed Caprolus in 2. sent. dist. 3. q. 2. in responsione ad argumenta contra decimam conclusionem longo tractu discursu demon-

B strat, Dionysij tentum illum esse, quem hic S.D. expressit vel magis innuit.

Secunda verò ratio fundamẽtum habens in differentia perfecti & imperfecti luminis, quo fulgẽt Angelica, & humana cognitio, longè maiorem habet efficacitatem, quam hic Zumellus amplificat q. 1. supponit tamen hæc ratio priorem ex prædicta similitudine deriuatã, vt patet ex art. 2. q. 55. Zumellus

Controuersia Vnica.

De veritate conclusionis, An scilicet Angelus cognoscendo necessariò, vel contingenter, aut effectus in causa, vel è contra, vel etiam cognoscendo supernaturalia, necessariò discurrat, aut saltem pro sua libertate possit discurrere, si velit.

C

Sententiæ Doctorum.

SCotus in 2. dist. 7. q. 1. docet, Angelum aliquas habere cognitiones discursuas tã circà obiecta supernaturalia, quàm circà naturalia. Eandẽ sententiam sequuntur Arciminonsis, Gabriel, & Ochamus, quos hic referunt expositores. Scotus Arriminensis. Gabriel. Ochamus

Molina duo dicit. Primum: Discursus propriissimus est quando ex notitia vnius deuenimus in notitiam alterius, ità scilicet, vt notitia vnius efficiatur ex notitia alterius; ad quod, quicquid Ca- Molina.

D preolus in 2. sent. dist. 3. q. 2. ad argumenta contra decimam conclusionem in contrarium affirmet, necessarium non est tempus, sed tantùm pluralitas notitiarum. Secundũ: Longè probabilius est, Angelos posse per accidens discurrere, nempè quando id, quod ex alio conijciunt, ac intelligũt, non possunt vna, & eadem notitia intelligere cum eo, vndè illud conijciunt, vel quia vna est intuitiua, & alia abstractiua, quas arbitramur, non posse in vnam, & eandem notitiam coincidere, vel aliqua alia ratione. Caprcol.

Malonius in 2. sent. dist. 2. disp. 6. ait, probabilius sibi videri, Angelos posse discurrere circa su- Malonius.

E pernaturalia, & circa occulta cordium, & circa futura contingentia.

Vasquez disp. 122. via dicit. Primum: Ad veram rationem discursus nulla requiritur mora temporis, sed in eodem instanti potest verus esse discursus; cuius (inquit) oppositum docet S. Thom. in hoc articulo, præsertim in solutione primi argumenti. Secundum: Probabilior opinio est, Angelum intelligere omnia naturalia obiecta, quorũ habet propriam speciem, sine discursu. Tertium: Obiecta Vasquez.

super-

Digitized by Google

ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam; & ea, quæ ſunt ordinis naturalis ſecundum ſe, ſola tamen reuelatione Angelo nota, ità cognoſcuntur ab Angelo, vt in eorum notitia nonnihil habeat diſcurſus; non tamen omne illud, quod in noſtro diſcurſu inuenitur; quia ſcilicet ibi plura ſunt obiecta, quorum vnum eſt ratio cognoſcendi alterum; atq; ideo poteſt vtrumque ſimul vno actu cognoſci, ſicut quidam dicunt, Beatum ex vi viſionis eſſentiæ Dei tamquam obiecti primarij videre etiam creaturas eadem ſimplici, & indiuidua viſione; ſed, quia non eſt ibi cognitionum, & conceptuum pluralitas, ità vt vna cognitio cauſetur ex altera, & conceptus deducatur ex conceptu; ideo notitia illa non habet veram rationem diſcurſus.

S. Thom. Capreolus Caietan. Valentia.

Sanctus Doct. hic ſimpliciter negat in Angelo diſcurſum; quod dictum Capreolus in allegata diſtinctione tertia & Caietanus hic; & omnes alij Thomiſtæ interpretantur de qualibet Angeli cognitione; quorum ſententiam ſequitur etiam Valentia ſuper hoc articulo.

Reſolutio.

Ex conditionibus per ſe requiſitis ad diſcurſum proprié dictum oſtenditur, Angelum cognoſcentem neceſſaria, & effectum in cauſa non diſcurrere.

TRes ſunt huius controuerſiæ partes præcipuæ in inſcriptione propoſitæ, de quibus ſeorſim formant dubitationes Zumellus, & Bannes ſuper hoc articulo: Sed, quoniam ex eiſdem ferè principijs, ac fundamentis petenda eſt earum omnium definitio, breuiorem, ac lucidiorem fore diſputationem hanc exiſtimauimus, ſi connexam ſuapte natura materiam ad vnius quæſtionis doctrinam collegerimus.

Zumellus Bannes

S. Thomas Diſcurſus duplex

Sciendum eſt igitur primò ex D. Tho. ſup. q. 14. art. 7. duplicé eſſe diſcurſum. Vnus eſt impropriè dictus, qui in plurium intellectionum realiter diſtinctarum ſucceſſione conſiſtit: quem Angelis cõuenire neceſſe eſt, cum non omnia per ſpecies omnes repræſentata ſimul intelligant, ſed nunc vna, deinceps alia ſpecie repræſentata cognoſcant, ità vt plures ſibi ſuccedentes intellectiones pluribus ſibi ſuccedentibus diſcreti temporis inſtantibus menſurẽtur, vt ſupra diximus q. 10. & 53. Alius eſt diſcurſus verè, ac proprie dictus, quẽ S. D. ait eſſe ſecundùm cauſalitatẽ: ſic (inquit) cùm per principium peruenimus in cognitionem concluſionum.

Verus diſcurſus, & eius cõditiones.

Ad cuius ampliorem euidentiam conſiderandũ eſt diligenter ad diſcurſum proprié dictum quaſdam per ſe, ac neceſſariò cõditiones requiri, quaſdam autem eidem per accidens nonnunquam eſſe coniunctas. Diſcurſus enim quidam motus eſt intellectiuæ potentiæ ſeipſam mouentis ex vno prius cognito in aliud poſterius cognitum: quod dupliciter poteſt intelligi tàm ex parte rei cognitæ, quã ex parte notitiæ: Vno modo, vt inter rem priùs cognitam, & rem poſteriùs cognitam ſit diſtinctio, & ordo realis ab ij; vlla cauſalitate; ſicut cũ priùs intelligo Cælum deindè Angelum, ſiue primò leonem, deindè hominem: vel, vt non ſic potus ordo realis, ſed etiam vera, & propria cauſalitas vnius ad alterum: Et ſimiliter ex parte notitiæ duplicem ordinem realem poſſumus intelligere, ſcilicet prioris, & poſterioris præciſè, & cum cauſalitate vnius ad alterum. Vt autem hic ſcitè Caietanus aduertit, diſcurſus effectus quidam eſt, & modus inhærens intellectiuæ potentiæ, & ex eius parte magis ſe tenens, quã ex parte cognitiſ eſt enim potentiæ motus illam formaliter, & intrinſecè denominans: obiectũ autem diſcurſus cognitione denominatur extrinſecè cognitum; Quo fit, vt quãuis in obiecto cognito plura ſint realiter ab inuicem diſtincta, & ordinata ſecundùm rationẽ cauſæ, & effectus, vt in animali corpus, & anima, quæ ſibi ſunt inuicem cauſæ, vel ſubſtantia, & eius accidentia naturalia: non ſunt tamen hæc in quolibet intellectu cauſa diſcurſus, ſed in eo tantùm, cuius intellectuale lumen adeò imperfectum eſt, vt viſo principio, ſiue cauſa, totam non ſtatim eius virtutem vnò valeat aſpectu comprehendere; qualis eſt ſolus intellectus humanus, qui idcirco dicitur eſſe naturaliter aptus diſcurrere: Cum autẽ ea, quæ ſunt à materia ſeparata, ac proinde ſimplicẽ habẽtia quidditatem cognoſcat noſter intellectus ad modum rerum ſenſibilium, quarum eſt multis modis natura cõpoſita; ſequitur, ad diſcurſum nullam eſſe neceſſariam in obiecto compoſitionẽ, ſed modum requiri tantùm intelligendi compoſitè: & eadem ratione ex parte rei, ſiue rerum cognitarũ nõ requiri cauſalitatem; ità vt veritas vnius, putà priùs cogniti, veritatem cauſet alterius: ſcilicet poſteriùs cogniti: Poteſt enim, vt diximus; obiectũ eſſe ſimplex, de quo per modum rerũ ſenſibiliũ intellecto poteſt noſter intellectus plures formare conceptus, quorum vnus ex altero dependeat, & ita diſcurrere: poteſt etiam ex effectu priùs ſibi noto cognitionem cauſæ deducere; non poſtulat itaque neceſſario diſcurſus, vt prioris cogniti veritas cauſet poſterioris cogniti veritatem. Omnis ergò diſtinctio, ordo, & cauſalitas, quæ diſcurſum in intellectu conſtituit, inter actus intellectus eſt requirẽda; Diſtinctionem autem actuum realem eſſe neceſſariam ex eo patet, quod idem ſecundum rẽ ipſius non poteſt eſſe cauſa: Ordinem etiam requiri realem diſcurſus intima ratio declarat: iã enim diximus, diſcurſum eſſe motum quẽdam intellectiuæ potentiæ, motus autem realis non eſt, niſi pars vna ſecundùm rem ſuccedat alteri; partes verò motus Angelorum diſcreti ſunt plures eius operationes immanentes, puta intellectiones, aut affectiones, vel etiam tranſeuntes in corpora. Eſt igitur in diſcurſu neceſſarius ordo plurium operationum realiter ab inuicem diſtinctarum, quod ęc affirmare expreſsè S. D. in 1. cont. gentes 57. Vbi ſic loquitur: *Omnis ratiocinans alia conſideratione intuetur principia, & alia concluſionẽ; non enim oportet, conſideratis principijs, ad concluſionẽ procedere, ſi ex hoc ipſo, quod principia conſiderantur, concluſiones etiam conſiderarentur.* & de Verit. q. 8. art. 15. ſic ait. *Tunc dicitur aliquid ex aliquo cognoſci, quando non eſt idem motus in vtroq; ſed primò mouetur intellectus in vnum, & ex hoc mouetur in aliud; vnde hic eſt quidam diſcurſus, ſicut*

Caiet. 1

2 Thom

B

C

D

E

S. Thom

Digitized by Google

ſicut patet in demõſtrationibus: primò enim intellectus fertur in principia tantùm, & ſecundariò fertur per principia in concluſiones. Hæc ibi.

An autem ſufficiat ordo naturæ vel requiratur etiã ordo tẽporis, ſupra diximus q. 14. art. 7. quod etiam explicat Ferrarienſis in dicto c. 57. Sed præter diſtinctionem actuum realem, & ordinẽ neceſſaria eſt etiam cauſalitas, vt ſ. ex priori notitia, veluti ex cauſa deriuetur poſterior, vt patet ex Ariſt. 1. Poſt. c. 2. & D. Thom. in allegato c. 57. cuius verba ſunt: In omni ſcientia diſcurſiua oportet aliquid eſſe cauſatum: nam principia ſunt quodammodo cauſa efficiens concluſionis: vnde & demonſtratio dicitur ſyllogiſmus faciens ſcire.

Ferrarien. S. Thom.

Ex dictis ſequitur primò, diſtinctionem, & ordinem realem, & cauſalitatem in rebus intellectis eſſe conditiones minimè neceſſarias, ſed impertinenter, ac merè per accidens ſe habentes reſpectu diſcurſus: conditiones autem eius omnes per ſe ex parte actuum intellectus ſe tenere. Hæ verò ſunt tres, nimirum diſtinctio realis actuum, ordo item realis eorum, ſiue durationis ſit, ſiue tantùm naturæ, & realis cauſalitas prioris intellectionis ad poſteriorem ex ea dependentem.

Dicta Vaſquezij reijcitur.

Secundò ſequitur, Vaſquezium contrà communẽ Scholaſticorum conſuetudinem, & veram philoſophiam abuti nomine diſcurſus, cùm ait, nonnihil eſſe diſcurſus in eo vnico actu, quo quis in duo fertur ſimul obiecta, quorum vnum ſit ratio cognoſcendi aliud, velut (inquit) in opinione eorũ, qui dicunt Beatum vidiuinæ eſſentiæ, tamquàm obiecti primarij videre etiam creaturas eadem ſimplici, & indiuidua viſione; Sic enim viſiua noſtra potentia diſcurreret, quæ ſimul fertur in colorem, & lumen, prout eſt ratio videndi colorem; Et non ſolùm Beati, ſed Deus etiam ipſe diſcurreret, quia vi viſionis eſſentiæ, tamquàm obiecti primarij, videt etiam diſtinctiſſimè creaturas eadẽ ſimplici, & indiuidua viſione, qua ſeipſum intuetur; quòd in philoſophia ridiculũ, & in ſacra doctrina ſcandalum eſt, apud hæreticos hoſtes præſertim Scholaſticæ Theologiæ, cuius hæc monſtra partus eſſe pronunciant; cum tamen ex liberioribus ingenijs, vt proprijs eorum parentibus originem trahant. Grauiores n. Theologi cum D. Tho. in hoc art. 15. & ſuprà q. 14. art. 7. & de Verit. q. 8. art. 15. docẽt, eam cognitionem, qua cognoſcitur aliquid in altero, vt obiecto cognito, vel vt ratione cognoſcendi, non eſſe diſcurſiuũ, ſic enim loquitur S. D. in dicto art. 15. *Quando aliquid in aliquo cognoſcitur, vna motu fertur cognoſcens in vtrumquè; ſicut patet quando aliquid cognoſcitur in aliquo, vt in forma cognoſcibili, & talis cognitio nõ eſt diſcurſiua; nec differt quantùm ad hoc, vtrum aliquid videatur in propria ſpecie, vel in ſpecie aliena; viſus enim non dicitur cõfertus neq; videndo lapidem per ſpeciem à lapide acceptam, neque videndo lapidem per eius ſpeciem in ſpeculo reſultantem.* Hæc ibi S. Tho. Nec poterat clariùs, aut efficacius excludi prædicta Vaſquezij phãtaſia. Cũ igitur in Angelis ob luminis intellectualis plenitudinem vna intellectio non cauſetur ex altera, vt probat S. D. in textu; cõſequẽs eſt in eis nullũ eſſe diſcurſũ circa res ab eis naturaliter intellectas. Vide, ſi placet, Zanchũ in primo dubio, & Vaſq. c. 2. Zumellus Vaſquez. cognitio effectus in cauſa.

S. Thom.

An autem in ea cognitione, qua cognoſcit Angelus effectum in cauſa, vel e contra, ſit vnus tantùm actus, an duo, dico breuiſſimè, vnum hic eſſe tantùm actum, ſi ſermo ſit de cauſa formaliter; vt cauſa eſt, & de effectu, vt effectus eſt; ſic enim vnũ in altero, non ſolùm vt cognito, ſed etiam veratione cognoſcendi cognoſcitur: ſic autem duo percipiuntur actum intellectus attingunt, vt ante diximus cum D. Thoma.

S. Thom.

Qui plura de hoc quæſtionis videre deſiderat, legat Zumellum in 3. dubio ad hanc articulum.

Zumellus

B *Angelum in cognitione futurorum contingentium & actuum liberorum, & rerum ſupernaturalium non diſcurrere, probatur rationib. et authoritatib. D. Th.*

NVnc de futurorum contingẽtium, & actuum liberorum, ac rerum ſupernaturalium notitia diſſerendum eſt; num ſit in Angelo diſcurſiua. Ad cuius euidentiam.

Secundo conſiderandum eſt, gratiam non deſtruere naturã, ſed perficere; atq; ideo ſupernaturalium myſteriorũ reuelationes, & multò magis cõiecturales eorum cognitiones in quouis intellectu recipi ſecundũ illius modum naturalẽ, & eo modo ficari: Sicut ergò ſupernaturalia diuinitus reuelata, vel cõiectura tãtũ nota diſcurſu cognoſcimus, eo quod ſimus hic nobis intelligẽdi naturalis, ſic & Angeli, quib. naturale eſt vno ſimplici cognitionis actu repræſentata per ſpecies intelligere, ſupernaturalia, etiã diuinitus reuelata myſteria, vel coniecturali iudicio tantum nota ſine diſcurſu cognoſcent, vt hic ſapienter aduertit Caietanus.

C

Caietanus

Tertiò recolenda ſunt ea, quæ ſupra diximus q. 57. art. 2. contr. 2. de modo, quo ſingularia, & eorũ accidentia tam propria, quam communia, & accidentaliter innaſcentia cognoſcuntur ab Angelis: eodem enim modo tàm libera, quàm ſupernaturalia cognoſcunt: Et de ſupernaturalibus quidẽ immediatè reuelatis, & ab Angelo cognitis nulla videtur eſſe difficultas, ſed quæ circa ea de ijs ſupernaturalibus, quę in alijs, veluti principijs cõtinẽtur. Nũ in eis cognoſcatur ab Angelis ſine diſcurſu: Et ſi quidem cum eis connexionem habeãt neceſſariam, & euidentẽ, certum eſt etiam, ab Angelis hæc ſupernaturalia ſic in alijs contenta ſine diſcurſu cognoſci ob dictam cauſam: quia ſcilicet ſupernaturalis notitia iuxtà modum cognoſcendi naturalem in cognoſcente recipitur, & modificatur: Si verò connexio ſit indifferens, ac merè contingens, neceſſe eſt etiam, vocitiam, ſiue iudicium fieri ſinè diſcurſu: Nam, ſi bonus fuerit Angelus prudenter agens, vel ſuſpendet iudicium, vel vtrãque partem poſſibilẽ, vel vnam altera magis probabilem eſſe iudicabit, in neutram determinatè declinans: quod idem, & multo magis dicendum eſt de cognitione, ſiue iudicio ſupernaturalium, quatenus in naturalibus, vt in quibuſdam ſignis parum coniecturalibus, & remotis continentur: & eodem modo tendendum eſt de liberis cordium cognitibus, quos Angeli per quoſdam effectus muni-

D

E

minimè neceſſarios intelligunt: Si verò malus fuerit Angelus, errare facilè poterit, de ſupernaturalibus, ac liberis, & fortuitis, temerè iudicando; ſed tamen ſine diſcurſu principium, & quod in eo continetur, ſiue verè, ſiue falsò cognoſcet. Et quia mutatis rei circumſtantijs, accidentibus, & coniecturis, mutatur etiam eorum cognoſcibilitas, quę ſic coniecturaliter in eo continentur; ideò mirum non eſt, ſi malorum etiam ſpirituum variantur iudicia, vt Dæmoni contigit circa SALVATORIS noſtri diuinitatem, & mortem, & eius effectum, cuius tamen ſingula iudicia caruere diſcurſu, quamquàm ſucceſsionem haberet vnum ad alterum.

S. Thom. Hæc omnia docet alibi expreſsè S. D. Nam de verit. q. 8. art. 15. ad 4. vbi de cordium cogitationibus ab Angelo cognitis, ita loquitur: *Cordis abſcondita in motibus corporis intuetur Angelus, ſicut cauſa videntur in ſimilitudinibus ſuorum effectuum abſq; omni diſcurſu, nec propter hoc, quod illius motus de nouo percipiunt, aliqua collatione indigent; ſtatim enim, vt res ſenſibiles ſunt, ſimiles ſunt Angelorum formis, & ſic ab Angelis cognoſcuntur, & ſic ſine diſcurſu ſenſibilia de nouo facta cognoſcunt:* & ibidem ad 6. *Angeli* (inquit) *vident cauſas in effectibus, & effectus in cauſis, non quaſi diſcurrendo ex vno in aliud, ſed, ſicut res videtur in ſua imagine ſine diſcurſu.* Et in reſponſione ad 7. ſic ait: *Experimentalis cognitio in dęmonibus non fit per collationem: ſed ſecundùm quod vident effectus in cauſis, vel cauſas in effectibus modo prędicto: & quantò ſunt tempore diuturniores, tantò plures effectus alicuius cauſæ cognoſcunt, & ſic de ipſis maiorem cognitionem habent quodammodo, non quidem intenſiuè, ſed extenſiuè, ſecundùm quod in pluribus effectibus eius virtutem vident:* Hæc ibi S. Doc. Ex quibus manifeſtè patet, mentem eius eſſe, negare diſcurſum omnem verè, & propriè dictum à quauis Angeli cognitione. Et de Malo quæſt. 16. art. 6. in reſponſione ad primum ſecundi ordinis negat omnẽ diſcurſum ab Angelis, etiam in ordine ad ſupernaturalia, de quibus ibi præcipuè quæritur, & diſputatur, vt patet ex doctrina corporis illius articuli.

Angelum non poſſe diſcurrere

Ex dictis ſequitur, non poſſe Angelum pro libito ſuæ voluntatis diſcurrere; diſcurſus enim intellectui conuenit ex luminis eius debilitate, quia ſcilicet viſis principijs, totam eorum virtutem non comprehendit, intuendo quicquid ex eis ſyllogizari poſſet, vt ait S. D. in textu. Cum itaque ſit in Angelo luminis intellectualis plenitudo, primò ſtatim aſpectu vim totam cuiuslibet propoſiti principij comprehendit; ac proindè videt in eo per vnicum mentis intuitum, quicquid ex eo deduci poſſet vno, vel etiam multiplici diſcurſu, neque poteſt Angelica voluntas propriæ mentis vti virtute præter, vel contra modum illius naturalem, vt ſcilicet in intelligendo modum ſubeat intellectus humani, cui ſoli diſcurſus eſt connaturalis. Poterit quidem Angelus tota ſui intellectus virtute nõ vti, & naturam rationemque cauſæ præcisè contemplari, nullo eius effectu, diſtinctè ſaltem, conſiderato; ſed, ſi poſtea voluerit effectum, prout ex cauſa dependet intueri, non erit hæc effectus cognitio ex cognitione cauſæ deducta; ſed vel erit eadem cognitio cauſæ ad effectum in ipſa cauſa conſiderandum extenſa, vel erit alia perfectior eiuſdem cauſæ notitia, non ex priori deducta, ſed per liberum voluntatis impetium elicita, quo tota iam vtitur intellectus virtute ad cauſam comprehenſiuè cognoſcendam: ita vt eodem actu cauſam videat, & effectum in cauſa.

Videnda ſunt, quæ ſcribit Caietanus in articulo ſequẽti, vbi ſecundæ rationis huius articuli vim explicat eruditè. Caietanus

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: Angelus in cognitione naturali non diſcurrit. Hæc eſt concluſio S. Doc. in textu, vel ſaltem pars illius eſt præcipua; quæ ſatis probata fuit in primo fundamento.

Secunda concluſio: In cognitione ſupernaturalium, vel actuum liberorum, vel etiam futurorum contingentium Angelus non diſcurrit. Hæc patet ex ſecundo, & tertio fundamento.

Tertia concluſio: Non poteſt Angelus pro libero ſuæ voluntatis arbitrio cognoſcere diſcurrendo. Hæc per euidentem conſequẽtiam deducta eſt ex præcedentium fundamentis.

Argumenta, & ſolutiones.

CONtra primam concluſionem ſunt multa argumenta Gregorij Ariminenſis; quæ refert, & ſoluit Capreolus in allegata diſtinctione 3. q. 2. ad argumenta contra decimam concluſionem; ex quibus vnum tantum hic refert, & ſoluit Caiet. Arimin. Capreolus Caietanus

Contra eandem concluſionem eſt argumentum Scoti ab eodem expoſitore, & ab alijs recentioribus ſolutum. Scotus Bannez Zumellus Molina.

Contra ſecundam concluſionem ſunt argumenta, quæ referunt, & ſoluunt hic Bannes, & Zumell.

Contra eandem concluſionem argumentatur Molina: Angeli quandoque id, quod ex alio conijciunt, ac intelligunt, non poſſunt vna, & eadem notitia cum eo, vnde illud conijciunt, cognoſcere; ergo diſcurrunt. Conſequentia videtur euidens. Antecedens verò probatur: Primò: Quia quandoque vna cognitio eſt intuitiua, & alia abſtractiua; at hæ non poſſunt in eandem numero notitiam coincidere. Probatur prima propoſitio; quia Angeli ex notitia intuitiua, qua res creatas concipiunt, efformare poſſunt notitiam abſtractiuam, qua Deum concipiunt in ratione cuiuſdam ſubſtantiæ infinitæ, &c. Secunda verò propoſitio probatur; quoniã hæ duæ notitiæ inter ſe diuerſæ ſunt, non ſolùm numero, ſed etiam ſpecie, realiterque inter ſe diſtinguuntur. Secundò probatur idẽ antecedens: Quando Dęmones ex effectibus ſupernaturalibus, quos Chriſtus præſtabat, quoſque ipſi notitia intuitiua percipiebant; vt ex reſurrectione Lazari conijciebant, Chriſtum eſſe verum Deum notitia vna non erat alia. Tertiò probatur: Quando ex effectu, aut ſigno externo, quòd euidenter cognoſcunt, conijciunt cogitationem in corde alicuius hominis, aut Angeli latentem, non eſt eadem notitia, quoniam

noti-

notitia intuitiua effectus, aut signi exterioris non videtur esse notitia abstractiua, quam de cogitatione cordis formant; ergo.

Respondetur primò, falsum esse antecedens; qm̃ Angeli non ex alio, sed in alio coniiciunt. Secũdò, nullam esse consequentiam: nam non sequitur discursus verè, & propriè dictus, sed successio tamũ intellectionum. Tertiò dico, eandem notitiam esse posse respectu vnius, puta effectus intuitiuam, & respectu alterius, puta causæ in eo cognitæ abstractiuam; vt hic aduertunt Bannes, Zumellus, & alij dicentes, eandem etiam notitiam esse posse distinctam, & confusam, veram, & falsam respectu diuersorum, neque id durum est, vt ait Molina, sed euidens, & intellectu facillimum.

Bannes. Zumellus

Maloni⁹. Contra eandem conclusionem profert Maloni⁹ multa sanctorũ Patrum dicta de perplexitate Dæmonis circa Christi diuinitatem; affirmant enim, Dæmonem ex miraculis diuinitatem, & ex assumpta carnis infirmitate puram humanitatem collegisse, atque ita mentis dubitatione fluctuasse. Addit historiam Euangelicam de vxore Pilati, & pugnam Angelorum, Dan. 10. & verba Sãcti Andreæ Hierosolimitani Episcopi introducentis Gabrielẽ Archangelum intra se discurrentem antequam ingrederetur ad Beatissimam Virg. salutandam.

Respondetur primò, Sanctos Patres non affirmare, Dæmonem ex miraculis diuinitatem collegisse; sed visis miraculis Christi diuinitatẽ in eis, & in effectibus aliquo modo cognouisse. Secundò dico Sanctos Patres nonnunquam de cognitione Angelorum loqui ad nostræ cognitionis similitudinem; vt ex notiori nobis notitia modum latentẽ nobis cognoscamus Angelorum intelligentiæ; qui non vnum ex alio, sed vnum in alio, aut etiam post aliud intelligunt. Pugna verò illa Angelorum tota consistebat in oratione, & consultatione diuinæ voluntatis, vt ait Sanct. Doct. infra quæst. 119. articulo vltimo.

s Thomas

Instantia. Sed instat prædictus author; nam dæmon (inquit) in ieiunio non vidit Christi diuinitatem; nã ieiunauerunt Moyses, & Elias quadraginta dieb⁹ qui tamen non erant Dij.

Solutio. Respondetur, visionem hanc esse tantum coniecturalem, non autem euidentem, & determinatã.

Secũdò sic arguit. Potentia discursiua in rebus obscuris, vbi clarior non innotescit notitia, est perfectio; ergò non est Angelis deneganda. Antecedens probatur; quia homo ideò perfectior est bruto; quia discurrit.

Respondetur, falsum esse antecedens. Ad eius probationem negatur consequentia; quoniam discurrere non est perfectio simpliciter, sed in tali natura, quæ est infima in genere intelligentium; secundùm hoc enim excedit totum ordinem naturæ sensitiuæ, quæ sola reperitur in brutis.

Alia quędam eiusdem authoris argumenta prętermitto, quibus ex dictis facilè satisfiet.

ARTICVLVS IV.

Vtrum Angeli intelligant componendo, & diuidendo.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd Angeli intelligant cõponẽdo, & diuidendo: Vbi enim est multitudo intellectuum, ibi est compositio intellectuum, vt dicitur in *3. de Anima. Sed in intellectu Angeli est multitudo intellectuũ: cum per diuersas species diuersa intelligat, & non omnia simul. Ergo in intellectu Angeli est compositio, & diuisio. 194 3. d. 3. q. 1. art. 2. cor. & mal. q. 16. ar 6. ad 19 Tex 31. & 32. to. 2.

2 Præterea. Plus distat negatio ab affirmatione, quàm quæcunque duæ naturæ oppositæ, quia prima distinctio est per affirmationẽ, & negationem. Sed aliquas naturas distantes Angelus non cognoscit per vnum, sed per diuersas species, vt ex dictis patet.* Ergo oportet, quòd affirmationem, & negationem, cognoscat per diuersa. Et ita videtur, quòd Angelus intelligat componendo, & diuidendo. * Art 2. huius quæst.

3 Præterea. Locutio est signum intellectus. Sed Angeli hominibus loquentes proferunt affirmatiuas, & negatiuas enuntiationes (quæ sunt signa compositionis, & diuisionis in intellectu) vt ex multis locis sacræ scripturæ apparet. Ergo videtur, quòd Angelus intelligat cõponendo, & diuidendo.

Sed contra est, quòd Diony. dicit* 7. cap. de diui. nom. quòd virtus intellectualis Angelorum resplendet perspicaci diuinorum intellectuum simplicitate: sed simplex intelligentia est sine compositione, & diuisione, vt dicitur in* tertio de Anima. Ergo Angelus intelligit sine compositione, & diuisione. * cap 7. inter princ. & mediũ. Lect. de anima tex. 21. & 22. tom 2.

Respondeo. Dicendum, quòd, sicut in intellectu ratiocinante comparatur conclusio ad principium, ita in intellectu componente, & diuidente comparatur prædicatum ad subiectum Si enim intellectus noster statim in ipso principio videret conclusionis virtutem, nunquam intelligeret discurrendo, vel ratiocinando. Similiter, si intellectus statim in apprehensione quidditatis subiecti haberet notitiam de omnibus, quæ possunt attribui subiecto, vel removeri ab eo, nunquam intelligeret componẽdo, & diuidendo, sed solùm intelligẽdo, quod quid est. Sic igitur patet, quòd intellectus noster intelligit discurrendo, & componendo, & diuidendo, ex hoc scilicet, quòd non statim in prima apprehensione alicuius primi apprehẽsi, potest inspicere quicquid in eo virtute continetur. Quod contingit ex debilitate luminis intellectualis in nobis, sicut dictum* est. Vnde, cum * art. præc. 93

Digitized by Google

cum in Angelo ſit lumen intellectuale perfectum, cùm ſit ſpeculum purum, & clariſſimũ, vt dicit Dionyſius* 4. cap. de diu. nomin. relinquitur, quòd Angelus, ſicut non intelligit ratiocinando, ita non intelligit componendo, & diuidendo. Nihilominus tamen compoſitionẽ & diuiſionem enunciationum intelligit, ſicut, & ratiocinationem ſyllogiſmorum. Intelligit enim compoſita ſimpliciter, & mobilia immobiliter, & materialia immaterialiter.

* 4 p. q. 4. part. 4. parũ ante med. D. 142

Ad primum ergo dicendũ, quòd non qualiſcunque, multitudo intellectuum compoſitionem cauſat, ſed multitudo illorum intellectuum, quorum vnum attribuitur alteri, vel remouetur ab altero. Angelus autem intelligendo quidditatem alicuius rei, ſimul intelligit quicquid ei attribui poteſt, vel remoueri ab ea. Vnde intelligendo, quod quid eſt, intelligit quicquid nos intelligere poſſumus, & componendo, & diuidendo, per vnum ſuum ſimplex intellectum.

Ad ſecũdum dicendũ, quòd diuerſæ, quidditates rerum, minus differunt quantum ad rationem exiſtẽdi, quam affirmatio, & negatio: tamen quantum ad rationem cognoſcendi, affirmatio, & negatio magis conueniunt, quia ſtatim per hoc, quòd cognoſcitur veritas affirmationis, cognoſcitur falſitas negationis oppoſitæ.

Ad tertium dicendum, quòd hoc, quod Angeli loquuntur enunciationes affirmatiuas, & negatiuas, manifeſtat: quòd Angeli cognoſcũt compoſitionem, & diuiſionem, non autem, qđ cognoſcant componendo, & diuidendo, ſed ſimpliciter cognoſcendo, quod quid eſt.

Senſus quæſiti.

DE compoſitione, & diuiſione ſermo eſt, prout inuenitur in ſecunda noſtri intellectus operatione; in qua prædicatum attribuitur ſubiecto, vel remouetur ab eo.

Forma Textus.

PRima concluſio: Angelus non intelligit componendo, & diuidendo. Probatur: Ex eodem prouenit, quod intellectus noſter intelligit diſcurrendo, & componendo, & diuidendo; ex hoc ſcilicet, quod non ſtatim in prima apprehenſione alicuius primi apprehenſi poteſt inſpicere, quicquid in eo virtute continetur: quod contingit ex debilitate luminis intellectualis in nobis; at in Angelo eſt lumen intellectuale perfectum; ergo Angelus, ſicut non intelligit ratiocinando, ita non intelligit componendo, & diuidendo. Prima propoſitio ſic probatur: ſicut in intellectu ratiocinante comparatur conclusio ad principium, ita in intellectu componente, & diuidente comparatur prædicatum ad ſubiectum; quia ſcilicet ſicut, ſi intellectus noſter ſtatim in ipſo principio videret concluſionis virtutem, nunquã intelligeret diſcurrendo, vel ratiocinando, ita, ſi intellectus ſtatim in apprehenſione quidditatis ſubiecti haberet notitiam de omnibus, quæ poſſunt attribui ſubiecto, vel remoueri ab eo, nunquam intelligeret componendo, & diuidendo, ſed ſolùm intelligendo quod quid eſt; igitur ex eodem prouenit, &c. Secunda verò propoſitio probatur auctoritate Dionyſij 4. cap. de diuin. nomin. dicente, Angelum eſſe ſpeculum, purum, & clariſſimum.

Secunda concluſio eſt: Angelus compoſitionem, & diuiſionem enunciationum intelligit, ſicut, & ratiocinationem ſyllogiſmorum. Probatur; quia intelligit compoſita ſimpliciter, & mobilia immobiliter, & materialia immaterialiter.

Expoſitio Textus.

CAietanus diſcurſui litteræ planiorem adhibet formã, ſed propoſitiones immiſcet, quæ non habentur in textu formaliter: nobis verò viſũ eſt, non eſſe neceſſarium verba textus immutare; aut alias eis propoſitiones adiungere. Caiet.

De natura compoſitionis, & diuiſionis latè diſputat Vaſquez diſput. 223. cap. 3. Vaſquez.

Controuerſia vnica de veritate Concluſionis.

An ſcilicet Angelus intelligat omnia, vel aliqua componendo, & diuidendo.

Sententiæ Doctorum.

SCotus, Ariminenſis, & alij in articulo præcedẽte nominati, ſicut diſcurſum, ita compoſitionem, & diuiſionem Angelicæ tribuunt cognitioni. Scotus. Ariminen ſis.

Molina duo dicit: Primum: Quãdo complexio, quæ ſe offert intelligenda, eſt res neceſſaria, & vtrunque extremum, prædicatum videlicet, & ſubiectum repræſentantur in intellectu Angelico per eandem ſpeciem, tunc ſimplici intuitu concipit Angelus ſubiectum, & prædicatum. Secundũ: Quãdo extrema repræſentantur per diuerſas ſpecies; vt homo, & lapis, tunc non ſine compoſitione, aut diuiſione cognoſcit Angelus eorum complexionẽ, & de ea iudicat; atque ita per accidens componit, & diuidit. Molina.

Vaſquez diſp. 223. dicit quinque. Primum: Ea, quæ ſola ratione diſtinguuntur, non poſſunt ab Angelo per compoſitionem cognoſci, aut vnum de alio enunciari. Secundũ: Quæ alicui rei conueniunt, tamquam proprietates, aut communia accidẽtia, etiamſi realiter diſtinguantur ab ipſo ſubiecto, cognoſcuntur ab Angelo, & de ſubiecto enunciantur abſque vlla compoſitione. Tertium: Difficile apparet, Angelum ſine cõpoſitione intelligere omnia, quæ de re aliqua poſſunt enunciari ſiue naturalia, ſiue ſupernaturalia, ſiue extrinſeca: ſiue intrinſeca. Quartum: Difficilis eſt ea ſententia, quę docet, Angelum intelligere ſine diuiſione. Vltimum: Nõ eſt difficile creditu, tunc Angelum non intelligere diuidendo, quando extrema non apprehendit diſtinctè, ſed alterum confuſè tantum apprehendit: ſi verò extrema apprehendantur diſtinctè, non poteſt Angelus ſine compoſitione intelligere ea extrema, quorum habet diuerſas ſpecies; quamuis ea extrema, quorum vnam habet ſpeciem, poſſit Vaſquez.

Angelus intelligere, & vnam ab alio negare fine diuisione conceptuum.

Capreol.

Capreolus, vt refert Zumellus dubio 5. existimat Angelum componere, & diuidere, cũ rei cuipiam naturali cognoscit aliquid supernaturale cõuenire: quam sententiam idem expositor tribuit Cano. Sed ego in Capreolo dictum hoc non inuenio; sed in allegata quæst. 2. in responsione ad 7. argumentum contra tertiam conclusionem sic loquitur: *Intellectus Angelicus per species, quas apud se habet, cognoscit omnes veritates naturaliter ab eo cognoscibiles de inuisibus tam necessarias, quàm contingentes*, Quibus verbis nihil affirmat, aut negat de supernaturalibus prædicatis.

Cano.

Caietanus

Caietanus hic, & expressius in articulo proximè sequenti compositionem omnem, & diuisionẽ negat ab Angelica cognitione, non solùm ab ea, qua naturalia, siue necessaria, siue contingentia cognoscit, sed ab ea etiam, qua nouit quocunque modo cordium cogitata, & supernaturalia diuinitus reuelata. Quæ sententia est expressa D. Thomæ in hoc articulo, & locis in præcedente controuersia notatis: Quam sequuntur, & pro posse tuentur omnes eius discipuli, & expositores etiam extranei.

D. Thom.

Resolutio.

Distinguitur, & explicatur triplex modus cognoscendi vno simplici intuitu simul aliqua plura, & natura compositionis, ac radix aperitur.

PRæcipuum controuersiæ propositæ, & determinandæ fundamentum est trimembris illa distinctio, quã hic proponit, & explicat eruditè Caietanus dicens, posse tripliciter aliqua plura vno simplici intuitu simul videri. Primò, vt vnum cum alio videatur; sicut, si simul, & vnico actu videatur albedo, & rubedo, vel quæcunque abinuicem disparata. Secundò, vt vnum non tantùm cum alio, sed etiam in alio videatur: sicut si prædicatũ substantiale, vel accidentale vna, simpliciq́ue intellectione simul cum eius subiecto, & in eo videatur. Tertiò, vt non solùm vnum videatur cum alio, simul, & in alio, sed etiam ex alio: ita, vt causalitas, & dependentia per illam dictionem, ex, significata teneat ex parte tantùm rerum cognitarum, quarum vna sit causa, & altera sit effectus, non autem ex parte cognitionis; quam simplicem, & vnicam esse supponimus; de hac enim sola modo loquimur. Exemplum affert Caietanus de propria passione, & alio quolibet effectu; qui non solùm cum causa, sed etiam in causa, & ex causa quãdoque cognoscitur. Quamuis autem virtutis intellectiuæ perfectio sit trium dictorum modorum vnica radix, non secundùm tamen eãdem eius rationem formalem ex ea deriuantur; primus enim modus, quo simul vnum cum alio cognoscitur, ex perfectione virtutis intellectiuæ procedit absolutè considerata: secũdus autem, & tertius, scilicet intelligere cognoscendo vnum in alio, aut etiam ex alio, ex perfectione prouenit intellectus, quatenus primum illud attingit obiectũ, in quo, aut ex quo cognoscitur aliud.

Caietanus

Plura simul videri tripliciter

A

B

C

D

E

Ad cuius euidentiã scito, subiectum posse formæ, vel actui in eo existenti tripliciter comparari. Primo in ratione causæ effectiuæ, siue principij productiui, & potentiæ simul receptiuæ; sicut humana natura risibilitatẽ causat effectiuè per simplicem resultantiam, & eam recipit, vt potentia suum actum, & eãdem habitudinem Sol habet ad lumen, & ignis ad cãlorem, & quælibet res naturalis ad accidentia sibi connaturalia. Secundò potest subiectum formæ comparari in ratione potentiæ tantum passiuæ; & hoc dupliciter: vno modo, vt in subiecto sit potentia talem formam, aut actũ quidditatiuè respiciens, sicut corpus humanũ respicit essentialiter animam rationalem, & cœlestis corporis potentia motum circularem; alio modo, vt in subiecto nulla sit ad actum essentialis habitudo, sed vt sit tantum realiter, & in actu formæ copulata, licèt non per se, sed per accidens tãtùm insit; sicut albedo, aut quilibet alius color, vel pictura parietem actuat existentem, & vulnus, aut dolor illatæ percussionis afficit Petrum, & inuentio Thesauri Socrati vineam fodienti cõiungitur.

Radix distinctionis

His prænotatis, dico primò, intellectum perfectè subiectum intelligentem, illud etiam cognoscere, qua ratione principium est effectiuum, ac simul etiam receptiuum accidentium, siue proprietatum eidem connaturalium: Nam, quo magis aliquid intellectiua virtute penetratur, eo clarius eius effectiua virtus, ac receptiua potentia naturalis intelligitur; ac proindè simul etiam cognoscũtur proprietates ex ea fluentes, & in ea receptæ.

1. Dictum

Dico secundò, intellectum perfectè cognoscentem potentiam secundùm esse quidditatiuum, illos etiam actus quidditatiuè cognoscere, quos essentialiter respicit; sicut enim potentiæ tales, & actus secundùm se sunt essentialiter sibi inuicem coaptati, sic in intellectu potentiam perfectè cognoscente necesse est, vt sit etiam actus quidditatiua cognitio: alioquin cognitio non esset adæquata cognoscibili, cuius tota natura pendet ex alio; atque ideò totalis eius comprehensiua cognitio necessariò pendet ex alterius totali, & comprehensiua notitia.

2. Dictum

Dico tertiò, intellectum perfectè cognoscentẽ potentiam. Secundum esse existẽtiæ, & individuale cum eidem annexis conditionibus, simul etiam illos actus, & accidentia cognoscere, quæ sunt illi sic existenti coniuncta, sicut supra quæst. proximè præcedenti art. 2. latissimè declarauimus; Sicut enim Angelica species intelligibilis ob excellentẽ sui perfectionem, non solùm communem rerum quidditatem, sed etiam individua, proprietates, & accidentia, quando singularibus sunt actu coniuncta, repræsentat in actu secundo; sic intellectio per talem speciem elicita naturam, & individua, proprietates eorum, & accidentia tam per se, quã per accidens, quando sunt illis actu coniuncta, simul attingit; ita vt ex vi potẽtiæ sic existentis perfectè cognitæ, non solum cum ea, sed etiam in ea, & ex ea conditiones eius omnes, & accidentia videantur: etiam si sint tãtum illi vnita per accidẽs: sicut occursus fortis, & eius debitoris in foro. Ad

3. Dictum

hæc

hæc igitur cognoſcenda, vel interiori verbo dicen-
da, nulla eſt Angelis neceſſaria compoſitio. Quod
enim ſubiectum, & prędicatum, virtus, & eius effe
ctus, potentia, & eius actus non vnica ſimpliciq;
S. Thom. ſimul intellectione videantur, ex luminis debilita
te contingit, vt ait S.D. in textu: hæc verò ſoli no-
ſtro intellectui gradum infimum inter omnes habe-
nti propria eſt. Quod autem vniuerſa prædica-
Caiet. ta in ſubiecti potentia, ſaltem paſsiua contineantur, probat hic ſubtiliter Caietanus; quem vide, ſi placet. Ex his patet, falſam eſſe tertiam Zumelli
Tertia Zumelli propoſitio reijcitur. propoſitionem in 5. dubio.

Secundò ſciendum eſt, compoſitionem plures
ſemper rerum cognitarum cõceptus includere ad B
vnum quaſi totum conſtituendum vnitos; rem. n.
Compoſitionis natura. vno conceptu apprehenſam attribuit intellectus
eidem, vel alteri rei alia conceptione repræſenta-
tæ, ſiue conceptæ: ex duobus ergò ſimplicibus ex-
tremorum cõceptibus, veluti partibus, vnus quaſi
totalis, & comparatiuus conceptus exurgit, quo
ſubiecto tribuitur prædicatum; ita vt eo repræſen
tentur, & cognoſcantur non extrema tantùm, prout ab inuicem ſunt diſtincta, ſed eorum etiam habitudo mutua, ſiue reſpectus.

Radix cõpoſitionis Radix verò propria compoſitionis, & diuiſio-
nis eſt luminis intellectualis debilitas; quæ nõ pa
titur, intellectum ex vi ſimplicis appræhenſionis, C
qua ſubiectum intelligit, aut etiam prædicatum,
non ſimul etiam diſtinctè cognoſcere habitudinẽ
inter vtrumque, vt cum intellectus noſter prima,
ſimpliciq; operatione animal rationale appræhen
dit de homine, ex vi ſimplicis huius conceptus
haud diſtinctè cognoſcit habitudinem inter ho-
minem, & animal rationale: Quo fit, vt Angelus,
qui vna ſimpliciq́ue intellectus operatione non tã
tùm ſubiectum cognoſcit, & prædicatũ, ſed eiuſdẽ
etiam operationis virtute, & excellentia mutuam
intuetur habitudinem, nõ componat, aut diuidat.
Zumellus Compoſitionis intellectualis naturam, & modum
explicat eleganter Zumellus ex ſimilitudine com- D
poſitionis, quæ fit in ædificio ſucceſsiuè.

Cur Angelus tam naturalia, quàm ſupernaturalia intelligat abſquè compoſitione, & diuiſione.

TErtiò conſiderandum eſt, Angelum dupliciter
poſſe prædicta cognoſcere, nimirum ſubie-
ctum prædicatum, & eorum habitudinem: Vno
modo per vnam tantum ſpeciem intelligibilem,
quæ ſimul illa tria repræſentet, exempli gratia: co
gnoſcit Angelus per vnam ſpeciem Hominem, &
Leonem, & eorum proprietates, & accidentia: &
ita certum eſt, Angelum vno ſimplici cognitionis E
actu ſimul intelligere hominem, & eius vniuerſa
prædicata tam eſſentialia, quàm accidentalia, tã
affirmatiua, quàm negatiua per eandem ſpeciem
repræſentata; vt hominem non eſſe Leonem, non
eſſe rugibilem, nec quadrupedem, &c. Alio modo
poſſunt ab Angelo tria p̃dicta cognoſci per duas
ſpecies, quod ſæpè contingit in prædicatis rei ne-
gatiuis, vt cum Angelus intelligit, Hominem, aut
Leonem, vel plantam non eſſe Angelum: Et in hoc

A magna pars videtur eſſe poſita controuerſiæ; quã
tamen hic facilè dirimunt Bannes, & Zumellus di- Bannes. Zumellus
centes, Angelum per plures ſpecies intelligentem,
illis vti per modum vnius, & per eas vnicum actũ
elicere, & vnum formare conceptum: In compoſi-
tione verò, & diuiſione ſemper neceſſe eſt plures
interuenire conceptus: & ideò non componit, neq;
diuidit Angelus, tametſi plũrib. ſimuli vtatur ſpe-
ciebus in intelligendo; ſicut homo pluribus vtens
ſpeciebus ſimplici operatione definitionem appre
hendit, præſertim eam, quæ fit per additamentũ;
vt cum definitur accidens per ſubiectum, & poten
tia per actum. Nec oppoſitum affirmat S. Doct. ad
primum dicens, Angelum intelligendo quodquid S. Thom.
eſt alicuius rei, ſimul etiam intelligere per vnum
ſuum ſimplex intellectum, quicquid nos intelligere poſſumus diuidendo, & componendo; vt enim
hic aduertunt Bannes, & Zumellus, nihil aliud in- Bannes Zumell.
tendit S. Tho. niſi Angelum per eandem ſpeciem,
qua ſubiectum cognoſcit, puta hominem, ſimul ẽt
intelligere communem differentiam, putà irratio
nale, ſiue non rationale, per quam aliæ ſpecies
omnes animalium diſtinguuntur ab homine: pro-
prias autem ſingularum ſpecierum differentias,
quibus ab inuicem, & ab homine diſtinguuntur,
non ait ibi S.D. per ſpeciem hominis ab Angelo co
gnoſci. Colligitur hæc interpretatio ex reſponſio-
ne ad ſecundum in vltimis illis verbis. *Statim per hoc, quod cognoſcitur veritas affirmationis, cognoſcitur falſitas negationis oppoſitæ.* Vbi de negatione ſermo eſt in communi tantum, prout ſcilicet opponitur affirmationi alicuius de aliquo ſubiecto.

Poſtremò notandum eſt, Angelum ſupernatu- Supernaturalium notitia.
ralia reuelata cognoſcere per ſpecies naturaliter
inditas, quibus intelligit naturalia, lumine tamen
illi diuinitus addito ſupernaturali, vt diximus in
quæſtione proximè præcedente: Et ideo, licet An-
gelus plura per vnam ſpeciem intelligens non cõ-
ponit, neq; diuidit, cum de eorum vnitate, vel diui-
ſione iudicat, ita neque intelligens, Petrum eſſe
Deo gratum, vel habentem merita, vel eſſe prædeſtinatum, componit; eo quod hæc per ſpeciem Pe-
tri repræſentatiuam intelligit, addito tantùm lu-
mine ſupernaturali, ſunt enim hæc accidentia ſu-
pernaturalia, quibus naturales ſpecies præciſè sũ-
ptæ nequeunt aſſimilari. His adde, ſupernaturales
reuelationes in cognoſcente recipi ſecundùm natu
ralem cognoſcentis modum, & ex eo modificari, Caiet.
vt ait Caietanus in artic. proximè ſequenti: cum
igitur intelligat Angelus naturalia ſimplici cogni
tione, eodem etiam modo reuelata cognoſcit.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: Angeli naturalia cognoſcen-
do non componunt, neque diuidunt. Hanc p̃-
cipuè probant argumenta S. Doct. in textu, & ea,
quæ ſupra notauimus in tribus primis huius con-
troueſiæ fundamentis.

Secunda concluſio: Angeli cordium cogitatio-
nes, & contingentia ſine compoſitione, & diuiſio-
ne cognoſcunt. Hæc ex eiſdem deducitur funda-
mentis.

Tertia concluſio: Angeli reuelata, ſiue ſupernaturalia cognoſcendo non componunt, neque diuidunt. Huius probatio, & explicatio colligitur ex vltimo notabili.

Vltima concluſio: Angeli non poſſunt pro ſua voluntate componere, aut diuidere.

Argumenta, & ſolutiones.

CONtra primam concluſionem ſunt argumenta Scoti, & Ariminenſ. quæ refert, & ſoluit Capreol. in 2. diſt. 3. quæſt. 2. & ea, quæ producūt & ſoluunt hic Caietan. Bannes, & Zumellus ſuper hoc articulo.

Capreolus Caietanus Bannes Zumellus Molina.

Contra eandem concluſ. argumentatur Molinas: Quoties intellectus Angelicus non poteſt per eandem notitiam apprehendere extrema complexionis, non poteſt non componere, aut diuidere, dum talem complexionem agnoſcit, & de ea iudicat: At Angelus quandoque non poteſt per eandem notitiam apprehendere extrema; ergo Angelus quandoque componit, aut diuidit. Minor probatur primò: Quia, cum extrema repræſentantur per diuerſas ſpecies, vt homo, & lapis, non poteſt Angelus vtrumque apprehendere per eandem ſimplicem notitiam; ergo. Probatur antecedens; quia notitiæ ſpeciebus reſpondere debent. Secundò probatur eadem minor; Quia ſi Angelus de alio Angelo, vel de homine, quem intuitiuè videt, vellet iudicare, illum interius hoc, vel illud cogitare, aut ſi de Petro nunc exiſtente vellet iudicare aliquod futurū contingens, Angelus tunc vnum extremum intelligeret notitia intuitiua, & aliud notitia abſtractiua; ergo, &c. eodem argumento vtitur Vaſquez latius explicato in ſecundo cap.

Vaſquez.

Reſpondetur, falſam eſſe minorem propoſitionem. Ad primam probationem negatur antecedēs ob ſupradictā cauſam; quia ſcilicet Angelus duobus illis ſpeciebus vtitur, vt vna, & ideò ſolum vnam elicit ex eis notitiam, & vnicum format conceptum. Ad ſecundam probationem negatur conſequentia: nam eadem realiter intellectio ſecundū vnam rationem eſſe poteſt intuitiua, & ſecundùm aliam abſtractiua; vt hic aduertunt Bannes, Zumellus, & alij. Ad ea verò, quæ ſingulariter addit Vaſquez patet reſponſio ex ſupra notatis in tertio notabili.

Vaſquez.

Contra tertiam concluſionem argumentatur Vaſquez. Vel Angelus cognoſcit res ſupernaturales per propriam ſpeciem, vel per alienam ſpeciē, ſcilicet rei naturalis, ſi primum: ergo non eſt vna notitia rei naturalis, & ſupernaturalis; ergo, componit, & diuidit: Si ſecundùm affirmes: Contra: quia videtur difficilè, per eandem ſpeciem, & conceptum cognoſci rem ipſam naturalem proprio, & quidditatiuo conceptu, & rem ſupernaturalem nō proprio, & quidditatiuo, ſed alieno, & tamen abſque compoſitione; ergo. Probatur hoc aſſumptum; quia non eſt, cur dicere debeamus, in vnam ſimplicem qualitatem conuenire proprium conceptum vnius rei, & non proprium, ſed coniecturalem alterius.

Reſpondetur, Angelum intelligere prædicatum ſupernaturale de ſubiecto naturali per eandē ſpeciem, per quam intelligit ſubiectum; quæ quidem ſpecies per additum ei lumen ſupernaturale fit ſupernaturalis prædicati quodāmodo propria, quatenus ipſum ita diſtinctè repræſentat, ac ſi nihil aliud cum eo repræſentaret. Ad argumentum aduerſus hanc partem negatur antecedens. Ad eius probationem negatur antecedens: cuius negationis cauſam adduximus ex Angelico noſtro Doctore, & Caietano.

Contra eandem concluſionem ſunt argumēta, quæ Caietanus affert, & ſoluit in artic. ſequenti.

Caieta.

Contra vltimam concluſionem ſunt argumenta, quæ profert, & ſoluit Zumellus in 4. dubio.

Zumellus

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrum in intellectu Angeli poſſit eſſe falſitas.

AD quintum ſic proceditur. Videtur, quòd in intellectu Angeli poſſit eſſe falſitas. Proteruitas. n. ad falſitatem pertinet. Sed in dæmonibus eſt phantaſia proterua, vt dicit Dionyſ. 4. cap. de diu. nom. Ergo videtur, quod in Angelorum intellectu, poſsit eſſe falſitas.

295 2. d 11. q. 2. a 5 ad 5 & ver. 8 ar. 1 & 6 Mal q 16. ar 5. co 3. a 4 p 4. parum à med.

2. Præterea. Neſcientia eſt cauſa falſæ æſtimationis. Sed in Angelis poteſt eſſe neſcientia, vt Diony. dicit *6. cap. Eccleſia. Hier. Ergo videtur, quòd in eis poſſit eſſe falſitas.

Ca 7 p 3. ámeo & c. 6 occiſio do ad ſ. c. a. 7 ante med.

3 Præterea. Omne, quod cadit à veritate ſapientiæ, & habet rationem deprauatam, habet falſitatem, vel errorem in ſuo intellectu. Sed hoc Dionyſ. dicit de dæmonibus *7. ca. de diu. nom. Ergo videtur, quod in intellectu Angelorum poſsit eſſe falſitas.

Sed contra Philoſophus dicit *3. de anima, quòd intellectus ſemper verus eſt. Aug. etiam dicit in lib. *83. q. quod nihil intelligitur, niſi verum. Sed Angeli non cognoſcunt aliquid, niſi intelligendo. Ergo in Angeli cognitione non poteſt eſſe deceptio, & falſitas.

Li 3 de anima tex 26. & 51 to. 2 in 1 83 q. 32. & q 32 to. 4.

Reſpondeo. Dicēdum, quòd huius quæſtionis veritas aliquatenus ex præmiſſa dependet. Dictum eſt *enim quòd Angelus non intelligit componendo, & diuidendo, ſed intelligendo quod quid eſt. Intellectus autē circa quod, quid eſt, ſemper verus eſt, ſicut, & ſenſus circa proprium obiectum, vt dicitur in *tertio de anima. Sed per accidens in nobis accidit deceptio, & falſitas intelligendo, quod quid eſt, ſcilicet ſecūdum rationem alicuius compoſitionis, vel cum definitionem vnius rei accipimus vt definitionem alterius: vel cum partes definitionis, ſibi cohærēt. Sicut ſi accipiatur pro definitione alicuius rei, animal quadrupes volatile: nullum enim animal tale eſt. Et hoc quidē accidit in compoſitis, quorum definitio ex diuerſis

Art. præc.

109 Tex. 16 to mo 2.

uersis fumitur: quorum vnum est materiale ad aliud. Sed intelligendo quidditates simplices, vt dicitur in * nono Metaph. non est falsitas; quia vel totaliter non attinguntur, & nihil intelligimus de eis, vel cognoscuntur, vt sunt. Sic igitur, per se non potest esse falsitas, aut error, aut deceptio in intellectu alicuius Angeli, sed per accidens contingit, alio tamen modo, quam in nobis. Nam componendo, & diuidendo quandoq; ad intellectum quidditatis peruenimus, sicut cum diuidendo, & demonstrando definitionem inuestigamus. Quod quidem in Angelis non contingit: sed per quod quid est rei cognoscunt omnes enunciationes ad illam rem pertinentes. Manifestum est autem, quòd quidditas rei potest esse principium cognoscendi respectu eorum, quæ naturaliter conueniũt rei vel ab ea remouentur: non aũt eorum, quæ à supernaturali Dei ordinatione dependent. Angeli igitur boni, habentes rectam voluntatem per cognitionem quidditatis rei, non iudicant de his, quæ supernaturaliter ad rẽ pertinẽt, nisi salua ordinatione diuina. Vnde in eis non potest esse falsitas, aut error. Dæmones verò per voluntatem peruersam subducentes intellectum à diuina sapientia, absolutè interdũ de rebus iudicant secundùm naturalem conditionem. Et in his, quæ naturaliter ad rem pertinent, non decipiuntur. Sed decipi possunt quãtum ad ea, quæ supernaturalia sunt. Sicut, si considerans hominem mortuum, iudicet eũ non resurrecturum, & si videns hominem Christum, iudicet eum non esse Deum.

Li. 6. Met. com. 11. t. 3

296

D. 44.

Et per hoc patet responsio ad ea, quæ vtrinque obijciuntur. Nam proteruitas dæmonum

279

est, secundum quòd non subduntur diuinæ sapientiæ. Nescientia autem est in Angelis, non respectu naturaliũ cognoscibiliũ, sed supernaturalium. Patet etiam, quod intellectus eius, quod quid est, semper est verus: nisi per accidens, ſin quod indebitè ordinatur ad aliquam compositionem, vel diuisionem.

Forma Textus.

PRima conclusio: Per se non potest esse falsitas, aut error, aut deceptio in intellectu alicuius Angeli. Probatur: Intellectus circa quod quid est semper est verus, sed Angelus non intelligit componendo, & diuidendo, sed intelligendo, quod quid est; ergo. Maior probatur authoritate Arist. in 3. de anima, text. 26. Minor patet ex articulo præcedenti.

Secunda conclusio: Per accidens potest esse falsitas, error, aut deceptio in intellectu alicuius Angeli, alio tamen modo, quàm in nobis. Prima pars huius conclusionis probatur simul cum sequenti conclusione. Secunda verò pars probatur, quia nos componendo, & diuidendo quandoque ad intellectum quidditatis peruenimus; A *Angeli verò per quod quid est rei cognoscunt omnes enunciationes ad illam rem pertinentes: ergo. Antecedẽs patet. Consequentia verò quo ad nos homines probatur dupliciter: Primò: Quia per accidẽs in nobis accidit deceptio, & falsitas intelligendo quod quid est rei secundũ variationem alicuius compositionis, vel cum definitionem vnius accipimus, vt definitionem alterius rei simplicis, vel compositæ, vel cum partes definitionis rei compositæ sibi non cohærent: sicut si accipiatur pro definitione rei, Animal: Quadrupes: volatile; ergo: Probatur seu declaratur assumptum, quòd ad eam particulam, rei compositæ; quoniam intelligendo quidditates simplices, non est falsitas, vt dicitur 9. Metaphy. tex. 22. quia vel totaliter non attingitur, & nihil intelligimus de eis, vel cognoscuntur, vt sunt. Quo ad Angelos verò probatur cõsequentia eodem argumento, quo probatur sequens conclusio.*

B *Tertia conclusio: In Angelis malis, non autem in bonis potest esse falsitas, aut error, non circa naturalia, sed circa supernaturalia. Probatur: Quidditas rei potest esse principium cognoscendi respectu eorum, quæ naturaliter conueniunt rei, vel ab ea remouentur, non autem eorum, quæ à supernaturali Dei ordinatione dependent: ergo in Angelis malis non autem in bonis, &c. Antecedens patet. Consequentia verò probatur ex conuenientia, & differentia inter Angelos malos & bonos; conueniunt, n. circa hoc, quod* C *per quod quid est rei cognoscunt omnes enunciationes ad illam rem pertinentes: differunt autem, quoniam Angeli boni habentes rectam voluntatem per cognitionem quidditatis non iudicãt de his, quæ supernaturaliter ad rem pertinent, nisi salua ordinatione diuina: Dæmones verò per voluntatem peruersam subducentes intellectum à diuina sapientia, absolutè interdum de rebus iudicant secundum naturalem conditionem; ergo in intellectu bonorum Angelorum quidditatem rei cognoscentes nullo modo potest esse falsitas, aut error, in intellectu verò malorum potest esse deceptio, quo ad supernaturalia, non autem quo ad naturalia. Manifestatur vltima pars antecedentis exemplo considerantis hominem mortuum, & iudicantis, eum nõ esse resurrecturum, & videntis hominem Christum, & iudicantis, ipsum non esse Deum.*

D

Expositio Textus.

Falsitas circa compo sita formaliter.

VT secundæ conclusionis sensum, & vim probationis eius intelligas, aduerte duo: Primũ est, falsitatem illam, quæ in prima nostri intellectus operatione nonnunquam per accidens inuenitur, eo quod partes definitionis sibi inuicem non cohærent, respectu tantùm compositorum

E accidere; quoniam eorum definitio ex diuersis sumitur, quorum vnum est materiale ad aliud, vt ait Sanctus Doctor, & Caietanus: Et quoniam in Angelis est compositio potentiæ, & actus, & ab eo, quod potentiale est, sumitur genus, ab eo autem, quod actuale est, accipitur differentia per ordinem ad esse, quod est omnium actualitas, vt diximus supra quæst. 50. articulo tertio, & quæst. tertia, articulo 5. ideò potest idem errandi modus accidere primæ nostri intellectus operationi,

substantias immateriales, creatas ad modum rerum materialium intelligẽtis. Nec oppositum hic affirmat S. D. cum Aristotile, 9. Metaph. dicente, non esse falsitatem in intelligendo simplices quidditates: sermo enim formalis est de simplicibus quidditatib. vt sic, & de cognitione quidditatiua, & intuitiua, prout in seipsis sunt; nam, qua ratione sunt compositę, & modo rerum compositarum intelliguntur, potest in eorum definitione prædictus error accidere.

S. Thomas Arist.

circa simplicia quo modo non sit falsitas. Nota differentiam.

Secundum est: Differentiam modi falsitatis admixtæ per accidens intellectui nostro cognoscenti quod quid est, & Angelico, in hoc positam esse, quod in intellectu nostro falsitas præcedit quod quid est: quoniam, vt ait S. D. componendo, & diuidendo quandoq; ad intellectum quidditatis peruenimus; vt patet cum diuidendo, & demonstrando definitionem inuestigamus: in Angelis autem falsitas sequitur quod quid est, eo quod ex cognitione quidditatis iudicant de connexis.

Vide præterea quæ supradiximus quæst. 16. art. 3, Controuersia vnica, & quæst. 17. art. 3. controuersia vnica.

Zumelli interpretatio reijcitur.

In tertia cõclusione dubium est, quid ea dictione, *naturalia*, sit intelligendum; ait enim Zumellus intelligendam esse de naturalibus, non solùm, vt distinguuntur à supernaturalibus, sed etiam, vt distinguuntur à contingentibus, & liberis; quoniam de his nullam habet Angelus euidentiam, sicut de naturalibus necessarijs, sed tantùm coniecturam. Sed diligenter litteræ terminos consideranti perspicuum est, distingui naturalia non omnia, sed necessaria; Contra supernaturalia tantùm: Ex his verò duobus extremis, in quibus euidenter veritas conclusionis elucet, facilè possumus de medijs, cõtingentibus. s. & liberis iudicare; Cum enim ait S. D. quidditatem rei esse posse principium cognoscendi respectu eorum, quæ naturaliter conueniũt rei, excludit ea, quæ non naturaliter ideſt, non per se, & necessariò, sed contingenter, aut liberè congruunt; igitur circa hæc errare poterit Dæmonis intellectus ob eandem causam, qua potest errare circa supernaturalia; quia nimirum quidditas rei non potest esse principium cognoscendi contingẽtia, nec libera; sicut nec ea, quæ à supernaturali Dei ordinatione dependent.

Aduerte præterea, sermonem hic esse de cognitione naturalium speculatiua, quamquam notitia etiam Angeli practica nullam possit admittere falsitatem, vt hic etiam obseruat Zumellus.

Zumellus

Denique vide, si placet, quæ scribit Zumellus circa solutiones argumentorum.

Controuersia Vnica.

De veritate, & sensu secundæ, & tertiæ conclusionis, & efficacitate probationis, Aa scilicet, & quomodo in intellectu Angeli possit per accidens esse falsitas, & an sit efficax proba 10 D. Dhom.

Sententiæ Doctorum.

Caietanus ait, in Angelica intellectione falsitatẽ esse posse p accidẽs ex parte rei cognitæ eo modo, quo potest affirmatio eidem intellectioni conuenire, vel negatio: Quamuis autem (inquit) nulla simplici intellectus operationi congruere possit affirmatio, vel negatio formaliter, potest tamen eidem in esse virtualiter, ac proinde falsa potest etiam esse virtualiter; Dum enim intuetur Angelus subiectum, & prædicatum, vt connexa, si verè cohærent, verum concipit; quia concipit sic esse, sicut est: si verò non cohęrent, falsum concipit virtualiter: quoniam ea concipit aliter, quam sint.

Caiet.

Bannes. Vasquez.

Bannes in articulo præcedente sententiam hãc valdè confutat probans, in Angelico intellectu veritatem esse formaliter; cuius opinionem sequitur Vasq. addens, veritatem esse posse in Angelo, vt enunciat, licèt nulla sit ex parte conceptus formalis, aut ex parte obiecti cogniti compositio; sicut etiam esse potest in eo falsitas eodem modo etiam in ijs, quæ sola ratione nostra distinguuntur, si circa hæc decipi posset, non distinguens ex parte obiecti rationem prædicati à subiecto.

Valentia

Valentia rationem S. Thom. propter quam falli non posit Angelus in cognitione rerum naturaliũ, ait videri posse non satis idoneam, & eam quatuor argumentis impugnat, & ait, rationem, cur Angelus circa naturalia falli non possit, petendam esse potius ex perfectione luminis intellectus Angelici, & ex perfectione specierum intelligibiliũ eius, vt potè quæ sunt illi diuinitus inditæ: & quod error communiter contingat in nobis ob aliquod vitium, seu imperfectionem specierum.

Resolutio.

Ex duplici conuenientia, & quatuor differentijs inter intellectum Angelicum, & humanum in assequenda veritate, & falsitate ostenditur differentia veritatis, & falsitatis vtriusque.

PRo resolutione notanda primò est conuenientia, & differentia inter intellectum humanũ, & Angelicum quo ad modum assequendi, vel habendi veritatem, aut falsitatem. Conueniunt enim primò, quod veritas, aut falsitas in vtroq; est vt rectè, aut non rectè iudicante sui ad res conceptas æqualitatem, vt sup. diximus quæst. 16. art. 2. Secundò, quòd falsitas vtriusq; in aliqua compositione consistit, siue ea sit in modo tantùm concipiendi; sicut nonnunquam est in intellectu nostro simplicia cognoscenti, siue sit in obiecto tantùm; quo modo decipi potest Angelus malus intelligendo compositum ex naturali, & supernaturali, aut ex naturali, & libero, vel ex necessario, & contingenti, siue tandem sit in vtroq; scilicet in obiecto cognitionis, & in modo cognoscẽdi; sicut cum intellectus noster compositum intelligit componendo, aut diuidendo. Differunt autem quatuor modis. Primò: Quòd veritas, aut falsitas intellectus humani formaliter sumpta in sola formali conceptum compositione, aut diuisione consistit, vt latè superiùs explicauimus quæst. 16. art. 2. & quæst. 17. art. 3. veritas autem, vel falsitas intellectus Angelici nullam exigit, vel admittit conceptuum cõpositionem, aut diuisionem, sed in simplici intellectus operatione consistit. Secundò differunt;

Quod

Digitized by Google

Quod veritas intellectus Angelici nullam compo A
ſitionem neceſſariò poſtulat in obiecto: verus eſt enim formaliter intellectus Angeli, cum alterum Angelum, aut Deũ intuitiuè cognoſcit, eo quod æqualitatem ſui conceptus, & rei non ſolùm habeat, ſed etiam cognoſcat, & iudicet. Tertiò: differunt, quod falſitas intellectus Angelici compoſitionem exigit in obiecto, vel rei naturalis cum ſupernaturali, aut cum libera, vel naturalis, & neceſſariæ cum contingente, aut etiam contingentis cũ contingẽte: falſitas autem intellectus humani nullam in re cognita compoſitionem poſtulat neceſſariò, ſed in modo cognoſcendi tantum, vt antè diximus. Quarta differentia eſt; Quod in intellectu B
noſtro ſimplici, ſeu cognoſcente quod quid eſt poteſt quidem eſſe veritas, aut falſitas virtualiter, nõ tamen formaliter, ideſt vt cognita in actu exercito; ſic enim accepta veritas, & falſitas ſoli conuenit intellectui componenti, & diuidenti; vt in allegata quæſt. 16. latè diximus: Sed in Angelico intellectu poteſt eſſe veritas, aut falſitas formaliter, & vt exercitè cognita, tametſi non componat; neque diuidat. Cum autem hic ait Caiet. in prima intellectus operatione veritatem, aut falſitatem eſſe virtualiter, eo quod ibi ſit virtualiter affirmatio, vel negatio, de prima intellectus operatione loquitur in communi, prout extenditur ad operationem intellectus humani, & Angelici; verum eſt. n. in tali operatione ad obiectum compoſitum terminata eſſe veritatem, aut falſitatem ſaltem virtualiter: vt patet in operatione intellectus humani, nec tamen negat, in aliqua ſimplici intellectus operatione ſcilicet Angelica veritatem, aut falſitatem eſſe poſſe formaliter. Secundò dici poteſt, Caiet. hic loqui de veritate, prout in intellectu noſtro reperitur ſcilicet in compoſitione, & diuiſione fundata: ſic enim accepta veritas non poteſt in Angelis eſſe formaliter, ſed virtualiter tantũ; quia ſcilicet Angelica cõceptio ſimplex vim habet excellenter compoſitionis, & diuiſionis, ſiue affirmationis, & negationis: S. Thom. etiam in eodem ſenſu loquitur hic de veritate, & falſitate, vt patet ex vltimis verbis huius art.

Caiet. mẽs. declarat.

C

D

S. Thomas

Caietanus

Secundò notanda eſt doctrina Caietani ſuper hoc articulo iam ſatis perſpicua.

Reliqua ad præſentem materiam pertinentia lege, ſi placet, locis ſupra notatis.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: In intellectu Angeli mali poteſt eſſe falſitas, non ſolùm virtualiter, ſed etiam formaliter. Hæc patet ex dictis.

Secunda cõcluſio. Falſitas intellectus Angelici compoſitionem exigit neceſſariò, non ex modo cognoſcendi, ſed ex parte cogniti. Hæc etiam patet ex ſupra notatis. E

Tertia concluſio. Veritas intellectus Angelici nullam poſtulat neceſſariò compoſitionem ex parte cogniti.

Quarta concluſio. Efficax eſt probatio S. D. in textu pro 2. & 3. concluſione. Hanc reddent perſpicuam reſponſiones ad argumenta.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra primam cõcluſionem trahi poteſt hoc argumentum ex Caiet. Veritas, & falſitas formaliter conſiſtit in affirmatione, aut negatione, qua ſ. prædicatum attribuitur, aut remouetur à ſubiecto; At in Angelo non eſt formaliter affirmatio, neque negatio: ergo. Caietanus

Reſpondetur, falſam eſſe maiorem, vniuerſaliter loquendo: nam veritas, & falſitas conſiſtit in recto, aut non recto iudicio intellectus, vt antè diximus.

Contra ſecundam concluſionem, quo ad priorem eius partem negatiuam militant argumenta, quibus probatur, Angelum quædam intelligere componendo, & diuidendo, vt ſupernaturalia, libera, & contingentia. Quibus argumentis ſatisfecimus in art. præcedenti. De ſecunda parte nulla videtur eſſe difficultas.

Contra vltimam concluſionem argumentatur Valentia: Primò: In ſimplici apprehenſione poteſt eſſe aliquo modo veritas, & falſitas, vt etiam ipſe D. Tho. ſupra docuit q. 17. art. 2. ergo non eſt ſatis idonea cauſa, quam hic aſsignat dicens, Angelum in cognitione naturalium falli non poſſe, quia ſimplici apprehenſione cognoſcit, in qua non eſt falſitas, ſicut nec in ſenſu. Valentia,

Reſpondetur, D. Tho. non ob eam præcisè cauſam affirmare, Angelum in cognitione naturaliũ falli non poſſe, quòd ſine compoſitione cognoſcat, ſed rationem aſsignat; quia, cum Angelus ſimplici operatione cognoſcat, per quod quid eſt intuetur omnes enunciationes ad rem cognitam pertinentes: hæ verò ſunt illæ, quæ prædicata continent rei naturaliter congruentia. Manifeſtum eſt enim (inquit S.D.) quod quidditas rei poteſt eſſe principium cognoſcendi reſpectu eorum, quæ naturaliter conueniunt rei, vel ab ea remouentur, non autem eorum, quæ à ſupernaturali Dei ordinatione dependent. S. Thom

Alia tria eiuſdem expoſitoris argumenta nihil aliud probant, niſi ſimplicem Angeli operationẽ eſſe poſſe veram, aut falſam: quod non ſolùm admittimus, ſed docemus: non autem probant rationem D. Thom. ſic intellectam, vt expoſuimus, efficaciter non probare, Angelum in naturalium cognitione falli nõ poſſe. Cauſa verò, quam aſsignat Valentia, ea eſt, quam S. Thom. adduxit ſupra art. 3. & eadem eſt cum ratione prædicta S.D. Ex perfectione ſiquidem luminis intellectus Angelici, & ſpecierum intelligibilium euenit, vt adeò perfectè quidditas cognoſcatur, vt per eam, & in ea videantur omnia naturaliter illi congruentia.

ARTICVLVS VI.

Vtrum in Angelis ſit cognitio matutina, et veſpertina. 196

AD ſextum ſic proceditur. Videtur, quod in Angelis non ſit veſpertina, neque matutina cognitio. Veſpere enim, & mane admixtionem tenebrarum habent. Sed in cognitione Angeli non eſt, aliqua tene- 2. d. 12. art. 3. co & ver. q 8 a. 16 & 17. Et op. 3. ca. 224 & Eph q 1e. 3 & Hebr. 8. lec. 3.

tenebrositas, cum non sit ibi error, vel falsitas. Ergo cognitio Angeli non debet dici matutina, vel vespertina.

2 Præterea. Inter vespere, & mane cadit nox, & inter mane, & vespere cadit meridies. Si igitur in Angelis cadit cognitio matutina, & vespertina, pari ratione videtur, quòd in eis debeat esse meridiana, & nocturna cognitio.

3 Præterea: Cognitio distinguitur, secundùm differentiam cognitorum. Vnde in *tertio de anima dicit Philosophus, quod scientię secantur quemadmodum, & res. Triplex autē est esse rerum, scilicet in verbo, in propria natura, & in intelligentia Angelica, vt Augustinus dicit *2. super Genesim ad li. Ergo, si ponatur cognitio matutina in Angelis, & vespertina, propter esse rerum in verbo, & in propria natura, debet etiam in eis poni tertia cognitio, propter esse rerum in intelligentia Angelica.

Li. 3. de anima tex. 38 com. 1.

Lib. 2. sup Gen. ca 8. per totum to. 4.

Sed contra est, quòd Augst. *4. super Genesim ad litteram, & 11. de Ciuit. Dei, distinguit cognitionem Angelorum per matutinā, & vespertinam.

Lib 4 sup Gen c 22. & 31. & 11 de Ciuit Dei, c. 29. & cap. 7. à med vsq; ad finem. D. 140. Li 4 sup. Gen. c. 22. & li. 5. c. 4 to. 3. & l. 11. de ciu. dei, ca. 9. to. 5.

Respondeo. Dicendum, quòd hoc, quod dicitur de cognitione * matutina, & vespertina, in Angelis introductum est ab Augst. *qui 6. dies, in quibus Deus legitur fecisse cuncta, Genes. 1. intelligi vult non hos vsitatos dies, qui solis circuitu peraguntur: cum sol quarto die factus legatur, sed vnum diem, scilicet cognitionem Angelicam sex rerum generibus præsentatam. Sicut autem in die consueto, mane est principium diei, vespere autem terminus: ita cognitio ipsius primordialis esse rerum, dicitur cognitio matutina. Et hæc est, secundùm quod res sunt in verbo. Cognitio autem ipsius esse rei creatæ, secundùm quod in propria natura cōsistit, dicitur cognitio vespertina. * Nā esse rerum fluit à verbo ficut à quodā primordiali principio. Et hic effluxus terminatur ad esse rerum, quod in propria natura habent.

360

311 D 141. c

Ad primum ergo dicēdum, quòd vespere, & mane, non accipiuntur in cognitione Angelica secundùm similitudinem ad admistionem tenebrarū, sed secundùm similitudinem principij, & termini. Vel dicendum, quod nihil prohibet, vt dicit Augst. *4. super Genes. ad lit. aliquid in cōparatione ad vnum dici lux, & in comparatione ad aliud dici tenebra, ficut vita fidelium, & iustorum, in comparatione ad impios dicitur lux, secundùm illud Ephes. 6. Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Quæ tamen vita fidelium in comparatione ad vitam glorię, tenebrosa dicitur: secundùm illud 2. Pet. 1. Habetis propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco. Sic igitur cognitio Angeli, qua cognoscit res in propria natura, dies est per comparationem ad ignorātiam, vel errorem: sed obscura est per comparationem ad visionem verbi.

Li. 4. sup. Gen c 25. circa pri. to 3.

Ad secundum dicendum, quòd matutina, & vespertina cognitio ad diem pertinet, idest ad Angelos illuminatos, qui sunt distincti à tenebris, idest à malis Angelis. Angeli autem boni cognoscentes creaturam, non in ea figuntur, quòd esset tenebrescere, & noctem fieri, sed hoc ipsum referunt ad laudem Dei: in quo ficut in principio omnia cognoscunt. Et ideo post vesperam non ponitur nox, sed mane, ita quòd manè fit finis præcedentis diei, & principium sequentis, inquantùm Angeli cognitionem præcedentis operis ad laudem Dei referunt. Meridies autem sub nomine diei comprehenditur, quasi medium inter duo extrema. Vel potest meridies referri ad cognitionē ipsius Dei, quæ non habet principium, nec finem.

Ad tertium dicendum, quòd etiam ipsi Angeli creaturæ sunt. Vnde esse rerum in intelligentia Angelica, comprehenditur sub vespertina cognitione, ficut & esse rerum in propria natura.

Sensus quæsiti.

Qvæsiti sensum aperit tota præsentis, & sequētis articuli doctrina.

Forma Textus.

Conclusio est: In Angelis est cognitio matutina, & vespertina. Probatur: Sex dies, in quibus Deus legitur fecisse cuncta Genes. 1. non intelliguntur vsitati dies, qui Solis circuitu peraguntur, sed vnus dies, scilicet cognitio Angelica sex rerum generibus præsentata: ergo cognitio ipsius primordialis esse rerum, secundùm quod res sunt in Verbo, dicitur cognitio matutina, cognitio autem ipsius esse rei creatæ, secundùm quod in propria natura consistit, dicitur cognitio vespertina. Antecedens probatur authoritate Augustini lib. 4. super Genes. c. 22. & lib. 5. c. 4. & alibi. Consequentia probatur ex similitudine inter diem consuetum, & Angeli cognitionem, qua rerum esse cognoscit. Nam in die consueto mane est principium diei, vespere autem terminus; ergo similiter cognitio ipsius primordialis esse rerum, secundùm quod sunt in Verbo, dicitur cognitio matutina; cognitio autē ipsius esse rei creatæ secundùm quod in propria natura consistit, dicitur cognitio vespertina. Probatur hæc illatio: Nam esse rerum, fluit à Verbo, sicut à quodam primordiali principio, & hic effluxus terminatur ad esse rerum, quod habent in natura propria.

Expoſitio Textus.

RAtiones matutinæ, ac veſpertinæ cognitionis in Angelis explicant Zumellus, & Valentia ſatis amplè, ſed eaſdem iuxta mentem ſanctorum Auguſtini, & Angelici noſtri Doctoris latius explicabimus in ſequenti controuerſia.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Vtrum ſit vna cognitio matutina, & Veſpertina.

297 Locis ſup. ar 6. inductis.

Locis citatis in ar. pr. in prin. cor.

IN ſeptimum ſic proceditur. Videtur, quod vna ſit cognitio veſpertina, & matutina. Dicitur enim Geneſ. 1. Factum eſt, veſpere, & mane, dies vnus. Sed per diem intelligitur cognitio Angelica, vt Aug. dicit. Ergo vna, & eadem eſt cognitio in Angelis, matutina, & veſpertina.

2 Præterea. Impoſſibile eſt vnam potentiã ſimul duas operationes habere. Sed Angeli ſẽper ſunt in actu cognitionis matutinæ, quia ſemper vident Deum, & res in Deo, ſecundũ illud Matth. 18. cap. Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei, &c. Ergo, ſi cognitio veſpertina eſſet alia à matutina, nullo modo Angelus poſſet eſſe in actu cognitionis veſpertinæ.

3 Præterea. Apoſtolus dicit 1. Cor. 13. Cum venerit, quod perfectũ eſt, euacuabitur, quod ex parte eſt. Sed, ſi cognitio veſpertina ſit aliud à matutina, comparatur ad ipſam ſicut imperfectum ad perfectum. Ergo non poterit ſimul veſpertina cognitio eſſe cum matutina.

Lib 4. ſup Gen. c 23. in prin. to mo 3.

In contrarium eſt, quod dicit Aug.* 4 ſuper Gen. ad lit. quod multum intereſt inter cognitionem rei cuiuſcunq; in verbo Dei, & cognitionem eius in natura eius, vt illud merito pteneat ad diem, hoc ad veſperam.

art præc.

Reſpondeo. Dicendum, quòd, ſicut dictum eſt,* cognitio veſpertina dicitur, qua Angeli cognoſcunt res in propria natura. Quod non poteſt ita intelligi, quaſi ex propria rerum natura cognitionem accipiãt, vt hæc propoſitio in, indicet habitudinẽ principij: quia non accipiunt Angeli cognitionem à rebus, vt ſupra

q 55. art. 2.

habitum* eſt. Relinquitur igitur, quod hoc, qd dicit in propria natura, accipiatur ſecundùm rationem cogniti, ſecundùm quod ſubeſt cognitioni, vt ſcilicet cognitio veſpertina in Angelis dicatur, ſecundùm quod cognoſcunt eſſe rerum, quod habent res in propria natura. Qd quidem per duplex medium cognoſcunt, ſcilicet per ſpecies innatas, & per rationes rerum in verbo exiſtẽtes. Non enim videndo verbũ, cognoſcunt ſolum illud eſſe rerum, quod habent in Verbo, ſed illud eſſe, quod habent in

A propria natura: ſicut Deus per hoc, quod videt ſe, cognoſcit eſſe rerum, quod habent in propria natura. Si ergo dicatur cognitio veſpertina, ſecundùm quòd cognoſcunt eſſe rerum, quod habent in propria natura videndo verbum: ſic vna, & eadem ſecundùm eſſentiã eſt cognitio veſpertina, & matutina, differens ſolùm ſecundùm cognita. Si verò cognitio veſpertina dicatur, ſecundùm quod Angeli cognoſcunt eſſe rerum, quod habent in propria natura per formas innatas, ſic alia eſt cognitio veſpertina, & matutina. Et ita videtur intelligere Aug. cum vnam ponat imperfectam reſpectu alterius.

B

Ad primum ergo dicendum, quòd ſicut numerus ſex dierum ſecundùm intellectum Auguſt.* accipitur ſecundum ſex genera rerum, quæ cognoſcuntur ab Angelis: ita vnitas diei accipitur ſecundum vnitatem rei cognitæ, quæ tamen diuerſis cognitionibus cognoſci poteſt.

Loc citat. in princi. cor. art. præc.

Ad ſecundum dicendum, quòd duæ operationes poſſunt ſimul eſſe vnius potentiæ, quarum una ad aliam refertur: ut patet, cùm voluntas ſimul vult, & finem, & ea, quæ ſunt ad finẽ.

c 315

C Et intellectus ſimul intelligit principia, & concluſiones per principia, quando iam ſcientiam acquiſiuit. Cognitio autem veſpertina in Angelis refertur ad matutinam, vt Auguſ.* dicit. Vnde nihil prohibet utranque ſimul eſſe in Angelis.

Lib 4. ſup Gen. c. 23. to 3.

Ad tertium dicendum, quòd veniente perfecto, euacuatur imperfectum, quod ſcilicet ei opponitur, ſicut fides, quæ eſt eorum, quæ non videntur, euacuatur viſione veniente. Sed imperfectio veſpertinæ cognitionis non opponitur perfectioni matutinæ. Quod enim cognoſcatur aliquid in ſeipſo, non eſt oppoſitum ei, quòd cognoſcatur in ſua cauſa. Nec iterum, q aliquid cognoſcatur per duo media, quorũ vnum eſt perfectius, & aliud imperfectius, aliquid repugnans habet: ſicut ad eandem concluſionem habere poſſumus, & medium demonſtratiuum, & dialecticum. Et ſimiliter eadem res poteſt ſciri ab Angelo per Verbum increatum, & per ſpeciem innatam.

a 317

D

Forma Textus.

E *PRima concluſio: Si dicatur cognitio veſpertina, ſecundùm quod Angeli cognoſcũt eſſe rerum, quod habent in propria natura videndo Verbum ſic vna, & eadem ſecundum eſſentiam eſt cognitio veſpertina, & matutina, differens ſolum ſecundùm cognita.*

Secunda concluſio: Si cognitio veſpertina dicatur ſecundùm quod Angeli cognoſcunt eſſe rerum, quod habent in propria natura, per formas innatas, ſic alia eſt cognitio veſpertina, & matutina. Probantur ambæ ſimul: Cognitio veſpertina dicitur, qua Angeli cognoſcũt

res

res in propria natura, prout dictio illa, in propria natura, accipitur ſecundùm rationem cogniti ſecùndùm, quòd ſubeſt cognitioni, vt ſcilicet cognitio veſpertina in Angelis dicatur ſecundùm, quòd cognoſcunt eſſe verá, quod habent res in propria natura: Quod quidem eſſe per duplex medium cognóſcunt, ſcilicet per ſpecies, innatas, & per rationes rerum in Verbo exiſtentes: ergo, ſi dicatur cognitio veſpertina, &c. Prima pars antecedentis probatur: quia dictio illa, in propria natura, non poteſt ita intelligi, quaſi ex propria rerum natura cognitionem accipiant, vt hæc propoſitio, in, indicet habitudinẽ principij; ergo accipitur ſecundùm rationem cogniti, ſecundùm quod ſubeſt cognitioni, etc. Probatur aſſumptum; quia Angeli non accipiunt cognitionem à rebus. Secunda verò pars antecedentis illis verbis contenta; quod quidem eſſe per duplex medium, &c. probatur: Quoniã Angeli videndo Verbum non cognoſcunt ſolum illud eſſe, quod res habent in Verbo, ſed etiam illud eſſe, quod habent in propria natura: ergo. Manifeſtatur hoc aſſumptum ex ſimili in diuina cognitione. Nam Deus per hoc, quod videt ſe, cognoſcit eſſe verum, quod habent in propria natura. Confirmatur ſpecialiter ſecunda concluſio, quoniam ita videtur intelligere Auguſtinus, cum vná dictarum cognitionum ponat imperfectam reſpectu alterius.

Expoſitio Textus.

Cajetanus

DIſcurſus efficacitatem hìc explicat Caietan. quem lege, ſi placet.

Controuerſia Vnica.

Quo ſenſu ſecundùm Sanctos Auguſtinum, & Thomã ſint accipienda, nomina veſpertinæ, & matutinæ, cognitionis in Angelis.

Sententiæ Doctorum.

Zumellus Vaſquez.

MVltas referunt, & confutant Zumellus hìc, & Vaſquez ſupra quæſt. 12. art. 8. diſp. 51. Doctorum ſententias de dictorum nominum, ſcilicet veſpertinæ, & matutinæ cognitionis intelligẽtia, quas, vt inſtituto noſtro minimè neceſſarias, lectori relinquimus legendas. Duobus autem dictis ſuam ſententiam explicat Vaſquez. Primum eſt; vtramque cognitionem, ſcilicet veſpertinam, & matutinam ſolùm in beatis Angelis diſtingui, nuſquam verò in viatoribus hominibus, aut etiã Angelis. Secundum eſt; Cognitionem matutinam non appellari ab Auguſtino eam, quam Beati habent de creaturis ſecundùm ipſarum propriasrationes formales creatas, ſiue illæ videantur in proprio genere, & per proprias ſpecies, ſiue in eſſentia diuina ex vi viſionis illius, vel alia ratione, ſed eſſe cognitionem creaturarum, ſecundùm quod in Deo ſunt ipſa vita Dei, & eſſe ipſius immutabile: veſpertinam verò eſſe ipſarum notitiam ſecundũ proprias rationes, & hanc eſſe ſententiam D. Tho. & Caiet. tametſi infra qu. 62. art. 1. ad 3. D. Thom. concedat quoque matutinam cognitionem in viatoribus Angelis, qua res in Verbo naturali cognitione cognouerunt.

Molina.

Molina tria dicit. Primum eſt, expoſitionem illam Auguſt. quod nomine ſex dierum intelligatur cognitio Angelica, communiter non teneri. Secundum eſt, cognitionem Angelorum in Verbo per viſionem beatificã nec antecedere potuiſſe res creatas primo die, neque eſſe potuiſſe ſimul cum illis, ſed poſt. Tertium eſt; difficile eſſe creditu, per aliã cognitionem Dei à viſione beatifica cognoſci poſſe res in Verbo, & eſſentia diuina, tãquam in obiecto cognito.

Zumellus

Zumellus dicit quatuor: Primum eſt, non eſſe veram expoſitionem dicentium, cognitionem, matutinam eſſe cognitionem, quam Angelus habet de Deo per propriam ſubſtantiam, Secundum, apud Auguſt. cognitionem matutinam eſſe cognitionẽ creaturarum in Verbo per viſionem beatificam. Tertium, cognitionem veſpertinam eſſe cognitionem rerum per ſpecies inditas, & cognitionem fidei poſſe etiam dici veſpertinam. Quartum eſt, nõ eſſe ſatis ſecundùm mentem Auguſtini expoſitionem D. Thomæ dicentis, viſionem Dei dici poſſe matutinam, prout terminatur ad Deum, & poſſe dici veſpertinam, prout terminatur ſecundariò ad creaturas.

Reſolutio.

Rerum creaturarum eſſentias dupliciter à beatis Angelis in Deo videri, & Auguſtinum duplici ratione veſpertinam, & matutinam cognitionem Angelis tribuiſſe.

COnſiderandũ eſt primò, rerum eſſentias nullum ſibi determinatum eſſendi modum, aut exiſtentiam determinare, ſed ex pluribus illis poſſibilibus vnam quamlibet indifferenter poſſe ſubire: Hominis enim quidditas, cum ab omni ſit abſtrahens eſſendi modo, poteſt non ſolùm in vno, vel in pluribus exiſtere ſingularibus, ſed etiam in intellectu tàm humano, quàm Angelico, vel diuino, & in prima omnium rerum cauſa, quæ Deus eſt. In hominis autem, vel alterius cuiuſcumq: rei quidditate in Deo, veluti in prima cauſa exiſtente duo conſideramus; Alterum eſt quidditas, ſiue ratio propria rei ſic exiſtentis in Deo, quæ ita eſt ratio creaturæ formaliter, vt non ſit ratio Dei; nam quidditas hominis, ſiue lapidis eadẽ ſemper eſt, quamquàm non eundem ſemper habeat eſſendi modum. Alterum eſt eſſendi modus, vel exiſtentia, & ſecundùm hanc ab ea re quidditas, ſiue res non diſtinguitur, cuius eſſendi modum, & exiſtentiam induit; planta enim, aut rana exiſtens in Sole, tamquàm in cauſa non diſtinguitur ab eius natura; ſed idẽ eſt, quod ipſe Sol, vt ſua naturali perfectione potens eſt plantam, aut ranam producere. Similiter igitur creatura, puta lapis, quo ad illũ eſſendi modum, quem habet in Deo, creatura non eſt, ſed Deus ipſe creator, ſiue creatrix eſſentia, vt ait Auguſtinus. Cum itaque beatus Angelus, aut Homo diuinam intuetur eſſentiam, dupliciter in ea videt creaturas: primò, prout earum eſſendi modus, & exiſtentia idem eſt realiter, quod modus, & exiſtentia Dei; ac proindè quod Deus ipſe creator, & ita nullam in Deo videt diſtinctè creaturam. Secundò videt creaturas ſecundùm proprias earũ quid-

Auguſtin.

Digitized by Google

quidditates, & rationes, quæ talem ſubeunt eſſendi modum, & exiſtentiam, vt ſupra quæſt. 12. articulo præſertim octauo, controuerſia prima ſatis oſtendimus.

Secundò obſeruandum eſt: Auguſtinum duplici ratione vocabulo ſex dierum, in quibus Geneſ. cap. 1. dicitur Deus vniuerſa feciſſe, cognitionem Angelicam ſex rerum generibus præſentatam intellexiſſe.

Prima eſt, quam ex eius doctrina S. D. aſſignat de Verit. quæſt. 8. art. 16. dicens, hoc, quod dicitur de matutina, & veſpertina Angelorum cognitione, introductum eſſe ab Auguſtino, hac neceſſitate, vt poſſit ponere, ea, quæ in ſex primis diebus facta leguntur, ſine ſucceſſione temporum eſſe completa. Quod idem ſignificat in 2. ſent. diſt. 12. q. 1. art. 3. & expreſſius infra quæſt. 74. art. 2. & alibi: Quam doctrinam habet Auguſtinus lib. 4. ſuper Geneſ. ad litteram, cap. 22. & 34. lib. 5. cap. 5. Secũda ratio eſt in eodem 22. capite ſignificata: quia, ſcilicet diſtinctio dierum, ac noctium per ſola luminaria in firmamento cœli, quarta die producta facta eſt; Quoniam (inquit Auguſtinus) lux corporalis, antequàm fieret cœlum, quod firmamẽtum vocatur, quo circuitu, vel quo proceſſu, & receſſu vices diei, & noctis exhibere potuerit, non apparet per lucem ergo primitùs productam, non corpoream, ſed ſpiritualem lucem, naturam, ſcilicet Angelum vult intelligi: cuius cognitio, veluti dies diſtinguitur in veſperum, & mane: prout explicat hic S. D. & latiùs de Veritate, quæſt. 8. art. 16.

S. Thom.

Explicatur multiplex matutinæ, ac veſpertinæ cognitionis acceptio, ſecundùm Auguſtinum, & D. Thomam, & deducitur ſenſus, & concordia dictorum Auguſtini.

Matutinæ cognitionis prima acceptio.

TErtiò notandum eſt, ſecundum Auguſtini ſententiam tripliciter ſumi cognitionem matutinam, & dupliciter veſpertinam. Primò namque ſumitur apud eum matutina cognitio pro notitia illa naturali, qua per ſuam ſubſtantiam, vt ſimilitudinem, ſiue ſpeciem intelligibilem, vel etiam vt effectum Dei nobiliſſimum, Deum intuetur, aut etiam illum in effectibus per ſpecies repræſentatis ſpeculatur modo ſuperius expoſito. De hac matutinæ cognitionis acceptione, quo ad priores duos eius modos ſic loquitur S. D. infra quæſt. 62. art. 1. ad tertium: *Angelus duplicem habet Verbi cognitionem, vnam naturalem, & aliam gloriæ: naturalem quidem, qua cognoſcit Verbum per eius ſimilitudinem in eius natura relucentem; cognitionem verò gloriæ, qua cognoſcit Verbum per ſuam eſſentiam; & vtraque cognoſcit Angelus in Verbo, ſed naturali quidẽ cognitione imperfectè, cognitione verò gloriæ perfectè: prima ergo cognitio rerum in Verbo affuit Angelis à principio ſuæ creationis, non autem ſecunda: ſed tunc ſolùm, quando facti ſunt beati per conuerſionem ad bonum: & hæc propriè dicitur cognitio matutina.* Hæc ibi. Ex qua reſponſione argumẽto collãta duo colliguntur. Primum eſt; cognitionem illam naturalem, qua Deum cognouit Angelus per ſuam ſubſtantiam, ab Auguſtino quandoq; nuncupari matutinam. Secundum eſt ſolam Verbi, & rerum in Verbo notitiam ſupernaturalem apud Auguſtinũ eſſe propriè cognitionem matutinam.

Secunda acceptio.

Secundò ſumitur apud Auguſtinum matutina cognitio pro notitia reuelata, quam habent Angeli de Deo per lumen ſupernaturale additum intellectui, & eſſentiæ Angeli, quatenus ſpecies quædã intelligibilis eſt Deum repræſentans; Si namq; cognitio, quam de Deo per ſuam eſſentiam habet Angelus virtute luminis naturalis, dicitur, quamuis impropriè, matutina, multò magis notitia, quam de Deo virtute luminis ſupernaturalis per eandẽ ſuam eſſentiam habet Angelus, dici poterit matutina: Quod ſi per naturalem Verbi cognitionem res in eo, ſaltem imperfectè, cognoſcit, multò perfectius eaſdem res in Verbo cognoſcit notitia ſupernaturali. Cum autem hic de Verbo loquimur, ſermo eſt de Verbo, non perſonaliter, ſed eſſentialiter dicto. Significatur hæc matutinæ cognitionis acceptio ab Auguſtino lib. 4. ſuper Geneſ. ad litteram multis in locis, in quibus ſæpè repetit, in Sacra ſcriptura veſpere tantùm, & mane, non verò noctem nominari, quoniam Angeli Creatorem in ipſa creatura, ſic ſciunt, vt ei ſcientiæ electione, ac dilectione præponant, quod eam ſciunt in veritate, per quam ſunt omnes participes eius effecti. Et cap. 25. ſubdit: *Tunc enim nox ad diem pertinet, non dies ad noctem, cum ſublimes, & ſancti Angeli id, quod Creatori is in ipſa creatura nouerunt, referunt ad illius honorem, & amorem, in quo æternas rationes, quibus creata eſt, contemplantur: ſunt vnus dies, quam fecit Dominus, &c.* Quam doctrinam refert hic S. D. art. 6. ad ſecundum: Conſtat autem Angelos bonos notitiam creaturæ ſufficienter in laudem Creatoris retuliſſe per notitiam, & dilectionem eius ſupernaturalem, antequàm Deum per eſſentiam clarè viderent.

Auguſtini

Tertia, & propria acceptio.

Sed, quoniã matutina cognitio ſic accepta nõdum perfecta eſt in genere matutinæ cognitionis, ſed vt via quædã eſt in viſionem eſſentiæ Dei beatificam, qua res omnes diſtinctè videntur ad ordinem Vniuerſi pertinentes; ideò S. Auguſtinus, & cum eo S. Thomas nomine cognitionis matutinæ claram Dei viſionem ferè ſemper intelligunt, & exponunt, quæ tertia eſt, & maximè propria dictæ vocis ſignificatio.

Veſpertina cognitio.

Veſpertina verò cognitio primò ſumitur pro naturali rerum notitia, quam habet Angelus per ſpecies innatas; in quo ſenſu loqui ſolet Auguſtin. de cognitione veſpertina, vt hic aduertit S. D. art. 7. Secundò ſumitur veſpertina cognitio pro viſione beatifica, qua videndo Verbum res etiam alias à Deo vident, nõ ſolùm quo ad illud eſſe, quod habent in Verbo, ſed etiã quo ad illud eſſe, quod habent in propria natura, vt hic in eodem articulo docet S. Thomas præueniens, & excludens ineptã, & ſuæ intentioni, ac doctrinæ repugnantem Vaſquezij expoſitionem.

Vaſquez expoſitio reijcitur. S. Thom.

Poſtremò notanda eſt diligẽter doctrina S. Th. in dicta quæſt. 8. de Verit. art. 16. vbi ſic loquitur: *Sciendum tamen eſt, quod iſta diſtinctio* (ſcilicet cognitionis

tionis in matutinam,& vespertinam) *potest dupliciter intelligi: Vno modo ex parte rei cognitæ alio modo ex parte medij cognoscendi. Ex parte quidem rei cognitæ, vt dicatur res in Verbo cognosci, quando cognoscitur esse eius, quod habet in Verbo: in propria verò natura, secundum, quod cognoscitur ipsum esse rei, quod habet in se ipsa. Et hic non est conueniens intellectus; quia esse rei, quod habet in Verbo, non est aliud ab esse Verbi; quia, vt Anselmus dicit, creatura in Creatore est creatrix essentia: vnde hoc modo cognoscere creaturam in Verbo non esset cognitio creaturæ, sed magis Creatoris. Et ideò oportet, hanc distinctionem intelligi ex parte medij cognoscendi, vt dicatur res cognosci in Verbo, quando per Verbum ipsa res in propria natura cognoscitur: in propria verò natura, quando cognoscitur per formas aliquas creatas rebus creatis proportionatas; sicut cum cognoscit per formas sibi inditas, vel etiam, si per formas acquisitas cognosceret, quantum ad hoc pertinet, nihil differt.* Hæc ibi S.D. quæ placuit ad verbum referre, vt expositoris prædicti falsitas, & impostura pateſceret euidentius.

Vasquez intelligē-

Ex dictis sequitur primò, omnes Angelos tam bonos, quàm malos duplicem habuisse cognitionē matutinam, vnam naturalem, & alteram supernaturalem, quæ tamen non erat beata visio. De qua duplici cognitione multa Sancti Augustini dicta videntur intelligenda in dicto quarto libro cap. 22, 23. 25. & 34. Secundò sequitur, solos Angelos bonos cognitionem habuisse matutinā simpliciter, & propriè dictam cum ipsi soli claram Dei visionem fuerint assecuti. Tertiò sequitur concordia multorum dictorum Augustini, quæ videntur pugnantia; Nonnunquàm enim ait matutinam cognitionem esse priorem vespertina: quandoq; verò docet esse posteriorem; illud enim prius verum est de cognitione Angeli viatoris matutina, tam naturali, quàm supernaturali; hoc autem posterius verum est de clara comprehensoris Angeli cognitione matutina: quamquàm, & hęc dici possit vespertinam præcedere dignitate.

Augustini dicta consilientur.

Conclusiones deductæ, & probatæ.

PRima conclusio: In Angelis viatoribus duplex fuit matutina cognitio, scilicet naturalis; qua Deum per suā substantiam, vt speciem intelligibilem, vel etiam, vt effectum Dei nobilissimum, cognouerunt, & supernaturaliter reuelata; quæ non erat visio beatifica: in Angelis verò beatis cum matutina naturali fuit, & est etiam matutina propriè, & simpliciter dicta, quæ visio est diuinæ essentiæ beatifica.

Secunda conclusio: Matutina cognitio secundū Augustinum, & D. Thomam distinguitur à vespertina, non ex parte rei cognitæ, sed ex parte medij, propriè loquendo. Hæc patet ex dictis.

Tertia conclusio: Per omnem cognitionem matutinā res ab Angelis cognitæ sunt in Verbo, ideſt in essentia Dei cognita; non tamen æquè perfectè. Probatur: Quoniam Angelus in essentia sua visa cognoscit aliqualiter omnia; ergo multò magis in essentia Dei per suam substantiam intellecta. Probatur sequela: Quoniam essentia Dei cognoscitur ab Angelo naturaliter, & multo magis per gratiā, vt prima omnium rerum causa: cuius vnica perfectio secundùm diuersos gradus ad creaturas, quæ sunt in Vniuerso, derivatur. Et confirmatur: quia longè excellentior est Angeli cognitio naturalis, & reuelata, quam habet de Deo, quàm sit humana cognitio: Constat autem, hominem ex Deitatis notitia per effectus habita, per eādem ad effectus secundùm eorum gradus perfectionis intelligendos reuerti: certum est etiam, nos diuina reuelatione Deum nobis innotuisse, vt multorum effectuum tam naturalium, quàm supernaturalium authorem, & causam, vt patet de Mundi creatione, Iustificatione, Glorificatione, & alijs quamplurimis fide notis, & creditis: Hāc conclusionem, quo ad cognitionem matutinā simpliciter, & propriè dictam probat Ripa satis acutè.

Ripa.

Quarta conclusio contra Zumellum: S.D. in art. 7. nihil affirmat contra mentem Augustini de matutina, & vespertina cognitione; non enim ait, visionem Dei secundùm Augustinum dici posse matutinam, secundùm quod terminatur ad Deum, vt ei falsò imponit dictus expositor.

Vltima conclusio: Sicut cognitio fidei reuelatæ de Deo potest nuncupari matutina, ita cognitio fidei reuelatæ de creaturis potest dici vespertina.

Argumenta, & solutiones.

COntra primam conclusionem profert Vasqu. Augustini verba ex lib. 11. de Ciuit. Dei c. 7. & lib. 65. Quæstionum, q. 26. & 4. de Gen. ad litteram cap. 21. vsque ad 32. quibus locis satis apertè docet, in Angelis beatis esse matutinam, & vespertinam cognitionem.

Vasqu.

Respondetur, Augustinum loqui in eis locis de matutina cognitione propriè, & simpliciter dicta, ad quam, vt vltimum complementum, & finē ordinātur aliæ duæ prædictæ matutinæ cognitiones inferioris ordinis. Et eodem modo soluitur argumentum Zumelli.

Zumellus

Contra eandem conclusionem argumentatur Zumellus. Primò; Illa cognitio supernaturalis, quę non esset visio beatifica, esset cognitio fidei; ergo obscura; ergo dici non potest matutina cognitio.

Respondetur, hoc argumento probari, talem cognitionem non esse propriè, & simpliciter matutinam: Dici tamen potest ea ratione matutina, quatenus ea rerum esse primordiale cognoscitur, quāuis imperfectè. Secundò dico, cognitionem hanc dici matutinam, prout participatio quædam est perfectæ cognitionis rerum in Verbo, & veluti semen, ac radix illius: sicut etiam lux Auroræ principium dicitur esse diei, cuius tamen exordium ab ortu Solis propriè computatur.

Secundò: Augustinus ait, Ecclesiam ab hac peregrinatione liberatam coniungi Angelis per illā cognitionem matutinam; ergo non est cognitio viæ.

Respondetur, Augustinum hoc modo loquendi cognitionem matutinam significare propriè, & simpliciter dictam, nec tamē alias minus propriè dictas

dictas excludere, ſed eas locis ſupra notatis indicare, & præſertim lib. 4. de Gen. ad litteram capit. 32. & lib. 11. de Ciuit. Dei cap. 10. & 18.

Vaſquez. Contra ſecundam concluſionem multa producit Vaſquez Auguſtini dicta; quibus nihil aliud probat, niſi beatos diuinam eſſentiã videntes creaturas etiam intueri ſecundum illud eſſe vitale, perpetuum, & immortale, quod habent in Deo: non tamen negat ibi Auguſtinus, à beatis videri creaturas in eſſentia diuina ſecundùm proprias, & diſtinctas earum rationes, quibus tam à Creatore, q̃ ab inuicem diſtinguuntur, vt ſatis oſtendimus ſupra quæſt. 12. art. 8.

Affert autem, vt optimum teſtimonium ex 4. de Geneſ. ad litteram cap. 32. dictum illud: *Factus eſt veſpera, quia neceſſaria erat, & ita cognitio, qua diſtingueratur à creatore creatura aliter in ſe ipſa cognita, quam in ſe ipſa.* Ex quo deducit ſecundùm mentem Auguſtini, per ſolam matutinam cognitionem nõ potuiſſe diſtingui ſufficienter Creatorem à creaturas, ſi cognitione (inquit) matutina creaturæ in Verbo cognoſcebantur ſecundum proprias rationes formales creatas, ad hoc neceſſaria non erat veſpertina, vt intellectus beati creaturas à Creatore diſcerneret.

Sed reſpondetur primò, per ſolam matutinam cognitionẽ non potuiſſe ſufficienter diſcerni creaturam à Creatore, quo ad illud eſſe tantum, quod habet in Deo creatura, quod eſt ipſum eſſe diuinum. Secundò dico, creaturam à Creatore diſcerni ab intelligente dupliciter; Vno modo, quo ad rẽ ipſam cognitam, quæ terminus eſt cognitionis, & ita per matutinam cognitionem benè diſcernitur creatura à Creatore; quia beatus viſione ſua beatificã rationes intuetur diſtinctè Creatoris, & creaturæ: Alio modo, quo ad medium vtriuſque proprium, & ita neceſſe fuit, Angelum per creatas ſpecies cognoſcere creaturas videndo earum eſſentiam, & illud ſolum earum eſſe, quo diſtinguuntur à Creatore.

QVAESTIO LIX.

De voluntate Angelorum, in quatuor articulos diuiſa.

COnſequenter conſiderãdum eſt de his, quæ pertinent ad voluntatẽ Angelorum. Et primò conſiderabimus de ipſa voluntate. Secundò de motu eius, qui eſt amor, ſiue dilectio.

Circa primum quæruntur quatuor.

Primò, Vtrum in Angelis ſit voluntas.

Secundò, Vtrum voluntas Angeli ſit ipſa natura eorum, vel etiam ipſe intellectus eorũ.

Tertiò, Vtrum in Angelis ſit liberum arbitrium.

Quartò, Vtrum in eis ſit iraſcibilis, & concupiſcibilis

Ratio ordinis.

CVm voluntas ſit natura poſterior intellectu, & ad ipſum naturaliter conſequatur, expeditis ijs, quæ ad intellectum Angeli, & ad eius officia pertinebant, agit S. D. de eiuſdem Angeli voluntate, ordinatè quærens primò: Num ſit in Angelis voluntas; vbi ſimul etiam quidditatẽ, ſiue definitionem explicat voluntatis. Secundò differentiã eius inquirit, qua diſtinguitur ab Angeli ſubſtantia, & intellectu. Tertiò de modo eius intrinſeco differit, quærens in articulo tertio: Num in Angelis ſit liberum arbitrium. Quartò, & vltimò ab ea differentias formaliter, & per ſe diuiſiuas excludit in vltimo articulo, cuius titulus eſt: Vtrum in Angelis ſit irraſcibilis, & concupiſcibilis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in Angelis ſit voluntas.

398 2 cõ. c. 46. Et opuſ. 3. c. 76. tex. 41. to mo 2.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd in Angelis non ſit voluntas. Quia, vt dicit Philoſophus* in tertio de anima, voluntas in ratione eſt: ſed in Angelis non eſt ratio, ſed aliquid ſuperius ratione: Ergo in Angelis non eſt voluntas, ſed aliquid ſuperius voluntate.

Li. 3 de anima tex. 48 & ſeq. vſq; ad 54 to. 2.

2 Præterea. Voluntas ſub appetitu continetur, vt patet per Philoſophum in* tertio de Anima: ſed appetitus eſt imperfecti, eſt enim eius, quod nondum habetur. Cum igitur in Angelis, maximè in beatis, non ſit aliqua imperfectio, videtur, quòd non ſit in eis volũtas.

Li. 3. de anima tex. 54. to. 2.

3 Præterea Philoſophus dicit in* tertio de Anima, quòd voluntas eſt mouens motum: mouetur enim ab appetibili intellecto: ſed Angeli ſunt immobiles, cùm ſint incorporei. Ergo in Angelis non eſt voluntas.

Li. 10. c. 11. & 12. to. 3.

Sed contra eſt, quòd Auguſtinus dicit* decimo libro de Trin. quòd imago Trinitatis inuenitur in mente ſecundùm memoriam, intelligentiam, & voluntatem: imago autem Dei inuenitur non ſolùm in mente humana, ſed etiam in mente Angelica, cum etiam mens Angelica ſit capax Dei; ergo in Angelis eſt voluntas.

Reſpondeo. Dicendum, quòd neceſſe eſt ponere in Angelis voluntatem.

Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, quòd, cum omnia procedant ex voluntate diuina, omnia ſuo modo per appetitum inclinãtur in bonũ, ſed diuerſimode. Quædam enim inclinantur in bonum, per ſolam naturalem habitudinem abſque cognitione, ſicut plantæ, & corpora inanimata: & talis inclinatio ad bonũ vocatur appetitus naturalis. Quædam verò ad

110 b 31 & 402. 115 113 D. 225.

bonum inclinantur cum aliqua cognitione, & A
non quidem sic, quòd cognoscant ipsam rõnẽ boni, sed cognoscunt aliquod bonum particulare, sicut sensus, qui cognoscit dulce, & albũ, & aliquid huiusmodi; inclinatio autem hanc cognitionem sequens dicitur appetitus sensitiuus. Quædam verò inclinantur ad bonum cũ cognitione, qua cognoscunt ipsam boni rationem, quod est proprium intellectus. * Et hæc perfectissimè inclinantur in bonum: non quidem quasi ab alio solummodo directa in bonũ, sicut ea, quæ cognitione carent: neque in bonum particulariter tantùm, sicut ea, in quibus est sola sensitiua cognitio, sed tantum in- B
clinata in ipsum vniuersale bonum, & hæc inclinatio dicitur voluntas. Vnde, cùm Angeli per intellectum cognoscant ipsam vniuersalẽ rationem boni, manifestum est, quòd in eis sit voluntas.

Ad primum ergo dicendum, quòd aliter ratio transcendit sensum, & aliter intellectus rationem. Ratio enim transcendit sensum secundùm diuersitatem cognitorum. Nam sensus est particularium, ratio verò vniuersalium. Et ideò oportet, quòd sit alius appetitus tendens in bonum vniuersale, qui debetur rationi: & alius tendens in bonum particulare, qui debetur sensui. Sed intellectus, & ratio differunt quantum ad modum cognoscendi: quia scilicet intellectus cognoscit simplici intuitu, ratio verò discurrendo de vno in aliud: sed tamen ratio per discursum peruenit ad cognoscendum illud, quod intellectus sine discursu cognoscit, scilicet vniuersale. Idem est ergo obiectum, quod appetitui proponitur, & ex parte rationis, & ex parte intellectus. Vnde in Angelis, qui sunt intellectuales tantùm, non D
est appetitus superior voluntate.

Ad secundum dicendum, quòd, licèt nomẽ appetitiuæ partis sit sumptum ab appetendo ea, quæ non habentur, tamen appetitiua pars non solum ad hæc se extendit, sed etiam ad multa alia. Sicut, & nomen lapidis sumptum est à læsione pedis, cum tamen lapidi non hoc solùm conueniat. Similiter irascibilis potentia denominatur ab ira, cùm tamen in ea sint plures aliæ passiones, vt spes, & audacia, & huiusmodi.

Ad tertium dicendum, quòd voluntas dicitur mouens motum, secundum quod velle est motus quidam, & intelligere, cuiusmodi motum nihil prohibet in Angelis esse: quia talis motus est actus perfecti, vt dicitur in * tertio de Anima;

a 113 191 Tex 29 to no 2.

Sensus quæsiti.

QVid sit voluntas explicatur, in textu.

Forma Textus.

CONclusio est: In Angelis est voluntas. Probatur: Voluntas est inclinatio in bonum vniuersale sequens rem, siue naturam cognoscentem ipsam boni rationem per intellectum, quæ natura non inclinatur in bonum, quasi ab alio directa, sed in Angelis est talis inclinatio: ergo. Maior continet definitionem voluntatis. Et probatur, quo ad singulas partes: & primò quod voluntas sit inclinatio: quia omnia suo modo per appetitũ inclinantur in bonum, voluntas autem est quidam appetitus; ergo res habens voluntatem, per eam inclinatur in bonum. Prima propositio probatur: quia omnia procedunt ex voluntate Diuina, cuius est per se primò in bonum tendere, & ordinare: Deinde probantur aliæ particulæ definitionis simul, distinguendo triplicem gradum inclinationis, & appetitus iuxta triplicem gradum appetentium naturarum: vt patet in textu. Minor autem principalis argumenti probatur: quoniam Angeli cognoscunt ipsam vniuersalem boni rationem; ergo in Angelis est inclinatio in bonum vniuersale, &c.

Expositio Textus.

HVius articuli conclusionem probat S. D. in 2. cont. gent. capit. 47. vbi definitionem etiam explicat voluntatis, quo ad vltimam præsertim eius partem asserentem, naturam volentem nõ inclinari in bonum, quasi ab alio directam, de qua re disputat ibi latè Ferrariensis.

Conclusionẽ hanc esse fidei dogma probat Magister Porrecta Sacrarum litterarum testimonijs, & post eum Zumellus. Ferrariens. Porrecta. Zumellus

Vide, si placet, ea, quæ supra diximus, quæstione 19. artic. primo.

Controuersia Vnica.

An voluntas hominis, & voluntas Angeli specie distinguantur.

Refertur, & confutatur sententia Zumelli, & ostenditur, dictas voluntates specie distingui.

CIrca responsionem ad primum argumentum D. Thomæ quærit Zumellus; An volũtas Angeli, & voluntas hominis specie distinguantur, & respondens ait, vtramque partem esse probabilẽ, sed probabilius esse, duas has voluntates specie non distingui, quatenùs potentiæ quædam sunt in obiectum relatæ; nam, quatenùs proprietates sunt ex natura fluẽtes, certum est eas specie distingui: sicut etiam hoc modo specie distinguuntur visus Hominis, & visus Leonis. Mihi vero pars oppositа magis arridet; quia bonum non est voluntatis obiectum, & principium actus illius, nisi prout ab intellectu concipitur, & proponitur: constat autẽ, bonum quodcumq; non eodem modo concipi, & voluntari proponi per intellectum humanum, & Zumellus

per

per intellectum Angelicum; Intellectus enim humanus mobiliter apprehendit, diſcurrendo de vno in aliud, viam habens ad vtrumque oppoſitū; atque idcò voluntas etiam hominis mobilem habet electionem, & adhæſionem circa bonum hoc, vel illud appetitum, potens ab eo diſcedere, & cōtrarium eligere, vel appetere: Intellectus autem Angeli immobiliter apprehendit; & ideo voluntas eius immobiliter eligit, & adhæret bono per intellectum illi propoſito.

Actus autē ex intrinſeca ſua natura mobilis ſpecie differt ab actu naturaliter immobili, & eadem ratione potentiæ: ſicut corruptibile ſpecie differt ab incorruptibili, & mobile naturaliter ab eo, qđ eſt immobile per naturam; ita tamen, vt ſpecificæ differentię voluntatum, & actuum non ſint mobilitas, & immobilitas, ſed aliæ magis occultæ in ordine ad obiecta ſic differenter apprehenſa, & voluntati propoſita conſideratæ: Mobilitas enim, & immobilitas ad modos intrinſecos operandi magis pertinent, quàm ad ſpecificas differētias, quas tamen indicant multò magis, quàm accidentia communia, vel propria, quæ ſunt earum effectus.

Argumenta, & ſolutiones.

Zumelli argumenta ſoluuntur.

Sed arguit Zumellus primò: Voluntas noſtra ſequitur vniuerſale bonum, & ſummum appetentis, ſicut, & voluntas Angeli, ſed appetitus diſtinguuntur ſecundùm rationem boni, ad quod feruntur; ergo ſunt eiuſdem ſpeciei.

Reſpondetur, appetitus diſtingui ſecundùm rationem boni, ad quod feruntur, non ſic abſolutè ſumpti, ſed pro vt eſt etiam apprehenſum, & appetitui præſentatum per vim cognoſcitiuam; & ideò vbi diuerſa ſpecies eſt virtutis cognoſcitiuæ, & actus eius, neceſſe eſt etiam appetitiuam potentiā eſſe diuerſam.

Secundò: Charitas Angeli, & Hominis eſt eiuſdem ſpeciei propter identitatem formalis rationis obiecti, ſed eſt etiam formale obiectum idem reſpectu vtriuſque voluntatis; ergo erunt eiuſdem ſpeciei.

Reſpondetur primò, charitatem Angeli, & hominis eſſe eiuſdem ſpeciei in eſſe moris propter identitatem formalis obiecti: ſed in eſſe naturæ, ſiue quo ad ſubſtantiam actus eſt diuerſarum ſpecierum ob ſupradictam cauſam. Secundò dico, ſupernaturales, actus, aut habitus non trahere ſuas differentias eſſentiales ex ijs, quæ ad ordinē pertinent naturalem, ſed eas independenter à naturalibus ſecum ferre.

Tertiò. Appetitus hominis, & bruti ſunt eiuſdē ſpeciei; & tamen potentiæ apprehenſiuæ, quæ præcedunt, ſunt ſpecie diuerſæ; vt cogitatiua in homine, & æſtimatiua in bruto.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens; differunt enim ſpecie appetitus hominis etiam ſenſitiuus, & appetitus bruti non minus, quàm cogitatiua, & æſtimatiua, ob ſupradictam cauſam.

argumento ex D. Thom.

Quartò obijci poſſunt vltima illa verba S. D. ad primum, videlicet; *Idem eſt ergo obiectum, quod appetitiua proponitur ex parte rationis, & ex parte intellectus: vnde in Angelis, qui ſunt intellectuales tantùm, nō eſt appetitus ſuperior voluntate.* Quibus verbis, ſatis aperte ſignificat, idem eſſe obiectum humanæ voluntati per rationem propoſitum cū eo, quod Angelicæ voluntati per intellectum offertur, & (quod amplius eſt) negat in Angelis eſſe appetitum voluntate ſuperiorem. Ex quibus videtur identitas vtriuſque voluntatis, ſcilicet Angelicæ, & humanę manifeſtè deduci.

Reſpondetur, idem eſſe vtriuſq; voluntatis obiectum quaſi materialiter, non autem formaliter, quia ſcilicet nō eodem modo proponitur à ratione, & ab intellectu, vt ante diximus. Ex hoc autem quod in Angelo non eſt appetitus voluntate ſuperior, nihil aliud ſequitur, niſi Angeli appetitum eſſe voluntatem eiuſdem ordinis cum humana voluntate, non tamen ſequitur eiuſdem etiā eſſe gradus ſpecifici.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum in Angelis voluntas differat ab intellectu.

399 1 d. 43. q. 1 art. 2. & ver. q. 22. ar. 10.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd in Angelis non differat voluntas ab intellectu, & natura. Angelus enim eſt ſimplicior, quàm corpus naturale: ſed corpus naturale per ſuam formam inclinatur in ſuum finem, qui eſt eius bonum: ergo multò magis Angelus. Forma autem Angeli eſt vel natura ipſa, in qua ſubſiſtit, vel ſpecies, quæ eſt in intellectu eius: ergo Angelus inclinatur in bonum per naturā ſuam, & per ſpeciem intelligibilem. Hæc autem inclinatio ad bonum pertinet ad voluntatem. Voluntas igitur Angeli non eſt aliud, quàm eius natura, vel intellectus.

2 Præterea. Obiectum intellectus eſt verū, voluntatis autem bonum. Bonum autem, & verum non differunt realiter, ſed ſecundùm rationem tantùm. Ergo voluntas, & intellectus non differunt realiter.

3 Præterea. Diſtinctio communis, & proprij, non diuerſificat potentias. Eadem enim potentia viſiua eſt coloris, & albedinis: ſed bonum, & verum videntur ſe habere, ſicut commune, & proprium: nam verum eſt quoddam bonum, ſcilicet intellectus. Ergo voluntas, cuius obiectum eſt bonum, non differt ab intellectu, cuius obiectum eſt verum.

Sed contra. Voluntas in Angelis eſt bonorum tantum, intellectus autem eſt bonorum, & malorum, cognoſcunt enim vtrumque. Ergo voluntas in Angelis eſt aliud, quàm eius intellectus.

Reſpondeo. Dicendum, quòd voluntas in Angelis eſt quædam virtus, vel potentia: quæ nec eſt ipſa eorum natura, nec eorum intelle-

ctus. Et quòd non ſit eorum natura, apparet
377 ex hoc, quòd natura, vel eſſentia alicuius rei,
377 intra ipſam rem comprehenditur: quicquid er
go ſe extendit ad id, quod eſt extra rem, non
eſt rei eſſentia. Vnde videmus in corporibus
naturalibus, quòd inclinatio, quæ eſt ad eſſe
rei, non eſt per aliquid ſuperadditum eſſentiæ,
ſed per materiam, quæ appetit eſſe, antequam
habeat, & per formam, quæ tenet rem in eſſe,
poſtquam fuerit. Sed inclinatio ad aliquid ex-
trinſecum eſt per aliquid eſſentiæ ſuperaddi-
tum, ſicut inclinatio ad locum eſt per grauita-
tem, vel leuitatem. Inclinatio autem ad facien
b 145 dum ſibi ſimile, eſt per qualitates actiuas. Vo-
304 luntas autem habet inclinationem in bonum
naturaliter. Vnde ibi ſolum eſt idem eſſentia,
& voluntas; vbi totaliter bonum continetur in
33 eſſentia volentis, ſcilicet in Deo, qui nihil vult
117 extra ſe, niſi ratione ſuæ bonitatis. Quod de
nulla creatura poteſt dici, cum bonum infini-
tum ſit extra eſſentiam cuiuslibet cauſati. Vn-
de nec voluntas Angeli, nec alterius creaturæ
D. 769. poteſt eſſe idem, quod eius eſſentia. Similiter
404 nec poteſt eſſe idem, quod intellectus Ange-
99 li, vel hominis. Vnde ex ratione ſe extendit
eius intellectus in id, quod eſt extra ſe, ſecun-
dum, quod illud, quod extra ipſum eſt per eſ-
ſentiam, natum eſt aliquo modo in eo eſſe. Nã
cognitio fit per hoc, quòd cognitum eſt in co-
gnoſcente. Voluntas verò, ſe extendit in id,
quod extra eſt, ſecundùm quod quadam incli-
natione quodammodo tendit in rem exterio-
rem. Alterius autem virtutis eſt, quòd aliquid
habeat in ſe, quod eſt extra ſe, & quod ipſum
tendat in rem exteriorem. Et ideo oportet, q
in qualibet creatura ſit aliud intellectus, & vo
luntas. Non autem in Deo, qui habet, & eſſ
vniuerſale, & bonũ vniuerſale in ſeipſo. Vnde
tam voluntas, quàm intellectus eſt eius eſ-
ſentia.

Ad primum ergo dicendum, quòd corpus naturale per formam ſubſtantialem inclina-
tur in eſſe ſuum: ſed in exterius inclinatur per
aliquid additum, vt dictum eſt.

Ad ſecundum dicendum, quòd potentiæ non diuerſificantur ſecundùm materialem di
ſtinctionem obiectorum, ſed ſecũdùm formalem diſtinctionem, quæ attenditur ſecundùm
o 379 rationem obiecti. Et ideò diuerſitas ſecundũ
301 rationem boni, & veri ſufficit ad diuerſitatem
intellectus, & voluntatis.

Ad tertium dicendum, quòd quia bonum, & verum conuertuntur ſecundùm rem, inde eſt, quòd, & bonum ab intellectu intelligitur ſub ratione veri: & verum à voluntate appeti-
tur ſub ratione boni. Sed tamen diuerſitas ra-

A tionum ad diuerſificandum potentias ſufficit, vt dictum * eſt.

In cor. art. 4 diui. & art. 3. & 4 q. 16.

Senſus quæſiti.

De intelligẽtiarum natura opinio antiquorum.

PRoponitur hoc quæſitũ propter antiquos Philoſophos, ſcilicet Alexandrum, Philoponum, Themiſtium, & Auerroem exiſtimantes, intelligẽtias omnes eſſe actus puros nullam mixtionem habentes paſſiuæ potentiæ. Quam ſententiam plures exiſtimant etiam Ariſtotelem tenuiſſe, vt ſupra no tauimus, quæſt. 54 art. 1. Quæſtio autem eſt de differentia reali: vt Caietanus aduertit, & reſponſiones ad ſecundum, & tertium, ſuis argumentis collatæ declarant.

Caietanus

B

Forma Textus.

CONcluſio eſt: Voluntas Angeli eſt quædam virtus, vel potentia, quæ nec eſt ipſa eorum natura, nec eorum intellectus. Quod non ſit eorum natura. Probatur: Quicquid ſe extendit ad id, quod eſt extra rem, non eſt rei eſſentia, ſed tam voluntas Angeli, quàm alterius creaturæ ſe extendit ad id, quod eſt extra rem; ergo nec voluntas Angeli, nec alterius creaturæ eſt eius eſſentia. Maior probatur primò à priori: Quia natura, vel eſſentia alicuius rei intra rem ipſam comprehenditur; ergo
C *quicquid ſe extendit, &c.*

Secundò probatur à poſteriori: Quia videmus in corporibus naturalibus, quod inclinatio, quæ eſt ad intrinſecum, ſcilicet ad eſſe rei, non eſt per aliquid ſuperadditũ eſſentiæ, ſed per materiam, quæ appetit eſſe antequã habeat, & per formam, quæ tenet rem in eſſe, poſtquam fuerit; ſed inclinatio ad aliquid extrinſecum eſt per aliquid eſſentiæ ſuperadditum; ſicut inclinatio ad locum per grauitatem, vel leuitatem, & inclinatio ad faciendum ſibi ſimile eſt per qualitates actiuas. Minor autem probatur: Ibi ſolum voluntas non tendit in bonum extrinſecum, vbi totaliter bonum continetur in eſſentia no
D *lentis; ſed nullius eſſentia creaturæ bonum totaliter cõtinetur, ſed tantùm in eſſentia Dei; ergo. Maior probatur: Quia voluntas habet inclinationem in bonum naturaliter; ergo ibi ſolum, &c. Minor autem probatur quo ad primam partem: Quia bonum infinitum eſt extra eſſentiam cuiuslibet cauſati: Quo ad ſecundam autem; Quia Deus nihil vult extra ſe, niſi ratione ſuæ boni-*
tatis.

Secundò probat Sanctus Doctor, alteram partem cõcluſionis, videlicet voluntatem Angeli, vel etiam hominis non eſſe idem realiter, quod intellectus: Quoniam alterius virtutis eſt, quod aliquid habeat in ſe id, quod eſt
E *extra ſe, & quod ipſum tendat in rem exteriorem; at*
differunt intellectus, & voluntas, quod intellectus ea ratione ſe extendit ad id, quod eſt extra ſe, ſecundùm quod illud, quod extra ipſum eſt per eſſentiam, natum eſt aliquo modo in eo eſſe; voluntas autem ſe extendit ad, quod extra eſt, ſecundùm quod quadam inclinatione quodammodo tendit in rem exteriorem; ergo oportet, quod in qualibet creatura ſit aliud intellectus, & voluntas.

Maior patet: Minor probatur, quo ad primam partẽ; quia cognitio fit per hoc, quod cognitum eſt in cognoſcente.

Digitized by Google

ſcente. Altera pars, vt nota relinquitur.

Correlarium: In Deo tam voluntas, quàm intellectus eſt eius eſſentia. Probatur: Quia Deus habet, & eſt vniuerſale, & bonum vniuerſale in ſe ipſo.

Expoſitio Textus.

Zumellus

DVbium mouet Zumellus de Veritate concluſionis: contra quam nonnulla refert, & ſoluit argumenta Durandi.

Caietanus

Videnda ſunt, quæ notat hic expoſitor Caietanus, & propoſitis dubitationibus, & argumentis, acutè, ſapienterq; definit circa propoſitiones, & probationes earum. Quibus nihil addendum occurrit.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrum in Angelis ſit liberum arbitrium.

300 2. d. 7. qu. 2 ar. 2 ad 1. & 2. con. ca. 47. & ver. q. 23. ar. 1. cor. & q. 24. ar. 2. & 3. & Mal. q. 16 ar. 5. cor. & op. 3. c. 76. Li. 3 ca 3. & lib. 6. c. 9. to. 5.

D Tertium ſic proceditur. Videtur, quòd in Angelis non ſit liberum arbitrium. Actus enim liberi arbitrij eſt eligere: ſed electio non poteſt eſſe in Angelis, cum electio ſit appetitus præconſiliati; conſilium autem eſt inquiſitio quædam, vt dicitur in *3. Ethic. Angeli autem non cognoſcunt inquirendo: quia hoc pertinet ad diſcurſum rationis; ergo videtur, quòd in Angelis non ſit liberum arbitrium.

2 Præterea. Liberum arbitrium ſe habet ad vtrumlibet: Sed ex parte intellectus non eſt aliquid ſe habens ad vtrumlibet in Angelis, quia intellectus eorum non fallitur in naturalibus intelligibilibus, vt dictum* eſt: Ergo, nec

q. 58. ar. 3. ex parte appetitus liberum arbitrium in eis eſſe poteſt.

3 Præterea. Ea, quæ ſunt naturalia in Angelis, conueniunt eis ſecundùm magis, & minùs: quia in ſuperioribus Angelis natura intellectualis eſt perfectior, quàm in inferioribus. Liberum autem arbitrium non recipit magis, & minùs. Ergo in Angelis non eſt liberum arbitrium.

Sed cõtra. Libertas arbitrij ad dignitatem hominis pertinet: ſed Angeli dignores ſunt hominibus. Ergo libertas arbitrij, cùm ſit in hominibus, multò magis eſt in Angelis.

412 Reſpondeo. Dicendum, quòd quædam ſũt, quæ non agunt ex aliquo arbitrio, ſed quaſi ab alijs acta, & mota; ſicut ſagitta à ſagittante mouetur ad finem. Quædam verò agunt quodam arbitrio, ſed non libero, ſicut animalia irrationalia. Quis enim fugit lupum ex quodam iudicio, quo exiſtimat eum, ſibi noxium: Sed hoc iudicium, non eſt ſibi liberum, ſed à natura inditum. Sed ſolum id, quod habet intellectum, poteſt agere iudicio libero inquantum cognoſcit vniuerſalem rationem boni: ex qua 113 poteſt iudicare hoc, vel illud eſſe bonum. Vnde vbicumque eſt intellectus, eſt liberum arbitrium. Et ſic patet liberum arbitrium eſſe in Angelis, etiam excellentius, quàm in hominibus, ſicut, & intellectum.

Ad primum ergo dicendum, quòd Philoſophus loquitur de electione, ſecũdum quod eſt hominis. Sicut autem extimatio hominis in ſpecularijs differt ab extimatione Angeli in hoc, quòd vna eſt abſque inquiſitione, alia verò per inquiſitionem, ita, & in operatiuis. Vnde in Angelis eſt electio, non tamen cũ inquiſitiua deliberatione conſilij, ſed per ſubitam acceptionem veritatis. 293 299

Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut dictũ* eſt, cognitio fit per hoc, quòd cognita ſunt in cognoſcente. Ad imperfectionem autem alicuius rei pertinet, ſi non ſit in ea, id, quod natũ eſt in ea eſſe. Vnde Angelus non eſſet perfectus in ſua natura, ſi intellectus eius non eſſet determinatus ad omnem veritatem, quam naturaliter cognoſcere poteſt. Sed actus appeti- 305 tiuæ virtutis eſt per hoc, quòd affectus inclinatur ad rem exteriorem. Non autem dependet perfectio rei ex omni re, ad quam inclinatur, ſed ſolùm ex ſuperiori. Et ideo, non pertinet ad imperfectionem Angeli, ſi non habet volũtatem determinatam reſpectu eorum, quæ infra ipſum ſunt. Pertineret autem ad imperfectionem eius, ſi indeterminatè ſe haberet ad illud, quod ſupra ipſum eſt. Art prec.* &q. 12. a. 4

Ad tertium dicendum, quòd liberum arbitrium nobiliori modo eſt in ſuperioribus Angelis, quàm in inferioribus, ſicut, & iudicium intellectus. Tamen verum eſt, quòd ipſa libertas, ſecundùm quod in ea conſideratur quædã remotio coactionis, non ſuſcipit magis, & minus, quia priuationes, & negationes non remittuntur, nec intenduntur per ſe, ſed ſolum per ſuam cauſam, vel ſecundum aliquam affirmationem adiunctam. 343

Sciſſus quæſiti.

E TItulum explicat optimè Caietanus, duplicem afferens cauſam huius quæſiti.

Forma Textus.

Concluſio eſt: Liberum arbitrium eſt in Angelis etiam excellentius, quàm in hominibus. Probatur: Vbicumque eſt intellectus, eſt liberum arbitrium, ſed in Angelis eſt intellectus excellentius, quàm in hominib. ergo. Maior probatur dupliciter: Primò à poſteriori

Quia id ſolum, quod habet intellectum, poteſt agere iudicio libero; ergo. Probatur hoc aſſumptum ex triplici ordine agentium, & eorum differentijs: Nam quædam ſunt, quæ nõ agunt ex aliquo arbitrio, ſed quaſi ab alijs acta, & mota; ſicut ſagitta à ſagittante mouetur ad finem: Quædam verò agunt quodam arbitrio, ſed non libero; ſicut animalia irrationalia; Omis enim fugit ictum ex quodam iudicio, ſed non libero, quo exiſtimat eum ſibi noxium; ſed hoc iudicium non eſt ei liberum, ſed à natura inditum. Solum autem id, quod habet intellectum, poteſt agere iudicio libero. Secundò probatur eadem maior propoſitio à priori: Quoniam id, quod habet intellectum, cognoſcit vniuerſalem rationem boni, ex quâ poteſt iudicare, hoc, vel illud eſſe bonum; ergo vbicumq; eſt intellectus, ibi eſt liberum arbitrium.

A

B

Expoſitio Textus.

S. Thom. VT vim diſcurſus S.D. intelligas, vide rationes, quibus eadem probatur concluſio in ſecundo contra gentiles cap. 48. & ea, quæ notat ibi Ferrarienſis. Diſputat hic latè Zumellus de veritate concluſionis, & de probationum efficacitate, & ſtilum nimis extẽdens, maiorem ſuæ quæſtionis partem conſumit circa liberum arbitrium, & conſiliũ in Deo conſtituendum.

Ferrarien. Zumellus

Reſpondetur ad ſecundum argumentum expli cat erudite Caietanus; cuius doctrinam approbat Zumellus, & amplificat.

Caietanus C

Vide præterea ſi placet, quæ ſupra diximus q. 19. art. 10. de libero arbitrio, ex illis enim multorum apperitur intelligentia, quæ tangit in hoc articulo S.D. & verſant expoſitores de communi ratione liberi arbitrij.

Oſtenditur, phyſicam Dei præmotionem, & applicationem non tollere creatæ voluntatis libertatem, & explicantur quædam alibi dicta.

SEd quia phyſicus primi mouẽtis influxus, ſiue præmotio, vel prædeterminatio, aut applicatio, quã ſecundam cauſam liberam applicat ad operandum, de medio tollere videtur liberum creatæ voluntatis arbitrium, operæ pretium erit hic præcipua quædam definiendæ veritatis capita perſtringere, & quorũdam noſtrorum alibi dictorum, quæ ſiniſtrè quidam interpretantur, intelligentiam aperire.

D

Radix libertatis.

Sciendum eſt igitur primò, radicem primam libertatis eſſe rationis, ſiue intellectus indifferentiã priuatiuam, aut negatiuam ad iudicandum ex diuerſis medijs ad finem ordinabilibus, & cum eo neceſſariam connexionem non habentibus hoc, vel alterum, aut eius oppoſitum eſſe ad finem ordinandum, & eligendum, vt latè ſupra declarauimus q. 19. art. 10.

E

At verò libertas formaliter in voluntate ſita eſt, quatenus, poſitis omnibus requiſitis ad agendum, habet in ſua poteſtate agere, & non agere, & agere hoc, vel illud, vt ibidem explicauimus.

Secundò ſupponendum eſt, Deum operari in omni operante, & ſuæ virtutis influxu cum eo veluti primam cauſam ad agendum concurrere, & ſecundas cauſas, qua ratione ſunt in actu cauſæ, eſſe primæ cauſæ eſſentialiter ſubordinatas, & ab ea dependentes, vt oſtendimus ſupra q. 22. art. 4. controuerſia prima.

Tertiò conſiderandum eſt, influxum primæ cauſæ in ſecundas cauſas, qui nuncupari ſolet etiam phyſica motio, prædeterminatio, & applicatio, nõ eſſe quid diſtinctum realiter à ſecundis cauſis, ſed eſſe idem, quod ipſæ ſecundæ cauſæ agentes formaliter, vt in actu exercito pendent à Deo non ſolùm conſeruante, ſed etiam eas cauſante, vt agentes ſunt formaliter, & in actu exercito. Quod idem proportionaliter dicendum eſt de influxu Dei in operationem agentis: non enim differt ab ipſa operatione realiter, pro vt à Deo pendet in fieri, & inconſeruari, vt in dicta cõtrouerſia declarauimus, etiam de mente D. Thom.

Influxus primæ cauſæ in ſecundam quid ſit.

Ad cuius ampliorem euidentiam aduerte, influxum primæ cauſæ in ſecundam, pro vt eſt actio tranſiens in ea recepta, non eſſe qualitatem aliquã ſecundæ cauſæ ſuperadditam, ſed motionem quãdam virtuoſam, per quam efficit Deus, vt agant actu ſecundæ cauſæ, vt diximus in allegata controuerſia, & eſt doctrina D. Tho. in prima ſecundæ q. 110. art. 2. quam ſequuntur, & explicant recentiores Thomiſtæ. Non diſtinguitur, & igitur à ſecunda cauſa dictus influxus, vt addita qualitas. An autem, & quomodo diſtinguatur, vt motio, videndum eſt.

S. Thom.

Certum eſt autem primò ex D. Thom. de Potentia Dei q. 3. art. 7. ad ſeptimum, dictum influxum eſſe præuium actioni ſecundæ cauſæ, & effectiuè à ſolo Deo produci, non verò ab ipſa ſecunda cauſa, ſic enim ibi loquitur S. Thom. *In operatione, qua Deus operatur mouendo naturam, non operatur ipſa natura.* Quod etiam ex antedictis elucet. Cum enim per illum influxum fiant actu cauſæ, etiam prius naturâ, quam operentur, vt oſtendimus in dicta controuerſia, impoſsibile eſt, illum efficienter à ſecunda cauſa, vel ab eius influxu, vel operatione depẽdere, pro vt etiam erudite, ac latè probat Ludacus Alũartez lib. 3. de Auxilijs diuinæ gratiæ diſput. 49. quem nuper impreſſum Romæ, ſummacum iucunditate percurrimus.

Aluarez.

Deindè certum eſſe debet, inter motionem, & rem ipſam motam, vel etiam effectum eſſe diſtinctionem aliquo modo realem. Cum autem, vt antè diximus ſecundum ſententiam nobis magis probabilem, influxus primæ cauſæ in ſecunda cauſa receptus ſit idem, quod ipſa ſecunda cauſa, quatenùs, vt actu cauſa eſt, depẽdet à prima conſequẽs eſt, dictum influxum non diſtingui realiter à ſecũda cauſa, vt accidens prædicamentale à ſubſtantia, vel eo modo, quæ res à re ſimpliciter, & abſolutè diſtinguitur. Præter hanc autem realem diſtinctionem nulla ſupereſt alia diſtinctio realis, niſi realis metaphyſica, quam etiam communiter realem formalem, aut etiam ex natura rei, Scotiſtæ præſertim, appellant, vt ſupra notauimus q. 3. articulo tertio.

Influxus primæ cauſæ quomodo diſtinguatur à ſecunda.

Hac igitur diſtinctione reali dicendum eſt, influxum primæ cauſæ in ſecunda receptum ab ea diſtingui. Sufficere verò diſtinctionem hanc inter motio-

Digitized by Google

motionem, qualis est prædictus influxus, & rem motam, siue etiam effectum, ostendimus supra q. 45. art. 5. controuersia secunda. Vbi diximus cum D. Thom. Caietan. D. Thoma, & Caietano, vnam esse realiter operationem instrumenti, & principalis agentis, & tamen operationem illam, pro vt ab instrumento est, dependere efficienter ab eadem operatione, pro vt à principali agente est: quia nimirum vna quidem simpliciter operatio est, sed tamen in duas secatur ex natura rei, siue realiter metaphysicè distinctas, quarum vna causat, & altera causatur.

Eadem itaq; ratione dici potest, rem illam, quę secunda causa est, duplicem habere realitatem, siue quidditatem, alteram illi conuenientem, pro vt ità dependet essentialiter à Deo, vt sit eius influxus, quo sic mouet Deus eandem rem, quæ secunda causa est: vt hac ipsa motione fiat actu causa dependens à prima: alteram autem eidem rei, quę causa est, absolutæ sumptæ congruentem. Hæc autem realitas per dictam realitatem habentem rationem influxus, siue motionis sic à Deo mouetur, vt fiat actu causa pendens essentialiter à prima sic, actu mouente. Et quia prima realitas, siue ratio non conuenit rei absolutè sumptæ, sed per actualem ordinem ad primam causam, à qua sicut in esse, sic essentialiter dependet in causando, ideò secundæ, quæ realitas est absoluta rei conuenientis ab intrinseco, comparatur, vt modus, ac proinde dicetur ab ea distingui realiter, vt modus à re cuius est modus. Adest enim rebus omnibus intimè virtus primæ causæ, quæ diuina substantia est, eas immediatè contingens, & per hoc immediatè, ideſt nulla media qualitate, vel accidente reali, aut intentionali mouens ad operandum, sed rebus ipsis essentialiter ab ea dependentibus vtens ad eas ipsas proprijs operationibus applicandas nó minus, quàm Artifex per mediam virtutem intentionalem moueat, & applicet instrumentum ad agendum.

Dictũ de applicatione declaratur. Sed, quoniam in secunda controuersia ad quartum vigesimæ secundæ quæstionis articulum diximus cum D. Thoma, secundam causam liberam non applicari solùm à prima, sed etiam semetipsam ad agendum applicare, ità vt applicatio causæ liberæ tota sit à Deo, & tota sit etiam ab ipsa causa libera, deduxere nonnulli, diuinum influxũ ex sententia nostra non esse præuium secundæ causæ, vt actu causa est, sed simultaneum: cuius oppositum ibidem intendimus, & expressè docemus, & passim in primi nostri voluminis commentarijs probare contendimus, ideo hic proponẽda, & explicanda est sententia nostra.

Ad cuius euidentiam quartò sciendum est, causam omnem secundam, tam naturalem, quam liberam à Deo præmoueri, & ad operandum applicari, ità vt respectu talis præmotionis, sit mere recipiens, ac mere passiue se habeat, vt patet ex verbis S. Thom. S. D. paulò ante relatis: Sed, quia Deus secundus causas, ità præmouet, ac prædeterminat infallibiliter ad agendum, vt eorum naturas non destruat, sed conseruet, foueat, ac perficiat, ideo secundas causas naturales sic præmouet, vt agant naturaliter, ac necessario, liberas autem, vt medio rationis, vel intellectus iudicio, & electione libera voluntatis operentur, & vt priùs à Deo motæ, & applicatæ seipsas etiam moueant, & applicent; adeo, vt in secunda causa libera actionem inchoante dupliex sit applicatio, eodem modo distincta, quo primæ causæ motionem, siue applicationem diximus à secunda causa distingui scilicet realiter metaphysicè, siue ex natura rei. Quę distinctio facis est, vt eius extrema se habeant, vt mouens, & motum, vel vt causans, & causatum; qualem esse diximus habitudinem inter operationem principalis agentis, & instrumenti, quæ, cum vna sit, eo tantùm modo distinguitur, & tamen vna pendet ab alia. Cum autem diximus, totam applicationẽ causæ liberæ esse à Deo, & totam ab ipsa causa libera, de tota applicatione locuti sumus materialiter, & realiter physicè, sed non formaliter, siue secundum omnem rationem, & de tota applicatione secundæ causæ liberæ, qua seipsam applicat, non verò de tota simpliciter; iam enim diximus, influxum præuium actioni secundæ causæ, & eius applicationi, pro vt ab ipsa est, à solo Deo esse, ita vt respectu eius voluntas sit merè patiens, & recipiens, non autem agens, siue producens. De applicatione igitur, prout est secundæ causæ liberæ seipsam applicantis accipienda sunt, quæ diximus, in allegata controuersia, nimirum esse totam à Deo, & totam à secunda causa, & priùs ordine causalitatis, & independentiæ à Deo, quàm à secunda causa, & alia similia, quæ latè diximus supra q. 23. art. 3. contr. 2. in secundo notabili propè finem, & latiùs infra dicemus q. 62. art. 2.

Applicatio duplex

Et ex his dilui facilè potest argumentum, quod quidam ex nostris principijs supra positis collectum nobis obijciunt; sic enim arguunt: Applicatio est vna res, & vna perfectio ab vtraque causa, scilicet prima, & secunda essentialiter dependens; sed influxus diuinus est applicatio; ergo influxus diuinus est vna res ab vtraque causa, scilicet prima, & secunda essentialiter dependens: Tunc vltra; sed præmotio physica est influxus diuinus, qui est applicatio; igitur præmotio physica est dependens ab vtraque causa, scilicet prima, & secunda; ergo non antecedit causam secundam; ergo non est præmotio physica.

Argumẽtũ H. S.

Respondetur enim primò ad maiorem, nõ omnem applicationem formaliter loquendo ab vtraque causa, scilicet prima, & secunda essentialiter dependere; sed ea tantùm ab vtraque causa dependere, qua secunda causa libera seipsam applicat ad agendum; ea verò applicatio, qua Deus secũdam causam liberam præmouet, & applicat ad agendum, à solo Deo est: vt ante diximus; adeò vt respectu talis præmotionis creata voluntas merè passiuè se habeat, vt ex verbis D. Thomæ supra notatis elucet.

solutio.

Secundò dico, eam applicationem, quæ est à sola prima causa, idem esse realiter, physicè loquendo, cum applicatione, quæ est à secunda causa simul cum prima; sed tamen distinguuntur hæ duæ applicationes ex natura rei, siue realiter metaphysicè,

Digitized by Google

phyſicè, ſiuè, vt quidã dicunt, formaliter realiter.

Tertiò dico ad minorem, influxum diuinum, ſiue præmotionem primæ cauſę eſſe formaliter applicationem illam, quæ eſt a ſola prima cauſa, nõ autem illam, quæ eſt à ſecunda; cui tamen realiter identificatur, phyſicè loquendo, & ideo non ſequitur concluſio illa: ergo influxus diuinus eſt vna res ab vtraque cauſa, ſcilicet prima, & ſecunda eſſentialiter dependens, formaliter loquendo de influxu diuino, prout ab influxu ſecundæ cauſæ diſtinguitur ex natura rei, ſiue realiter metaphyſicè. Ad id, quod vlterius ſubſumitur, dico, præmotionem phyſicam eſſe influxum diuinum, qui eſt applicatio, non quæcunque, ſed Dei, vt primæ cauſæ applicantis ſecundam ad operandum, & ideo nullæ ſunt illæ conſequentiæ: ergo non antecedit cauſam ſecundam; ergo nõ eſt præmotio phyſica.

Sed vlterius arguunt: diſtinctio inter ſubſtantiam, & accidens eſt realiſſima: at iſte influxus eſt quoddam accidens habens eſſe incompletum, vt colores in aere, & virtus artis in inſtrumento artificis ſecundum S. Thom. de potentia q. 3. art. 7. ad 7. ergo iſta diſtinctio eſt realiſſima.

Reſpondetur, falſam eſſe minorem propoſitionem. Dictum autem illud D. Tho. late perſpicueq; ſuperius explicauimus q. 12. art. 4. contr. 1. §. *Ad cuius euidentiam.*

Reliqua ad præſentem materiam pertinentia vide, ſi placet, locis ſupra notatis.

ARTICVLVS IV.

Vtrum in Angelis ſit irraſcibilis, & concupiſcibilis.

301 Ve q 34 t. 10 cor. ca. 9 par. 4. parum medio.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd in Angelis ſit irraſcibilis, & cõcupiſcibilis. Dicit enim Dionyſ.* 4. cap. de diuin. nom. quòd in dæmonibus eſt furor irrationabilis, & concupiſcentia amens. Sed dæmones eiuſdem naturæ ſunt cum Angelis, quia peccatum non mutauit in eis naturam. Ergo in Angelis eſt irraſcibilis, & concupiſcibilis.

2 Præterea. Amor, & gaudium in concupiſcibili ſunt: ira verò, ſpes & timor in irraſcibili. Sed hæc attribuuntur Angelis bonis, & malis, in ſcripturis. Ergo in Angelis eſt irraſcibilis, & concupiſcibilis.

3 Præterea. Virtutes quædam dicuntur eſſe in irraſcibili, & concupiſcibili, ſicut charitas, & temperantia videntur eſſe in concupiſcibili, ſpes autem, & fortitudo in irraſcibili. Sed virtutes hæ ſunt in Angelis. Ergo in Angelis eſt concupiſcibilis, & irraſcibilis.

Li 3. de anima text. 41. Sed contra eſt, quod Philoſophus dicit in* 3. de Anima, quod irraſcibilis, & concupiſcibilis ſunt in parte ſenſitiua, quæ non eſt in Angelis. Ergo in eis non eſt irraſcibilis, & concupiſcibilis.

A Reſpond. Dicendum, quòd intellectiuus appetitus non diuiditur per irraſcibilem, & concupiſcibilem, ſed ſolum appetitus ſenſitiuus. Cuius ratio eſt: quia, cùm potentiæ non diſtinguantur ſecundum diſtinctionem materialem obiectorum, ſed* ſolùm ſecundum rationem formalem obiecti,* ſi alicui potentiæ reſpondeat aliquod obiectum ſecundum rationem communem, non erit diſtinctio potentiarum ſecundum diuerſitatem propriorum, quæ ſub illo communi continentur.* Sicut ſi proprium obiectum potentiæ viſiuæ eſt color ſecundum

B rationem coloris, non diſtinguuntur plures potentiæ viſiuę ſecundum differentiam albi, & nigri. Sed, ſi proprium obiectum alicuius potentiæ eſſet album inquãtum album, diſtingueretur potentia viſiua albi, à potentia viſiua nigri. Manifeſtum eſt autem ex dictis,* quod obiectum appetitus intellectiui, qui voluntas dicitur, eſt bonum ſecundum communem boni rationem. Nec poteſt eſſe aliquis appetitus niſi boni. Vnde in parte intellectiua appetitus non diuiditur ſecũdum diſtinctionem aliquorum particularium bonorum,* ſicut diuiditur

C appetitus ſenſitiuus, qui non reſpicit bonum ſecundum communem rationem, ſed quoddã particulare bonum.* Vnde, cum in Angelis non ſit niſi appetitus intellectiuus, eorum appetitus non diſtinguitur per irraſcibilem, & cõcupiſcibilem, ſed remanet indiuiſus, & vocatur voluntas.

Ad primum ergo dicendum, quod furor, & concupiſcentia metaphoricè dicuntur eſſe in dæmonibus: ſicut, & ira quandoque Deo attribuitur propter ſimilitudinem effectus.

D Ad ſecũdum dicendum, quòd amor, & gaudium ſecundum, quod ſunt paſſiones, ſunt in concupiſcibili: ſed ſecundum, quod nominant* voluntatis actum, ſic ſunt in intellectiua parte: *prout amare eſt velle bonum alicui, & gaudere eſt quieſcere volũtatem in aliquo bono habito. Et vniuerſaliter nihil horum dicitur de Angeli ſecundum paſſionem, vt Aug. dicit* 9. de ciuit. Dei.

Ad tertium dicendum, quòd charitas, ſecũ dum, quòd eſt virtus, non eſt in concupiſcibili, ſed in voluntate. Nam obiectum concupiſcibilis, eſt bonum delectabile ſecundum ſenſum.

E Huiuſmodi autem non eſt bonum diuinum: quod eſt obiectum charitatis. Et eadem ratione dicendum eſt, quòd ſpes non eſt in irraſcibili: quia obiectum irraſcibilis eſt quoddam arduum, quod eſt ſenſibile, circa, quod non eſt ſpes, quæ eſt virtus, ſed circa arduum diuinũ. Temperantia autem, ſecundum quod eſt virtus humana, eſt circa concupiſcentias delectabilium

D.228. 37 389

415 291

ar 1. huius q 8 q. 18. art 1.

421

405

D.978. a 225 331

Li 9. de ciuit. Dei c. 5. nõ procul à fine to. 5.

bilium ſenſibilium, quæ pertinent ad vim con
D.6.3.a.1 cupiſcibilem. Et ſimiliter fortitudo eſt * circa audacias, & timores, quæ ſunt in iraſcibili. Et ideo temperantia, ſecundum, quod eſt virtus humana, eſt in concupiſcibili, & fortitudo in iraſcibili. Sed hoc modo non ſunt in Angelis. Non enim in eis ſunt paſſiones concupiſcentiarum, vel timoris, & audaciæ: quas oporteat per temperantiam, & fortitudinem regulari. Sed temperantia in eis dicitur, ſecundum quod moderatè ſuam voluntatem exhibent ſecundum regulam diuinæ voluntatis. Et fortitudo in eis dicitur, ſecundum quod voluntatem diuinam firmiter exequuntur. Quod totum fit per voluntatem, & non per iraſcibilem, & concupiſcibilem.

Senſus quæſiti.

caietanus Zumellus Mos. D. Thom. TItulum explicat optimè Caietanus, quem ſequitur Zumellus. Ad cuius maiorem euidentiam, ſcito D. Tho. cõſueuiſſe ſingulas ex proprijs difficultate determinare, & ideo, quamuis oſtenderit ſuprà S. D. in Angelis non eſſe potentias ſenſitiuas, ex quo ſequitur, in eis non eſſe concupiſcibilem, & iraſcibilem, vt paſſiones ſunt, ſupererat tamen ex proprijs difficultas, quæ tribus hic tangitur argumentis, definienda.

Forma Textus.

Concluſio eſt: Appetitus Angelorum non diſtinguitur per iraſcibilem, & concupiſcibilem, ſed remanet indiuiſus, & vocatur voluntas. Probatur: Diuiſio appetitus in iraſcibilem, & concupiſcibilem eſt ſecundum diſtinctionem aliquorum particularium bonorum; ſed appetitus Angelorum non diuiditur ſecundũ diſtinctionem aliquorum particularium bonorũ; ergo. Maior patet in appetitu ſenſitiuo. Minor probatur: Quoniam in parte intellectiua appetitus non diuiditur ſecũdum diſtinctionem aliquorum particularium bonorũ; ſed in Angelis non eſt niſi appetitus intellectiuus: ergo. Maior probatur: Si alicui potentiæ reſpondeat aliquod obiectum ſecundum rationem communem, non erit diſtinctio potentiarum ſecundum diuerſitatem proprioꝝ, quæ ſub illo communi continentur; at obiectum appetitus intellectiui, qui voluntas dicitur, eſt bonum ſecundũ communem rationem boni, nec poteſt aliquis appetitus eſſe, niſi boni; ergo in parte intellectiua appetitus non diuiditur, &c. Maior probatur primò; Quia potentiæ non diſtinguuntur ſecundum diſtinctionem materialem obiectorum, ſed ſolùm ſecundum rationem formalem obiecti; ergo. Secundò probatur exemplo, vel ſimilitudine, ſiue potius inductione duplici. Prior eſt ex viſiua potentia; nam ſi pro quia proprium obiectum potentiæ viſiuæ eſt color ſecundum propriam rationem coloris, non diſtinguuntur plures potentiæ viſiuæ ſecundum differentiam albi, & nigri; ſed, ſi obiectum eſſet album, in quantum album, diſtingueretur potentia viſiua albi à potentia viſiua nigri, ergo, ſi alicui potentiæ, &c. Poſterior eſt ex appetitu ſenſitiuo, qui diuiditur ſecundum diſtinctionem aliquorum particularium bonorum; eo

A *quod non reſpiciat bonum ſecundum communem rationem, ſed quoddam particulare bonum.*

Expoſitio Textus.

VIdenda ſunt in primis, quæ pro diſcurſus efficacitate tuenda notat Caiet. deindè lege, ſi libet, quæ ſcribit Medina in 1. 2. quæſt. 72. art. 2. circa quæſtionem illam ibidem ab eo motam; Nũ .ſ. in Angelis poſſint eſſe peccata carnalia. Multorum enim ibi Sãctorum dicta producit, qui carnales concupiſcentias videntur in Angeli aſſeruiſſe; quibus optimè ſatisfacit idem expoſitor, ſicut etiam quibuſdam ab eo productis argumentis benè reſpondet. Quædam etiam hic notat Zumell. non magni momenti. Caiet. Molina. B Zumell.

QVAESTIO LX.

De Amore, & dilectione Angelorum, in quinque articulos diuiſa.

DEinde conſiderandum eſt de actu voluntatis, qui eſt amor, ſiue dilectio. Nam omnis actus appetitiuæ virtutis ex amore, ſeu dilectione deriuatur.

C Et circa hoc quæruntur quinque.

Primò, Vtrum in Angelis ſit dilectio naturalis.

Secundò, Vtrum in eis ſit dilectio electiua.

Tertiò, Vtrum Angelis diligat ſeipſum dilectione naturali, an electua.

Quartò, Vtrum vnus Angelus diligat alium dilectione naturali, ſicut ſeipſum.

Quintò, Vtrum Angelus naturali dilectione diligat Deum plus quàm ſeipſum.

Ratio ordinis.

D AMor actus eſt primus, atque præcipuus appetitiuæ potentiæ, ex quo cæteri omnes eiuſdẽ virtutis actus, veluti ex fonte riuuli deriuantur, vt hic, & alibi ſæpè docet S. Thom. De hoc igitur actu ſolo cæteros omnes complectente diſſerit. S. D. quinquè proponens quæſita ſecundùm artem rectè diſpoſita. Nam primò de dilectione quærit, deindè de ſingulis ſpecialibus eius obiectis: Cùm autem ſit dilectio duplex, quædam naturalis, & quædam electiua, de naturali, quæ prior eſt ſecundũ naturam, primò quærit in art. 1. deindè de electiua diſſerit in ſecundo Obiectum dilectionis Angelo magis intimum, ac illi maximè notum eſt ipſemet Angelus diligens, de quo proponitur tertius E articulus: proximum autem amoris obiectum Angelo diligenti eſt alius quilibet Angelos ob ſimilitudinem in natura, & perfectione notitiæ naturalis; & ideo quartus proximè ſequens articulus de naturali tractat alterius Angeli dilectione, quærens; vtrum vnus Angelus naturali dilectione diligat alium Angelum, ſicut ſeipſum. Poſtremò de Deo rerum omnium principe, ac bono totius vniuerſi ſeparato diſputat S. D. An illum diligat Angelus

Digitized by Google

gelus dilectione naturali plus, quàm ſeipſum: pendet enim huius quæſiti determinatio ex duorum præcedentium definitione, vt patet ex argumentis in eo productis: & eorum reſponſionibus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in Angelo ſit amor, ſeu dilectio naturalis?

301 22. q. 26 a. 3. 2. 2. d. 27. q. 1. ar. 2. Cerin & quol. 1. q. 4 art. 3. *ca. 4 par. 2.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd in Angelis non ſit amor, vel dilectio naturalis. Amor enim naturalis diuiditur cõtra intellectualem: vt patet per Diony.* 4. cap. de diui. nom. Sed amor Angeli eſt intellectualis. Ergo non eſt naturalis.

2 Præterea. Ea, quæ amant amore naturali, magis aguntur, quàm agant. Nihil enim habet dominium ſuæ naturæ: Sed Angeli non aguntur, ſed agunt: cum ſint liberi arbitrij, vt oſtenſum* eſt. Ergo in Angelis non eſt amor, ſeu dilectio naturalis.

9. præced. art. 3.

3 Præterea. Omnis dilectio aut eſt recta, aut non recta, Dilectio autem recta pertinet ad charitatem: dilectio autem non recta pertinet ad iniquitatem. Neutrum autem horum pertinet ad naturam. quia charitas eſt ſupra naturam: iniquitas autem eſt contra naturam. Ergo nulla dilectio naturalis eſt in Angelis.

Sed contra eſt, quòd dilectio ſequitur cognitionem. Nihil enim amatur niſi cognitum, vt Auguſt. dicit* de Trinita. Sed in Angelis eſt cognitio naturalis. Ergo, & dilectio naturalis.

li. 1 de Tr. c 8 & lib. 10 ca 1. & 2. to. 3.

Reſpondeo. Dicendum, quòd neceſſe eſt in Angelis ponere dilectionem naturalem.

Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, quòd ſemper prius ſaluatur in poſteriori. Natura autem prior eſt, quàm intellectus: quia natura cuiuſcumque rei eſt eſſentia eius. Vnde id, quod eſt naturæ, oportet ſaluari etiam in habentibus intellectum. Eſt autem hoc commune omni naturæ, vt habeat aliquam inclinationem, quę eſt* appetitus naturalis, vel amor. Quæ tamen inclinatio* diuerſimodè inuenitur in diuerſis naturis in vnaquaque ſecundũ modum eius.* Vnde in natura intellectuali inuenitur inclinatio naturalis ſecundum voluntatem: in natura autem ſenſitiua ſecundum appetitum ſenſitiuum: in natura verò carente cognitione, ſecundum ſolùm ordinem naturæ in aliquid. Vnde, cùm Angelus ſit natura intellectualis, oportet, quòd in voluntate eius ſit naturalis dilectio.

D. 225. D. 223. 225 226 402

Ad primum ergo dicendum, quòd intellectualis amor diuiditur contra naturalem, qui eſt ſolùm naturalis, inquantùm eſt naturæ, quæ non addit ſupra rationem naturæ perfectionem ſenſus, aut intellectus.

Ad ſecũdum dicendum, quòd omnia, quæ ſunt in toto mundo, aguntur ab aliquo præter primum agens, quod ita agit, quòd nullo modo ab alio agitur. In quo eſt idem natura, & voluntas. Et ideo non eſt inconueniens, ſi Angelus agatur, inquantùm inclinatio naturalis eſt ſibi indita ab authore ſuæ naturæ. Non tamen ſic agitur, quòd non agat, cum habeat liberam voluntatem.

Ad tertium dicendum, quòd ſicut cognitio naturalis ſemper eſt vera, ita dilectio naturalis ſemper eſt recta, cùm amor naturalis nihil aliud ſit, quàm inclinatio naturæ indita ab authore naturæ. Dicere ergo, quòd inclinatio naturæ non ſit recta, eſt derogare authore naturæ. Alia tamen eſt rectitudo naturalis dilectionis, & alia eſt rectitudo charitatis, & virtutis, quia vna rectitudo eſt perfectiua alterius; ſicut etiam alia eſt veritas naturalis cognitionis, & alia eſt veritas cognitionis infuſæ, vel acquiſitæ.

Senſus quæſiti.

HIc Caiet.

Hvius. Quæſiti ſenſum explicat vberrimè, & eruditè Caietanus.

Forma Textus.

Concluſio eſt; Neceſſe eſt in Angelis ponere dilectionem naturalem.

Probatur: In Natura intellectuali inuenitur inclinatio naturalis ſecundum voluntatem, in natura autem ſenſitiua ſecundum appetitum ſenſitiuum, in natura verò carente cognitione ſecundum ſolùm ordinem naturæ in aliquid: At Angelus eſt natura intellectualis; ergo oportet, vt in voluntate eius ſit naturalis dilectio. Maior probatur: Commune eſt omni naturæ, vt habeat aliquam inclinationem, quæ eſt appetitus naturalis, vel amor, quæ tamen inclinatio diuerſimodè inuenitur in diuerſis naturis, in vnaquáq; ſecundum modum eius; ergo in natura intellectuali inuenitur, &c. Minor verò probatur quo ad eam partem, quæ dicit, in Angelis eſſe naturam; Quia ſemper prius ſaluatur in poſteriori: at natura prior eſt, quàm intellectus; ergò id, quod eſt naturæ, oportet ſaluari etiam in habentibus intellectum, quales ſunt Angeli. Minor huius argumenti probatur: Quia natura cuiuſcumque rei eſt eſſentia eius.

Expoſitio Textus.

DVarum propoſitionum ſenſum examinat ſubtiliter, & explicat ſapienter Dominus Caietanus Prima eſt illa, quam ad maioris probationem aſſumit S.D. videlicet: *Commune eſt omni naturæ, vt habeat aliquam inclinationem, quæ eſt appetitus naturalis, vel amor.* Secunda propoſitio eſt Maior aſſumpta ad probationem minoris videlicet: *ſemper prius ſaluatur in poſteriori.* Caiet doctrinam, quamquam

quam ſit ingeniosis ſatis perſpicua, latius explicat Bannes; adeo vt in ea declaranda non ſit nobis neceſſe laborare.

Zumellus hic negat, Angelo dilectionem aliquã ineſſe neceſſariam, quo ad exercitium: cuius tamẽ oppoſitum in artic. 3. q. huius affirmat, vt magis probabile. Cuius difficultatis examen prædicto reſeruamus articulo.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum in Angelis ſit dilectio electiua.

305 Infr. q. 62 art. 2. cor. Et 1.2 qu. 10 ad 2. & co. Et 2.2 qu 154. ar 11. cor Et ver. q. 22. ar. 6. co. *Li. 3. Eth. c 3 a med. †ca 4. non lõge a pri.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd in Angelis non ſit dilectio electiua. Dilectio enim electiua videtur eſſe amor rationalis, cùm electio ſequatur conſilium, quod in inquiſitione conſiſtit, vt dicitur * 1. Ethic. Sed rationalis amor diuiditur contra intellectualem, qui eſt proprius Angelorum, vt dicitur * 4. cap. de diui. nom. Ergo in Angelis non eſt dilectio electiua.

2 Præterea. In Angelis non eſt niſi cognitio naturalis, præter cognitionem infuſam, quia non diſcurrunt de principijs ad acquirendum concluſiones. Et ſic ad omnia, quæ naturaliter cognoſcere poſſunt, ſic ſe habent, ſicut intellectus ad prima principia, quæ naturaliter cognoſcere potest. Sed dilectio ſequitur cognitionem, vt dictum * eſt. Ergo in Angelis præter dilectionem gratuitam, non eſt niſi dilectio naturalis. non ergo electiua.

Ar. precedenti & q. 59. ar 1.

Sed contra: naturalibus neque meremur, neque demeremur. Sed Angeli ſua dilectione aliqua merentur, vel demerentur. Ergo in eis eſt aliqua dilectio electiua.

312 b

Reſpondeo. Dicendum, quòd in Angelis eſt quædam dilectio naturalis, & quædam electiua, & naturalis dilectio in eis eſt principiũ electiuæ, quia ſemper id, quod pertinet ad prius, * habet rationem principij. Vnde, cùm

302

natura ſit primum, quod eſt in vnoquoque, oportet, quòd id, quod ad naturam pertinet, ſit principium in quolibet. Et hoc apparet in homine quantùm ad intellectum, & quantùm ad voluntatem. Intellectus enim cognoſcit principia naturaliter. Et ex hac cognitione cauſatur in homine ſcientia concluſionum, quæ nõ cognoſcuntur naturaliter ab homine, ſed per inuentionem, vel doctrinam. * Similiter in voluntate, finis hoc modo ſe habet, ſicut principium in intellectu, vt dicitur in 2. * Phyſic. Vnde voluntas naturaliter tendit in ſuum finem vltimum: omnis enim homo naturaliter vult beatitudinem. Et ex hac naturali voluntate cauſantur omnes aliæ voluntates: cùm quicquid homo vult, velit propter finem. Dilectio igitur boni, quod homo naturaliter vult ſicut finem, eſt dilectio naturalis: dilectio autem ab hac deriuata, quę eſt boni, quod diligitur propter finem, eſt dilectio electiua. Hoc tamen differenter ſe habet ex parte intellectus, & voluntatis: quia, ſicut ſupra dictum * eſt, cognitio intellectus fit, ſecundũ quod res cognitæ ſunt in cognoſcente. Eſt autem ex imperfectione intellectualis naturæ in homine, quòd non ſtatim eius intellectus naturaliter habet omnia intelligibilia, ſed quædam, * à quibus in alia quodammodo mouetur. Sed actus appetitiuæ virtutis eſt è conuerſo, ſecundũ ordinem appetentis ad res. Quarũ quædam ſunt ſecundũ ſe bona, & ideo ſecundũ ſe appetibilia: quædam verò habent rationem bonitatis ex ordine ad aliud, & sũt appetibilia ptopter aliud. * Vnde non eſt ex imperfectione appetentis, quod aliquid appetat naturaliter, vt finem, & aliquid per electionẽ, vt ordinatur in finẽ. Quia igitur natura intellectualis in Angelis perfecta eſt, inuenitur in eis ſola cognitio naturalis, non autem ratiocinatiua; ſed inuenitur in eis dilectio, & naturalis, & electiua. Hæc autem dicta ſunt prætermiſsis his, quæ ſupra naturam sũt. Horum enim natura non eſt principium ſufficiens * De his autem infra * dicetur.

q. præc. ar. 2.

b 392

415 4

Q. 60.

Ad primum ergo dicendum, quòd non omnis dilectio electiua eſt amor rationalis, ſecundum quod rationalis, amor diuiditur contra intellectualem. Dicitur enim, ſic amor rationalis qui ſequitur cognitionem ratiocinatiuam. Non omnis autem electio conſequitur diſcurſum rationis, vt ſupra dictum eſt, * cum de libero arbitrio ageretur, ſed ſolùm electio hominis. Vnde ratio non ſequitur.

q præc ar 3. ad 1.

Ad ſecundum patet reſponſio ex dictis. *

400 2

Senſus quæſiti.

QVid ſit naturalis, & electiua dilectio, declaratur in textu, & rationem electiuæ breuiter hic explicat Caietanus dicens, dilectionem electiuam eam eſſe, quæ libera eſt totaliter quo ad obiectum, & quo ad exercitium actus. Et ſermo eſt de dilectione tantùm ex naturæ viribus Angelo conueniente, non autem de ſupernaturali, vt ait expreſsè S.D. in textu.

Caiet.

Forma Textus.

PRima concluſio: In Angelis eſt quædam dilectio naturalis, & quædam electiua. Probatur: Non eſt ex imperfectione, ſed magis ex perfectione appetentis, quod aliquid appetat naturaliter, vt finem, & aliquid per electionem, vt ordinatur in finem: at natura intellectualis in Angelis perfecta eſt: ergo inuenitur in eis dilectio naturalis, & electiua. Maior primò declaratur: quia dilectio boni, quod homo vult naturaliter, ſicut finem, eſt dilectio naturalis; dilectio autem ab hac deriuata,

nata, quæ est boni, quod diligitur propter finem, est dilectio electiua. Deindè probatur ex differentia inter cognitionem intellectus, & dilectionem voluntatis, vt patet in textu, & explicatur à Caietano.

Secunda conclusio: Dilectio naturalis in Angelis est principium electiuæ.

Antecedens probatur primò: quia natura est principium, quod est in vnoquoq; : ergo. Probatur sequela: Quia semper id, quod pertinet ad prius, habet rationẽ principij: Secundò manifestatur idem antecedens in homine, quantùm ad intellectum, & voluntatem; quia intellectus cognoscit principia naturaliter, &c. pro vt perspicuè patet in textu.

Expositio Textus.

QVid nomine appetentis significetur in discursu, quo probatur prima conclusio, explicat Caietanus dicens, sumi pro appetente secundum vim appetitiuam formaliter, & præcisè, inquantùm appetens est. Idem etiam aperit sensum secundæ conclusionis, declarans, in quo genere causæ dilectio naturalis, sit causa electiuæ.

Caietanus

Denique videnda est eiusdem expositoris doctrina circa responsionem ad secundum, ex qua redditur firmior, & illustrior veritas primæ conclusionis affirmãtis electiuam dilectionem in Angelis. Quam doctrinam sequuntur, & explicant Bannes, & Zumellus.

Bannes. Zumellus

Vasquez hic explicat, quid nomine finis significetur in probatione secundæ conclusionis: sed littera finem vltimum satis apertè pronunciat.

Vasquez.

ARTICVLVS TERTIVS.

vtrum Angelus diligat se ipsum dilectione naturali, & electiua.

304 21 q. 19. ar. 1. cor. Et q. 77. ar. 4 ad 1. Et q 26. ar. 4. Et 22 q. 67. ar. 5. ad 1 & q. 126 art 1. corp. Et 1. con. c. 10. fin. †Ar. præced. † cap 4. part. 1. & et nõ longè à fine

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd Angelus non diligat seipsum dilectione naturali, & electiua. Dilectio enim naturalis est ipsius finis, sicut dictum * est: dilectio autem electiua eorum, quæ sunt ad finem: Sed idem non potest esse finis, & ad finẽ respectu eiusdẽ: Ergo non potest esse eiusdẽ dilectio naturalis, & electiua.

2 Præterea. Amor est virtus vnitiua, & concretiua, vt Dionys. dicit * 4 cap. de diui. nom. Sed vnitio, & concretio est diuersorum in vnũ reductorum: Ergo non potest Angelus diligere seipsum.

3 Præterea. Dilectio est quidam motus: Sed omnis motus in alterum tendit: Ergo videtur, quòd Angelus non possit amare seipsum dilectione naturali, nec electiua.

lib. 9. Eth. c. 8 paulo à prin. t. 3.

Sed contra est, quòd Philosophus dicit * 9. Ethic. quòd amicabilia, quæ sunt in alterum, veniunt ex amicabilibus, quæ sunt ad seipsum.

Respondeo. Dicendum, quòd cum amor sit boni, bonum autem sit in substantia, & accidente, vt patet * 1. Ethic. dupliciter aliquid amatur. Vno modo, vt bonum subsistens: alio modo, vt bonum accidentale, siue inhærens: illud quidem amatur, vt bonum subsistẽs, quod sic amatur, vt ei aliquis velit bonum; Vt bonũ verò accidentale, seu inhærens amatur id, quod defideratur alteri. Sicut amatur scientia, non vt ipsa sit bona, sed vt habeatur. Et hunc modum amoris, quidam nominauerunt concupiscentiam, primum verò amicitiam. *

lib. 1. Eth. c. 6 paulo post prin. to 5.

306 115

B

Manifestum est autem, quòd in rebus cognitione carentibus, vnumquodque naturaliter appetit consequi id, quod est sibi bonum, * sicut ignis locum sursum. Vnde, & Angelus, & homo, naturaliter appetunt suum bonum, & suam perfectionem. Et hoc est amare seipsum: Vnde naturaliter, tam Angelus, quàm homo diligit seipsum, inquantùm aliquod bonum naturali appetitu sibi desiderat. Inquantùm verò sibi desiderat aliquod bonum per electionem intantum amat seipsum dilectione electiua.

298

C

Ad primum ergo dicendum, quòd Angelus, aut homo non diligit se dilectione naturali, & electiua secundum idem, sed secundum diuersa: vt dictum * est.

In corp. & art præcedenti.

Ad secundum dicendum, quòd sicut plus est esse vnum, quàm vniri: ita amor magis est vnus ad seipsum, quàm ad diuersa, quæ ei vniuntur. * Sed ideo Dionys. vsus fuit nomine vnitionis, & concretionis, vt ostenderet derivationem amoris à se in alia, sicut ab vno deriuatur vnitio.

117 305 b

D

Ad tertium dicendum, quod sicut amor est actio manens in agente, ita est motus manens in amante: non autẽ tendens in aliquid aliud ex necessitate, sed potest reflecti super amantẽ, vt amet seipsum, sicut, & cognitio reflectitur in cognoscentem, vt cognoscat seipsum.

Forma Textus.

CONclusio est: Tam Angelus, quàm homo diligit seipsum dilectione naturali, & electiua. Probatur: Tam Angelus, quàm homo appetit sibi aliquod bonum naturali appetitu, & aliquod aliud bonum per electionem: ergo.

E

Antecedens quo ad secundam partem relinquitur, vt notum. Quo ad primam verò probatur: Quia in rebus cognitione carentibus vnumquodq; naturaliter appetit consequi id, quod est sibi bonum; ergo etiam Angelus, & homo appetit sibi aliquod bonum naturali appetitu.

Consequentia verò probatur: quoniam appetere suum bonum, & suam perfectionẽ est amare seipsum. Declaratur hoc assumptum: Quia duobus modis aliquid amatur: vno modo, vt bonum subsistens, quod

Digitized by Google

quod ſic amatur, vt ei aliquis velit bonum, & hunc modum amoris quidam nominauerunt amicitiam; alio modo, vt bonum accidentale, ſeu inhærens, quod ſic amatur, vt alteri deſideretur; ſicut amatur ſcientia, non vt ipſa ſit bona, ſed vt habeatur: quę modum amoris quidam nuncupauerunt concupiſcentiam. Ex quo patet aſſumptum prædictum, videlicet, quod appetere ſuum bonum quocumque modo eſt amare ſeipſum.

Expoſitio Textus.

Caiet. Zumell. Vaſquez.

BOni diſtinctionem in ſubſtantiam, & accidēs ſubtiliter hìc explicat Caietanus, & latiùs poſt eũ Zumellus, §. *poſtremo loco*, &c. & Vaſquez in ſuis notationibus ad hũc articulum. Notat hic Zumellus, naturalem, & electiuam dilectionem in Angelis non formaliter ſolum diſtingui, ſed etiam realiter, ſiue quo ad ſubſtantiam actus, quamuis dilectio naturalis in electiua ſemper virtualiter includatur: Ex appetitu namque finis naturali ad media propter finem mouetur eligenda, ſicut etiã in rationis humanæ diſcurſu deducitur nonnunq; ex principijs neceſſarijs concluſio contingens.

Dilectionis naturalis, & electiuæ diſtinctio. Vaſquezij ſententia melior.

Nec oppoſitum ſonat reſponſio S. D. ad primũ, ſed magis fauet; vt patet diſcurſum articuli conſideranti, cui nititur illa reſponſio: Nihilominus cõtraria ſententia, quam ſequitur Vaſquez, nimirũ vnum, & eundem dilectionis actum ſecundum rẽ eſſe naturalem, & electiuum reſpectu diuerſorũ, mihi magis arridet; ſemper enim in actu amoris concupiſcentiæ, quo nobis aliquid appetimus naturaliter, aut electiuè, claudituꝛ non ſolum virtualiter, ſed etiam formaliter amor, quo nos ipſos diligimus naturaliter; Tunc enim non ipſos formaliter, & explicitè diligimus, cum nobis bonum aliquod concupiſcimus: hoc ipſo namq; dicimur nos ipſos, aut alterum amare, quod nobis, aut alteri bonum aliquod deſideramus, aut volumus.

Controuerſia Vnica.

An diligat Angelus ſeipſum neceſſariò, non ſolum quo ad ſpecificationem, ſed etiam quo ad exercitium actus.

Sententiæ Doctorum.

Ferrarien.

FErrarienſis in 3. cont. gent. cap. 109. §. *Ad euidentiam huius difficultatis*, &c. ait, falſum eſſe, voluntatem ſic naturaliter ferri in bonum naturale volentis, vt non ſit libera quantum ad exercitiũ actus; licet enim (inquit) ſic naturaliter voluntas feratur in bonum naturale, vt eius oppoſitum velle non poſſit, eſt tamen in eius poteſtate elicere actum volendi circa ipſum, vel non elicere, & continuare talem actum, vel ab ipſo ceſſare. Quam ſententiam ſequitur Vaſquez in ſuis notationibus ad hunc articulum, & Zumellus hic, & artic. 1. huius quæſtionis affirmat eſſe probabilem.

Vaſquez.

Sed oppoſitam ſententiam, vt veram ſequuntur Bannes in vltimo artic. præſentis quæſt. Valentia, Zumellus, & Montagnolius ſuper hoc artic.

Bannes. Zumellus. Valentia. Montagn.

Reſolutio.

Diſtinguitur, & explicatur duplex amoris differentia, ſcilicet amicitiæ, & concupiſcentiæ, & oſtenditur, Angelum vtroque amore ſeipſum neceſſariò diligere duplici modo neceſſitatis.

SCiendum eſt primò diuidi ſufficienter amorẽ in amorem amicitiæ, & amorem concupiſcentiæ, vt hic ſignificat S. D. & ex profeſſo docet 1. 2. quæſt. 26. art. 4. & alibi. Cuius diuiſionis ratio eſt; quoniam amare eſt velle alicui bonum, vt ait Philoſophus in ſecundo Rethor. capit. 4. actus igitur amãdi fertur in duo, ſcilicet in bonum, quod quis vult alicui, ideſt, vel ſibi, vel alteri, & in illud, cui vult bonum, ſiue ſit ipſe diligens, ſiue alius: idem igitur actus amoris, prout in bonum tendit, quod quis alteri vult, rationem habet amoris concupiſcentiæ: vt autem reſpicit eum, cui bonum vult ille, qui diligit, rationem habet amoris amicitiæ.

S. Thom. Ariſt.

Amicitia latè dicta. S. Thom.

Vbi ſcito, nomen amicitiæ in dicta diuiſione non ſtriſte, ſed latè, & minùs propriè ſumi; vt enim ait S. Doct. in 2. 2. quæſt. 25. artic. 4. amicitia propriè non habetur ad ſeipſum, ſed aliquid maius amicitia: Significat enim amicitia vnionẽ eſſentialiter; quilibet autem ad ſeipſum maiorem habet vnitatem, quàm ad alterũ: Itaque, ſicut vnitas eſt principiu vnionis, ita amor, quo quis diligit ſeipſum, eſt forma, & radix amicitiæ: hoc ipſo namq; cæteros amore diligimus amicitiæ, quod ad eos nos habemus, ſicut ad nos ipſos. Ait enim Philoſophus 9. Ethic. c. 8. amicabilia, quæ ſunt ad alterum, ex ijs euenire, quæ ſunt ad ſe. Quemadmodum igitur de principijs non eſt ſcientia, ſed aliquid maius ſcientia, ſic ad ſeipſum non eſt amicitia ſtrictè ſumpta, ſed aliquid maius, quam ſit amicitia: latè verò ſumendo nomen amicitiæ ad amorem etiã, quo quilibet ſemetipſum amat, extenditur.

Ariſtot.

Habet autem amicitia, prout eſt in Angelo, triplex obiectum, ſcilicet Deum, Angelum ipſum diligentem, & reliquas omnes intellectuales, & rationales creaturas, ſcilicet Angelos, & hominem, vt probat S. Doct. 2. 2. quæſt. 25. Obiectum autem amoris concupiſcentiæ, quod vniuerſa complectitur ratione carentia, dupliciter poteſt cõſiderari; Vno modo in communi, & ita bonum, & beatitudo communiter ſumpta obiectum eſt amoris concupiſcentiæ: Alio modo in particulari, & hoc eſt duplex; quoddam enim eſt Angelis omninò neceſſarium, ſicut eſſe, & intelligere, & quælibet eius perfectio naturalis: Quoddam autem eſt bonum Angelo minimè neceſſarium, vt operari hic, aut alibi, & eſſe in hoc, aut alio quolibet loco, aut etiã nullo pro ſuæ voluntatis arbitrio. Cum autem aſſerimus, obiectum amoris cõcupiſcentiæ ea omnia, quæ ſunt rationis expertia, continere, nec Deum, nec intellectualem, vel rationalem excludimus creaturam, quę ſecundariò eſſe poſſunt obiecta amoris concupiſcentiæ; Deus enim quamuis amore amicitiæ principaliter ſit amandus, poteſt tamen amore concupiſcentiæ diligi ſecundariò, non ita, vt eum ſecundùm ſe propter nos concupiſcamus, ſed vt eum ſecundùm ſe nobis tamquàm bonum,

num,& finem noſtrum appetamus;eius autem effectum propter nos deſideremus,vt latè probat,& explicat Caietanus 2.2.quæſt.17.art.8. Amicum autem amore concupiſcentiæ diligimus, cum bonum illi concupitum in noſtram referimus delectationem,vel vtilitatem,vt ait S.D.in 1.2.qu.26. art.vltimo ad tertium.

Vt autem propoſitæ difficultati ſatisfiat,à primo,& communiſsimo,ac naturali dilectionis obiecto ſumens initium.

Qũo beatitudinem diligat.

Dico primò,quemlibet Angelum neceſſariò, tã quo ad ſpecificationem, quàm quo ad exercitium actus appetere bonum,& beatitudinem naturaliter illi congruentem.Probatur hoc dictum;Quoniam Angelus in puris naturalibus conſideratus eſt naturaliter,ac neceſſariò beatus;ergo naturalẽ habet de tali beatitudine complacentiam: hæc autem eſt boni, ac beatitudinis quidam appetitus: Sicut ergo naturalis beatitudo neceſſariò ſemper adeſt Angelo in puris naturalibus conſiderato,ſic exercitium complacentię neceſſariò ſemper eſt in eius voluntate: alioquin fœlix non eſſet Angelus: pertinet enim hic appetitus ad beatitudinis complementum non minùs, quàm gaudium,& fruitio de fœlicitatis obiecto iam adepto. Secundò:Angelus dilectione naturali, ac neceſſaria vtroque modo diligit Deum:ergo eadem diligit etiam bonũ, ac beatitudinem.Antecedens probatur in artic.5. Conſequentia verò probatur;quoniam Deus eminenter cõtinet omne bonum, & ad Deum naturaliter apprehenſum ſequitur in Angelo naturaliter beatitudo;igitur bonum, & beatitudinem diligit vtroque modo neceſsitatis. Et confirmatur:Quoniam,vt ante diximus,Angelus amat Deum, non ſolum amore amicitiæ,ſed etiam amore concupiſcentiæ:quia ſcilicet ſibi Deum,vt ſummum bonum,& finem vltimum concupiſcit, ideſt vt Deus illi perfectionis,& bonitatis afferat complementum:in hoc verò poſita eſt beatitudo, vt bonorum omniũ cumulus habeatur;eſt enim beatitudo ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus.

Qũo Deũ diligat.

Secũdò dico, quemlibet Angelum diligere Deũ neceſſariò,tam quo ad ſpecificationẽ, quàm quo ad exercitium actus. Hoc dictum explicabitur, & probabitur in artic.quinto.

Qũo aliũ Angelum.

Tertiò dico,Angelum non neceſſariò quo ad exercitium diligere alterum Angelum. Probatur: Quoniam poteſt Angelus pro ſuę voluntatis arbitrio de altero Angelo non cogitare: igitur poteſt etiam ipſum non actu diligere.

Quomodo ſeipſũ.

Vltimò dico:Angelum diligere ſeipſum,& ſuas omnes perfectiones neceſſario vtroque modo,ſcilicet,quo ad ſpecificationem,& quo ad exercitium. Probatur: Quoniam Angelus ſeipſum,& naturales ſuas perfectiones cognoſcit naturaliter,non ſolùm ſpeculatiuè,vt ſupra diximus,quæſt.56.art.1. ſed etiam practicè; quoniam ex ea naturali cognitione,qua ſeipſum,& ſuas omnes perfectiones cognoſcit,naturaliter etiam,ac neceſſariò iudicat: ſeipſum,& ſuas naturales omnes perfectiones eſſe diligendas:ad hoc verò perfectum, & vltimum iudicium practicum conſequitur neceſſario dilectio. Alias probationes vide,ſi libet, apud Bannesium artic.5. huius quæſt.& apud Zumellum ſuper hoc articulo. Banne. Zumell.

Concluſiones deductæ,& probatæ.

PRima concluſio:Angelus diligit bonũ, & beatitudinem neceſſariò,tã quo ad ſpecificationem,quàm quo ad exercitium actus.

Secunda concluſio:Angelus diligit Deum neceſſariò vtroque modo.

Tertia concluſio:Angelus diligit alterum Angelum neceſſariò tantùm,quo ad ſpecificationem actus.Hanc concluſionem probat Bannes art. 5. & Zumellus ſuper articulo proximè ſequenti.

Vltima concluſio: Angelus tam ſeipſum, quàm ſuas omnes perfectiones naturales diligit neceſſariò vtroque modo neceſsitatis. Patent omnes hæ concluſiones ex ſupradictis.

Argumenta,& ſolutiones.

COntra primam, & ſecundam concluſionem ſunt argumẽta,quæ profert, & ſoluit Zumellus hic,& in artic.5.& alia quædam ibi diluenda. Zumellus

Contra vltimam concluſionem argumentatur Vaſquez:Primò: Tunc voluntas nõ poteſt ab actu aliquo ceſſare,ſed neceſſariò fertur quo ad exercitium,quoties in ipſa operatione, & exercitio non poteſt apprehendi ratio mali: at Angelus poteſt apprehendere rationem mali, vel minoris boni in ipſo actu amandi ſeipſum, nempè vt Deum toto corde amet ſui etiam oblitus:ergo.Et cõfirmatur: Quoniam in alijs obiectis,quæ ſibi amat,vt bona, non inuenitur aliquod præter Deum clarè viſum, à cuius amore non poſsit ceſſare:ac proindè,cum amor amicitiæ,quo ſeipſum Angelus diligit, non ſit diſtinctus ab amore concupiſcentiæ, quo rem aliquam,vt ſibi bonum concupiſcit, efficitur, vt nullus ſit actus amoris ſui neceſſari', quo ad exercitium,niſi amor,quo Deũ clarè viſum ſibi amat, tametſi neceſſarium eſſet,quo ad exercitium amare ſibi aliquod bonum hoc,aut illud;quod tamen adhuc mihi non ſatis certum eſt.Hæc ille. Vaſquez

Reſpondetur, falſam eſſe minorem propoſitionem: Supponit enim falſum, nimirum actum amoris,quo ſeipſum Angelus amat, eſſe diuinæ dilectionis impeditiuum: hoc enim eſt pluſquàm falſum;quoniam Angelus ſeipſum diligendo naturaliter refert actu ſemetipſum in Deum, vt ſummũ, & vniuerſale bonum, ac vltimum finem totius Vniuerſi,ſicque naturali ſui dilectione vtitur,vt medio,ac veluti via ad Deum pluſquàm ſeipſum, & ex tota virtute diligendum: Sicut etiam perſpicuè conſtat in dilectione beatorum ſupernaturali;ſeipſos enim,& alios ſemper actu diligunt ex charitate,& hoc ipſo Deum feruentiſsimè diligunt, quod in Deum, vt omnium rerum cauſam, & vltimum finem ſummè dilectum ſeipſos,& omnia referunt. Ad confirmationem negatur aſſumptum; nam ceſſare non poteſt Angelus ab amore fœlicitatis, & perfectionum ſuarum naturalium, vt ante diximus.

AR-

ARTICVLVS IV.

Vtrum vnus Angelus naturali dilectione diligat alium, ſicut ſeipſum.

305 Virtu. q 2. art 7 & ad 6. & 2a 2æ. q. 25. a. 8.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd vnus Angelus non diligat naturali dilectione alium, ſicut ſeipſum. Dilectio enim ſequitur cognitionem. Sed vnus Angelus non cognoſcit alium ſicut ſeipſum: quia ſeipſum cognoſcit per ſuam eſſentiam, alium verò, per eius ſimilitudinem, vt ſupra dictum *eſt. Ergo videtur, quòd vnus Angelus non diligat alium ſicut ſeipſum.

q. 56 art. 2. & 3.

2 Præt. Cauſa eſt potior cauſato, & principium eo, quod ex principio deriuatur. Sed dilectio, quæ eſt ad alium, deriuatur ab ea, quæ eſt ad ſeipſum: ſicut dicit Philoſoph. *9. Ethic. ergo Angelus non diligit alium ſicut ſeipſum, ſed ſeipſum magis.

*Li. 9. Ethi. c. 8. non ſic mote ſpr.

3 Præterea. Dilectio naturalis eſt alicuius tanquam finis, & non poteſt remoueri. Sed vnus Angelus non eſt finis alterius, & iterũ hæc dilectio poteſt remoueri, vt patet in dæmonibus, qui non diligunt bonos Angelos. Ergo vnus Angelus non diligit alium naturali dilectione ſicut ſeipſum.

Sed contra eſt, quia illud, quod inuenitur in omnibus etiam ratione carentibus, videtur eſſe naturale. Sed, ſicut dicitur Eccleſ. 13. Omne animal diligit ſibi ſimile: ergo Angelus diligit naturaliter alium, ſicut ſeipſum.

Art præc.

Reſpondeo. Dicendum, quòd, ſicut dictum *eſt, Angelus, & homo naturaliter ſeipſum diligit. Illud autem, quod eſt vnum cum aliquo, eſt ipſummet. Vnde vnumquodque diligit id, quod eſt vnum ſibi. Et ſi quidem ſit vnum ſibi vnione naturali, diligit illud dilectione naturali. Si verò ſit vnum ſecum vnione non naturali, diligit ipſum dilectione non naturali. Sicut homo diligit ciuem ſuum, dilectione politicæ virtutis, conſanguineum autem ſuum, dilectione naturali, inquantum eſt vnum cum eo in principio generationis naturalis. Manifeſtũ eſt autem, quod id, quod eſt vnum cum aliquo genere, vel ſpecie, eſt vnum per naturam. Et ideo dilectione naturali quælibet res diligit id, quod eſt ſecum vnum ſecundùm ſpeciem, inquãtum diligit ſpeciem ſuam. Et hoc etiam apparet in his, quæ cognitione carent. Nam ignis naturalem inclinationem habet, vt communicet alteri ſuam formam, quod eſt bonum eius, ſicut naturaliter inclinatur ad hoc, quod

216 quærat bonum ſuum, vacſſe ſurſum. Sic ergò dicendum eſt, quòd vnus Angelus diligit aliũ naturali dilectione, inquantum conuenit cum eo in natura. Sed inquantùm conuenit cum eo in aliquibus alijs, vel etiam inquantum differt ab eo ſecundùm quædam alia, non diligit eum naturali dilectione.

Ad primum ergo dicendũ, quòd hoc, quod dico, ſicut ſeipſum, poteſt vno modo determinare cognitionem, ſeu dilectionem ex parte cogniti, & dilecti: & ſic cognoſcit alium ſicut ſeipſum, quia cognoſcit alium eſſe, ſicut cognoſcit ſeipſum eſſe. Alio modo poteſt determinare cognitionem, & dilectionem ex parte diligentis, & cognoſcentis; & ſic nõ cognoſcit alium ſicut ſeipſum. Quia ſe cognoſcit per ſuã eſſentiam, alium autem non per eius eſſentiã. Et ſimiliter non diligit alium ſicut ſeipſum, quia ſeipſum diligit per ſuam volũtatem, aliũ autem non diligit per eius voluntatem.

Ad ſecundum dicendum, quòd ly ſicut, non deſignat æqualitatem, ſed ſimilitudinem. Cũ enim dilectio naturalis ſuper vnitatem naturalem fundetur, illud quod eſt minus cum eo, naturaliter minus diligit. Vnde naturaliter plus diligit, quod eſt vnum numero, quã quod eſt vnum ſpecie, vel genere. Sed naturale eſt, quod ſimilem dilectionem habeat ad alium, ſicut ad ſeipſum; quantum ad hoc, quod ſicut ſeipſum diligit, inquantùm vult ſibi bonum, ita alium diligat inquantùm vult eius bonum.

Ad tertium dicendum, quòd dilectio naturalis dicitur eſſe ipſius finis, non tanquam cui aliquis velit bonum, ſed tãquam bonum, quod quis vult ſibi, & per conſequens alij, inquantũ eſt vnum ſibi. Nec iſta dilectio naturalis remoueri poteſt etiam ab Angelis malis, quin dilectionem naturalem habeant ad alios Angelos, inquantùm cum eis communicant in natura: ſed odiunt eos, inquantùm diuerſificantur ſecundum iuſtitiam, & iniuſtitiam.

Senſus quæſiti.

TItulus quo ad particulam illam, ſicut, quæ ſola multiplex eſt, explicatur in reſponſionis ad primum, & ſecundum.

Forma Textus.

CONcluſio eſt: Angelus diligit alium quo ad aliquid naturali dilectione, & quo ad aliquid aliud non diligit cum naturali dilectione. Probatur: Vnum quodque diligit id quod eſt vnum ſibi; & ſi quidem ſit vnum ſibi vnione naturali, diligit illud dilectione naturali; ſi verò ſit vnum ſecum vnione non naturali, diligit ipſum dilectione non naturali; ſed vnus Angelus conuenit cum alio Angelo in natura, & in aliquibus alijs non: ergo vnus Angelus diligit, &c. Maior quo ad primam partem probatur: Quoniam Angelus, & Homo naturaliter ſeipſum diligit; at illud, quod eſt vnum cum aliquo, eſt ipſummet: ergo vnumquodq; diligit id, quod eſt vnum

num sibi. Quo ad alias verò duas partes probatur exemplo hominis, qui concivem suum diligit dilectione politicæ virtutis, consanguineum autem suum dilectione naturali, inquá: àm est vnum cum eo in principio generationis naturalis. Secundo probatur: Quia qualibet res dilectione naturali diligit id, quod est secum vnum secùndùm speciem, inquantum diligit speciem suam; sed id, quod est vnum cum aliquo genere, vel specie, est vnum per naturam; ergo quælibet res dilectione naturali diligit, quod est secum vnum vnione naturali. Probatur hæc maior exemplo ignis, qui naturalem habet inclinationem, vt communicet alteri suam formam, quod est bonum eius; sicut naturaliter inclinatur àd hoc, vt quærat bonum suum, quod est esse sursum. Minor relinquitur, vt nota ex supradictis in quæst. 50. art. 4. Vbi de specifica differitur Angelorum differentia, & in quæst. 51. & sequentibus, in quibus multa traduntur accidentia, quæ sunt omnibus Angelis communia.

A

B

Expositio Textus.

Bannes Zumellus Vasquez.

SEnsum conclusionis explicat Bannes in art. 5. Zumellus, & Vasquez super hoc artic.

Quærunt Bannes in artic. quinto, & Zumellus, hic; Vtrum vnus Angelus maiorem habeat propẽ sionem ad Angelum excellentissimum diligendũ, quàm eum, cum quo magis conuenit secundũ simi litudinem intellectualis naturæ. Cuius definitionem lege, si placet, apud expositores prædictos.

C

ARTICVLVS V.

Vtrum Angelus naturali dilectione diligat Deum plus quàm seipsum.



3 e6 1.2 q 1 c 9. art. 5 & 6. 2. q 20 ar. 3 co. & quo 1 2. 1. ar 8 co. Art. præc

DQuintum sic proceditur. Videtur, quòd Angelus naturali dilectione non diligat Deum, plusquàm seipsum: quia vt dictum* est, dilectio naturalis fundatur super vnione naturali. Sed natura diuina maximè distat à natura Angeli. Ergo naturali dilectione, Angelus minus diligit Deum quàm se, vel etiam alium Angelum.

D

2 Præterea. Propter, quod vnumquodque, & illud magis: Sed naturali dilectione quilibet diligit alium propter se. Vnumquodq; ñ. diligit aliquid, inquantùm est bonum sibi. Ergo dilectione naturali, Angelus non diligit Deum plus quàm seipsum.

3 Præterea. Natura reflectitur in seipsam. Videmus enim, quòd omne agens naturaliter agit ad conseruationem sui. Non autem reflecteretur in seipsam natura, si tenderet in aliud plus quàm in seipsam. Non ergo naturali dilectione diligit Angelus Deum plus quàm se.

E

4 Præterea. Hoc videtur esse propriũ charitatis, vt aliquis Deum plus quàm seipsum diligat. Sed dilectio charitatis non est naturalis in Angelis, sed diffunditur in cordibus eorum per Spiritum sanctum, qui datus est eis, vt dicit Aug.* 12. de Ciuit. Dei. Ergo non diligunt Deum Angeli dilectione naturali plus quàm seipsos.

Lib. 12 de Ciu. Dei, cap 9. pos med. to. 5.

5 Præterea. Dilectio naturalis semper manet manente natura. Sed diligere Deum plus quàm seipsum, non manet in peccante Angelo, vel homine, quia (vt Aug. dicit* 14. de Ciuitate Dei.) fecerunt ciuitates duas amores duo, terrenam scilicet amor sui vsque ad Dei contemptum: cœlestem vero, amor Dei vsque ad contemptum sui. Ergo diligere Deum supra seipsum non est naturale.

Lib. 14. de Ciu Dei, ovlcinpt. to. 5.

Sed cõtra: Omnia moralia legis præcepta, sunt de lege naturæ: Sed præceptum de diligendo Deum supra seipsum, est præceptũ morale legis. Ergo est de lege naturæ; ergo dilectione naturali Angelus diligit Deum supra seipsum.

Respondeo. Dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd Angelus naturali dilectione diligit Deum plus quàm se, amore concupiscentiæ, quia scilicet plus appetit sibi bonum diuinum, quàm bonum suum. Et quodammodo amore amicitiæ, inquantùm scilicet Deo vult naturaliter Angelus maius bonum, quàm sibi. Vult enim naturaliter Deum esse Deum, se autem vult habere naturam propriam. Sed simpliciter loquendo, naturali dilectione plus diligit se, quàm Deum, quia intensius, & principalius naturaliter diligit se, quàm Deum. Sed falsitas huius opinionis manifestè apparet, si quis in rebus naturalibus consideret, ad quid res naturaliter moueatur. Inclinatio enim naturalis in his, quæ sunt sine ratione, demõstrat inclinationem naturalem in voluntate intellectualis naturæ. Vnumquodq; autem in rebus naturalibus, quod secundùm naturam hoc ipsum, quod est, alterius est, principalius, & magis inclinatur in id cuius est, quam in seipsum. Et hæc inclinatio naturalis demonstratur ex his, quæ naturaliter agũtur. Quia vnumquodque, sicut agitur naturaliter, sic aptum natum est agi, vt dicitur in* 2. Physic. Videmus enim, quòd naturaliter pars se exponit ad conseruationem totius corporis. Sicut manus exponitur ictui, absque deliberatione, ad conseruationem totius corporis. Et quia ratio imitatur naturam, huiusmodi imitationem inuenimus in virtutibus politicis. Est enim virtuosi ciuis, vt se exponat mortis periculo pro totius reip. conseruatione. Et si homo esset naturalis pars huius ciuitatis, hæc inclinatio esset ei naturalis. Quia igitur bonũ vniuersale est ipse Deus, & sub hoc bono continetur etiam Angelus, & homo, & omnis creatura, quia omnis creatura

119

Li. 2. Phy. tex. 78. to. 2.

natu-

Digitized by Google

naturaliter ſecundùm id,quod eſt, Dei eſt: ſequitur,quòd naturali dilectione etiam Angelus,& homo plus,& principalius diligat Deũ; quàm ſeipſum: alioquin, ſi naturaliter plus ſeipſum diligeret,quàm Deũ,ſequeretur, quòd naturalis dilectio eſſet peruerſa, & quòd non perficeretur per charitatem,ſed deſtrueretur.

Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit in his, quæ ex æquo diuiduntur, quorum vnum non eſt alteri ratio exiſtendi,& bonitatis. In talibus enim, vnumquodque diligit naturaliter magis ſeipſum, quam alterũ, inquantum eſt magis ſibiipſi vnum,quàm alteri. Sed in illis quorum vnum eſt tota ratio exiſtendi,& bonitatis alij, magis diligitur naturaliter tale alterum quàm ipſum,ſicut dictum eſt,*quòd vnaquæque pars diligit naturaliter totum, plus quàm ſe. Et quodlibet ſingulare naturaliter diligit plus bonum ſuæ ſpeciei, q̃ bonum ſuum ſingulare. Deus autem non ſolũ eſt bonum vnius ſpeciei,ſed eſt ipſum vniuerſale bonum ſimpliciter. Vnde vnumquodque ſuo modo naturaliter diligit Deum pluſquàm ſeipſum.

In cor.tr.

Ad ſecundum dicendum, quod,cum dicitur,quòd Deus diligitur ab Angelo,inquantũ eſt ei bonus, ſi ly inquantum, dicat finem,ſic falſum eſt. Non enim diligit naturaliter Deũ propter bonum ſuum,ſed propter ipſum Deum. Si verò dicat rationem amoris ex parte amantis,ſic verum eſt: non enim eſſet in natura alicuius,quod amaret Deũ,niſi ex eo,quòd vnumquodque dependet à bono, quod eſt Deus.

Ad tertium dicendum,quòd natura reflectitur in ſeipſam,non ſolùm quãtùm ad id,quod eſt ei ſingulare, ſed multò magis quantum ad commune. Inclinatur enim vnumquodque ad conſeruandum non ſolum ſuum indiuiduum, ſed etiam ſuam ſpeciem. Et multò magis habet naturalem inclinationem vnumquodque in id,quod eſt bonum vniuerſale ſimpliciter.

Ad quartum dicendum,quòd Deus,ſecundùm quod eſt vniuerſale bonum, à quo dependet omne bonum naturale, diligitur naturali dilectione ab vnoquoque. *Inquantum verò eſt bonum beatificans naturaliter omnes ſupernaturali beatitudine, ſic diligitur dilectione charitatis.

Ad quintum dicendum, quod, cum in Deo ſit vnum,& idem eius ſubſtantia,& bonum cõmune,omnes,qui videt ipſam Dei eſſentiam, eõdem motu dilectionis mouentur in ipſam Dei eſſentiam, prout eſt ab alijs diſtincta, & ſecundum quod eſt quoddam bonum commune. Et quia inquantum eſt bonum commune, naturaliter amatur ab omnibus,quicunque videt eum per eſſentiam,impoſsibile eſt,quin diligat ipſum. Sed illi,qui non vident eſſentiam eius,cognoſcunt eum per aliquos particulares effectus,qui interdum eorum voluntati cõtrariantur. Et ſic hoc modo dicuntur odio habere Deum, cum tamen, inquantum eſt bonum commune omnium, vnumquodq; naturaliter diligat* plus Deum,quàm ſeipſum. 318

Senſus quæſiti.

Dictio illa,plus,quæ ſola videtur ambigua,declaratur in textu.

Forma Textus.

Refert primò S.D.quorundam opinionem. Secundò eam impugnat,& oppoſitam concluſionem deducit. Tribus dictis conſtat opinio in textu relata,vt ibi patet. Concluſio S.D.eſt: Angelus,& homo naturali dilectione plus,& principalius diligit Deum, quàm ſeipſũ. Probatur dupliciter: Primò: Vnumquodq; tam in rebus naturalibus,quã in ijs,quæ ratione, aut intellectu ſunt prædita,quod ſecundùm naturam hoc ipſum, quod eſt, alterius eſt,principalius,& magis inclinatur in id, cuius eſt,quam in ſeipſum; ſed homo,& Angelus,id quod eſt,Dei eſt; ergo Angelus,& homo naturali dilectione, &c. Maior habet duas partes, & probatur primò quoad primam partem. Quia naturalis inclinatio demonſtratur ex ijs, quæ naturaliter aguntur; ſed videmus, quod naturaliter pars ſe exponit ad conſeruationem totius corporis; ergo in rebus naturalibus id, quod ſecundùm naturam hoc ipſum,quod eſt, alterius eſt (ſcilicet vt pars) principalius,& magis inclinatur in id, cuius eſt,quàm in ſeipſum. Maior huius argumẽti probatur: Quia vnumquodque, ſicut agitur naturaliter, ita aptũ natum eſt agi, vt ait Philoſophus in 2. Phyſic. tex.78. Minor verò probatur exẽplo manus exponentis ſe ictui abſque deliberatione ad cõſeruationem totius corporis. Secundò probatur altera pars maioris principalis argumenti dupliciter: Primò: Quia inclinatio naturalis in ijs,quæ ſunt ſine ratione,demonſtrat inclinationem naturalem in voluntate intellectualis naturæ; at in rebus naturalibus id,quod ſecũdùm naturam hoc ipſum,quod eſt,alterius eſt,principalius,& magis inclinatur in id, cuius eſt,ergo etiam in habentibus intellectum. Secundò probatur eadem pars: Quia ratio imitatur naturam; ergo etiam in virtutibus inuenitur imitatio in modo prædicto dilectionis. Et confirmatur: Cuius eſt virtuoſi, vt exponat ſe mortis periculo, pro totius Reipublicæ conſeruatione:& ſi homo eſſet pars naturalis huius ciuitatis,hæc inclinatio eſſet ei naturalis. Minor autem principalis argumenti probatur: Quia bonum vniuerſale eſt ipſe Deus,& ſub hoc bono continetur etiam Angelus, & Homo; ergo Angelus,& homo,id quod eſt, Dei eſt.

Secundò probatur concluſio: Quia, ſi Angelus,& homo naturaliter plus ſeipſum,quàm Deum diligeret, ſequeretur,quod naturalis dilectio eſſet peruerſa,& quod non perficeretur per charitatem,ſed deſtrueretur.

Expositio Textus.

Capreol. CApreolus in tertio sententiarum dist. 27. quæstione vnica discursum præsentis articuli, cum duobus exemplis, scilicet manus, & ciuis defendit egregiè contra Durandum, Scotum, & alios multa diluens eorum argumenta: quæ breui compendio collegit Soncinas in epitomate. Caiet. hic Scoti sola refert, & cõfutat argumẽta; sed in secũda secundæ q. 26. art. 3. soluit argumẽta Durãdi.

Soncinas. Caietanus

Zumellus Zumellus non solùm vim probationis examinat, & tuetur contra prædictos, sed quædam etiam cõtra conclusionem affert, ac soluit argumenta.

Vasquez. Duplicem sensum tribuit Vasquez conclusioni S.D. Alter est, vt dicatur Angelus plus Deum diligere, quàm seipsum, siue amore supernaturali per charitatem, quatenùs ipsum amat, vt finem beatitudinis, siue amore non supernaturali, pro vt amat ipsum, vt bonum vniuersale, à quo pẽdent omnia: & vtroque amore dicatur Angelus diligere Deum naturaliter, hoc est per modum naturæ, siue necessariò, quo ad specificationem.

Alter sensus est, vt conclusio distinguat amorẽ charitatis, qui est ordinis supernaturalis, & refertur in Deum, quatenùs est obiectum beatitudinis, ab amore ordinis naturalis, qui fertur in Deum, vt est bonum vniuersale, à quo pendent omnia: & vtroque modo Angelus plùs diligat Deum, quàm seipsum. Sed vterque sensus aduersatur expresè textui, & menti D. Tho. qui disertis verbis in quæsito, & in cõclusione de sola meminit Angeli, & hominis dilectione naturali: & in secunda probatione conclusionis apertè significat, de sola se loqui dilectione naturali; cum ad absurdum deducens ait; Sequeretur, quod naturalis dilectio esset peruersa, & quod non perficeretur per charitatem, sed destrueretur.

Expositio Vasquez reijcitur.

Vbi clarè distinguit naturalem dilectionem, de qua conclusio loquitur, contra supernaturalem, quam infert ex opinione reiecta fore peruersam.

Controuersia Vnica.

De veritate, & sensu conclusionis, & efficacitate probationis.

Sententiæ Doctorum.

POst opinionem in textu relatam, quam Zumellus tribuit Diuo Bonauenturæ, & Gabrieli, & censuram Scoti, & Durandi circa discursum, & exemplũ manus, & ciuis, vna supereſt opinio Vasquezij breuiter indicanda. Ait ergo primò, non esse distinguendum in homine, vel in Angelo duplicem modum amoris amicitiæ Dei, scilicet, vt finis est, & bonum vniuersale omnium, & vt finis est beatitudinis.

Opinio Vasquezij

Secundò: siue illum ità distinguamus, siue non, nunquàm esse concedendum, aliquem actum amoris amicitiæ erga Deum absque omni auxilio gratiæ Dei.

Tertiò, docet ea magis diligi, quæ amantur amore amicitiæ, quàm ea, quæ amantur amore concupiscentiæ, & hac sola ratione Angelum magis

A Deum diligere, quàm seipsum; cum diligat Deum amore amicitiæ, siue dicatur (inquit) amor amicitiæ naturalis, siue supernaturalis.

Quartò ait; Angelum, aut hominem posse amare sibi Deum, tamquàm bonum sibi, & hinc magis diligere se, quàm Deum: quia se diligit amore amicitiæ, Deum autem, vt rem concupitam amore concupiscentiæ.

Quintò carpit idem expositor in prima secundæ quæst. 6. art. 4. in sua disp. 26. cap. 4. & q. 109. art. 3. disp. 195. cap. 4. discursum præsentis articuli, præsertim quo ad exemplum brachij, siue manus. Deniq; negat, Deum ab Angelo diligi naturaliter, & necessariò quo ad exercitium actus. Sed hæc omnia, tam veritati, quàm doctrinæ S. Thom. sunt opposita, pro vt statim dicenda declarabuntur.

B

Resolutio.

Angelum in puris naturalibus considerantum diligere Deum, non solùm amore amicitiæ, sed etiam amicitia, & plùs amore concupiscentiæ Deum amare naturaliter, quàm seipsum.

C

QVæstiones, quas induxit æquiuocatio, vel exigua terminorum intelligentia peperit, vocis multiplici significatione diligenter inspecta, & rei, de qua disseritur, cognita quidditate, facilè diluuntur. Amoris itaq; ratio, & amicitiæ præsertim hic nobis aperienda est, & ex ea Vasquezij prædicti sententia ex vocis ambiguitate, & eius intelligentia diminuta consurgens confutanda.

Distinguitur autem, vt supra diximus ex Angelico nostro Doctore, prima secundæ q. 26. art. 4. sufficienter amor in amorem amicitiæ, & in amorem concupiscentiæ, adeò, vt omnis amor, præsertim qui est actus voluntatis elicitus ad ea, quæ sunt à diligente distincta realiter, vel sit amor amicitiæ, vel sit amor concupiscentiæ; Vt enim ait ibi S.D. amare est velle bonum alicui; actus igitur amoris dupliciter potest considerari: Vno modo, pro vt in rem, siue personam tendit, cui bonum appetimus, & sic est amor amicitiæ: Alio modo, vt respicit bonum, quod quis alteri concupiscit, & sic est amor concupiscentiæ, ità, vt idem actus amoris, pro vt in vnum refertur obiectum, siue rem amatam, sit amor amicitiæ, vt verò tendit in alterum, sit concupiscentiæ. Quæ duæ rationes amoris ab inuicem differunt; quod id, quod amatur amore amicitiæ, simpliciter, & per se amatur, quod autem amatur amore concupiscentiæ, non simpliciter, & per se amatur, sed amatur alteri, vt probat ibi S.D.

D. Thom. Amor duplex amicitiæ, & concupiscentiæ.

Sed obseruandum est diligenter, non idem his duabus vocibus significari, videlicet amicitia, & amor amicitiæ; Vt enim colligitur ex Arist. in 8. Eth. cap. 2. & sequentibus, & D. Tho. in 2. 2. q. 23. art. 4. Amicitia est amor cum beneuolentia mutua ab vtroq; amante cognita, & sub aliqua communicatione præsentata. Distinguit autem ibi Philosophus amicitiam in eam, quæ est inter æquales personas, & eam, quæ est inter inæquales, & propositam ibi soluens quæstionem, in quanta nimirum distantia, siue disparitate posit amicitia saluari, respondet, si multum distent, putà sicut homines

E

Amicitia nõ est, idẽ, q̃ amor amicitiæ. Arist. & Thom.

homines à Deo, non remanere amicitiam *talem* (addit S. Thomas) *de qua loquimur*; quia ſ. homo ſecundum pura naturalia conſideratus amicitiam paulò arctè definitam ad Deum habere nō poteſt. Amor autem amicitiæ latiùs patet, quàm amicitia; vt enim diximus ex D. Thom. 1. 2. q. 26. art. 4. ad illud habetur amor amicitiæ, cui aliquis bonum vult, etiamſi mutua non adſit benevolentia: Itaq; ſi ſalutem, aut honorem exoptem alicui cimi de patria benè merito, & mihi noto, cui tamē egō ſim ignotus, erit quidem in me ad eum amor amicitiæ, nequaquàm tamen ad eum erit amicitia, de cuius ratione eſt mutua diligentium cognitio, & benevolentia.

Cum itaque de bono diuino naturaliter noto gaudet homo, Deum amore diligit amicitiæ, nec tamen ex hoc præcisè amicitiam habet ad Deum ob iam dictam cauſam, ſcilicet maximam inæqualitatem, & minimam communicationem. De Angelo verò in puris naturalibus conſiderato videtur eſſe ratio longè diuerſa; quamquam enim à Deo diſtet in infinitum ſecundum rationem entis, ipſum tamen per ſuam, ideſt Angeli ſubſtantiam immediatè cognoſcit, & fœlicitatem habet in eius contemplatione naturalem, & in Vniuerſi regimine Dei miniſter eſt cum eo communicans in agendo non minus, quàm homo Regis miniſter cum Rege communicat, cum illi miniſtrat in regno gubernando: ac proindè proportionalitas, ſiue habitudo eſt inter Angelum, & Deum, quæ ſatis ſit ad amicitiam inter ipſum, & Deum conſtituendam. Quam tamen exiſtimo non eiuſdem, ſed altioris eſſe rationis, quàm humana, de qua ſola loqui videtur Ariſtoteles in Moralibus. Conuenit enim amicitiæ dicta definitio nobiliori modo dilectioni mutuæ inter Deum, & Angelum exiſtenti, quàm amori mutuo inter Patrem, & Filium, aut inter Principem, & ſubditum; Communicat enim Angelus cum Deo, non ſolùm in miniſtrando, ſed etiam in intelligendo, & in ſpiritualis naturæ ſimilitudine, ſecundùm quam multò magis à Deo pendent, quàm filius à patre; atque ideo longè plus à Deo diligitur, & Deum diligit Angelus, quàm diligatur filius à patre, vel ſubditus à principe, aut quā Patrem filius, & Principem diligat ſubditus.

Amore verò concupiſcentiæ ſibi poteſt amans dupliciter aliquid appetere; Vno modo tamquam bonum ad ipſum appetentem, vt finem proximū ordinatum: Alio modo tanquàm finem ab ipſo cōcupiſcente conſequēdum, in cuius adeptione ſumma ſit poſita perfectio diligentis. Cum ergo diligit Angelus Deum amore concupiſcētiæ ſibi Deū appetens, ſiue ſit appetitio naturalis, ſiue ſupernaturalis, duo ſimul appetuntur ab Angelo, ſcilicet Deus ipſe ſecundum id, quod in ſe eſt, & eius effectus deriuatus ad Angelum; Quatenus Angelus Deum ſecundum id, quod in ſe eſt, amat Angelus amore concupiſcentiæ, Deum magis diligit, quā ſemetipſum; ſic enim Deum amat, vt ſummum bonum, & vltimum finem, ſeipſum autem, vt ordinatum in finem: conſtat autem ſummum bonum, & vltimum finem, vt ſic magis amari, quàm omne, quod propter ipſum amatur, iuxtà illud dictum Ariſtotelis vulgatiſſimum: *Propter quod vnumquod que, & illud magis.* Quatenus autem Angelus in amore prædicto diuinæ bonitatis effectum ſibi cōcupiſcit, ſeipſum amat, vt proximum finem, propter quem effectum appetit ex Deo bonorum omnium fonte ſibi iam adepto dimanantem. Vide magiſtrum Porrectam in articulo præcedente circa reſponſionem ad tertium, vbi rem hanc explicat eruditè.

An autem diligat Angelus Deum naturaliter, & neceſſariò non ſolùm quo ad ſpecificationem, ſed etiam quo ad exercitium actus, declarat, & probat eruditè Bannes hic in ſua concluſione ſecunda. Cætera, quæ pro veritate concluſionis D. Thomæ tuenda poſſent hic adduci, lege apud D. Thom. & expoſitores prima ſecundæ, quæſt. 109. art. 3. & ſecunda ſecundæ quæſt. 26. art. 3. & apud Capreolum in allegata diſt. 27. & apud Zumellum ſuper hoc articulo.

Angeli amicitia ad Deum.

Ariſt.

amor concupiſcentiæ ſig ad Deū

Ariſt. Porrecta.

Bannes. S. Thomas Capreol. Zumellus

Oſtenditur, concluſionem efficaciter in textu probari.

POſtremò, vt efficacitas diſcurſus appareat, quo probatur concluſio, duo ſunt hic breuiter adnotanda. Primum eſt ex Ariſtotele, D. Tho. & Auerroe, ac alijs expoſitorib. in ſecundo Phyſi. principium motus naturale duplex eſſe, ſcilicet actiuum, & paſſiuum, ſicut & natura dicitur tam de forma, quæ principium eſt actionis formalis, quàm de materia, cui pati conuenit per ſe primò. Duplex igitur ad actum, vel operationem inclinatio rei poterit ineſſe naturalis, actiua nimirum, vt agat, aut moueat; ſicut animal principium, & inclinationem habet actiuam ad operationem, & motum: & paſſiua, vt agatur, aut moueatur; ſicut Cœlum inclinationem habet paſſiuam, vt ab intelligentia moueatur.

Ariſt. S. Thomas Auerroes. Principiū motus duplex.

Secundum eſt, quamlibet rem, ſiue naturā creatam vna, & eadem inclinatione re minimè diſtincta tria ſimul ordinatè reſpicere, ſcilicet ſeipſam, ſiue bonum proprium, bonum ſpeciei, ſiue generis, vel etiam totius naturæ creatæ, & bonum vniuerſale, ſiue bonum extrinſecū vniuerſi, qui Deus eſt, à quo veluti ab efficiente, exemplari, & finali cauſa bonum totius creatæ naturæ dependet; vt hic ſignificat S. D. in reſponſione ad tertium, & quartum argumentum; adeo vt cuiuſlibet naturæ propenſio maxima ſit in Deum, vt vniuerſale bonum, in quo ſuper eminenter continetur omne bonum, ſecundò ſit in bonum intrinſecum Vniuerſi, poſtremò vero ſit in proprium ob rationem, quam hic aſſignat S. D. in textu, & explicat erudite Caietanus; quia ſcilicet in rebus naturalibus vnumquodque, quod ſecundum naturam hoc ipſum, quod eſt, alterius eſt, principalius, & magis inclinatur in id, cuius eſt, &c. Diximus autem, quamlibet naturam creatam per vnam, & eandem realiter inclinationem hæc tria reſpicere, quia nulla videtur eſſe neceſſitas tres in qualibet re creata reſpectu dictorum trium bonorum inclinationes conſtituendi: Nequè videtur abſurdum eandem ſecundùm rem inclinationem ineſſe rei ad diuerſa bona

Inclinatio naturalis i tria.

S. Thom. caietanus

Digitized by Google

bona minimè contraria, ſed eſſentialiter ordinata, & maximè conſonantia; adeò vt contrarijs nõnunquàm motibus, non tamen ſimul actu moueatur; ſicut aqua naturaliter inclinatur ad terram, vt ibi ſit tamquàm in loco propriæ ſuæ naturæ cõgruo; quæ tamen ad replendum vacuum è terra cõſcendit in aerem ob maiorem inclinationem, quã habet in bonum Vniuerſi commune, quàm in proprium. Quamuis itaque contrarij ſint motus ſurſum, & deorſum, ex eadem tamen inclinatione ratione ſola formali diſtincta vterq; motus eſt aquę naturalis; non tamen, vt ſit vterq; ſimul, ſed vnus regulariter quidem ad ipſius aquæ bonum ordinatus, alius autem raro contingens, ſed in maius bonum, ſcilicet perfectionem totius creatæ naturæ directus: Et quemadmodum bona, quæ ſunt inclinationis obiecta, licèt ab inuicem ſint diſtincta, ſunt tamen eſſentialiter ordinata, ſic & inclinationes neceſſe eſt ad inuicem ordinari: Motuum autem ordo, cum nequeat ſimul eſſe, in hoc ſolo conſiſtit, vt, occaſione data, ille primò reſultet, qui maius reſpicit bonum.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: Angelus naturali dilectione magis, & principalius diligit Deum, vt finẽ naturalem, quàm ſeipſum. Hæc eſt concluſio S.D. in textu; cuius probatio patet ex dictis.

Secunda concluſio: Angelus naturaliter diligit Deum, vt eſt finis naturalis, tàm amore amicitiæ, quàm concupiſcentiæ. Hæc eſt contra Vaſquezium, & ſequitur ex prænotatis euidenter, & eſt S. D. expreſsè in ſecundo ſententiarum diſt. 3. q. 3. articulo vnico.

Tertia concluſio: Vtroque amore diligit Angelus Deum pluſquam ſeipſum. Hæc eſt contra eundem expoſitorem, & explicat eam, ac probat elegantèr Porreãta in articulo præcedente in ſua notatione ad tertium argumentum D. Thom.

Quarta concluſio: Angelus diligit Deum naturaliter, & neceſſariò, non ſolùm quo ad ſpecificationem, ſed etiam quo ad exercitium actus. Hanc probat hic Bannes eruditè.

Bannes.

Vltima concluſio: Probat Sanctus Doctor, concluſionem efficaciter in textu. Huius concluſionis veritas ex ſolutionibus argumentorum reddetur illuſtrior.

Argumenta, & ſolutiones.

Capreol. Zumellus

CONtra primam concluſionem ſunt argumenta, quæ referunt, & ſoluunt Capreolus in tertiò diſt. 27. & Zumellus ſuper hoc articulo.

Vaſquez

Contra eandem, & ſecundam concluſionem argumentatur Vaſquez in prima ſecundæ, q. 109. art. 3. diſputatione ſua 195. volens probare in Angelo, aut in homine non eſſe naturalem amorem amicitiæ erga Deum, pro vt eſt vniuerſale bonum omnium. Primò: In Sacra ſcriptura, & Patribus nũquàm inuenimus diſtinctum, hunc amorem amicitiæ erga Deum, pro vt dicit eſt finis naturalis, & pro vt eſt finis ſupernaturalis; ergo.

Reſpondetur primò, nullam eſſe conſequentiã: quia Sacra ſcriptura, & Patres nos inſtruunt, & dirigunt in finem ſupernaturalem, & ideò rationem finis naturalis in Deo, lumine rationis humanæ cognoſcibilem Philoſophis naturalia ſpeculantibus conſiderandum relinquunt.

Secundo dico, Sacras ſcripturas hominib. propter eorum ſalutem à Deo fuiſſe conceſſas, & ideo de hominis ad Deum amicitia, & ea ſupernaturalitantùm loqui, & quædam etiam pro noſtra eruditione, & conſolatione ad Angelorum amicitiam cum Deo ſupernaturalem continere; naturalem autem eorum ad Deum amicitiam, vt nobis parũ proficuam, & naturali rationis diſcurſu notam ommiſiſſe. Hanc enim Ariſtoteles ingenio clariſsimus ſatis apertè ſignificat in 12. Metaphyſ. cum ait: Primum motorem mouere, vt amatum, & deſideratum ab altero, ſcilicet motore Cœlum immediatè mouente. Ariſt.

Secundò: Si duo amores amicitiæ erga Deum diſtinguerentur, alter erga Deum finem naturalẽ, alter circa Deum finem ſupernaturalem, ſequeretur, aut amorem amicitiæ erga Deum finem naturalem haberi poſſe ſine gratia habituali, cum ſolo auxilio gratuito in natura lapſa, ſicut in natura integra; quod negat S. Tho. & alij; aut ſequeretur ſolo illo amore, tamquàm diſpoſitione victima hominem iuſtificari à ſtatu peccati, aut deniq; ſtatum peccati aliqua ex parte minuere. Probat conſequentiam longo diſcurſu, in quo multæ ſunt falſitates, & difficultates ad præſentem materiam minimè pertinentes.

Ad argumentum itaque dico, nullam eſſe conſequentiam: cuius falſitatem oſtendit Medina in allegato art. 3. q. 109. vbi latè probat ex ſcripturis, Concilijs, & Patribus, hominem in ſtatu naturæ lapſæ ob liberi arbitrij infirmitatem non poſſe Deum diligere ſuper omnia ſimpliciter loquendo, quod tamen poſſet in natura integra, ſi ſermo ſit de dilectione Dei ſuper omnia, pro vt eſt finis hominis naturalis: Nec ſatis mirari queo doctrinam illam Vaſquezij ſcripturis, Concilijs, & Patribus minimè conſentaneam, nè dicam, aduerſam, quã Medina prædictus vno ferè ſæculo antiquior, tam eruditè, quàm luculenter excluſerat. Medin.

Tertiò: Amor quicumque amicitiæ erga Deum pugnat cum macula peccati: ergo ſuaptè natura emundat à peccato, ac proindè iuſtificare, poteſt, & eſſe vltima diſpoſitio ad gratiam habitualem.

Probatur antecedens: quia amor amicitiæ erga Deum quacumque ratione conſideratum, & dolor de peccatis propter ipſum eo modo dilectum eiuſdem omninò rationis, & virtutis ſunt, atque eodẽ modo opponuntur ſtatui peccati.

Reſpondetur primò, amorem amicitiæ ſuaptè natura pugnare cum macula peccati dupliciter intelligi poſſe: Vno modo, vt cum ea ſimul eſſe non poſsit, & de hoc nulla poteſt apud ſectantes D. Th. doctrinam eſſe dubitatio: Alio modo, vt amor amicitiæ, etiam naturalis præexiſtentem deleat peccati maculam, & hoc eſt abſurdum, & falſum.

Primò: Quia non poteſt homo ſolis naturę viribus actum amoris producere, quo Deum ſuper omnia diligat.

Secun-

Secundò: Quia talis actus ex ſui natura peccati maculam non expellit; vt enim ait Caietanus in 1.2.quæſt.113.art.2.& ibidem Medina, licet gratia, & culpa abſolutè, & reſpectu hominis non ſint oppoſita immediata, reſpectu tñ hominis lapſi sūt oppoſita immediata, vt ibidem explicant expoſitores prædicti, & eſt doctrina Diui Thomæ de Verit.q.28.ar.2.ad quartum, & quintū, ex qua ſoluūtur inſtantiæ Vaſquezij, quas fruſtra multiplicat.

Caietanus Medina. D. Thom.

Quartò: Quoties in obiecto formali alicuius amoris non poteſt diſtingui duplex ratio, in quam affectus ipſe feratur, fruſtra diſtinguitur duplex affectus ſpecie diuerſus, ſed quilibet affectus amoris circa illud obiectum erit eiuſdem rationis: At in Deo dilecto amore amicitiæ non poteſt aſſignari duplex ratio, ſub qua diligatur à nobis: ergo nó poteſt diſtingui duplex amor amicitiæ erga ipsū.

Reſpondetur, falſum eſſe minorem: quia naturalis amor in Deum fertur, vt apprehenſum, tamquàm finem naturalem, ſupernaturalis autem illum reſpicit, vt finem ſupernaturalem.

Replica Vaſquezij ex Scoto.

Sed contra reſponſionē hanc producit Vaſquez argumentum Scoti, ſic arguentis: Licet hæ duæ rationes poſsint eſſe obiecta diuerſorum actuum concupiſcentiæ, quatenus Deus conſideratur, vt diuerſum bonum noſtrum, nempè, vt conſeruans naturam, & donans gratiam, & beatitudinem; tamen non videntur ſufficere ad conſtituendum diuerſum amorem amicitiæ erga Deum: ergo. Probatur antecedens; nam Deus amore amicitiæ non amatur, vt nobis bonus, ſed vt in ſe bonus: ac eodē modo conſideratur, vt bonus, ſiue apprehēdatur, vt author naturæ, ſiue vt author gratiæ; ergo. Probatur ſecunda propoſitio: quia non eſt alia ratio bonitatis in Deo, vt vno, aut alio modo conſiderato; ſiquidem vnicum eſt attributum bonitatis, & eiuſdem rationis.

Reſponſio

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens. Ad eius probationem negatur ſecunda propoſitio. Ad cuius probationem dico, aliā eſſe formaliter rationem bonitatis in Deo, prout eſt obiectum amoris naturalis, & aliam, vt eſt obiectum amoris ſupernaturalis. Nam, etſi bonitatis diuinæ ſit vnum attributum, duas tamē fundat rationes formales in Deo bonitatis, & cauſalitatis finalis, ſecundum quas diſtingui poſsunt amores amicitiæ naturalis, & ſupernaturalis; ita, vt amor amicitiæ naturalis in communicatione fundetur bonorum ad ordinem naturæ pertinentium, quæ Deus, vt author eſt naturæ, producit in nobis, & feratur in Deum, prout eam habet in ſe perfectionem, & bonitatē, vt ex eo poſsint in nos bona prædicta deriuari: Amor autem amicitiæ ſupernaturalis ſit in bonorū ſupernaturalium communicatione fundatus, & Deum reſpiciat, prout ita perfectus, ac bonus eſt in ſemetipſo, vt rationalem, & intellectualem creaturam poſsit ſupra totum bonorum naturalium ordinem elenare, & in perfecto ſupernaturalis fœlicitatis ſtatu conſtituere; adeò, vt amoris, ſiue naturalis, ſiue ſupernaturalis obiectum ſit non participatio bonitatis, aut diuina bonitas, vt participāda: (ſic enim eſt obiectum amoris cōcupiſcentiæ) A ſed diuina bonitas ſecundùm ſe, prout ſecundùm talem, vel talem rationem perfectionis, & bonitatis conſideratur, vt ex ea poſsit ad nos talis, vel talis bonitatis participatio deriuari: ſic enim eſt obiectum amoris amicitiæ; Sicut enim Principi, vel Prælato volo bonum ſapientiæ, & prudentiæ, ex quo poteſt me, & ſubditos omnes recte gubernare, & virtuoſos efficere: & tamen hoc bonum volo Principi, vel Prælato non propter me, ſed propter ipsū, vt ſcilicet ſit in ſeipſo perfectus; ſic Deo perfectiones, & bonitates prædictas velle poſſum, aut de eis complacere, quatenus Dei perfectiones ſunt, & ſic amore amicitiæ Deum amare.

B Contra eaſdem concluſiones ſunt argumenta, quæ profert, & ſoluit Medina 1.2.quæſt.109.ar.3. Medina.

Contra tertiā concluſionem argumentatur Vaſquez: Magis diligimus ea, quæ amamus amore amicitiæ, quàm ea, quæ amamus amore concupiſcentiæ; igitur homo, & Angelus, quatenus diligit Deū amore concupiſcentiæ, ſeipſum autem amore amicitiæ; quia ſcilicet Deum amat, quatenus eſt ſibi bonus, magis ſeipſum amat, quàm Deum. Vaſquez

Reſpondetur, antecedens eſſe verum de ijs, quæ diligimus amore concupiſcentiæ propter nos, non autem de ijs, vel magis de eo, quod, vt finem noſtrum nobis, vt in eum ordinatis, & propter eum C dilectis concupiſcimus: Deum autem non primo, ſed ſecūdo modo diligimus amore cōcupiſcentię.

Contra quartam concluſionem argumentatur idem expoſitor. In exercitio talis amoris non poteſt apparere ratio omnis boni; ergo tali amore nō diligit Angelus Deum neceſſario quo ad exercitium actus.

Antecedens patet. Cōſequentia probatur. Qm, vt Angelus diligat neceſſario Deum, quo ad exercitium actus, omninò neceſſarium eſt, vt in exercitio talis amoris appareat ratio omnis boni.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam. Ad probationem negatur antecedens; ſufficit enim in D Angelo naturalis, & certa cognitio de Deo, quatenus eſt omne bonum, & finis totius Vniuerſi, cuius pars eſt Angelus, & naturale, ac infallibile iudiciū de Deo ſuper omnia diligendo: ex his enim ſequitur naturaliter, ac neceſſario quo ad exercitium prędicta dilectio.

Contra vltimam concluſionem ſunt argumenta, quæ referunt, & ſoluunt Capreolus in 3. ſent. diſtinct. 27. Caietanus, Zumellus, & alij ſuper hoc articulo. capreolus Caiet. Zumellus Vaſquez.

Contra eandē concluſionē argumentatur Vaſquez in prima ſecundæ, quæſt.6. art.4. diſput. ſua 26.cap.4.& quæſt.109.artic.3.diſput.95.capit.4. E Nulla vis effectrix ineſt aquæ, vt aſcendat ſurſum etiam, nē detur vacuum, ſed tantùm per tractionem continui corporis ſurſum leuatur: ſimiliter in manu nullus eſt internus impetus, aut inclinatio naturalis effectrix, à qua leuetur ad protegendum caput, ſed ab appetitu animalis media cognitione ad hoc mouetur potius, quàm ad aliud; ergo nullius momenti eſt hoc exemplum, quo vtitur S. Thomas ad probandum, Angelos magis diligere Deū, quàm ſeipſos.

Re-

Respondetur, nullam esse consequentiam; nam, vt supra diximus, & apertè significatur in textu, vt motus aliquis, aut ad motum inclinatio sit alicui rei naturalis, satis est, eam rem habere potentiam passiuam naturalem ad eum motum, quæ nõ sit sola potentia passiua materiæ, sed potentia passiua compositi, quatenus ita per talem formam in esse constituitur, vt ad talem motum aptitudinem habeat naturalem.

Sed instat Vasquez disp. 25. ar. 3. multipliciter. Primò: Quia sequeretur, tenebras aeri esse violentas, quod est falsum.

Instat Vasquez.

Probatur sequela: quia ad lucem habet aer naturalem potentiam, vt eam recipiat, eo quòd lux sit quædam naturalis ipsius perfectio.

Solut.

Respondetur, nullam esse consequentiam; quoniam aer non solùm ad lucem, sed etiam ad tenebras potentiam habet naturalem, ad illam primò, ad hanc verò secundariò.

Deinde dico, illud esse violentum, cuius principium est extra, nullam conferente vim passo: hic autem nullum est principium, sed negatio actionis, quæ est illuminatio.

Secundò: Quia sequeretur, quietem esse Cœlo violentam, quod est absurdum.

Respondetur, admisso consequente, secundùm naturalem philosophiam, in eo nullam esse absurditatem: secundùm fidem autem cessatio motus Cœli post Iudicium non erit propriè quies, nec erit violenta, quia non erit per vim agentis positiuam, sed per negationem actionis mouentis.

Tertiò: Dum materia habet vnam formã, esset illi violentum carere alia. Probatur sequela: quia naturalem habet ad illam inclinationem passiuã.

Respondetur, nullam esse consequentiam; nam potentia materiæ non est ad omnes formas, vt eas, simul habeat, sed ordine quodam.

Quartò: Aristoteles 4. Physic. text. 61. sic ait: *Patet omnem motum, aut vi fieri, aut natura*: appellat autem ibi motum violentum eum, qui fit vi: si autem motus Cœli non prouenit à forma, vt efficienti, non fit natura, quia non prouenit à natura, sed solum recipitur in natura; ergo fit vi, ac proindè violenter.

Respondetur, motum fieri natura, non solùm quando prouenit à forma, vt principio efficienti, sed etiam, quando in re mota est sola potentia passiua naturalis, quæ in suo ordine naturaliter causat, & recipit motum illum.

Quintò: Ex Aristoteles 2. Physic. text. 3. Natura est principium motus, & causa, vt id moueatur, atq; quiescat, in quo primò per se, & non per accidens inest ea causa, & principium motus est actiuũ non materiale: ergo. Probatur minor; quoniam sic ait ibidem Arist. Id, vnde principium est mutationis, aut quietis: tale autem principium est actiuum.

Respondetur, falsam esse minorem. Ad probationem dico, principium motus, & quietis inesse rei, non tantùm ex forma, sed etiam ex passiua potentia, vt ibi declarat S. Thom. Alias eiusdem expositoris instantias valdè friuolas, & textui Aristotelis contrarias excludit expositio Sancti Doctoris in secundo Physicorum, textu secundo, & sequentibus.

QVAESTIO LXI.

De productione Angelorum in esse naturæ, in quatuor articulos diuisa.

POst ea, quæ præmissa sunt de natura Angeli, & cognitione, & voluntate eorum, restat considerandũ de eorum creatione: siue vniuersaliter de eorum exordio. Et hęc consideratio est tripartita.

Nã primò considerabimus, quomodo producti sunt in esse naturæ. Secundò, quomodo perfecti sunt in gratia, vel gloria. Tertiò, quomodo aliqui ex eis facti sunt mali.

Circa primum quæruntur quatuor.

Primò. Vtrum Angelus habeat causam sui esse.

Secundò. Vtrum Angelus sit ab æterno.

Tertiò. Vtrum Angelus sit creatus ante corporalem creaturam.

Quartò. Vtrum Angeli fuerint creati in cęlo empyreo.

Ratio ordinis.

Dubitatio.

CVm rei productio ad rei productæ substantiam existẽtem terminetur, & sit ipsa prior, videri forsitan alicui poterit, huic quæstioni primum in hoc tractatu locum deberi: Quod etiam Magistri sententiarum ajunt horitas satis apertè cõfirmat; is enim in secundo libro de Angelis agens, primò de tempore, & loco disserit creationis eorũ, deindè, quæ ad eorum attinent substantiam, vel naturam, inquirit. Sed dubitatio hæc vnico D. S. verbo diluitur; sic enim quæstionem hanc introducit: *Post ea, quæ præmissa sunt, &c. restat considerandũ de eorum creatione siue vniuersaliter de eorum exordio; nam primò considerabimus, quomodo producti sunt in esse naturæ: secundò, quomodo perfecti sunt in gratia, vel in gloria: Tertiò, quomodo aliqui ex eis facti sunt mali.* Ex quibus verbis apparet perspicue. Sanctũ Doctorem tres quæstiones ad Angelorum exordium pertinentes vltimo loco simul tractandas reseruasse propter cõnexionem, & affinitatem materiæ; quæstiones namque de gratia, de merito, beatitudine, malitia, demerito, ac supplicijs Angelorum dependentiam eorum à Deo secũdùm esse, temporis, & loci creationis eorum circumstantias habẽt sibi necessariò connexas, & immixtas; adeò, vt sine eorum præuia, aut etiam simultanea cognitione nequeant definiri; prout dictarũ quæstionum decursus indicabunt. Vel dicas, substantiam Angelorum primo fuisse considerandam, deindè proprietates, virtutes, & operationes naturales, & liberas ad ordinem naturæ pertinentes; sunt enim hæc, veluti passiones naturam Angeli consequentes: tertiò loco de causa Angelorum efficienti ab eorum substantia prorsus extrinseca, & de

Solutio.

Solutio.

& de circumſtantijs temporis, & loci ad eorum productionem concurrentibus agendum fuit, & poſtremò ea debuere proponi, quæ ad perfectionẽ Angelorum ſupernaturalem, & aſſequutionem ultimi finis attinebant.

Quærit ergo primò S. Doc. de cauſa Angelorum quo ad eorum eſſe ſubſtantiale in rerum natura.

Secundò de menſura productionis, & durationis eorum à parte ante; menſura namq; durationis neceſſariò concòmitatur productionem eorũ.

Tertiò quærit de loco, in quo dicuntur eſſe creati, locus autem non neceſſariò, ſed liberè conuenit Angelo. De menſura verò productionis duo quærit: primum, quod prius occurrit, & eſt facilius, de quo fidelibus dubitare non licèt; An, ſcilicet Angeli, ſint ab æterno producti. Secundum, quod, priore definito, ſtatim occurrit, & nonnullam habet inter ſanctos Eccleſiæ Patres controuerſiam eſt; An Angeli ſint creati ante Mundum corporeum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Angeli habeant cauſam ſui eſſe.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd Angeli non habeant cauſam ſui eſſe. De his enim, quę ſunt à Deo creata, agitur Geneſ. 1. Sed nulla mentio fit ibi de Angelis: Ergo Angeli non ſunt creati à Deo.

2 Præterea. Philoſophus dicit in 8. Metaphyſ. * quòd ſi aliqua ſubſtantia ſit forma ſine materia, ſtatim per ſeipſam eſt ens, & vnum, & non habet cauſam, quæ facit eam ens, & vnũ: Sed Angeli ſunt formæ immateriales, vt ſupra oſtenſum eſt: * Ergo non habent cauſam ſui eſſe.

3 Præterea. Omne, quod fit ab aliquo agẽte, per hoc quod fit, accipit formam ab eo: Sed Angeli, cum ſint formæ, non accipiunt formã ab aliquo agente: Ergo Angeli nõ habent cauſam agentem.

Sed contra eſt, quòd dicitur in Pſalm. 148. Laudate eum omnes Angeli eius. Et poſtea ſubdit; Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt.

Reſpondeo. Dicendum, quòd neceſſe eſt dicere, & Angelos, & omne id, quod præter Deũ eſt, à Deo factum eſſe. Solus enim Deus eſt ſuũ eſſe, in omnibus autem alijs differt eſſentia rei, & eſſe eius, vt ex ſuperioribus patet. * Et ex hoc manifeſtum eſt, quòd ſolus Deus eſt ens per ſuam eſſentiam, omnia verò alia ſunt entia per participationem. Omne autem, quod eſt per participationem, cauſatur ab eo, quòd eſt per eſſentiam: ſicut omne ignitum cauſatur ab igne. Vnde neceſſe eſt, Angelos à Deo creatos eſſe.

Ad primum ergo dicendum, quòd Auguſtinus dicit in 11. de Ciuit. * Dei; quòd Angeli non ſunt prætermiſſi in illa prima rerum creatione, ſed ſignificantur nomine cœli, aut etiam lucis. Ideo autem, vel prætermiſſi ſunt, vel nominibus rerum corporaliũ ſignificati; quia Moyſes rudi populo loquebatur, qui nondum capere poterat incorpoream naturam. Et ſi eis fuiſſet expreſſum aliquas res eſſe ſuper omnẽ naturam corpoream fuiſſet eis occaſio idolatriæ, ad quam proni erant, & à qua Moyſes eos ſpecialiter reuocare intendebat.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſubſtantiæ, quæ ſunt formæ ſubſiſtentes, non habent * cauſam aliquam formalem ſui eſſe, & ſuæ vnitatis nec cauſam agentem, per tranſmutationẽ materiæ de potentia in actum, * ſed habent cauſam producentem totam ſubſtantiam. Et per hoc patet ſolutio ad tertium.

Senſus quæſiti.

DE cauſa tantùm effectiua, non autem exemplari, vel finali ſermo eſt in hoc quæſito, vt omnes huius articuli partes ſignificant, & Caietanus etiam aduertit.

Forma Textus.

CONcluſio eſt: Neceſſe eſt dicere, Angelos, & omne, quod præter Deum eſt, à Deo factum eſſe. Probatur: Solus Deus eſt ens per ſuam eſſentiam, omnia verò alia ſunt entia per participationem; ſed omne, quod eſt per participationem, cauſatur ab eo, quod eſt per eſſentiam; ergò neceſſe eſt, &c. Prima propoſitio probatur, quia ſolus Deus eſt ſuum eſſe, in omnibus autem alijs differt eſſentia rei, & eſſe eius; ergo ſolus Deus, &c. Secunda verò propoſitio probatur exemplo ignis, & ignis.

Expoſitio Textus.

ANgelos à Deo fuiſſe productos fidei catholicę dogma eſt, & neceſſaria confeſſio, vt probãt hic recentiores ex diuinis ſcripturis, concilijs, & pãtribus. Loca ſacrarum litterarũ præcipua ſunt; Pſalm. 103. *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem vrentem.* Dan. 3. vbi dicitur: *Benedicite omnia opera Domini Domino,* & ſtatim inter opera Dei recenſentur Angeli, vt omnium operum nobiliſsima. Ioan. 1. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Coloſſ. 1. *In ipſo condita ſunt vniuerſa in cælis, & in terra, viſibilia, & inuiſibilia, ſiue Throni, ſiue dominationes, ſiue Principatus, ſiue Poteſtates: Omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant.*

Circa reſponſionem ad primum obſeruandum eſt, duas fuiſſe ſententias ſanctorum oppoſitas de narratione, & ſenſu verborũ Moyſis in primo cap. Geneſeos, vbi recenſet opera ſex diebus à Deo producta. Origenes enim Hom. 1. in primum cap. Geneſeos, & Auguſtinus, quem refert hic S. D. exiſtimant Angelos non fuiſſe prætermiſſos in illa prima

307 quæſt. 3. ar. 6 cor. & op. 1. c. 35. & op. 3. ca. 74 & op. 15. c. 8 9. & 17.

Text. 16. to mo 3.

q 50. ar. 2.

q 3. art. 4.

D. 113.

A

Lib. 11. de Ciu. Dei, c. 33. circa finẽ to. 5.

B

D. 646.

3636

C

Caiet.

D

Pſal 103. Dan 3.

E

Ioan. 1. Coloſſ. 1.

Origenes, Auguſtinus Geneſ. ad

Gregor. Ambroſ. Baſilius. Chriſoſt. Hieron. Athanaſ. Zumellus Vaſquez. S. Thom.

ma rerum Creatione, ſed nomine Cœli, aut etiam lucis fuiſſe ſignificatos in illis verbis. *In principio creauit Deus Cœlum, & Terram.* Cuius opinionis videtur etiam fuiſſe Gregorius lib. 32. Moralium, c. 9. & alij, quos refert Malonius in 2. diſt. 2. diſp. 4. Alij verò plures affirmant, eos fuiſſe prætermiſſos. S. Ambroſius, Baſilius, Chriſoſtomus, Hieronymus, Athanaſius, & alij, quos referunt hîc Zumellus, & Vaſquez. Vtramque ſententiam admittit S. D. vt probabilem, & ſecundum veritatem reſpondet argumentis dicens, ideò vel fuiſſe prætermiſſos Angelos in ea narratione, vel nominibus rerum corporearũ fuiſſe ſignificatos; primò, quia Moyſes rudi populo loquebatur, qui naturam incorpoream intelligere nondum poterat. Secundò, Quia, ſi fuiſſet illis expreſſum, res aliquas corporea natura nobiliores exiſtere, in idolatriæ crimẽ, in quod erant proni, incidere facilè potuiſſent. Nam, & ſi Moyſes in Geneſi, Exodo, Numeris, & alibi frequenter Angelos nominauerit, & eorum facta deſcripſerit, nobilitatem tamen eorum, & excellentiam naturę ſupra corporea minimè declarauit ob dictam cauſam. Et ex his ſoluuntur obiecta Benedicti Pererij lib. 1. in Geneſ. Vaſquezij, & aliorum ſuper hoc articulo. Difficultatem hanc ſatis curioſè verſat Malonius in allegata diſp. 4.

Pererius. Vaſquez. Malonius.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum Angelus ſit productus à Deo ab æterno.

308 Po. q 3 ar. 1 18. & 20.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd Angelus ſit productus à Deo ab æterno. Deus enim eſt cauſa Angeli per ſuum eſſe. Non enim agit per aliquid additum ſuæ eſſentiæ. Sed eſſe eius eſt æternum. Ergo ab æterno Angelos produxit.

2 Præterea. Omne, quod quandoque eſt, & quandoque non eſt, ſubiacet tempori. Sed Angelus eſt ſupra tempus, vt dicitur in libro de cauſis. * Ergo Angelus non quandoque eſt, & quandoque non eſt, ſed ſemper.

Propoſ 2. in fi. eſt inter opera Ariſt to 3 † Ex li. 13. de Tri c 8 to 3. & li. 2. Solil ca. 19.

3 Præterea. Auguſt. † probat incorruptibilitatem animæ per hoc, quòd per intellectum eſt capax veritatis. Sed, ſicut veritas eſt incorruptibilis, ita eſt æterna. Ergo natura intellectualis, & animæ, & Angeli non ſolum eſt incorruptibilis, ſed etiam æterna.

Sed contra eſt quòd dicitur Prouerb. 8. Ex perſona Sapientiæ genitæ, Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarum, antequam quicquam faceret à principio. Sed Angeli ſunt facti à Deo, vt oſtenſum eſt. *Ergo Angeli aliquando non fuerunt.

art. præc.

D. 705.

Reſpondeo. Dicendum, quòd ſolus Deus pater, & filius, & Spiritus ſanctus eſt ab æterno. Hoc enim fides catholica indubitanter tenet, & omne contrarium eſt ſicut hæreticum retuendum. Sic enim Deus creaturas produxit, quòd eas ex nihilo fecit, ideſt poſtquam nihil fuerat.* 238 240

Ad primum ergo dicendum, quòd eſſe Dei eſt ipſum eius velle. Per hoc ergo, quòd Deus produxit Angelos, & alias creaturas per ſuum eſſe, non excluditur quin eas produxerit per ſuam voluntatem. Voluntas autem Dei nõ de neceſſitate ſe habet ad productionem creaturarum, vt ſupra dictum eſt.* Et ideò produxit, & quæ voluit, & quando voluit.

q 19 ar 3. & 8 q.46. ar. 1.

Ad ſecundum dicendum, quòd Angelus eſt ſupra tempus, quod eſt numerus motus cœli; quia eſt ſupra omnem motum corporalis naturæ. Non tamen eſt ſupra tempus, quòd eſt numerus ſucceſſionis eſſe eius poſt non eſſe; & etiam, quod eſt numerus ſucceſſionis, quæ eſt in operationibus eius. Vnde Aug. dicit 8. ſuper Geneſ. ad litt. *quod Deus mouet creaturam ſpiritualem per tempus.

Lib. 8 ſup Genc. 20. & 22. & ſup to. 3.

Ad tertium dicendum, quòd Angeli, & animæ intellectiuæ ex hoc ipſo, quòd habent naturam, per quam ſunt capaces veritatis, ſunt incorruptibiles. * Sed hanc naturam non habuerunt ab æterno, ſed data fuit eis à Deo, quando ipſe voluit. Vnde non ſequitur, quod Angeli ſint ab æterno.

D. 111.

Forma Textus.

Concluſio eſt: Solus Deus Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus eſt ab æterno. Probatur dupliciter: Primò: Quoniam hoc fides Catholica tenet inamouibiliter, ita vt contrarium ſit velut hæreticum reputandum. Secundò: Quia ſic Deus Creaturas produxit, vt eas ex nihilo fecerit, ideſt poſtquam nihil fuerat; ergo. Antecedẽs patet ex ſupradictis, q. 45. art. 1.

Expoſitio Textus.

VT huius articuli materiam intelligas, & argumenta præcipua contra eam produci cõſueta diſſoluas, vide, quæ ſcribit S. D. ſupra qu. 46. art. 1. & alibi, quos ibi notauimus.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrum Angeli ſint creati ante mundum corporeum.

309 2. d 3 q 1. ar. 2 & po. q 3 ar. 18. & 19.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, q. Angeli fuerint creati ante mundum corporeum. Dicit enim Hieronymus * ſuper epiſt. ad Titum. Sex millia nondum noſtri temporis complentur annorum. Et quãta tempora, quantaſq; ſæculorũ origines fuiſſe arbitrandum eſt, in quibus Angeli, throni, dominationes, cæteriq; ordines Deo ſeruierũt? Damaſc. * etiam dicit in 2. li. Quidam dicunt, quod ante omnem creationem geniti ſunt Angeli,

† C. 1. ſup illud Quã prope ſit ille quinq; eſt mentitus, &c. 10. 9.

† Dam. l 2 orth fidei ca. 3 circa finem.

geli,vt Theologus dicit Gregor.Primum quidem excogitauit angelicas virtutes, & cœleſtes,& excogitatio opus eius fuit.

Gregorius Nazianz. in ſerm de Natali.

2 Præterea. Angelica natura eſt media inter naturam diuinam, & naturam corpoream. Sed natura diuina eſt ab æterno,natura autem corporea ex tempore. Ergo natura Angelica facta eſt ante creationem temporis,& poſt æternitatem.

3 Præterea. Plus diſtat natura Angelica à natura corporali,quàm vna natura corporalis abalia.Sed vna natura corporalis fuit facta ante aliam.Vnde,& ſex dies productionis rerum in principio Geneſ.deſcribuntur. Ergo multò magis natura Angelica facta eſt ante omnem naturam corpoream.

Sed contra eſt, quòd dicitur Gen. 1. In principio creauit Deus cœlum,& terram. Non autem hoc eſſet verum,ſi aliquid creaſſet antea. Ergo Angeli non ſunt ante naturam corpoream creati.

Reſpondeo. Dicendum,quòd circa hoc inuenitur duplex ſanctorum doctorum ſententia:illa tamen probabilior videtur,quod* Angeli ſimul cum creatura corporea ſunt creati. Angeli enim ſunt quædam pars vniuerſi.Non enim conſtituunt per ſe vnum vniuerſum,ſed tam ipſi,quàm creatura corporea in conſtitutionem vnius vniuerſi conueniunt. Quod apparet ex ordine vnius creaturæ ad aliam: Ordo enim rerum adinuicem eſt bonum vniuerſi Nulla autem pars perfecta eſt à ſuo toto ſeparata:Non eſt igitur probabile, vt Deus, cuius perfecta ſunt opera,vt dicitur Deuter. 32. creaturam Angelicã ſeorſum ante alias creaturas creauerit. Quamuis contrarium non ſit reputandum erroneum,præcipuè propter ſententiam Greg.Nazianz. cuius tanta eſt in doctrina Chriſtiana authoritas, vt nullus vnquã eius dictis calumniam inferre præſumpſerit, ſicut nec Athanaſij documentis,vt Hier.dicit.

D. 416.

334

D. 112.

Aug. li. 11. de Ciuit. Dei, c. 32.

Ad primum ergo dicendum, quòd Hieron. loquitur ſecundùm ſententiam doctorum Grecorum, qui omnes hoc concorditer ſentiunt, quòd Angeli ſunt ante mundum corporeum creati.

Ad ſecundum dicendum, quòd Deus non eſt aliqua pars vniuerſi: ſed eſt ſupra totum vniuerſum,præhabens in ſe eminentiori modo totam vniuerſi perfectionem Angelus aũt eſt pars vniuerſi.Vnde non eſt eadem ratio.

501 83

Ad tertium dicendum, quòd creaturæ corporeæ omnes ſunt vnum in materia:ſed Angeli non conueniunt in materia cũ creatura corporea. Vnde creata materia corporalis, creaturæ,omnia quodammodo ſunt creata:non autẽ creatis angelis, eſſet ipſum vniuerſum creatum.Si verò contrarium teneatur; quod dicitur Gen. 1.In princip.creauit Deus cœlum,& terram;exponendum eſt,in principio, ideſt in filio,vel in principio temporis, non autem in principio,ideſt,ante quod nihil, niſi dicatur ante quod nihil,in genere corporalium creaturarum.

148

Forma Textus.

Relatis duabus Sanctorum contrarijs opinionibus, altera latinorum negantes,& altera Græcorum aſſerente,fuiſſe creatos Angelos ante Mundum corporeũ, duabus concluſionibus quæſito reſpondet.

Prima concluſio eſt: Non eſt probabile, vt Deus creaturam Angelicam ſeorſum ante alias creaturas creauerit Probatur: Si Angeli creati ſunt à Deo ſeorſum ante alias creaturas,eſſent imperfecti;at Angeli non ſunt imperfecti;ergo. Probatur hæc minor: Quia Dei perfecta ſunt opera,vt dicitur Deut.cap 32. Maior verò probatur; Quia nulla pars perfecta eſt à ſuo toto ſeparata;ſed Angeli ſunt quædam pars Vniuerſi: ergò, ſi creati ſunt à Deo ſeorſum,&c. Maior patet. Minor probatur: Quoniam Angeli non conſtituunt per ſe vnum Vniuerſum, ſed tam ipſi,quàm creatura corporea in conſtitutionem vnius vniuerſi conueniunt; ergo Angeli ſunt quædam pars vniuerſi. Antecedens probatur: Quoniam vna creatura ordinem habet ad aliam, qui ordo eſt bonum vniuerſi: ergo Angeli non conſtituunt per ſe vnum vniuerſum ſed tam ipſi,quàm creatura corporea in conſtitutionem vnius vniuerſi conueniunt.

Deut c. 32.

Secunda concluſio: Opinio contraria prædicta non eſt reputanda erronea. Probatur: Quia tenet eam Gregor. Nazianzenus,cuius tanta eſt in doctrina Chriſtiana authoritas,vt nullius vnquam eius dictis calumniam inferre præſumpſerit,ſicut nec Athanaſij documentis; vt Hieronymus dicit.

Prima Controuerſia.

De efficacitate rationis D. Thomæ pro prima Concluſione.

Obiecta Benedicti Pererij.

RAtionem D. Thomæ pro prima concluſione reprehendit Pererius lib. 1. in Geneſ. diſp. vltima dicens,eam fortaſſe non multum habere ponderis apud doctos,eo quod Angelus non ſit vniuerſi pars integralis,aut eſſentialis: quæ partes,quia non ſunt per ſe completæ naturæ,ſed in id inſtitutæ ſunt,vt aliam rem,cuius partes ſunt,cõponant, & compleant; ideò extra totum imperfectas eſſe neceſſe eſt. At hoc modo non eſt Angelus pars vniuerſi,ſed ratione tãtum ordinis, ſeu coordinationis omnium rerum;nec eſt(inquit)pars Mundi,tãquam pendens à Mundo,ſed quæ ipſum mouet, & regit,quemadmodum Conſules, Tribuni, Prætores,& Cenſores partes erant Reipublicæ Romanę. Huiuſmodi verò pars extra totum naturam ſuam retinet,ſicut extra Nauem gubernator, extra exercitum Centuriones,& Duces. Præterea non ob aliã

causam existimatur pars Mundi esse Angelus, quã quia cum eo cohæret quodammodo, & coniũctionem habet non aliam, quàm quia mouet, administrat, & quodammodo gubernat Mundum: huius autem muneris functio non est Angelo naturalis, sed voluntariè susceptæ, & ad tempus impositæ ei à Deo, & post idem iudicij cessatura. Hæc illæ.

Angelum esse partem intrinsecam, veluti essentialem, aut integralem vniuersi ad eius constitutionem pertinentem.

SEd hæc friuola sunt, nec rationis vim S. D. infringunt. Ad cuius euidentiã scito, perfectionem, & bonum vniuersi in ordinis vnitate consistere, non quidem artificiali, aut merè voluntaria, sed rebus omnibus congruente secũdùm proprias earum naturas, sic ad inuicem naturaliter coaptatas, vt ex infima ad suprẽmam per media, veluti p gradus mirabiliter à natura dispositos fiat ascensus, & inferiores propensionem habeant naturalẽ ad superiorum influxus, siue motiones tam corporeas, quàm spirituales recipiendas, ac proindè rerum ordo, in quo bonitas consistit vniuersi, nõ est relatio sola prædicamentalis vnius entis ad aliud, sed est relatio transcendens ab ipsis rerum ordinatarum essentijs minimè distincta. Habent igitur essentialem ordinem ad inuicem entia, quatenus ex ijs, vt partibus integritas, atque perfectio consurgit vniuersi, veluti cuiusdam totius ex eis constituti. Est igitur Angelus intrinseca pars, velut essentialis, vel magis integralis ad vniuersi constitutionem apprimè necessaria; Quamuis enim ex corporeis, spiritual. busq; creaturis non ita constituatur vniuersum, vt sit vnum per se eo modo, quo ex anima, & corpore constituitur animal, & ex partibus ad hominis naturam necessarijs constituitur homo: naturalem tamen habet ordinis vnitatem ex partibus consurgentem naturaliter ad inuicem coaptatis; adeò vt ab antiquis æstimatum fuerit vnum, ac mirabile quoddam animal. Magnam igitur habet affinitatem vnitas vniuersi cum vnitate cõpositi naturalis, quod ex suis partibus tam integralibus, quàm essentialibus coalescit. Quemadmodum itaque pars integralis, aut essentialis composita naturalis, si fuerit à toto separata, carebit suæ naturalis perfectionis complemento, quod illi solum adest, cum existit in toto, ad cuius integritatem essencialiter ordinatur; (pars enim hoc ipsum, quod est, totius est) sic Angelus, cum sit Vniuersi pars nobilissima ad Vniuersi perfectionem, ac bonitatem necessariò requisita, & essentialiter ordinata, vt superius ostendimus cum D. Thoma, quæst. 50. art. 1. & quæst. 51. art. 1. si ante reliquas partes cum eo concurrentes ad huius vniuersi constitutionem fuisset à Deo creatus, imperfectionẽ partis habuisset ad vniuersi perfectionem essentialiter ordinatæ, talis enim à Deo creatus est Angelus, vt tam sũ sui substantiam, quàm sũ accidentia naturalia, scilicet intellectum, species intelligibiles, & facultatem agendi cæteris partibus vniuersi cõgrueret, sic enim ait supra S. D. qu. 56. art. 2. ad 4.

Rerum ordo quid sit.

Vnitas vniuersi.

D. Thom.

Deus vnamquamque creaturam fecit proportionatam vniuerso, quod facere disposuit, & ideò, si Deus instituisset facere plures Angelos, vel plures rerum naturas, plures species intelligibiles mentibus Angelorum imprimeret. Hæc ibi. Cum autem species intelligibiles Angelorum sint proprietates naturales ex eorum substantia profluentes, si proportionẽ habent species Angelorum cum vniuerso, & eius partibus naturaliter, eandem habebit Angelica substantia necessario; Quod etiam manifestè significant illa verba: *Deus vnamquamq; creaturam fecit proportionatam vniuerso, quod facere disposuerat.* Sicut ergo Deus libere creauit Angelos, ita libere voluit, eos talis esse naturæ, vt proportionem haberent naturalem adinuicem, & ad vniuersum, quod ab æterno facere disposuerat: Igitur Deus, qui totum vniuersum, veluti quoddam totum ex diuersorum ordinum, & graduum creaturis exurgens creare decreuerat, tales constituit Angelorum substantias, quales vniuersi perfectio postulabat; ad eã enim, veluti finem, quem ad suę maiestatis amplitudinẽ intelligentibus declarandam per se primò Deus intendit, tam Angeli, quàm cætera creata fuere producta.

Soluuntur obiecta Pererij.

ET ex ijs duo prænotata Pererij diluuntur argumenta. Ad primum enim dico, Angelum esse partem vniuersi naturalem, ad eius perfectionem essentialiter ordinatum, & ab Authore naturæ propter vniuersi bonitatem intentum: & ideò Angelum secundùm talem ordinem & proportionem consideratum non potuisse absque eius imperfectione separatum ab Vniuerso creari; Quãuis tales Angelorum potuisset Deus creare substãtias, quæ nullum haberent naturalem ordinem, siue proportionem ad hoc, vel aliquod aliud Vniuersum, putà si solum vnum, aut duos Angelos, & nihil aliud creare constituisset; tunc enim non essent partes alicuius Vniuersi naturales; atque ideò substantiæ suæ debitum omne complementum haberent. Nec eadem est ratio de partibus totius artificialis, vt patet ex dictis. Ad secundum dico, lõgè maiorem esse coniunctionem in Angelo cum cęteris Vniuersi partibus ab eo motis, & rectis, quã per liberum, suæ virtutis contactum, & Dei præcipientis imperium; est enim proportio naturalis, & essentialis supra declarata.

Secunda Controuersia.

De veritate secundæ conclusionis, An scilicet eorum sententia reputanda sit erronea, vel hæretica, qui dicunt, Angelos ante Mundum hunc corporeum fuisse creatos.

Sententiæ Doctorum.

SYluester in Conflato Grecorum opinionem hęreticam esse pronunciat, & verbis S. D. oppositum significantibus duas adhibet glossas. Primò enim ait, opinionem aliquam esse dupliciter erroneam; Vno modo à principio suæ fundationis; quia nimirum, quando primo pullulat, iam extat certa, &

Syluester.

Digitized by Google

ta,& perſpicua regula fidei, ex qua falſitas illius opinionis eluceſcit; ſicut opinio Manicheorum de proceſſu rerum corporearum a malo principio falſa deprehenditur ex primis illis diuinæ Scripturę verbis, *In principio creauit Deus Cœlum, & Terram.* Genes. 1. Et hoc modo negat S. D. Grecorum ſententiam fuiſſe reputandam erroneam à principio; quia de oppoſito non conſtabat. Alio modo eſt (inquit) opinio erronea ex Eccleſiæ determinatione, ſiue declaratione contraria quia ſ. Eccleſia declarat, opinionem illam diuinis litteris eſſe contrariam: ſicut opinio Græcorum de proceſſione Spiritus ſancti à ſolo Patre non fuit hæretica donec Eccleſia diuinis Scripturis innixa declarauit, Spiritum ſanctum etiam à filio procedere; & hoc modo dicendum eſt (inquit) opinionem illã de creatione Angelorũ ante Mundũ corporeum hęreticã eſſe; quoniam eius oppoſitum in Concilio Lateranenſi declarauit Eccleſia; vt habetur in cap. Firmiter de sũma Trinitate, & Fide catholica. Secũdò dicit: opinionem aliquam eſſe dupliciter hæreticam; Vno modo ſecundùm ſe; quia ſ. aliter eſſe non poteſt etiam per Dei potentiam, vt quod in Deo ſint perfectiones abſolutæ: quædam verò ſecundùm ſe nõ eſt hæretica, ſed ex voluntate Dei; ſicut hæc, Chriſtus non deſcendit ad inferos perſonaliter; potuit enim eſſe vera, ſi Deo placuiſſet. Opinionem ergo prædictam negat S. Thom. hæreticam eſſe primo modo, non autem ſecundo.

Conc. Lat.

Referunt hic recentiores Canum, & Sotum aſſerentes, Græcorum ſententiam eſſe contra fidem. Caietanus hic negat, opinionem illam Græcorum eſſe fidei, aut Eccleſiæ determinationi cõtrariam; quam ſententiam ſequuntur Bannes, Porreca, Valentia, qui tamen affirmat, eam eſſe temerariam. Sed Peſantius ſequẽs Griſaldum Verbo: Angelus, nu. 10. negat, eam eſſe temerariam. Ferrarienſis in 2. cont. gent. cap. 83. prope finem vtramq; ſententiam exiſtimat eſſe probabilẽ; diſtinguit enim cũ D. Thom. ſupra q. 32. art. 4. dicens, dupliciter aliquid ad fidem pertinere; vno modo directè, & per ſe: Sicut ea, quæ nobis ſunt principaliter diuinitus tradita, vt credenda: vt Deũ eſſe trinum, & vnum, & Filiũ Dei eſſe incarnatũ: Alio modo indirectè, & quaſi per accidens; vt ea, quæ in illis implicitè continentur, & quæ ex eis deduci poſſunt, aut quæ ſecundario traduntur in ſacris litteris. Et ſimiliter erroneum in fide (inquit) dupliciter dici poteſt. ſ. directe, & per ſe; vt contraria principalibus articulis fidei; & indirectè; ſicut id, ex quo ſequitur aliquid contrarium fidei; ſicut ex hoc, quod ponitur, Samuelem non fuiſſe filium Helcanæ, ſequitur, diuinam ſcripturã eſſe falſam. Ait ergo Ferrarienſis cum D. Tho. erroneum primo modo non poſſe ab aliquo teneri; tãquàm verum abſq; vitio hæreſis, ſi adſit pertinacia; ſed erroneũ ſecundo modo teneri poſſe, vt verum abſq; vitio hæreſis, antequàm cõſideretur aliquid ex eo ſequi fidei cõtrariũ; ſed poſt quam manifeſtum eſt, ex eo aliquid tale ſequi, vel ſi ſit oppoſitum ab Eccleſia determinatum, teneri abſq; hæreſis vitio non poſſe illud amplius, vt verum, Angelos ergo antè Mundum corporeum non fuiſſe productos, ad fidem (inquit) non principaliter, ſiue directè, ſed ſecundariò tantùm, & indirectè pertinet, ac proinde contrarium erroneum directè non eſt, ſed indirectè, tamquàm id, ad quod ſequitur aliquid contrarium fidei ſecundum Eccleſiæ determinationem; quoniam ex eo ſequitur, Sacram ſcripturam eſſe falſam, quæ dicit, *In principio creauit Deus Cœlum, & Terram:* Et per cõſequẽs nihil creaſſe ante Cœlum, & Terram. Itaque S. D; S. Patres per hoc excuſat ab hæreſi, quod eorum ſententia non ſit erronea directè, ſed tantum indirectè; atq; ideo potuerit ab eis abſque fidei deteri. mento teneri, antequàm Eccleſia determinaſſet oppoſitum. Deinde ſententiam approbans Caietani ait, poſſe reſponderi, Eccleſiam determinaſſe Angelos ſimul cum creatura corporea fuiſſe creatos, tamquam neceſſariò tenendum, vt eſt contra opinionem Origenis; vt verò eſt contra opinionẽ aliorum Doctorum, tamquàm probabiliorem ſententiam ſequendam. Eandem ſententiam ſequuntur Zumellus, & Molina: qui tamen in priorem partem magis inclinat, quæ Græcorum ſententiam, indirectè ſaltem, erroneam eſſe pronunciat. Genes. c. 1. Origenes. Zumellus. Molina.

Melchior. can. Sotus Caiet. Bannes. Porreca. Valentia. Peſantius. Griſaldus. Ferrarien.

Reſolutio.

Explicatur, quid ſit hæretica propoſitio, & qui ſtatus controuerſiæ, & proponuntur rationes dubitandi.

PRincipio conſtituendum eſt, vt exploratum, ac certum, propoſitionem omnem hæreticã aut ſacris litteris, aut diuinis traditionibus, aut ſummorũ Pontificum, vel Vniuerſalium Cõciliorum definitionibus, aut deductis ex dictorum aliquo propoſitionibus per euidentem, & neceſſariã conſequentiam, aut deniq; communi Patrum conſenſui in ijs, quæ ad fidem pertinent, eſſe contrariam; vt affirmat, & explicat Melchior Canus lib. 12. c. 7. de locis Theologicis, & latius Franciſcus Pegna in ſuis commentarijs ad directorium Inquiſitorũ parte 2. comm. 27. vbi octo regulis compræhendit omne genus catholicarum veritatem, & propoſitionum hæreticarum illis oppoſitarum. Vt autẽ à certis dubia ſecernamus; dico non eſſe diuinam, aut apoſtolicã traditionem Angelos antè Mundũ corporeũ non fuiſſe creatos; nullus enim ex antiquis Patribus doctrinã hanc inter diuinas traditiones enumerauit, nec eam eſſe traditionem ignorare potuiſſent tot præcipui Doctores Eccleſiæ, quos pro contraria ſententia nominãt hic, Bãnes, Zumellus, Molina, Vaſquez, & alij. Communem etiam in hac doctrina non eſſe Patrum conſenſum perſpicue declaratur in textu præſentis articuli, & luculentius ab expoſitoribus aperitur; qui nomina ſingulorum Patrũ, & dicta pro vtraq; parte recenſent. Præterea Sacras litteras eam doctrinam expreſsè minimè continere ſatis apertè conſtat ex varijs interpretationibus adhiberi conſuetis ad ea ſacræ Scripturę loca, quę ſignificare videntur, Angelos non antè Mundum corporeum, ſed cum eo ſimul fuiſſe cratos; quas lege, ſi placet, apud expoſitores prędictos. Denique certum eſt, doctrinam illam de creatione Angelorum ſimul cum Melchior Canus Franciſcus Pegna. Bannes Zumellus Molina Vaſquez.

cum Mundo corporeo à nullo Sanctorum Patrum, aut Scholaſticorum ex ſacris litteris per neceſſariam, & euidentem conſequentiam hucuſq; fuiſſe deductam. Superest igitur inquirendum: An ab aliquo Summo Pontifice, aut generali Concilio fuerit expreſsè, vel ſaltem implicitè definita, & Eccleſiæ tradita, veluti dogma certa fide credendum.

Status controuerſiæ. cõcilium Lateranẽ.

Dicunt Syluester, Ferrarienſis, Molina, & alij, veritatem hanc in Lateranẽſi Cõcilio generali ſub Innocentio III fuiſſe definitam, prout habetur in cap. Firmiter de ſum. Trin. & fide Cath. cuius verba ſunt: *Firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur; quod vnus, ſolus eſt verus Deus æternus, &c. Vnà vniuerſorum principium, Creator omnium viſibilium, & inuiſibilium, ſupernaturalium, & corporalium: qui ſua omnipotenti virtute ſimul ab initio temporis vtrãque de nihilo condidit creaturam ſpiritualem, & corporalem; Angelicam videlicet, & mundanam; ac deindè humanam, quaſi communem ex ſpiritu, & corpore conſtitutam.* Hæc ibi Summus Pontifex Innocentius cum Concilio. Ex quibus ſic argumentatur Zumelius & poſt eum Vaſquez: Primò: Perpetua fuit conſuetudo Generalium Conciliorum, vt ſtatim præmitterent fidei confeſsionem, quæ toti Eccleſiæ debebat eſſe communis: Et loco huius præmiſit Lateranenſe Concilium verba prædicta, ergo ſunt de fide tenenda. Maior patet. Minor probatur ex illis verbis, *Firmiter credimus, & veraciter confitemur:* Quæ verba opinionibus conuenire non poſſunt, ſed ijs tantùm, quæ tamquam fidei dogmata recipiuntur. Secundò Quoniam inter ea, quæ ibi proponuntur, vt credita, & confeſsione fidei ſenſibili pronunciata nihil eſt, quod non ſit à fidelibus omnibus certa, & indubitata fide receptum; igitur hoc vnum, & ſolùm dictum de tempore creationis Angelorum ſimul cum creatura corporea non licet excipere. Et confirmatur: Quoniam in hoc Cõcilio fertur excommunicatio aduerſus eos, qui sẽtentiam tenuerint prædictæ fidei, & confeſsioni contrariam.

Zumelius Vaſquez.

Quibus argumentis, quę certè grauiſsima ſunt, quia fundamentum habent in plano ſenſu verborum dictæ Decretalis, & mentem, & ac intentionem Concilij generalis videntur attingere, difficile eſt ſufficientem adhibere ſolutionem, cui mens cordati viri, ac planè ſapientis adhæreat. Sed, quia doctiſsimis viris poſt D. Thom. minus probabile viſum eſt, Summum Pontificem cum generali Concilio damnare voluiſſe tamquam hæreticam, D. Gregorij Nazianzeni ſententiam à plurimis alijs tàm Græcis, quàm Latinis, Patribus approbatam, eniti nobis neceſſe eſt, vt gloſſam, ſiue interpretationem aliquam prædictis verbis conſonam proferamus, qua dicti expoſitoris valeant argumenta diſſolui.

Afferuntur quatuor gloſſæ verborum Concilij, ex quibus tres admittuntur, vt probabiles, & quarta reijcitur.

1. glo. Caietani.

PRima verò interpretatio eſt Caietani ſuper hoc articulo dicentis, verba illa Decretalis

A eſſe magis interpretãda in ſenſu, in quo fiunt, quã in ſenſu, quę faciunt; eo quod ibi poſita ſint aduerſus errorem Origenis, qui dixerat, creaturas ſolas ſpirituales eſſe productas per ſe à Deo, ſed eis in peccatum lapſis, productas fuiſſe, quaſi per accidens corporeas creaturas ad ſpiritualium ſubſtantiarum crimina puniendà: ſententia verò Patrum in textu relata ſolùm affirmat, Angelos antè Mundum hunc viſibilem fuiſſe creatos. Quamuis itaq; Decretalis illa vtramq; poſitionem tangat, & feriat, ſolùm tamen primam, vt hæreſim iugulat, ſecundam verò graiter vulnerat, & feniuiuam, id eſt minus, aut vix probabilem derelinquit. Quem

B dicendi modum approbat Ferrarienſis in fine dicti cap. 83. & ſequitur Valentia, & Ripa ſuper hoc articulo. Et eſt expoſitio D. Tho. in allegato opuſ. 23. cap. 2. quam ſequitur etiam Sixtus Senenſis in ſua Bibliotheca Sancta lib. 5. annotat. 5.

Ferrarien. Valentia Ripa. S. Thomas Sixtus Senenſis.

Sed Vaſquez negat, errorem Origenis in eo Cõcilio fuiſſe damnatum, & ait, exiſtimare ſe Concilium non definiſſe, Angelos ſimul duratione cum creatura corporea fuiſſe productos: quia particula ſimul, quæ hoc videtur ſignificare, non ſemper refertur ad durationem, ſed aliquando ſignificat idem, quod pariter: quem ſenſum etiam efficiunt illa verba Eccleſ. cap. 18. *Qui vixit in æternum, creauit omnia ſimul:* hoc eſt pariter omnia creauit; quia ſcilicet vniuerſa præter ſeipſum ex nihilo produxit: quomodo etiam accipiendum eſt illud Pſalm.

2. Gloſſa. Vaſquez ij

Eccleſ. 18.

C 13. *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt:* & illud Pſal. 48. *Simul inſipiens, & ſtultus peribunt.* Rationem autem huius expoſitionis adducit Vaſquez; quia nihil (inquit) omninò referebat ad Symbolum illud fidei, quod Concilium præmittere volebat, tunc nouiter definire, vtramq; Creaturam ſimul duratione à Deo fuiſſe productam: vtramque verò à Deo pariter fuiſſe productam plurimum intererat ad explicandum articulum Dei omnipotentis, & Creatoris. Verba autem illa, ab initio temporis; non vſurpantur (inquit) à Concilio pro

Pſalm. 13. & 48.

D initio illius, quod communiter tẽpus appellamus, quod eſt in motu corporis cœleſtis, ſed ibi ſumuntur pro initio cuiuſcumque durationis etiam permanentis, qualis eſt duratio ſubſtantię Angeli, ità vt ſit idem creari ab initio temporis, quod non ab æterno creari.

Hæc expoſitio quamuis prima facie interpretationi S. D. videatur eſſe contraria, attentiùs tamẽ conſideranti minimè diſſonans apparebit; non enim affirmat S. D. dictionem illam, ſimul, ad durationem referri; ità vt ſimul duratione dicantur Angeli cum creatura corporea fuiſſe producti: ſed

Examẽ, & approbatio gloſſæ.

E tantùm ait, errorem Origenis fuiſſe ponentis, Deũ à principio creaſſe ſolas ſpirituales ſubſtantias, & poſteà quibuſdam eorum peccantibus creaſſe corpora, quibus quaſi quibuſdam vinculis ſpirituales ſubſtantiæ allegarentur; ac ſi corporales creaturæ non fuerint ex principali Dei intentione productæ; quia bonum eſſet eas eſſe, ſed ſolùm ad puniendum peccatum ſpiritualium creaturárum; & ad hoc excludendum poſita fuiſſe verba illa: *Simul ab initio temporis vtramq; de nihilo condidit creaturã, ſpiri-*

ſpiritualem, & corporalem, Angelicam, & mundanã:
S. Thom. Igitur ſecundum D. Thomã hoc ſolum per ea verba videtur aduerſus errorem Origenis in Concilio definiri, videlicet ſpirituales ſubſtantias non ita ſolas à principio fuiſſe creatas, vt illas ſolas per ſe Deus intenderet, creaturas autem corporeas non per ſe, ſiue ex principali intentione fuiſſe productas, quia ſcilicet bonum eſſet eas eſſe, ſed ad peccata ſpiritualium ſubſtantiam punienda. Ex hac autem interpretatione manifeſtè patet, dictionẽ illam, ſimul, non ſumi neceſſariò pro ſimultate durationis, ſed accipi congruè poſſe, prout idem ſignificat, quod hæc dictio, pariter; ita vt ſit ſenſus: Deus ſimul, ideſt pariter, & ex principali intentione, & non quaſi peractidens ab initio temporis, ideſt non ab æterno (vt exponit S. Thom.) vtramq; de nihilo cõdidit creaturam, &c. ac proindè ſecundùm hanc expoſitionem nihil contra Nazianzenum, & alios Patres cum ſequentes apparet à Concilio fuiſſe definitum; dicens enim illi, vtramque creaturam, ſcilicet ſpiritualem, & corpoream creatam fuiſſe ſimul, ideſt pariter & ex principali intentione, non tamen ſimul duratione, ſed tamen vtramq; ab initio temporis, ideſt non ab æterno fuiſſe productam.

3 gl. Zum. Aliam interpretationem iſidem verbis adhibet Zumellus dicens, in ea Decretali duo eſſe diſtinguenda, quorum alterum eſt fidei confeſſio, quod ſcilicet omnia facta ſint à Deo ex nihilo, & quod initium durationis habuerint, & hoc conſtituit dogma fidei, & eius oppoſitum damnatur, & anathematizat alterum eſt fidei declaratio, quæ non eſt aſſertio de fide, quod ſcilicet omnia facta fuerint eodem temporis initio. Sed hæc diſtinctio, quæ fauet etiam modo dicendi Caietani, non videtur eſſe neceſſaria, quamuis à proprio verborum ſenſu gloſſa illa non multum aliena eſſe videatur: iam enim oſtendimus et ſecundùm mentem D. Thomæ poſſe verbis illis aliã planiorẽ expoſitionem adaptari.

Malonius in 2. ſent. diſt. 2. diſp. 5. nititur verba Nazianzeni, Baſilij, Ambroſij, Hieronymi, Damaſceni, & aliorum exponere de prioritate dignitatis, naturæ, vel intentionis, non autem durationis, ne contra Concilij Generalis definitionem videantur eſſe cõtraria, ſed inanem eius eſſe laborem declarat, hic S. D. & omnes eius expoſitores, & ipſa Patrum verba per ſe manifeſta gloſſam illam reijciunt. Quãuis autem nonnulli recentiores ſupra nominati sẽtentiam illam à D. Thoma prima concluſione reiectam negent etiam his noſtris temporibus eſſe cemetariam, hæc tamen opinio nullo ſolido videtur innitti fundamento; cum præſertim eius oppoſita ſcripturas habeat, & Concilia ſibi ſatis apertè faueãtia, & à Scholaſticis omnibus Theologis ſumpto fuerit conſenſu recepta, & rationes etiam habeat efficaces, quas hic adducunt Bannes, Molina, Zumellus, & alij, quibus non ita facilè, neque benè poteſt ſatisfieri.

Vlt. gl Malonij reijcitur.

Cenſura.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Non eſt probabile, Deum antè alias creaturas Angelicam naturam creaſſe. Hæc eſt prima concluſio D. Thomæ, quam ſatis aperte Sacræ ſcripturæ ſignificant, & plures Sanctorum affirmant. Quorum ſententiam Scholaſtici Theologi communiter approbant, & eidem conciliã fauent, prout oſtendunt hic Bannes, Molina, Zumellus, Vaſquez, & alij.

Secunda concluſio. Sententia, quæ dicit, Angelos antè Mundum hunc viſibilem fuiſſe creatos, non eſt hæretica, vel erronea. Hanc probant, & tuẽtur Bannes, & Vaſquez ſuper hoc articulo, vt patet ex dictis.

Bannes Molina. Zumellus Vaſquez.

Tertia concluſio. Eadem ſententia temporibus noſtris non poteſt abſque temeritate defendi. Hãc probant eadem media, quibus prima probari conſueuit.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra primam concluſionem ſunt argumenta, quæ proferunt hic, & ſoluunt Molina, Vaſquez, Zumellus, & Bannes.

Contra ſecundam concluſionem præter argumenta ſupra relata, & ſoluta ſunt etiam alia, quæ referunt, & ſoluunt hic Bannes, & Vaſquez.

Contra vltimam concluſionem eadem militãt argumenta, quæ contra primam.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrum Angeli ſunt creati in cælo Empyreo.

310 Inf. q. 108 a. 2. 1 & 4. 1, & 2. d 6. a. 3. cor & op. 15. ca. 17 fin. Li. 5 ſuper Gen c 10. ante med. to. 3.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd Angeli non ſint creati in cœlo Empyreo. Angeli enim ſunt ſubſtantiæ incorporeæ. Sed ſubſtantia incorporea non depẽdet à corpore ſecundùm ſuum eſſe, & per conſequens, neque ſecundùm ſuum fieri. Ergo Angeli non ſunt creati in loco corporeo.

2 Præterea. Aug. dicit 3. ſuper Geneſ. ad litt. quòd Angeli fuerunt creati in ſuperiori parte aeris. Non ergo in cœlo Empyreo.

3 Præterea. Cœlum Empyreum dicitur eſſe cœlum ſupremum. Si igitur Angeli creati fuiſſent in cœlo Empyreo, non conueniſſet eis in ſuperius cœlum aſcendere. Quod eſt contra id quod ex perſona Angeli peccantis dicitur Iſa. 14. Aſcendam in cœlum.

Sed contra eſt, quod Strabus dicit ſuper illud, *In principio creauit Deus cœlum, & terram, Cœlum non viſibile firmamentum hic appellat, ſed Empyreum, ideſt igneum, vel intellectuale, quod non ab ardore, ſed a ſplendore dicitur. Quod ſtatim factum, Angelis eſt repletum.

Refertur ī gloſa ordinaria ſup hoc verbũ & in com. gen cap. 1 art. præc.

Reſpondeo. Dicendum, quòd ſicut dictum eſt, *ex creaturis corporalibus, & ſpiritualib. vnum vniuerſum conſtituitur. Vnde ſic creatæ ſunt ſpirituales creaturæ, quòd ad creaturam

corporalem aliquem ordinem habent, & toti creaturæ corporali præsident. Vnde conueniens fuit, quod Angeli in supremo corpore crearentur, tanquã toti naturæ corporeæ præsidentes, siue id dicatur cælum Empyreum, siue qualitercunque nominetur. Vnde Isid. dicit, quòd supremum cælum est cælum Angelorum, super illud Deut. 8. c. Domini Dei tui est cælum, & cælum cæli.

Ad primum ergo dicendum, quòd Angeli non sunt creati in loco corporeo, quasi dependentes à corpore secundùm suum esse, vel secundùm suum fieri. Potuisset enim Deus, Angelos ante totam creaturã corporalem creasse, vt multi sancti Doctores tenent. *Sed facti sunt in loco corporeo, ad ostendendum ordinem eorum ad naturam corpoream, & quod sua virtute corporea contingunt.

Ad secundum dicendum, quòd August. forte per supremam partem aeris, intelligit supremam partem cæli: cum quo aer quandam conuenientiam habet, propter suam subtilitatem, & diaphaneitatem. Vel loquitur non de omnibus Angelis, sed de illis, qui peccauerũt, qui secundùm quosdam fuerunt de inferioribus ordinibus. Nihil autem prohibet, dicere, quòd superiores angeli habentes virtutem eleuatam, & vniuersalem supra omnia corpora, sint in supremo creaturæ corporeæ creati: alij verò habentes, virtutes magis particulares, sint creati in inferioribus corporibus.

Ad tertium dicendum, quòd loquitur ibi, non de cælo aliquo corporeo, sed de cœlo sanctæ Trinitatis: In quod Angelus peccans ascendere voluit, dum voluit aliquo modo Deo æquiparari, vt infra patebit.*

Sensus quæsiti.

QVid sit cælum Empyreum explicat S.D. in argumento Sed contra, & infra quæst. 66. art. 3. & Zumellus hic.

Forma Textus.

Conclusio est: Conueniens fuit, quod Angeli in supremo corpore crearentur, tanquàm toti naturæ corpore præsidentes, siue id dicatur cælum Empyreum, siue qualitercunque nominetur. Probatur primò ratione: sic creatæ sunt spirituales creaturæ, quod ad creaturam corpoream aliquem ordinem habent, & toti creaturæ corporali præsident; ergo conueniens fuit, &c. Antecedens probatur; quoniam ex creaturis corporalibus, & spiritualibus vnum Vniuersum constituitur; ergo sic creatæ sunt, &c. Antecedens probatur ex artic. præcedenti. Consequentia relinquitur, vt nota. Secundò probatur conclusio authoritate Isidori super illud Deut. 8. cap. Domini Dei tui est cælum, & cælum cæli, dicentis supremum cælum esse cælum Angelorum. His adde authoritatem Strabonis in argumento, Sed contra.

Expositio Textus.

ADuerte consequentiam probationis antecedẽtis, ideò velut notã relinqui, quia, si ex creaturis corporalibus, & spiritualibus vnum constituitur Vniuersum, necesse est aliquem esse ordinẽ spiritualium ad corporeas creaturas, eo quod Vnitas Vniuersi sit vnitas ordinis, & cũ potestas particularis ab vniuersali potestate regatur, & corporum virtus sit particularis, Angelorum autem facultas sit vniuersalis, consequens est, Angelos velut rectores corporeæ creaturæ præsidere per eorũ actus gubernatæ; vt probat, & explicat S.D. in fine quæst. 110. art. 1. S. Thom.

Responsionem ad secundum argumentum explicant hic Bannes, & Zumellus. Circa quam tamẽ Molina longè deuians ab Authoris, & S. Augustini sententia, ait, Angelos simul cum Mũdo corporeo fuisse productos, sed tamen à principio Deum orbes mobiles non creasse, atque ideò Angelos omnes in cælo Empyreo fuisse creatos, eos etiam, qui cælestes orbes reuolunt, sed postea descendisse ad cœlestes orbes mouendos sibi commissos, cũ primum orbes conditi sunt, & moueri cœperũt: & fortè (inquit) descensus ille, & deputatio Angelorum ad mouendos orbes fuit post finitam Angelorum viam, atque adeò post peccatum quorundam, & beatitudinem aliquorum. Verùm, cum secundùm Augustinum, quem sequitur S. Thom. omnia, quæ sex diebus in Genesi facta narrantur, vno instanti producta fuerint, & cælestia corpora sine mora suos motus inceperint, absque vllo probabilitatis colore putat Molina, spiritus cœlorum motores in Empyreo fuisse creatos, & ex eo postea descendisse, seque proprijs mouendis orbibus applicasse; fit enim Angelorũ motus omnis in tempore; ac proin dè sequitur, toto illo tempore descensus cœlestes omnes sphæras immobiles extitisse. Dicẽdum est igitur, Deum ex infinita sua prouidentia solos eos Angelos cœlestibus sphæris mouendis deputasse, quos ad gloriam prædestinauerat ab æterno, atq; ideò præuidit minimè peccaturos. Bannes Zumellus Augustin. opinioni Molinæ. cõtra

Vasquez conclusionem D. Tho. docet esse communem Scholasticorum sententiam, sed singula demoliri nititur eius fundamenta, dum scripturarum dictis illi fauentibus varias interpretationes, & sensus accommodat: quos sigillatim examinare non expedit. Vasquez.

QVAESTIO LXII.

De perfectione Angelorum in esse gratiæ, & gloriæ, in nouem articulos diuisa.

Onsequenter inuestigandum est, quomodo Angeli facti sunt in esse gratiæ, vel gloriæ.

Et circa hoc quærũtur nouem.

Primò. Vtrum Angeli fuerint in sua creatione beati.

Secũdò. Vtrum indiguerint gratia ad hoc, quòd ad Deum conuerterentur.

Ter-

Digitized by Google

Tertiò. Vtrum fuerint creati in gratia.

Quartò. Vtrum suam beatitudinem meruerint.

Quintò. Vtrum statim post meritum, beatitudinem adepti fuerint.

Sextò. Vtrum gratiam, & gloriam secundū capacitatem suorum naturalium receperint.

Septimò. Vtrum post cōsecutionem gloriæ, remanserit in eis dilectio, & cognitio naturalis.

Octauò. Vtrum postmodum potuerint peccare.

Nonò. Vtrum post adeptionem gloriæ, potuerint proficere.

Ratio ordinis.

BEatitudinem Angelis conuenire naturalem affirmat Aristot. in 12. Metaphor. ex 39. & in primo Cœli tex. 100. supernaturalem autem bonis Angelis à Deo fuisse collatam tam noui, quam veteris scripturæ diuina testantur oracula Tobiæ 12. *Ego sum Raphael Angelus vnus ex septem, qui astamus ante Dominum.* Et infra: *Videbar quidem vobiscum manducare, & bibere, sed ego cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtor.* Et Matthæi 18. *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est.* Præter quæ sunt alia plura diuinæ scripturæ loca perennem Angelorum assistentiam, coram Deo, Laudes, Deo redditas ministeria circa salutem hominum exhibita, victoriam contrà præuaricantes obtentam significātia. Hoc igitur suppositō, veluti manifesto, de tribus alijs ad Angelorum beatitudinem pertinentibus inquirit. Primum est modus adipiscendi beatitudinem; de quo disserit à primo vsque ad quintum articulum inclusiuè. Secundum est quātitas adeptæ beatitudinis; de quo disputat in art. 6. Tertium est status, siue modus manendi in habita beatitudine; de quo in tribus agit articulis vltimis.

Quod attinet ad primum, vel quod primò dubitandum occurrit est: Vtrum sit Angelo beatitudo naturalis, aut saltem illam habeat à suæ conditionis initio. Deindè, si naturalis nō sit ei beatitudo, ideſt illi congenita, dubitatio statim exurgit de facultate, ac medio ad acquirendam beatitudinem accommodato: An scilicet virtute suæ naturali in Deum, vt obiectum beatitudinis acquirendum cōuerti possit, an autem id sola diuina suffultus gratia possit efficere. Tertiò sequitur alia dubitatio ad doctrinam de acquirenda beatitudine necessaria: num scilicet Angelo fuerit à Deo data beatitudo simul cum esse naturali, an post aliquam temporis durationem, siue moram. Quartò sequitur quæstio de merito, qui proprius est effectus gratiæ viatoris, & medium proximū, ac necessarium ad assequendam beatitudinem. Postremò tādem sequitur dubitatio de modo, quo per meritum adipiscitur Angelus beatitudinem; an scilicet per vnum solum actum meriti, vel per plures ad eam pertingat. De quibus quinque dubitationibus ordinatè per singulos agitabitur articulos. De eorum ordine suo loco dicemus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Angeli fuerint in sua creatione beati.

AD primum sic proceditur. Videtur, quod Angeli fuerint creati beati. Dicitur enim in lib. de Eccl. dog. * quòd Angeli, qui in illa, in qua creati sunt, beatitudine perseuerant, non natura possident bonū, quod habent. Sunt ergo Angeli creati in beatitudine.

* 2. d. 4. a. 1. & quol. 9. q. ar. 3. cor † C. 39 to. 3. inter o. pera Aug.

2 Præterea. Natura Angelica est nobilior quàm corporalis. Sed creatura corporalis statim in principio suæ creationis fuit creata formata, & perfecta: nec informitas præcessit in ea formationem tempore, sed natura tantùm, vt Aug. dicit 1. super Genes. ad lit. * Ergo nec naturam Angelicam creauit Deus, informem, & imperfectam. Sed eius formatio, & perfectio est per beatitudinem, secūdùm quod fruuntur Deo. Ergo fuit creata beata.

* Lib 1. c 15. parum à princ. to. 3

3 Præterea. Secundum Aug. super Genes. ad litt. * ea, quæ leguntur facta in operibus sex dierū, simul facta fuerunt. Et sic oportet, quod statim à principio creationis rerū fuerint omnes illi sex dies. Sed in illis sex diebus (secundùm eius expositionem) mane fuit cognitio Angelica, secundùm quam cognouerunt verbum, & res in verbo. Ergo statim à principio creationis, cognouerunt verbum, & res in verbo. Sed Angeli, beati sunt per hoc, quod Verbum vident. Ergo statim à principio suæ creationis Angeli fuerunt beati.

* Lib 4 sup Gen c 19. & 22 & li. 15. c. 5.

Sed contra. De rōne beatitudinis est stabilitas, siue confirmatio in bono. Sed Angeli non statim, vt creati sunt, fuerunt confirmati in bono: quod casus quorundam ostendit. Non ergo Angeli in sua creatione fuerunt beati.

Respondeo. Dicendum, quòd nomine beatitudinis intelligitur vltima perfectio rationalis, seu intellectualis naturæ, & inde est, quòd naturaliter desideratur. Quia vnumquodque naturaliter desiderat suam vltimam perfectionem. Vltima autem perfectio rationalis, seu intellectualis naturæ, est duplex. Vna quidem, quam possunt assequi virtute suæ naturæ: & hæc quodammodo beatitudo, vel felicitas dicitur. Vnde, & Arist. * perfectissimam hominis contemplationem, qua optimum intelligibile, quod est Deus, contemplari potest in hac vita, dicit esse vltimam hominis felicitatem, sed super hanc felicitatem est alia felicitas, quam in futuro expectamus: qua videbimus Deum, sicuti

* 10. Eth. c. 7. & 8. to mo 5.

ficuti est. Quod quidē est supra cuiuslibet intellectus creati naturam, vt supra ostensum est. * Sic igitur dicendum est, quòd quantum ad primam beatitudinem, quam Angelus assequi virtute suæ naturæ potuit, fuit creatus beatus. Quia perfectionem huiusmodi Angelus non acquirit per aliquem motum discursiuum, sicut homo, sed statim ei adest propter suæ naturæ dignitatem, vt supradictum est. Sed vltimam beatitudinem, quæ facultatem naturæ excedit, Angeli non statim in principio suæ creationis habuerunt: quia hæc beatitudo non est aliquid naturæ, sed naturæ finis. Et ideò non statim eam à principio debuerūt habere.

Ad primum ergo dicendum, quòd beatitudo ibi accipitur pro illa perfectione naturali, quam Angelus habuit in statu innocentiæ.

Ad secundum dicendum, quòd creatura corporalis statim in principio suæ creationis habere nō potuit perfectionem, ad quam per suam operationem perducitur. Vnde secundū August. germinatio plantarum, ex terra non statim fuit in primis operibus, in quibus virtus sola germinatiua plantarum data est terræ. Et similiter, creatura Angelica in principio suæ creationis habuit perfectionem suæ naturæ, non autem perfectionem, ad quā per suam operationem peruenire debebat.

Ad tertium dicendum, quòd Angelus duplicem habet verbi cognitionem: vnam naturalem, & aliam gloriæ. Naturalem quidem, qua cognoscit Verbum per eius similitudinē in sua natura relucentem. Cognitionem verò gloriæ, qua cognoscit Verbum per suam essentiam. Et vtraq; cognoscit Angelus res in Verbo. Sed naturali quidem cognitione imperfectè, cognitione verò gloriæ perfectè. Primaergo cognitio rerum in Verbo, affuit Angelo à principio suæ creationis: secunda verò non, sed quando facti sunt beati per conuersionem ad bonum. Et hæc propriè dicitur cognitio matutina.

Sensus quæsiti.

SIgnificatum illius dictionis, beati, declaratur in corpore. Quomodo verò sumatur in titulo, declarat optimè Caietanus dicens, hic quæri de beatitudine in communi, sed præcipuam S. D. intentionem versari circa beatitudinem supernaturalē: eo, quod hanc nomen beatitudinis absolutè prolatum significet. Vt enim ait S. D. in textu, beatitudo naturalis dicitur non simpliciter, sed quodammodo beatitudo.

Forma Textus.

DEclarat primò S. D. quid nomine beatitudinis significatur, secundo distinguit beatitudinem in duos modos, tertiò respondet quæsito duabus conclusionibus. Nomine beatitudinis intelligitur vltima perfectio rationalis, seu intellectualis naturæ. Probatur à posteriori, siue ab effectu: quia naturaliter desideratur: ergo. Probatur consequentia; quia naturaliter vnumquodq; desiderat suam vltimam perfectionem.

Distinctio est: Vltima perfectio, siue beatitudo rationalis, seu intellectualis naturæ est duplex: Vna, quæ possunt assequi virtute suæ naturæ: & hæc quodammodo beatitudo, vel felicitas dicitur. Quod probatur auctoritate Aristotelis, vt patet in textu. Alia super hanc est perfectio supernaturalis, quā in futuro expectamus. Probatur autem, hanc esse supernaturalem; quoniam ea videbimus Deum, sicuti est, videre Deum, sicuti est, est supra cuiuslibet intellectus creati naturam; ergo. Maior patet ex supradictis quæst. 12. art. 4.

Prima conclusio est: Quantum ad primam beatitudinem, quam Angelus assequi virtute suæ naturæ potuit, fuit creatus beatus. Probatur: Quia perfectionem siue beatitudinem hanc Angelus non acquirit per aliquem motum discursiuum, sicut homo, sed statim ei adest propter suæ naturæ dignitatē: vt patet ex supradictis quæstione 58. art. 3. & 4.

Secunda conclusio: Vltimam beatitudinem, quæ facultatem naturæ excedit, Angeli non statim à principio suæ creationis habuerunt. Probatur: Quia hæc beatitudo non est aliquid naturæ, sed naturæ finis; ergo non statim eam à principio debuerunt habere.

Expositio Textus.

QVo sensu dicatur homo, vel Angelus naturaliter appetere beatitudinem, explicauimus supra q. 12. art. 1. contr. 2. quod hic breuiter etiam declarant Bannes, & Zumellus: ille in principio, hic in fine Commentarij. Bannes Zumellus

Prima Controuersia.

De veritate primæ Conclusionis, an scilicet Angeli fuerint creati beati beatitudine naturali.

Sententiæ Doctorum.

VAsquen dicit quatuor. Primum est, D. Thomā hic asserere, Angelos à Deo fuisse creatos in beatitudine quadam naturali, & cum eo sentire recentiores Thomistas super hoc articulo. Secundū est, Si veram, & propriam rationem beatitudinis attentè consideremus, facilè constabit, nullam esse operationem naturalem in via, quæ rationalem creaturam verè, & propriè beare possit, sed vestigium quoddam, & imaginem quandam beatitudinis, quam latiori quadam ratione beatitudinē vocare possumus. Tertium est, sibi nulla ratione probari, quod quidam Thomistæ dicunt, Angelorum beatitudinem naturalem esse in cognitione Dei coniuncta dilectioni naturali, qua diligunt Deum amore amicitiæ. Quartum, non debere concedi vllum amorem amicitiæ posse haberi ab Angelo sine noua gratia Dei præter donum Creationis, nec amorem Dei naturalem rectum esse, & nū quam amitti posse. Vasquez.

Bannes duo dicit: Primum est, Deum Angelos creasse beatos naturali beatitudine. Secūdum est, bea- Bannes

Digitized by Google

beatitudinem Angelorum ſecundùm ſe conſideratam eſse inamiſsibilem, ſed prout habet ordinem, & ſubordinationem ad ſupernaturalem beatitudinem quomodo fuit in Angelis, ſic eſse amiſsibilè, & de facto fuiſse amiſsam in quibuſdam Angelis quaſi per concomitantiam ad amiſsionem ſupernaturalis beatitudinis, nec tamen fuiſse omninò deperditam. Eundem dicendi modum habet Zumellus.

Zumellus

Reſolutio.

Præmiſſa ratione, & diſtinctione beatitudinis, oſtenditur, Angelis ab initio conuenire beatitudinem naturalem, & eam in Angelis peccatoribus non manſiſſe.

S. Thom. Ratio, & conditiones beatitudinis.

SVpponenda ſunt hic multa, quæ de beatitudine tradit S.D. in 1.2.q.3.4.& 5. Ex quibus quatuor ſunt præcipua.

Primum eſt, beatitudinem formaliter, & eſſentialiter ſumptam eſse operationem intellectus ſpeculatiui principaliter, & practici ſecundariò.

Secundum eſt, ad beatitudinis complementum requiri neceſsariò delectationem, ſeu fruitionem, quæ eſt actus voluntatis cognitionem, ſeu viſionè concomitans, ſiue conſequens obiecti, in quo fita eſt beatitudo.

Tertiũ eſt de ratione beatitudinis eſse, vt amitti non poſsit, vt probat S.D. 1.2. quæſt. 5. art. 4.

Quartum eſt, nomen beatitudinis analogum eſſe, & multipliciter dici. Beatitudo namq; dicit vltimam perfectionem intellectualis, ſeu rationalis naturæ; non eſt autem vna, ſed multiplex rationalis, ſeu intellectualis naturæ perfectio vltima, igitur beatitudinem etiam eſse multiplicem eſt neceſse.

Beatitudo multiplex. Beatitudo Dei. Angelorũ beatitudo.

Quamobrem Deo conuenit beatitudo per eſſentiam, quoniam eius eſse eſt eius operatio, nec alteri quo alio, ſed ſeipſo tantùm fruitur. Angelis autem beatitudo conuenit naturalis, vt vltima perfectio naturalis ſecundùm vnam intellectus operationẽ in eis ſempiternam, qua ſcilicet Deum per ſuam eſſentiam, vt ſpeciem intelligibilem immediatè cognoſcunt, & ſecundùm vnicum, & perpetuum actum voluntatis, quo Deum ſuper omnia diligũt tam amore amicitiæ, quàm amore concupiſcentiæ, vt patet ex ſupradictis q. 59. Sed homini ſecũdùm ſtatum vitæ præſentis ineſt vltima perfectio ſecundùm operationem, qua Deo per actum intellectus, & voluntatis coniungitur: Sed non poteſt actus intellectus, & voluntatis in ſtatu vitæ præſẽtis eſse continuus, quia per multiplices vitæ neceſſitates, & accidentia interciditur, & multiplicatur, & quandoque deperditur; & ideò non poteſt hominis hic viuentis eſse perfecta beatitudo, vt ait etiam Ariſt. in 1. Ethic. c. 10. At ſupernaturalis beatitudo nobis à Deo in altero vitæ ſtatu promiſſa in viſione Dei quidditatiua, & immediata, ac perpetuò duratura conſiſtens erit abſolutè perfecta. Hos gradus, ſiue modos beatitudinis ſatis apertè ſignificat S.D. in 1.2.q.3.art.2. ad 4.

Hominis beatitudo

Ariſt.

S. Thom.

Et his optimè conſonat doctrina præſentis articuli; diſtinguit enim hic Sanctus Doct. duplicem

Beatitudinum comparatio.

A beatitudinem, alteram naturalem, & alteram ſupernaturalem, dicens naturalem nuncupari quodammodo beatitudinem, eam autem, quæ ſupernaturalis eſt, abſolutè nominat beatitudinem, ſignificans, rationem beatitudinis huic ſoli perfectè conuenire, naturalem autem imperfectè tantũ eſse beatitudinem. Sed quoniam Angeli beatitudo naturalis media eſt inter beatitudinem hominis naturalem, & beatitudinem tam Angeli, quàm hominis ſupernaturalem, & medium vni extremo comparatum videtur alterum, & eius ratione induit; vt patet in fuſco, quod albo comparatum videtur nigrum, & nigro collatum apparet album:

B ideò naturalis Angelis beatitudo humanæ ſecundùm ſtatum vitæ præſentis comparata videtur, & dicitur eſse perfecta, ſed alterius vitæ beatitudini ſupernaturali collata rationem, & nomen videtur amittere beatitudinis; ita vt non ſimpliciter, ſed cum addito, ſcilicet quodammodo dicatur eſse beatitudo; quia ſcilicet imperfecta valdè eſt; adeò vt veſtigium potiùs, & vmbra perfectæ, & veræ beatitudinis dici debeat, quàm beatitudo; quod multò magis dicendum eſt de beatitudine, quam ſibi poteſt homo per vires naturæ comparare.

Naturalis Angeli beatitudo.

Quod autem Angelica beatitudo naturalis humanæ ſecundùm ſtatum vitæ præſentis comparata nomen perfectæ beatitudinis mereatur, probari facilè poteſt, per omnes ſupra tactas beatitudinis conditiones diſcurrendo. Conſiſtit enim hæc naturalis Angeli beatitudo principaliter in ſpeculatiua cognitione Dei ſuperius explicata; ſecũdariò verò in quadam perfectione notitiæ ſui, & cæterarum rerum ad vniuerſi ordinem pertinentiũ, & in morali rectitudine voluntatis, & delectatione, ſeu fruitione boni ſpeculatiuè, ſimul ac practicè noti cum actus perpetuitate, ac immutabilitate, ſeu inamiſsibilitate ſemel habitæ fœlicitatis:

C

quæ conditiones partim ſunt manifeſtæ ex ſupradictis quæſt. 56. art. 3. & quæſt. 60. art. 5. & partim oſtendentur infra quæſt. 63. art. 1. vbi probabitur,

D Angelum in puris naturalibus conſideratum non poſse peccare. Quapropter diſtinctio, quam hic affert Bannes, & poſt eum Zumellus, optima eſt; dicunt enim beatitudinem Angeli naturalem dupliciter poſse conſiderari; Vno modo ſecundùm ſeipſam præcisè, prout ſcilicet eſt vltima perfectio intellectualis naturæ ad nullã ſuperioris ordinis beatitudinem ordinata, & ſic amitti non poteſt, eo q; Angelus in puris naturalibus conſideratus peccare nõ poſsit. Alio modo ſumi poteſt naturalis Angeli beatitudo, vt ad ſupernaturalem felicitatem ordinata; ſicut de facto fuit in Angelis ab ipſo creationis initio: Et ita poteſt amitti; ſicut etiam actu fuit in quibuſdam amiſsa per quandam veluti cõcomitantiam ad amiſsionem ſupernaturalis beatitudinis: hac enim amiſsa miſer efficitur Angelus abſolutè: repugnat autem eundem ſimul eſse miſerum, & beatum: Et quamuis integra manſerint Angelis bona naturalia ad conſtitutionem, aut perfectionem merè naturalem pertinentia, vt intellectus voluntas, habitus naturales, & operationes circa obiecta connaturalia, aut naturaliter

Bannes. Zumellus

E

Beatitudinem naturalem non habent dæmones.

Digitized by Google

raliter proportionata, vt cognitio rerum naturalium ſpeculatiua per ſpecies inditas, & dilectio Dei naturalis, alia tamen bona magis particularia ad mores pertinentia, vt practica, rei nunc agendæ cognitio, amor rectus morali rectitudine circa finem, & media, non perſtiterunt in Angelis poſt peccatum, moralem enim omnem rectitudinem Angeli mali ſimul cum ſupernaturali rectitudine perdiderunt; ac proindè nec beatitudo naturalis, quæ rectitudinem exigit voluntatis, manere potuit in Angelis peccatoribus.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: Angelo ſecundum ſua naturalia conſiderato conuenit beatitudo naturalis, quæ perfecta dici poteſt in ordine ſuo, ideſt in genere naturalis beatitudinis, quamuis ſupernaturali beatitudini comparata ſit imperfecta. Hæc patet ex dictis, & præſertim ex comparatione felicitatis Angelicæ cum humana naturalibus viribus acquiſibili, & cum ſupernaturali, quæ communis eſt Angelis, & hominibus.

Secunda concluſio: Angelus creatus fuit cũ beatitudine naturali. Hæc eſt S.D. in textu.

Tertia concluſio: Beatitudo naturalis in bonis Angelis perſeuerat cum beatitudine ſupernaturali, & ex ea perficitur: in malis autem per peccatum fuit amiſſa.

Argumenta, & ſolutiones.

Vaſquez. COntra primam concluſionem argumentatur Vaſquez: Primò: Angelus, ſaluo dono, & gratia creationis, labi poteſt in mortale peccatum: ergo nulla poteſt eſſe fœlicitas Angelo naturalis, quæ ex ſolo dono creationis ipſi conueniat, quam ipſe amittere non poſſit. Probatur conſequentia: quia peccatum mortale ſumma miſeria eſt creaturæ rationalis, & cum ſumma miſeria beatitudo vera conſtare non poteſt; ergo.

Reſpondetur primò, nullam eſſe conſequentiã; ex illo enim antecedente ſequitur tantùm beatitudinem Angeli naturalem non eſſe abſolutè perfectam, non autem indè poteſt rectè deduci, eam non eſſe beatitudinem in ſuo genere, vel ordine. Secundò dico, Angelum in puris naturalibus conſideratum, præciſo videlicet ordine ad ſupernaturalia eſſe impeccabilem, ſaltem moraliter, vt oſtẽdemus infra q. 63. art. 1. quare negatur antecedẽs argumenti.

Secundò: Si eſſet in Angelis beatitudo naturalis, ea conſiſteret in cognitione veri Dei, coniuncta dilectioni naturali, qua diligunt Deum amore amicitiæ, vt affirmant nonnulli Thomiſtæ; at falſum eſt hoc conſequens; igitur & antecedens. Probatur Minor, ſiue falſitas: Quia etiamſi diſtinguemus duplicem amorem amicitiæ erga Deum; tamen concedere non deberemus, vllum poſſe haberi ab Angelo ſine noua gratia Dei præter donũ creationis. Secundò: Amorem Dei naturalem rectum eſſe, & nunquam amitti poſſe, vt illi Thomiſtæ arbitrantur, omninò falſum eſt, & contrà S.Th.

S. Thom.

ergo. Probatur antecedens. Quia, licèt amor ille rectus eſſet, & bonus, tamen dici non deberet manere in Dæmonibus; cum illi odio proſequantur Deum, & vt ait S.Thom. q. 64. art. 2. ad 5. in omni ſua operatione ſemper peccant.

Reſpondetur, falſam eſſe minorem. Ad primam eius probationem negatur antecedens ob ea, quæ latè ſupra diximus q. 60. art. vltimo. Ad Secundã dico, amorem Dei naturalem, & rectitudinem etiam voluntatis amitti non poſſe ab Angelo conſiderato in puris, & ſolis naturalibus abſq; ordine ad ſupernaturalia, vt oſtendemus infra q. 63. art. 1. quamuis amitti poſſit rectitudo voluntatis in Angelo conſiderato cum ordine ad ſupernaturalia. De amore vero Dei naturali, an manſerit in Dæmonibus, reſpõdet S.D. ſupra q. 60. art. 5. ad 5.

D. Thom.

Contra ſecundam concluſionẽ ſunt argumẽta, quæ proferunt, & ſoluunt hic Bãnes, & Zumellus.

Banncz. Zumellus.

Contra vltimam concluſionem ſunt argumenta, quæ affert, & ſoluit S.D. infra art. 7.

Secunda Controuerſia.

De veritate concluſionis D. Thomæ, An ſcilicet habuerint Angeli beatitudinem ſupernaturalem ſtatim à principio ſuæ Creationis.

Proponitur opinio Banneſij, & eius argumentum, quò probare nititur, nullam eſſe cognitionem matutinam naturalem in Angelis.

QVæſtionem hanc latè, & ſubtiliter verſant, ac eruditè definiunt Bannes, Zumell. & Vaſquez: Vna tantùm ſupereſt nobis Banneſij cenſura pro defenſione doctrinæ D. Thom. confutanda. Affirmat enim S.D. ad tertium, Angelum duplicem habere Verbi cognitionem, quæ alio nomine dicitur cognitio matutina, alteram naturalem, & alteram gloriæ. Eam ait eſſe cognitionem Verbi naturalem, quà cognoſcit Angelus Deum per eius ſimilitudinem in ſua natura relucentem; cognitionem autem gloriæ eam eſſe, qua Verbum per eius eſſentiam intuetur, & vtraq; cognitione (inquit S. Thom.) cognoſcit Angelus res in Verbo, quamuis differenter: nam cognitione naturali res in Verbo cognoſcit imperfectè, cognitione verò gloriæ perfectè: & ex his argumento reſpondens ait, Angelum primam rerum cognitionem in Verbo à principio ſuæ creationis habuiſſe, non autem ſecundã, ſed illi tunc primum affuiſſe, cum per conuerſionem ad bonum beatitudinem eſt adeptus. Quam diſtinctionem de duplici cognitione rerum in Verbo reijcit Bannes, eo quod animum non quietet, & contra eam producit primò doctrinam Auguſtini, qui nomine matutinæ cognitionis vbique, & ſemper intelligit cognitionem ſupernaturalem, & præſertim lib. 11. de Ciu. Dei c. 26.

Bannes. Zumellus Vaſquez. S. Thom.

Auguſt.

Deindè ſic arguit: Inter cognitiones naturales Angeli, quibus ſe, & Deum cognoſcit, prior eſt veſpertina, quam matutina; ergo. Probatur antecedens. Quoniam Angelus priùs cognoſcit propriã eſſentiam, quam cognoſceret diuinam eſſentiam in illo relucentem. Et confirmatur authoritate Auguſtini dicentis, in productione rerum prius eſſe dictum,

dictum, vespere, quàm mane, quoniam inter cognitiones naturales Angeli prior est vespertina, quàm matutina. Eandem sententiam sequitur Salas loco infra notato.

Salas.

Soluuntur argumenta Bannesij.

Augustin. AD hæc, quia multa superius dicta sunt, q. 58. art. vl. Contr. vnica. nunc breuiter dico, August. de vtraque matutina cognitione, qua cognoscunt Angeli res in Verbo, non obscure loquutum fuisse locis ibi notatis, & præsertim lib. 4. super Genes. ad litteram c. 22. & 23. vt hic etiam aduertit Ripa. Ad rationem dico primò, Angelum vespertina cognitione seipsum primò cognouisse per suam substantiam, deinde per eandem substantiam, vt speciem intelligibilem Deum, & seipsum in Deo, & alia etiam in Deo matutina cognitione cognouisse: adeò, vt licet primò fuerit in Angelo vespertina cognitio, quàm matutina naturalis respectu sui, in ordine tamen ad alia prius fuerit in Angelo matutina cognitio naturalis, quàm vespertina; quoniam Angelus non prius, neque distinctius in substantia sua res cognoscit, quàm in Deo. Secundò dico, D. Tho. hic tolùm affirmare, Angelum in primo suæ creationis instanti res naturali cognitione in Verbo cognouisse, nihil autem asserere de ordine vespertinæ, & matutinæ cognitionis naturalis, sed magis præsupponere vespertinam priorē esse matutina secundùm ordinem naturæ. Et ideò ad argumentum negatur illatio: quamuis enim vespertina cognitio sit prior in Angelo, quàm matutina naturalis, non tamen sit consequens, nullam esse matutinam cognitionem in Angelo beata priorem, sed magis oppositum; quia gratia præsupponit naturam, & cognitio gratuita, & gloriosa præexigit in Angelo naturalem secundùm totam eius latitudinem.

Ripa

B

C

Salas. De vespertina, & matutina cognitione, & eorū ordine multa loquitur Salas 1. 2. q. 3. tractatu 2. di sput. 4. quæ non expedit nunc examinare.

D

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum Angelus indiguerit gratia ad hoc, vt conuerteretur in Deum.

3 p. q. 113 a. 2 d. 5 q. 2. art 1.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd Angelus non indiguerit gratia ad hoc, quòd conuerteretur in Deum. Ad ea enim, quæ naturaliter possumus, gratia non indigemus: sed naturaliter Angelus conuertitur in Deum, quia naturaliter Deum diligit, vt ex supradictis patet. *Ergo Angelus non indiguit gratia ad hoc, quod conuerteretur in Deum.

E

q 60 ar. 5.

2 Præterea. Ad ea tantùm videmur indigere auxilio, quæ sunt difficilia; sed conuerti ad Deum non erat difficilè Angelo, cum nihil esset in eo, quod huic conuersioni repugnaret. Ergo Angelus non indiguit auxilio gratiæ ad hoc, quòd conuerteretur in Deum.

3 Præterea. Conuerti ad Deum est se ad gratiam præparare. Vnde Zach. 1. dicitur, Cōuertimini ad me, & ego conuertar ad vos: sed nos non indigemus gratia ad hoc, quòd nos ad gratiam præparemus, quia sic esset abire in infinitum. Ergo non indiguit gratia Angelus ad hoc, quòd conuerteretur in Deum.

Sed contra. Per conuersionem ad Deum Angelus peruenit ad beatitudinem. Si igitur non indiguisset gratia ad hoc, quòd conuerteretur in Deum, sequeretur, quod non indigeret gratia ad habendam vitam æternam: quod est cōtra illud Apost. Rom. 6. Gratia Dei, vita æterna.

Respondeo. Dicendum, quòd Angeli indiguerunt gratia ad hoc, quòd conuerterentur in Deum, prout est obiectum beatitudinis. Sicut enim superius dictum est, *naturalis motus voluntatis est principium omnium eorum quę volumus: naturalis autem inclinatio voluntatis est ad id, quod est conueniens secundùm naturam. Et ideo, si aliquid, sit supra naturam, voluntas in id, ferri non potest, nisi ab aliquo alio supernaturali principio adiuta: sicut patet, quòd ignis habet naturalem inclinationē ad calefaciendum, & ad generandum ignem. Sed generare carnem, est supra naturalem virtutem ignis. Vnde ignis ad hoc nullam inclinationem habet, nisi secundùm quod mouetur, vt instrumentum ab anima nutritiua. Ostensū est autem supra, *cum de Dei cognitione ageretur, quòd videre Deū per essentiam, in quo vltima beatitudo rationalis creaturę, consistit, est supra naturam cuiuslibet intellectus creati. Vnde nulla creatura rationalis potest habere motum voluntatis ordinatum ad illam beatitudinem, nisi nota à supernaturali agente, & hoc dicimus auxilium gratiæ. Et ideo dicendū est, quod Angelus in illam beatitudinem volūtate cōuerti nō potuit, nisi per auxiliū gratiæ.

q 60 ar. 1. 12 q. 109. a 6. & 2. d. 5 q 2. 1. & di. 18 2. 4 & 4 cōt cap. 72.

q 12. ar. 4. 5.

D. 685.

Ad primum ergo dicendum, quòd Angelus naturaliter diligit Deum, inquantum est principium naturalis esse. Hic autem loquimur de conuersione ad Deum, inquantum est beatificans per suæ essentiæ visionem.

Ad secundum dicendum, quòd difficile est, quod transcendit potentiam: sed hoc contingit esse dupliciter. Vno modo, quia transcendit potentiam secundùm suum naturalem ordinem: & tūc, si ad hoc possit peruenire aliquo auxilio, dicitur difficile: si autem nullo modo, dicitur impossibile, sicut impossibile est hominem volare. Alio modo transcendit aliquid potentiam, non secundùm ordinem naturalē potentiæ, sed propter aliquod impedimentū potentiæ adiunctum: sicut ascendere non est con-

Digitized by Google

contra naturalem ordinem potentiæ animæ motiuæ, quia anima, quantum est de se, nata est mouere in quamlibet partem, sed impeditur ab hoc propter corporis grauitatem. Vnde difficile est homini ascendere. Conuerti autem ad beatitudinem vltimam, homini quidē est difficile, & quia est supra naturam, & quia habet impedimentum ex corruptione corporis, & infectione peccati: sed Angelo est difficile propter hoc solū, quod est supernaturale.

Ad tertium dicendum, quòd quilibet motus voluntatis in Deum, potest dici conuersio in ipsum. Et ideo triplex est conuersio in Deū. Vna quidem per dilectionem perfectam, quæ est creaturæ iam Deo fruentis. & ad hanc conuersionem requiritur gratia cōsummata. Alia conuersio est, quæ est meritum beatitudinis. & ad hanc requiritur *habitualis gratia, quæ est merendi principium. Tertia conuersio est, per quam aliquis præparat se, ad gratiam habendam. & ad hanc non exigitur aliqua habitualis gratia, sed operatio Dei ad se animam conuertentis: secundum illud Tren. vlt. Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur. Vnde patet, quòd non est procedere in infinitum.

D. 339.

D 153. 312 a 516 343

Sensus quæsiti.

TItulum explicat optimè Caietanus, & colligitur eius sensus ex responsione ad tertium argumentum.

Forma Textus.

CONclusio est: Angeli indiguerunt gratia, id est auxilio gratiæ ad hoc, vt conuerterentur in Deum, prout est obiectum beatitudinis. Probatur. Si aliquid sit supra naturam, voluntas in id ferri non potest, nisi ab aliquo alio supernaturali principio adiuta; sed vltima beatitudo rationalis creaturæ consistens in visione Dei per essentiam est supra naturam cuiuslibet intellectus creati: ergo nec Angelus, nec vlla creatura rationalis potest habere motum voluntatis ordinatum ad illam beatitudinem, nisi mota à supernaturali agente: & hoc dicimus auxilium gratiæ. Maior probatur dupliciter: Primò, Quia naturalis motus voluntatis est principium omnis nostræ volitionis; at naturalis inclinatio, & motus voluntatis est in id tantùm, quod est conueniens secundùm naturam: ergò, si aliquid sit supra naturam, etc. Secundo probatur exemplo ignis habentis naturalem inclinationem ad calefaciendum, & ad generandum ignem, non autem ad generandum carnem, sed hoc est supra naturalem eius virtutem; quo fit, vt ad hoc nullam inclinationem habeat, nisi prout mouetur: vt instrumentum ab anima nutritiua; ergo similiter, &c. Maior verò patet. Ex supradictis quæstione duodecima, articulo quarto, & quinto.

A

B

C

D

E

Expositio Textus.

NOranda sunt, quæ scribunt hìc Bannes, & Zumellus circa propositiones assumptas à D. Thoma, & earum probationes. Bannes. Zumellus

Quid sit auxilium diuinæ gratiæ prouenientis, quod asseritur Angelis fuisse necessarium, vt conuerterentur in Deum.

DEinde breuiter, ac dilucidè, quantum fieri poterit, explicandum est, quid sit auxilium illud diuinæ gratiæ prœuenientis; quod affirmat hìc S.D. Angelis fuisse necessarium, vt conuerterentur in Deum, prout est obiectum beatitudinis. Ad cuius euidentiam præmittendæ sunt primò quędam distinctiones, deindè nouē propositionibus quæsito satisfiet. Prima distinctio est: Auxilium diuinæ gratiæ præuenientis, ac operantis spiritibus Angelicis à Deo concessum duplex est, alterum directum ad intellectum, & hoc etiam est duplex .s. lumen supernaturale, quo per species inditas fit potens intellectus ad obiectum supernaturale cognoscendum; & physica motio, seu applicatio virtutis intellectiuæ ad actum intelligendi supernaturalem. Alterum auxilium est ad voluntatem directum, quod etiam duplex est: quoddam enim se tenet ex parte obiecti voluntatis, quod nuncupatur morale; & hoc est illud idem, quod ad intellectum dirigitur: Per lumen enim illud supernaturale, quo reuelatur Angelicæ menti obiectum supernaturale, & per applicationem, qua mouetur intellectus, ad actum intelligendi præsentatur idē obiectum voluntati in ratione motiui; bonū enim cognitum, siue apprehensum, vt bonum, est obiectum voluntatis motiuum. Quoddam verò auxilium est in voluntate se tenēs ex parte voluntatis, quatenus principium est volitionis elicitiuum: & hoc idem est, quod physica motio, siue applicatio voluntatis ad volendum: hoc enim auxilio, siue motione, vel applicatione fit creata voluntas, non solùm potens ad volendum, sed etiam actu volens. S. Thom.

1. distin&

Secunda distinctio est: Auxilium diuinæ gratiæ ad supernaturales actus eliciendos dari potest Angelico intellectui, aut volūtati dupliciter; Vno modo post habitus supernaturales, puta fidei, spei, aut charitatis infusionem: Alio modo dari potest ad eos actus supernaturales, qui sunt habituū infusione priores; quales sunt in homine plures actus supernaturales imperfecti remotè disponentes ad habitum charitatis, quos recensēt Cōcilium Trid. in materia de iustificatione, & actus etiam perfectæ dilectionis in actu iustificationis elicitus, vt ait S.D. in 1.2.q.113.art.7.& 8. & ibidem expositores. De hoc etiam agunt latè Bānes articulo sequenti dubio 2.& Zumellus q.3. ad eundem artic. Quibus distinctionibus præmissis, fit. 2. distinct. cōc. Trid. S. Thom. Bannes. Zumellus

Prima propositio: Auxilium illud gratiæ prœuenientis, quod est intellectus illuminatio, qualitas est supernaturalis in intellectu recepta, & ab eo distincta realiter. Probatur primò: Quia lumen intel- 1. propo&tio.

Digitized by Google

intellectus naturale ad genus attinet qualitatis: ergo etiam ſupernaturale. Secundò: Quia motio non eſt; cum non ſe teneat ex parte potentiæ, neque ſubſtantia, neq; relatio, aut quantitas, &c. igitur eſt qualitas. Tertio lumen ſupernaturale augmentum quoddam eſt virtutis naturalis, vt ait S. Thomas de lumine gloriæ ſup. q. 12. art. 5. igitur in eodem eſt prædicamento, in quo ponitur virtus, ſiue potentia naturalis.

S. Thom.

2 propoſitio. Aluarez. S. Thom.

Secunda propoſitio: Auxilium ſe tenens ex parte potentiæ, ſ. intellectus, & voluntatis, quo videlicet Deus efficaciter mouet intellectum, & voluntatem, non eſt qualitas, ſed phyſica motio Dei virtuoſa. Hanc latè probat Didacus Aluarez vir doctiſſimus lib. 3. de Auxilijs diuinæ gratiæ, & habetur ex D. Thom. 1. 2. q. 110. art. 2.

3 propoſitio. Zumellus Aluarez.

Tertia propoſitio: Prædictum auxilium, quo Deus mouet intellectum, aut voluntatem, non eſt Deus ſecundum ſe, neq; prout eſt intimè aſſiſtens Angelo, aut homini intelligenti, & volenti. Hanc concluſionem latè probat Zumell. to. 3. variarum diſputationum diſp. 1. concluſ. 3. & Aluarez dip. 19. oppoſita diluit argumenta.

4 propoſitio. Aluarez. 5. propoſitio.

Quarta propoſitio: Dictum auxilium non eſt idem realiter, quod operatio intellectus, aut volũtatis humanæ, vel Angelicæ Probatur: Quia Deus per motiorem illam phyſicam facit, vt intellectus intelligat, & voluntas velit: at cauſa efficiens, & eius effectio, ſiue cauſalitas diſtinguitur ab effectu realiter, ſaltem metaphyſicè: ergo. Secundò: Quia motio illa à ſolo Deo producitur in voluntate prius natura, quàm voluntas actum volitionis eliciat, qui effectus eſt non ſolùm primæ, ſed etiã ſecundæ cauſæ. Hanc concluſionem pluribus argumentis probat Aluarez in allegata diſp. 19.

Quinta propoſitio: Probabilis eſt ea ſententia, quæ dicit, auxilium à Deo influxum intellectui, & voluntati, quo fiunt operantes in actu ſecundo, eſſe quoddam eius incompletum eo modo, quo colores ſunt in aere, & virtus artis in inſtrumento. Hæc propoſitio, vt iacet eſt D. Thom. de Potentia q. 3. art. 7. ad 7. & tenent eam Ferrar. in 3. cont. Gent. c. 70. Capr. in 2. ſen. d. 1. q. 3. Zumell. ſupra q. 8. art. 1. & omnes antiqui Thomiſtæ, & probat eam Aluarez. in dicta diſp. 19 ratione D. Thom. in allegato art. 7. De hac egimus latè ſup. q. 22. art. 4. cont. 1.

S. Thom. Ferrarien. Capreol. Zumellus Aluarez.

6 propoſitio. S. Thom. Aluarez.

Sexta propoſitio: Prædictum auxilium, ſiue motio eſt operatio, & effectus, ſolius Dei prius natura voluntatem mouentis, quam ipſa ſeipſam moueat ad volendum. Probatur: Quoniam hæc eſt gratia operans, de qua S. D. in 1. 2. q. 111. art. 2. ſic loquitur. *Operatio alicuius effectus non attribuitur mobili ſed mouenti, in illo ergo effectu, in quo mens noſtra eſt mota, & non mouens, ſolus autem Deus mouens, operatio Dei attribuitur, & ſecundum hoc dicitur gratia operans.* Hæc ibi. Et de potentia q. 3. art. 7. ad 3. ait. *In operatione, qua Deus operatur mouendo naturã, non operatur ipſa natura.* Eſt igitur prædicta motio Dei ſolius operatio. Eandem probat Aluarez in dicta diſp. 19. quibuſdam arg.

7 propoſitio.

Septima propoſitio. Hoc auxilium, ſiue motio idem eſt, quod applicatio, qua Deus ſecundam A causam liberam antè omnem habitum diuinitus infuſum applicat ad eliciendum actionem ſupernaturalem, conferens illi ſimul complementum, ſiue magis augmentum, aut eleuationem virtutis; vt iam ſit potens altioris ordinis operationem elicere, quam ſit ea, in quam poteſt tota latitudo potentiæ liberæ ſecundum ſua tantùm naturalia. Ad cuius euidentiam ſupponenda ſunt primò ea, quæ ſupra diximus q. 59. art. 3. Deindè conſiderandum eſt, Deum hoc ipſo, quod tamquam agens ſupernaturale, prout. ſ. author eſt gratiæ, & gloriæ, liberã hominis, aut Angeli volũtatem applicat ad volendum, illi modum quendam ſupernaturalis ordinis B influere; quo veluti complemento, & augmento ſit pluſquam ſimpliciter potens operari, cum fiat cauſa ſupernaturalis actu ad operandum applicata, præcedens ordine naturæ, ſiue cauſalitatis tam modum, ſiue applicationem ipſius voluntatis ſeipſam ad volendum applicantis, quam volitionis actum; influxos enim ille Dei ſupernaturalis in voluntatem ob ſui maximam excellentiam vim habet, & exercet motionis, ſiue applicationis, complementi, ſiue augmenti, & actus quaſi primi. Dico autem, quaſi primi; quia magis propriè loquendo modus eſt voluntatis, prout actu mouetur à Deo priùs natura, quã ſeipſam agat, ſiue moueat, C aut applicet ad agendum.

8. propoſitio.

Octaua propoſitio; Dictum auxilium, ſiue motio, vel influxus in cauſam liberam antè omnem habitum ſupernaturalem non diſtinguitur omninò realiter à voluntate, ſed tantùm realiter metaphyſicè, ſiue ex natura rei. Manifeſtatur, & probatur hæc propoſitio: Primò: Quia ſufficit hæc diſtinctio inter motionem, & mobile, vt patet ex eorum ſententia, qui dicunt motum, præſertim localem non eſſe quid realiter diſtinctum à mobili. Secundò Quoniam operatio principalis agentis non eſt ab inſtrumenti operatione diſtincta niſi realiter metaphyſicè, vt patet ex ſupradictis q. 45. art. 5. & D tamen, prout operatio inſtrumenti eſt, verè pendet ex ea, quatenus eſt operatio principalis agentis, ſicut etiam effectus inſtrumenti verè diſpoſitio eſt ad effectum principalis agentis: quamquã ſæpè ſint vna res, diſtincta ſolùm realiter metaphyſicè. Tertiò declaratur, & ſuadetur veritas dictæ propoſitionis. Certum eſt enim, voluntatem omnem creatam Deo, & eius voluntati, vt primo mouenti eſſe eſſentialiter ſubordinatam: quemadmodum ergo Deus, vt author eſt naturæ, aſſiſtens intimè voluntati creatæ mouet ipſam, & applicat ad actus liberos minimè ſupernaturales, non per influxam aliquam qualitatem, aut motionem omninò realiter à voluntate diſtinctam, ſed metaphyſicè tantùm, ſiue ex natura rei, vt ſupra diximus quæſt. 22. art. 4. ſic vt author gratiæ, & gloriæ eidẽ aſſiſtens intimè voluntati mouet eam, & applicat ad actus ordinis ſupernaturalis, nullam eidem imprimens qualitatem, aut motum ſupernaturalem omninò realiter ab ea diſtinctum; ità, vt voluntas ex hoc ipſo, quod actu nunc applicatur à Deo, vt agente ſupernaturali ad actum fidei, ſpei, aut charitatis, modum acquirat ſupernaturalem realiter

metaphysicè tantùm distinctum ab ipsa voluntate simpliciter accepta, conuenientem autem illi, pro vt Deo subordinatur eam actu mouenti, & applicanti ad operationes ordinis supernaturalis: Nec aliud est modus ille, quàm applicatio à Deo sic assistente in voluntate sic ei subordinata resultans: Et quia modus hic virtutem eleuat voluntatis, illi complementum afferens diuini ordinis, quo iam à Deo præmota semetipsam applicet ad volendum; ideo vices supplet excellenter impressæ formæ, siue qualitatis, & actus primi, tametsi propriè, & formaliter non sit qualitas, aut actus primus, sed motio, & applicatio à solo Deo causata; ex qua dependet alia voluntatis applicatio à Deo, simul & voluntate dependens, qua voluntas seipsam applicat ad volendum: quæ posterior applicatio distinguitur à priori tantùm realiter metaphysicè, vt antè diximus.

Vltima propositio.

Vltima propositio: Diuinum auxilium, siue motio, & applicatio voluntatis creatę iam habitu supernaturali perfectæ distinguitur metaphysicè à voluntate simul cum habitu sumpta; sic enim vnũ est operationis principium, quod Deus, vt author est gratiæ, & gloriæ monet, & applicat ad agendum: sicut ergo voluntas præcisè sumpta, cum ad actus supernaturales promouetur à Deo, nihil in se noui recipit, nisi dictum modum supernaturalem, sic cum habitu simul accepta, pro vt cum eo vnum est agendi principium, nihil acquirit à Deo promouente, nisi modum, qui est ipsamet voluntatis, & habitus applicatio, tam ab ipsa voluntate habitu perfecta, quàm à Deo facta. Necessitas autem harum duarum applicationum ex eo patet, quod prima à solo Deo est secundum Sanctum Thomam, & veritatem, & ideo libera verè, & propriè non est: Secunda verò libera est, à prima dependet, & à voluntate procedit, quæ semetipsam applicat, vt latè probauimus supra quæst. 22. art. 4. contr. 2 §. *Hanc verò applicationem*; & est expressa doctrina Diui Thomę infra quæst. 105. art. 4. ad secundum.

D. Tho.

Corollarium Zumellus

Ex dictis patet primò, quantùm distet sententia nostra ab opinione, quam refert, & impugnat Zumellus in allegata disp. 1. Tomi 3. variarum disputationum: Hæc enim vnam tantùm ponit applicationem, siue magis operationem à Deo, simul, & voluntate procedentem, & auxilium Dei docet esse simultaneum, non autem præuium; nec aliquid ponit in voluntate supernaturale, quo virtus eius compleatur ad eliciendum actu ordinis supernaturalis.

Quorum opposita supra quæstione vigesimasecunda art. 4. & quæstione vigesimatertia, articulo tertio, controuersia secunda. §. *secundò*, perspicuè docuimus, & ostendimus, & modo latiùs explicauimus.

2. corollarium.

Secundò patet, immeritò quosdam nostra non satis attente legentes dictam opinionem nobis, vel inuitis, ac reclamantibus, & contraria vbique docentibus imposuisse: quibus luminis, & charitatis augmentum obnixè precamur à Deo.

3. Corollarium.

Tertiò patet argumenta Zumelli, quæ multa profert aduersus opinionem prædictam nihil officere sententiæ nostræ.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrum Angeli sint creati in gratia.

313 2. 2. q. 5. a. 1. corr. Et 2. dist. 4. artic. 3. & dist. 5 q. 1. art. 2 cor. Et quol. 9. q. 4. art. 3 cor.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd Angeli non sint creati in gratia. Dicit enim Aug. 2. super Gene. ad lit. quod Angelica natura primò erat informiter creata, & Cœlum dicta. Postmodum verò formata est, & lux appellata: sed hæc formatio est per gratiam: Ergo non sunt creati in gratia.

2 Præterea. Gratia inclinat creaturam rationalem in Deum. Si igitur Angelus in gratia creatus fuisset, nullus Angelus fuisset à Deo auersus.

3 Præterea. Gratia medium est inter naturam, & gloriam: Sed Angeli non fuerunt beati in sua creatione: Ergo videtur, quòd nec etiam creati sint in gratia, sed primò in natura tantùm: postea autem adepti sunt gratiam, & vltimo facti sunt beati.

Sed contra est, quòd Augustꝰ dicit 12. de Ciuitate Dei: Bonam voluntatem, quis fecit in Angelis, nisi ille, qui eos cum sua voluntate, ideſt cum amore casto, quo illi adhærent, creauit simul in eis condens naturam, & largiens gratiam *?

Lib. 11. de ciuit. Dei, c. 9. a med. to. 3.

476

Respondeo. Dicendum, quòd quamuis super hoc sint diuersæ opiniones, quibusdam dicentibus, quòd creati sunt Angeli in naturalibus tantùm: alijs verò, quòd sunt creati in gratia: Hoc tamen probabilius videtur tenendum, & magis dictis sanctorum consonum est, quòd * fuerunt creati in gratia gratum faciente. Sic enim videmus, quòd omnia, quæ processu temporis per opus diuinæ prouidentię creata à Deo operante sunt producta, in prima rerum conditione producta sunt, secundum quasdam seminales rationes, vt Augustꝰ dicit super Genesꝰ ad lit. sicut arbores, & animalia, & alia huiusmodi. Manifestum est autem, quòd gratia gratum faciens, hoc modo comparatur ad beatitudinem, sicut ratio seminalis in natura, ad effectum naturalem: Vnde 1. Ioan. 3. Gratia semen Dei nominatur. Sicut igitur secundum opinionem Augustꝰ ponitur, quod statim in prima creatione corporalis creaturæ, inditæ sunt ei seminales rationes omnium naturalium effectuum, ità statim à principio sunt Angeli creati in gratia.

D. 149.

Lib. 8. q. 10. 1. Et 5. de Gen. ad lit. cap. 14.

Ad primum ergo dicendum, quòd informitas

mitas illa Angeli poteſt intelligi, vel per comparationem ad formationem gloriæ: & ſic præceſſit tempore informitas formationem: vel per comparationem ad formationem gratiæ, & ſic non præceſſit ordine temporis, ſed ordine naturæ, ſicut etiam de formatione corporali Aug.* ponit.

lib 1. ſuper Gen c 15. tom. 3.

Ad ſecundum dicendum, quòd omnis forma inclinat ſuum ſubiectum, ſecundum modum naturæ eius: Modus autem naturalis intellectualis naturæ eſt, vt liberè feratur in ea, quæ vult. Et ideo, inclinatio gratiæ * non imponit neceſſitatem, ſed habens gratiam poteſt ea non velle, & peccare.

D. 723. D. 819.

Ad tertium dicendum, quòd quamuis gratia ſit medium inter naturam, & gloriam ordine naturæ, tamen ordine temporis in natura creata, non debuit ſimul eſſe gloria cum natura, quia eſt finis operationis ipſius naturæ per gratiam adiutæ. Gratia autem, non ſe habet, vt finis operationis, quia non eſt ex operibus, ſed vt principium benè operandi. Et ideo ſtatim cum natura gratiam dare conueniens fuit.

Senſus quæſiti.

eſſet.

TItulum explicat Caietanus dicens, hic quæri de gratia gratum faciente.

Forma Textus.

RElatis duabus opinionibus, vna negante, & altera affirmante, quæſito reſpondet vnica concluſione, videlicet: Probabilius videtur tenendum, & magis dictis Sanctorum conſonum eſt, Angelos in gratia gratum facientes fuiſſe creatos. Probatur: Omnia, quæ proceſſu temporis per opus diuinæ prouidentiæ creata à Deo operante ſunt producta, in prima rerum productione producta ſunt ſecundum quaſdam ſeminales rationes, vt arbores, & animalia, & alia huiuſmodi, ergo ſimiliter Angeli ſtatim à principio ſunt creati in gratia.

Antecedens probatur authoritate Auguſtini dicentis, in prima creatione corporalis creaturæ inditas fuiſſe ei ſeminales rationes omnium naturalium effectuum.

Ioan. 3.

Conſequentia verò probatur ex prima Io. cap. 3. vbi gratia ſemen Dei nominatur; ergo ſimul in prima creatione corporalis creaturæ indita ſunt ei ſeminales rationes omnium naturalium effectuum, ita ſtatim à principio ſunt Angeli creati in gratia. Præterea probat Sanctus Doctor concluſionem in argumento: Sed contra, authoritate Auguſtini libro duodecimo de Ciuitate Dei cap. 9.

Expoſitio Textus.

PRæſentem articulum expoſitores illuſtrãtes multis propoſitis difficultatibus, Quarum prima eſt de veritate concluſionis, an, ſcilicet Angelus fuerit creatus in gratia gratum faciente; & communis omnium ſententia eſt, Angelos omnes in gratia fuiſſe creatos. Quæſtionem hanc latè tractant Bannes dubio primo Zumellus quæſtione prima Molina ſuper hoc articulo, Vaſquez diſput. 227. Peſantius diſputatione prima Malonius in 2. ſentent. diſtinct. 4 diſputatione ſecunda, quæ diligenter Sanctorum Patrum, & Scholaſticorum ſententias, & dicta concluſioni fauentia collegerunt, & eandem multis probabilibus argumentis munierunt, & oppoſitæ ſententiæ fundamenta confutarunt.

Bannes. Zumellus. Molina. Vaſquez. Peſantius. Malonius.

Secunda difficultas eſt, quam hic proponit, ac definit Zumellus, an Angelus in primo inſtanti ſuæ creationis habuerit cognitionem Dei ſupernaturalem, & qualis ea fuerit.

Tertia quæſtio eſt, quã latè verſat hic Vaſquez diſputatione ſua 228. an omnes Angeli in ſanctitate, & iuſtitia æquales fuerint creati. Quas omnes lectori penes dictos expoſitores legendas relinquimus. Vna dumtaxat ob ſingularem ſui difficultatem, & opinionum diuerſitatem ſupereſt nobis breuiter examinanda. Eſt igitur.

Vaſquez.

Controuerſia Vnica.

Num gratiam ità recèperint Angeli in primo ſuæ creationis inſtanti, vt mediæ eorum propria diſpoſitione ſuam illis à Deo collatã.

Sententiæ Doctorum.

CApreolus in ſecũdo ſententiarum diſtinctione quarta, quæſtione vnica in reſponſione ad primum contra quartam concluſionem negati ne reſpondet, quam ſententiam ſequitur Molina, qui duo dicit: Primum eſt, eſſe ſibi probabilius, Angelos abſq; vlla præuia ſua diſpoſitione gratiam accepiſſe. Secundum eſt, diſpoſitionem noſtram vltimam ad primam gratiam non emanare efficienter à prima gratia, quatenus eſt diſpoſitio, ſed per auxilia alia particularia adiuuari liberum arbitrium noſtrum, vt ſe diſponat ad primam gratiam. Hoc ſecundum dictum ſequitur Malonius in ſecundo ſententiarum diſtinctione quarta, dipoſitione quarta, & Peſantius diſputatione ſecunda, ad hunc articulum.

Capreol. Molina. Malonius. Peſantius.

Sed oppoſitam ſententiam, videlicet Angelos gratiam à Deo recepiſſe, mediã propria diſpoſitione, perſpicuè docet Sanctus Thomas art. 6. huius quæſtionis; vbi ait rationabile eſſe, Angelos, qui meliorem naturam habuerunt, etiam fortius, & efficaciùs ad Deum fuiſſe conuerſos, ac proinde eos, qui habuerunt meliora naturalia, plus etiam habuiſſe de gratia, & gloria, ſicut etiam hominibus ſecundum maiorem intenſionem conuerſis in Deum datur maior gratia, & gloria. Qua loquendi forma ſatis aperte ſignificat, actum conuerſionis in Deum tam in homine, quàm in Angelo eſſe diſpoſitionem ad gratiam; alioquin ſecundum maiorem intenſionem conuerſionis non cõ-

ferretur illis à Deo gratia maior. Eandem ſententiam ſequitur, & explicat Caietanus 1. 2. q. 113. art. 8. & 2. 2. q. 24. art. 3. ad tertium Bannes ibidē, & hic dubio 2. Zumellus in ſua q. 3. Valentia ſuper hoc articulo, Vaſquez diſp. 228. cap. 3. & 1. 2. q. 113. art. 8. & ibidem Conradus, & Medina, & nouiſſimè Rada in decima controuerſia ſuæ ſecundæ partis, & Aluarez diſp. 66.

Caietanus Bannes Zumellus Valentia Vaſquez. Conrad. Medina. Rada

Reſolutio.

Angelos media propria diſpoſitione gratiam recepiſſe probatur ex doctrina D. Thomæ.

SCiendum eſt primò, duplicem eſſe actionem agentis in ſubiectum; Quædam enim eſt diſpoſitiua, vbi requiritur diſpoſitio; & quædam eſt inductiua formæ: & quemadmodum actio diſpoſitiua ad formam prior eſt ordine, ſaltem naturæ, & cauſalitatis actione inductiua formæ, ſic diſpoſitio prior eſt forma. Dixi, vbi requiritur diſpoſitio, nam, ſi nulla ſit neceſſaria diſpoſitio, nulla requiritur actio diſpoſitiua, vt patet in actione luminis inductiua, quæ nullam exigit præuiam actionem diſpoſitiuam; eo quod diaphanum ſit ſua natura diſpoſitum ad lumen recipiendum.

Motus diſpoſitionem.

Secundò notandum eſt, Deum dupliciter poſſe mouere voluntatem hominis ad gratiam; Vno modo per auxilium ſupernaturale gratuitè mouendo eā ad actum dilectionis Dei ſupernaturalem, atque ità diſponendo ipſam ad gratiam, & alia ſeorſum actione gratiam infundendo: Alio modo, vt vna ſit actio realiter, qua Deus moueat liberum arbitrium ad actum amoris Dei ſupernaturalem, ficq; diſponat ipſum ad gratiam, & qua ſimul etiā gratiam infundat.

S. Thom.

Tertiò conſideraudum eſt, ſecundùm D. Tho. locis infrà notandis actionem illam, qua Deus Angelis, & Adæ gratiam infudit duarum ſimul actionum efficacitatem habuiſſe, nimirum diſpoſitiuę, & inductiuæ. Cuius ratio eſt: quoniam, infuſio gratiæ in adultis non habet effectum iuſtificandi, ſeu gratum reddendi ſolum per modum actionis naturalis in materiam rationis, ac libertatis expertē, quæ merè paſſiuè cōcurrit; ſed ſuauiter agens medio libero arbitrio tàm Angeli, quàm hominis cooperante iuſtum efficit iuſtitia ſupernaturali, & Deo gratum hominem, & Angelum; ità vt infuſio gratiæ, quamuis ſit vna tantū actio realiter, duas tamen in ſe contineat actiones pluſquā ratione diſtinctas; quia. ſ. ex natura rei, ſiue realiter metaphyſicè diſtinguuntur: Hæ verò ſunt actio diſpoſitiua voluntatis ad gratiam; cuius actionis rationē habet infuſio gratię, quatenus operatur per modū liberi arbitrij, mouens ipſum ad actum ſupernaturalis dilectionis Dei ſuper omnia, atq; ità reddens ipſum vltima diſpoſitione prępараtū ad gratiam; in eadem etiam infuſione ratio eſt actionis inductiuæ, qua. ſ. inducitur gratia gratum faciēs; quæ ratio actionis inductiuæ conuenit infuſioni gratiæ, quatenus operatur per modū naturę, quæ formam inducit in materiam diſpoſitionib. præparatam; Igitur infuſio gratiæ duplicis actionis habens rationem, & efficacitatem liberum Angeli, vel hominis mouet arbitriū ad actum dilectionis Dei ſupernaturalem, hoc ipſo reddens eu gratiæ ſuſceptioni diſpoſitum, ac præparatu, & ſimul gratum, & iuſtum efficit iuſtitia ſupernaturali. Nunc autem loquimur de Angelo, & homine nuper creato, cuius primam gratiam nulla præceſſit iniquitas; ſed prius natura tantùm fuit in eo negatio ſimplex iuſtitiæ ſupernaturalis.

Ordo gratiæ, & motus liberi arbitrij.

Quartò diligenter attendendum eſt, hæc duo ſcilicet gratiam, & motum liberi arbitrij per actum dilectionis in Deum duobus modis poſſe cōſiderari; Vno modo ex parte Dei, prout. ſ. à Deo ſunt gratiam infundente, & liberum arbitrium ad actum dilectionis præmouente: Alio modo ex parte Angeli, vel hominis gratiam recipientis, & actū dilectionis elicientis: Et ſecundum priorem quidē conſiderationem prior eſt infuſio gratiæ, quàm actus dilectionis; quia prius eſt motio mouentis, & applicantis ad agendum, quàm actio mobilis ex mouentis applicatione prouenieus.

At ſecundum poſteriorem conſiderationem, prout ſcilicet gratia recipitur in Angelo, vel in homine, & prout Angelus, aut homo à Deo motus ſe mouet per actum dilectionis in Deum, prius eſt amoris actus in Deum, quàm receptio gratiæ; vt affirmat expreſsè S. Thomas in dicto art. 8. ad ſecundum; cuius verba ſunt: *Diſpoſitio ſubiecti præcedit ſuſceptionem formæ ordine naturæ, ſequitur tamen actionem agentis, per quam etiam ipſum ſubiectum diſponitur, & ideo motus liberi arbitrij naturæ ordine præcedit conſecutionem gratiæ, ſequitur autem gratiæ infuſionem.* Hæc ibi.

S. Thom.

Declaratur vberiùs ordo infuſionis gratiæ, motus liberi arbitrij, & conſecutionis gratiæ.

AD quorum ampliorem intelligentiam duo ſint obſeruanda. Primum eſt: duo prædicta non eiſdem vocibus à D. Tho. ſignificari, nec eadem ratione comparari, prout conſiderantur ex parte Dei, quibus ſignificantur, & comparantur, prout conſiderantur ex parte Angeli, vel hominis.

Nam ex parte Dei agentis vtitur S. D. nomine infuſionis gratię, quo ſignificatur agentis Dei cauſalitas, & comparat eam motui liberi arbitrij, dicēs, ad gratiæ infuſionem ſequi motū liberi arbitrij; ſed ex parte ſubiecti. ſ. Angeli, vel hominis vtitur nomine cōſecutionis gratiæ; quo ſignificatur cauſalitas materiæ, ſiue ſubiecti, quam comparat motui liberi arbitrij, dicens, motū liberi arbitrij naturæ ordine præcedere conſecutionem gratiæ.

Vaſquez ratio.

Secundum eſt, hìc non fieri comparationem expreſsè inter infuſionem, & conſecutionem gratię; quod eſſet comparare cauſalitatem agētis cu cauſalitate materiæ, ſiue ſubiecti; Cuius ratione affert Vaſq. quia, cum cauſę ſint ſibi inuicem cauſę, poteſt vna res, q' cauſa eſt, eſſe prior altera re, quę cauſa eſt in vno genere cauſæ, & eadem eſſe poſterior in altero genere cauſæ, ſicut oſtēdimus ſupra quæſt. 3. art. 2. controuerſia Vnica. Non itaque debuit infuſio gratiæ eiuſdem conſecutioni compa-

rata

tari, sed fieri debuit comparatio tantùm inter ea, quæ ad vnum, & eundem attinent ordinem, siue modum causandi: & ideò ex vna parte comparantur infusio gratiæ, quæ est actio Dei, & motus liberi arbitrij ex eadem actione consequens, quæ duo pertinent ad ordinem causæ efficientis, vnum, vt actio, & alterum, vt effectus ex ea dependens: Ex altera verò parte comparantur motus liberi arbitrij, & consecutio gratiæ ex eo dependens in genere causæ dispositiuæ, & quasi materialis. Sed quoniam, vt ante diximus, infusio gratiæ duarum actionum habet efficacitatem, scilicet actionis dispositiuæ, prout motio quædam est, & inductiuæ, quatenus gratum efficit, & ipsa, prout dispositiua: & vt motio quædam est, seipsam præcedit, vt inductiua est; consequens etiam est, vt idem ordo sit inter illius, & huius effectum, ita vt actus dilectionis ex infusione, prout motio est præueniens, sit prior gratia, & habitu charitatis ex infusione causato, quatenus inductiua est: Quamuis igitur ibi non fiat expresse comparatio inter infusionem gratiæ, quatenus dispositiua est, & consecutionē gratiæ, fit tamen implicitè, & virtualiter, vt patet ex discursu nunc præmisso, & ex dicendis, clariùs elucescet.

Cōfutatio

Actio igitur illa Dei, quę est infusio gratię, vim habens duarum operationum, scilicet motionis, & gratificationis (vt ita loquar) mouet primò liberum arbitrium, deindè gratum efficit hominem, vel Angelum per gratiam in eo causatam, & quatenùs motiua est liberi arbitrij, seipsam præcedit, prout est gratiæ productiua.

Cum itaque motus liberi arbitrij per actum dilectionis sit proxima dispositio ad gratiam, sequitur etiam motum liberi arbitrij per actum dilectionis esse priorem ipsa gratia, & actione illa, quę est infusio gratiæ, sub ea ratione, qua est gratificatiua, siue gratiæ productiua, vel magis gratię productio, atque ita formaliter loquendo dicendum est, motum illum dilectionis in Deum, quo disponitur homo, vel Angelus ad gratiam, esse priorem ipsa gratia, nec ab ea procedere, eo quòd motus ille sit ab infusione gratiæ sub ea ratione præcisè, qua motiua est, non verò quatenus est gratiæ productiuæ. Sed dices, actum illum dilectionis secundùm D. Thomam esse meritorium vitæ æternæ; ergo necessariò supponit gratiam, & ab ea procedit. Probatur illatio; quia meritum æternæ vitæ, nō potest esse sine gratia.

Obiectio.

Respondetur, actum illum secundùm rem esse meritorium æternæ vitæ: quia scilicet in eodē instanti temporis, in quo producitur, est informatus gratia, quæ in eodem etiam instanti producitur, non tamen est meritorius sub ea ratione, qua est ab infusione gratiæ, vt actio motiua est; sic enim non supponit gratiam in subiecto, sed proximè disponit ad eam: & ita potest etiam vnus ordo causandi alteri comparari, vt patet ex dictis. Cuius oppositum absque solido fundamento docet Vasquez in prima secundæ loco superiùs allegato, dicens motum liberi arbitrij posse esse dispositionē ex parte subiecti ad recipiendam gratiam in ordine passi, etiamsi à gratia procedat, vt ab efficiente, & in ordine efficientis intelligatur producta, & inhærens subiecto, antequàm moueat liberum arbitrium: Et quamuis suam opinionem videatur subtiliter deducere, & suadere, difficilè tamen intellectu semper est, quomodo disponat actus dilectionis ad recipiendam gratiam subiecto, in quo recipienda est inhærentem; non enim inhæret, nisi quia recipitur: nec intelligi posse videtur accidentis inhæsio, sine receptione; nisi fortè dicatur, inhesionem dicere causalitatem formalem, receptionē autem subiecti, qua nimirum subiectum recipit accidens, dicere causalitatem materialem; atque ita secundùm hoc genus causæ posse actum liberi arbitrij ad gratiam disponere; quia, scilicet ad eā in subiecto recipiēdam disponit, quamquàm secūdùm ordinem causalitatis efficientis, & formalis præintelligatur inhærens: Sed longè planior, ac solidior est modus dicendi Caietani superius explicatus.

Vasquez dictū reijcitur.

Videnda sunt etiam, quæ scribit Bergomas in aurea tabula, Dubijs 153. & 154.

Caiet. Bergomas

Conclusiones deductæ, & probatæ.

PRima conclusio: Gratiam Angeli receperunt in primo creationis instanti per actum dilectionis supernaturalis, vt propriam, & proximam dispositionem ad eam, vt formam diuini ordinis consequendam. Probatur hæc conclusio ex pluribus locis doctrinæ D. Thomæ. Primus est 1.2.qu. 113.art.8. de quo supra. Secundus est 2.2.quæst. 24.ar.3. ad tertium, vbi ait, Angelis collatam fuisse gratiam iuxta conatum eorum. Tertius est in artic.3. huius quæstionis, vbi idem affirmat. Quartus locus est infra quæst.63.ar.5. ad vltimum, vbi ait, omnes Angelos etiam malos in primo instanti meruisse; igitur in primo instanti fuit in Angelis actus dilectionis supernaturalis, quem supra diximus esse dispositionem ad gratiam. Quintus locus est infra quæst.95.art.1. ad quintum, vbi dicitur, primum hominem in primo suæ creationis instanti gratiam accepisse, medio consensu supernaturali, vt propria scilicet dispositione. Cuius ratio est ea, quam ibi tangit argumentum, & approbat respōsio: quia videlicet ad hoc, vt aliquis accipiat gratiam, requiritur consensus ex parte recipientis: quia per hoc perficitur matrimonium quoddā spirituale inter Deum, & Animam. Quæ ratio non minùs in Angelo militat, quàm in homine. Alias probationes lege apud expositores supra nominatos.

D. Thom.

Secunda conclusio: Actus dilectionis, qui fuit proxima dispositio ad gratiam in Angelo, vel in homine, non fuit effectiuè productus à gratia, & ab habitu charitatis, formaliter loquendo.

Probatur ex dictis: Quoniam actus dilectionis in Angelo causatus fuit ab infusione gratię, pro vt infusio motiua, & dispositiua est ad gratiam, non autem prout est gratificatiua, siue inductiua gratiæ. Hæc conclusio colligitur ex doctrina Caietani 1.2.quæst.113.ar.8. superius explicata. Pro hac

Caietanus

Vasquez

conclusione faciunt ea argumenta, quæ in prima secundæ refert Vasquez disp.211.cap.1. quibus tamen ipse respondet.

Tertia conclusio: Actus dilectionis prædictus fuit effectiuè product' à gratia materialiter sumpta. Probatur: Quoniam infusio gratiæ materialiter sūpta est gratia, vt est in fieri, & actus ille dilectionis processit ab infusione gratiæ; ergo processit à gratia materialiter sumpta, ideſt ab ea re, q̄ gratia est; quamuis ab ea non processerit sub ea ratione, qua gratia est, sed quatenus motio est, vt antè diximus.

Vltima conclusio: Probabilis est ea sententia, quæ dicit, actum dilectionis à gratia, vt efficiente procedere, formaliter loquendo, & tamen ad eam disponere. Probatur: quia causæ sunt sibi inuicem causæ; igitur quod vnius rei causa est in vno genere causæ, potest secundùm alterum causę genus ab ea causari; sicut in nobis contritio præcedit gratiam, & eius causa est in genere causæ materialis, & ab ea causatur in genere causæ efficientis. De qua re supra disseruimus, quæst.3.art.4. Conclusionem hanc tenent hic Bānes, & Zumellus, & Medina 1.2. quæst.113. articulo 8. & subtiliter eam ibi explicat Vasquez.

Bannes Zumellus Medina Vasquez.

Argumenta, & solutiones.

CONtra primam conclusionem sunt argumenta, quæ referunt, & soluunt hic Bannes, Zumellus, & alij supra notati.

Bannes Zumellus Vasquez.

Contra secundam conclusionem argumentatur Vasquez: Primò: Omnis causa efficiens in suo genere efficiendi hoc habet, vt in passum prius inducat formam, per quam debet passum operari, & se mouere, & per quam ipsum agens formam oppositam expellere debet; ergo Deus primò gratiā infundit, deindè per eam Angelus, & homo operatur; igitur actus ille dilectionis effectiuè producitur à gratia. Antecedens probatur: quia passum per formam debet operari.

Respondetur, in argumento falsum supponi, videlicet actum dilectionis Dei super omnia, non nisi à gratia, & habitu charitatis, vt effectiuo, seu formali principio posse procedere; potest enim ēt effici per auxilium supernaturale gratiam, & habitum charitatis præcedens, & multò magis per ipsam infusionem gratiæ, quatenus motiua est prius natura, quàm sit gratiæ, vel habitus charitatis inductiua, & per hoc soluitur alia instantia eiusdem expositoris.

Secundò: Prius ex parte Dei efficientis iustificationem est infusio gratiæ, quam motus liberi arbitrij; ergo. Antecedens probatur; quia agēs, quod destruit vnam formam producendo aliam, primò intendit productionem formæ positiuæ, non autē corruptionem oppositæ; ergo.

Respondetur, infusionem gratiæ duarū actionum vim habere, scilicet motiuæ, & inductiuæ: argumentum autem supponit, eā esse tantùm inductiuam. Secundò dico, argumentum non militare contra nostram conclusionem, quæ non comparat inductionē gratiæ ad expulsionem peccati, quod nullum fuit in Angelo, & homine statim creato, sed comparat gratiam actui liberi arbitrij ad eā disponenti, quærēs, an talis actus possit effectiuè à gratia procedere.

Contra vltimam conclusionem sunt argumenta, quæ referunt, & soluunt Bannes, Zumellus, Medina, & Vasquez locis allegatis.

Bannes Zumellus Medina. Vasquez. Maloniu.

Contra eandē conclusionem argumentatur Malonius. Primò. Quoniam hęc conclusio est in intelligibilis, & implicat apertam repugnātiam; ergo. Probatur assumptum: Quia, si actus dilectionis est effectiuè à gratia, ac proindè posterior ea in genere causæ efficientis; ergo prius natura ego debeo concipere, gratiam esse infusam, quàm illam dispositionem esse productam: sed hoc ipso, quod concipio gratiam ineſſe subiecto ante illam dispositionem, hoc ipso concipio, illam non esse dispositionem; ergo implicat, &c. Probatur hæc propositio subsumpta. Quia dispositio propriè ea est, quę effectiuè, instrumentaliter tamen vel producit ipsam formam, vt in formis materialibus, vel saltem præcedit, & postulat à Deo produci, vt in infusione animæ rationalis.

Respondetur, assumptum esse falsum. Ad cuius probationem negatur subsumpta propositio: licèt enim gratia sit prior actu dilectionis in genere causæ efficientis, siue principij formalis, dilectio tamen præcedit gratiam in genere causæ dispositiuæ, siue materialis, sicut patet de forma materiali substantiali, & quantitate ab ea resultante; prior est enim forma quantitate in genere principij effectiui, seu formalis, sed quantitas est prior forma in genere causæ materialis, vt ostendimus supra quæst.3. art.2. Ad probationem autem subsumptæ propositionis nego; dispositionem esse formæ productiuam effectiuè, & instrumentaliter, rē, & propriè loquendo, dispositionis enim causalitas apud sapientes, & bonos metaphysicos materialis est, vt in dicta quæst. & artic. declarauimus.

Secundò: Hæc sententia innititur falso fundamento; quod scilicet in generatione detur resolutio vsque ad materiam primam, & quod ideo forma secum afferat suas dispositiones; ergo.

Respondetur, fundamentum illud esse firmissimum in doctrina Aristotelis, & D. Thomæ.

Tertiò: Actus procedentes à gratia sunt veluti actus secundi, ideſt operationes ab ipsa gratia, tāquam ab actu primo emanantes; sed actus secundus in nullo genere causæ potest esse prior ipso actu primo; ergo. Maior patet. Minor probatur; quia secundùm nunquam potest suo primo esse prius.

Respondetur, falsam esse minorem, loquendo de actu secundo in eodem instanti producto simul cum actu primo. Ad probationem dico, secūdùm ea ratione, qua secundùm est, nunquàm esse priùs suo primo; sed non inconuenit id, quod vna ratione secundùm est, esse primum alia ratione: sicut in proposito gratia est prior actu dilectionis in genere principij efficientis, vt quo, siue formalis, & vt sic comparatur ad eum, vt actus primus ad secundum, qui tamen in genere causæ materialis prior

est

eſt gratia: & ſecundum hoc genus cauſæ non eſt actus ſecundus reſpectu gratiæ, neque primus; ſed eſt diſpoſitio ad cauſæ materialis attinens complementum.

Quartò: ſequeretur, quod prima gratia caderet ſub merito; at hoc eſt abſurdum; ergo. Probatur ſequela maioris: Quia actus procedentes à gratia ſunt de condigno meritorij non ſolum gloriæ, ſed etiam gratiæ; vt patet de augumento; ergo.

Reſpõdetur, nullam eſse ſequelam maioris. Ad eius probationem negatur aſsumptum vniuerſaliter acceptũ; nam actus illi, qui procedunt à gratia, & ad eam etiam diſponunt, ſunt quidem æternæ vitæ meritorij, ſed gratiã, ad quam diſponunt, meriri non poſsunt; quia ſic præſcindunt à gratia; quæ ſola fons eſt omnis operis meritorij. Videndus eſt Medina 1.2.q.114. art.5.

Medina.

ARTICVLVS IV.

Vtrum Angelus creatus ſuam beatitudinem meruerit.

314 a.d.5 q.2. a.2.& quo li 9 qu.4. art. 2.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd Angelus creatus ſuam beatitudinem non meruerit. Meritum enim eſt ex difficultate actus meritorij. Sed nullam difficultatem Angelus habuit ad bene operandum. Ergo bona operatio non fuit ei meritoria.

2 Præterea. Naturalibus non meremur. Sed naturale fuit Angelo, quòd conuerteretur ad Deum. Ergo per hoc non meruit beatitudinẽ.

3 Præterea. Si Angelus beatus beatitudinem, ſuam meruit, aut ergo antequam eam haberet, aut poſt: ſed non ante, quia (vt multis videtur) ante non habuit gratiam, ſine qua nullum eſt meritum: nec etiam poſt, quia ſic etiã modo mereretur: quod videtur eſſe falſum: quia ſic minor Angelus merendo ad ſuperioris Angeli gradum poſſet pertingere: & non eſſent ſtabiles diſtinctiones graduum gratiæ, quod eſt inconueniens. Non ergo Angelus beatus ſuam beatitudinem meruit.

Sed contra. Apoc. 21. dicitur, quòd menſura Angeli in illa cœleſti Hieruſalem, eſt menſura hominis. Sed homo ad beatitudinẽ pertingere non poteſt, niſi per meritum. Ergo neque Angelus.

Reſpondeo. Dicendum, quòd ſoli Deo beatitudo perfecta eſt naturalis, quia idem eſt ſibi eſſe, & beatum eſſe. Cuiuslibet autem creaturæ eſſe beatum, non eſt natura, ſed vltimus finis. Quælibet autem res ad vltimum finem per ſuam operationem pertingit, quę quidem operatio in finem ducens, vel eſt factiua finis, quãdo finis non excedit virtutem eius, quod operatur propter finem, ſicut medicatio eſt factiua ſanitatis: vel eſt meritoria finis, quando finis excedit virtutem operantis propter finem. Vnde expectatur finis ex dono alterius. Beatitudo autem vltima excedit, & naturam Angelicam, & humanam, vt ex dictis patet.* Vnde relinquitur, quod tam homo, quam Angelus ſuam beatitudinem meruerint. Et ſi quidẽ Angelus in gratia creatus fuit, ſine qua nullũ eſt meritum, abſque difficultate dicere poſſumus, quod ſuam beatitudinem meruerit. Et ſimiliter, ſi quis diceret, quòd qualitercumque gratiam habuerit, antequam gloriam. Si verò gratiam non habuit, antequàm eſſet beatus, ſic oportet dicere, quòd beatitudinem abſque merito habuit, ſicut nos gratiam: quod tamen eſt contra rationem beatitudinis, quæ habet rationem finis, & eſt præmium virtutis, vt etiã Philoſophus dicit in 1. Ethic.* Vel oportet dicere, quòd Angeli meretur beatitudinem per ea, quæ iam beati operantur in diuinis miniſterijs, vt alij dixerunt: quod tamen eſt contra rationem meriti; nam meritum habet rationem viæ ad finem; ei autem, qui iam eſt in termino, non conuenit moueri ad terminum; & ſic nullus meretur, quod iam habet. Vel oportet dicere, quòd vnus, & idem actus conuerſionis in Deum, inquantùm eſt ex libero arbitrio, eſt meritorius; & inquantum pertingit ad finem, eſt fruitio beata. Sed nec hoc etiam videtur eſſe conueniens, quia liberum arbitrium non eſt ſufficiens cauſa meriti. Vnde actus non poteſt eſſe meritorius ſecundum, quod eſt ex libero arbitrio, niſi inquantum eſt gratia informatus. Non autem ſimul poteſt informari gratia imperfecta, quæ eſt principium merendi; & gratia perfecta, quę eſt principium fruendi. Vnde non videtur eſſe poſſibile, quòd ſimul fruatur, & ſuam fruitionem mereatur. Et ideo melius dicendum eſt, quòd gratiam habuit Angelus, antequàm eſſet beatus, per quam beatitudinem meruit.

art 1.& 2. huius q.2 q 1. ar.4. & 5.

143

Li.2. Ethi. ca.9.circa prin.to.5.

D.880. D.884. 887 D. 154. 155

Ad primum ergo dicendum, quòd difficultas bene operandi, nõ eſt in Angelis ex aliqua contrarietate, vel impedimento naturalis virtutis, ſed ex hoc, quòd opus aliquod bonum eſt ſupra virtutem naturæ.

Ad ſecundum dicendum, quòd conuerſione naturali Angelus non meruit beatitudinẽ; ſed conuerſione charitatis, quæ eſt per gratiã.

Ad tertium patet reſponſio ex dictis.*

In cor. art.

Senſus quæſiti.

S. Thom.

QVæſtio hic eſt de merito condigni: Quid autem ſit meritum explicat S.D. 12.q.114.art. 1. differentiam autem meriti ex condigno à merito ex congruo, declaratur in eadem quæſt. art. 3.

Forma

Forma Textus.

PRima concluſio eſt: *Angelus ſuam beatitudinem meruit.* Probatur dupliciter: *Quælibet res ad vltimũ finem per ſuam operationem pertingit; quæ quidem operatio in finem ducens, vel eſt factiua finis, quando finis non excedit virtutem eius, quod operatur propter finẽ, vel eſt meritoria finis, quando finis excedit virtutem operantis propter finem: at beatitudo vltima eſt finis vltimus excedens naturam Angelicam, & humanam; ergo iam homo, quam Angelus ſuam beatitudinem meruerunt.* Maior declaratur primò quo ad illam particulam: *vel eſt factiua finis, &c. exemplo medicationis, quæ eſt factiua ſanitatis.*

Secundo probatur à poſteriori: quo ad illam aliam partem, videlicet; vel eſt meritoria finis, &c. quia tunc finis expectatur ex dono alterius. Minor verò probatur primò, quo ad priorem partem affirmantem, ſcilicet *beatitudinem eſſe vltimum finem Angelicæ naturæ, & humanæ; quia ſoli Deo beatitudo perfecta eſt naturalis; ergo cuiuslibet creaturæ beatitudo eſt vltimus finis.*

Antecedens probatur: Quia in Deo idem eſt eſſe, & beatum eſſe, at in creatura beatum eſſe non eſt natura, vel eſſe; ergo ſoli Deo beatitudo eſt naturalis. Deinde quo ad aliam partem aſſerentem, *beatitudinem vltimã excedere naturam Angelicam, & humanam, relinquitur, vt nota ex dictis in art. 1. huius quæſt.*

Secunda concluſio: Abſq; difficultate dicere poſſumus, Angelum ſuam beatitudinem meruiſſe per gratiam, in qua creatus fuit, vel quam habuit aliquo alio modo ante gloriam. Probatur primò: Quoniam meritũ omne eſt per gratiam. Secundò: Quia, ſi Angelus gratiã non habuit, antequàm eſſet beatus, & conſequenter per eam non meruit, oportet dicere, quod beatitudinem abſque merito habuit, ſicut nos gratiam; vel quod Angeli mereantur beatitudinem per ea, quæ iam beati operantur in diuinis miniſterijs; vel quod vnus, & idem actus conuerſionis in Deum, inquãtum eſt ex libero arbitrio, eſt meritorius, & inquantum pertingit ad finem, eſt fruitio beata; ſed hæc omnia ſunt abſurda; ergo. Maior relinquitur, vt nota, & probat eam Caietanus ibi, *ſufficientiæ, &c.* Minor autem quo ad primam partem probatur: *Quia beatitudo habet rationem finis, & eſt premium virtutis, vt ait Philoſophus in 1. Ethic. c. 9. ergo contra rationem beatitudinis eſt, quod eam habuerit Angelus abſque merito.* Ariſtot. *Quo ad ſecundam verò, quia eſt contra rationem meriti, vt quis mereatur, quod iam habet; ergo Angeli non merentur beatitudinem per ea, quæ iam beati operantur.*

Antecedens probatur; quia meritum habet rationem viæ ad finem; at ei, qui iam eſt in termino, non conuenit moueri ad finem: ergo eſt contra rationem meriti, vt quis mereatur, quod iam habet. Quo ad tertiam verò partem probatur: Actus non poteſt eſſe meritorius, ſecundum quod eſt ex libero arbitrio, niſi inquantum eſt gratia informatus; ac non poteſt ſimul informari gratia imperfecta, quæ eſt principium merendi, & gratia perfecta, quæ eſt principium fruendi; ergo non poteſt eſſe, vt vnus, & idem actus conuerſionis in Deum, inquantum eſt ex libero arbitrio, ſit meritorius, & inquantum pertingit ad finem, ſit fruitio beata, ita vt beatus ſimul fruatur, & ſuam fruitionem mereatur. Maior pro-

A *batur: Quia liberum arbitrium non eſt ſufficiens cauſa meriti.*

Expoſitio Textus.

ANgelos ſanctos ſuam meruiſſe beatitudinẽ, vt ait prima concluſio, ſcriptura diuina ſignificat Apoc. 12. cum bonorum, & malorum Angelorum pugnam deſcribens ait: *Factum eſt prælium magnum in cœlo: Michael, & Angeli eius prælia-* Apoc. c. 12
bantur cum Dracone, & Draco pugnabat, & Angeli eius, & non valuerunt, &c. & poſt pauca ſubdit. *Et audiui vocem magnam de cœlo dicentem: Nunc facta eſt ſalus, & virtus, & regnum Dei noſtri, &c.* Vbi quatuor
B deſcribuntur extrema, ex quibus neceſsariò medium intelligitur. Prima duo extrema ſunt operatio bona voluntatis Sanctorum Angelorum Deũ, vt principium, & authorem naturæ, gratiæ, & gloriæ cognoſcentium, & diligẽtium, & operatio mala præuaricantium Angelorum Deo ſuæ voluntate rebellantium. Quæ duo actionum genera ſignificantur illis verbis, *Factum eſt prælium magnum, etc.* Alia duo extrema ſunt: malorum ſupplicium illis verbis ſignificatum: *Et proiectus eſt Draco ille magnus, &c.* & bonorum premium illis verbis expreſſum: *nunc facta eſt ſalus, & virtus, &c.* quia beatitudo, quæ eſt perfecta ſalus, bonis Angelis virtutem
C attulit perpetuæ firmitatis in bono. Medium autẽ inter extrema meritum eſt bonum, & malũ, quod ratione tantùm ab operatione diſtinguitur; ſolam enim habitudinem addit ad premium, quem reſpectum nomen operationis non importat; ſed operationibus bonis, & malis, & earum retributionibus recenſitis hoc ipſo ratio meriti boni, vel mali ſignificatur actibus conuenire, quibus facta dicitur eſſe retributio.

Tandem concluſionem probat hìc S. D. in argumento *ſed contra* ex Apoc. cap. 21. vbi dicitur, eandem eſſe menſuram hominis, & Angeli. Quem locum ait Vaſquez longè diuerſum habere ſenſum Apoc. c. 21 Vaſquez.
D ab eo, quem illi tribuit S. D. ſed de hoc agemus in ſequenti controuerſia. Alias probationes eiuſdem concluſionis lege, ſi placet, apud Valentiam. Circa maiorem illam: *Quælibet res per ſuam operationẽ pertingit ad vltimum finem, &c.* vide Caietanum. Valentis. Caiet.

Opinionem Magiſtri ſententiarũ dicentis, Angelos ſuam promereri beatitudinẽ per opera poſt adeptam beatitudinẽ in diuinis miniſterijs exercita, confutant Zumellus, Molina, Valentia, & Vaſquez ſuper hoc articulo. Magiſt. sẽt. Zumellus Molina. Valentia. Vaſquez. Peſantius.

Circa vltimam ſententiam in textu reiectam, quam vt probabilem admittit alibi S. Doct. diſputant hìc latè Valentia, Vaſquez, & Peſantius, &
E quædam etiam tangit hìc Zumellus: ſed proprius huius quæſtionis locus eſt in art. 6. ſequentis quæſtionis: hìc tamen nonnulla pro defenſione rationis D. Thomæ aduerſus eam ſententiam breuiter innuemus, quæ loco iam dicto proferentur vberius.

Con-

Controuerſia Vnica.

Nùm rationes D. Thomæ quibus probatur duas concluſiones in textu, ſint efficaces.

Sententiæ Expoſitorum.

Prima difficultas.

PRima difficultas eſt de diſcurſu, quo probatur in corpore prima cõcluſio. Videtur enim falſa propoſitio illa maior; *Qualibet res ad vltimum finem per ſuam operationem pertingit, quæ quidem operatio, &c.* Chriſtus enim nec per naturam habuit beatitudinem, nec per operationem acquiſiuit. Cui ſatisfacit hic optimè Caietanus, quem alij ſequuntur expoſitores.

Caietanus

Secunda difficultas.

Secunda difficultas eſt, quam excitat Vaſquez diſp. 229. cap. 1. vbi probationem arguit S.D. in argumento: *Sed contra*, ex Apoc. cap. 21. deſumptam, vbi dicitur, *Menſura hominis, quæ eſt Angeli*: Ex quo loco ſic probat concluſionem S. Thomas: Menſura Angeli in illa cœleſti Hieruſalem eſt menſura hominis; ſed homo ad beatitudinem pertingere non poteſt, niſi per meritum; ergo neq; Angelus. Sed ait Vaſquez, hunc ſenſum alienum omninò eſſe à contextu verborũ illius capitis. Rationes eius adducentur inferius. Vaſquez iũ ſequitur Peſantius.

Vaſquez. Apoc. 21. S. Thom.

Peſantius.

Deindè reprehendit Vaſquez cap. 4. rationem D. Thom. contra tertiam opinionem in textu reiectam, dicens, debuiſſe probari, omne meritum gloriæ ſupponere gratiam imperfectam, & nondum conſummatam, tanquam radicem ſui, eo quòd de hoc ſit præcipua difficultas in opinione prædicta: quod etiam affirmat Valentia puncto ſecundo ſequens Scotum in 2. ſentent. diſt. 5. dicentem, falſũ eſſe, gratiam meritis eſſe neceſſariò imperfectionem gratiæ fruentis, quamuis vſus eius in patria ſit perfectior, quàm in via.

Valentia. Scotus.

Arguit etiam Valentia rationem D. Thom. contra ſecundam opinionem dicens, eam petere principium, eo quòd ſumat id, quod erat probandum ſcilicet de ratione meriti eſſe, vt qui meretur, moueatur ad terminum, & non ſit in illo. Deniq; contra rationem impugnantem tertiam opinionem mouet Caietanus difficultatem, cuius ſolutionem hic breuiſſimè tangit, ſed vberrimè verſat in q. ſequenti art. 6.

Valentia.

Caietanus

Reſolutio.

Reſpondetur ſigillatim quatuor propoſitis difficultatib.

QVatuor ſunt huius controuerſiæ partes, quæ breuiter eodem ordine, quo fuere propoſitæ, ſunt definiendæ.

Ad primã.

Ad primam itaq; dico: Maiorem illam: *Qualibet res ad vltimum finem per ſuam operationem pertingit, &c.* intelligendam eſſe de re, quæ pura creatura eſt: & ſic vniuerſaliter vera eſt, & apud ſapientes quaſi per ſe nota: Chriſtus autem dominus non eſt pura creatura: cum ſit Deus, & homo; & ideo, nec per naturam habet beatitudinem creatam, quatenus homo, nec eam per operationem apud Deum meritoriam acquiſiuit; ſed merè gratis à Deo collatam accepit per aſſumptionem humanæ naturæ ad vnitatem perſonæ Verbi; ex qua, nullis præcedentibus meritis, beatitudo, ſicut ſplẽdor ex Sole, & ſicut flumen ex fonte redundauit in ſupremas animæ vires, ſcilicet in intellectum, & voluntatem iuxta illud Lucæ 2. *Quod enim ex te naſcetur Sanctum, vocabitur Filius Dei.* Lucæ 1.

Ad ſecũdã Vaſquez. arguitur.

Ad ſecundam dico primò, debitæ reuerentiæ terminos non tenuiſſe Vaſquezium, cum ſenſum Angelici noſtri Doctoris à contextu, & verbis illis diuinæ ſcripturæ alienum omninò eſſe, tam facile pronunciauit. Nam, etſi congrua ſit illa expoſitio, quam refert Vaſquez, ex Areta, non debuit tamen, vt aliena prorſus excludi S.D. interpretatio; quam antea gloſſa interlinearis expreſſerat, quæ verba illa Apoc. cap. 21. *Menſura hominis, quæ eſt Angeli*, ſic interpretatur; *vel quia æquales Angelis, vel quia tantæ multitudinis*: præmiſerat autem expoſitionem illius nominis, *cubitorum*, dicens, cubitum, in quo eſt manus, operationem ſignificare: æqualitas igitur hominis, & Angeli ſecũdum gloſſam illam intelligenda eſt, quo ad operationes, ſcilicet meritorias, vt eis etiam æquale reddatur præmium ſcilicet beatitudo. Quam expoſitionem, vt optimam ſequutus eſt Lyranus.

Gloſſa. Apoc. c 21

Lyranus.

Secundò dico, argumentum *ſed contra*, apud D. Thomam, vt plurimum eſſe tantùm probabile, & inniti quandoque ſenſui myſtico, & nonnunquàm etiam nimis probare; adeò vt nonnunquàm, ſolutis argumentis contra concluſionem, reſpondeat etiam argumento prædicto; vt patet verſatis in doctrina D Thomæ.

Tertiò dico, loquutionem illam eſſe metaphoricam, & multos admittere ſenſus etiam litterales, quorum vnus alterum non excludit.

Ad tertiam difficultatem, ſiue magis impugnationem Valentiæ contra rationem D. Thomæ aduerſus ſecundam opinionem ab eo reiectam dico, duas illas propoſitiones, videlicet, meritum habet rationem viæ ad finem, &, Ei, qui iam eſt in termino, non conuenit moueri ad finem, ex proprijs terminis eſſe notiſſimas, quia meritum eſt operatio libera, cui merces debetur: in propoſito verò meritum vitæ æternæ eſt operatio libera, bona, ſupernaturalis, cui ex diuina ordinatione beatitudo debetur, vt merces; igitur meritum ſuapte natura via eſt in beatitudinem tendens, vt in terminum: Quod enim ex ordinatione debetur alicui ſub conditione operis exhibendi, perfectam, & exhibitam priùs, quàm detur, exigit operationem. Sed dices fortaſsè cum Magiſtro, poſſe militem pugnando mereri munus, puta equum ſibi iam à Rege collatum,

Ad tertiũ quid cadat ſub merito.

Inſtãs. Durandi reſponſio.

Reſpondet Durandus, obſequia militaria verè, & propriè meriti rationem habere non poſſe, ſi militi priùs à Rege facta fuit donatio Equi, ſed opera illa gratiarum actiones eſſe militis pro beneficio recepto: Nec vlla ſimilitudo eſt inter militem equum iam debitum per opera militaria promerentem, & Angelum cœleſti beatitudine donatum Deo miniſtrantem, vt ſcilicet per opera miniſterij beatitudinem habitam mereatur; Equus enim à

Rege

Rege militi donatus non mutat ſtatum eius militarem, poteſtq; miles promiſſa non ſernans ſecundum legem ordinariam Equo priuari: at beatitudo cœleſtis Angelo, vel Homini collata ſtatum eius immutat; facit enim de Viatore Comprehenſorem, nec ab eo poteſt auferri ſecundum legem Dei ordinariam.

Probatur hæc veritas. Primò: Quia, vel acceperunt Angeli beatitudinem à principio ſub conditione, videlicet, vt eam ſibi per opera ſubſequentia mererentur, vel abſolutè fuit eis à Deo collata beatitudo. Primum dici non poteſt: primò, quia ſic, non fuiſſent, nec eſſent Angeli ſimpliciter, & verè beati; nam de ratione beatitudinis eſt, vt ſemel habita nunquàm poſsit amitti, vt probat Sanctus Thomas prima ſecundæ, quæſtione quinta, articulo quarto, at, ſi penderet in conſeruari à conditione futuræ operationis liberæ, facilè poſſet amitti, non extante, ſcilicet operatione conuenta. Secundò: Quia ſic nunquàm poſſent æquari meritum, & præmium, ſed vnum ſemper eſſet altero maius.

S. Thom.

Probatur ſequela; quia numerus operationum Angeli, quibus Deo miniſtrat, ſemper augetur; data fuit igitur Angelis abſolutè beatitudo, ac proindè non pendet à futuris eorum operibus, tamquàm meritis prius habitæ fœlicitatis.

Valentiæ reſponſio.

Sed ait Valentia, Angelis fuiſſe datam abſolutè beatitudinem, vt eſſet verè ipſorum, non tamen ſine reſpectu ad miniſteria illa futura; ità vt, cum poſtea exercerent miniſteria, non dicerentur mereri illam, quaſi tunc primum facerent eam ſuam, ſed quaſi ſoluendo pretium, ob quod futurum fuit illis antè data: ſicut (inquit) qui vendit alicui pallium ob pretium poſteà ſoluendum, verè dat emptori pallium, vt verè ſit eius, etſi non niſi ob pretium ſoluendum: & quando poſteà emptor ſoluit pretium, licèt primò tunc non faciat pallium ſuũ, tamen verè dicitur illud ob eam ſolutionem habuiſſe, & habere: ſicut etiam gratia fuit data Patribus veteris teſtamenti, vt verè tunc eſſet ipſorum, licèt non ſine reſpectu meritorum futurorum Chriſti, ob quæ fuit illis data, & quando Patribus illis poſteà Chriſtus gratiam illam meruit, licèt non fecerit, vt tunc primum gratia eſſet illorum, tamen verè ob illud Chriſti meritum Patres illam habuerunt: Vndè, quod dicitur illo argumento, nullus meretur id, quod eſt ſuum tunc, quando meretur, ità diſtinguo, quod eſt ſuum alio titulo, quã futuri meriti, concedo, quod eſt, vel fuit, non niſi titulo futuri meriti, nego. Hæc ille.

cõfutatur.

Sed hęc friuola ſunt, & ſecum pugnãt; eſt enim implicantia manifeſta dicere, datam Angelis abſolutè fuiſſe beatitudinem, vt eſſet verè ipſorum, & tamen non ſine reſpectu ad eorum futura miniſteria: reſpectus enim prędictus ad futura miniſteria nulla ratione poteſt explicari, niſi dicèdo, beatitudinem Angelis fuiſſe collatam dependenter à miniſterijs; atque adeò ſub conditione futurorum operum: ſicut, qui pallium vendit ob pretium poſteà ſoluendum, hoc ipſo quòd ità vendit, conditionem apponit futuræ ſolutionis iuſti pretij, quo minimè ſoluto, iuxta conuenta ius relinquitur venditori pallium repetendi. Eſt igitur expreſſa contradictio dicere, datam Angelis fuiſſe beatitudinem abſolutè, & tamen non ſine reſpectu ad eorum futura miniſteria.

Præterea illud cadit ſub humano merito, quod comparatur ad motum liberi arbitrij directi à Deo mouente, ſicut terminus, non autem id, quod comparatur ad prædictum motum, ſicut principium, vt ait S. D. in 1. 2. q. 114. art. 9. at miniſteria poſt habitam beatitudinem ab Angelis exhibita ſunt ex beatitudine, quatenus includit gratiam cõſummatam, & viſionem, tamquam ex principio; ergo nullo modo poteſt Angelus per ea mereri beatitudinem. Minor probatur; quoniam opera illa procedant ex charitate, hæc autem in beatis ex gratia conſummata, & ex viſione Dei, quatenus eſt ſummum bonum, & maximè diligibile.

S. Thom.

Denique exempla, quæ producit Valentia, minimum habent de ſimilitudine; pallium enim emptori venditum non eſt principium effectiuum futuri pretij, ſed occaſio tantùm, & materia: deinde, licèt emptor ſolutione pretij non faciat, tũc primò pallium eſſe ſuum, quia tamen opus exhibet verè ac propriè meritorium, hoc ipſo facit tunc primò ſibi debitam eſſe mercedem, quia meritum eſt, cui debetur premium; igitur meritum in actu poſitum intrinſecè claudit ordinem ad premium, vt tunc primò debitum merenti, tamquam ſuum: at venditio pallij cum eius traditione, tunc primò conſtituit ementem pallij Dominum, ſed tamen debitorem ad exoluendum tempore conſtituto precium, vt iuſtitiæ conſtituatur æqualitas: Cum ità; ſoluitur ab emptore pecunia, non efficitur tunc primò pallium emptori debitum, & ſub eius dominio, quia ſolutio, vt ſic non ordinatur ad conſtituendum eum, cui fit ſolutio, debitorem, neq; dominum eum, qui ſoluit; ſed ad æqualitatem iuſtitię conſtituendam. Chriſtus autem, qui ſimul erat Comprehenſor, & Viator, ſuis omnibus membris potuit gratiam, & gloriam, ſiue beatitudinẽ promereri, non tamen ſibi: Fuit igitur valdè congruè antiquis Patribus a Deo collata gratia propter merita Chriſti ab æterno præfinita, atque præuiſa, tamquam propter finalem cauſam, vt ſupra diximus q. 23. art. 2. controu. vnica: ex hoc autem non ſit conſequens, potuiſſe ſimiliter Angelis conferri gloriam, vt eam per futura miniſteria ſibi mererentur.

Scotus. Valentia. Vaſquez.

Supereſt poſtremò ratio S. D. contra tertiam opinionem ab impugnatione Scoti, Valentię, & Vaſquezij defendenda. Ait enim, fallum eſſe, gratiam merentis eſſe imperfectiorem gratia fruentis. Valentia verò, & Vaſquez dicunt, probari debuiſſe, meritum omne gloriæ ſupponere gratiam imperfectam, & nondum conſummatam, tamquam radicem ſui. Scoto reſpondet Caietanus dicens, gratiam merentis imperfectiorem eſſe gratia fruentis ſaltem quo ad actum, eo quod illa ſtatum habeat conſummatum, & operationem perfectam, hęc autem in vtroque deficiat. Valentię verò, & Vaſquezio prędicta reſpondent; ſi quidem ratio meriti eſt ratio motus, ac viæ tendentis in præmium, vt

Caietanus

vt in terminum: constat autem motum, & viam ex fui ratione nunquam esse perfecta, nisi termino cõpleantur.

Difficultas autem, quam hìc excitat Caietanus ex doctrina S.D. Quolib. 9. art. 8. vbi rationem soluit, quam hic aduersus tertiam opinionem adduxit, sedem habet propriã in art. 6. sequentis quæst. vbi de morulis, siue instantibus Angelorum actus in adeptione beatitudinis mensurantibus differemus vberrimè.

cõclusio. Ex dictis sequitur vnica conclusio, videlicet: Rationes D. Thom. sunt efficaces, prout subiecta materia patitur.

Argumenta, & solutiones.

CONtra primam rationem in argumento; sed contra, ex verbis Apoc. cap. 21. deductã est argumentum Vasquezij superius tactum, & solutum. Vasquez.

Contra rationem D. Tho. productam aduersus secundam opinionem est motiuum Valentiæ iam solutum.

Contra rationem, qua tertia cõfutatur opinio, sunt obiecta Scoti, Valentiæ, & Vasquezij iam soluta. Valentia. Scotus.

ARTICVLVS V.

Vtrum Angelus statim post vnum actum meriti, beatitudinem habuerit.

815 AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd Angelus non statim post vnum actum meritorium beatitudinem habuerit. Difficilius enim est homini bene operari, quàm Angelo. Sed homo non præmiatur statim post vnum actum. Ergo neque Angelus.

2 Præterea. Angelus statim in principio suæ creationis, & in instanti actum aliquem habere potuit, cùm etiam corpora naturalia in ipso instanti suæ creationis moueri incipiant, & si motus corporis in instanti esse posset, sicut opera intellectus, & voluntatis, in primo instãti suæ generationis motum haberent. Si ergo Angelus per vnum motum suę voluntatis beatitudinem meruit, in primo instanti suæ creationis meruit beatitudinem. Si ergo eorũ beatitudo non retardatur: statim in primo instanti fuerunt beati.

3 Præterea. Inter multum distantia oportet esse multa media. Sed status beatitudinis Angelorum multum distat à statu naturæ eorum: medium autem inter vtrunque est meritum. Oportuit igitur, quòd per multa media Angelus ad beatitudinem perueniret.

Sed contra. Anima hominis, & Angelus similiter ad beatitudinem ordinantur: vnde sanctis promittitur æqualitas Angelorum. Sed anima à corpore separata, si habeat meritũ beatitudinis, statim beatitudinem consequitur, nisi aliud sit impedimentum. Ergo pari ratione, & Angelus. Sed statim in primo actu charitatis habuit meritum beatitudinis. Ergo cum in eo non esset aliquod impedimentum, statim ad beatitudinem peruenit per solum vnum actum meritorium.

Respondeo. Dicendum, quòd Angelus post primum actum charitatis, quo beatitudinem meruit, statim beatus fuit. Cuius ratio est. Quia gratia perficit naturam secundum modum naturæ, sicut, & omnis perfectio recipitur in perfectibili secũdum modum eius. Est autem hoc proprium naturæ Angelicæ, quod naturalem perfectionem, non per discursum * acquirat, sed statim per naturam habeat, sicut supra ostensum est. * Sicut autem ex sua natura Angelus habet ordinem ad perfectionem naturalẽ, ita ex merito habet ordinem ad gloriam. & ita statim post meritum in Angelo fuit beatitudo consecuta. Meritum autem beatitudinis non solùm in Angelo, sed etiam in homine esse potest per vnicum actum, quia quolibet actu charitate informato homo beatitudinem meretur. Vnde relinquitur, quod statim post vnum actum, charitate informatum Angelus beatus fuit.

D. 142. Art. 1. huius q. & q. 98. art. 3. & 4.

D. 160.

Ad primum ergo dicendũ, quòd homo secundùm suam naturam, non statim natus est vltimam perfectionem adipisci, sicut Angelus: & ideò homini longior via data est ad merendum beatitudinem, quàm Angelo.

Ad secundum dicendum, quòd Angelus est supra tempus rerum corporalium. Vnde instãtia diuersa in his, quæ ad Angelos pertinent, non accipiuntur nisi secundùm successionem in ipsorum actibus. Non autem potuit simul in eis esse actus meritorius beatitudinis, & actus beatitudinis, qui est fruitio, cum vnus sit gratiæ imperfectæ, & alius gratiæ consummatæ. Vnde relinquitur, quòd oportet diuersa instantia accipi: in quorum vno meruerit beatitudinem, & in alio fuerit beatus.

b 308

D 887. 154. 155.

314

Ad tertium dicendum, quòd de natura Angeli est, quòd statim suam perfectionem consequatur, ad quam ordinatur. Et ideo non requiritur nisi vnus actus meritorius, qui ea ratione medium dici potest; quia secundùm ipsum Angelus ad beatitudinem ordinatur.

Forma Textus.

CONclusio est: Angelus post primum actum charitatis, quo beatitudinem meruit, statim beatus fuit. Probatur: Statim post meritum in Angelo fuit beatitu-

Digitized by Google

do consequuta; at meritum beatitudinis non solum in Angelo, sed etiam in homine esse potest per vnicum actum ergo statim per vnum actum charitate informatâ Angelus beatus fuit. Minor probatur; quia quolibet actu charitate informato homo beatitudinem meretur. Maior autem probatur: quia, sicut Angelus ex natura sua habet ordinem ad perfectionem naturalem, ita ex merito habet ordinem ad gloriam: at naturæ Angelicæ proprium est, vt naturalem perfectionem non per discursum acquirat, sed statim per naturam habeat; ergo statim post meritum fuit in Angelo beatitudo consecuta. Maior huius argumenti probatur; quia gratia perficit naturam per modum naturæ. Probatur hoc assumptum; quia omnis perfectio recipitur in perfectibili secundum modum eius: Minor verò patet ex quæst. 58. art. 3. & 4.

A

B

Expositio Textus.

Nisceta error.

QVidam Niscetas commentator Nazianzeni docuit, Angelos ante Christi resurrectionẽ non fuisse stabiles in gratia, nec diuinam essentiã vidisse. Quem errorem confutat hìc Bannes, & Zumellus vberius, quæstione sua prima ad hunc articulum; vbi etiam explicat doctrinam præsentis articuli. Idem etiam in secunda sua quæstione contra Capreolum, Caietanum, Ferrariensem, & Bannesium mentem S. D. interpretatur de morulis Angelorum: de quibus etiam hìc latè disputant Vasquez, & Valentia. Nos difficultatem hanc insignẽ examinabimus in 6. quæstionis sequentis artic.

Bannes. Zumellus Vasquez. Valentia.

C

Scotus in 2. sent. dist. 5. quæst. 1. ad vltimum argumentum, conclusionem, & rationem S. D. impugnat: sed eius argumenta cõfutat hìc breuiter Caietanus iuxta suam sententiam de morulis Angelorum, de qua in 6. illo differemus articulo.

Scotus. Caietan.

Cauenda est hìc doctrina Zumelli docentis in fine suæ primæ quæstionis duplex opus charitatis in Angelis bonis esse constituendum alterum commune illis, & malis; quod ait non esse tam propriè charitatis elicientis, quàm informantis, alterum à charitate perfectè eliciente, & propriè, & non solum informante; falsum est enim actum illum primum, quo meruerunt omnes Angeli tam boni, quã mali esse charitatis tantũ informantis, & non elicientis; quamuis enim liber non fuerit quo ad specificationem actus, libertatem tamen habuit exercitij, ac proindè non solùm verè ac propriè, sed ẽt libere fuit elicitus ab Angeli voluntate charitatis habitu perfecta: si namque dictus actus à charitate solum, vt informante procederet, sicut splendor à luce, & à calore calefactio, iam nulla ratione liber esset, atque ideo meritorius esse non posset.

Zum doctrina cauenda.

D

E

ARTICVLVS VI.

Vtrum Angeli sint consecuti gratiam, & gloriam secundùm quantitatem suorum naturalium.

316 AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd Angeli non sint consecuti gratiam, & gloriam secundùm quantitatem suorum naturalium. Gratia enim ex mera Dei voluntate datur: Ergo, & quantitas gratiæ dependet ex voluntate Dei, & non ex quãtitate naturalium.

2 Præterea. Magis propinquum videtur ad gratiam actus humanus, quàm natura, quia actus humanus præparatorius est ad gratiam. Sed gratia non est ex operibus, vt dicitur Roman. 11. Multò igitur minus quantitas gratiæ in Angelis est secundùm quantitatem naturalium.

3 Præterea. Homo, & Angelus pariter ordinantur ad beatitudinem, vel gratiam. Sed homini non datur plus de gratia secundùm gradum naturalium. Ergo nec Angelo.

Sed contra est, quòd Magister dicit 3. dist. 2. sent. d. 9 para. 2. à medio illius. secundi sentent. *quòd Angeli, qui natura magis subtiles, & sapientia amplius perspicaces creati sunt: hi etiam maioribus gratiæ muneribus prædìti sunt.

Respondeo. Dicendum, quòd rationabile est, quòd secundùm gradum naturalium Angelis data sint dona gratiarum, & perfectio beatitudinis. Cuius quidem ratio ex duobus accipi potest. Primò quidem ex parte ipsius Dei, qui per ordinem suæ sapientiæ diuersos gradus in Angelica natura constituit. Sicut autem natura Angelica facta est à Deo, ad gratiam, & beatitudinem consequendam, ita etiã gradus naturæ Angelicæ ad diuersos gradus gratiæ, & gloriæ ordinari videntur, vt puta, si ædificator lapides polit ad construendam domum: ex hoc ipso, quòd aliquos pulchrius, & decentius aptat, videtur eos ad honoratiorem partem domus ordinare. Sic igitur videtur, q Deus Angelos, quos altioris naturæ fecit, ad maiora gratiarum dona, & ampliorem beatitudinem ordinauerit. Secundò apparet idem ex parte ipsius Angeli: non enim Angelus est compositus ex diuersis naturis, vt inclinatio vnius naturæ, impetum alterius impediat, aut retardet, sicut in homine accidit: in quo motus intellectiuæ partis, aut retardatur, aut impeditur ex inclinatione partis sensitiuæ. Quãdo autem non est aliquid, quod retardet, aut impediat, natura in id, secundùm totam suam virtutem mouetur. Et ideo rationabile est, q Angeli, qui meliorem naturam habuerunt, ẽt fortius, & efficacius ad Deum sint conuersi. Hoc autem etiam in hominibus cõtingit: quia secundùm intensionem conuersionis in Deum datur maior gratia, & gloria. Vnde videtur, quòd Angeli, qui habuerunt meliora naturalia, habuerunt plus de gratia, & gloria.

D. 1158. 1121 D. 316. 532 577

Ad primum ergo dicendum, quòd, sicut gratia est ex mera Dei voluntate, ita etiam, & natura Angeli. Et sicut naturam Dei voluntas

or-

ordinauit ad gratiam, ita & gradus naturæ ad gradus gratiæ.

Ad secundum dicendum, quòd actus rationalis creaturæ sunt ab ipsa: sed natura est immediatè à Deo. Vnde magis videtur, quòd gratia detur secundùm gradum naturæ, quàm ex operibus.

Ad tertium dicendum, quòd diuersitas naturalium aliter est in Angelis, qui differunt specie, & aliter in hominibus, qui differunt solo numero. Differentia enim secundùm speciẽ
d 264 est propter finem; sed differẽtia secundùm numerum est propter̃ materiam. In homine etiã
B est aliquid, quod potest impedire, vel retardare motum intellectiuæ naturæ, non autem in
o Angelis. Vnde non est eadẽ ratio de vtroque.

Sensus quæsiti.

QVæritur hic, num quantitas gratiæ, & gloriæ, quam adepti sunt Angeli, sit secundùm quãtitatem naturalium, non absolutè: sed proportionaliter: est enim diuersi ordinis natura ab ordine gratiæ, & gloriæ, & ideò non potest illis absolutè comparari: sed, quia conuenientia quædam, & similitudo est proportionalis inter gradus naturæ, & gradus gratiæ, & gloriæ, ideò potest etiam naturæ quantitas proportionaliter sumpta quantitatibus gratiæ, & gloriæ proportionaliter acceptis comparari.

Forma Textus.

C *Conclusio est: Rationabile est, quod secundùm quantitatem naturalium Angelis data, sint dona gratiarum, & perfectio beatitudinis. Probatur dupliciter. Primò ratione desumpta ex parte Dei: Deus per ordinẽ suæ sapientiæ diuersos gradus in Angelica natura constituit, & ordinauit eos ad gratiam, & beatitudinem consequendam; ergo etiam gradus naturæ Angelicæ ad*
D *diuersos gradus gratiæ, & gloriæ ordinari videntur; ita vt Deus Angelos, quos altioris naturæ fecit, ad maiora gratiarum dona, & ampliorem beatitudinem ordinauerit. Probatur consequentia à simili: Nam si ædificator lapides polit ad construendam domum, ex hoc ipso, quod aliquos pulchrius, & decentius aptat, videtur eos ad honoratiorem partem domus ordinare. Secundò probatur ratione desumpta ex parte ipsius Angeli: Rationabile est, quod Angeli, qui meliorem naturam habuerunt, etiam fortius, & efficacius ad Deum sint conuersi; ergo videtur, quòd Angeli, qui habuerunt meliora naturalia, habuerint plus de gratia, & gloria. Consequentia probatur; quia etiam in hominibus secundùm*
B *intensionem conuersionis in Deum datur maior gratia, & gloria. Antecedens verò probatur; quia, quando non est aliquid, quod retardet, aut impediat naturam in id, quod appetit secundùm totam suam virtutem mouetur; at nihil est in Angelo, quod inclinationem naturæ retardet; ergo natura Angelis in id, quod appetit, secundùm totam suam virtutem mouetur; ergo rationabile est, quod Angeli, qui meliorem naturam habuerunt, & fortius, & efficacius ad Deum sint conuersi. Minor pro-*
A *batur; quia Angelus non est compositus ex diuersis naturis, vt inclinatio vnius naturæ impedire, aut retardet, sicut in homine accidit, in quo motus intellectiuæ partis aut retardatur, aut impeditur ex inclinatione partis sensitiuæ.*

Expositio Textus.

SEnsum, & veritatem conclusionis declarãt eruditè Bannes, & Zumellus super hoc articulo, & Valquez disp. 128. & Malonius in 2. sent. dist. 5. disput. 2 post Caietanum 2. 2. quæst. 24. art. 3. circa responsionem ad tertium Sancti Thomæ. Bannes. Zumellus Valquez. Malonius. Caiet.

Rationem pro conclusione S.D. adducit, vt probabilem, vt modus loquẽdi tatis aperte declarat; Nec patitur materia præsens rationem efficacius concludentem, proportio namq; naturalium secũdũ gradus ad supernaturalia solam Dei voluntatẽ habet, vt causam; vt hic ait S.D. ad primum. S. Thom.

Molina dicit, in gratia Angelis collata duplicẽ portionem esse distinguendam, alteram, quæ data est illis ex proprijs meritis gratia diuina adiutis, tanquàm augmentum gratiæ merè gratis datæ; alteram illis omninò gratis datam; sicut etiam in nobis distinguitur augmentum gratiæ, quòd nobis datur ex nostris meritis à prima gratia merè gratis nobis collata. Quando ergo (inquit Molina) D. Thom. docet, grátiam Angelis fuisse collatam pro quantitate conuersionis illorum in Deum, loquitur de prima portione gratiæ, non verò de secunda. S. Thom. Interpretatio Molinę

Sed hæc interpretatio falsa est, & contra mentẽ D. Thomæ: Superius enim ostendimus, primã gratiam Angelis fuisse collatam media eorum dispositione, quæ est ipsa conuersio voluntatis in Deũ, prout obiectum est beatitudinis supernaturale; cum igitur hic ait S.D. Angelos, qui meliorem naturam habuerunt: etiam fortius, & efficacius ad Deum fuisse conuersos, & secundùm intensionem conuersionis gratiam fuisse consecutos, non de gratiæ augmento, sed de prima gratia loquitur cæ lestibus illis spiritibus à Deo collata. Deinde secũdùm Molinæ sententiam duo necessariò constituẽda fuit instantia, vnum receptionis gratiæ, & alterum augmenti, quod inauditum est in doctrina D. Thomæ, & omnium ferè, Theologorum, sic enim absque necessitate multiplicarentur instantia, duo namque alia prædictis essent addenda, alterum meriti beatitudinis, & alterum assecutionis, siue termini: quibus etiam Capreolus, & quidem alij quintum adiungerent, illud nimirum, in quo producti sunt Angeli secundùm pura naturalia: Zumellus etiam, & alij distinguentes in Angelis duplex instans, meriti, siue viæ, sex Angelorum instantia numerarent. refutatio. Capreol. Zumellus

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Vtrum in Angelis beatis remaneat cognitio naturalis.

AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd 317
in Angelis beatis non remaneat cognitio, & dilectio naturalis: quia, vt dicitur 1. Cor.

13. Cùm venerit, quòd perfectum est, euacuabitur, quod ex parte est. Sed dilectio, & cognitio naturalis est imperfecta respectu cognitionis, & dilectionis beatæ. Ergo adueniente beatitudine, naturalis cognitio, & dilectio cessat.

2 Præterea. Vbi vnum sufficit, aliud superfluè existit. Sed sufficit in Angelis beatis cognitio, & dilectio gloriæ. Superfluum ergo esset, quòd remaneret in eis cognitio, & dilectio naturalis.

3 Præterea. Eadem potentia non habet simul duos actus, sicut nec vna linea terminatur ex eadem parte ad duo puncta. Sed Angeli beati sunt semper in actu cognitionis, & dilectionis beatæ: felicitas enim non est secundùm habitum, sed secundùm actum, vt dicitur in 1. Ethic.* Ergo nunquam in Angelis potest esse cognitio, & dilectio naturalis.

1 i 1 Ethi. c 8. to 5.

Sed contra. Quandiu manet natura aliqua, manet operatio eius: sed beatitudo non tollit naturam, cùm sit perfectio eius: Ergo non tollit naturalem cognitionem, & delectationem.

Respondeo. Dicendum, quòd in Angelis beatis remanet cognitio, & dilectio naturalis: sicut enim se habent principia operationum adinuicem, ita se habent, & operationes ipsæ. Manifestum est autem, quòd natura ad beatitudinem comparatur, sicut primum ad secundum, quia beatitudo naturæ additur. Semper autem oportet saluari primum in secundo. 3 e 2 Vnde oportet, quòd natura saluetur in beatitudine. Et similiter oportet, quòd in actu beatitudinis saluetur actus naturæ.

Ad primum ergo dicendum, quòd perfectio aduenies tollit imperfectionem sibi oppositam. Imperfectio autem naturæ non opponitur perfectioni beatitudinis, sed substernitur ei, sicut imperfectio potentiæ substernitur perfectioni formæ, & non tollitur potentia per formam, sed tollitur priuatio, quæ opponitur formæ. & similiter etiam imperfectio cognitionis naturalis non opponitur perfectioni cognitionis gloriæ: nihil enim prohibet simul aliquid cognoscere per diuersa media, sicut simul potest aliquid cognosci per medium probabile, & demonstratiuum. Et similiter potest Angelus simul Deum cognoscere per essentiã Dei, quod pertinet ad cognitionem gloriæ, & per essentiam propriam, quod pertinet ad cognitionem naturæ. c 297

Ad secundum dicendum, quòd ea, quæ sunt beatitudinis, per se sufficiũt: sed ad hoc, quòd sint, præexigunt ea, quæ sunt naturæ: quia nulla beatitudo est per se subsistens, nisi beatitudo increata.

A Ad tertium dicẽdum, quòd duæ operationes non possunt esse simul vnius potentiæ, nisi vna ad aliam ordinetur. Cognitio autem, & dilectio naturalis ordinantur ad cognitionẽ, & dilectionem gloriæ. Vnde nihil prohibet, in Angelo esse, & cognitionem, & dilectionem naturalem, & cognitionem, & dilectionem gloriæ. D. 501 b 297

Sensus quæsiti.

DE cognitione, & dilectione quæritur, prout sunt operationes, siue actus secundi. vt perB spicuè patet in textu: dictio verò illa, *naturalis*, sumitur, vt distinguit cognitionem, & dilectionem ordinis naturalis à supernaturali, non autem à libera.

Forma Textus.

C *Onclusio est: In Angelis beatis remanet cognitio, & dilectio naturalis. Probatur: Natura Angelorum saluatur in beatitudine; ergo etiam oportet, vt in actu beatitudinis saluentur actus naturæ Angelicæ, qui sunt cognitio, & dilectio naturalis. Antecedens probatur: Quia oportet semper saluari primum in secundo, & natura ad beatitudinem comparatur, vt primum ad secundum; ergo. Probatur hæc Maior: Quia beatitudo naturæ additur. Consequentia verò probatur; Quia, sicut se habent principia operationum adinuicem, ita se habent, & operationes ipsæ; at natura, & beatitudo, quæ sunt principia cognitionis, & dilectionis, quæ sunt eorum actus, saluantur in beatitudine; ergo necesse est & actus naturæ, qui sunt cognitio, & dilectio naturalis, saluari cum actibus beatitudinis, qui sunt cognitio, & dilectio, siue visio, & fruitio supernaturalis.*

Expositio Textus.

C Onclusionem huius articuli declarant eruditeD Bannes, & Zumellus, propositis, ac solutis pluribus argumentis, quibus Expositoribus imponit falsò Pesantius, quod dixerint, adiuuari naturalem cognitionem à supernaturali; solum enim affirmant, visionem beatam conducere ad perfectionem maiorem cognitionis naturalis, quoniã operatio potentiæ superioris non minuit, sed potius complet, auget, & perficit operationem potentiæ inferioris quod verissimum est, gratia namq; non minuit, neque destruit, sed eleuat naturam, ac perficit. Bannes. Zumellus Pesãtij in posita.

Aduerte præterea, Valentiam hic malè negare, Angelos beatos cognoscere omnia naturalia etiã minutissima per cognitionem beatificam. Ad cuiusE euidentiam vide, si placet, ea, quæ supra diximus, quæst. 12. art. 8. controuersia 4. §. in hac responsione. Valentia.

AR-

ARTICVLVS VIII.

Vtrum Angelus beatus peccare poſſit.

313 a d 7. q 1. ar 1. & ar. 2 cor. & dif. 28. q 1 ar. 3 ad 1. & ar 2. ad 2. & Iob. 4. art. præc.

AD octauum ſic proceditur. Videtur, quòd Angelus beatus peccare poſſit. Beatitudo enim non tollit naturam, vt dictum eſt. *Sed de ratione naturæ creatæ eſt, q poſſit deficere. Ergo Angelus beatus poteſt peccare.

2 Præterea. Poteſtates rationales ſunt ad oppoſita, vt Philoſophus dicit. *Sed voluntas Angeli beati non definit eſſe rationalis. Ergo ſe habet ad bonum, & malum.

Li. 9. Metaphy. tex. 3 to 3.

3 Præterea. Ad libertatẽ arbitrij pertinet, quòd homo poſſit eligere bonum, & malum. Sed libertas arbitrij non minuitur in Angelis beatis; Ergo poſſunt peccare.

Sed contra eſt, quòd Auguſt. *dicit 11. ſuper Gen. ad lit. quòd illa natura, quæ peccare non poteſt, in ſanctis Angelis eſt: Ergo Sancti Angeli peccare non poſſunt.

Li. 11. ſup Gen. c. 7. tom 3.

Reſpondeo. Dicendum, quòd Angeli beati peccare non poſſunt. Cuius ratio eſt: quia eorũ beatitudo in hoc conſiſtit, quòd per eſſentiam Deum vident. *Eſſentia autem Dei, eſt ipſa eſſentia bonitatis. Vnde hoc modo, ſe habet Angelus videns Deum ad ipſum, ſicut ſe habet, quicunque non videns Deum ad communem rationem boni. Impoſſibile eſt autem, quòd aliquis quicquam velit, vel operetur, niſi attendens ad bonum, vel quòd velit diuertere à bono, inquantum huiuſmodi. Angelus igitur beatus non poteſt velle, vel agere, niſi attendens ad Deum: ſic autem volens, vel agens non poteſt peccare. Vnde Angelus beatus, nullo modo peccare poteſt.

473 408

Ad primum ergo dicendum, quòd bonum creatum in ſe conſideratum deficere poteſt. Sed ex coniunctione perfecta ad bonũ increatum, qualis eſt coniunctio beatitudinis, adipiſcitur, quòd peccare non poſsit ratione iam dicta. *

In cor. art.

Ad ſecundum dicendum, quòd virtutes rationales, ſe habent ad oppoſita in illis, ad quæ non ordinantur naturaliter: Sed quantum ad illa, ad quæ naturaliter ordinantur, non ſe habent ad oppoſita. Intellectus enim non poteſt, non aſſentire principijs naturaliter notis: & ſimiliter voluntas non poteſt, non adhærere bono, inquantum eſt bonum: quia in bonum naturaliter ordinatur, ſicut in ſuum obiectum. Voluntas igitur Angeli, ſe habet ad oppoſita, quãtum ad multa facienda, vel non facienda: ſed quantum ad ipſum Deum, quem vident eſſe ipſam eſſentiam bonitatis, non ſe habent ad

A oppoſita: ſed ſecundùm ipſum ad omnia diriguntur, quodcunq; oppoſitorum eligãt, quod ſine peccato eſt.

Ad tertium dicendum, quòd liberum arbitrium, ſic ſe habet ad eligendum ea, quæ ſunt ad finem: ſicut ſe habet intellectus ad concluſiones: Manifeſtum eſt autem, quòd ad virtutẽ intellectus pertinet, vt in diuerſas concluſiones procedere poſſit, ſecundùm principia data; ſed quòd in aliquam concluſionem procedat prætermittendo ordinem principiorum, hoc eſt ea defectu ipſius. Vnde, quòd liberum
B arbitrium diuerſa eligere poſſit, ſeruato ordine finis, hoc pertinet ad perfectionem libertatis eius: ſed, quòd eligat aliquid diuertendo ab ordine finis, quod eſt peccare; hoc pertinet ad defectum libertatis. Vnde maior libertas arbitrij eſt in Angelis, qui peccare non poſſunt, quàm in nobis, qui peccare poſſumus.

Forma Textus.

C *Concluſio eſt: Angelus beatus nullo modo peccare poteſt. Probatur; Angelus beatus non poteſt velle, & agere, niſi attendens ad Deum, at ſic volens, vel agens non poteſt peccare; ergo Angelus beatus peccare nõ poteſt. Maior probatur: Hoc modo ſe habet Angelus videns Deum ad ipſum, ſicut ſe habet quicunque non videns Deum ad communem rationem boni; at impoſſibile eſt, quod aliquis quidquam velit, vel operetur, niſi attẽdens ad bonum, inquantum huiuſmodi; ergo Angelus beatus non poteſt velle, vel agere, &c.*

Maior probatur: Quia Angeli beatitudo in hoc conſiſtit, quod Deum videt per eſſentiam, quæ eſt ipſa eſſentia bonitatis; ergo hoc modo ſe habet Angelus, &c.

Expoſitio Textus.

D DIſputant hìc Bannes, & Zumellus de veritate concluſionis, & probant eam multis argumentis. Sed huius quæſtionis locus proprius eſt in 1. 2. quæſt. 4. art. 4. & quæſt. 5. art. 4. vbi latè versãt eam Medina, Vaſquez, & Valentia, quos vide, ſi placet. Bannes Zumellus Medina. Vaſquez. Valentia.

Propoſitionem illam: *Hoc modo ſe habet Angelus videns Deum ad ipſum, ſicut ſe habet, quicumque non videns Deum ad communem rationem boni*: declarat hic breuiter Caietanus, & latius in 1. 2. quæſt. 4. art. 4. vbi eius ſenſum Valentia non ſatis intelligẽs ait, argumentum ex ea formatum non omninò cõuincere: ſed eius efficacitatem oſtendit hic, & ibi perſpicuè Caietanus. Caiet.

E Ratio Valentiæ eſt, quoniam inter rationem boni in communi, & ipſam eſſentiam infinitæ bonitatis, quæ Deus eſt, hoc diſcrimen eſt in propoſito, quòd ſub ratione boni in communi, ita omnia bona, ad quæ poteſt tendere voluntas, comprehenduntur, vt nihil penitùs vllo modo ſit extra boni communis latitudinem, quod obiectiuè terminare poſsit vllo modo actum voluntatis: & ſic impoſsibile eſt, vt voluntas viatoris à ratione boni in Valentiæ oppoſitio.

communi omninò recedat. At verò in essentia diuina, quæ est infinita bonitas, ita continentur omnia bona, vt tamen vno quodam modo sint extra illam aliqua etiam bona secundùm se distincta ab essentia diuina, quæ possent obiectiuè terminare actum voluntatis beati sine ordine ad essentiam diuinã, si nihil aliud obstaret; Non enim sunt omniã bona in essentia diuina formaliter, sed tantùm eminenter, ex qua quidem eminenti existentia omnium in essentia diuina, non ita necessariò sequitur, quòd voluntas beati nequeat recedere ab essẽtia diuina. Hæc ille.

Caietani responsio.

Respondetur cum Caietano, vim discursus in hoc positam esse, quod essentia bonitatis in se continet omnem boni rationem longè excellentius, q̃ ipsa ratio boni; quo fit, vt essentia bonitatis clarè visa non minorem habeat efficaciam in continendo, ac circumdando motum omnem voluntatis, q̃ ratio boni: sicut ergo volũtas cuiuslibet boni à ratione boni necessitatur, quo ad communem specificationem actus, cum voluntas aliquid actu volens tendat in bonum verum, vel apparens; ita voluntas videntis Deum, si aliquid vult, necessitatur ab essentia bonitatis visa, quo ad communem specificationem actus; oportet enim, vt velit sub ratione essentiæ bonitatis visæ, quoniam est ei ratio volendi, & nolendi: Et quemadmodum voluntas non videntis Deum liberè potest velle quodcunq; obiectum in specie, sub communi tamen ratione boni, sic voluntas Deum videntis potest appetere quodcumque bonum, sub ratione tamen bonitatis diuinæ.

Sed, quia communis ratio boni ex hoc, quod est ratio actuum voluntatis, non rectificat voluntatẽ, & eius actus, ideò potest voluntas Deum non vidẽtis peccare, bonum tantùm apparens, & non verè bonum appetendo: Essentia verò bonitatis clarè visa ex hoc ipso, quod est ratio voluntatis, rectitudinem affert voluntati, quo ad omnes, & singulos eius actus, quia rectè velle nihil aliud est, quã secundùm Deum velle. Ex quo sequitur, nullum beatum peccare posse, nõ solùm propter extrinsecam causam, scilicet Deum, qui beati voluntatem in rectitudine perpetuò cõseruabit, sed etiam ob intrinsecam causam, quæ est ipsa voluntatis natura, cui, si per actualem visionem bonitas per essentiã proximetur, vt obiectum potentiæ, non solùm ipsum amat necessariò, sed ipso etiam vtitur necessariò, vt ratione volendi in omni actu, quo fertur in aliquid aliud ab ipsa bonitatis essentia, vt ait S. D. hic ad secundùm, ob iam dictam causam; quia nimirum omnem boni rationem continet eminentius, quàm ipsa ratio boni.

S. Thom.

Ad argumẽtum itaque Valentiæ dico, licèt extra Deum multa sint bona, secundùm se ab essentia diuina distincta, quæ possint actum voluntatis beati secundariò terminare; quia tamen essentia bonitatis longè eminentius omnem boni rationẽ continet, quàm contineat ipsa ratio boni, ideò voluntas videntis ipsam essentiam bonitatis nihil potest velle, nisi sub ratione essẽtię bonitatis, & ideò nequit ab ea peccando recedere; vt affirmat etiam expressè S. Thom. in fine responsionis ad secundũ.

Vide præterea, si lubet, tres Zumelli quæstiones ad hunc articulum.

S. Thom. Zumellus.

ARTICVLVS NONVS.

Vtrum Angeli beati in beatitudine possint proficere.

319 AD nonum sic proceditur. Videtur, quòd Angeli beati in beatitudine proficere possint. Charitas enim est principium merendi: Sed in Angelis est perfecta charitas: Ergo Angeli beati possunt mereri, crescente autem merito, & præmium beatitudinis crescit; ergo Angeli beati in beatitudine proficere possunt.

2 Præterea: Augustinus dicit in libro de doctr. Christ. * quòd Deus vtitur nobis ad nostram vtilitatem, & ad suam bonitatem; & similiter Angelis, quibus vtitur in ministerijs spiritualibus, cum sint administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis, vt dicitur Hebr. 1. Non autẽ hoc esset ad eorum vtilitatem, si per hoc non mererentur, nec in beatitudine proficerent. Relinquitur ergo, quòd Angeli beati, & mereri, & in beatitudine proficere possunt.

L. 1. de doctr. Christ. cap. 32. in prin. to. 3.

3 Præterea: Ad imperfectionem pertinet, quòd ille, qui nõ est in summo, non possit proficere. Sed Angeli non sunt in summo. Si ergo ad maius proficere non possunt, videtur, quòd in eis sit imperfectio, & defectus: quod est inconueniens.

Sed contra est, quòd mereri, & proficere pertinet ad statum viæ: Sed Angeli non sunt viatores, sed comprehensores: Ergo Angeli beati non possunt mereri, nec in beatitudine proficere.

Respondeo. Dicendum, quòd in vnoquoq; motu, motoris intentio fertur in aliquid determinatum, ad quod mobile perducere intendit: intentio enim est de fine, cui repugnat infinitum. Manifestum est autem, quòd, cum creatura rationalis, per suam virtutem consequi non possit suam beatitudinem, quæ in visione Dei consistit, vt ex superioribus patet, * indiget, vt ad beatitudinẽ à Deo moueatur. Oportet igitur, quòd sit aliquid determinatum, ad quod quælibet creatura rationalis dirigatur, sicut in vltimum finem. Et hoc quidem determinatum nõ potest esse in diuina visione, quãtum ad ipsum, quod videtur: quia summa veritas ab omnibus beatis, secundùm diuersos gradus conspicitur: sed quantùm ad modum visionis, præfigitur diuersimodè terminus ex intentione dirigentis in finem. Non enim possibi-

Art. 2 huius quæst.

Digitized by Google

ſibile eſt, quòd ſicut rationalis creatura produ
D.366 citur ad videndum ſummam eſſentiam, ità pro-
ducatur ad ſummum modum viſionis. qui eſt *
Q.12.ar.7. comprehenſio. Hic enim modus ſoli Deo
q.14 ar.3. competere poteſt, vt ex ſupradictis patet. *
Sed cum infinita efficacia requiratur ad Deũ
comprehendendum, creaturæ verò efficacia
in videndo non poſſit eſſe niſi finita, ab infini-
to autem finitum quodlibet infinitis gradibus
diſtet, multis modis contingit creaturam ra-
tionalem intelligere Deum, vt clariùs, & mi-
nùs clarè. Et ſicut beatitudo conſiſtit in ipſa
viſione, ita gradus beatitudinis in certo mo-
do viſionis: Sic igitur vnaquæq; creatura ra-
tionalis à Deo perducitur ad finem beatitu-
dinis, vt etiam ad determinatum gradum bea
titudinis perducatur ex prædeſtinatione Dei.
D.179. 280 Vnde conſecuto illo gradu, ad altiorem * tran
ſire non poteſt.

Ad primum ergo dicendum, quòd mereri eſt eius, quod mouetur ad finem. Mouetur autem ad finem creatura rationalis, non ſolum patiendo, ſed etiam operando. Et ſi quidem finis ille, ſubſit virtuti rationalis creaturæ, operatio illa dicetur acquiſitiua illius finis: ſicut homo meditando acquirit ſcientiam. Si verò
314 finis, non ſit in poteſtate eius, ſed ab alio expe
ctetur, operatio erit meritoria finis. * Et autẽ, quod eſt in vltimo termino, non conuenit mo
ueri, ſed mutatum eſſe. Vnde charitatis imper
fectæ, quæ eſt viæ, eſt mereri: charitatis autem perfectæ, non eſt mereri, ſed potius præmio
e 311 frui. * Sicut, & inhabitibus acquiſitis operatio
præcedens habitum, eſt acquiſitiua habitus. Quæ verò eſt ex habitu iam acquiſito eſt operatio iam perfecta cum delectatione. Et ſimiliter actus charitatis perfectæ, nõ habet rationẽ meriti, ſed magis eſt de perfectione præmij.

Ad ſecundum dicendum. quòd aliquid dicitur vtile dupliciter. Vno modo, ſicut quod eſt in via ad finem; & ſic vtile eſt meritum beatitudinis: alio modo ſicut pars eſt vtilis ad totum, vt paries ad domum. Et hoc modo miniſteria Angelorum ſunt vtilia Angelis beatis, in quantum ſunt quædam pars beatitudinis ipſorum. Diffundere enim perfectionem habitam in alia hoc eſt de ratione perfecti, inquan
116 tum eſt perfectum. *

Ad tertium dicendum, quòd, licèt Angelus beatus non ſit in ſummo gradu beatitudinis ſimpliciter, eſt tamen in vltimo quantum ad ſeipſum ſecundum prædeſtinationem diuinã.
D.183. Poteſt tamen augeri * Angelorũ gaudiũ de ſa
lute eorũ, qui per ipſorũ miniſteriũ ſaluantur, ſecundum illud Luc. 15. Gaudium eſt Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.

A Sed hoc gaudium ad præmium accidentale pertinet, quod quidem augeri poteſt vſq; ad diem iudicij. Vnde quidam dicunt, quod quantum ad præmium accidentale, etiam mereri poſſunt. Sed melius eſt, vt dicatur, quod nullo modo aliquis beatus mereri * poteſt, niſi ſit ſi D.157 281
mul viator, & comprehenſor: vt Chriſtus, qui ſolus fuit viator, & comprehenſor. * Prædictũ enim gaudium magis acquirunt ex virtute 656
beatitudinis, quàm illud mereantur.

Senſus quæſiti.

B QVæritur hic de profectu in altiorem gradum beatitudinis.

Forma Textus.

C*Concluſio eſt: Angeli beati non poſſunt in beatitudine proficere. Probatur: Angelus, & vnaquæque creatura rationalis ſic à Deo perducitur ad finem beatitudinis, vt etiam ad determinatum gradum beatitudinis perducatur ex prædeſtinatione Dei, ergo conſecuto illo gradu, ad altiorem tranſire non poteſt, quod eſſet proficere in beatitudine. Antecedens probatur; Oportet, quod ſit aliquid determinatum, ad quod quælibet creatura rationalis dirigatur, vt in vltimum finem: at hoc determinatum non poteſt eſſe in diuina viſione, niſi certus gradus beatitudinis determinatus ex prædeſtinatione diuina; ergo. Prima propoſitio, ſiue maior duas habet partes: prior affirmat, creaturam rationalem dirigi, ſiue moueri in vltimum finem, ſiue beatitudinem: poſterior ait, eandem creaturam à Deo moueri in aliquid determinatum. Prior ergo pars ſic probatur: Creatura rationalis per ſuam virtutem conſequi non poteſt ſuam beatitudinem, quæ in viſione Dei conſiſtit; ergo indiget, vt ad beatitudinem à Deo moueatur. Altera verò pars ſic probatur: In vnoquoque motu moturis intentio fertur in aliquod determinatum, ad quod mobile perducere intendit; ergo. Pro-*
D*batur antecedens: Quoniam intentio eſt de fine, cui repugnat infinitum ex Ariſtot. 2. Metaph. Minor verò propoſitio probatur à ſufficienti diuiſione: Quoniam hoc determinatum non poteſt eſſe in diuina viſione quantum ad obiectum, quod videtur, neque ſecundum ſummum gradum, ſiue modum viſionis, qui eſt comprehenſio; ergo Secundum determinatum gradum beatitudinis ex prædeſtinatione diuina. Antecedens probatur quoad primam partem primò; Quia eadem ſumma veritas ab omnibus beatis conſpicitur. Secundò. Quia eadem ſumma veritas ſecundum diuerſos gradus videtur. Quo ad ſecundam verò partem probatur: Quoniam hic modus Soli Deo competere poteſt; ergo. Probatur An-*
E*tecedens primò ex quæſt. 12 artic. 7. Secundo: quoniam infinita efficacia requiritur ad Deum comprehendendum, at creaturæ efficacia in videndo non poteſt eſſe, niſi finita: ergo. Conſequentia verò probatur: Quoniam viſio creaturæ finita ab infinita viſione Dei, quæ eſt comprehenſio, infinitis gradibus diſtat; ergo gradus beatitudinis conſiſtit in certo viſionis modo ex diuina prædeſtinatione determinato. Probatur hæc conſequentia. Quia, ſicut beatitudo conſiſtit in viſione, ita gradus beatitudinis in certo modo viſionis; at, data diſtantia*

illa inspecta, multis modis contingit, creaturam rationalem intelligere Deum, scilicet clarius, & minus clarè, ergo etiam contingit secundum multos modos, & gradus esse beatam, tales verò gradus ex sola possunt diuina prædestinatione determinari; vt patet ex maiori primæ rationis, & eius probationibus.

Expositio Textus.

Cait. CAietanus multis additis litteræ præsentis articuli formam adhibet prolixiorem, sed valdè planam: nos de more verba textus, quoad fieri potest, immutata seruantes formam eis breuiorem accommodauimus.

Disputat idem expositor de veritate illius propositionis: *In vnoquoque motu mouentis intentio fertur in aliquod determinatum, &c.* Et difficultatem determinat eruditè.

Controuersia Vnica.

Quanta sit conclusionis certitudo, & probationis eius efficacitas.

Sententiæ Doctorum.

Magist. sent. MAgister in 2. sent. d. 11. propositis Doctorũ sententijs, eam affirmat esse probabiliorẽ, quæ ait, beatitudinem Angelorum augeri quotidie vsque ad diem Iudicij, quia magis, ac magis diligunt, atq; cognoscunt, ita vt eorum charitas sit meritum, & præmium: meritum, quia per eam, & per obsequia ex ea nobis impensa merentur, & in beatitudine proficiunt: & ipsa eadem est præmium, quia ea beati sunt.

Alber. Magnus. Albertus Magnus in secunda parte Summæ tract. 4. quæst. 19. ait, beatos mereri quotidiè præmium accidentale, quod quotidiè recipiunt. Quã sententiam sequuntur S. Bonauentura in allegata dist. quæst. 2. art. 2. & Gabriel Biel quæst. 1. art. 3. Eandem opinionem Bannes, & Pesantius super hoc art. & Malonius in 2. dist. 4. disp. 6. tribuunt D. Thomæ in 2. sent. d. 5. quæst. 2. art. 2. & in 4. sent. distin. 50. quæst. 2. art. 1. quæstiuncula 6. ex quibus Bannes, & Malonius dicunt, D. Thomam retractasse sententiam, quod illi falsò tribui perspicuè demonstrabimus.

S. Bonauẽtura. Biel. Bannes. Pesantius. Malonius. Vasquez. Innoc 3. Pesantius.

Vasquez disp. 230. cap. 1. sententiam Magistri tribuit Innocentio III. in c. Cũ Marthæ de celebr. Miss. Deindè ait, vnum beatum alteri posse mereri, & D. Thomam hic tantùm negare, Angelos beatos sibi posse mereri, quia sunt in termino: in 2. verò cap. satis apertè significat, rationem D. Thomæ pro conclusione non esse omninò sufficientem; eo quod non careat aliqua difficultate. Eandem opinionem latius explicat idem expositor 3. p. quæst. 19. art. 4. disp. 6. cap. 1. & eam sequitur Pesantius super hoc articulo.

S. Thom. D. Thomas hic, & omnes Thomistæ communiter negant, beatitudinem Angelorum augeri posse quocunq; modo, & rationem huius articuli recipiunt, vt optimam, & efficacem.

Resolutio.

Distinguitur nomen, & ratio gloriæ, ac meriti, & ostenditur, in beatis nullum esse meritum propriè dictum, & conciliantur dicta S. Thomæ.

Duplex præmium, & beatitudo sanctorum. SCiendum est primò ex Angelico nostro Doctore in 4. sent. dist. 12. q. 2 art. 1. quæstiuncula 2. & est communis Theologorum doctrina, gloriam, siue beatitudinem sanctorum: omprehendere sanctorum præmium: & quemadmodum est duplex præmium, scilicet essentiale quod est gaudium de diuinitate clarè visa, & accidentale, quod est gaudium de quocunq; bono creato, ità duplex est sanctorum gloria, siue beatitudo, nimirũ essẽtialis, & accidentalis. Consistit autẽ essentialis beatitudo in perfecta coniunctione animę ad Deũ, quatenus eo perfectè fruitur, vt viso, & amato perfectè. Accidentalis autẽ beatitudo in gaudio posita est de operib. à se, vel alijs factis, aut de quouis alio bono creato; pertinet enim hoc gaudium ad bene esse beatitudinis, & ad claritatem, & decẽtiam quãdam ipsius; sicut etiam politica fœlicitas ornatur nobilitate, & corporis pulchritudine, & alijs similibus, sine quibus tamen esse potest, vt ait Arist. in 1. Ethic. cap. 8. & sequentibus. Videndus est S. Th. in 4. sent. dist. 49. q. 5. art. 1.

Arist. S. Thom.

Merui propriè quid. Quid impropriè. Secundo notandum est ex D. Th. de virtutib. in communi art. 1. ad 2. mereri dupliciter sumi; vno modo propriè, & sic nihil aliud est, quàm facere actionem aliquam, cui iustè merces debeatur; ad quod tria requiruntur, scilicet status viæ, dominiũ operis, & charitas, vt notat Bergomas in Cõcord. nu. 157. Alio modo impropriè: & sic quælibet conditio, quæ facit hominem aliquo modo dignum, meritum dicitur: quemadmodum si dicamus speciem Priami imperiũ meruisse, quia digna fuit imperio. Requiri autem ad rationem meriti propriè dicti statum viæ, satis apertè patet ex supradictis art. 4. huius q. Nec valet glossa Vasquezij dicẽtis, **Vasquezij glossa reijcitur.** statum viæ requiri, vt aliquis sibi, non tamen alteri mereatur; quia meritum propriè, ac strictè sumptum rationem habet viæ ad finem, quod est præmium merenti per se primò debitum, siue sit ab eo recipiendum in persona propria, siue aliena; igitur quicunq; sibi, vel alteri meretur, ad terminũ tendit, præmium scilicet acquirendum, vel infusum vel in altero recipiendum: is autem, qui iam est in termino, non cõuenit amplius mereri ad terminum; igitur nullus in statu beatitudinis constitutus, qui nõ sit comprehensor, simul & Viator, potest sibi, vel alteri mereri. Cũ igitur ait in hoc art. S. D. ad 3. argumentũ, nec Angelos sanctos, nec aliquem alium beatũ mereri posse, nec etiam præmium accidentale, de merito propriè suoipso loquitur: cum autem in 2. & 4. sent. affirmat, Angelos per ministeria nobis exhibita mereri præmium accidentale, de merito lermo est impropriè sumpto; quia scilicet Angelis, tamquam amicis, & commensalibus Dei cõgruit beatitudinis accidentalis augmẽtum. Quod etiam hic significat in fine responsionis ad 3. in illis verbis. *Prædictum enim gaudium magis acquirunt ex virtute beatitudinis quàm illud merentur.* Sed obseruan-

Dicta D. Thom. cõciliantur.

ſernandus eſt etiam attentè modus loquendi D. Tho. locis ſupra notatis; ex eo namq; luce clarius apparebit, illum eandem vbique ſententiam tenuiſſe. Verba D. Thomæ in 2. ſent. diſt. 5. q. 2. art. 2. ſunt: *Vnde non videntur ſe poſſe compati, vt aliquis beatus in ſtatu merendi exiſtat, ſed ſecundum quid poteſt ſuſtineri, vt ſcilicet mereri intelligantur non præmium eſſentiale, quod eſt eorum beatitudo, ſed præmium accidentale, quod eſt gaudium de illis, qui per eorum officia ſaluantur.* In 4. vero ſent. diſt. 50. q. 2. art. 1. quæſtiuncula 2. ſic loquitur: *Sed antè diem Iudicij quidam dicunt & beatos mereri, & damnatos demereri ſed hoc non poteſt eſſe reſpectu præmij eſſentialis, vel pœnæ principalis vsq; ad terminum peruenerint: poteſt tamen hoc eſſe reſpectu præmij accidentalis, vel pœnæ ſecundariæ, quæ poteſt augeri vſq; ad diem Iudicij, & hoc præcipuè in Dæmonibus, vel Angelis bonis, quorum officio aliqui trahuntur ad ſalutem, ex quo bonorum Angelorum gaudium creſcit, vel ad damnationem, ex quo creſcit pœna dæmonum.* Hæc ibi. Quorum omnium verborum formam, ſi quis attentè conſideret, facilè cognoſcet, mentem D. Tho. non eſſe ſimpliciter affirmare, beatos Angelos antè diem Iudicij poſſe mereri præmium accidentale, proprie loquendo de merito, ſed aſſerere tantùm, opinionem dicentem, Angelos beatos ante Iudicium præmium accidentale mereri, poſſe ſuſtineri, tamquam probabilem; quod etiam aſſeruerat Summus Pontifex in allegato c. Cum Martæ; & idem ſignificat hic ad 3. S. Th. non enim reijcit opinionem illam, vt omninò falſam & improbabilem, ſed oppoſitam ait eſſe probabiliorem, quod apertè ſignificant illa verba; *ſed melius eſt, vt dicatur, &c.* Vltima verò verba dictæ reſpõſionis, videlicet *præcipuè gaudium magis acquirunt ex virtute beatitudinis, quam illud mereantur*, meriti proprie dicti rationem excludunt, & meritum in eis nomine proprio dictum admittunt, prout Bergomas author aureæ tabulæ ſubtiliter aduertiſſe videtur. Non fuit itaq; mutata ſententia, ſed modus loquendi melior aſſumptus.

Bergomas

Opinionem aſſerentium, gloriam ſanctorum eſſentialem vſq; ad diem Iudicij augeri nouam eſſe temerariam, & etiam erroneam.

TErtiò conſiderandum eſt, opinionem dicentẽ, Sanctorum gloriam eſſentialem vſq; ad diẽ Iudicij augeri, non ſolùm eſſe temerariam, ſed etiam erroneam ob dicta ſacrarum litterarum valde perſpicue contrarium ſignificantia. Primum, idemq; præcipuum illud eſt, quod hic affert Zumellus, & poſt eum Vaſquez ex 2. ad Cor. 5. videlicet, *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit ſiue bonum, ſiue malum.* Quibus verbis iuxta communẽ ſanctorum expoſitionem ſignificatur quemlibet hominem in die Iudicij de ijs tantum operibus rationem eſſe redditurum, quæ geſſit in corpore, & pro illis a Deo præmia, vel ſupplicia receſpturum, ac proinde pro bonis, aut malis operibus exercitis ab anima ſeparata nihil illi præmij, ſupplicij vè deberi. Secundò eſt ad Gal. 6. *Bonum autem facientes non deficiamus; tempore enim ſuo metemus non deficientes: ergo, dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes &c.* Vbi D. Apoſtolus duo tempora diſtinguit: primum eſt tempus ſeminandi, ideſt operandi operam meritoria, & hoc ſignificat eſſe tempus vitæ præſentis, ſecundum eſt tempus metendi, id eſt fructum ſiue mercedem bonorum operum recipiendi, & hoc ſignificat eſſe poſt mortem. Tertium dictum eſt Ioan. 9. *Venit nox, quando nemo poteſt operari.* Noctem appellat mortem, poſt quam nemo poteſt operari opera meritoria. Quartum eſt Eccl. 9. *Quodcunque poteſt facere manus tua inſtanter, operare; quia nec opus, nec ratio, neque ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quo tu properas.* Quorum verborum ſenſus eſt, in hac vita diligenter bonis operibus eſſe vacandum; quoniam apud inferos, ideſt in ſepulchro, ſiue poſt mortem, & in termino viæ, vt patres communiter interpretantur, non eſt ſcientia, ſiue ſapientia, quæ proficere poſſit ad meritũ; eadem autem eſt ratio de Angelis, & hominibus, vt hic aduertit, & probat Zumellus. Alia loca, & Patrum teſtimonia lege, ſi placet, apud Zumellũ, & Vaſquezium: Qui cenſuram approbans communẽ Theologorum dicentium, opinionem dictæ veritati contrariam eſſe temerariam, & erroneam, nimis audacter affirmat, Innocentium III. in dicto cap. Cum Marthæ: De celebratione Miſſarum §. vltimo, dictam opinionem, vt probabilem referre; quod eſt planè tam falſum, quam indignum Apoſtolicæ ſedis authoritate. Verba Decretalis illius hæc ſunt: *Quod in pleriſque orationibus continetur, profit, vel proficiat huic ſancto, vel illi talis obtatio ad gloriam, & honorem, ita debet intelligi, vt ad hoc proſit, quod magis, ac magis a fidelibus glorificetur in terris, licet plerique reputent non indignum, ſanctorum gloriam vſque ad Iudicium augmentari, & ideo Eccleſiam interim ſanè poſſe augmentum glorificationis eorum optare.* Quæ vero a expoſuit Bãnes, & Zumellus de gloria accidẽtali. Sed Magiſter Porrecta nomen gloriæ primo loco poſitum de gloria intelligit eſſentiali, prohibet enim ibi Summus Pontifex orari pro ſancto dicens, Sanctorum gloriam, eſſentialem noſtris orationibus non augeri, ſed apud fideles tantum nominum eorum claritatem dilatari. Deindè vero, cum refert opinionem dicentiũ, ſanctorum gloriam vſq; ad Iudicium augmentari, de gloria accidentali vult intelligi. Sed ait Vaſquez, decretalem illam de gloria non accidentali, ſed eſſentiali tantum loqui; quia certum eſt, gloriam accidentalem augeri vſq; ad diem Iudicij, neq; id in opinione poſitum eſt. Innocentius autẽ refert prædictam ſententiam, tanquam opinionẽ aliquorum, non tanquam certam doctrinę. Sed facilè conciliatur hoc argumẽtum. Falſum eſt enim, ſententiam illam, vt aliquorum tantum opinionẽ ibi referri, vt patet ex eo verbo, plerique, quod magnam partem ſignificat, doctorum aſſerentium, gloriam augeri vſq; ad Iudicium. Ex quo ſequitur ſententiam illam non eſſe relatam, vt opinionem paucorum, ſed vt communem Theologorum doctrinam, quæ tamen non habet fidei certitudinẽ. Verba enim illa Lucæ 15. *Gaudium erit coram Angelis*

Bannes. Zumellus Porrecta.

Vaſquezij reſponſio.

2. Cor. c. 5.

Gal. c. 6.

Luc. c. 15.

cõfutatio.

Digitized by Google

gelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Facilè poſſunt exponi, non de nouo gloriæ accidentalis augumento, ſed de charitatis actu ab initio ſuę glorificationis habito, quo de conuerſione peccatorum eis ab initio in æternitate præſente lætantur; ita vt exiſtente deinceps in tempore conuerſione peccatoris, ſicut viſioni beatificæ nulla fit acceſsio, ita nec vllum gaudij, ſiue gloriæ accidentalis fiat augumentum. Et ideo ſapientiſsimè Summus Pontifex noluit ſententiam illam, vt omninò certam, ac veluti dogma fidei credendum proponere, ſicut nec illam, vt falſam reiecit, ſed eam, vt verè eſt, tamquam communem retulit Theologorum doctrinam.

Nota ſtilũ Decretalis

Hunc autem ſenſum eſſe legitimum contextus ipſe verborũ illius decretalis indicat manifeſtè: Cum enim expoſuiſſet Summus Pontifex, verba illa; *Profit, vel proficiat huic Sancto, vel illi talis oblatio ad gloriam, & honorem*, dicens intelligi debere, vt ad hoc profit, quod magis, ac magis à fidelibus glorificetur in terris (quo ſenſu denotatur, gloriã ſanctorum orationibus fidelium non augeri ſecũdum ſe ſed in notitia, & æſtimatione fidelium, ſaluatq; ſenſus hic dictorum verborũ veritatem) ſtatim quaſi obiectioni tacitę ſatisfaciẽs alium dictorum verborũ ſenſum planiorem proponit dicens, pleroſq; ideſt magnam partem Doctorum exiſtimare non indignum, Sanctorum gloriam vſq; ad iudicium augmentari; & ideo Eccleſiã poſſe augmentum glorificationis eorum optare, vt ſ. gloria non in ſola notitia, & æſtimatione fidelium augeatur, ſed etiam ſecundum ſe; conſtat autem magnã partem Theologorum non aſſerere, beatorum gloriam eſſentialiter augeri, ſed accidentaliter, igitur de hoc augmento gloriæ loquitur illa Decretalis, vel ad minus de augmento gloriæ ſecundum ſe, quodcunque ſit illud; ſed recenſendo Doctorum ſententias, & numerum ſolum accidentalis gloriæ beatis tribuit augumentum, atque ita neceſſe eſt de hac communi ſententia textum illum interpretari.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio, Sententia affirmans, Angelos beatos in beatitudine eſſentiali poſſe proficere, & eius augmentum mereri, non ſolùm eſt temeraria, ſed etiam in fide erronea. Hæc patet ex dictis, & probant eam Bãnes, Zumellus, & Vaſquez pluribus argumen.

Bannes. Zumell. Vaſquez.

Secunda cõcluſio; Angeli beati nõ merẽtur gloriæ accidentalis augumentum, propriè loquendo.

Tertia concluſio; Gloria accidentalis Angelorum augetur vſq; ad diem iudicij, & hoc augmentum Angeli merentur impropriè. Primam partem huius concluſionis declarat Zumellus. Secunda patet ex dictis.

Zumellus

Vltima concluſio; Ratio D. Thomæ probat efficaciter concluſionem.

Argumenta, & ſolutiones.

CONtra primam concluſionẽ ſunt argumenta, quæ referũt, & ſoluũt Expoſitores prædicti.

A Contra ſecundam, & vltimam concluſionem argumentatur Vaſquez; Si Chriſtus comprehenſor, & beatus fuiſſet ſecundum corpus, nihil videbatur obſtare, quo minus exaltationem nominis ſui apud gentes bonis operibus mereretur; ergo etiã Angeli, licèt ſint comprehenſores, poterunt mereri gloriæ accidentalis augmentum. Antecedens probatur; nam quod eſſet beatus Chriſtus ſolùm videretur obeſſe, vt mereri ſibi poſſet beatitudinem, quam habebat; ergo. Vaſquez.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens. Ad probationem negatur aſſumptum ob rationem ſuperiùs aſsignatam, quam etiam affert hic S. D. ad primũ: B quia ſcilicet mereri eſt eius, quod mouetur ad terminum, &c. & ex hoc fundamento ſuperiùs explicato diluuntur alia eiuſdem expoſitoris argumenta, quibus alibi probare contendit ſtatum puri cõprehenſoris ſimul eſſe poſſe cum ratione merendi, ſiue cum operibus meritorijs; cuius rei ſeptem cauſas reddit Medina 3. p. q. 19. art. 3. in ſua 5. q. ad illum art. quam etiam veritatem multis argumentis probat ibidem Suarez diſp. 39. ſect. 3. S. Thom. Medina. Suarez

QVAESTIO LXIII.

De Angelorum malitia quò ad culpam, in nouem articulos diuiſa.

C DEinde conſiderandum eſt, quomodo Angeli facti ſunt mali. Et primò quantum ad malum culpæ. Secundò, quantum ad malum pœnæ.

Circa primum quæruntur nouem.

Primò, Vtrum malum culpæ in Angelo eſſe poſſit.

Secundò, Cuiuſmodi peccata in eis eſſe poſſint.

D Tertiò, Quid appetẽdo, Angelus peccauit.

Quartò, Suppoſito, quòd aliqui peccato propriæ voluntatis facti ſunt mali: vtrum aliqui naturaliter ſint mali.

Quintò, Suppoſito, quòd non, Vtrũ aliquis eorum in primo inſtanti ſuæ creationis potuerit eſſe malus per actum propriæ voluntatis.

Sextò, Suppoſito, quòd non, Vtrum aliqua mora fuerit inter creationem, & lapſum.

Septimò, Vtrum ſupremus inter cadentes, fuerit ſimpliciter inter omnes Angelos ſummus.

E Octauò, Vtrum peccatum primi Angeli, fuerit alijs aliqua cauſa peccandi.

Nonò, Vtrum tot ceciderint, quot remanſerunt.

Ratio ordinis.

IN quæſtione præcedente differuit S. D. de meritis, & beatitudine bonorum Angelorum, quibus duob. alia duo in malis Angelis inueniuntur oppoſita, ſcilicet malum culpæ, & malum pœnæ: illud

Digitized by Google

illud enim opponitur merito, hoc autem beatitudini: In hac igitur quæſt. 63. tractat. de malo culpæ, in ſequenti verò de malo pœnæ.

Sunt autem ſeptem huius quæſtionis quæſita præcipua. Primum, quod in primo, & ſecundo tractatur articulo pertinet ad quæſtionem an eſt ipſius mali culpæ. Secundum, quod duobus continetur articulis, ſcilicet 2. & 3. ad quæſtionem attinet quid eſt Angelorum culpa: Tertium ad quæſtionẽ quomodo eſt in Angelis malum culpæ, quod quarto definitur articulo. Quartum, eſt de tempore lapſus in malum culpæ, quod in quinto, & ſexto tractatur articulo. Quintum eſt de primo ſubiecto peccati in Angelis, de quo ſeptimus agit articulus. Sextum eſt de prima cauſa extrinſeca peccati Angelorum, quod octauo abſoluitur articulo. Vltimum eſt de numero peccãtium. Et trium quidem priorum ordo patens eſt: quartum autem connexionem habet cum tertio; ex eo namq; quod Dæmones non ſunt naturaliter mali, ſequitur eos in primo ſuæ creationis inſtanti peccare minimè potuiſſe, vt in articulo quinto declarabitur.

Subiectum autem primum, ſiue principale peccati in Angelis extraneum magis eſt à ratione peccati, quàm prædicta quatuor, & ideò quinto loco diſcutitur. Quo definito, ſtatim ſequitur quæſtio de cauſa peccati extrinſeca, num ſcilicet peccatũ primi Angeli fuerit alij cauſa peccandi, & ex hoc ſequitur vltima de numero peccantium, vt de ſe patet.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum malum culpæ poſſit eſſe in Angelis.

320 1.2. q. 89. a. 4. & 2. d. 5. q. 1 ar. 1. & 3. con. c. 108. 109 & 110. & opuſ. 15. c. 19 & 20. li. 9. tex. 19 to. 8.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd malum culpæ in Angelis eſſe non poſſit. Quia malum culpæ non poteſt eſſe niſi in his, quæ ſunt in potentia: vt dicitur in 9. Metaph. *Subiectum enim priuationis eſt ens in potentia: ſed Angeli, cùm ſint formæ ſubſiſtentes, nõ habent eſſe in potentia. Ergo in eis non poteſt eſſe malum culpæ.

2 Præterea, Angeli ſunt digniores, quàm corpora cœleſtia. Sed in corporibus non poteſt eſſe malum, vt Philoſophi dicunt. Ergo neque in Angelis.

3 Præterea. Id quo eſt naturale, ſemper ineſt. Sed naturale eſt Angelis, quòd moueantur motu dilectionis in Deum. *Ergo ab eis remoueri non poteſt: ſed diligendo Deum non peccant: ergo Angeli peccare non poſſunt.

4 Præterea. Appetitus non eſt niſi boni, vel apparentis boni. Sed in Angelis non poteſt eſſe apparens bonum, quod non ſit verum bonum: quia in eis, vel omnino error eſſe non poteſt, vel ſaltem non poteſt præcedere culpam. Ergo Angeli nõ poſſunt appetere niſi id, quod eſt verè bonum. Sed nullus appetẽdo id, quod eſt verè bonum, peccat. Ergo Angelus appetẽdo non peccat.

Sed contra eſt, quòd dicitur Iob. 4. In Angelis ſuis reperit prauitatem.

Reſpondeo. Dicendum, quòd tam Angelus quam quæcunque creatura rationalis, ſi in ſua natura conſideretur, poteſt peccare. Et cuicunque creaturæ hoc conuenit, vt peccare nõ poſſit, hoc habet ex dono gratiæ, non ex conditione naturæ. Cuius ratio eſt, quia peccare nihil eſt aliud, quàm declinare à rectitudine actus, quam debet habere, ſiue accipiatur peccatum in naturalibus, ſiue in artificialibus, ſiue in moralibus. Solum autem illum actum à rectitudine declinare non contingit, cuius regula eſt ipſa virtus agentis. Si enim manus artificis eſſet ipſa regula inciſionis, nunquam poſſet artifex, niſi rectè lignum incidere: ſed, ſi rectitudo inciſionis ſit ab alia regula, contingit inciſionem eſſe rectam, & non rectam. Diuina autẽ voluntas ſola eſt regula ſui actus, quia non ad ſuperiorem finem ordinatur. Omnis autem voluntas cuiuslibet creaturæ, rectitudinem in ſuo actu non habet, niſi ſecundùm quòd regulatur à voluntate diuina, ad quam pertinet vltimus finis: ſicut quælibet voluntas inferioris debet regulari ſecundùm voluntatem ſuperioris: vt voluntas militis ſecundum voluntatem ducis exercitus. Sic igitur in ſola voluntate diuina peccatum eſſe non poteſt: in qualibet autem voluntate creaturæ poteſt eſſe peccatum, ſecũdùm conditionem ſuæ naturæ.

D. 996. D. 713. b 152. D. 149.

Ad primum ergo dicendum, quòd in Angelis non eſt potentia ad eſſe naturale: eſt tamen in eis potentia ſecundùm intellectiuam partẽ ad hoc, quòd conuertatur in hoc, vel in illud. Et quantum ad hoc poteſt in eis eſſe malum.

Ad ſecundum dicendum, quòd corpora cœleſtia non habent operationem niſi naturalem. Et ideo, ſicut in natura eorum non poteſt eſſe corruptionis malum, ita nec in actione naturali eorum poteſt eſſe malũ, inordinationis. Sed ſupra actionem naturalem in Angelis eſt actio liberi arbitrij, ſecundùm quam contingit in eis eſſe malum.

Ad tertium dicendum, quòd naturale eſt Angelo, quod conuertatur motu dilectionis in Deum, ſecundùm quod eſt principium naturalis eſſe. Sed quòd conuertatur in ipſum ſecũdùm, quod eſt obiectum beatitudinis ſupernaturalis, hoc eſt ex amore gratuito, aquo auerti potuit peccando.

d 306 311 a D. 153.

Ad quartum dicendum, quòd peccatũ mortale in actu liberi arbitrij contingit eſſe dupliciter. Vno modo ex hoc, quòd aliquod malũ eligitur: ſicut homo peccat eligendo adulterium,

D. 718.

rium,quod ſecundùm ſe eſt malum.

Et tale peccatum ſemper procedit ex aliqua ignorantia,vel errore. Alioquin ,id quod
D.8.18. eſt malum ,non eligeretur vt bonum . Errat quidem adulter in particulari,eligẽs hanc delectationem inordinati actus quaſi aliquod bonum ad nunc agendum , propter inclinationẽ paſſionis,aut habitus : etiam ſi in vniuerſali non erret,ſed veram de hoc ſentẽtiam teneat. Hoc aũt modo in Angelo peccatum eſſe non potuit:quia nec in Angelis ſunt paſſiones;quibus ratio,aut intellectus ligetur, vt ex ſupradictis patet
9.59 ar 4. : nec iterum primum peccatum habitus præcedere potuit ad peccatum inclinans. Alio modo contingit peccare per liberum arbitrium,eligendo aliquid, quod ſecundùm ſe eſt bonum,ſed non cum ordine debitæ menſuræ,aut regulæ;ita quod defectus inducens peccatum,ſit ſolùm ex parte electionis , quæ non habet debitum ordinem niſi ex parte rei electæ,ſicut ſi aliquis eligeret orare, non attendens ad ordinem ab eccleſia inſtitutum. Et huiuſmodi peccatum non præexigit ignorantiã, ſed abſentiam ſolùm conſiderationis eorum , quę conſiderari debent. Et hoc modo Angelus peccauit conuertendo ſe per liberum arbitrium ad proprium bonum, abſque ordine ad regulam diuinæ voluntatis.

Senſus, & ordo quæſiti.

QVid ſit malum culpæ,& malum pœnæ,& qũo differant declarauit ſupra S. D. quæſt. 48. artic.5.& 6. De malo verò culpæ, an ſit in Angelis, primò differit in communi in hoc articulo,deinde, quæ mali ſpecies ineſſe poſſint Angelis,determinat in ſecundo ; in quo ſimul etiam tractatur quæſtio quid eſt tam quo ad id,quod eſt formale, quàm quo ad id,quod eſt materiale in communi.

Forma Textus.

CONcluſio eſt: In ſola voluntate diuina peccatum eſſe non poteſt:in qualibet autem voluntate creata poteſt eſſe peccatum ſecundùm conditionem ſuæ naturæ. Probatur:ſolam illam virtutem,& actum à rectitudine declinare nõ contingit, cuius regula eſt ipſa virtus agentis;at diuina voluntas ſola eſt regula ſui actus;ergo in ſola voluntate diuina peccatum eſſe non poteſt , &c. Maior probatur. Primò: Quia peccare nihil aliud eſt:quàm declinare à rectitudine,quam debet habere;ſiue accipiatur peccatum in naturalibus, ſiue in artificialibus,ſiue in moralibus;ergo ſolam illam virtutem,etc. Secundò probatur in artificialibus;Quia,ſi manus artifi cis eſſet ipſa regula inciſionis, nunquam poſſet artifex , niſi rectè lignum incidere. Minor ob dictionem excluſiuam duas habet exponentes;alteram affirmatiuam, videlicet: diuina voluntas eſt regulatiua ſui , & alteram negatiuam,ſcilicet : Nulla alia voluntas eſt regulatiua ſui actus. Et probatur primò quo ad primam exponentem affirmatiuam; quia diuina voluntas nõ ad ſuperiorem finem ordinatur . Deinde probatur quo ad alteram exponentem: Quia omnis voluntas cuiuslibet creaturæ rectitudinem in ſuo actu non habet, niſi ſecundùm quod regulatur à voluntate diuina;ergo. Probatur hoc aſſumptum. Primò: Quia ad voluntatem diuinam pertinet vltimus finis. Secundo: Quia qualibet voluntas inferioris debet regulari ſecundùm voluntatem ſuperioris, vt voluntas militis ſecundùm voluntatem . Ducis exercitus. Deinde declaratur concluſio quo ad illam particulam , ſecundùm conditionem ſuæ naturæ: Quia cuicunq; creaturæ conuenit, vt peccare non poſſit , hoc habet ex dono gratiæ,non ex conditione naturæ.

Expoſitio Textus.

ESſe quoſdam Angelos diuinę Maieſtatis,& humani generis inimicos, frequenter indicant ſacrarum litterarum oracula , Sanctorum Patrum commentarijs , & tractatibus illuſtrata Leuitici 17. *Nequaquam vltra immolabunt hoſtias ſuas dæmonibus,cum quibus fornicati ſunt.* Deuteron. 32. *Immolauerunt dæmonijs,& non Deo.* 2. Paralip. 11. *Qui conſtituit ſibi Sacerdotes excelſorum , & dæmoniorum :* Pſalm. 105. *Et immolauerunt filios ſuos,& filias ſuas dæmonijs:* Tob. 8. *Tunc Raphael Angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deſerto ſuperioris Ægypti.* In libro Iob capit. 1.& 2. Frequens fit mẽtio de Sathan,& eius iniqui furoris actibus , quos in Iob virum ſanctiſſimum exercuit Deo permittente. In noui denique Scriptura Teſtamenti, multò frequentius,ac euidentius Dęmonum multiplicitas,proprietates,officia, damna mortalibus illata,principatus, & eius priuatio,pœnaq; deſcribitur.

Eſt itaque certiſſima Fidei veritas maximam eſſe malorum Angelorum multitudinem Deo rebellem,& humani generis inimicam. Quam veritatem etiam attigere Gentilium ſapientes,ſcilicet Empedocles,Pytagoras,Socrates,& Plato , qui in Polit.Tiranni docet impiorum animas poſt mortẽ ab vltoribus cruciari,& in Sympoſio,& alibi dæmones ſtatuit,& eorum proprietates,naturamque deſcribit:cuius ſententiam ſequuntur vniuerſi Platonici,quos diligenter recenſet Victoria in ſua relect.de arte Magica,quæſt.4.Et quamuis Ariſtoteles ſolas eas ſubſtantias ſpirituales videatur agnoſcere,quæ mouendis cœleſtibus ſphęris ſunt applicatæ,& in Probl.parte trigeſima eos, qui videntur à Dœmonibus poſsideri,dicat ab humore melanchonico diuexari. Alibi tamen ſcilicet in libro de mirabilibus affirmat Lemures,& Lamias habitare in orbe triſti:quibus nominibus Angeli mali,ſiue dœmones videntur ſignificari.

Sententiam hanc dœmones eſſe negantem ſequutus eſt Democritus, quem quidam adoleſcentes perſonati figura,& habitu ſe dęmones eſſe mẽtientes,cum noctu ſe dicto Philoſopho præſentaſſent,ſic ei terrorem incutere cogitãtes, hęc in ſuæ opinionis confirmationem verba protulit: *Definite ineptire .*

Eandem ſententiam ebiberunt , conſtanterque tenuerunt anciquiores Peripatetici præſertim Alexander.

Digitized by Google

xáder, & Simplicius. Inualuit hic error apud quosdam Rabbinos gentis Hebreæ, qui dicunt nullos esse malos Angelos: dicta verò scripturæ veteris testamenti perperam interpretantur, ac nimis impudenter ad alia detorquent.

Dum ego Sanctæ Inquisitionis officio fungerer in Piceno, quendam Rabbinum, hunc errorē mordicus tenentem Anconæ carcerum custodiæ mancipaui, & multiplici scripturarum authoritate cōuictum ad agnitionem, & confessionem catholicæ veritatis adduxi.

Maiorem propositionem argumenti, quo probatur conclusio, videlicet *solum illum virtutem, & actum à rectitudine declinare non contingit, cuius regula est virtus agentis*: explicat optimè Caietanus, §. *circa antecedens*: Minorem etiam eiusdem argumenti propositionem, videlicet *sola diuina voluntas est regula sui actus*, declarat idem expositor, §. *circa consequentiam*.

Caietanus

Denique mouet idem interpres dubitationem de vi probationis minoris propositionis, quo ad exponentem negatiuam, & scitè resoluit. Quā exponentem aduerte, limitandam esse de voluntate creata, qua ratione est liberum arbitrium, non autem, prout est per modum naturæ ad vnum determinata; sic enim est sibi regula, sicut aliæ naturales virtutes, aut inclinationes, vel saltem habet regulam sibi congenitam.

Controuersia Vnica.

Nùm fieri possit à Deo Creatura libera, quæ sui natura sit impeccabilis.

Sententiæ Doctorum.

Maior. Molina.

QVi dicunt fieri posse creaturam intellectualē à Deo, cui sit lumen gloriæ connaturale, aut quæ sine lumine gloriæ videat diuinam essentiam, vt post Maiorem asseruit Molina supra quæst. 12. art. 5. hi consequenter etiam affirmant fieri à Deo posse creaturam simpliciter impeccabilem.

Addit autem hic duo Molina. Primum est eam felicitatem moralem, quam suis viribus possunt Angeli sibi comparare, non esse illis naturalem, vt naturale distinguitur contra liberum; hoc est contra id, quod est in eorum arbitrio comparare, aut non comparare. Secundum est, Angelos peccare posse contra legem naturalem, tam ommittendo, quàm committendo.

Scotus. Rada

Scotus in 2. sent. dist. 23. quæst. vnica, cuius sententiam explicat, & tuetur Rada parte secunda, controu. 11. art. 1. tria dicit.

Primum est: Si Deus crearet naturam aliquam intellectualem, quæ solum haberet affectionem cōmodi, id est eius, quod est sibi bonū, & vtile, & non affectionem iustitiæ, id est libertatis, illa esset simpliciter impeccabilis per naturam.

Secundum: Non potest vlla potentia fieri natura intellectualis libera, quæ sit suaptè natura impeccabilis omninò, & simpliciter in ordine ad quodcumque obiectum.

Tertium: nullo modo fieri potest aliqua natura intellectualis libera, quæ per suam naturam sit impeccabilis, etiam in ordine ad finem naturalem, seu ad bonum naturale, & morale agendum. Postremo rationes S. D. impugnat, vt ineffi caces.

Capreol.

Capreolus in 2. sentent. dist. 22. quæst. vnica in responsione ad argumenta Durandi ait, secundū mentem Diui Thomæ potuisse naturam aliquam rationalem, vel intellectualem esse impeccabilem hoc modo, vt non posset transgredi legem naturalem; & tamen verum esse, nullam esse posse creaturam impeccabilem per naturam, habito respectu ad legem supernaturalem, & in hoc benè sentire Durandum.

Caiet.

Eandem sententiam videtur amplecti Caietanus dicens, Angelum in puris naturalibus respectu obiectorum naturalium non posse deficere; quamuis oppositum videatur in vltimi dubij solutione significare; vbi statuit differentiam inter operationem Angeli naturalem, & liberam, quod naturalis ordinatur ad vnum, quo mediante respicit Deum, vt vltimum finem naturalis esse; & ideò ad regulandum eam sufficit ratio illius vnius boni, quæ potest esse connaturalis alicui creaturæ; eo quod solum ponat in ea bonum particulare; Sed operatio libera potest in omne bonum, ac per hoc ordinatur ad vltimum finem in seipso, & prout est finis naturalis, & supernaturalis: & ideò ad regulandum eam exigitur ratio omnis boni, quæ non potest esse connaturalis creaturæ, sed tantùm diuinæ voluntati, & ideò creata voluntas non est sua regula, sed regulatur diuina voluntate; ac proinde potest peccare: constat autem, in Angelo esse operationem liberam in ordine ad obiecta naturalia.

Verùm Caietanus seipsum satis aperte declarat in vltimis verbis sui commentarij subdēs, hęc non conuenire agentibus naturalibus, nec voluntatijs oibus respectu naturalium obiectorum: quod propter Angelos dixit, quorum operatio naturalis, vt distinguitur contra supernaturalem, non potest in omne bonum; quia non potest in bonum supernaturale, & habet bonum sui ordinis sibi connaturale, & vt sic non habet regulam superiorem, sicut nec virtutes purè naturales, & consequenter est sua regula saltem virtualiter. Quod, an sit verum, examinabitur in sequentibus.

Valentia

Valentia dicit duo. Primum: Si respiciamus solum ad argumenta, & rationes, quibus authores prædictarum opinionum nituntur, nullum hactenus argumentum satis euidens allatum est, cur negare debeamus posse a Deo condi talem aliquā creaturam intellectualem, & liberam, quæ per naturam suam esset simpliciter impeccabilis tum circa naturalia, tum etiam circa supernaturalia præcepta, quæcunque ipsi iniungerentur. Secundum: Si respiciamus, vt par est, ad sententiam sanctorū Patrum, tacuendum est, non posse à Deo condi talem aliquam creaturam, ac perindè posse afferri rationem aliquam, cur ad, tamquam implicans cōtradictionem, meritò negetur.

Vasquez.

Vasquez tria dicit. Primum: Nulla creatura rationalis creati potest impeccabilis. Secundum: Angelus peccare potest contra legem, & præcepta naturalia. Tertium: Ratio Caietani, aut modus, quo

explicat

explicat rationem S. Thomæ, maioti indiget confirmatione.

Ripa. Ripa duo dicit. Primum: Angelus in puris naturalibus, & comparatione obiectorum naturalium nec deficit, nec deficere potest. Secundum: Admitti potest eorum sententia, qui dicunt, Angelum in puris naturalibus conditum errare posse, nec aduersatur hoc Diuo Thomæ, aut eius expositori Caietano, qui de Angelo loquuntur, vt creatus reipsa fuit, nimirum in gratia, dicentes, eum in naturalibus errare non posse. Eandem sententiam quo ad

Montagn. vtraque partem sustinet Montagnolius, quamuis alijs vtatur distinctionibus, & glosis.

Resolutio.

Explicatur nomen, & ratio multiplex impeccabilis, & probatur fieri non posse creaturam simpliciter impeccabilem.

QVod primò considerandum, & declarandum occurrit, est nomen impeccabilis; cuius significatio ex eius opposito, scilicet peccabili sumenda est.

Peccabile quid sit. Dicitur autem peccabile, cui peccatum potest accidere: peccatum verò tam in naturalibus, quàm in artificialibus, & voluntarijs defectus est, vel inordinatio propriæ actionis ex defectu principiorum actionis euenientis: Illud igitur solum potest peccato subesse, cuius agẽdi principia possunt deficere: cuius verò principijs nullus potest defectus accidere, peccati capax omnino non est, ac proindè verè, ac propriè dicitur impeccabile. Sed obseruandũ est diligenter, rationalem, siue intellectualem creaturam dici posse dupliciter impeccabilẽ:

Impeccabile dupliciter. Vno modo simpliciter: & hoc modo ea sola creatura dici posset impeccabilis, cuius deficere minimè possent agendi principia, vel operationes tam respectu obiectorum ordinis naturalis, quàm respectu obiectorum ordinis supernaturalis.

Alio modo dicitur impeccabilis eadem creatura, non simpliciter, sed in ordine ad actus, & obiecta naturalia, & hoc modo diceretur impeccabilis ea creatura, quę in ordine ad tales actus, & obiecta, scilicet naturalia, defectui subiacere non posset.

Quod duobus modis potest intelligi: Primò, vt creatura condita sit in gratia, & impeccabilitas illi conueniat in ordine tantum ad naturalia; Secundò, vt nihil habeat supernaturaliũ, sed perfectiones duntaxat habeat naturales, & in ordine etiam ad actus, & obiecta merè naturalia dicatur impeccabilis. Quod etiam dupliciter potest intelligi; Primò quo ad actus omnino naturales tam quo ad exercitium, quàm quo ad specificationem actus; S. Thom. quales sunt actus amoris naturales, quibus Angelus Deum diligit, & seipsum: Secundò quo ad actus etiam liberos, siue quo ad specificationem, siue etiam quo ad exercitium actus. Quod etiam duobus modis potest intelligi; Vno modo supposita sola præceptorum legis naturæ obligatione in tali creatura, scilicet rationali, vel intellectuali; Alio modo data promulgatione, & obligatione legis alicuius positiuæ ad ordinem naturæ pertinentis, quæ diuinitus sit imposita tali creaturæ.

Quinque sunt igitur controuersiæ membra ex tota præmissa diuisione resultantia diligenter examinanda. Primum est, an esse, aut fieri possit creatura simpliciter impeccabilis. Cui quæsito negatiuè respõdet S. D. suam responsionem efficaci probans argumento supra formato & de Verit. quæst. 24. art. 2. eodem ferè medio latius explicato probat eandem veritatem: *Differt enim* (inquit) *in agẽdo natura rationalis prædita libero arbitrio ab omni alia natura, quod omnis alia natura ordinatur ad aliquod particulare bonum, & actiones eius sunt determinatæ respectu illius boni: natura verò rationalis ordinatur ad bonum simpliciter; sicut enim verum absolutè obiectum est intellectus, ita & bonum absolutè voluntatis; & inde est, quod ad ipsum vniuersale bonorũ principium voluntas se extendit, ad quod nullus alius appetitus pertingere potest, & propter hoc creatura rationalis non habet determinatas actiones, sed se habet sub quadam indifferentia respectu materialium actionum. Cum autem omnis actio ab agente proueniat sub ratione cuiusdam similitudinis, sicut calidum calefacit, oportet, quod si aliquod agens est, quod secũdum suam actionem ordinetur ad bonum aliquod particulare, ad hoc, vt eius actio naturaliter sit indefectibilis, quod ratio illius boni naturaliter ei insit, sicut, si alicui corpori insit naturaliter calor immutabilis, immutabiliter calefaciet. Vnde, & natura rationalis, quæ ordinata est ad bonum absolutè per actiones multifarias, non potest habere naturaliter actiones indeficientes à bono, nisi naturaliter, & immutabiliter insit ratio vniuersalis, & perfecti boni; quod quidem esse non potest, nisi natura diuina: Nam Deus solus est actus purus, nullius potentiæ permixtionem recipiens, & per hoc est bonitas pura, & absoluta. Creatura verò qualibet, cum in natura sua permixtionem habeat potentiæ, est bonum particulare: quæ quidẽ permixtio potentiæ ei accidit propter hoc, quòd est ex nihilo. Et inde est, quod inter naturas rationales solus Deus habet liberum arbitrium naturaliter impeccabile, & confirmatum in bono: creaturæ verò hoc inesse impossibile est propter hoc, quòd est ex nihilo, vt Damascenus, & Gregorius Nissenus dicunt; & ex hoc est particulare bonum, in quo fundatur ratio mali, vt Dionysius dicit quarto capitulo, de Diuinis Nominibus.* Hæc ibi S. D. ex quibus tale confici potest argumentum.

Ad hoc, vt natura rationalis, quæ ordinata est ad bonum absolutè per actiones multifarias, habeat actiones naturaliter indeficientes à bono, necesse est, vt ei naturaliter, & immutabiliter insit ratio vniuersalis, & perfecti boni; At hoc est impossibile conuenire creaturæ; ergo.

Maior probatur primò quod ad illam particulare bonum, *quæ ordinata est ad bonum absolutè*, ex differentia in agendo inter naturam rationalem, & omnem aliã naturam: Quoniam omnis alia natura ordinatur ad aliquod particulare bonum, & actiones eius sunt determinatæ respectu illius boni: natura verò rationalis ordinatur ad bonum simpliciter, & probatur hæc differentia; quia, sicut verum absolutè obiectum est intellectus, ita & bonum absolutè voluntatis; quo fit, vt ad ipsum etiam bonorũ principium

Prima probatio.

Digitized by Google

cipium voluntas ſe extendat, ad quod nullius appetitus pertingere poteſt.

Secunda probatio.

Secundò probatur quo ad illam particulam, *per actiones multifarias*, ex eodem principio: quia, ſicut cuilibet voluntatis obiectum eſt bonum abſolutè.

Tertia probatio

Poſtremò probatur ſimpliciter ipſa maior: Quia ad hoc, vt actio agentis ad bonum aliquod particulare ordinata naturaliter ſit indefectibilis, oportet, vt ratio illius boni naturaliter, & immobiliter ei inſit; ergo ad hoc, vt creatura rationalis, qua ordinata eſt, &c. Antecedens probatur. Quoniã omnis actio ab agente prouenit ſub ratione cuiuſdã ſimilitudinis; ergo ad hoc, vt actio agentis ad bonum aliquod particulare ordinata, &c. Manifeſtatur hoc antecedens exẽplo calidi, quod calefacit.

Et eodem ferè exemplo probatur cõſequentia: Quia, ſi alicui corpori ineſt naturaliter calor immutabilis, immutabiliter calefacit. Minor autem principalis argumenti, videlicet rationem vniuerſalis, & perfecti boni non poſſe naturaliter, & immobiliter ineſſe creaturæ rationali, probatur: Quia ratio vniuerſalis, & perfecti boni eſt ipſa natura diuina; ergo. Probatur aſſumptum: Quia ſolus Deus eſt actus purus, nullius potentiæ permixtionem recipiens; atque ideò eſt bonitas pura, & abſoluta; creatura verò quælibet habet permixtionem potentiæ; atque ideo eſt bonum particulare.

Ex quo ſumitur alia probatio concluſionis: Nam ideò permixtio potentiæ accidit creaturæ, quoniã eſt ex nihilo, igitur ſolus Deus, qui inter naturas rationales non eſt ex nihilo, habet liberum arbitrium naturaliter impeccabile, & confirmatum in bono: creaturæ verò hoc ineſſe impoſsibile eſt propter hoc, quod eſt ex nihilo: Probatur conſequentia authoritate Damaſceni, & Gregorij Nyſſeni dictam cauſam aſsignantium, cur ſit impoſsibile, creaturam eſſe naturaliter impeccabilem.

Explicatio diſcurſus.

In quo diſcurſu tria ſunt, quàm maximè ponderãda. Primum eſt ratio allata, cur actio alicuius agẽtis ad bonum aliquod ordinata ſit naturaliter indefectibilis. Dicitur enim ideò, talem actionem eſſe naturaliter indefectibilem; quoniam omnis actio prouenit ab agente ſub ratione cuiuſdam ſimilitudinis: ſicut calidum calefacit; & ideò neceſſe eſt ad hoc, vt actio, agentis ad bonum ordinata ſit naturaliter indefectibilis, vt ratio illius boni naturaliter, & immobiliter inſit agenti; ſicut, ſi alicui corpori ineſt naturaliter calor immutabilis, immutabiliter calefacit. Ex quo patet apud Diuũ Thomã rationem boni, ad quod ordinatur actio, idem eſſe cum ratione agendi, cui aſsimilatur actio, & eius effectus, ſicuti calori corporis calidi aſsimilatur, tam calefactio, quàm calor.

Ad cuius euidentiam duo ſunt prænocanda. Primum eſt, in quolibet agente per intellectum, ſiue per cognitionem duas eſſe rationes agendi, alterã proximam; & hæc eſt bonum apprehenſum, quatenus eſt apprehenſum; alteram primam, ſiue remotam; & hæc eſt ipſius agentis natura, cum qua ſecundariò computantur etiam virtutes eius naturales, quibus operatur.

Ratio itaque boni, de qua loquitur S. Thom. di-

A cens, oportere eam ineſſe naturaliter, & immobiliter agenti ad hoc, vt actio agentis ad bonum ordinata ſit naturaliter indefectibilis, non eſt neceſſario proxima, ſed prima agendi ratio, quæ eſt agentis natura. Vt enim ſupra quæſt. 44. ar. vltimo, circa reſponſionem ad ſecundum oſtendimus, finis agentium omnium in qualibet operatione eſt ipſius agentis natura communicanda, aut conſeruanda, vel perficienda, prout etiam affirmat S. D. in tertio contra gentiles, cap. 17. & ibidem explicat Ferrarienſis: Quamobrem etiam Deus, qui eſt ipſa bonitatis natura, ſuas omnes actiones ordinat ad ſeipſum, quamuis ex creaturis ineſſe productis nulla fiat ei perfectionis acceſsio, nec ab eis vlla ratione dependeat. Ferrarien.

B Præterea bonitas actionis naturaliter immutabilis, & indefectibilis, vt talis eſt, non dependet ex bonitate, & indefectibilitate boni apprehẽſi, quatenus apprehenſum eſt; bonum enim, & quælibet forma apprehenſa, vt ſic, non eſt agendi ratio in ratione rei, ſed in ratione cogniti tantùm; atque ideò non oportet, actionem, aut actionis terminũ bono, aut formæ apprehẽſæ aſsimilari, vt latè probauimus, & explicauimus ſupra quæſt. 17. art. 3. dubitatione prima, in poſtrema parte incipiente: *Tertium eſt, &c.* & latiùs art. 4. eiuſdem quæſtionis

C controuerſia prima.

Colligitur, & oſtenditur ſenſus propoſitionum, & vis præmotæ diſcurſus, & eius conſonantia cum diſcurſu præſentis articuli.

EX dictis patet primò ſenſus maioris, & minoris aſsumptarum in argumento D. Tho. prænotato. Maior enim illa: *Ad hoc, vt natura rationalis, quæ ordinata eſt ad bonũ abſolutè per actiones multifarias, habeat actiones naturaliter indeficientes à bono, neceſſe eſt, vt ei naturaliter, & immutabiliter inſit ratio vniuerſalis, & perfecti boni*, intelligenda eſt de

D bono abſolutè, prout extenditur ad omne bonum, tam ordinis naturalis, quàm ordinis ſupernaturalis, & de ineſſe, non ſecundùm apprehenſionem, ſed ſecundũ eſſe naturale; ſic enim ab agente prouenit actio, ſecundùm quãdam ſimilitudinem ad ipſum agens, non quo ad rationem agendi, vt cognitam, ſed quo ad rationem agendi ſecundùm eſſe naturale; ſiue ratio illa agendi ſit idem, quod ipſius agentis natura, ſiue ſit eius virtus, aut qualitas, vt patet in exemplo calidi calefacientis, quod affertur in textu: & intelligenda eſt de ratione vniuerſalis, & perfecti boni rationem vtriuſque boni, ſcilicet naturalis, & ſupernaturalis ordinis complectentis. Et in eodem ſenſu accipienda eſt minor negans, talis boni rationem inexiſtere creaturæ.

E

Ex quo ſequitur vlterius rationem boni limitati ad ordinem naturalem non eſſe rationem boni abſolutè, & vniuerſaliter ſumpti in eo ſenſu, quo loquitur hìc S. Thom. de bono abſolutè, & vniuerſaliter conſiderato, ſed eſſe rationem boni particularis, & determinati, cui proindè non repugnat aliquo modo naturaliter, & immobiliter ineſſe creaS. Thom.

eorum vt in ſequentibus oſtendemus.

Dico autem aliquomodo; quia nulla creatura poteſt, abſolutè loquendo, continere formaliter, aut eminenter rationem omnis boni pertinentis ad ordinem naturalem. Poteſt tamen aliqua res creata ex natura ſua vt recta recte agendi rectitudine naturali continere in ſeipſa rationem omnis boni ordinis naturalis, prout naturalem habet rectitudinem naturalem in ordine ad operationes ex eo cauſatas, ſiue earum rectitudo, & immutabilitas attendatur in actus ſpecificatione, ſiue etiam in exercitio.

Secundo patet, obſtacitas, & limes prædicti diſcurſus; non enim probat à Deo fieri nõ poſſe creaturam rationalem, quo ad actiones ordinis naturalis impeccabilem naturaliter, ſed bene, & efficaciter probat fieri à Deo non poſſe creaturam, quæ ſit ex ſua natura ſimpliciter impeccabilis.

Doctrinæ conſonantia. Caiet.

Hæc doctrina valdè conſonans vniuerſæ, quæ docet hic S. Thomas, & ſubtiliter explicat Caietanus; idem eſt enim, rationem boni, ad quod ordinatur actio, ineſſe naturaliter, & immutabiliter agenti, quod agentis virtutem, aut etiam naturam eſſe ſuam regulam. Ex hoc ipſo namque, quod ratio boni, ad quod ordinatur actio, naturaliter, & immutabiliter ineſt agenti, vt agendi ratio, habet eadem boni ratio, vt ſit actionis regula naturalis; Nihil enim aliud eſt regula, quàm ratio, ſiue principium inuariabile rectè operationis; vt patet diſcurrenti per ſingulas artium, & moralis philoſophiæ regulas, quas, ſi fingamus artificibus, & virtuoſis naturaliter eſſe coniunctas, virtutes eorum erunt ſuæ regulæ.

Idem igitur eſt rationem boni, ad quod ordinatur actio, ineſſe naturaliter, & immutabiliter agenti, quod virtutem agentis, aut eius naturam eſſe ſuam regulam. Et quemadmodum ratio boni particularis poteſt eſſe connaturalis alicui creaturæ, ſic poteſt eidem eſſe connaturalis regula actionũ in ordine ad talo bonum; atque ita virtutes agentium ómnium merè naturalium, quæ naturaliter ab actus ſui rectitudine non declinant, ſunt ſibi ipſis agendi regulæ: & ſicut ratio boni vniuerſalis, prout complectitur bonum ordinis naturalis, & ſupernaturalis, nulli creaturæ, vel creatæ voluntati poteſt eſſe cõnaturalis, ſic nulla creatura, vel creata voluntas poteſt eſſe ſua regula formaliter, aut virtualiter. Cuius rationem aſſignat S. Doct. in litera præſentis articuli; quia voluntas omnis creata ordinatur ad vltimum finem proprium diuinæ voluntatis, quę ſola ad ſuperiorem finem non ordinatur; atque ideo à diuina voluntate regulatur, tamquàm à ſuperiori. Quam rationem explicat optimè Caietanus ex differentia inter agentia voluntaria, quo ad aliquas eorum liberas operationes, & agentia naturalia, quo ad omnes eorum operationes naturales; Agentis enim naturalis operatio ad vnum ordinatur, quod eſt perfectio naturalis ipſius agẽtis, & eo mediante reſpicit Deum, vt ſummum bonum, & vltimum finem eſſe naturalis; & ideò ſufficiẽs illius operationis regula eſt ratio illius vnius boni, ſiue perfectionis naturalis, quã diximus eſſe poſſe connaturalem alicui creaturæ.

S. Thom. Caiet

AA Quod idem aſſerendum eſt de libera voluntatis operatione ad bonum ordinis naturalis ordinatæ, vt patet de amore electiuo, non ſupernaturali Angeli, quo ſeipſum diligit, qui naturaliter eſt ad vnum, de ſe ipſius Angeli diligentis commodũ, eſſe bonum determinatum, quod proinde bonum non incumenit Angelo diligenti eſſe connaturale. At operatio voluntatis abſoluè libera, quæ ſcilicet abſolutè poteſt in omne bonum abſque vlla limitatione ad hanc particularem eius differentiã, ſiue modum, puta boni ordinis naturalis, quoniã ordinatur ad vltimum finem in ſeipſo, non poteſt niſi omnis boni ratione regulari: quæ nulli poteſt eſſe creaturæ connaturalis; alioquin aliquid eſſet BB præter Deum, cui naturaliter ineſſet omne bonum ſimpliciter; quod aſſerere nullum eſt abſordum, ſed etiam erroneum; atque ideò nulla creata voluntas poteſt eſſe ſuarum omnium actionum regula, & ob eandem cauſam nequit eſſe naturaliter impeccabilis.

Expediuntur quatuor aliæ controuerſiæ partes, & explicatur, qualem impeccabilitatem poſſit Deus conferre creaturæ.

Secundum controuerſiæ membrum inquirit, nũ creatura rationalis, ſiue intellectualis creata in gratia poſſit eſſe impeccabilis in ordine tantũ ad naturalia. Pro cuius reſolutione dico duo. Primum eſt, poſſe Deum gratiam confirmationis, & immobilitatis in bono conferre voluntati creatæ, non ſolum in ordine ad naturalia, ſed etiam reſpectu ſupernaturalium, vt hic etiam affirmat Caietanus, & eſt communis ſententia Theologorum. Secundum eſt, non poſſe Deum creaturam aliquã rationalem, ſiue intellectualem in gratia creare, quæ ſit impeccabilis in ordine ad naturalia, poſſit autem deficere in ordine ad ſupernaturalia.

1 membri

Caiet.

Probatur: Quia defectus ordinis in actione reſpectu Dei, prout eſt finis ſupernaturalis, redundat etiam in actionem reſpectu Dei, prout eſt finis naturalis; vt probant hic latè Bannes, & Zumelius in ſua quinta concluſione, & eſt communis doctrina Thomiſtarum in prima ſecundæ, in tractatu de gratia.

D Bannes Zumel.

2 membri

Tertium controuerſiæ membrum eſt de actibus omninò naturalibus, tam quo ad exercitium, quã quo ad ſpecificationem actus, quales ſunt actus amoris naturalis, quo diligit Angelus ſeipſum, & Deum. De quo nulla poteſt eſſe difficultas: implicat enim, Angelum naturaliter vtroque dictorum modorum ſeipſum, & Deum diligere, & ab huius actus rectitudine poſſe deficere, quod enim naturale eſt, hoc ipſo neceſſarium eſt, & determinationem habet ad vnum; & ideò per ſe loquendo deficere non poteſt, ſed tantùm per accidens, ſcilicet ex defectu principiorum, quem defectum Angelica natura non patitur.

E

3 membri

Quartum membrum eſt de actibus ordinis naturalis, ſed liberis, vel altero, vel etiam vtroque modo libertatis, nimirum quo ad ſpecificationem, & exercitium, ſuppoſita ſola præceptorum legis naturæ obligatione. Cui ſatisfacere videtur ea, quæ

ſupra

Digitized by Google

ſupradiximus, circa primum huius controuerſiæ membrum: vbi partem negantem ſuſtinuimus, quam etiam probant, & tuentur latè Bannes, Zumellus, & quidam alij.

Vltimum membrũ.

Poſtremum deniq; membrum eſt de actibus liberis ordinis naturalis, ſuppoſita obligatione legis poſitiuæ diuinitùs promulgatæ. Cui difficultati reſpondent Doctores, & expoſitores communi conſenſu, poſſe Angelum in puris naturalibus à Deo creatum peccare contra legem poſitiuam nõ excedentem naturæ ordinem. Quam veritatem latè probãt Bannes, Zumellus, & Vaſquez ſuper hoc articulo, & Maloninus in 2 ſentent. d. 6. diſput. 11.

Vaſquez. Maloniu.

Sed præcipua difficultas eſt, nùm poſsit à Deo fieri creatura rationalis, ſiue intellectualis, in puris naturalibus impeccabilis in ordine ad legem Dei poſitiuam non excedentem ordinem naturæ. Zumellus enim affirmat in ſua ſecunda concluſione talem creaturam à Deo fieri poſſe, ſed Vaſquez, & Rada negant vniuerſaliter poſſe à Deo fieri creaturam liberam impeccabilem naturaliter etiam quo ad actus ad ſolam naturæ legem pertinentes.

Zumellus Rada.

Authoris ſententia.

Mihi duo dicenda videntur. Primum eſt: Nullã à Deo promulgari poſſe legem poſitiuam non excedentem naturæ ordinem, quæ non poſsit alicui Angelo à Deo creabili eſſe connaturalis, ità vt eadem lex multis Angelis minùs nobilibus ſit poſitiua, & vni omnium nobiliſsimo, vel etiam pluribus eo nobilioribus à Deo creabilibus ſit naturalis.

Poteſt enim Deus ſemper nobiliorem, ac nobiliorem Angelum creare, non ſolùm quo ad eſſentiam, ſed etiam quo ad proprietates, ac perfectiones naturales ſubitantiam Angeli conſequentes, quales ſunt ſapientia, & prudentia, quæ reſpicit agibilia ſecundum præcepta legis diuinæ naturaliter inditæ. Sicut ergo poteſt Deus Angelum excellentioris prudentiæ vſque in infinitum creare, ſic poteſt præceptis legis naturalis Angelis, nunc exiſtentibus inditæ plura vſque in infinitum, non ſolum numero, ſed etiam dignitate maiora ſuperaddere, & iuxta nobilitatem, ac prudentiam cuiuslibet à Deo producibilis Angeli naturalem, legem etiam naturalem numero, ac dignitate præceptorum cuilibet proportionatam infundere, quæ præcepta poſſet inferioribus Angelis, vt legem minimè naturalem, ſed poſitiuam imponere.

Secundum eſt: Impoſsibile eſſe fieri à Deo creaturam intellectualem naturaliter impeccabilẽ reſpectu cuiuslibet legis poſitiuæ, non excedentis ordinem naturæ.

Probatur hoc dictum, primò; Quia poteſt Deus cuilibet Angelo à Deo creato, vel creabili imponere præcepta ad ordinem naturæ pertinentia, quæ naturalem excedant Angeli prudentiam; infinitus enim eſt diuinæ ſapientiæ, ac prouidentiæ theſaurus, ex quo poteſt legum ferendarum ſuppellectilis immenſa procedere. Sicut ergo nullus effici poteſt Angelus, cuius prudentia diuinæ ſapientiæ, ac prouidentiæ ſit æqualis, ità nec eſſe poteſt Angelus, cui leges omnes poſitiuæ ad ordinem naturæ pertinẽtes, & à Deo ferri poſsibiles adeò ſint proportionatæ, aut ſic eius adæquatur prudentiæ, vt

A contra eas naturaliter peccare non poſsit.

Secundò probatur: Quia nullus eſſe poteſt Angelus, qui leges omnes à Deo promulgabiles, & circumſtantias omnes agibilium ſecundùm eas poſſibiles apprehendere, & conſiderare, ac proinde neceſſe eſt, quemlibet Angelum à Deo creabilẽ poſſe naturaliter ſua delinquere contra legem Dei poſitiuam ordinis naturalis.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

B Prima cõcluſio: Nulla fieri poteſt creatura ſimpliciter impeccabilis. Hæc eſt concluſio S. D. in textu. Hanc probant Bannes, Zumellus, Valentia, Vaſquez, & alij multis Sanctorum Patrum authoritatibus, & argumentis; ſed omnium optima ſunt eaquæ ſupra retulimus ex D. Thoma.

S. Thom. Bannes Zumellus Valentia. Vaſquez.

Secunda concluſio: Non poteſt à Deo fieri creatura rationalis, ſiue intellectualis in gratia, quæ ſit impeccabilis in ordine ad naturalia, poſsit autem declinare contra ſupernaturalia. Hæc probata fuit: Quia defectus ordinis in actione in Deum directa, prout eſt finis ſupernaturalis, redundat in actionem reſpectu Dei, prout eſt finis naturalis.

C Tertia concluſio: Impoſsibile eſt, Angelum peccare in actibus naturalibus, tam quo ad ſpecificationem, quàm quo ad exercitium. Hæc patet ex dictis.

Quarta concluſio: Angelus in puris naturalibus conditus peccare non poteſt contra naturæ legem ſibi connaturalem. Hæc patet ex dictis, & probatur eam latè Bannes, & Zumellus.

Bannes Zumellus

Quinta concluſio: Angelus peccare poteſt contra legem Dei poſitiuam non excedentem ordinẽ naturæ. Hæc eſt communis Doctorum ſententia, quam multis argumentis probant expoſitores prædicti.

Sexta concluſio: Impoſsibile eſt, Angelũ à Deo talem creari, qui peccare non poſsit contra legem
D Dei poſitiuam, vt poſitiua eſt, formaliter, & abſolutè loquendo. Dico formaliter; quoniam, vt dictum eſt, lex quibuſdam Angelis poſitiua poteſt alijs nobilioribus eſſe naturalis: & hi contra eam peccare non poterunt, & ſic erunt impeccabiles contra legem naturalem formaliter. Dico abſolutè; quia fortaſſe poteſt à Deo ferri lex aliqua poſitiua tantæ proportionis cum Angelorum prudentia, & ſcientia naturali, vt contra eam peccare nõ poſsint, ſicut nec contra legem naturalẽ. Sed quoniam, vt diximus, multæ condi poſſunt à Deo leges ad ordinem naturæ pertinentes, quæ naturalẽ cuiuslibet Angeli dati prudentiam excedant, ideo
E Angelus à Deo creari non poteſt, qui ſuapte natura ſit impeccabilis contra legem omnem Dei poſitiuam ad ordinem naturæ pertinentem, quod eſt eſſe impeccabilem contra legem Dei poſitiuam ordinis naturalis abſolutè.

Vltima concluſio: Rationes, quibus probatur à D. Thoma concluſio, ſunt efficaces. Hæc eſt contrà Valentiam, Radam, & alios.

Valentia. Rada.

Argumenta, & solutiones.

Bannes Zumellus Malonius

CONtra primam conclusionem sunt argumenta, quæ referunt, & soluunt Bannes, & Zumellus super hoc articulo, & Malonius in 2. sent. dist. 6. disput. prima.

Contra quartam conclusionem est argumentū, quod referunt, & soluunt Bannes in secunda conclusione, & Zumellus in tertia.

Vasquez.

Contra eandē conclusionem argumētatur Vasquez: & primò probat libertatem creaturæ hoc ipso, quod creata est, non posse esse coniunctam cum determinatione necessaria ad virtutem, vt in Deo est; quod verissimum est; quoniam in ordine ad finem, & legem supernaturalem nulla creatura potest esse necessariò determinata: & hoc probant di

Damasc. August D. Thom.

cta Damasceni, Augustini, & Diui Thomæ à Vasquezio relata.

Secundò probat in vltimo capitulo: Angelos peccare posse contra legem, & præcepta naturalia. Primò: Angeli post lapsum quotidie peccant contra præcepta naturalia, suadendo hominibus omnia genera peccatorum, & odio prosequēdo ipsos homines: at, si Angelus esset natura sua impeccabilis contra legem naturalem, non posset ad similia incitare.

Respondetur, Angelum malum peccare contra legem naturalem non primò, seu directè, & immediatè, sed concomitanter, indirectè, & mediatè: & secundùm hoc negatur minor; est enim Angelus impeccabilis contra legem naturæ directè, & immediatè, & tamen ad malum incitando, vt auertat ab vltimo fine supernaturali, peccat indirectè, & concomitanter contra legem naturalem. Secundo dici potest Angelos immediatè peccare contra legem naturæ, sed ex motiuo tantum supernaturali.

Instantiæ Vasquez.

Sed has responsiones arguit Vasquez, & primò primam: Quia, si Angelus suapte natura esset impeccabilis contra legem naturalem, nullo fine, aut incentiuo moueri posset ad peccandum contra eā legem. Secundò: Quoniā Angeli mali odio habent ipsum Deum, & homines, & inuident diuinæ prouidentiæ, & maiestati: quæ sunt contra legem naturalem: ergo. Probatur assumptum quoad vltimā partem: Quia causa mouens Angelos malos ad hos effectus est videre se cruciari ab ipso Deo. Tertiò: Etiamsi peccent cōtra legem naturalem, odio habendo Deum ex eo, quod vident, se priuatos esse à Deo beatitudine supernaturali, non propterea sequitur, eos peccare consequenter contra legem naturalem, quia priùs peccent cōtra legem supernaturalem; ergo. Probatur hoc assumptum: Quia tunc non peccant contra legem supernaturalē directe, sed ex priuatione doni supernaturalis mouētur ad odium, & inuidiam contra Deum.

Deinde secundam reijcit dicens, se non videre, qua ratione, si voluntas Angeli peccare potest cōtra legem naturalem, præcedente defectu in intellectu ex incentiuo illo superioris ordinis, non possit Angelus intra limites etiam legis naturalis absque consideratione alicuius alterius rei superioris ordinis contra ipsam legem naturalem peccare; Defectus enim ex parte intellectus, qui debet præcedere omne peccatum Angeli, non necessariò est error, sed sufficit defectus considerationis, &c. quem defectum pati potest Angelus intra limites legis naturalis, & ita contra eam peccare.

Respōsio.

Respondetur ad primam impugnationem primæ responsionis, falsam esse conditionalem assumptam; non enim simpliciter asserimus, Angelum esse impeccabilem contra legem naturalem: sed dicimus, Angelum existentem in puris naturalib. esse impeccabilem contra legem naturalem. Si autem addantur ei supernaturalia, quæ capacitatē intellectus eius naturalem excedunt, facile poterit per inconsiderationem in ea delinquere, & consequenter etiam, & indirectè in naturalia; quamuis non possit in ea directe peccare; Rectitudo namque voluntatis, & operationis respectu finis vltimi naturalis simul esse non potest cum auersione à fine supernaturali, vt hic optimè probat Zumellus

Zumellus

in sua conclusione. Ad secūdum dico, odiū illud per se primò esse in ordine ad finem hominis supernaturalem; inuident enim illi beatitudinem supernaturalem: & similiter odium Dei in eis esse, quatenus à Deo priuantur supernaturali fœlicitate, & ab eodem, vt agente supernaturali torquentur igne, tanquam instrumento: Ex quo patet, Deo monum peccata esse primò contra legem Dei supernaturalem. Ad tertium negatur assumptum. Ad eius probationem negatur assumptum; peccāt enim in Deum, vt est agens, & prouisor supernaturalis, & vellent eum, vt sic non esse; quod est peccare directè, & primò contra legem Dei supernaturalem.

Ad impugnationem secundæ responsionis dico, Angelum in puris naturalibus existentem nullum posse pati defectum considerationis circa ea, quæ pertinent ad legem naturæ, vt probant hic Bannes, & Zumellus: posita verò inconsideratione circa supernaturalia, potest Angelus cum supernaturali perfectione creatus in naturalia delinquere, quatenus hæc ordinem habent ad supernaturalia.

Bannes. Zumellus

Rada.

Contra eandem conclusionē argumentatur Rada. Primò: Ratio, cui præcipuè innititur opposita opinio, est, quia Deus potest producere Angelum cū perfectissima scientia, & prudentia circa omnia naturalia, & moralia agenda, qua posita, non potest inesse peccatum Angelo; quia nō potest peccare primò, nisi ex inconsideratione, quæ tunc Angelo inesse non potest: sed hæc ratio nulla est: ergo. Probo minorem: Quia stante scientia in vniuersali, & in particulari potest voluntas oppositum eius, quod ratio dictat eligendum, eligere, ergo ratio est nulla. Et confirmatur: Quia, si stante scientia particulari in intellectu, non potest esse peccatum in voluntate: ergo nullum est peccatum ex electione, quod est omninò falsum.

Zumellus

Respondetur primò, hæc argumenta militare contra Zumellum, ob dictam rationem asserentē, Deum posse facere voluntatem aliquam liberam naturæ suæ impeccabilem in ordine ad finem naturalem, & ad bonum naturale, & morale agendū; adeò

Digitized by Google

adeò vt in operibus politicis, & moralibus semper A recte operetur, & non possit in eis a rectitudine deficere.

Secundò dico, scientiam, & prudentiam perfectissimam circa pertinentia ad legem naturæ tantùm reperiri in quolibet Angelo condito, aut creari possibili in puris naturalibus, atque ideò talem Angelum peccare non posse contra legem naturæ, nullum autem Angelum posse produci cũ tali prudentia circa pertinẽtia ad legem positiuam à Deo ferri possibilem.

Tertiò dico, falsam esse minorem de prudentia pertinentium ad legem naturæ. Ad probationem negatur assumptum; quia necessariò præcedere B debet aliquis defectus saltem inconsiderationis, qui non potest Angelo sic condito respectu pertinentium ad legem naturæ conuenire.

Secundò probat, scientiam in intellectu non sufficere, vt voluntas non peccet. Quod libenter admitto. Vt enim Angelus in puris naturalibus conditus sit impeccabilis in ordine ad legem naturæ, & finem vltimum naturalem, necesse est eius voluntatem, & operationes esse necessariò determinatas ad vltimum finem naturalem quo ad specificationem actus, quamnis liberæ sint quo ad exercitium; quia potest eas non exercere.

Instantia Radæ. Sed hanc doctrinam impugnat Rada: Quoniã C hoc admisso, non sequitur, Angelum circa media non posse deficere. Probatur sequela; Quoniam in ipsis non est bonitas adeò excellens, vt ad eorum amorem voluntatem Angeli necessariò impellat.

Responsio Respondetur, nullam esse consequentiam: Ad probationem negatur sequela; licet enim bonitas mediorum propria voluntatem Angeli non moueat ad ea necessariò diligenda, aut eligẽda, quia tamen Angeli voluntas naturalem, ac necessariã habet determinationem ad vltimum finem naturalem, ita vt ab eo non possit auerti, necessitatem etiam habet naturalem, vt omnes actiones, quas voluerit exercere, in finem ordinet naturalem; ac proinde non poterit Angelus in puris naturalibus conditus in alicuius liberæ operationis ad legem naturæ pertinentis exercitio delinquere. Alia eiusdem authoris argumenta probant, Angelum ex hoc, quod est ex nihilo, non esse simpliciter impeccabilem. D

Zumellus Contra sextam conclusionem argumentatur Zumellus. Primò authoritate D. Tho. de Malo, quæst. 16. artic. tertio.

Respondetur, D. Thom. ibi nec difficultatem hanc examinare, nec aliquid simile definire.

Secundò. Potest à Deo fieri Angelus adeò perfectus, vt habeat prudentiam circa omnes res agẽdas, & qui semper actu considerare possit legem naturalem, & bonum morale, debitumq; finem naturæ, & omnes actus, & circumstantias necessarias ad rectam operationem; sed talis Angelus esset dicto modo impeccabilis in naturalibus; ergò potest Deus facere voluntatem impeccabilem circa bonum morale. Probatur consequentia: Quoniam voluntas, & omne eius peccatum supponit in intellectu practico aliquem defectum, vel inconsiderationem, at talis creatura à Deo facta haberet intellectum prudentissimum; ergo. E

Respondetur, falsam esse primam propositionem loquendo de prudentia circa res omnes agendas secundum quamcumque legem à Deo promulgatam possibilem, vt supra satis ostendimus.

Contra vltimam conclusionem argumentatur Rada, & primo contra rationem præsentis articuli: Quia non oportet, vt voluntas, quæ non est sua regula, possit deficere; ergo. Probatur antecedens: Quoniam ad hoc sufficit, quod in agendo conformetur necessario regulæ, à qua deuiare nõ potest; sicut intellectus noster circa prima principia errare non potest, cum tamen in intelligendo non sit regula, nec sit ipsa prima principia: Voluntas etiã beati errare non potest, & deficere in operando, & si non sit regula suæ actionis. Rada

Respondetur, dupliciter intelligi posse, voluntatem esse suam regulam; vno modo formaliter; alio modo virtualiter; quia scilicet habet eam sibi necessariò congenitam, siue coniunctam; vt hic aduertit Caiet. Itaque propositio illa D. Thomæ, *Solam illam virtutem, & actum à rectitudine declinare non contingit, cuius regula est ipsa virtus agentis*, vel, vt ait Caietanus, quæ est sua regula, intelligenda est sub disiunctione; videlicet formaliter, vel virtualiter. Ad argumentum negatur antecedens sub disiunctione sumptum. Ad probationem dicitur voluntatem illam, quæ necessariò regulæ conformatur in agendo, à qua declinare non potest, esse suam regulam virtualiter, vt patet in exemplis allatis; quamuis enim intellectus non sit prima principia, habet tamen eum habitum necessariò sibi congenitum, & ideò est sua regula virtualiter. Voluntas etiam beati, vt beatus est, dici potest sua regula virtualiter, quia secundùm naturam talis status habet eam necessariò, sibi congenitam: visio namque immediata summi boni suaptè natura regula est infallibilis voluntatis. Caiet. D. Thom.

Secundo reprehendit rationem S. Thomæ de Verit. superius explicatam. Quia diuina voluntas extendit se ad omnia, ad quæ se extendit voluntas creata; ergo etiam ipsa poterit deuiare.

Respondetur, nullius coloris esse consequentiã; quia diuinæ voluntati naturaliter, & immutabiliter inest ratio vniuersalis, & perfecti boni, quod nulli potest creatæ, vel creabili voluntati conuenire.

Vltimò arguit tertiam rationem D. Thomæ ex eodem loco delumptam; quia scilicet creatura omnis rationalis est ex nihilo, & ideò potest peccare, sic igitur arguit: Pari ratione intellectus circa prima principia posset deficere, & errare. Probatur sequela; quoniam est ex nihilo. Secundò: Amare Deum est actus voluntatis creatæ de nihilo; & tamen stante actu impossibile est ipsum deficere à rectitudine, dum est. Tertiò: sequeretur lapidem, & beatum posse peccare; quia sunt ex nihilo. C

Ad hæc respondetur, nullam esse consequentiã singulorum; Quia sermo hic est, non de quolibet operationis principio, sed de voluntate, & ita excluduntur irrationales potentiæ: Nec de voluntate lo-

loquimur quo ad omnem eius actum, ſed quo ad aliquem tãtum, vt hìc aduertit Caietanus; & ideò non ſequitur, intellectum errare poſſe circa prima principia, nec voluntatem Angeli in dilectione naturali: denique ſermo eſt de voluntate creata abſolutè, non autem vt eſt in tali, vel in tali ſtatu, aut facta tali, vel tali ſuppoſitione. & ideo non ſequitur, voluntatem actu Deum diligentis, dum actu diligit, poſſe deficere pro eo inſtanti, quo diligit, nec voluntatem beati poſſe peccare.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Angelis poſſit eſſe tantum peccatum ſuperbiæ, & inuidiæ.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd in Angelis non poſſit eſſe ſolum peccatum ſuperbiæ, & inuidiæ. In quemcunque enim cadit delectatio alicuius peccati, poteſt cadere peccatum illud. Sed dæmones delectantur etiã in obſcœnitatibus carnalium peccatorum, vt Aug. dicit 14. de Ciuit. Dei.* Ergo in Dœmonibus etiam peccata carnalia poſſunt eſſe.

231 a. d. 5. q. 1. ar 3. & di. 22. q. 1. ar. 1. cor. & 3. con c. 109. Et mal q. 16. art. 24. Li 14. c. 3. à med. to. f.

2 Præterea. Sicut ſuperbia, & inuidia ſunt peccata ſpiritualia, ita accidia, & auaritia, & ira. Sed ſpiritui conueniunt peccata ſpiritualia, ſicut, & carni peccata carnalia. Ergo non ſolum ſuperbia, & inuidia in Angelis eſſe poteſt: ſed etiam accidia, & auaritia.

34. Moral

3 Præterea. Secundum Greg.* in moralibus, ex ſuperbia naſcuntur plura vitia, & ſimiliter ex inuidia. Poſita autem cauſa ponitur effectus. Si ergo ſuperbia, & inuidia in Angelis eſſe poſſunt, pari ratione, & alia vitia in eis eſſe poſſunt.

Sed contra eſt, quòd Auguſt. dicit 14. lib. de Ciuit. Dei,* quòd Angelus non eſt fornicator, aut ebrioſus, neque aliquid huiuſmodi. Eſt tamen ſuperbus, & inuidus.

Li. 14. c 3. à med. to. f.

Reſpondeo. Dicendum, quòd peccatum aliquod in aliquo eſſe poteſt dupliciter. Vno modo ſecundùm reatum: Alio modo ſecundùm effectum. Secundum reatum quidem, omnia peccata in dæmonibus eſſe contingit, quia dũ homines ad omnia peccata inducunt, omniũ peccatorum reatum incurrunt. Secundum effectum verò, illa ſolum peccata in malis Angelis eſſe poſſunt, ad quæ contingit affici ſpirituale naturam. Spiritualem autem naturam affici non cõtingit ad bona, quæ ſunt propria corpori, ſed ad ea, quæ in rebus ſpiritualibus inueniri poſſunt; nihil enim afficitur niſi ad id, quod ſuæ naturæ poteſt eſſe quodãmodo conueniens. In ſpiritualibus autem bonis non poteſt eſſe peccatum dum aliquis ad ea afficitur, niſi per hoc, quòd in tali affectu ſuperioris regula non ſeruatur. & hoc eſt peccatum ſuperbiæ, non ſubdi ſuperiori in eo quo debet. Vnde peccatum primum Angeli non poteſt eſſe aliud, quàm ſuperbia. Sed cõſequenter potuit in eis eſſe etiam inuidia. Eiuſdem enim rationis eſt, quòd affectus tendat in aliquid appetẽdum, & quod renitatur oppoſito. Inuidus autem ex hoc de bono alterius dolet, inquãtum bonum alterius æſtimat ſui boni impedimentum. Non autem bonum alterius poterat æſtimari impedimentum boni affectati per Angelum malum, niſi inquantum affectauit excellẽtiam ſingularem, quæ quidẽ ſingularitas per alterius excellentiam ceſſat. Et ideo poſt peccatum ſuperbiæ, conſecutũ eſt in Angelo peccante malum inuidiæ, ſecundùm quòd de bono hominis doluit: & etiam de excellentia diuina, ſecundùm quod eo Deus contra voluntatem ipſius diaboli vtitur in gloriam diuinam.

Ad primum ergo dicendum, quòd dæmones non delectantur in obſcœnitatibus carnalium peccatorum, quaſi ipſi afficiantur ad delectationes carnales. Sed hoc totum ex inuidia procedit, quòd in peccatis hominum quibuſcunque delectantur, inquantum ſunt* impedimenta humani boni. D. 1101.

Ad ſecundum dicendum, quòd auaritia, ſecundum quod eſt ſpeciale peccatum, eſt immoderatus appetitus rerum temporaliũ, quæ veniunt in vſum vitæ humanæ, quæcunque pecunia æſtimari poſſunt: & ad iſta non afficiuntur dæmones: ſicut nec ad delectationes carnales. Vnde auaritia propriè ſumpta, in eis eſſe non poteſt. Sed, ſi auaritia dicatur omnis immoderata cupiditas habendi quodcunque bonum creatum, ſic auaritia continetur in ſuperbia, quæ eſt in dæmonibus. Ira verò cum quadam paſſione eſt, ſicut concupiſcentia. Vnde ipſa in dæmonibus eſſe non poteſt niſi metaphoricè. Accidia verò eſt quædam triſtitia, qua homo redditur tardus ad ſpirituales actus propter corporalem laborem, qui dæmonibus non competit. Et ſic patet, quòd ſola ſuperbia, & inuidia, ſunt purè ſpiritualia peccata, quæ dæmonibus competere poſſunt: ita tamen, quòd inuidia non ſumatur pro paſſione, ſed pro voluntate renitente bono alterius.

Ad tertium dicendum, quòd ſub inuidia, & ſuperbia, prout in dæmonibus ponuntur, comprehenduntur omnia peccata, quæ ab illis deriuantur.

Senſus quæſiti.

DVæ ſunt in titulo dictiones explicatione indigentes, ſcilicet; *eſſe*, & *tantum*. Quarum ſenſus

ſus declaratur in textu: prioris enim ſignificata diſtinguit S.D. in corpore dicens, peccatum aliquod in aliquo eſſe poſſe dupliciter, &c. Poſterioris verò ſenſum declarat in reſponſione ad tertium argumentum dicens, ſub inuidia, & ſuperbia, prout in dæmonibus ponuntur, comprehendi omnia peccata, quæ ab illa deriuantur: cuius ratio eſt, quia dictio excluſiua non excludit à concomitantibus, & conſequentibus.

A

Forma Textus.

PRemiſſa diſtinctione, tribus concluſionibus reſpondetur quæſito.

B

Diſtinctio eſt: Peccatum in aliquo eſſe poteſt dupliciter, uno modo ſecundum reatum, alio modo ſecundum affectum.

Prima concluſio eſt: Secundum reatum omnia peccata in dæmonibus eſſe contingit. Probatur: Quia dum homines ad omnia peccata inducunt, omnium peccatorum reatum incurrunt.

Secunda concluſio: Secundum affectum primum peccatum Angeli non poteſt eſſe, niſi ſuperbia. Probatur: Secundum affectum illa ſolum peccata in malis Angelis eſſe poſſunt, ad quæ contingit afficì ſpiritualem naturam; ſed primum peccatum, ad quod afficì potuit ſpiritualis natura, non potuit eſſe aliud, quam ſuperbia; ergo primum peccatum Angeli, &c. Minor probatur: Quia ſpiritualem naturam non contingit afficì ad ea, quæ ſunt propria corpori, ſed ad ea, quæ in rebus ſpiritualibus inueniri poſſunt: at ex ijs primum eſſe non poteſt, niſi peccatum ſuperbiæ; ergo. Maior probatur: Quia nihil afficitur, niſi ad id, quod naturæ ſuæ poteſt eſſe quodammodo conueniens. Minor verò probatur: Quia in ſpiritualibus bonis non poteſt eſſe peccatum, dum aliquis ad ea afficitur, niſi per hoc, quod in tali affectu ſuperioris regula non ſeruatur; ſed hoc eſt peccatum ſuperbiæ non ſubdi ſuperiori in eo, quod debet; ergo primum peccatum Angeli non poteſt eſſe niſi ſuperbia.

C

Tertia concluſio: Secundum affectum potuit conſequenter in Angelis eſſe etiam peccatum inuidiæ. Probatur: Quia inuidus ex hoc de bono alterius dolet, quod bonum alterius eſtimat ſui boni impedimentum: at bonum alterius non poterat æſtimari impedimentum boni affectati per Angelum malum, niſi inquantum per actum ſuperbiæ affectauit excellentiam ſingularem; ergo poſt peccatum ſuperbiæ conſecutum eſt in Angelo peccante malum inuidiæ. Maior probatur: Quia eiuſdem rationis eſt, quod affectus tendat in aliquid appetendum, & quod renitatur oppoſito; ergo inuidus ex hoc de bono alterius dolet, &c. Minor verò probatur: Quia ſingularitas per alterius excellentiam ceſſat. Deinde declaratur concluſio dicendo, in Angelo malo eſſe potuiſſe peccatum inuidiæ conſequenter, ſecundum quod de bono hominis doluit, & etiam de excellentia diuina, ſecundum quod eo Deus contra voluntatem ipſius Diaboli utitur in gloriam diuinam.

D

Expoſitio Textus.

Caiet. Zumellus Vaſquez.

QVid ſit, peccatum in aliquo eſſe ſecundũ reatum, & quid ſecundùm affectum, declarat optimè Caietanus, & poſt eum Zumellus in principio ſuæ quæſtionis ad hunc articulum, & latius Vaſquez in notationibus ad hunc articulum.

E

Dæmones peccaſſe, & peccare continuè peccato ſuperbiæ, docent perſpicuè ſacr. litterarum oracula, Eſ. 14. *Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua.* Vbi quamuis ad litteram ſermo ſit de rege Tyri, quia tamen ſacræ litteræ plures poſſunt habere ſenſus litterales, vt ſupra diximus cum D. Thoma, qu. 1. art. 10. multi ſanctorum Patrum locum hunc interpretantur ad litteram de Lucifero, Cyprianus lib. 1. Epiſ. 3. Athanaſius de Cruce; & Paſsione Domini, Ambroſius ſer. 3. in Pſal. 118. Explicans illa verba. *Increpaſti ſuperbos* & Hom. 16. declarans illa verba: ſuſcipe ſeruum tuum in bonum. Hieron. in c. 14. Eſa. & in capit. 28. Ezech. Auguſt. lib. 3. de Doctr. Chriſt. c. 37. & lib. 11. de Geneſi ad litterã, cap. 24. & 25. Gregorius in 2. parte paſtoralis cap. 6. & lib. 19. Moral. cap. 3. & lib. 32. cap. 24. & 25. & alij plures, quos referunt recentiores. Secundus locus eſt Ezech. 28. *Elevatũ eſt cor tuum in decore tuo, perdidiſti ſapientiam, in terram proiecì te.* Quæ verba interpretantur ad litteram de Lucifero Hieronymus ſuper dicto cap. Cirillus lib. 6. in Ioan. cap. 6. & alij ſupra nominati. Tertius locus eſt Iob. 41. *Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.* Quintus locus eſt. Eccl. c. 10. *Initium omnis peccati ſuperbia.* Sextus eſt Tobiæ, cap. 4. *In ſuperbia initium ſumpſit omnis perditio.* His adde verba Domini deterrentis diſcipulos à ſuperbia exemplo Luciferi Luc. 10. *Videbã Sathanam ſicut fulgur de cælo cadentem,* & dictum Apoſt. 1. Timoth. 3. *Non Neophitum, nè in ſuperbiam elatus in iudicium incidat Diaboli,* ideſt eam damnationis ſententiam incurrat, quàm Lucifer ſubijt propter ſuperbiam.

Bannes Zumellus Malonius.

Peccatum etiam inuidiæ cum ſuperbia ſimul in dæmonibus extitiſſe, vt affirmat 3. Concl. docent expreſsè diuinæ litteræ, Sap. 2. *Inuidia diaboli, mors introiuit in orbem terrarum.* Ioan. cap. 8. *Homicida erat ab initio;* quia nimirum ex inuidia diabolus hominem tentauit, ſeduxit, & in mortem impulit, vt exponit Auguſt. tract. 42. ſuper Ioann, & 11. de Geneſ. ad litteram, cap. 10. & eſt communis Patrum ſententia, quos diligenter recenſent hic Bannes, Zumellus, & Malonius in 2. ſent. diſt. 6. diſp. 2.

Bannes Zumellus Vaſquez.

Deniq; primum Angeli peccatum fuiſſe ſuperbiæ, ſatis apertè ſignificant ſacræ litteræ dicentes, initium omnis peccati fuiſſe ſuperbiam, quod ẽt ex pluribus locis ſuperius allegatis non obſcurè colligitur, addita præſertim communi Patrũ interpretatione, atque ſententia. Quorum dicta collegerunt diligenter Bannes, Zumellus, & Vaſquez ſuper hoc articulo. Scio Vaſquezium diſp. 233. capit. 4. omnia ferè ſacrarum litterarum teſtimonia ſupra notata in alium ſenſum detorquere, aut eorum intelligentiam minus certam eſſe contendere: ſed non expedit hìc ſingulorum dictorum locorum ſenſus, & interpretationes examinare. Placet tamen Banneſij, & Zumelli cẽſura dicentium, erroneum eſſe negare, primum Angeli peccatum fuiſſe ſuperbiam.

Prima Controuersia.

Quæ peccata possint Angelis inesse.

Sententiæ Expositorum.

Scotus. SCotus in 2. sent. dist. 6. quæst. 2. §. Quantum ad secundum, & §. Ad argumenta, docet, in Angelis duo fuisse peccata, alterum amoris amicitiæ inordinatæ e ga se ipsum, quod peccatum affirmat Scotus, ad superbiam non quidem directè, & propriè, sed reductiuè tantùm, & impropriè pertinere. Alterum ait fuisse luxuriæ non carnalis, sed spiritualis, quatenus amore concupiscentiæ beatitudinem sibi concupiuit inordinatè. Quam sententiam sequutus est etiam Gabriel eadem distinguens, quamuis Vasquez aliam esse contendat sententiã Scoti, & longè diuersam ab opinione Gabrielis. Sed opinio Scoti ea est, quam modo retulimus, cuius mentem attigit, & breuiter explicauit Caietanus, & ante eum Capreolus in 2. sent. dist. 4. quæst. 1. art. 3. in argumentis contra 3. Conclusionem, & omnes ferè S.D. interpretes, ac præsertim Molina membro 2. suæ disp. ad hunc articulum. Nec Vasquez à Caietano verè dissentit in Scoti sententia referenda; quamuis in hoc illi se profiteatur aduersum.

Gabriel. Vasquez. Caietanus Capreolus Molina.

Valentia. Valentia tria dicit. Primum est, Doctrinã hanc D. Thomę verissimam esse posito primò, quòd Angeli natura sua non sint corporei: Secundò, si non ita intelligatur, quasi nequeat Angelus vllo modo peccare immediatè secundùm affectum ergà corporalia, sed quia non possit peccare erga illa, vt corporalia sunt; quamuis possit peccare erga illa secundum aliquam rationem spiritualem. Secundum est: Quamuis de facto primum peccatum Angeli fuerit superbiæ, potuisse tamen esse alterius speciei, putà inobedientiæ. Tertium est, Rationem D. Thomæ non conuincere. Primò; quia supponit Angelum non potuisse peccare, nisi circa spiritualia, quæ secundum se sint bona, cum tamen possit Angelus peccare circa corporalia sub ratione aliqua spirituali non bona: vt cum delectantur Dæmones de rebus corporeis, vt signis idolatriæ internæ hominis: Secundò: quia supponit, primum peccatum Angeli debuisse committi aliquo actu prosecutionis, & non per aliquam omissionem, quod falsum est.

Vasquez. Vasquez in suis notationibus ad hunc articulũ dicit tria. Primum: Assertio D. Thomæ, videlicet in Angelo solum esse posse formaliter duo genera peccatorum, superbiæ nimirum, & inuidiæ, difficultate maxima non caret; quia potest in Angelo reperiri formaliter peccatum iniustitiæ, & peccatum odij contra Deum, & proximum, & peccatũ idolatriæ, & peccatum inobedientiæ spiritualis. Secundum: Expositio Caietani dicentis, D. Thom. nó fuisse loquutum vniuersim de peccatis quibuscunque, quæ possunt esse in Angelis, sed de peccatis, quæ primò esse potuerunt, & à quibus incipit Angelus, qui peccat, videtur posse difficulter accommodari menti D. Thomæ. Tertium: Est mihi difficilis doctrina, quam habet S. D. in solutione ad secundum, nempè in Angelis non posse esse peccatum iracundiæ ex eo, quod ira est cum quadam passione.

Caietanus, & post eum Zumellus in sua 1. q. ad hunc articulum multas circa vtramque partem propositæ controuersiæ mouent difficultates, quibus etiam eruditè satisfaciunt. Caiet. Zumellus

Resolutio.

Angelis inesse, non posse peccata luxuriæ, gulæ, auaritiæ, iræ, aut accidiæ, propriè sumpta, & primum Angelorum peccatum fuisse superbiam.

B PRincipia, quibus secundam præcipuè conclusionem probat S.D. benè percepta facilè diluent, non solum Scoti, sed etiam recentiorũ multa figmenta, qui varia peccatorum genera comminiscuntur in Angelis eorum spirituali naturæ repugnantia, aut saltem eis non nisi metaphoricè congruentia. Primum igitur principium est, ea solum in Angelis esse posse peccata secundùm affectum, idest formaliter, & propriè, ad quæ contingit affici spiritualem naturam; igitur ea peccata, quorũ actibus, & obiectis affici nequit Angelica voluntas, in Angelis esse non possunt. Hęc verò sunt luxuria, gula, auaritia, ira, & accidia strictè, ac propriè sumpta; nam similitudinariè non solùm hæc, sed alia prædicata longè magis corporea possunt Angelis conuenire. Debet autem Theologus, ac quilibet Metaphysicus vti vocabulis secundũ propriam, non autem metaphoricam, vel impropriã, aut abusiuam eorum significationem; alioquin nihil esset certum in scientia, sed ambiguitate cuncta fluctuarent, & cuilibet loqui licitum esset pro libito suæ voluntatis. Angelum igitur luxuria propriè sumpta non peccasse satis indicat huius peccati materia; versatur enim in delectationibus circa venerea, quæ tactu, commixtioneque corporea tantùm exercentur. Quod si dicat Scotus luxuriæ nomen æquiuocum esse, vel analogum ad corpoream, & ad spiritualem luxuriam, in eũ illicò clamant vniuersæ moralium philosophorum Academiæ, nec aures Theologorum adeò insignem vocis abusum hactenus sustinere potuerunt: delectationem enim omnem inordinatam circa quamcũque materiam siue corpoream, siue spiritualem existimat Scotus esse luxuriam; atque ita luxuriam ad omnium peccatorum materias esse diffusam: Cuius sententiæ falsitatem aperit eruditè Caietanus, & latiori discursu conuincunt Vasquez, & Molina. Primum principiũ. Eusebio Scoti. cõfutatur Caiet. Vasquez. Molina.

Ex eodem fundamento patet, neque gulæ, neque auaritiæ peccatum propriè, ac strictè sumptum Angelis inesse potuisse; Versatur enim vtrumque circa corporea, & in eorum vsu, vel affectu consistit inordinato, vt ait S.D. hic ad secundùm. Vbi negat etiam, iram propriè sumptam inesse posse dęmonibus, eo quod cum passione quadam exerceatur, sicut concupiscentia. S. Thom.

Ad cuius euidentiam scito, duplicem imperfectionem in ira concludi, vnam ad eius materiale pertinentem, & hæc est accensio sanguinis circa cor, duplex in perfectio in ira.

Digitized by Google

cor, alteram in eius ratione formali clauſam, & hæc eſt triſtitia: Et quia Deo, beatisque cum eo ſẽ per in cœlo regnaturis quælibet imperfectio repugnat; ideo ſupra quæſt. 20. artic. 1. cum D. Thoma iram proprie ſumptam Deo, & eadem ratione beatis non poſſe conuenire diximus. Dæmonibus autem perpetuò miſeris quamquam triſtitia non repugnet, ſed maximè congruat, ſpiritualis tamen eorum natura, quod materiale eſt in ira, non patitur, accẽſionem videlicet ſanguinis circa cor: quæ tamen iræ nomine ſimpliciter prolato, vt ad illius integram, & communiter intellectam attinens rationem, ſignificatur; Tametſi negandum non ſit, iræ vocabulum vſurpari non nunquã (minus propriè tamen) ad id ſolum, quod in ira formale eſt, appetitum, ſcilicet vindictæ propter illatam triſtitiam, ſignificandum; ac proindè ſic acceptam irã Dæmonibus formaliter, & propriè conuenire. Accidiam denique malis Angelis ineſſe non poſſe patet ex eodem fundamento, prout etiam in reſponſione iam dicta S. D. aduertit. Accidia enim (inquit) triſtitia quædam eſt, qua redditur homo tardus ad ſpirituales actus propter laborem corporeum dæmonibus minimè congruentem.

Secũdum principiũ.

Secundum huius articuli principium eſt: *Primum peccatum, ad quod affici potuit ſpiritualis natura, non potuit eſſe aliud, quàm ſuperbia.* Quod probatur in textu: Quia ſpiritualem naturam non contingit affici ad ea, quæ ſunt propria corpori, ſed ad ea, quæ in rebus ſpiritualibus inueniri poſſunt; ex quibus primum eſſe non poteſt, niſi peccatum ſuperbiæ, &c.

Ad cuius euidentiam duo ſunt obſeruanda. Primum eſt, D. Thomam hic non aſſerere circa ſpiritualia nullum eſſe poſſe peccatum, niſi ſuperbiam; oppoſitum enim expreſsè docet in reſponſione ad vltimum argumentum, ſed ſolum ait, primum circa ſpiritualia peccatum, eſſe non poſſe, niſi ſuperbiam; vt etiam aduertit Caietanus, & textus indicat manifeſtè concludens, peccatum primum Angeli eſſe non poſſe, niſi ſuperbiã. Sed ait Vaſquez, hoc D. Thomæ diſcurſu probari nullum aliud eſſe poſſe peccatum in Angelis, niſi ſuperbiam. Cuius motiuum expendemus, ac diluemus in ſequenti Controuerſia Secundum eſt dictum illud: *Spiritualem naturam non cõtingit affici ad ea, quæ ſunt propria corpori*, intelligendum eſſe formaliter de corpore, vt corpus eſt, non autem, vt rationem aliquam induit ſpiritualem; prout ſcilicet operante Dæmone materia fiunt, vel inſtrumenta perditionis hominis, vt lignum ſcientiæ boni, & mali, quo veluti materia, & inſtrumento Diabolus Euam, & Adamum in terreſtri Paradiſo proſtrauit, & ſenſibilia verba, caracteres, ſacrificia, & alia ſigna, quibus humani generis hoſtis ad multorum vtitur hominũ damnationem efficaciter procurandam. Non ergo tam facilè debuit Valentia rationem S. D. ineffacem pronunciare.

S. Thom.

Caietan.

Vaſquez.

Valentia.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: In Angelis eſſe nequeunt peccata luxuriæ, gulæ, auaritiæ, iræ, vel accidiæ, ſtrictè, ac propriè ſumpta. Hæc patet ex dictis.

A

Secunda concluſio. In Angelis malis fuerunt, & ſunt peccata ſuperbiæ, & inuidiæ, & alia multa ab illis duobus, veluti capitibus, & fontibus derimata. Hæc eſt D. Thomæ in reſponſione ad tertium argumentum, quam etiam probant argumenta Vaſquezij, quæ ſatis incautè profert aduerſus hunc articulum.

Vaſquez.

Argumenta, & ſolutiones.

CONtra primam concluſionem ſunt argumenta Scoti, quibus probare nititur, peccatum Angeli fuiſſe luxuriam, quæ referunt, & ſoluũt Capreolus in 2. ſent. diſt. quarta, quæſt. 1. Caietanus ſuper hoc art. Zumellus, quæſt. 1. ad hunc articulũ, & alij.

Scotus. Capreol. Caietanus Zumellus.

B

Contra eandem concluſionem quo ad alias partes ſunt argumenta, quæ refert, & ſoluit Zumellus.

Contra eandem concluſionem, quatenus negat iram ineſſe dæmonibus, argumentatur Vaſquez. Primò: Quia non ſatis conſonat doctrinæ, quam ipſe S. Thomas tradidit ſupra quæſt. 20. art. 1. ad primum.

Vaſquez.

Reſpondetur, D. Thomam in ea reſponſione dicere, actus appetitus ſenſitiui, quatenus habent tranſmutationem corporalem annexam, paſſiones dici, non autem actus voluntatis, ac proindè amorem, & gaudium, & delectationem, prout ſignificant actus appetitus ſenſitiui, paſſiones eſſe, non autem vt ſignificant actus appetitus intellectiui: nihil autem ibi loquitur de ira, ſed in reſponſione tantùm ad ſecundum. Vbi dicit, in ira duo conſiderari, ſcilicet id, quod eſt quaſi materiale, & hoc eſt accenſio ſanguinis circa cor, vel aliquid huiuſmodi, & id, quod eſt formale, videlicet triſtitia, & appetitus vindictæ. Non autem eadem, ſed longè diuerſa eſt ratio de amore, gaudio, & delectatione, de quibus loquitur S. Thom. in dicta reſponſione ad primum, & de ira, de qua loquitur ibidem ad ſecundum, & hic etiam ad ſecundum: Illa namque tria ſecundùm communem loquentium vſum non minùs propriè ſignificant ſimplices actus voluntatis, quam paſsiones appetitus ſenſitiui, quin immò tamquam analoga ſimpliciter prolata ſtant pro primo, ac nobiliori ſuo ſignificato, ſcilicet pro actu ſimplici voluntatis: At nomen iræ ſimpliciter enunciatum materiale ſimul, & formale ſignificat, nec ſtrictè, ac propriè ſumptum id vnquam, quod formale eſt, præcisè ſignificat, ſed metaphoricè tantum. Ad argumentum itaque negatur antecedens, vt falſum, & indignũ interprete tanti doctoris.

C

D

E

Secundò: Quia videtur eſſe contra definitionẽ formalem iræ, ad quam rationem formalem non pertinet commotio paſsionis, ſed appetitus vindictæ ob triſtitiam ex malo, quod quis ab alio paſſus eſt: At Angelus affici poteſt ab alio triſtitia, & appetere vindictam illius: ergo poteſt iraſci.

Reſpondetur, definitionem iræ formalem non ſignificare, vel explicare naturam iræ ſimpliciter, & abſolutè dictæ, ſed ſolùm quo ad partem eius præ-

præcipuam. Quare falſa eſt argumenti prima propoſitio.

Tertiò: Si de ratione iræ eſſet commotio corporalis, eodem modo de ratione miſericordiæ eſſet eadem commotio; ac proindè miſericordia propriè Deo non conueniret: quod eſſe falſum (inquit) oſtendimus.

Reſpondetur primò, nullam eſſe conſequentiã; Quia miſericordiæ nomen ſecundùm vſum Doctorum communem tam propriè ſignificat actum voluntatis, quàm paſsionem appetitus ſenſitiui, & illum principalius; ſicut ante diximus de nominibus amoris, gaudij, & delectationis. Secundò iuxtà probabilem ſententiam nego falſitatem conſequentis; de qua re ſatis ſupra diſſeruimus, quæſt. 21. artic. 3.

Capreolus Caiet Bannes. Zumell.

Contra ſecundam concluſionem ſunt argumenta, quæ referunt, & ſoluunt Capreolus in allegata q. 4. Caietanus, Bannes, Zumellius, & alij ſuper hoc artic. Quorum magna pars ad ſequentem attinet controuerſiam.

Secunda Controuerſia.

De veritate ſecundæ concluſionis, An ſcilicet primum Angeli peccatum fuerit ſuperbia?

Sententiæ Doctorum.

Scotus. Gabriel.

SCotus, & Gabriel, vt ante diximus, affirmant, primum Angeli peccatum fuiſſe actum amoris inordinatum erga ſeipſum, quem ait ad ſuperbiam indirectè tantum, ac impropriè pertinere. Secundùm autem fuiſſe luxurię ſpiritualis, quatenus amore concupiſcentiæ inordinato beatitudinem ſibi concupiuit.

Molina.

Molina membro quinto ſuæ diſputationis ad hunc ſequentem articulum duo dicit. Primum eſt, Angelorum primum peccatum fuiſſe ſuperbiam. Secundum eſt, Angelum potuiſſe abſque vllo errore in intellectu appetere primò id, quod erat malum moraliter, & quod videbat à Deo eſse prohibitum eo ipſo, quod in eo eluceret bonum honoris, aut quoddam aliud, verisimileque eſſe, Angelum ſic peccaſſe.

Valentia.

Valentia puncto ſecundo in fine duo dicit. Primum: Quamuis de facto primum peccatum Angeli fuerit ſuperbia; tamen non video, cur non potuerit eſse alterius ſpeciei, puta inobedientiæ. Secundum: Ratio D. Thomæ non conuincit; nam ſupponit primò, Angelum non potuiſſe peccare, niſi circa ſpiritualia, quæ ſecundùm ſe ſint bona, cum tamen potuerit Angelus peccare circa corporalia ſub ratione aliquã ſpirituali non bona. Secundò ſupponit primum peccatum Angeli debuiſſe committi aliquo actu proſequutionis, quæ tamen (inquit) proſequutio non debuit eſse neceſsariò mala: atque ita potuiſſet primò Angelus nollo obedire Deo, exequendo aliquod præceptum ſibi in aliquo inſtanti impoſitum, eo quod vellet in eo inſtanti occupare ſe in ſua tantùm perfectione amanda, vel contemplanda, vel in aliquo alio per ſe bono.

Vaſquez.

Vaſquez in notationibus ad hũc articulum ait primò, rationem D. Thomæ, præterquã quod probat in Angelo, nullum aliud peccatum vllo modo eſse poſſe, quàm ſuperbiæ, adhuc difficultate non carere. Deinde Caietani expoſitionem reijcit dicentis, non eſse mentem S. Thomæ dicere ſimpliciter nullum poſſe circa ſpiritualia inordinatè affici, niſi ſuperbe, ſed eius mentem eſse, non peccari primò circa ſpiritualium affectum, niſi ſuperbè. Poſtremò probat multis argumentis, peccatũ Angeli fuiſſe ſuperbiam ſtricte, ac propriè ſumptã.

D. Thom.

S. Thomas hic affirmat, primum Angeli peccatum non potuiſſe eſse, niſi ſuperbiam. Quam concluſionem, & eius probationem ſequuntur, ac propoſſe tuentur Capreolus in 2. ſent. diſt. 4. q. 1. Caietanus ſuper hoc articulo, & alij recentiores Thomiſtæ, & expoſitores D. Thomæ.

Capreolus Caietanus

Reſolutio.

Primum Angeli peccatum non potuiſſe eſse actum nolitionis, ſed volitionis eſſe debuiſſe.

COnſiderandum eſt primò, controuerſiã hanc de primò Angelorum peccato poſsibili non eſse intelligendam de poſsibili logico, quod ſecundùm habitudinem terminorum attenditur, ſed de poſsibili phyſico ſecundùm ordinem, ſiue legem à Deo rerum naturis inditam congruentem; quo ſenſu proponitur etiam hìc à D. Thoma ſecunda concluſio dicens, peccatum primum Angeli non poſſe eſse aliud, quàm ſuperbiam; loquitur enim de poſſe naturis Angelorum indito ſecundùm ordinem diuinæ prouidentiæ.

Caietanus

Secundò notandum eſt, ex Caietano, quem alij ſequuntur expoſitores Thomiſtæ, primum Angeli peccatum ſecundùm ordinem intellectuali naturę conſonum nolitionis actum eſse minimè potuiſſe; atque ideò volitionem eſse debuiſſe. Quod ſatis apertè ſignificat in littera S. D. ſæpè repetens affectionis vocabulũ. Ratio verò eſt: Quia bonum prius eſt, quàm malum tam ſecundùm ſe, quàm vt eſt voluntatis obiectum; Voluntas enim per ſe primò tendit in bonum, ex cuius appetitu refugit malum: actus igitur voluntatis, quo refugit malum, vt actus odij, & inuidiæ, ex actu ſequitur eiuſdem potentiæ, quo diligit, aut proſequitur bonum. Quẽ ordinem etiam conſtituit S. D. in actibus appetitus ſenſitiui 1. 2. q. 25. art. 2. vbi ſic loquitur. *Naturaliter autem eſt prius bonum malo: eo quod malum eſt priuatio boni, unde & omnes paſsiones, quarum obiectum eſt bonum, naturaliter ſunt priores paſsionibus, quarum obiectum eſt malum, vnaquæque, ſcilicet ſuæ paſsioni oppoſita; quia enim bonum quæritur, ideo refutatur oppoſitum malum.* Hæc ibi. Cum igitur exercet Angelus odij, inuidiæ, aut inobedientiæ peccatum, prius natura ſaltem intelligitur in appetitu boni inordinato deliquiſſe. Sicut enim oritur naturaliter ex appetitu boni fuga mali, ſic inordinatio fugæ ex inordinatione naſcitur appetentiæ; ideò namq; fuga, ſeu nolitio boni ſub ratione mali peccatum eſt, quia mala fuit appetitio boni, quę ratio talis nolitionis eſt voluntati. Peccat enim diabolus Deum, & hominem odio habens, vt vtique

Ordo actuum voluntatis.

S. Thom.

usque bonum nolens, veluti sibi malum; quia se metipsum prius inordinate dilexit. Ordinata namque sui, vel cuiuscunque boni dilectio, no quit esse ratio prauæ nolitionis, siue fugæ, vbi dixi; hoc ipso namque mala dilectio est, quod nolitionis est inordinatæ ratio; ac proinde ridiculum est, quod ait Valentia, videlicet actum nolitionis nó debere necessariò præsupponere malam prosecutionem, sed posse etiam præsupponere bonã: sicut (inquit) cum quis propterea non vult obedire, quia vult odiare, & ita potuisse primò Angelum nolle obedire Deo exequendo aliquod præceptum sibi in aliquo instanti impositum, eo quod vellet in eo instanti occupare se in sua tantum perfectione amanda, & contemplanda, vel in aliquo eiusmodi per se bono: ridicula est inquam hæc imaginatio. Nam hoc ipso, quod quis præcepto tenetur aliquid operari, peccat aliud agere volens; quia recta ratio, & circumstantiæ rerum, ac temporis attentæ dictant oppositum; atque ideò tunc inordinatam, ac malã oportet esse boni prædicti volitionem, scilicet operationis propriæ perfectionis, & similium, quia debitò caret ordine rationis, & bonitate ex circumstantijs.

Valentia dictum rejicitur.

Angelos peccare primò non potuisse malum aliquod eligendo.

TErtiò recolenda est doctrina S. D. in articulo præcedenti ad quartum argumentũ, vbi ait, Angelos peccare primò non potuisse malum aliquod eligendo, quia tale peccatum semper procedit ex aliqua ignorantia, vel errore: alioquin id, quod est malum, non eligeretur, vt bonum. In Angelis autem ante peccatum nulla fuit, aut esse potuit ignorantia, vel error, nec in particulari, nec in vniuersali; omnis enim error in particulari prouenit ex inclinatione passionis, aut habitus; etiam si ratio, vel intellectus in vniuersali non erret, sed veram de hoc sententiam teneat: Constat autem, in Angelis non esse passiones, quibus rationis, aut intellectus lumen obumbretur, aut ligetur, nec vllum in eis habitum ad peccatum inclinans, ante peccatum esse potuisse. Multominùs autem inesse potuit Angelorum mentibus error in vniuersali. Duplex enim est Angelicæ cognitionis obiectũ, alterum naturale, & alterum supernaturale; & circa naturale quidem Angelus errare non potuit, eo quod perfectam de conscientiam haberet naturaliter illi congenitam, & prudentia præditus fuerit excellenti circa quæcunque liberta, siue contingentia minimè temerè iudicanda.

S. Thom.

Duplex Angelicæ cognitionis obiectum.

Scotus.

Circa supernaturalia verò nullus esse potuit error in Angelis ante ignorantia; quia gratia diuinitus illustrati fuere lumen amplissimum ad reuelata mysteria cognoscenda, & ad omnia necessaria propter finem supernaturalem adipiscendum agẽda receperunt. Non ergò peccare potuit Angelus malum aliquod, aut impossibile per se appetẽdo, vt cõtra Scotum, & alios ostendemus articulo sequenti; Res enim intrinsecè mala, aut impossibilis hoc ipso, quod voluntati proponitur appetenda, tamquam obiectum, & res appetita, ab intellectu

A

B

C

D

E

Valentia.

etiam

S. Thom.

etiam Valentiam non poteſt primum eſſe peccatum, ſed ex ſuperbia naſcitur, & ea poſterior eſt, vt ait S.D. in tertia concluſione.

Quæ ſit propria ratio peccati ſuperbiæ, & quomodo differat ſuperbus à præſumptuoſo, & ambitioſo.

Superbiæ nomen vnde ſit.

QVintò ſciendum eſt, ſuperbiæ nomen ex eo fuiſſe derivatum, quod aliquis per voluntatem tendit ſupra id, quod eſt: Vt enim ait Iſidorus lib. 10. Etymol. cap. 18. *Superbus dictus eſt, quia vult ſuper videri, quam eſt*; & quia rectæ rationi dictat, vt cuiuſque voluntas feratur in id, quod eſt ei proportionatum, ideò ſuperbia peccatum eſt. Cum autem dicimus, ſuperbum per voluntatem tendere ſupra id, quod eſt, intelligendum eſt, non ſecundùm hanc, vel illam perfectionem, aut bonum, ſed abſolutè: nam præſumptuoſus etiam tendit ſupra id, quod eſt, non tamen abſolutè, ſed quo ad adminiſtrationes: & ſimiliter ambitioſus tendit ſupra id, quod eſt, non ſimpliciter, ſed quo ad honores, & ſic de alijs: & ideò ſuperbiam definit S. Thom. in 2. 2. quæſt. 162. art. 1. & 2. dicēs, ſuperbiam eſſe appetitum propriæ excellentiæ.

Superbia quid.

Quæ verò ſit hæc excellētia, quam ſuperbia reſpicit, declarat S.D. in art. 5. eiuſdem quæſtionis ex oppoſita virtute humilitatis, quæ propriè reſpicit ſubiectionem hominis ad Deum; igitur è contrario ſuperbia propriè reſpicit defectum huius ſubiectionis, quatenus ſcilicet aliquis ſemetipſū erigit ſupra id, quod eſt illi præfixum ſecundū diuinam regulam, vel menſuram contra dictum illud Apoſt. 2. Cor. 10. *Nos autem non in immenſum gloriamur, ſed ſecundùm menſuram, quæ menſus eſt nobis Deus.* Quamobrem: Eccleſiaſt. 10. dicitur: *Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo*, ideſt nō ſubijci Deo, & regulæ ipſius. Vt enim ait S.D. in artic. 60. & 70. dictæ quæſt. auerſio à Deo, & eius præceptis, quod eſt quaſi conſequens in alijs peccatis, per ſe ad ſuperbiam pertinet, cuius actus eſt Dei contemptus; fertur enim appetitus ſuperbi in abiectionem ſubiectionis diuinæ. Sicut enim humilitas appetitū in excelſa tendentem moderatur apposito mō ſubiectionis diuinæ, ita ſuperbia propriam appetens excellentiam addit immoderantiam, qua diuina ſubiectio contemnitur, vt ibidē aduertit Caietanus artic. 5. Dicitur autem auerſio, ſiue contemptus diuinæ ſubiectionis per ſe ad ſuperbiam pertinere, non quia reſpiciat auerſionem ſuperbia, tamquàm obiectum: ſed quia reſpiciebam, vt modum, ſiue magis vt immoderantiā, quā ſuperbia ponit in actu circà obiectum, quod eſt excellentia propria, vt ibidem art. 6. notat Caietanus. Cum autem affirmat S. Thom. propriam excellentiam obiectum eſſe ſuperbiæ, nihil aliud intendit, niſi propriam ipſius ſuperbi celſitudinē, ſiue magis ſuperbum ipſum, vt excellentem eſſe ſui ipſius appetentis, & operantis obiectum; ſicut ſubiectio, vel abiectio ſui obiectum eſt humilitatis, & humilis, vt ſubiectus, & abiectus eſt ſui ipſius obiectum: Quod ſatis apertè Saluator expreſſit Luc. 14. & 18. dicens: *Qui ſe humiliat, & Qui ſe exaltat*: dictione ſiquidem illa, *ſe*, cam humilitatis, quam ſuperbiæ denotauit obiectū. Differt enim, vt ante diximus, ſuperbus à præſumptuoſo, & ambitioſo, quod horum vterque ſui quærit excellentiam, non ſimpliciter, ſed ſecundùm quid, ſcilicet quoad operationes, vel honores: at ſuperbus in ſui tendit excellentiam abſolutè, & ideò ſui perſonā, vt excellentem ſimpliciter habet, vt obiectum.

Quoniam itaque ſuperbia reſpicit per ſe auerſionem à Deo, quę formaliter complet rationem omnis peccati, & omne, quod eſt per ſe, primum eſt in quolibet genere; ideò ſuperbia primum eſt in genere peccatorum, & eorum prima radix, & origo, iuxta illud Eccleſ. 10. *Initium omnis peccati ſuperbia*, vt probant, & explicant S.D. & Caietanus in allegata quæſt. 162. art. 7.

Eccl. c 10. b. Thom. Caietanus.

Angelum prævaricatorem verè, ac propriè peccaſſe peccato ſuperbiæ.

Diuina regula ſi citrà illam diſplaceat.

SExtò conſiderandum eſt, diuinam regulā, ſiue menſuram, aut ſubiectionem dupliciter poſſe contemni: Vno modo materialiter, & conſequenter, & per accidens, & hoc modo contemptus diuinæ regulæ communis eſt omni peccato mortali; non enim ab auerſione differt, in qua completur omne peccatum, vt ait S.D. in 2. 2. quęſt. 62. art. 7. Alio modo contemni poteſt diuina regula formaliter, & immediatè, & per ſe, quod etiam duobus modis poteſt contingere, vt hìc aduertit Caietanus, quem alij ſequuntur expoſitores Thomiſtæ, & præcipuè Ferrarienſis in 3. cont. gent. cap. 109. §. *Ad huius euidentiam conſiderandum*, &c. Vno modo, vt contemptus, ſiue auerſio, & nulli ſubijci ſit obiectum actus interioris voluntatis, & res principaliter, aut ſaltem expreſsè volita: & hic eſt ſupremus ſuperbiæ gradus; qui, cum in obiectum tendat intrinſecè malum primum tempore, vel natura locū in Angelis habere non potuit. Alio modo contemni poteſt formaliter, & per ſe diuina regula ex parte modi appetendi tantùm, ita vt actus voluntatis tendat in obiectum aliquod per ſe bonum inordinatè, non obſeruata, ſcilicet diuina regula: & hoc primum fuit prævaricatoris Angeli peccatum; beatitudinem enim appetijt naturalem, non ſecūdùm regulam à Deo præfixam, quia non ordinauit eam in Deum, vt obiectum ſupernaturalis beatitudinis ſummè dilectum, ac proindè ex appetendi modo Deum, vt ſuperiorem non agnouit, & illi ſubijci recuſauit, & regulam eius contempſit per ſe, & formaliter, quamuis non obiectiuè, & explicitè, ſed modaliter tantum, & implicitè: quod ſatis eſt ad verum, & propriè ſumptum peccatum ſuperbiæ conſtituendum. Vt autem aliquid ſit per ſe volitum, tanquàm modus volitionis privationis, non eſt neceſſe, vt ſit actu cognitum, ſiue conſideratum, ſed ſufficit, vt, qui volitionis actum exercet, ſuperioris regulam conſiderare teneatur, & poſſit, & non conſideret; vt patet ex 1. 2. quæſt. 6. art. 3. & hoc modo peccauit Angelus, qui beatitudinem appetijt naturalem, non conſiderans ordinem talis boni in Deum, vt ſupernaturale bonum, & vl-

S. Thom.

Caietanus Ferrarien.

Volitum per ſe.

Digitized by Google

& vltimum finem, in quem ſeipſum tunc, & omnia ſua, veluti in vltimum finem ordinare tenebatur; ſic enim liberè, & voluntariè menſuram, ſiue regulam à Deo præfixam verè contempſit, & peccatū ſuperbiæ ſtrictè ſumptum incurrit.

S. Thom. Et quoniam Angelus præuaricator beatitudinem naturalem appetijt, non ordinando illam in beatitudinem ſupernaturalem, conuincitur appetijſſe naturalem beatitudinem, vt vltimam ſimpliciter; ſicut etiam affirmat in articulo ſequenti S. D. Angelum primò peccaſſe appetendo beatitudinem, ſiue naturalem, ſiue ſupernaturalem per ſuā propriam virtutem habere; ſic enim accipiendum eſt, vt beatitudo ſit res appetita, hoc autem, quod eſt eam per ſuam propriam virtutem habere, ſit

Caiet. modus appetendi, vt ibi declarat eruditè Caietanus. Sequitur enim hic modus ex priuatione debiti ordinis, & modi; quia ſcilicet illam non appetijt ſecundum ordinem diuinæ regulæ; Nam, ſi beatitudinem appetijt ſupernaturalem, non appetijt, vt ex diuina gratia ſibi conferendam; & ideò conuincitur eam ex propriis viribus habere voluiſſe. Si verò naturalem ſibi concupiuit, iam oſtendimus, Angelum illam, vt vltimam ſimpliciter appetiuiſſe, ſicque virtute propria beatum eſſe voluiſſe. Modus enim prædictus, quamquàm ex parte appetentis verè ſe teneat, nec ad obiectum formaliter, & propriè pertineat, aut in eo claudatur explicitè, redundat tamen, vt ait Caietanus, in obiectum, & ad illud implicitè pertinet: & ideò

S. Thom. S. Thomas, & alij Patres quandoq; dicunt, Angelum malum ex propria virtute finalem beatitudinem habere voluiſſe, modum appetendi cum obiecto volito computantes ob dictam redundātiam, & implicitam attinentiam. Et hoc modo intelligendum eſt, Angelum appetiuiſſe excellentiam ſingularem, ſcilicet implicitè, & conſequenter; quia ſcilicet propriam appetijt excellentiam abſque ordine diuinæ regulæ; ex hoc enim conuincitur ſummam excellentiam habere voluiſſe non communicando cum alijs in acceptione beatitudinis ex diuina gratia.

Angelum ſeipſum inordinatè diligendo non incurriſſe duo peccata, ſcilicet ſuperbiæ, & luxuriæ, ſed vnum ſuperbiæ tantum.

Amor amicitiæ non eſt, nec eſſe pō: abſque concupiſcentia. POſtremo diligenter obſeruādum eſt, amorem amicitiæ nec eſſe, nec intelligi poſſe ſine concupiſcentia; amare namque ſeipſum, aut alterum nihil aliud eſt, quàm ſibi, vel alteri bonū aliquod concupiſcere, vt etiam ſuprà diximus quæſtione 60. articulo primo, & ſecundo. Cum igitur Angelus naturalem, aut ſupernaturalem beatitudinem, non obſeruata diuina regula, ſibi concupiuit, ſeipſum amore inordinato diligēdo peccauit. Quamuis autem in Angelo ſeipſum amante duo ſimul in vno actu eſſent amores diſtincti formaliter, ſcilicet amor amicitiæ, ſaltem communiter dictæ, cuius ipſemet Angelus erat obiectum, & amor concupiſcentiæ, cuius obiectum erat beatitudo, non tamen ibi duæ fuere deformitates, & peccata, vt

A opinatur Scotus, ſed vna tantum ibi fuit inordinatio, & ſolum vnum ſuperbiæ peccatum. Amor enim amicitiæ, quo ſeipſum amauit Angelus, non prius tempore, vel natura fuit, aut eſſe potuit inordinatus, quàm amor concupiſcentiæ, quo beatitudinem ſibi concupiuit; nec enim eſſe, vel intelligi poteſt amicitia ſine concupiſcentia, ſed mala fuit Angeli dilectio, qua ſeipſum amauit non ſecundum ſe, ſed vt ratio cōcupiſcendi beatitudinē inordinatè; ita vt vna numero fuerit amoris vtriuſque inordinatio ſimul amorem vtrumque deformans, & non prius vnum tempore, vel natura, quā alterum; Quamquam, vt hic ſubtiliter Caietanus

B aduertit, amor amicitiæ quaſi prius origine formali, non ſecundum ſe, ſed vt ratio concupiſcendi dici valeat primò malus, & inordinatus. Vna ſiquidem, & eadem numero dilectio diuerſo reſpectu rationem habuit amicitiæ, & concupiſcentiæ, & in amicitia clauditur intimè concupiſcentia, nec vllum eſſe poteſt inſtans naturæ, in quo deformis ſit amor amicitiæ ſecundum ſe, priuſquàm ſit ratio deformitatis in amore concupiſcentiæ. Vnū igitur in vno illo numero dilectionis actu fuit Angeli peccatum: ſed quia duplicem rationem actus ille vnus includit, ideò Scotus duplicem illi tribuit deformitatem ratione diuerſam, alteram ſuperbiæ, licèt impropriè, & alteram luxuriæ: Quam

C opinionem vt falſam, & ridiculam communi plauſu non ſolum expoſitores, ſed omnes etiam Theologorum Academiæ reijciunt.

Scotus. Caiet.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Angeli mali ſecundum ordinem naturis eorum inditum actu nolitionis, vel inobedientiæ, vel etiam omiſſione præciſè peccare primò minimè potuerunt. Hæc concluſio patet ex ſecundo fundamento. Et probatur ſpecialiter quo ad ommiſſionem; Quia nunquam eſſe poteſt omiſſio abſq; commiſſione, quę ſit omittendi

D ratio; igitur omiſſio primum in Angelis peccatū eſſe non potuit.

Secunda concluſio: Non potuit Angelus primò peccare malum aliquod appetendo. Hęc patet ex tertio fundamento.

Tertia concluſio: Peccatum Angeli primum eſſe non potuit circa corporea ſimpliciter, nec ſecundum rationem aliquam ſpiritualem, in eis confideratam. Hęc eſt contra Valentiam, & patet ex quarto fundamento. Valentia.

Quarta concluſio: Primum Angeli peccatum non fuit, nec eſſe potuit, niſi ſuperbia propriè dicta. Hæc patet ex quinto, & ſexto, fundamento, &

E probant eam latiſſimè recentiores.

Quinta concluſio. Ratio D. Thomę pro ſecunda concluſione probat eam efficaciter.

Vltima concluſio: In illo amoris actu, quo ſeipſum inordinatè dilexit Angelus, non fuit duplex inordinatio, ſiue peccatum, ſed vnum tantum. Hęc patet ex vltimo fundamento, & explicat eam latè Zumellus in 3. ſua concluſione. Zumellus

Digitized by Google

Argumenta, & ſolutiones.

Valentia. CONtra primam concluſionem argumentatur Valentia: Licèt omne nolle, ſeu omnis fuga volitionis præſupponat aliquam priorem proſecutionem, eo quod naturaliter prius eſt velle quàm nolle, ſeu quàm non velle; tamen non debet neceſſariò præſupponere malam proſecutionem, ſed poteſt etiam præſupponere bonam; ergò. Probatur hoc aſſumptum exemplo eius, qui propterea non vult obedire, quia vult orare.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens de nolle, ſine fuga voluntatis mala; hæc enim præſupponit malã proſecutionem, vt oſtendimus in ſecundo notabili. Ad probationem iam ſuprà diximus eum, qui vult orare, inſtante præcepto de alia operatione actum orationis excludente, hoc ipſo peccare, quod actum exercet, à recta ratione diſcordem.

Contra ſecundam concluſionem argumentatur Molina: Quoniam, vt res, quæ eſt mala moraliter, appetatur, neq; eſt neceſſarium, vt iudicetur bona moraliter, neq; vt iudicetur bona ſimpliciter, ſed ſatis eſt, ſi in ea conſpiciatur, aut exiſtimetur ratio aliqua boni vtilis, honeſti, aut delectabilis, ratione cuius appetatur; ergò. Probatur antecedens: Nam, vt fornicatio appetatur, neceſſe non eſt, vt iudicetur bona moraliter, aut bona ſimpliciter, ſed ſatis eſt, quod ſe offerat intellectui, vt delectabilis; ergo. Probatur hoc antecedens: Quia ratio boni delectabilis, quæ in ea relucet, ſufficit, vt appetatur; ergo abſq; vllo errore in intellectu poteſt quis appetere fornicationem eo ipſo, quod eius menti repræſentatur, vt bonum aliquod delectabile, ſicut re ipſa eſt, eſto ſimul iudicetur mala moraliter, & à Deo prohibita; ergo etiam eodem modo potuit Angelus abſque vllo errore intellectus appetere primò id, quod erat malum moraliter, quod videbat à Deo eſſe prohibitum eo ipſo, quod in eo eluceret bonum honoris, aut quoduis aliud. Et confirmatur: Quia pro libertate, & arbitratu ſuo potuit præponere minus bonum maiori, appetendo minus, & relinquendo maius.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens, loquendo de primo appetitu Angelico peccaminoſo, qui ex cognitione, & iudicio boni voliti ſequitur perfectiſſimo, quod nulla poteſt obnubilari paſſione, aut habitu malo. Ad probationem dico, longè diuerſam eſſe rationem de peccato fornicationis, aut adulterij in homine, & de peccato Angeli, vt patet ex allegata reſponſione D. Thomæ ad quartum argumentum præcedentis articuli. Ad confirmationem negatur ſequela. Aliud eſt enim appetere minus bonum, relicto maiori, & aliud eſt appetere malum moraliter, relicto bono; primum enim congruit Angelicæ libertati, nec dedecet Angelicæ cognitionis, & iudicij nobilitatem: ſecundum autem ita iudiciũ Angeli deprimit, vt æquet humano paſſionibus, ac prauis inclinationibus, vel etiam habitibus obumbrato. Et eodem modo ſoluitur argumentum ſimile Vaſquezij diſp. 134. cap. 2. de quo in articulo ſequenti.

Vaſquez.

Contra eandem concluſionem ſunt argumenta

A Radæ in ſecunda parte controuerſia 11. concl. 1. quibus probare nititur, ſtante recta ratione, & iudicio practico intellectus recto non ſolum in vniuerſali, ſed etiam in particulari poſſe voluntatem eſſe obliquam, & non rectam non ſolum omittendo, verum etiam committendo. Quibus ea cumulatè ſatisfaciunt, quæ latè ſupra diximus de lib. arb. q. 19. art. 10. contr. vnica, & ea quæ docent Caiet. Conrad. & Medina in 1. 2. q. 77. art. 2. & Cajet. in 3. d. 36. & in 2. diſt. 39. Rada. Caietan. Conradus. Medina. Valentia.

Contra tertiam Concl. argumentatur Valen. Quia potuit Angelus peccare circa corporalia, ſub ratione aliqua ſpirituali non bona; ergo.

B Reſpondetur, falsũ eſſe antecedens, loquẽdo de primo peccato Angeli, vt ſupra ſatis oſtendimus.

Contra quartam concluſionem ſunt argumẽta, quæ referunt, & ſoluunt Capr. in 2. ſent. d. 4. q. 1. Caiet. Bannes, Zumellus, & alij, ſuper hoc art. & Ferrarienſis in 3. cont. gentes c. 109. Capreol. Caiet. Banncz. Zumellus. Ferrarien. Valentia.

Contra eandem concluſionem argumentatur Valentia. Si præcipiſſet Deus Angelo, vt in aliquo inſtanti ipſum diligeret, aut aliquem alium Angelum, potuiſſet Angelus in eo inſtanti omittere talẽ dilectionem, & diligere aliquid aliud, & ita peccare peccato inobedientiæ.

C Reſpondetur primò, peccatũ illũ in illo caſu habituũ per ſe primò deformitatem ſuperbiæ, ſecundariò autem inobedientię. Secundò dico, concluſionem noſtram intelligendã eſſe de potentia phyſica naturis Angelorum indita, argumenta autem probare de potentia abſoluta, ſiue logica.

Contra eandem concluſionem multa militant argumenta ad materiam ſequentis articuli pertinentia, & ibidem examinanda.

Contra quintam concluſionem ſunt argumẽta, quę referunt, & ſoluunt Caietanus ſuper hoc articulo, & Zumellus in ſua q. 1. ad hunc articulum, & Ferrarienſis in allegato cap. 109. Caietanus Zumellus Ferrarien. Valentia.

D Contra eandem concluſionẽ argumentatur Valentia Primò: Quia ratio D. Tho. ſupponit duo falſa: primum eſt, Angelum non potuiſſe peccare, niſi circa ſpiritualia, quę ſecundum ſe ſunt bona. Secũdo, quia ſupponit, peccatum Angeli debuiſſe committi aliquo actu proſecutionis, &c. Quibus argumentis iam ſupra ſatisfecimus.

Contra eandem concluſionem argumentatur Vaſquez: Quia probat S. D. in Angelis duo tantũ eſſe poſſe genera peccatorũ formaliter, ſuperbię nimirum, & inuidię, quod eſt falſum; Nam poteſt in Angelo reperiri formaliter peccatũ iniuſtitię, & peccatum odij contra Deum, & proximum, peccatum idolatriæ, & inobedientię ſpiritualis. Vaſquez.

E Reſpondetur cum Caiet. D. Tho. probare, Angelum primò peccare non potuiſſe, niſi ſuperbia, & inuidia conſequenter, cum tamen potuerit ſucceſſu temporis alia peccata committere, quę quaſi naturaliter ex ſuperbia, & inuidia deriuantur, vt ait hic S. D. ad tertium.

Sed hanc reſponſionem arguit Vaſquez: Quia ratio S. Thomę non ſolum de primo peccato, ſed etiam de quocunque alio videtur probare: Ratio enim eſt huiuſmodi: In Angelis non poteſt eſſe Replica.

pec-

Digitized by Google

peccatum nisi circa obiecta spiritualia; affectus autem circa obiecta spiritualia peccatum esse nō potest, nisi talis sit affectus, vt superioris regula contempta, in talia obiecta feratur. Nam, vt ait Caietanus explicans hanc rationem, obiecta spiritualia secundùm se, quantò maiora sunt, meliora sunt, & ita secundùm se non possunt nimis amari, nisi quatenus in eorum amore regula superioris contemnitur; at contemnere regulam superioris est peccatum superbiæ: ergò in Angelis solum potest esse peccatum superbiæ, & quod inde nascitur, quod est inuidiæ.

Solutio. Respondetur sensum verborum D. Thomæ esse, affectum Angeli circa spiritualia nō posse esse primum peccatum in Angelo, nisi sit talis, vt superioris, regula contempta, in talia feratur obiecta; & hoc etiam intendit Caietanus. Ad cuius ampliorē euidentiam duo aduerte. Primum est, non potuisse primum Angeli peccatum esse circa obiectum moraliter malum, neque potuisse ex ignorantia, vel errore, aut passione procedere: ex ceteris verò peccatis multa potuerunt ex errore, circa spiritualia deriuari, & circa obiecta per se mala committi, vt cum dæmones mortem, peccata, & ruinam hominum tam corporalem, quam spiritualem desiderant, & honores sibi diuinos ab hominibus exhiberi appetunt & procurant. Cum itaque primū Angeli peccatum ex errore, vel ignorantia non potuerit derivari, nec circa obiectum corporeum, aut moraliter malum committi, consequens est, vt circa bonum spirituale, scilicet excellentiam (id enim consonat Angelicæ naturæ nobilissimæ, vt ait Caietanus) inordinatè appetitum commissum fuerit, atque ita fuerit peccatum superbiæ. Secundum est, in omni peccato dæmonis inueniri per se primò superbiam, scilicet contemptum diuinæ regulæ, quem in quolibet peccato principaliter dæmon intendit iuxta illud Psalm. *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper*, quoniam, vt agendi ratio semper ad noua crimina dilatatur. Sic agitur primum Angeli peccatum dici potest esse superbiam non solùm, quia primum simpliciter Angeli peccatum fuit superbia, sed etiam, quoniā in quolibet actu peccati dæmonis per se primò reperitur superbia, vt ratio cuiuscunque peccati; semper inest, & cum formali diuinæ regulæ contemptu peccat dæmon. Quamobrē concedi potest omne peccatum Angeli, quo scilicet per se primò peccat, in quolibet actu non esse, nisi superbiam; hoc enim quasi formale est in omni eius peccato.

Psalm. 73.

Scotus. Capreol. Contra vltimam conclusionem produci possunt argumenta Scoti, quæ refert, & solus Capreolus in 2. sent. dist. 4. quæst. 1. contra tertiam conclusionem.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrum Diabolus appetierit esse, vt Deus.

312 AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd diabolus non appetierit esse, vt Deus. Illud enim, quod non cadit in apprehensione,

A non cadit in appetitu: cum bonum apprehensum moueat appetitum, vel sensibilem, vel rationalem, vel intellectualem: in solo enim huiusmodi appetitu contingit esse peccatum. Sed creaturam aliquam esse æqualem Deo, nō cadit in apprehensione: implicat enim cōtradictionem, quia necesse est finitum esse infinitum, si æquatur infinito. Ergo Angelus non potuit appetere esse, vt Deus.

B 2 Præterea. Illud, quod est finis naturæ, absque peccato appeti potest. Sed assimilari Deo est finis, in quem tendit naturaliter quælibet creatura. Si ergo Angelus appetijt esse vt Deus, non per æqualitatem, sed per similitudinē, videtur, quòd in hoc non peccauerit.

3 Præterea. Angelus in maiori plenitudine sapientiæ conditus est, quàm homo. Sed nullus homo, nisi omnino amens, eligit esse æqualis Angelo, nedum Deo, quia electio non est, nisi possibilium, de quibus est consilium. Ergo multo minus peccauit Angelus appetendo esse vt Deus.

C Sed contra est, quòd dicitur Isaiæ 14. capit. ex persona diaboli: Ascēdam in cœlum, & ero similis altissimo. Et Aug. dicit in lib. de quæstionibus veter. testam. quod elatione inflatus, voluit dici Deus.

qu 111. 1 mod. to. 4.

Respondeo. Dicendum, quòd Angelus absque omni dubio peccauit appetendo esse vt Deus, sed hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo per æquiparantiam: alio modo per similitudinem: Primo quidem modo non potuit appetere esse vt Deus, quia sciuit hoc esse impossibile naturali cognitione; nec primum actum peccandi in ipso præcessit, velut habitus, vel passio ligans cognoscitiuam ipsius virtutē, vt in particulari deficiens eligeret impossibile, sicut nobis interdum accidit. Et ideo dato,

D quod esset possibile, hoc esset contra naturale desiderium: est enim vnicuique naturale desiderium ad conseruandum suum esse, quod nō conseruaretur, si transmutaretur in alteram naturam. Vnde nulla res, quæ est in inferiori gradu naturæ, potest appetere superioris naturæ gradum, sicut asinus non appetit esse equus: quia, si transferretur in gradum superioris naturæ, iam ipsum non esset. Sed in hoc imaginatio decipitur; quia enim homo appetit esse

E in altiori gradu quantum ad aliqua accidentalia, quæ possunt crescere absque corruptione subiecti, æstimatur, quòd possit appetere altiorem gradum naturæ, in quē peruenire non posset, nisi esse desineret. Manifestum est autē, quod Deus excedit Angelum, non secundùm aliqua accidentalia, sed secundum gradum naturæ: & etiam vnus Angelus alium; Vnde im-

d 310

111 25

possibile est, quod vnus Angelus inferior appetat esse æqualis superiori, nedum quod appetat esse æqualis Deo. Appetere autem esse, vt Deus per similitudinem, contingit dupliciter. Vno modo quantum ad id, in quo aliquid natum est Deo assimilari, & sic, si aliquis quantumcumque ad hoc appetat esse Deo similis, non peccat, dummodo similitudinem Dei debito ordine appetat adipisci, vt scilicet eam à Deo habeat. Siquis autem appeteret secundum iustitiam esse similis Deo, quasi propria virtute, & non ex virtute Dei, peccaret. Alio verò modo potest aliquis appetere similis esse Deo, quantum ad hoc, in quo non natus est assimilari: sicut si quis appeteret creare cœlum & terram, quod est proprium Dei, in quo appetitu esset peccatum. Et hoc modo diabolus appetijt esse vt Deus, non vt ei assimilaretur quantum ad hoc, quod est nulli subesse simpliciter: quia sic suum non esse appeteret: cum nulla creatura esse possit, nisi per hoc, quòd sub Deo esse participat. Sed in hoc appetijt esse similis Deo, quia appetijt vt finem vltimum beatitudinis id, ad quod virtute suæ naturæ poterat peruenire: auertens suum appetitum à beatitudine supernaturali, quæ est ex gratia Dei. Vel, si appetijt vt vltimum finem illam Dei similitudinem, quæ datur ex gratia, voluit hoc habere per virtutem suæ naturæ, non ex diuino auxilio secundum Dei dispositionem. Et hoc consonat dictis Anselm.* qui dicit, quod appetijt illud, ad quod peruenisset, si steterisset. Et hæc duo quodammodo in idem redeunt: quia secundum vtrumq; appetijt finalem beatitudinem per suam virtutem habere, quod est proprium Dei: quia verò quod est per se, est principium & causa eius, quod est per aliud; ex hoc etiam consecutum est, quòd appetijt aliquem principatum super alia habere. In quo etiam peruerse voluit Deo assimilari.

Et per hoc patet responsio ad omnia obiecta.

Ex c 4 lib. de casuidiabol h poeti. posset.

Ratio ordinis, & sensus quæsiti.

QVærit hic S. D. de quidditate peccati Angelorum quo ad eius obiectum materiale specialiter sumptum: intendit enim explicare circà quod appetibile versata fuerit Angelorum superbia. Quot verò modis intelligi possint ea verba tituli, videlicet, esse vt Deus, declaratur in textu: hæc autem sumuntur indistinctè ad quemlibet modum inferius explicandum.

Forma Textus.

P*Repositâ conclusione generali, sensum eius, duplici distinctione declarat: deindè tribus conclusionibus quæstio respondet.*

A *Conclusio generalis est: Angelus absque omni dubio peccauit appetendo esse, vt Deus.*

Prima distinctio est; Quod Angelus appetierit esse, vt Deus, potest intelligi dupliciter: Vno modo per æquiparantiam, alio modo per similitudinem.

Secunda distinct. Appetere esse, vt Deus per similitudinem contingit dupliciter, vno modo quantum ad id, in quo aliquid natum est Deo assimilari, alio modo quantum ad id, in quo non est natum Deo assimilari.

Prima conclusio specialis est: Diabolus non potuit appetere esse, vt Deus per æquiparantiam. Probatur primò dupliciter: Deindè satisfit obiectioni tacitæ. Probatio prima est: Quia naturali cognitione sciuit Angelus

B *hoc esse impossibile, nec primum peccatum in ipso præcessit vel habitus, vel passio ligans cognoscitiuam ipsius virtutem: ergo non potuit appetere esse, vt Deus per æquiparantiam. Antecedens patet. Consequentia probatur: Quia per solum habitum, vel passionem ligantem contingit deficere eligendo impossibile cognitum naturaliter, vt tale, sicut in nobis interdum accidit. Secundò: Dato etiam, quod esset possibile, Angelum fieri æqualem Deo, probatur conclusio: Nulla res, quæ est in inferiori*

C *gradu naturæ potest appetere superioris naturæ gradum; sed Angelus est in inferiori naturæ gradu, non solùm respectu Dei, sed etiam respectu alterius Angeli: ergo impossibile est, quod vnus Angelus inferior appetat esse æqualis superiori, & multò minus Deo. Maior probatur dupliciter. Primò ratione: Quia hoc esset contra naturale desiderium. Quod probatur: Quia vnicuique naturale desiderium est ad conseruandum suum esse: at hoc non conseruaretur, si transmutaretur in alteram naturam, ergo. Secundò probatur eadem Maior exemplo Asini, qui non appetit esse equus propter eandem causam, quia si transferretur in superiorem naturam, scilicet Equi, iam non esset ipse.*

Obiectio tacita est: Quia homo appetit esse in altiori gradu quantum ad aliqua accidentalia, ergo potest appetere altiorem gradum naturæ. Respondetur, nullam esse

D *consequentiam, quia accidentalia possunt crescere absque corruptione subiecti: sed in gradum superioris naturæ nulla res peruenire posset, nisi esse desineret.*

Secunda conclusio: Diabolus peccauit, quia appetijt esse, vt Deus, non vt ei assimiletur quantum ad hoc, quod est nulli subesse simpliciter, sed in hoc, vt scilicet tanquam finem vltimum haberet beatitudinis id, ad quod virtute suæ naturæ poterat peruenire, auertens suum appetitum à beatitudine supernaturali, quæ est ex gratia Dei. Vel, si appetijt, vt vltimum finem illam Dei similitudinem, quæ datur ex gratia, voluit hoc habere per virtutem suæ naturæ, non ex diuino auxilio secundum Dei dispositionem. Declaratur, & probatur hæc conclusio quo ad singulas partes: Et primò quo ad primam illis verbis

E *contentam: non vt ei assimiletur quantum ad hoc, quod est nulli subesse simpliciter, declaratur exemplo: sicut si quis appeteret creare cœlum, & terram, quod est proprium Dei. Probatur autem: Quia sic Diabolus suum non esse appeteret. Probatur illatio; quia nulla creatura potest esse, nisi per hoc, quod sub Deo esse participat. Secundò probatur, quo ad secundam partem incipientem ibi, sed in hoc, &c. Quia, si aliquis appetat esse Deo similis quantum ad id, in quo aliquid natum est Deo assimilari, non peccat, dummodo similitudinem Dei debito ordine*

dine appetat adipiſci, vt ſcilicet eam à Deo habeat. Si quis autem appeteret ſecundùm inſtitiã eſſe ſimilis Deo, quaſi propria virtute, & non ex virtute Dei, peccaret; ergo ſi non appetit, vt finem vltimum id, ad quod virtute ſuæ naturæ poterat peruenire, auerſus ſuum appetitum à beatitudine ſupernaturali, peccauit. Conſequentia patet; quoniam hoc ipſo, quod appetit, vt finẽ vltimum id, ad quod virtute ſuæ naturæ poterat peruenire auertens, &c. appetit Dei ſimilitudinem, non cum debito ordine, ſed quaſi propria virtute, & non ex virtute Dei. Et ex eodem principio probatur vltima pars concluſionis incipiens ibi: Vel ſi appetit. Et confirmatur authoritate Anſelmi dicentis, Diabolum illud appetiſſe, ad quod peruenire ſi fieri poſſet. Quod autem ea pars ex eodem ſequatur principio, ex quo deducta eſt ſecunda probatio Sancti Doct. quoniam hæc duo quodammodo in idem redeunt, quia ſecundum vtrumque quodammodo appetit finalem beatitudinem per ſuam virtutẽ habere, quod eſt proprium Dei.

Vltima concluſio: Diabolus conſequenter voluit etiã Deo aſſimilari in hoc, quod eſt aliquem principatum ſuper alios habere. Probatur; Quia id quod eſt per ſe, eſt principium, & cauſa eius, quod eſt per aliud.

Expoſitio Textus.

Caietanus

CAietanus planiorem adhibet formam probationi primæ concluſionis addens maiorem propoſitionem, quæ non habetur in textu, ſed noſtrum inſtitutum eſt propoſitiones integras litteræ D. Thomæ nunquam adiungere.

Concluſio generalis primo loco propoſita, nimirum Angelum peccaſſe appetendo eſſe, vt Deus, fidei certa confeſsio eſt, pluribus ſacrarum litterarum dictis expreſſa. Ex quibus primum, quod

Iſa. ca. 14. etiam refertur in textu, legitur in Eſaiæ 14. c. *Aſcẽdam in cælum, & ſimilis ero Altiſſimo.* Quem locum

Auguſtin. S. Auguſtin exponens ait Dæmonẽ elatione inflatum voluiſſe Deum nuncupari. Secundum eſt Ezechielis, c. 28. vbi de diabolo in perſona Regis Thyri dicitur: *Elevatum eſt cor tuum, & dixiſti: Deus ego ſum, & in cathedra Dei ſedi in corde maris, &c.* & infra: *Elevatum eſt cor tuum, quaſi cor Dei.* Et quia diabolus quam maximè ſui ſimiles, ac imitatores intendit efficere, ideò de Antichriſto membro eius

2. Theſſ. c. 2. præcipuo dicitur. 2. Theſ. 2. *Qui adverſatur, & extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei ſedeat oſtendens ſe, tanquam ſit Deus.* Et ob eandem cauſam prima prothoparẽtibus facta ſuggeſtio Gen. 2. diuinæ ſimilitudinis,

Genes. c. 3. fuit appetitus. *Eritis (inquit) ſicut dij ſcientes bonum, & malum.* Et ex eadem radice Pelagianorum error emerſit dicentium, ſufficere vires liberi arbitrij naturales ad implenda legis vniuerſa præcepta, & ad vitam æternam promerendam, & conſequendam; ſicut voluit dæmon ſuis viribus aſſequi beatitudinem.

A Prima Controuerſia.

An prius ordine naturæ ſaltem in Angelo peccante præceſſerit ignorantia, vel error, aut inconſideratio tantum, vel etiam ex ſimplici voluntatis electione peccauerit.

Sententiæ Doctorum.

Scotus. SCotus in 2. ſent. diſt. 6. quæſt. 1. docet, Angelum neque ex ignorantia, neque ex paſſione, aut ſubreptione, ſed ex plena cognitione, & electione, non quidem efficaci, ſed conditionata peccaſſe, Deiæqualitatem appetendo. Quam ſententiam

Molina. Rada. B ſequitur Molina membro tertio ſuæ diſp. ad hunc articulum, & explicat, ac tuetur Rada controu. 11. vbi ſtatuit quinque concluſiones. Prima eſt: Stante recta ratione, & iudicio practico intellectus recto non ſolum in vniuerſali, verum etiam in particulari, poteſt voluntas eſſe obliqua, & non recta, non ſolum omittendo, ſed etiam committendo. Secunda: Angelus non peccauit primò ex errore. Tertia: Angelus non peccauit ex ignorantia. Quarta: Nõ peccauit Angelus ex inconſideratione. Quinta: Angelus peccauit ex electione, ſciens, & prudens. Modus autem (inquit) per quem Angelus ex electione peccare potuit, hic eſt: Cognouit, ac iudicauit An-

C gelus, bonum eſſe diligere ſeipſum ſecundùm rationis dictamen, & hoc oſtenſum eſt tamquam verum bonum voluntati Angeli, & ſic Angelus dilexit ſeipſum: in qua dilectione Angeli voluntas exceſsit rationis ordinem, & dilexit Angelum plus debito, & ſic inordinatè. Neque ad hoc, vt inordinatè ſe diligeret, neceſſe fuit, vt erroneum iudicium antè ceſſerit: quia ſufficit, quod ſine errore oſtenſum fuerit voluntati, bonum eſſe diligere ipſum Angelum ad hoc, vt inordinatè potuerit ipſum diligere.

Valencia. Eandem ſententiam ſequitur Valentia dicens

D Angelum peccare potuiſſe ex errore quodam præterco per meram ſuam libertatem, de induſtria eligendo bonum, aliquod verè ſibi delectabile, poſtpoſito bono honeſto conſentaneo rectæ rationi.

Vaſquez. Vaſquez diſput. 235. cap. 2. & tertio ſententiã Scoti ſuperius explicatam ſequitur, & tuetur, quãuis nouam ſibi cudere videatur.

Negat enim primò, Angelum ex inconſideratione, vel ex errore peccaſſe. Secundò ait, Angelũ peccaſſe expreſſo aff. ctu beatitudinis conſequendæ proprijs viribus. Tertiò, Angelum peccare potuiſſe circa beatitudinem, appetendo illam immoderatè ex proprijs viribus per ſolam ſimplicem apprehenſionem, qua proponeretur illi beatitudo eo

E modo, ac ſi acquiſita fuiſſet proprijs viribus, aut certè, ſi iudicium aliquod in Angelo præceſſit cõpoſitionis, ſolum potuiſſe iudicare bonum delectabile ſibi videri, habere beatitudinem illo modo: Quod ſanè iudicium (inquit) ſufficiens eſſet ad mouendum affectum ad ſimplicem complacẽtiam; ad hunc enim affectum efficaciter neceſſarium erat iudicium affirmans, poſsibile eſſe Angelo beatitudinem conſequi proprijs viribus.

Peſantius. Peſantius ait, probabiliorem eſſe eorum ſenten-

etiam, qui dicunt, Angelum malum deſiderasſe ſibi beatitudinem ſupernaturalem ex propriis viribus, idque non ex inconſideratione, ſed ex poſitiuo errore, quod crederet poſſe ſe ſic eam conſequi: ſi tamen dicamus potuiſſe eſſe in Angelo illud deſiderium ſine errore, nimirum, ſi beatitudo ſupernaturalis ei repreſentaretur, perindè, ac ſi conuenire ſibi naturaliter poſſet, nec ad eam aſſequendā egeret gratia, ipſe verò in huiuſmodi ſimplici apprehenſione, & in re appreheuſa ſibi complaceret, moleſtè ferendo, quòd tale bonum non haberet ex ſua natura, ſed gratia egeret: quod eſſe (inquit) potuit, licet haberet firmiſſimū iudicium de impoſſibilitate illius obiecti.

S. Thom. Diuus Thom. ſupra artic. primo huius quæſtionis ad quartum argumentum ait, ad peccatum Angeli non præxigi errorem, aut ignorātiam, ſed abſentiam ſolum conſiderationis eorum, quæ cōſiderari debent. Quam ſententiam ſequuntur, & tuentur Capreolus in 1. ſentent. diſt. 4. quæſt. 1. Ca-
Capreolus Caietan Medina Ferrarien. Bannes. Zumellus Ripa. Conrad Malonius. ietanus in artic. præcedente, & infra artic. 6. in fine; & in 1. 2. quæſt. 77. artic. 2. & ibidem Medina; Ferrarienſis in 3. cont. gent. cap. 109. Bannes, Zumellus, & Ripa ſuper hoc artic. quæſt. 3. vbi tamē affirmat, defectum aliquem in intellectu; Angeli fuiſſe peccato priorem, Conradus 1. 2. quæſt. 75. articulo 1. circa reſpōſionem ad tertium, vbi de hac materia differit eruditè, Malonius in 2. ſent. diſt. 4. diſput. 3. & alij antiquiores Theologi, quos refert Vaſquez diſput. 235. cap. 2.

Reſolutio.

Diſtinguuntur, & explicantur ſignificata nominum ignorantiæ, erroris, & inconſiderationis, & reſpondetur quæſito quo ad ſingula ſecundùm mentem Sancti Thomæ.

Ignorātia. OBſeruandum eſt primò, nomen ignorantiæ dupliciter ſumi poſſe; Vno modo propriè, & ſtrictè, prout dicit priuationem cuiuſcumque cognitionis intellectiuæ, ſiue in vniuerſali, ſiue in particulari: Alio modo latè, & min' propriè, quatenus etiam extenditur ad actualem inconſiderationem; vt Caietanus aduertit, & poſt eum Medina de mente D. Thomæ 1. 2. quæſt. 77. art. 2. Priori modo ſumitur hic nomen ignorantiæ; ſic enim ab
Caietanus Medina. inconſideratione diſtinguitur: quæ præcipua, ac omnium difficilima eſt huius controuerſiæ materia; iam autem oſtendimus in articulo præceden-
S. Thomas ti ex D. Thoma in primo artic huius quæſt. ad tertium antè peccatum in Angelo nullam ignorantiam eſſe potuiſſe; quod etiam probant hic Bānes,
Bannes Zumellus & Zumellus.

Nomen autem erroris, quod ſecundo loco proponitur in quæſito, falſam æſtimationem, aut iudicium ſignificat intellectus ſpeculatiui, vel practici circa complexum aliquod, aut complexè ſignificabile, ſiue in vniuerſali, ſiue in particulari. Multiplicem enim errorem habere poteſt adulter, antequàm peccet; poteſt enim vel vniuerſaliter opinari, nullum adulterium eſſe peccatum, vel hoc adulterium abſolutè non eſſe peccatum, vel in ordine ad hunc finem non eſſe peccatum, vel denique exiſtimando peccatū eſſe, ſed iudicando ſibi nunc eſſe adulteræ commiſcendum ob delectationem, vel aliquem alium finem. Porrò nullum ex prædictis errandi modis ante peccatum Angelis ineſſe potuiſſe probat S. Doct. loco paulò ante notato; & S. Thom.
probari poteſt eiſdem argumentis, quibus probari ſolet, hominem in ſtatu innocentiæ peccare minimè potuiſſe; ex quibus duo ſunt Auguſtini dicta Auguſtin.
poriſſima: Primum ex tertio de libero arbitrio, cap. 12. *Approbare vera pro falſis non eſt natura inſtituti hominis, ſed pœna deuiati*: Secundum eſt in lib. 14. de Ciuit. Dei, cap. 10. *In illo ſtatu erat denique tranquilla peccati, quæ manente nullum omnino malum eſſe poterat.* Quemadmodum autem verum eſt bonum intellectus, ita falſum eſt eius malum, vt ait Ariſt. in 6. Ethic. capit. 8. Igitur Angelus ante Ariſt.
peccatum nulli falsò poterat aſſentiri, tamquàm vero multò minus, quàm primus homo; non enim minor, ſed multò maior in Angelo fuit innocentiæ rectitudo, quàm in homine, cuius anima, quamdiù Deo ſubdita maneret, tamdiù in eo ſuperioribus inferiora ſubderentur, nec illis eſſent impedimento, vt ait S. D. infra quæſt. 94. artic. 4. His ad- S. Thom.
de, quæ diximus in artic. præcedente de perfectione cognitionis Angelicæ tam naturalis, quàm ſupernaturalis.

Iam verò nomen, & rationem inconſiderationis in Angelis, & eius ordinem, ac modum concurſus ad primum in eis peccatum ſuperbiæ diligenter conſideremus; in hanc enim aculeos acuunt recentiores, & argumenta contriquent. Sciendum itaque tertiò eſt, inconſiderationem dupliciter ſumi poſſe: Vno modo, prout eſt ſpeciale peccatum ſub imprudentia contentum, dicitque priuationē debitæ, & neglectæ, attentionis circa ea, ex quib. rectum iudicium procedit, vt ait S. Doct. in 2. 2. q. 53. art. 4 & Caietanus in Summula, Verbo: *Inconſideratio.* Alio modo ſumitur inconſideratio, prout S. Thom. Caietanus Inconſiderationis duplex accepta.
eſt meta negatio conſiderationis præcedens electionem voluntatis tempore, vel natura. De hac nobis eſt cum Scoto, & recentioribus prædictis eius in hac parte ſequacibus controuerſia; quamquàm etiam verum eſt, vt ſtatim oſtendemus, inconſiderationem hanc electionis actum concomitantem eſſe peccatum.

Huius verò difficultatis ſolutio non aliundè petenda eſt, quàm ex Angelico noſtro Doct. quæſt. S. Thom.
1. de Malo, art. 3. & 1. 2. quæſt. 75. art. 1. Vbi docet, cauſam mali moralis non eſſe delectabile apprehenſum, ſed magis ipſam voluntatem; ſic enim loquitur in dicto art. 3. de Malo: *Voluntas eſt cauſa mali ſecundùm vtrumque prædictorum modorum, ſcilicet & per accidens, & inquantùm eſt bonum deficiens: per accidens quidem, inquantum voluntas fertur in aliquid, quod eſt bonum ſecundùm quid, ſed habet coniunctum quod eſt ſimpliciter malum; quod ſic patet; In omnibus enim, quorum vnum debet eſſe regula, & menſura alterius, bonum in regulato, & menſurato eſt ex hoc, quod regulatur, & conformatur regulæ, et menſuræ, malum verò ex hoc: quod eſt non regulari, vel menſurari. Si ergo ſit aliquis artifex, qui debeat aliquod lignum rectè*

inci-

incidere ſecundùm aliquam regulam, ſi non directè incidat, quod eſt malè incidere, hæc mala inciſio cauſabitur ex hoc defectu, quod artifex erat ſine regula, & menſura: ſimiliter, & delectatio, & quodlibet aliud in rebus humanis eſt menſurandum, & regulandum ſecundùm regulam rationis, & legis diuinæ: Vnde non vti regula rationis, & legis diuinæ præintelligitur in voluntate ante inordinatam electionem. Huius autem, quod eſt nõ vti regula prædicta, non oportet aliquam cauſam quærere; quia ad hoc ſufficit ipſa libertas voluntatis, per quam poteſt agere, vel nõ agere. Et hoc ipſum, quod eſt non attendere actu ad talem regulam in ſe conſideratã, non eſt malum, nec culpa, nec pœna: quia anima non tenetur, nec poteſt attendere ad huiuſmodi regulam ſemper in actu; ſed ex hoc accipit primò rationem culpæ, quod ſine actuali conſideratione regulæ procedit ad huiuſmodi electionem: ſicut artifex non peccat in eo, quòd non ſemper tenet menſuram: ſed ex hoc, quod non tenens menſuram procedit ad incidendum: Et ſimiliter culpa voluntatis non eſt in hoc, quod actu non attendit ad regulam rationis, vel legis diuinæ, ſed ex hoc, quod non habens regulam, vel menſuram huiuſmodi procedit ad eligendum. Et inde eſt, quod ait Auguſtinus in 12. de Ciuit. Dei, quod voluntas eſt cauſa peccati, inquantum eſt deficiens; ſed illum defectum comparat ſilentio, vel tenebris, quia ſcilicet defectus ille eſt negatio ſola. Hæc ibi S.D. Quam etiam doctrinam breuiùs tradit in 1. 2. quæſt. 75. art. 1. ſic enim ait: *Voluntas carens directione regulæ rationis, & legis diuinæ intẽdens aliquod bonum cõmutabile cauſat actum peccati per ſe, ſed inordinationem actus per accidens, & præter intentionem: prouenit enim defectus ordinis in actu ex defectu directionis in voluntate.* Cuius dicti veritatẽ, & ſenſum ibidem explicat in reſponſione ad tertium dicẽs: *Hoc autem, quod eſt non adhibere regulam rationis, uel legis diuinæ, ſecundùm ſe non habet rationem mali, nec pœnæ, nec culpæ, antequàm applicetur ad actum; unde ſecundum hoc peccati primi nõ eſt cauſa malum aliquod, ſed bonum aliquod cum abſentia alterius boni.* Quem locum explicat ibi diffuse Conradus.

Conrad.

Explicatur propria, & intima ratio peccati Angeli, & eius cauſa, ac earum ordo.

AD cuius doctrinæ perſpicaciorem intelligentiam aduerte quinque. Primum eſt, peccatũ primum Angeli non fuiſſe ſolam omiſsionem regulæ actualis, ſed fuiſſe actum commiſsionis contrarium regulæ, voluntas enim Angeli cum inconſideratione regulæ in intellectu non ſolum elegit abſque regula, ſed etiam contra regulam, nõ quidem obiectiuè, ſed modaliter, vt diximus in artic. præcedenti; Actus enim incidentis obliquè ſine regula non ſolum fit ſine regula, ſed etiam contra regulam: Et hoc modo peccauit Angelus: fuit enim eius peccatum ſuperbia, quæ non ſola priuatio, aut omiſsio, ſed actus commiſsionis humilitati, ac proindè diuinæ regulæ contrarius.

Inconſideratione cũ dilectione mala non eſſe duo peccata.

Secũdum eſt, inconſiderationem priuatiuè sũptam, ſiue non attendere regulæ, cum quis debet attendere, & malam electionem cum tali inconſideratione factam non eſſe duo peccata, ſed vnum ſicut vniuerſaliter defectus rationis in dirigendo, & actus malus voluntatis habent rationem vnius peccati; eodem enim actu vtrumque volũtarium eſt: Quamuis inconſideratio, & quilibet alius defectus ex parte intellectus ſe tenens non ſit eo actu voluntarius obiectiuè, ſiue directè, & explicitè, ſed tantùm modaliter, indirectè, & interpretatiuè, vt ante diximus cum Caietano: Quod etiam aduertit Conradus in dicta quæſt. 75. art. 1.

Caiet. Conrad.

Eadem igitur inconſideratio, quæ ſecũdùm ſe, ſiue abſolutè ſumpta defectus erat merè negatiuus, nec vllius mali rationem habebat, addita applicatione operantis ad opus, rationẽ induit defectus priuatiui, & mali moralis; Tenetur enim agẽs voluntarium ſuarum operationum regulam, dum operatur, attendere, & operationes illi commenſurare: Neque tamen hic ſolius omiſsionis peccatũ eſt, ſed vera commiſsio debito rectitudinis ordine deſtituta, vt ſupra notauimus.

Inconſideratio quo modo mala moraliter.

Tertium ex hoc vltimo dicto conſequens eſt, rationem hanc priuationis, & culpæ, quam induit inconſideratio ex agentis applicatione, totam ex voluntate deriuari, & ad actum voluntatis, prout eius eſt, & ad ipſam voluntatem cum tali inconſideratione eligentem pertinere: & ideo voluntariã eſſe modaliter, ſiue virtualiter, & interpretatiuè: Tenetur enim voluntas illam abijcere inconſiderationem, & intellectum ad actum conſiderationis mouere, & cum eo ad electionem procedere.

Inconſideratio quo volũtaria.

Quartum ex hoc tertio ſequens eſt, iudiciũ Angeli practicum, quo ſine debita conſideratione propriam excellentiam amandam eſſe iudicauit, fuiſſe verum obiectiuè, quoniam illud amandum eſſe iudicauit, quod erat verè bonum: ſed falſum fuiſſe modaliter, ac interpretatiuè: Quia tale iudicium de actu malo modaliter eſt, & ſecundùm canones, non ſolum moralis Philoſophiæ: Sed etiam diuinæ legis naturalis æquiparatur iudicio de re mala moraliter appetenda; vt in controuerſia præcedente, ſatis oſtendimus cum Caietano.

Iudicium practicum Angeli, quo pacto verum, & quo falſũ.

Quintum, & vltimum prædicta declarans eſt, iudicium practicum inconſideratum eſſe naturaliter priorem electione voluntatis in ratione propoſiti, & eadem eſſe poſteriorem in ratione acceptati: Vt enim ait Caietanus 1. 2. quæſt. 77. art. 2. in iudicio intellectus defectiuo tria conſideramus: Primum eſt ipſum iudicium, ſeu iudicatũ, quod accepratur: Secundum eſt defectus intellectus, ex quo ſaltem, vt cõditione fit, vt iudicatum acceptetur: Tertium eſt ipſa acceptatio paſsiua, quæ eſt ex actu malæ voluntatis: Iudicium itaque practicum inconſideratum, quo ad duo priora, videlicet rem ipſam iudicatam, & inconſiderationem, prius eſt voluntate mala, & eius actu peccaminoſo eo modo, quo obiectum, & eius conditio præcedunt potentiam, & eius actum: quo ad tertium autem, ſcilicet acceptationem paſsiuam rei iudicatæ, & ipſius iudicij poſterius eſt natura voluntate, & eius actu: ſicut effectus omnis eſt ſua cauſa poſterior. Vel planius dicas cum iunioribus iudicium practicum inconſideratum eſſe priorem electione voluntatis in genere cauſæ formalis: ſic enim prior

Ordo iudicij, & electionis.

Modus dicendi planior.

eſt

est omnis regula, siue mensura suo regulato, & mẽ surato; ad illud enim cõparatur, vt extrinseca forma: Constat autem, iudicium practicum inconsideratum esse regulam, & mensurã electionis malæ: sed electio prior est in genere causæ efficientis, seu motiuæ iudicio inconsiderato: Licet enim voluntas Angeli primò peccantis mouens intellectũ ad actum iudicij non remoueret expresse, siue directe consideratione diuinæ regulæ ab intellectu, remouebat tamen illum implicitè, & interpretatiuè, ac indirectè à debita legis diuinæ consideratione, hoc ipso tamen, quod voluntas intellectũ mouit ad iudicandum, & actum volitionis, siue electionis, aut amoris suæ perfectionis elegit, neque tunc, vt debebat, intellectum mouit, & applicauit ad consideratione diuinæ regulę, siue legis iam illi promulgatæ; conuincitur interpretatiuè dictam inconsiderationem intellectus voluisse, atque adeò saltem indirectè intellectum à debita consideratione remouisse, voluisseq; non subijci diuinæ regulæ.

Difficultas. Verùm aduersus doctrinã hanc se se offert non contemnenda difficultas; obiectum enim ab intellectu cognitum, & iudicatum necessariò præsupponitur actui voluntatis, quæ non fertur, nisi in prænotum; alioquin esse posset actus voluntatis circa nullum obiectum.

Zum. solutio. Respondet Zumellus, actionem potentiæ purè passiuæ in nullo genere causę posse præcedere suum obiectum, sed operationem actiuæ potentiæ, quæ sui est obiecti factiua, esse necessariò priorem obiecto in genere causæ efficientis; sicut calefactio, quæ actio est calefactiuæ potentiæ, cuius obiectũ est calidum, vt sic prior est ipso calido, vt calidũ est, in genere causæ efficientis, quamuis sit eo posterior in genere causæ formalis, quia specificatur ab eo. Cum itaque voluntas, licet sit aliquo modo passiua, vere tamẽ actiua sit iudicij practici, præcedet eius actus in genere causæ efficientis tale iudicium: sed eo posterior erit in genere causæ formalis: quia regulatur, mensuratur, & specificatur ab eo.

Solutio subtilior. Aliam nos solutionem longè subtiliorem, ac meliorem attulimus supra quæst. 19. art. 10. controuersia vnica. §. *Quarto obseruandum*, & in solutionibus argumentorum Suarezij contra quartã conclusionem, & colligitur ea solutio ex doctrina D. Thomæ 1. 2. quæst. 17. art. 1. quam hic repetere nõ est necesse.

Postremò sciendum est, posito in intellectu iudicio perfecto vltimo practico de aliquo eligibili in particulari, nunc eligendo, sequi necessariò necessitate suppositionis actum electionis in voluntate, nec posse voluntatẽ appetere, vel eligere contra tale iudicium, vt in dicta cõtrouersia late probauimus. Quod etiam probant, & explicant, ac sustinent *Capreolus* in 3. sentent. dist. 36. in solutionibus argumentorum contra primam conclusionem, & in 2. dist. 39. circa secundam conclusionẽ, & *Caietanus* 1. 2. quæst. 77. art. 2. & ibidem *Conradus*, & *Medina*.

Capreol.

Caietanus Conrad. Medina.

A *Conclusiones deductæ, & probatæ.*

PRima conclusio: In intellectu Angeli nulla fuit ante peccatum ignorantia, vel error. Hæc patet ex dictis.

Secunda conclusio: Primum Angeli peccatum præcessit inconsideratio negatiuè sumpta.

Tertia conclusio: Inconsideratio priuatiua non præcessit natura primum Angeli peccatum. Probatur primò. Quoniam hæc simul cum actu voluntatis vnum solum integrum peccatum constituunt. Secundò. Quoniam hæc inconsideratio mala non est, nisi quia voluntaria est, non est autem voluntaria, nisi per actum illum, quo suam Angelus excellentiam inordinate dilexit, & quo mouit intellectum ad actum iudicij, non mouendo ipsum ad consideratione diuinæ regulæ. Sicut ergo in nullo instanti naturæ malus est actus Angelicæ voluntatis, quo suam appetijt excellentiam, in quo non fit in eius intellectu inconsideratio priuatiua, sic nullum assignari potest instans, in quo negatio cõsiderationis in intellectu Angeli rationem habeat priuationis, & non sit appetitus inordinatus excellentiæ in voluntate, quamuis, vt antè diximus, iocundùm diuersa genera causarum se mutuo præcedant inconsideratio prædicta, & actus voluntatis. Sed hæc conclusio nostra loquitur de peccato respectu inconsiderationis priuatiuæ, & de instanti naturæ in quo, non autem à quo: cuius ratio, scilicet instantis à quo in solo causalitatis ordine posita est.

Quarta conclusio: In Angelo peccante iudicium inconsideratum præcessit in genere causæ formalis actum voluntatis, quo propriam appetijt excellentiam, sed in genere causę efficientis fuit eodem actu posterior. Hæc patet ex dictis in penultimo fundamento.

Vltima conclusio. Angelus non peccauit ex electione sciens, & prudens. Hæc est contra Sectum, Radam, & Molinam, ac alios recentiores. *Scotus. Rada. Molina.*

Probatur: Quia sequeretur, in iudicio Angeli verè fuisse errorem; iudicauit enim secundùm cõsilium esse appetendum, quod esse contra diuinam regulam, ac proindè malum moraliter intelligebat, & actu considerabat. Nam si tunc actu non considerabat id esse contra diuinam regulam, quia nihil de ea cogitabat, sed solum considerabat bonum esse diligere semetipsum, iam necessario præcessit inconsideratio, tanquam prima peccati radix, quod nos hucusque documus cum D. Thom. & eius discipulis: Nec aliud colligitur ex discursu Molinæ & Radæ pro vltimâ eius conclusione. *D. Thom.*

Ad cuius euidentiam scitoi electionem, quæ circa bonum aliquod singulare versatur, consequi ad intellectus practici discursum, qui ex duabus constat præmissis, altera vniuersali, puta bonum est agẽdum, & altera particulari, puta hæc actio hic, & nunc, &c. exercita est bona.

Ex quibus sequitur conclusio, quæ est vltimum iudicium intellectus, videlicet: ergo bonum est hic, & nunc operationem hanc exercere, & ex iudicio sequitur electio, & operatio. Ex his itaque fit argu-

argumentor; Vel ſecunda propoſitio ſingularis, quæ ſub vniuerſali ſumitur, eſt vera, vel eſt falſa: ſi vera eſt, aut hoc ideo eſt, quia actio cum omnibus ſuis circumſtantijs verè bona eſt, & vt bona cum omnibus circumſtantijs apprehenditur ab intellectu, & ita iudicium conſequens verum eſt, & electio, ac operatio bona: Vel ideò vera eſt, quia, licet actio hæc ſecundum vnam aliquam circumſtantiam mala ſit, ea tamen ab intellectu non conſideratur, ac proinde vera eſt propoſitio affirmãs, actionem illam ſingularem ſecundùm circumſtantias per intellectum apprehenſas, & conſideratas bonam eſſe, & ideò etiam iudicium de illa actione eligenda, & exercenda ſecundùm illas præcisè circumſtantias non eſt falſum, ſed verum formaliter, & obiectiuè loquendo.

Igitur iudicium illud, ex quo ſequitur electio mala, ſolam habet inconſiderationem, quo ad illã vnam circumſtantiam, ex qua reddit electio, & actio mala moraliter: ſi autem ſub ſumpta propoſitio ſingularis eſt falſa, iam in intellectu Angeli ponitur error ante peccatum, quod eſt abſurdum; prout etiam authores contrariæ ſententiæ confitentur.

Argumenta, & ſolutiones.

Bannes Zumellus

C Contra primam concluſionem ſunt argumenta, quæ referunt, & ſoluunt Bannes, & Zumellus, & alij ſupra notati.

Aureolus Capreol

Contra ſecundam, & quartam concluſionem, ſunt argumenta Aureoli, quæ refert, & tollit Capreolus in 2. ſent. diſt. 4. contra primam cõcluſionem. Sed, quia reſponſiones Capreoli non adeò ſunt perſpicuæ, nec forte ſufficientes, vt plenè quietent intellectum, ideo præcipua producenda ſunt hic argumenta, & per ſupra notata deluenda.

Primum igitur argumentum eſt: Si inconſideratio fuit cauſa, quare Lucifer peccauit, vel fuit à caſu, quod magis Lucifer habuerit iſtam inconſiderationem, quam vnus Angelus bonus multò imperfectior eo in naturalibus, aut ex conditione naturæ, aut ex voluntate ipſius nolentis conſiderare, quemadmodum voluntas alterius volebat conſiderare: Non primum; quia ſic Lucifer peccaſſet à caſu, quod eſt abſurdum; quia peccatum eſt in ijs, quæ fiunt à propoſito, & ex deliberatione: Non ſecundum; quoniam in eo fuere naturalia ſplendidiſſima, & conſideratio ſplendidior, ergo tertium; & ſic habeo propoſitum, quod prima radix peccati fuit in Angelo ex parte voluntatis, & non ex parte intellectus.

S. Thom.

Reſpondetur, primam radicem peccati Angeli fuiſſe voluntatem intensè conuerſam in bonum ſuum; quoniam, vt inquit S. Thom. in 3. contigem. cap. 120. & 1. ſent. diſt. 5. quæſt. 1. art. 1. cauſa inconſiderationis Angeli fuit intenſa conſideratio, & dilectio ſuorum naturalium, non autem voluntas nolens conſiderare conſideranda: proxima verò peccati cauſa fuit inconſideratio: nec tamen illa inconſideratio fuit primum Angeli peccatum, ſicut nec illa voluntatis intenſa cõuerſio ad bonum propriũ fuit primum eius peccatum, ſed cauſa peccati.

A Ad argumentum itaque dicitur primò ex concelſo, nihil aliud ſequi, niſi primam peccati radicem in Angelo eſſe dilectionem intentam ſuorum naturalium, non autem ſequitur proximam peccati cauſam non eſſe inconſiderationem; Ex amore namq; ſui intenſo mouit voluntas intellectum ad inteſam ſui conſiderationem, & conſequenter amouit, aut impediuit à conſideratione diuinæ legis, & è contra intellectus ſuo practico iudicio ſic inconſiderato mouit voluntatem ad amorem ipſius Angeli, & in hoc conſiſtit formaliter peccatum Angeli; iam enim diximus, actum voluntatis præcedentem, & iudicium inconſideratum ſe ſe inuicem præuenire, & ſubſequi ſecundum diuerſa cauſarum genera. Et ideo ſecundo dici poteſt, primã peccati radicem fuiſſe ex parte intellectus, & ex parte voluntatis ſecundùm diuerſa cauſarum genera.

B Secundum argumentum eſt: Si peccatum Angeli fuiſſet inconſideratio gratiæ, ſequitur illud non fuiſſe peccatum. Probatur ſequela: Quia appetere bonum ſub ratione illa, ſub qua eſt appetibile, nõ eſt peccatum: ſed beatitudo ſecundùm ſe, & ſecundùm propriam rationem eſt appetibilis, & non ſecundum rationem gratiæ; ergo appetere beatitudinem abſolutè non conſiderando gratiam non eſt peccatum.

C Confirmatur primò: Quia naturalis inclinatio eſt ad appetendum beatitudinem. Secundò confirmatur: Quia multum differt habere actũ electionis inclinatiuè circumſtantionatum priuatiue, & cõtrario, hoc eſt actum elicere circumſtantionatum circumſtantia oppoſita, & elicere actum præcisè carentem circũſtantia debita abſq; hoc, quod ſit ibi circumſtantia oppoſita, ſicut aliud eſt velle eſſe beatum ſine gratia priuatiue, vt gratia non cadat ſub electione, nec oppoſitum, & aliud eſt ſine gratia contrariè, quia oppoſitum cadit in electione, putà velle eſſe beatum ex propriis meritis; Ergo, licèt actus habens circumſtantiam oppoſitam ſit malus, & demeritorius, tamen actus, qui tantũ caret circumſtantia debita, non eſt malus, nec demeritorius, niſi vbi eſt obligatio ad ſemper eliciendum cum illa circuſtantia; tunc enim eſſet peccatum omiſſionis: ſed nullus viator obligatur in omni actu appetendi beatitudinem actu conſiderare gratiam; ergo. Tertiò confirmatur: Quia, ſi non ſẽper tenebatur cogitare de gratia, habetur propoſitum: ſi ſemper tenebatur; igitur primum peccatũ eius fuit omiſſionis, & non ſuperbiæ. Probatur ſequela: Quia, ſi non ſemper tenetur cogitare de gratia, licèt quandoque teneretur, & appetere beatitudinem in ſe non eſt de ſe malum, nõ videtur, quod appetere beatitudinem hoc modo ſit peccatum. Vltimò confirmatur: Quia, ſi peccatũ Angeli fuiſſet appetere beatitudinem cũ oppoſito gratiæ contrariè; igitur in eo vere fuiſſet conſideratio gratiæ, ſi verò tantùm priuatiuè, non peccauit.

Reſpondetur, nos non affirmare, inconſiderationem fuiſſe primum Angeli peccatum, ſed peccati cauſam: Et quia probatio ſequelæ militat etiã aduerſus hoc dictum, reſpondetur, falſam eſſe maiorem.

iorem. Quoniam, vt ait S.D. de Malo, quæst. 16. artic. 2. ad primum, Malum, vt ait Augustinus, non
D. Thom. Augustin. solum est priuatio speciei, sed etiam modi, & ordinis; & ideò dupliciter contingit in voluntate esse peccatum; Vno modo, quia tendit in illud, quod est malum simpliciter, quasi carens specie boni, sicut cum quis eligit furtum, vel fornicationem; Alio modo, cum quis vult id, quod est simpliciter, & secundùm se bonum, putà orare: vel medicari, sed tamen non tendit in illud secundùm ordinem diuinæ regulæ: Sic igitur in proposito Angelus primò peccauit, non malum, sed bonum simpliciter appetendo, & non secundùm ordinē, seu directionem diuinæ regulæ, siue sapientiæ; quam bonitas actus interioris non solum pendet ab obiecto, sed
S. Thom. etiam à ratione, & à lege diuina; vt probat S. Doct. 1.2. q. 19. art. 3. & 4.

Ad primam confirmationem negatur sequela primò, quia naturalis inclinatio est ad appetendū beatitudinem in communi, non autem in speciali: secundo, quia non est inclinatio naturalis ad appetendum beatitudinem secundùm hunc, vel illum modum; Quo fit, vt appetendo beatitudinem aliquis possit mereri, & demereri, vt probat S. Doct. de Verit. quæst. 22. art. 7.

Ad secundam confirmationem dico primò, falsum esse antecedens quo ad rationem peccati in vtroque actu; est enim actus vterque peccatū contra legem Dei, licèt vnum sit altero maius. Secundo dico viatorem, dum actualiter eligit, vel operatur teneri cogitare saltem virtualiter de gratia, & lege diuina, sicut tenetur omnia in Deum referre virtualiter, vt ait S.D. de virtutibus quæst. 2. artic. 11. Non potest autem quis in Deum omnia referre virtualiter, nisi aliquando seipsum, & omnia sua actualiter in Deo retulerit per actum plenè, & perfectè liberum, & deinceps intentio contraria non interuenerit. Et quoniam actus ab Angelo elicitus in secundo instanti fuit actus primus perfectæ libertatis, ac plenę deliberationis; ideo tenebatur tūc seipsum, & omnia sua actualiter in Deum referre cogitando actu de diuina gratia, & de lege, siue regula supernaturali à Deo per fidei lumē illi promulgata: & per hæc soluntur etiam tertia confirmatio.

Ad vltimum dico primò, peccatum Angeli fuisse in appetitione beatitudinis secundo modo, & tamen verè peccauit Angelus; quoniam appetendo sine regula, consequenter apperijt contra regulā, vt ante diximus cum Caietano. Secundò dico, pec-
Caietanus catum esse non solùm appetere contra regulam, & ordinem diuinæ legis, sed etiam sine regula, & ordine, vt ex D. Thoma, & Augustino probauimus.

Tertium argumentum est: Quoniam ex articulo Parisiensi fit: Intellectu existente in apice rationis, voluntas potest in oppositum; ergo dato, quòd Angelus summe gratiam consideraret, potuit per voluntatem elicere conformem, vel difformem actū; ergo inconsideratio non est radix peccati.

Respondetur primò, articulos Parisienses, quatenus tangunt doctrinam D. Thomæ, fuisse reuocatos. Secundò dico, articulum illum intelligendū esse de intellectu existēte in apice rationis quo ad vniuersalia principia, non autem quo ad particularia; vel quo ad vniuersalia, & particularia in habitu, & non in actu; vel de intellectu existente in apice rationis speculatiuè, non autem practicè; vel de intellectu stante in apice rationis per modū consilij, non autem per modū imperij: Alias glossas affert Caietanus, & alij expositores 1.2. quæst. 77. artic. 2.

Contra eandē conclusionem argumentatur Molina. Primò: Quoniam potissimum fundamentum Molin.
eorum, qui asseuerant, Angelum ex inaduertentia peccasse, est, quia sequeretur errorem in intellectu Angeli præcessisse peccatum Angeli; at verò id nō est necessarium; ergo peccatum Angeli non fuit ex inaduertentia profectum. Minor probatur: Quoniam, vt res mala moraliter appetatur, neque necessarium est, vt iudicetur bona moraliter, neque vt iudicetur bona simpliciter: sed satis est, si in ea conspiciatur, aut existimetur ratio aliqua boni vtilis, honesti, aut delectabilis, ratione cuius appetatur; igitur absque vllo errore in intellectu potest quis appetere rem mala moraliter, putà fornicationem eo ipso, quod eius menti repræsentatur, vt bonum delectabile, sicut re ipsa est, esto simul iudicetur mala moraliter, & à Deo prohibita: ergo eodem modo Angelus potuit absq; vllo errore in intellectu appetere primò id, quod erat malū moraliter, & quod videbatur à Deo esse prohibitum eo ipso, quod eluceret in eo bonum honoris, aut quod vis aliud, &c.

Respondetur, falsam esse minorem, vt ostendimus in probatione vltimæ conclusionis. Ad probationem dico, eo ipso intellectum errare, quod rem esse malam moraliter considerans iudicat eam esse appetendam; est enim hoc iudicium erroneum. Quod si non consideret circumstantiam, aut rationem illam, ex qua res illa est mala moraliter, iā, ex inaduertentia, seu inconsideratione peccabit, & non appetet malum moraliter, sed bonum, vt cō, appetibilem.

Secundò: Quia in peccato ex inaduertentia vix, tanta culpa intelligi potest, quantā oportet agnoscere in peccato, propter quod Lucifer, sic à Deo proiectus, punitusq; est, & quantam scripturæ locis citatis, 5. Esaiæ 14. & Ezech. 28. in quibus superbia Luciferi describitur, innuunt; ergo. Eodem argumento latiùs explicato vtitur Valentia punc-
Valentia to tertio.

Respondetur, falsum esse antecedens; quoniam, licèt inaduertentia fuerit vna peccati radix, non tamen in ea consistit peccati ratio formaliter, sed in electione, & sui dilectione inordinata propter omnium ordinem diuinæ regulæ; Quod quam enorme sit crimen, ex hoc elucet, quod hoc modo seipsum diligendo, Deum contemnit, & seipsum vltimum finem constituit. Loca verò illa scripturæ, quæ consideationem, & contemptum expressum diuinæ regulæ sonare videntur, ad ea solum significāda scripta sunt, quæ in actu illo dilectionis, siue electionis continebantur implicitè: Nam, quia propriam excellentiam cum inconsideratione

ne diuinæ regulæ priuatiua dilexit Angelus, quod idem eſt virtualiter, quod velle non ex Dei miſericordia, ſed ſuis viribus beatitudinem, benè dicebat Caietanus, modum illum in obiectum redundare, ac proindè prævaricatores Angelos hoc obiectum moraliter malum interpretatiuè voluiſſe, quod eſt propriis viribus habere beatitudinẽ, & non à Deo. Hanc itaq; modi redundantiam in obiectum, & virtualem, ac interpretatiuam malorum Angelorum appetitionem explicant diuinæ litteræ locis ſupra notatis.

Caiet.

Tertiò: Quia par eſt ratio de Angelis, & de primis parentibus, ſcilicet Adam, & Eua; at neuter peccauit ex inaduertentia; ergo, nec Angelus. Probatur Minor: Quoniam Euæ priùs diabolus propoſuit, *Cur præcepit vobis Deus, &c.* Quod idem affirmant de Adamo Auguſtinus 14. de Ciuit Dei cap. 11. Anſelmus in illa verba Pauli 1. ad Timot. 2. *Adam nõ eſt ſeductus*, & Beda in collectaneis. Quod autem ſit eadem ratio de Angelis, id affirmat (inquit) Hieronymus in illa verba Iob; *Si ſubitò apparuerit Aurora*, & Anſelmus de caſu diaboli cap. 23. & Bernardus ſermone primo de Aduentu, vbi ex perſona fil. j Dei, ſic ait: *Non in affectum malitiæ, & nequitiæ tranſiſſe Angelos, & ſeruos, neque ex ignorantia aliqua, ſeu infirmitate peccaſſe.* Immò eam rationem reddunt Gregorius lib. 4. Moraliũ cap. 12. & Iſidorus lib. 1. de ſummo Bono capit. 12. & alij, quare homo ad pœnitentiam fuerit admiſſus, Angelus verò non item, quòd homo ex infirmitate peccauerit, Angelus verò minimè: at, ſi Angelus ex inaduertentia peccauit, ratio, quam Patres illi reddunt, nulla eſſet. Probatur ſequela: Quoniã inaduertentia non minùs, quàm infirmitas, immò magis excuſat à culpa.

Genes 3. Auguſt. Anſelmus

Beda.

Hieron.

Bernard.

Gregorius Iſidorus

Reſpondetur primò, non eſſe parem rationem de Angelis, & de primis parentibus, & ideo falsã eſſe maiorem. Ad probationem dico primò, dicta ſanctorum relata noſtram ſententiam confirmare, & maiorem illam manifeſtè deſtruere. Secundò dico, differentiam illam inter primorum parentũ, & Angelorum peccatum à Sanctis Patribus conſtitutam, quod illi ex infirmitate, hi verò non ex infirmitate, ſed ex malitia peccauerunt, non eſſe intelligendam de infirmitate, pro vt extenditur etiã ad eam, quæ eſt ex inconſideratione, vel ignorantia, ſed de ea ſolum, quæ eſt humanæ carni congenita, & de malitia dumtaxat, quæ talem excludat infirmitatem, vt ſanctus Gregorius in cap. 9. dicti quarti libri perſpicuè declarat his verbis: *Duas verò ad intelligendum ſe creaturas fecerat, Angelicam videlicet, & humanam: vtramque verò ſuperbia perculit, atque ab ſtatu ingenitæ rectitudinis fregit, ſed vna tegmen carnis habuit, alia verò nihil infirmũ de carne geſtauit; Angelus namq; ſolummodo ſpiritus, homo verò, & ſpiritus eſt, & caro: miſertus ergo Creator, vt redimeret, illam ad ſe debuit reducere, quam in perpetratione culpæ ex infirmitate aliquid conſtat habuiſſe: & eã amplius debuit apoſtatam Angelum repellere, quòd, cum à perſiſtendi fortitudine corruit, nihil infirmum ex carne geſtauit.* Hæc ibi. Quod idem proſequitur, & explicat in ſubſequenti cap. 11. & alibi. Affirmant igitur Gregorius, & alij Angelum non ex infirmitate, ſed ex malitia peccaſſe, quia, cum in ſui creatione notitiam naturalium, ac ſupernaturalium acceperit excellentem, & in Deum conuerſus in primo ſuæ creationis inſtanti fœlicitatis æternæ præmium ſibi promeuerit, nec fuerit, ſicut homo, carnis infirmitate circumdatus in inſtanti mox ſubſequente in ſemetipſum tanta ſit amoris intenſione conuerſus, vt conſideratione diuinæ legis abiecta, & Deo creatore contempto, propriam, vt vltimum finem, excellentiam appetierit ſuis viribus conſequendam: Quæ mirum in modum Angelici criminis acerbitatem exaggerant.

S. Gregor.

Secundò dico, falſam eſſe minorem argumenti. Ad cuius primam probationem dico, Euam diabolo proponente, conſideraſſe præceptum; ſed, cũ ad Dei ſimilitudinem à dæmõne propoſitam perſcientiam boni, & mali conſequendam inclinauit affectum, præcepti conſiderationem abiecit, atq; ideo diuinam appetendo ſimilitudinem cum tali inconſideratione peccauit. Quod ſatis aperte ſignificat S. D. ſecunda ſecundæ quæſt. 63. articulo primo, & quarto: quo etiam modo mulierem ſuggerente peccauit Adam. Verba autem Apoſtoli: *Adam non eſt ſeductus, &c.* non ita ſunt accipienda, quaſi nulla prorſus Adam ſeductione peccauerit; ſed quia, cum vtriuſq; peccatum, & ſeductionem elatio præceſſerit, mulier ſeducta fuit ignorantia in vniuerſali, quia ſcilicet ſerpenti credidit falſa ſuggerenti, ſed Adam verbis ſerpentis fidem non adhibuit, ſed fuit in particulari deceptus, credendo gerendum eſſe morem vxori cum ea comedendo, & culpam diuinæ benignitatis indulgentia ſibi fore remittendam, vt ait Sanctus Doctor, in ſuo commentario, & ſecunda ſecundæ, quæſt. 163. articulo quarto.

S. Thom. 2. ad Tim. 2.

Contra eandem concluſionem argumentatur Valentia. Primò: Angelus peccare potuit ex errore quodam practico per meram ſuam libertatem, de induſtria eligendo bonum aliquod delectabile, poſtpoſito bono honeſto conſentaneo rectæ rationi; ergo potuit peccare abſque vlla incogitantia.

Valentia.

Probatur antecedẽs primò, quoniam, vt ſic peccaret, non erat neceſſe ipſum errare errore ſpeculatiuo, ſed ſolum errore practico, ideſt difformi rectæ rationi, & appetitui recto: quo genere erroris omnis peccans errat hoc ipſo, quod eligit malum, atq; adeò etiam Dæmon, cum peccat. Secundò: Homo ſine vlla ignorantia, aut incogitantia, aut errore ſpeculatiuo, aut habitu prauo, aut prava paſſione hoc ipſo ſolum, quod eſt liber, & vt ſuam libertatem experiatur, poteſt minùs bonum, putà vtile, vel delectabile anteponere honeſto, & eatenus ex malitia peccare: ergo etiam Angelus, cum ſit quoque liber, poteſt eligere aliquod bonum ſibi delectabile, neglecto præcepto aliquo diuino, vt ſi, v. g. delectetur Dæmon admittendo ab Idolatris honores diuinos, vt bonum quoddam ſibi iucundum.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens. Ad primã probationem dico, errorem practicum duplicem eſſe.

eſſe, alterum antecedentem actum voluntatis, & peccantis, & de hoc falſum eſt, omnem peccantē errare, alterum concomitantem actum peccati, & ad talem errorem pertinet inconſideratio priuatiua, quæ fuit in Angelo ſimul cum electione, & actu peccati: & de hoc verum eſt, Angelum primò peccantem erraſſe; quia ex inconſideratione, quæ primò fuit negatiua, deindè priuatiua, peccauit, eligendo ſ. abſq; conſideratione, & ordine diuinæ regulæ propriam excellentiam. Secundò dico, errorem illum practicum, qui in omni peccante reperitur, non opponi rectitudini intellectus ſecundum ſe, quæ rectitudo pendet ex ſolis terminis: ſed opponitur rectitudini intellectus, vt moti ab appetitu; hæc autem non pendet ex connexione terminorum præciſè, ſed pro vt eſt conformis appetitui recto, inxta dictum illud Ariſt. in ſexto Ethic. *Verum intellectus practici eſt confeſſe ſe habere intellectui recto.* Et hæc eſt rectitudo prudentialis, cui opponitur obliquitas, ſiue error electionis, qui claditur in omni peccato: Nos autem loquimur de errore intellectus ſecundum ſe, qui præuenit actum electionis.

Ariſt.

Ad ſecundam probationem negatur antecedēs de primo peccato; eo namq; ipſo, quod ſuam vult experiri, aut exercere libertatem, contempto diuino præcepto, ſi nullus præcedit habitus prauus, aut paſſio mala, neceſſe eſt, vel errorem eſſe in intellectu; quia, ſcilicet æſtimat bonum eſſe, contra diuinam legem ſuam exercere libertatem, vel in eo ſaltem eſſe incogitantiam; quia ſ. ſolum apprehendit eſſe bonum ſua nunc vti libertate, nihil autem cogitat de lege diuina: cum autem antè peccatum nullus eſſe poſſit error in intellectu; quoniā, vt ait Auguſtinus, *error eſt pœna damnati*, ſequitur, primum tam hominis, quàm Angeli peccatum ex inconſideratione proceſſiſſe.

Auguſtin.

Secundò ſic arguit Valentia: Natura Angelica, ità præſtans eſt, vt facillimè potuerint Angeli omnia circumſpicere, quæ ad rem attinebant, præſertim eo tempore, quouſque adeò multum ipſorum id inter erat, & proximè ante in primo inſtanti ſuæ creationis habuerant actualem conſiderationem beatitudinis ſupernaturalis, & Dei, vt obiecti illius; igitur non eſt credibile, eos illicò in ſecundo inſtanti fuiſſe eius ſuæ conſiderationis oblitos, quando præſertim, tam fructuoſum eis erat in eā beatitudinem ſe, & omnia referre.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam; vt. n. diximus ex D. Thom. Angeli in ſecundo inſtanti, quod fuit plenæ libertatis, ſemetipſos adeò intensè dilexerunt, vt ex ea dilectione inconſideratio, & ex inconſideratione dilectio ſequuta fuerit inordinata; hæc enim ſe inuicem præueniunt ſecundū diuerſa genera cauſarum.

D. Thom.

Tertiò: Angeli ſecundum plerosq; Thomiſtas in ſecundò inſtanti pleniorem habuerunt deliberationem, quàm in primo, & idcircò, qui perſtiterūt in bono, perfectiùs meruerunt beatitudinem per illam pleniorem deliberationem, dum. ſ. mali plenius etiam deliberantes peccauerunt in ſecundo inſtanti: non eſt igitur verisimile, quod tunc mali habuerint aliquam incogitantiam.

A Reſpondetur primò, dupliciter intelligi poſſe pleniorem deliberationem in Angelis fuiſſe in ſecundo inſtanti: Vno modo, vt nomine deliberationis intelligatur libertas; & ità verum eſt fuiſſe pleniorem deliberationem, ideſt libertatem in Angelis in ſecundo inſtanti.

Alio modo, vt eo nomine intelligatur conſultatio, ſiue conſilium, & cogitatio, & ità falſum eſt fuiſſe pleniorem deliberationem in Angelis in ſecundo inſtanti. Secundò dico, argumentum hoc, & præcedens aduerſus authorem fortiùs militare; ex tactis enim conditionibus, & circumſtantijs ſequitur, minùs eſſe probabile, Angelos in ſecundo inſtanti rem ſecundum ſe ipſam malam moraliter appetere potuiſſe, quàm ex incogitantia deliquiſſe. B

Quartò: Si Angeli ſolùm ex parte modi per incogitantiam peccaſſent illo modo, ſequeretur eos non peccaſſe verè peccato ſuperbiæ. Probatur ſequela: Nam ille actus amandi ſe, ſine humili relatione propriæ perfectionis in Deum, & in ſupernaturalem beatitudinem, ne ex parte quidem modi habere videtur poſitiuè aliquam excellentiam excedentem id, quod Angelo debetur; ſed ſolum videtur in eo eſſe quidam defectus humiliatis: At non eſt neceſſe, vt actus, qui non eſt humilis, ſit eo ipſo ſuperbus; cum ſuperbia, & humilitas nequaquam opponantur contradictoriè, vt inter illa, non poſſit eſſe medium. C

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam. Ad probationem dico, actum illum, quo ſuam Angelus amauit excellentiam, modum habuiſſe poſitiuum humilitati contrarium; quia nimirum ex appetendi modo proprijs viribus voluit eſſe beatus, & per ſe, modaliter tamen, Deum contempſit, vt antè diximus.

Contra eandem concluſionem argumentatur Vaſquez: Primò: Angelus peccare non potuit ex inconſideratione, niſi tranſgrederetur præceptum aliquod, quo deberet appetere beatitudinem ex conſideratione expreſſa diuini auxilij; at tale præceptum Angelus non habuit; ergo appetens beatitudinem ſine conſideratione diuini auxilij non peccauit. Minor probatur: Quoniam, aut tale præceptum fuit naturale, hoc eſt ex ipſa natura rei ortum, quamuis eſſet de obiecto ſupernaturali, aut fuit poſitum Angelo ſola Dei voluntate; at neutrū eſſe potuit: ergo. Vaſquez. D

Probatur hæc minor, quo ad priorem partem; quod, ſcilicet non poterit eſſe præceptum naturale: Quia præceptum deſiderandi beatitudinem debito modo ad hoc ſolum obligat, vt illam expreſſè non deſideremus adipiſci, ſine auxilio Dei ſolis noſtris viribus. Et probatur hoc aſſumptum: Quia quotidiè deſideramus nos eſſe beatos, & Deum clarè intueri, nihil conſiderantes de gratia Dei, cuius auxilio eam adepturi ſumus. Deindè probatur ſecunda pars minoris, videlicet, tale præceptum non fuiſſe poſitiuum: Quia, nec ratione, nec authoritate probari poteſt tale præceptum impoſitum fuiſſe Angelo; quinimmò ex Patribus nonnulli expreſſè docent, Angelum cecidiſſe, nullo E

fibi

sibi impoſito præcepto. Ita docent Origenes lib. 3. Origenes Chriſoſt.
in Epiſt. ad Rom. in illud cap. 3. *Scimus autem, quoniam quæcunque lex &c.* Chriſoſtomus Tom. 1. in Hom. de Adam, & Eua antè medium, & Homilia de lapſu hominis, circa principium.

Reſpondetur, falſam eſſe maiorem. Licèt enim peccatum Angeli ex inconſideratione proceſſerit, non tamen fuit, formaliter inconſideratio; ſed ſuperbia in amore propriæ excellentiæ radicata, & ideo non oportuit Angelo dari ſpeciale præceptum de conſideratione diuinæ regulæ, vt dici valeat ex inconſideratione peccaſſe, ſed ſatis fuere præcepta ad legem naturæ pertinentia de Deo ſuper omnia diligendo, de actibus prudentiæ, & humilitatis; in his enim includitur virtualiter præceptum de conſideratione actuali diuinæ regulæ, præſertim in primo electionis actu plenè deliberato, q̃ fuit ſecundum inſtans vitæ Angelorum; in alijs verò ſufficit conſideratio virtualis, vt ante diximus. Et per hoc ſoluuntur obiectiones illæ de quotidiano deſiderio beatitudinis abſq; conſideratione diuinæ gratiæ, ſiue regulæ, & de actu dilectionis in primo inſtanti.

Secundò: Vel illa inconſiderantia talis fuit, vt nulla omninò præceſſerit cogitatio eius, quod conſiderare debebat Angelus; nempè beatitudinē deſiderandam tantum eſſe ex Dei auxilio, vel aliqua ſaltem in vniuerſum proceſſit cogitatio illius; Si nulla omninò, nec in vniuerſum præceſſit cogitatio de illa re, non potuit talis inconſideratia, aut opus ex illa ad culpam imputari.

Quod probatur: Quoniam, vbi nulla præceſſit de aliqua re cogitatio, non poteſt culpæ imputari, operatio, quę ex illa, aut cum illa fit ratione ipſius inconſiderantiæ; quia per conſultationem, aut libertatem non poteſt homo ſeipſum reducere ad primam conſultationem: ſi verò aliqua præceſſit in Angelo conſideratio diuini auxilij, ſaltem confuſe, & in vniuerſum, ſequitur non peccaſſe Angelum ex inconſiderantia.

Reſpondetur, præceſſiſſe in Angelo conſiderationem diuinæ regulæ, & auxilij in primo inſtanti, in quo fidem habuit, & credidit, & conuerſus eſt in Deum: ſed in ſecundo inſtanti illam omiſit, atque ita ex inconſideratione peccauit. Replica.

Sed inſtat Vaſquez dicens, hoc reſponſum eſſe parui momenti: Quoniam Angelus dum in primo inſtanti conſideraſſet neceſsitatem diuini auxilij, aut conſideraſſet etiam aliquo modo neceſſarium eſſe in ea conſideratione permanere, & ita ceſſans ab ea non peccaſſet ex inconſiderantia; aut non cōgitauit vllo modo neceſſariū eſſe in ea cogitatione permanere, & ita redit eadem difficultas ſuperius poſita. Soluio.

Reſpondetur, Angelum in primo inſtanti cogitaſſe, neceſſariam eſſe perſeuerantiam in obſeruātia diuinæ legis, præſertim quoad præcepta charitatis, humilitatis, & prudentiæ, in qua cogitatione continetur implicitè cogitatio de neceſsitate conſiderationis diuinæ regulæ, ſicut etiam in obſeruantia dictorum præceptorum, pro inſtanti plenæ deliberationis continebatur implicitè neceſsitas conſiderationis diuinæ regulæ. Et per hæc ſoluitur argumentum.

Nam ex cogitatione virtuali de neceſsitate cōſiderationis diuinæ regulæ in primo inſtanti habita non ſequitur, eam in ſecundo inſtanti exhiberi, conſiderantia non peccaſſet.

Contra eandē concluſionem arguimentatur Rada. Primò: Quando Angelus peccauit, aut ratio dictauit eſſe efficaciter conſiderandum de cōditionibus electionis, vel voltionis, & de circumſtantijs, aut non dictauit; & non dictauit hoc, vel iudicauit, tunc volūtas nullo modo potuit mouere intellectum efficaciter ad conſiderandum de huiuſmodi conditionibus; quia ſecundùm contrarium ſentientes nihil poteſt, niſi ſecundùm iudicium rationis, & per conſequens non fuit voluntas ad hęc obligata, nec peccauit: ſi ratio dicauit efficaciter conſiderandum, ergo voluntas mouit intellectum efficaciter ad conſiderandum, &c. Rada.

Reſpondetur, rationem ſiue intellectum tunc non dictaſſe eſſe efficaciter conſiderandum. Ad argumentum contra hanc partem negatur illatio. Ad eius probationem dico, iudicium rationis de conſideranda regula diuina fuiſſe in poteſtate voluntatis, immò illud in primo inſtanti habuiſſe virtualiter, & implicitè modo ſuperius explicato, ſed ex appetitu propriæ excellentiæ nūm̃ in ſecundo illud omiſiſſe, vt ante diximus.

Secundò: Illa inaduertentia aut fuit imputabilis, aut non: ſi fuit, ergo ipſam præceſſit malitia voluntatis, & peccatum Angeli; ſi non fuit imputabilis, ſicut etiam ignorantia inuincibilis; ergo nec actus voluntatis ſequens illam inaduertentiam fuit imputabilis, nec culpabilis, & ſic Angelus nō peccauit.

Reſpondetur, fuiſſe imputabilem. Ad argumentum contra hanc partem, negatur illatio; quia iudicium intellectus cum illa inconſideratione, & actus voluntatis ſe mutuò præcedunt, & ſequuntur ſecundùm diuerſa genera cauſarum. Inſtantia.

Sed inſtat Rada. Primò: Quia licèt voluntas poſsit eſſe iudicij practici cauſa imperando intellectui, vt cognitionem rei agendæ inquirat, hoc tamen eſt per actum præcedentem illum, qui iudicio regulatur, nam hæc abſolutè eſt poſterior iudicio practico; cuius non ſolum eſt regula cognitio practica, ſed etiam cauſa efficiens; cognitio enim ad actum voluntatis efficaciter concurrit; igitur operatio voluntatis ſequens iudicium practicum non poteſt eſſe cauſa iudicij practici, à quo regulatur, & dirigitur. Secundò: Cum voluntas Angeli in eius dilectione verſabatur, quæro, an ratio dictabat efficaciter inquirēdas eſſe omnes dilectionis illius circumſtantias, nec ne? & arguatur, ſicut prius argutum eſt.

Reſpondetur, in vno, & eodem actu iudicij intellectus plures actus iudicij virtualiter contineri; ſicut etiam in vno, & eodem actu electionis voluntatis pures virtualiter electiones continentur, vt ſupra quæſt. 19. art. 10. oſtendimus ex D. Thoma, & Caietano; & ideo idem actus iudicij ſecundùm vnam ſui rationem, ſiue actum præcedit a- S. Thom. Caiet.

ctum electionis secundùm vnam eius rationem, & ad eandem sequitur secundum alteram eiusdē rationem, vel actum eius virtualem. Et hoc solū probat prima instantia Radæ.

Ad secundum dico, tunc rationem non dictasse inquirendas esse omnes circumstantias, & præsertim regulam diuinam, sed quod hoc ratio non dictauerit, fuit in causa voluntas, quæ potuit, & debuit applicare intellectum ad prædictæ regulæ cōsiderationem: sed ab ea applicatione semetipsam impediuit, aut etiam abstraxit per intensam propriæ excellentiæ dilectionem.

Rada. Contra vltimam conclusionem argumentatur Rada: Angelus non peccauit ex errore, nec ex ignorantia, nec ex inconsideratione, nec ex passione; ergo ex electione.

Respondetur, Angelū ex inconsideratione peccasse, nec oppositum probauit Rada.

Rada.

Secunda Controuersia,

De veritate secundæ Conclusionis D. Thomæ,

An scilicet Angelus appetierit esse, vt Deus per æqualitatem perfectam, & naturalem.

Sententiæ Doctorum.

Scotus, Scotus in 2. sent. dist. 6. quæst. 1. docet, Angelum potuisse peccare perfectam sibi, & naturalem cum Deo æqualitatem appetendo. Sententiā hanc

Rada. sequitur, & explicat Rada quatuor propositionibus. Prima est: Nullus potest absoluta, & efficaci voluntate velle impossibile, cognitum, vt impossibile. Secunda: Obiectum per se impossibile potest appeti volitione inefficaci, & conditionata, saltē propter aliud, seu per accidens, quando videlicet, posito illo impossibili, sequitur aliud, quod absolutè est possibile, & conueniens. Tertia: Potest voluntas appetere obiectum simpliciter, & absolutè impossibile, secluſa coniunctione ad aliud, volitione conditionata. Quarta: Volitione simpliciter efficaci non potuit Angelus appetere per se æqualitatem Dei per naturam, benè tamen volitione conditionata.

Molina. Eandem sententiam, vt probabilem, sequitur, & tuetur Molina membro tertio suæ disputationis ad hunc articulum dicens, eam non pugnare cum sententia D. Thomæ; quia S. Thom. loquitur de primo peccato Angeli, & de voluntate absoluta, & efficaci, Scotus autem nec loquitur de primo peccato Angeli, nec de voluntate absoluta, & efficaci, sed de conditionali, & inefficaci ad imperanda media ad exequutionem. Quæ voluntas inefficax, & conditionalis velleitas consueuit nominari, sufficitque ad peccatum. Eandem sententiam sequitur, & tuetur Vasquez disp. 234. cap. 2. addens in

Vas. quez tertio cap. non esse certum, Angelum primò peccasse appetitu æqualitatis cum Deo secundùm naturam.

Sed oppositam huic opinioni sententiam statuit

a Thomas S. Thom. sua secūda conclusione dicens, Angelum nec appetijsse, nec appetere potuisse Dei similitudinem per æqualitatem perfectam. Quam sententiam explicant, & defendunt tam veteres, quàm recentiores omnes Thomistę, quos etiam sequitur Valentia puncto tertio, & Malonius dist. 4. disputat. 2. Affirmat tamen Capreolus in 2. sent. dist. 4. quæst. 1. ad argumenta contra secundam conclusionem, probabile esse, voluntatem posse appetere obiectum simpliciter impossibile cōditionata volitione: Quæ est expressa sententia D. Thomæ de Malo, quæst. 16. art. 4. ad 9. Quam sequitur Zumel

Valentia. Capreolus. Zumelius. lius in sua prima quæst. ad hunc articulum addens tria. Primum est, æqualitatem Dei appeti posse à voluntate purè conditionata absque determinatione voluntatis tàm propter se, quàm propter aliud. Secundum est, creaturam posse appetere hāc æqualitatem propter aliud etiam cum determinatione voluntatis. Tertium est, peccatum Angeli nō fuisse, neque fortè esse potuisse appetitum diuinæ æqualitatis per essentiam, aut æquiparātiam. Quæ loquendi forma significat, propositionem hanc sibi non esse omnino certam.

Resolutio.

Impossibile simpliciter, vt sic, appeti non posse probatur ex propria ratione boni, & appetibilis, & distinguitur nomen impossibilis.

C Vm Angelum esse Deum sit impossibile simpliciter contradictionem implicans manifestè, tota propositæ controuersiæ difficultas in ea posita est, vt videamus, num possit, Angelica, vel humana voluntas aliquod impossibile, tamquam bonum appetere. Cuius determinatio difficultatis ex propria ratione boni, & appetibilis sumenda est. Diximus autem supra quæst. 5. art. 2. rationem boni formaliter in rei perfectione consistere, quatenus est alterius rei perfectiua per modum finis, vel medij ducentis ad finem. Non intelligitur autem aliquid alterius esse perfectiuum, nisi quatenus illi confert aliquod esse: igitur ratio boni, & D consequenter etiam appetibilis per actum voluntatis dicit ordinem ad esse. Et quia nihil potest appetere voluntas, nisi præuia intellectus apprehensione vera, vel falsa, duas appetibili, seu volibili necesse est inesse conditiones. Prior est, vt existat, aut inexistat actu, vel potentia; appetit enim volitas diuitias, dignitates, honores, & virtutes non absolutè, & abstractè consideratas, sed prout ordinem habent ad existentiam, ideſt vt insint, & actu perficiant. Posterior est, vt intellectus illud apprehendat, & iudicet verè, vel falsò tamquam bonū, & appetibile: nihil enim differt, vt ait Philoto-

Duæ appetibilis conditiones. phus in 2. Phys. esse, aut apparere bonum. Cū itaq; E bonum, & appetibile, quatenus tale, dicat ordinē ad esse, necesse est etiam, antequā appetatur, prius apprehendi, & iudicari per intellectū, vt existens, aut inexistens, & vt conueniens appetenti, vel alteri, cui appetitur, actu, vel potentia: sub tali verò ratione, scilicet existentis, vel inexistentis, aut conuenientis nequit apprehendi per primam, & simplicem nostri intellectus operationem. Intellectus enim speculatiuus non mouet; quoniam, vt ait Arist. in 3. de Anima tex. 46. nihil speculatur agibi-

Arist. le,

le, neque dicit de fugibili, & perſequibili. Solus igi A tur intellectus practicus mouet appetitum, quia ſolus apprehendit bonum, & appetibile, tamquã prosequibile, iudicans, & dicens illud esse appeten ti conueniens, & prosequendum. & eius oppositũ fugiendum: dicere autem hoc esse conueniens, & prosequendum, ad intellectum attinet componen tem, & affirmantem vnum de altero, ac proindè res existens, & conueniens vt sic, complexum qđ dam est, circa quod secunda versatur nostri intellectus operatio. Et quia cuilibet verè, ac simpliciter impossibili repugnat existere, eo quod esse pariter implicet, & non esse, ideò impossibile vt sic, non est appetibile, sed illud tantum, quod possibi B le est.

Sed, quoniam impossibile duplex est, & appeti à voluntate potest vtrumque pluribus modis, necesse est tàm impossibile, quàm modos appetitionis eius accuratè distinguere, & explicare. Est igitur impossibile duplex, alterum per se, & alterum per accidens. Impossib le per se nũcupatur, quod per se, siue ex rationibus suorum terminorum cõtradictionem inuoluit; sicut lapidem esse hominẽ, & hominem esse Angelum, & Angelum esse Deũ; quod etiam dicitur impossibile simpliciter; quia non hoc tantum loco, vel tempore, vel respectu, aut hypothesi est impossibile simpliciter, sed in quocumque statu, & ex natura sua est impossibile. Illud autem dicitur impossibile per accidens, quod non ex rationibus terminorum, aut ex sui natura, sed ex hyppothesi tantùm est impossibile; vt Petrum non peccasse; non enim implicat absolutè, Petrum non peccasse, sed eius peccato supposito, iam impossibile est eum non peccasse.

Impossibile duplex.

Distinguitur appetitio in absolutam, & conditionatã, & explicantur earum rationes, & modi.

Appetitio duplex.

APpetitio verò duplex est: quædam absoluta, & efficax: quæ scilicet ad actum mouet impetij respectu mediorum, quæ iudicat intellectus op portuna ad bonum sic absolutè conceptum assequendum.

D

Quædam autem est appetitio conditionata, siue ex suppositione cõditionis, videlicet si id, quod appetitur, esset possibile, vt me nunquàm peccasse, si fieri posset. Et hæc communi Theologorum, & Philosophorum consensu nuncupatur velleitas: de qua S. Doct. quæst. 16. de Malo, ar. 3. ad nonum, ita loquitur: *Voluntas, quæ dicitur esse impossibilium, non est perfecta voluntas tendens in aliquid consequendum, quia nullus tendit in id, quod existimat impossibile, sed est quædam imperfecta volũtas, quæ dicitur velleitas; quia scilicet aliquis vellet id, quod existimat impossibile, sub hac conditione, si possibile esset: talis autẽ non est voluntas auersionis, & conuersionis, in qua meritum, & peccatum consistit.* Hæc ibi: Quæ verba refert etiam Capreolus in allegata distinct. 4. quæst. 1. ad argumenta contra secundam conclusionem. Eandem doctrinam tradit expresè S. D. in 1. 2. q. 13. art. 5. ad primum.

D. Thom.

Capreolus

Velleitas duplex.

Sed obseruandum est diligenter, appetitionem

Non esse verum vniuersaliter dictum illud Vasquezij, videlicet, nullum actum elicitum voluntatis præsentem esse conditionatum.

ADuerte tamen hic duo diligẽter. Primum est, non esse simpliciter admittendum dictum il

lud vniuersale Vasquezij in 1.2.disp.42.cap.3. videlicet nullum actum voluntatis elicitum præsentem posse esse conditionatum, sed omnem huiusmodi actum esse absolutum.

Cuius dicti duas affert rationes. Prima est; qm omnis actus voluntatis verbo significatur indicatiuo, scilicet volo. Secundum est: quia non sufficit verum sub conditione ad actum intellectus, nec visibile sub conditione ad actum visus; Ergo nec bonum sub conditione sufficit ad actum voluntatis. Potest enim dictum illud dupliciter intelligi: Vno modo de conditione se tenente ex parte volitionis, & ita certum est, nullum esse posse voluntatis actum præsentem, qui sit merè conditionatus: immò contradictionem implicat esse voluntatis actum, & esse merè conditionatum tali conditione: Nihil enim aliud est, actum voluntatis esse cõditionatum conditione se tenente ex parte actus, quàm actum voluntatis verè nõ esse, sed solum esse futurum, si ponatur cõditio, putà si ponatur hic actus esse merè conditionatus: Vellem voluptatẽ venationis, si mihi liceret: cum enim hic actus ex conditione pendeat, quæ non est, nec ipse potest actu esse: quia nunc non extat conditio; & tamen supponitur actu esse: Implicat igitur cõtradictionem esse talem actum voluntatis merè conditionatum, qui scilicet nullum implicet actum absolutum. Alio modo potest intelligi dictum illud Vasquezij de actu conditionato conditione se tenente ex parte obiecti: & ita falsum est, nullum actũ voluntatis præsentem esse posse conditionatum. Primo: quoniam intellectus potest habere actus assensus, & iudicij cõditionatos conditione se tenente ex parte obiecti, vt patet de hac propositione ab intellectu formata: si homo volaret, haberet alas, si Petro dederis agrum, iustum est, vt det tibi pecuniam, igitur eadem ratione potest voluntas actus habere conditionatos conditione se tenente ex parte obiecti; potest enim Petrus appetere volatum sub hac conditione, si esset possibile; hoc n. quod est esse possibile, rationem quandam dicit bonitatis; possibile namq; conditionale dicit ordinem ad esse sub conditione.

Cum igitur appetit Petrus volare, si esset possibile, conditio illa: *si esset possibile*, tollit repugnantiam, quam habet hoc complexum, quod est Petrum volare, ad esse, & ad bonitatem, & consequẽter ad appetibilitatem, possibile namq; etiam merè conditionale, quia ponit esse, bonitatem, & appetibilitatem sub conditione obiectum ẽt constituit voluntatis, quæ fertur in omne bonum: est aũt nõnullum actum bonum, licèt valdè diminutum, esse bonum sub conditione sicut, & verum sub conditione quoddam est actum verum: Esse autem rẽ eandem rationem de intellectu, & de Voluntate patet, quoniam æqualis amplitudinis habent obiecta.

Secundò probatur eadem veritas: Quia secundùm leges tam ciuiles, quàm canonicas multi fiũt contractus, & consensus conditionati, sicut cũ Sacerdos baptizat dicens: Si non es baptizatus, ego te baptizo, vel sub conditione absoluit dicens, si non es absolutus, &c. Tertiò probatur: Quia Deus multa sub conditione promisit, vt *Psal.131. Si custodierint filij tui testamentum meum, &c.* & reprobis salutem sub conditione promisit, si nimirum in gratia decederent; igitur hæc etiam promissa voluit sub conditione ex parte rei volitæ se tenente. Nec obstat, quod ait Vasquez, omnem actum voluntatis præsentem indicatiue significari; quoniam nõ solum actus absolutus, sed etiam actus conditionatus, ideſt circa obiectum sub conditione propositum potest indicatiuo significari; quamuis etiã optatiuo nonnunquàm exprimatur. Pſal. 131. Solutio rationũ Vasquezij.

Quod autem ait, non sufficere verum sub conditione ad actum intellectus, potest dupliciter intelligi: Vno modo de conditione veri formaliter, & secundum se, ideſt si esset verum; & ita certum est non sufficere: Alio modo de conditione veri non secundum se, ideſt non de conditione cadente immediate super verum, sed de conditione, ex qua necessariò resultat veritas, sine veritas: vt cum dico: si homo esset auis, haberet alas; ex conditione enim in antecedente posita sequitur veritas in consequente: & ita verum sub conditione sufficit ad actum intellectus: Et similiter bonum sub conditione boni, ideſt si esset bonum, non sufficit ad actum voluntatis, ita vt per actum voluntatis possit attingi bonum tamen sub conditione, ideſt bonum ex conditione resultans, siue ea sit generalis, vt esse possibile, sine sit specialis, vt habere honestatem, appeti potest a voluntate. Nec eadem est ratio de visu respectu visibilis sub conditione, nisi quo ad hoc, quod, sicut bonum sub conditione boni non sufficit ad actum voluntatis, ita nec visibile sub conditione visibilis sufficit ad actũ videndi.

Nam, quia voluntas vniuersalis potentia est, non requirit obiectum actu præsens in rerum natura; sed satis est, vt eius obiectum sit res ordinem aliquem, aut non repugnantiam habẽs ad esse sub ea ratione, qua concipitur ab intellectu, & ab eo voluntari præsentatur. Visus autem, quia potentia materialis est, cuius actus est circa singularia, prout actu sunt existentia, præsentiam exigit visibilis actualem in natura. Scito tamen, actum voluntatis conditionatum conditione se tenente ex parte obiecti dici posse absolutum, prout opponitur actui conditionato conditione se tenente ex parte actus. Et hoc modo possent dicta recentiorum in prima secundæ, quę videntur opposita, conciliari.

Præterea considerandum est, quo duis impossibile dupliciter appeti posse. Vno modo per se, quãdo scilicet appetitionis actus in illud fertur primò, & immediate: Alio modo per accidens, quandò scilicet secundariò tantum, & per aliud, siue propter aliud primò dilectum appetitur, cui coniungitur impossibile: Distinctionis huius verumquẽ membrum elucidabunt dicenda. Impossibile dupliciter appeti posse.

Quinque

Quinque difficultates ex præmiſſarum diuiſionum membris, ad inuicem collatis emergentes examinantur, ac definiuntur.

IAm verò propoſitis diſtinctionibus, ſingularũ membra præcipua conferamus, & de ſingulis ex eorum collatione difficultatibus emergentibus differamus, vt veritas enitear, & obiecta ſophiſmata diluantur. Sunt verò quinque difficultates, quæ ex dictorum membrorum comparatione conſurgunt. Prima difficultas eſt; An impoſsibile cognitum, vt impoſsibile, appeti poſsit abſoluta, & efficaci voluntate. Cuius ſolutio patet ex doctrina D. Thomæ paulò ante relata ex quæſt. 16. de Malo artic. 3. ad 9. Quam ſequuntur omnes Theologorum, & Philoſophorum Academiæ cum Ariſt. 3. Ethic. cap. ... dicente electionem non eſſe impoſsibilium. Quod enim impoſsibile eſt, & vt tale cognoſcitur, neque eſt ens, neque non ens, ac proinde neque bonum eſt, neque vt bonum apprehenditur; atque ideò nõ appetitur, nec appeti poteſt abſolutè, ſed ſub conditione tantum, ſi eſſet poſsibile, & conſequenter bonum, vt ſtatim dicemus; obiectum enim voluntatis, & appetitionis eſt bonũ apprehenſum, & iudicatum, vt bonum. Eandem aſſertionem quibuſdam aliis mediis probat Zumellus.

Secunda eſt: An obiectum per ſe impoſsibile cõgnitum, vt impoſsibile, poſsit appeti per ſe, ideſt ſine ordine, & coniunctione ad aliud, voluntate conditionata. Cui difficultati Zumellus reſpondet affirmatiuè dicens, hanc eſſe Capreoli ſententiam ſatis probabilem. Quam ſententiam ſequitur, & tuetur Salas. 1. 2. quæſt. 13. art. 5. in ſuo tractatu 6. diſp. 1. ſect. 5. & alij per eum ibi notati. Sed Vaſquez ibidem ait, omnem actum voluntatis præſentem eſſe abſolutum; & ideò volitionem illam inefficacem, quæ fertur ad impoſsibile cognitum, vt impoſsibile, eſſe actum abſolutum. Ex ſupra tamẽ notatis circa conditionatos actus voluntatis, ac præſertim ex doctrina S. D. ad verbum relata ex quæſt. de Malo, & ex 1. 2. ſatis perſpicuè conſtat, per ſe appeti poſſe aliquod impoſsibile per ſe volũtate conditionata conditione ſortiente ex parte obiecti: puta ſi deſideret homo nobilitatem eſſentialem Angeli, vel etiam Dei ſub hac conditione, ſi eſſet poſsibile. Hæc enim appoſita conditio id, quod ſimpliciter, & abſolutè eſt impoſsibile, trãſfert (quamuis diminuta valdè participatione) in ordinem poſsibilium. Licèt enim conditio poſsibilitatis verbis illis ſignificata, *ſi eſſet poſsibile*, rei ſimpliciter poſsibili nunquàm valeat in rerum natura copulari; poteſt tamen horum cõiunctio per intellectum aliquo modo concipi, & verbis ſignificari, & ex ea per actum tam ſpeculatiuum, quàm practicum aliquod illatione neceſſaria deduci: exẽpli gratia, ex hoc antecedente mente concepto: ſi homo poſſet eſſe Angelus abſque ſui deſtructione, deducit intellectus per actum ſpeculatiuum, ipſum tunc poſſe eſſe incorporeum, immortalem, & habentem perfectam rerum omnium notitiam ſibi connaturalem, &c. per actum autem intellectus practici deducere poteſt, non ſolum tunc appetendum eſſe gradum Angelicæ naturæ, ſed etiã nunc appeti rectè poſſe, vel etiam appetendum eſſe ſub conditione ſæpe dicta, ſi nimirum id effici poſſet; ſic enim, vt ante diximus, rationem induit quandam poſsibilis, ac proindè entis, & boni, & appetibilis; atque ideò non ſolum per accidens appeti poteſt, ſed etiam per ſe; non quidem actu perfecto, ſed imperfecto ſignificato per, *vellem*; quo verbo denotatur apud D. Thomam, non actus, qui eſſet, qui tamen nullo modo ſit, ſed actus, qui modo eſt imperfectus, & eius perfectio, quæ eſſet, ſi conditio nõ deeſſet; quia ſcilicet actus volitionis, qui nunc eſt conditionatus, & inefficax, eliceretur abſolutus, & efficax, extante conditione. Et hoc ſatis apertè ſignificant verba D. Thomæ ſupra nota, in quibus nulla diſtinctio ſit impoſsibilis; ſed voluntas, ideſt volitio ſola diſtinguitur. Scito tamen, illud impoſsibile per ſe, quod eſt negatio, vel priuatio; vt Deũ non eſſe, nullo modo appeti poſſe per ſe; ſic enim nulla priuatio, aut negatio, etiã verè poſsibilis appeti poteſt, eo quòd entis, & boni ratione careat ſecundùm ſe.

Tertia difficultas eſt: An voluntas per ſe poſsit appetere id, quod eſt impoſsibile per accidens, ſiue ex ſuppoſitione. Cuius ſolutio patet ex dictis; ſi namque, quod eſt impoſsibile per ſe, poteſt appeti per ſe volitione conditionata, multò magis id eadem voluntate poterit appeti, quod eſt impoſsibile per accidẽs. Quamuis autem, vt hic aduertit Ripa dubit. 1. ſit multiplex differentia inter impoſsibile per ſe, & impoſsibile per accidens, & ea præſertim, quod impoſsibile per ſe nunquàm eſſe potuit, neque poteſt, neque poterit; impoſsibile verò per accidens quandoque fuit, & ſuapte natura poteſt eſſe, licèt hic, & nunc, & in hac re eſſe nõ poſsit; in tribus tamen manifeſtè conueniunt. Primum eſt, vtrumque, veluti poſsibile, & bonum apprehendi poſſe, & de impoſsibili quidem per accidens nulla eſt controuerſia, peccator enim pœnitens actum peccati verè præteritum apprehendit, vt nunquàm elicitum, & eum nunquàm fuiſſe iudicat appetendum, tanquàm bonum. De impoſsibili verò per ſe tam ſatis oſtendimus ſæpè concipi ſub conditione poſsibilis, vt patet in his conditionalibus, ſi homo eſſet aues, haberet alas, & volaret: ſi Aſinus eſſet homo, eſſet rationalis, & riſibilis: ſi homo eſſet Angelus, eſſet immortalis: ſi homo, vel Angelus eſſet Deus, eſſet infinitus, & eſſet vbique, &c. Harum enim antecedentia ſunt ſimpliciter impoſsibilia, & tamẽ ab intellectu concipiũtur non vt poſsibilia ſimpliciter, ſed ſub cõditione. Sicut enim nunquàm peccaſſe bonum eſt ſecũdùm ſe, ita Angelum eſſe, & Deum eſſe bonum eſt ſecundùm ſe; & ſicut perſonam nunquàm peccaſſe bonum eſt, ita perſonam eſſe Angelum, & perſonam eſſe Deum bonum eſt, in communi loquẽdo, non deſcendendo ad hanc, vel ad illam: Et ſicut hominem, qui peccauit, vt ſic, non peccaſſe dicit eſſe ſimul, & non eſſe, ac per hoc non dicit ens, neque bonum, nec appetibile, ſic perſonam, quę Angelus eſt, vt ſic, eſſe Deum dicit eſſe ſimul, & non

Prima difficultas.

S. Thomas

Ariſtot.

Zumellus

Secunda difficultas

Zumellus capreol.

Salas. Vaſquez.

S. Them

Tertia difficultas.

Ripa

Impoſsibile per ſe, & impoſsibile per accidẽs quo poſſunt conuenire.

esse, ac proinde non est ens, neque bonum, nec appetibile. Sicut igitur hominem, qui peccauit, non peccasse, sub hac conditione, si esset possibile, apprehenditur, vt bonum, & appetibile, sic hominem esse Angelum, & Angelum esse Deum sub hac cõditione, si esset possibile, apprehenditur, vt bonũ, & vt appetibile. Ex hac conuenientia sequuntur aliæ duæ: prior est, vtrumque impossibile appeti posse per se, & appetitione conditionata, & inefficaci, vt ante diximus: posterior est, neutrum appeti posse absoluta, & efficaci voluntate, vt ait S. D. D. Thom. locis supra notatis: cuius dictum sequuntur, & probant expositores vbertim.

Quarta difficultas. Caiet. Quarta difficultas, quam post Caietanum tractant, & communi consensu definiunt expositores, est: An impossibile per se possit appeti per accidens. Cuius resolutio sequitur euidenter ex dictis; si namque sub conditione appeti per se potest impossibile per se, multo facilius expeti poterit propter aliud, aut in ordine ad aliud. Veliet enim dæmon, & quilibet supplicijs æternis addictus pœnas carere, & feliciter viuere: sed, quia manente Deo, qui est ipsa iustitia, id assequi se minime posse cognoscunt, ideo Deum non esse, quod est simpliciter impossibile, desiderant sub conditione, si fieri posse. Et eadem ratione Dei possunt æqualitatẽ, immo, & superioritatem appetere sub conditione prædicta, ne puniantur ab eo, veluti superiore potestatem habente: nec oppositam affirmat hoc articulo S. D. qui de voluntate loquitur absoluta, & efficaci. S. Thom.

Quintadifficultas. Vasquez. Postrema difficultas est: An Angeli primò peccauerint appetendo per se, non tamen efficaciter æqualitatem Dei per essentiam. Partem affirmantem sequitur Vasquez disp. 234. cap. 2. quamuis non satis suam in hac parte sententiam explicet: Sed oppositam sustinent Capreolus loco supra notato, & alij Thomistæ communiter, & cum eis Zumellus in artic. 2. suæ quæst. 1. ad hunc articulum. Capreolus Zumellus

Quorum sententia verissima est, primò; quoniam, vt Caietanus aduertit, rationabilius est Angelum peccasse circa obiectum, cuius appetitus est Angelo naturalis: Constat autem, appetitum conditionalem diuinæ æqualitatis secundùm æquiparãtiam non esse Angelo naturalem, sed mere liberũ. Secundo. Quoniam volitio rei impossibilis conditionata est actus voluntatis imperfectus, & inefficax, qui nuncupatur velleitas; at in huiusmodi voluntatis actu non potuit esse primum Angeli peccatum: ergo. Minor probatur: Quia conditionales impossibilium appetitiones non contueuerunt esse grauiora hominum, & Angelorum delicta, quale sacræ litteræ testantur, & Patres edocent fuisse primum Angelorum peccatum; sicut, nec actibus talibus secundum rectam rationem elicitis magna solet inesse meriti mensura; quod voluit significare S. D. per ea verba: *Talis autem non est voluntas auersionis, & conuersionis, in qua peccatum, & meritum consistit*; non enim intendit negare S. D. nonnullam, & quandoque grauem talibus actibus inesse posse peccati, aut meriti rationem, vt arbitratur Vasquez; sed de communi loquitur actuu cursu, & de prima dæmonum culpa. Tertiò probatur sententia nostra, & simul confirmatur ratio præcedens: Quia primus actus perfectæ libertatis debuit esse de aliquo vero, & absoluto bono; hoc. n. prius habet rationem boni, & appetibilis, quàm illud, quod secundum se neque est ens, neque bonũ, sed sub conditione tantum; ergo peccatum primũ Angeli non fuit appetitio conditionata æqualitatis Dei secundum naturam. Probatur illatio: Quia talis æqualitas est impossibilis simpliciter, & implicat contradictionem; atque ideo neque est ens, neque non ens: ac proinde neque bona, neque appetibilis secundum se, sed sub conditione tantum, scilicet si esset possibilis absque destructione naturæ. Quarto probatur authoritate Anselmi inter ea relata dicentis: Diabolum illud appetijsse, ad quod peruenisset, si iteriisset: Constat autem, æqualitatem secundum naturam, non solùm Angelo supremo, sed etiam cuilibet vlq; in infinitum a Deo creabili esse simpliciter impossibilem, & ideo nũquam ad eam Angelum fuisse peruenturũ, tametsi perseuerasset in gratia. Sed ait Vasquez, verba illa non esse Anselmi ex propria persona, sed ex persona discipuli, quem ibi loquentem inducit, Anselmum autem sub nomine Magistri respondere, Angelum appetijsse quandam cum Deo æqualitatẽ, non secundum naturam, sed alio modo: quod autẽ dixit discipulus, non affirmare, neque negare Magistrum. Sed hæc responsio probat sententiam nostram; dictum enim magistri coincidit euidenter dicto discipuli: ex hoc namq; quod non appetijt Angelus æqualitatem Dei secundum naturam, sed alio modo, scilicet secundum quandam similitudinem, non obiectiue, sed modaliter, non excluditur dictum illud discipuli, videlicet Angelũ illud appetijsse, ad quod peruenisset, si iteriisset, sed magis firmatur. Dicitur enim Angelus diuinã similitudinem appetijsse, quia beatitudinem appetijt, non secundùm ordinem diuinæ misericordiæ: & ideò dicitur assimilari Deo volusse, prout. prijs viribus beatitudinem assequendo, sicut Deus quamuis hoc totum non fuerit Angelicæ voluntatis obiectum, scilicet beatitudo proprijs viribus acquisita, sed beatitudo tantum; certum est autẽ, Angelum delertorem fuisse beatitudinem assecuturum, si iteriisset, & discipuli dictum non fuit a Magistro reiectum, sed explicatum, & confirmatum. Eustachius Vincentius. Suarius.

Conclusiones deductæ, & probatæ.

PRima conclusio: Nullum impossibile cognitũ, vt impossibile appeti potest absoluta, & efficaci voluntate. De hac nulla dubitatio est, & probant eam Zumellus, Rada, Salas, & alij supra notati. Sed probationes adductæ videntur optimæ. Zumellus Rada. Salas.

Secunda conclusio: Impossibile tam per se, quã per accidens cognitum, vt impossibile potest appeti per se volunt ate conditionata, sub hac videlicet conditione, si esset possibile. Hæc est D. Thom. de Malo, quæst. 8. art. 3. ad 9. & 1. 2. quæst. 15. a. 1. 5. ad primum, & patet ex dictis, & continet Ripa dub. 11. & videtur esse contra Caietanum, qui appeti- S. Thom. Ripa Caietanus

petitionem, seu appetibilitatem, quam affirmat de impossibili per accidens, negat de impossibili per se: ait autem, impossibile per accidens appeti posse per se, quod quidem non potest intelligi, nisi de appetitione conditionata, & inefficaci: Negat igitur Caietanus, tali appetitione appeti posse id, quod est impossibile per se.

Tertia conclusio: Impossibile per se potest appeti per accidens. Hanc omnes tam nostri, quàm extranei confitentur, & sequitur euidenter ex dictis.

Quarta conclusio: Dæmones, & damnati possunt appetere æqualitatem Dei secundum naturam, imò, & superioritatem sub hac cõditione, si esset possibilis. Hæc in secunda continetur, vt patet. Rationes autem, & dicta Sancti Doctoris in hoc articulo de voluntate, siue appetitione absoluta sunt intelligenda, & ita conciliari possunt non solùm dicta S. Doct. inter se, sed etiam cum sententia Scoti, Radæ, Salas, & aliorum, quos supra notauimus. Quare frustrà laborant Scotus, Vasquez, Rada, & alij in soluendis rationibus D. Thomæ pro secunda conclusione, stante præsertim doctrina supernus explicata de voluntatis obiecto per actum intellectus iudicantis illo proposito.

S. Thomas
Scotus, Rada Salas. Vasquez.

Vltima conclusio: Primum Angelorum peccatum non fuit, nec esse potuit appetitio absoluta, vel conditionalis æqualitatis Dei per essentiam. Hæc patet ex dictis in solutione vltimæ difficultatis: & probant eam Bannes in secunda sua conclusione, & latè Zumellus in secunda parte, vel articulo suæ quæstioni ad hunc articulum, vbi defendit etiam rationes D. Thomæ contra Scotum.

Bannes Zumelus

Argumenta, & solutiones.

Contra primam conclusionem sunt argumenta, quæ referunt, & soluunt D. Thom. & eius expositores in 1. 2. quæst. 13. art. 5.

S. Thom.

Contra secundam conclusionem sunt duo argumenta Vasquezij satis leuia superius tacta, & soluta. Alia argumenta solutionem habent euidentem ex dictis.

Contra quartam conclusionem eadem militant argumenta quæ contra secundam, & quæ produci possent, per tacta superius fundamenta facilè diluuntur.

Contra vltimam conclusionem argumentatur Vasquez: Dæmones nunc peccant hoc genere peccati, & non propter errorem, quem de Deo habent, sed sine errore apprehendentes illud, vt bonum, in eo delectantur; igitur hoc ipsum potuit illis accidere in primo peccato. Antecedens probatur: Quia in Dæmonibus integra naturalia manserunt.

Vasquez.

Respondetur, falsum esse antecedens quo ad secundam partem. Ad probationem dico primò, mansisse post peccatum in Angelis integra naturalia secundùm se, non autem in ordine ad supernaturalia; ante primum autem peccatum erat integra etiam in ordine ad supernaturalia. Secundò dico, primum peccatum Angelinon rectè constitui in actu velleitatis, vt patet ex dictis in solutione vltimæ difficultatis.

Quæ autem addit Vasquez pro solutione rationum S. Thomæ, satis per ea, quæ supra hoc acta sunt, remanent confutata.

Tertia Controuersia.

An primum Angelorum peccatum fuerit appetitus inordinatus beatitudinis naturalis, an supernaturalis, vel alterius alterius excellentiæ.

Sententiæ Doctorum.

Molina dicit quatuor ad rem præsentem pertinentia. Primum est: Peccatum primũ Luciferi nec in eo videtur fuisse, quod appeterit suã beatitudinem naturalem, tamquàm vltimum finẽ simpliciter, neq; in eo, quòd appeterit suam beatitudinem supernaturalem ex suis naturalibus sine diuina gratia. Secundum est: Peccatum Luciferi videtur fuisse superbia deliberata, qua sua pulchritudine ac sui perfectione intumescens propria voluntate dominatum, & tyranicum principatum super omnes alias creaturas appetiuit contra ordinationem Dei, qua illi forte præcepto aliquo positiuo innotuerat, vnde easdem appetiuit similis esse Altissimo, quod quemadmodum Deus est omnium Dominus, ita ipse voluit omnibus dominari, & præesse, & ab omnibus creaturis mente coli, ac venerari: Tertium est: Aliqui Angeli mali videntur etiam peccasse peccato superbiæ appetentes propriam aliquam excellentiam cõtra Dei ordinationem, quæ forte eis aliquo diuino præcepto innotuerat: cum autem crederent, se eam non posse obtinere, nisi Lucifero se subderent, eiusque partes sequerentur, illi adhæserunt, & illius exemplo, & suggestione peccauerunt. Hæc duo dicta ponit de mente S. Bonauenturæ, quibus addit. Quartũ, videlicet, eorum tententiam non carere probabilitate, qui dicunt Angelis tentatam fuisse vnionẽ Verbi diuini cum humana natura, ita vt ex hac vnione constitueretur homo, qui simul etiam esset Deus, atque ideò futurus esset caput regni cœlestis, & Dominus creaturarum omnium mente prædictarum, Deumque præceptum Angelis imposuisse, vt eum adorarent, ac illi seruirent. Lucifer autem suam nobilitatem, & excellentiam contemplatus in sibi ipsi, suæve naturæ propriæ cupere cepisse hypostaticam illam vnionem cum Verbo diuino, & principatum illum, ac excellentiam super omnia creata, atque apud se statuisse detractare diuinum illud mandatum, eaque in suum consilium, ac determinationem cæteros Dæmones, ac deinde in inuidiam ea traxisse, & odium generis humani præsertim Christi, concupiscẽq; illum perdere, & occidere, & simul inflatum fuisse odio Dei, qui id constituerat, & sibi resistebat, & in extremam miseriam detrudebat.

Molina.

Valentia, reiectis duobus modis dicendi D. Thomæ, de quibus infra, duo dicit. Primum est, potuisse Angelum peccare vllimo illo modo, quem, vt probabilem acceptat Molina, sed eamen eam opinionem carere solido fundamento. Secundum est,

Valentia.

An-

Angelos ideò peccato ſuperbiæ peccaſſe, quoniã elati contemplatione perfectionis ſuæ voluerunt eſſe exempti ab omni Dei imperio, quod attinet ad actualia miniſteria, in quibus à Deo occupantur, licèt quo ad naturam quidem dependere vellent quatenus id erat eis neceſſe, vt eſſe ſuo naturali à Deo conſeruarentur, tanquam illius creaturæ quædam: cæterum voluerunt eſſe Deo ſimiles in eo, vt quemadmodum ipſe nulli pareret, tanquam ſuperiori, ita neque illi vllius imperio actu regerentur, tanquam inferiores.

Vaſquez. Vaſquez dicit quatuor. Primum: licèt ſit incertum Angelum peccaſſe appetitu ſuperbo ſuæ beatitudinis; tamen probabilior modus, quo potuit Angelus circa beatitudinem peccare, eſt eum peccaſſe nimio deſiderio ſuæ beatitudinis ſupernaturalis, cupiendo non interpretatiuè tantum, ſed expreſsè eam propriis viribus adipiſci. Secundum eius dictum eſt: Peccatum Angeli potuit quidem eſſe ſuperbia in appetitu, & complacentia beatitudinis naturalis, ſed cum expreſſa auerſione à beatitudine ſupernaturali, quamuis Angelum tali peccato peccaſſe certò colligare non poſſit. Tertium eſt: Placet opinio Burgenſis dicentis potuiſſe Angelum velle Deo nullo modo ſubeſſe, non tamen præcipiendo id quo neque etiam ſecundum eſſe, non efficaci deſiderio, quia videbat Angelus, hoc eſſe impoſsibile: ſed ſimplici affectu, eo quod diſpliceret alicui eſſe Deo inferiorem ſecundum naturam. Quartum: Probabile eſt, Angelum peccare quidem potuiſſe appetitu ſuperbo vnionis hypoſtaticæ, neque tamen dicendum eſt, hoc appetitu peccaſſe primo, cum de facto illo fœliciſſimo lapſus eſt.

Malonius. Malonius dicit quatuor. Primũ. Lucifer non appetiit æqualitatem Dei, volendo beatitudinem ſupernaturalem abſque meritis. Secundum: Lucifer non peccauit, non referendo beatitudinem naturalem in Deum. Tertium: Probabile eſt, quòd peccatum Angeli, & ſuperbia Luciferi fuerit appetitus vnionis hypoſtaticæ cum Deo. Vltimum: Probabile eſt, & forte probabilius, quod ſuperbia Luciferi fuerit in quod appetierit aliquam tyrannidẽ, & dominationem ſuper alios Angelos.

Zumellus. Zumellus nouem doctis ſuam ſententiam explicat. Primum eſt: Primum Angeli peccatum per ſe primo, & immediate circa vltimum finem verſabatur, & non circa media. Secundum: Primum Angeli peccatum non conſiſtebat in eo, quod voluit alijs præeſſe, & ſubijci Deo, ac proindè Angelus non peccauit intendens, aut appetens poſitiuè nõ ſubijci Deo. Tertium: Initium peccandi primo Angelo fuit complacentia in propria perfectione naturali, & proportionaliter idem fuit initium peccandi in alijs inferioribus. Quartum: Cum hac ſui nimia complacentia habuit Angelus appetitum inordinatum propriæ excellentiæ, quæ inordinatio in eo poſita erat, quod quicquid tunc Angelus ſibi appetijt, quaſi vltimate ſibi appetijt in actu exercito, ſiſtendo in ſeipſo. Quintum: Primus Angelus appetendo hanc excellentiam appetijt beatitudinem naturalem, & ſupernaturalem, inordinatè tamen. Sextum: Probabiliſsimum eſt, quod Angelus peccans primo circa perfectionem, & fœlicitatem naturalem, quam habebat, non quidem ſibi appetendo, quod habebat, ſed ſe nimis gloriando in illa, ſibique nimis complacendo, ſi illo eſset ſine misericordia vltimus; atque ita peccauit, contempta vtcunque ſupernaturali beatitudine. Septimum: Probabile valde eſt dicere, quod illud Angeli peccatum fuit conſummati in eo, quod appetiuit felicitatem ſupernaturalem ſuperbe, & non ex gratia, & munere Dei, ſed ſuis viribus habere. Octauum: Quamuis peccauerit Angelus ſimul appetendo naturalem, & ſupernaturalem beatitudinem; nõ tamen peccauit immõ neque peccare potuit appetendo ſupernaturalem finem poſſitiuè, & practicè indicando ſibi eſſe poſſibile propriis viribus ad illum peruenire poſſe. Nonum: Non eſt prorſus improbabilis illa ſententia, quæ docet, Dæmonem conſiderata naturæ ſuæ excellentia, appetiuiſſe æqualitatẽ Dei per vnionem hypoſtaticam, vtcunque intumuiſſe, vt in tanto non voluerit ſubijcere homini Chriſto, ſed magis ſuperbia elatum cum contempſiſſe. Hanc opinionem explicat hic expoſitor accuratè, multis propoſitis concluſionibus, quos hic referre non expedit.

D. Thom. S.D. de propoſita Controuerſia varias videtur protuliſſe ſententias. Nam in 2. ſent. diſt. 5. q. 1. artic. 2. docet, Angelum peccaſſe per appetitum inordinatum beatitudinis ſupernaturalis. Eius verba ſunt: *Videns Angelus dignitatem naturæ ſuæ, quæ creaturis cæteris præeminebat, voluit à ſe beatitudinẽ, & bonitatem in omnia inferiora derivari: voluit etiã per ſua naturalia in perfectionem beatitudinis peruenire: & ideò dicitur, quod ſine merito habere voluit hoc, quod meritis habiturus eſſet, ſi perſtitiſſet.* Hæc ibi. Conſtat autem non naturalem, ſed ſupernaturalẽ beatitudinem præmium fuiſſe meritorum Angelis perſeuerantibus à Deo promiſſum. Et in q. 16. de Malo, art. 3. eandem ſententiam clarius exprimens ait: *Malum non inuenitur in his, quæ ſemper ſũt actu, ſed ſolum in his, in quibus potentia poteſt ſeparari ab actu, vt dicitur 1. Metaph. Angeli autem omnes ſic conditi ſunt, vt quicquid pertinet ad naturalem perfectionem eorum, ſtatim à principio ſuæ creationis habuerint: tamen erant in potentia ad ſupernaturalia bona, quæ per Dei gratiam conſequi poterant. Vnde relinquitur, quòd peccatum diaboli non fuerit in aliquo quod pertinet ad ordinem naturalem, ſed ſecundum aliquid ſupernaturale. Fuit ergo primum peccatum Diaboli in hoc, quod ad conſequendam ſupernaturalem beatitudinem, quæ in plena Dei viſione conſiſtit, non ſe erexit in Deum tamquam finalem perfectionem ex eius gratia deſiderans cum Angelis Sanctis, ſed eam conſequi voluit per virtutem ſuæ naturæ, non tamen ſine Deo in naturam operante, ſed ſine Deo gratiam conferente.* Hæc ibi. Idem etiam ſignificat in ſecundo ſcripto ſuper ſent. ad Hannibaldum diſt. 5. q. 1. art. 2. Quæ ſententia videtur placuiſſe Capreolo in 2. diſt. 4. q. 1. præſertim in reſponſione ad quintum contra ſecũdam concluſionem. Capreol.

Actu libro 3. contra Gent. cap. 109. docet S. Th. primum

primum Angeli peccatum fuiſſe appetitum inordinatum beatitudinis naturalis, quam habuit Angelus in ſui contemplatione, & amore; ſic enim ibi loquitur. *Potuit igitur in voluntate ſubſtantiæ ſeparatæ eſſe peccatum ex hoc, quod proprium bonũ, & perfectionem in vltimum finem non ordinauit, ſed inhæſit proprio bono, vt fini, &c.*

In hoc autem articulo, vtrumque dicendi modum ſuſtinet, vt probabilem, poſteriorem tamen hic primo loco, & abſolute proponens, priorem autem ſub conditione tantum, illũ, vt magis probabilem videtur amplecti. Quod ſcitè Caietanus aduertit, addita ratione ex appetitu naturali; quia nimirum in ſeipſum naturaliter Angelus inclinatur, & natura ſuperbum magis impellit in propria, quàm in extranea. Vellet enim ſuperbus in ſuis naturalibus bonis, aut viribus naturaliter acquiſitis, veluti in quodam vltimo fine, ac ſummo bono quieſcere, gratuita, & ſupernaturalia Deo relinquendo. Affirmat ergo Caietanus, rationabiliorẽ eſſe poſteriorem dicendi modum hic priori loco poſitum. Quam ſententiam ſequuntur Ferrarienſis in allegato cap. Bannes, & Ripa ſuper hoc articulo. Addit Bannes, in ſexta ſua concluſione parũ eſſe probabilem opinionem aſſerentium, diabolũ peccaſſe per inordinatum peccatum vnionis hypoſtaticæ cum Verbo diuino.

Caietanus

Ferrarien. Bannes. Ripa.

Reſolutio.

Diſtinguitur materia controuerſiæ, & oſtenditur ex ſacris litteris primum Angelus peccatum fuiſſe dilectionem inordinatam naturalis beatitudinis.

QVatuor hac vna controuerſia quęſtiones, veluti partes eius præcipuæ continentur. Prima eſt; An, & quomodo Angeli mali primò peccauerint, aut peccare potuerint eo voluntatis actu, quo ſuam naturalem beatitudinem amauerunt. Secunda eſt; An peccauerint, aut peccare potuerint, ſupernaturalem ſibi beatitudinem appetendo. Tertia: Num ſit probabilis, & doctrinæ D. Thomæ conformis ea ſententia, quæ dicit, Angelos malos primò peccaſſe, beatitudinem naturalem, & ſupernaturalem ſimul appetendo. Quarta, & vltima breuiter attingenda eſt; An ſit veriſimilis eorum opinio, qui dicunt, Angelos primò peccaſſe appetitione vnionis hypoſtaticæ.

1. quęſtio.

Prima quæſtio varias non exigui momenti ſecũ trahit, ſiue magis implicat difficultates ſigillatim examinandas: ex earum enim definitione neceſsariò pendet quæſtionis huius, ſcilicet primo loco propoſitæ reſolutio. Quærendum itaque primò eſt; Num Angelos primò peccaſſe naturalis beatitudinis appetitione, ſiue complacentia, fundamentum aliquod habeat veritatis, ſeu probabilitatis in ſacris litteris, aut doctrina Patrũ. Vnus verò dũtaxat videtur eſſe diuinæ Scripturæ locus Ezech. 28. Qui Luciferi peccatũ ſub perſona principis Tyri deſcribens, illum perſpicuè de ſplendida naturalium intumuiſſe perfectione ſignificat dicens: *In ſapientia, & prudentia tua feciſti tibi fortitudinem, & acquiſiſti aurum, & argentum in theſauris*

1. Difficultas.

Ezec. c. 28

A *tuis, in multitudine ſapientiæ tuæ, & in negotiatione tua multa multiplicaſti tibi fortitudinem, & elevatum eſt cor tuum in robore tuo*, & infra: *Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapientia, & perfectus decore in deliciis paradiſi Dei fuiſti; omnis lapis prætioſus operimentum tuum. Sardius, Thopatius, & Iaſpis, Chryſolitus, & Onyx, & Beryllus, Saphyrus, & Carbúculus, et Smaragdus aurum opus decoris tui, & foramina tua in die, qua conditus es, præparata ſunt. Tu Cherub extentus, et protegens, & poſui te in monte ſancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulaſti perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta eſt iniquitas in te? In multitudine negotiationis tuæ repleta ſunt interiora tua iniquitate, & peccaſti: & eieci te de monte Dei, & perdidi*

B *te, o Cherub protegens, de medio lapidum ignitorum. Et elevatum eſt cor tuum in decore tuo: perdidiſti ſapientiã tuam in decore tuo, in terram proieci te, &c.* In quibus verbis duo conſideranda ſunt: alterum eſt, nullam hic fieri mentionem de futura aliqua perfectione, aut ſupernaturali beatitudine perſeuerãtibus Angelis à Deo promiſſa: alterum eſt, hic diligenter perfectiones omnes ad beatitudinem Luciferi naturalem illi tunc actu præſentem attinentes, tamquam elationis, & peccati materiam numerari. Ex his enim perfectionibus intumuiſſe Luciferum ea verba declarant, *Elevatum eſt cor tuum in robore tuo*. Et illa: *Elevatum eſt cor tuum in decore tuo: perdidiſti ſapientiam tuam in decore tuo.* Conſtat autem, Luciferum tunc nullum ſupernaturalis beatitudinis habuiſſe decorem, ſed naturali tantùm beatitudine fuiſſe perfectum, infuſa deſuper à Deo gratia Viatoris, quam nullus affirmat materiam extitiſſe peccati. Relinquitur ergo, propriam, & ſolã peccati materiam in Lucifero fuiſſe dona naturalia in dicto c. Ezech. 28. tam diligenti narratione deſcripta. Loca Sanctorum Patrum adnotauit diligenter Zumellus in ſua tertia concluſione ſecundæ quæſt. ad hunc articulum. Quibus accedit ſententia D. Thomæ locis ſupranotatis: cuius veritatem ſequentia declarabunt.

C

Zumellus S. Thom

D

Explicatur accuratè, quomodo peccauerit Angelus amore, ſeu complacentia naturalis beatitudinis.

SEcundò loco quærendum, & explicandum eſt, quomodo peccatum eſſe potuerit appetitio, ſiue complacentia naturalis perfectionis, ſeu fœlicitatis in Angelo.

Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt; inter lectuales, & rationales omnes creaturas eam præ cæteris creaturis à Deo nobilitatẽ accepiſſe, qua diuinæ viſionis, ac fruitionis, ſiue ſupernaturalis beatitudinis capaces efficerentur: Quibus etiam gratia diuinitus infuſa, quæ diuinæ naturæ participatio eſt, & charitatis origo, & quæ proxima facultas eſt ad ſupernaturalem beatitudinem peroperà virtutem naturæ ſuperantem promerendam, eaſdemq; creaturas in quadam proxima diſpoſitione conſtituit ad dictam ſuper cœleſtem beatitudinem conſequendam, quæ ſoli Deo eſt cõnaturalis. Sunt igitur in qualibet intellectuali natura gratiæ diuinæ participe duæ naturæ: altera propria

E

pria ad ordinem attinens naturalem: altera minimè propria ad ordinem pertinens ſupernaturalē ex diuinæ bonitatis ei largitione conceſſa. Quam verbis magnificis Princeps Apoſtolorū in Epiſt. ſua 2. cap. 1. exaltat dicens: *Maxima, & prætioſa nobis promiſſa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ.* Quæmadmodum igitur legis naturæ præcepto intellectualis, & rationalis naturæ ſubſtantia tenetur operationes ſuæ propriæ naturæ cōformes elicere, ſic eadem intellectualis ſubſtantia, per gratiam diuinæ naturæ conſors effecta, legis diuinæ præcepto tenetur ad actus eidem ſupernaturali naturæ conformes eliciendos. Et cū propria intellectualis ſubſtantiæ natura diuinæ ſubdo dicatur, & finis actionum ex naturali ſola virtute dependentium, ſub earum actionum ſit fine conſtitutus, quæ ſola poſſunt effici facultate ſupernaturali, neceſſe eſt, ad hoc, vt actio libera virtute naturalis ordinis ab intellectuali creatura producta ſit recta, eam in finem ita dirigi naturalem, vt fini ſupernaturali minimè ſit aduerſa, nec ab eo deflectat. Quamuis autem nō teneretur Angelus omnem liberam ſuam operationē actualiter expreſsè in ſupernaturalem beatitudinem, veluti finem vltimum ordinare, primum tamen electionis & dilectionis actum perfectè liberum, quem non in primo, ſed in ſecundo ſolum inſtanti habere Angeli potuerunt, in finem vltimum ſupernaturalem, ad quem à Deo conditi ſunt, actualiter, & expreſsè referre tenebantur; Diuinæ ſiquidem tunc legis præceptum vrgebat, vt de ſemetipſis tunc vltimo deliberarent, num ſibi conduceret in Deum, vt ſummum bonum, ac finem vltimum ſupernaturalem, ſe, ſuaq; omnia tunc, & in perpetuas æternitates agenda, & diligenda referre; Erat enim illud vltimum inſtans viæ ad meriti complementum, & ad extremum attingendum perſeueratiæ terminum deſignatum; ſicut homini tempus illud ad vltimo deliberandum præfigitur, quod proximè ſeparationem animæ præcedit à corpore.

Omnes igitur Angeli in primo ſuæ creationis, & operationis inſtanti ſeipſos naturaliter, & electiuè dilexerunt, & in Deum, vt ſummum bonum, & vltimum finem ex charitate ſuper omnia dilectum, ſeipſos, & omnia ſua retulerunt. Non enim poterat actus ille primus à rectitudine deuiare; ſed erat eius ſpecies ad bonum neceſsariò determinata tametſi libertatē haberet exercitij, adeò vt pro ſuæ volūtatis arbitrio quilibet Angelus eū non elicere potuiſſet, vt explicant late Caietanus, & alij expoſitores cum D. Thoma in 5. & 6. quæſt. huius articulo, & Ferrar. in allegato cap. 109. Sed in 2. diſcretæ temporis inſtanti proximè ſequenti perfectè fuit in eis operatio libertatis tam quo ad exercitium, quam quo ad ſpecificationem actus; & ideo quilibet Angelus pro ſuæ voluntatis arbitrio potuit, vel in ſemel amplexa rectitudine perſeuerare, & ſemetipſum, ac omnes actus in Deum, vt obiectum, & finem ſupernaturalem ordinare; quod Michael, & alij cum eo prædeſtinati fœliciter præſtiterunt: vel etiam à iuſtitiæ bonitate pri- electa recedere; ſicut Lucifero contigit, & alijs p-

2. Petr. 1.

Caiet. S. Thom. Ferrarien.

uaricatoribus Angelis, qui Deo contempto, ſuam ſibi naturalem beatitudinem, ac ſemetipſos finem vltimum ſuperbia tumidi cōſtituerunt. Quod quō factum fuerit, explicauimus latè ſupra in ſecunda controuerſia præcedentis, & in prima præſentis articuli.

Actus autem ille, quo ſeipſos inordinatè dilexerunt Angeli peccatores, ſecundùm vnam quidem rationem eius fuit naturalis, ſecundùm aliam verò fuit electiuus. Nam, prout bonum, ſiue beatitudinem Angeli naturalem reſpicit abſolutè conſideratam, actus eſt amoris naturalis; vt autem in idem bonū fertur ſub ratione finis vltimi, electiua dilectio eſt omninò libera; Poteſt enim voluntas pro ſua libertate bonum amantis naturale diligere, tamquam vltimum finem, & poteſt etiam illud in altioris ordinis finem ordinare: Quamuis igitur amor ille Luciferi, quo ſeipſum dilexit, bonus, & rectus fuerit ſub ea ratione, qua fuit ei naturalis; malus tamen, & peccatum fuit, ſuperbiæ maximum, qua ratione fuit electiuus; quia ſcilicet in altiorem finem ſeipſum eo actu dilectum non ordinauit, ſed ſeipſum ex modo diligendi conſtituit implicitè, & virtualiter vltimum finem, Deum, & eius dona ſupernaturalia paruipendens. Lege, ſi libet, Ferrarienſem in dicto c. 109. § *Circa primum modum.* Vbi materiam hanc declarat vberrimè.

Actus electionis quō naturalis ſint, & quō ſit diuus.

Ferrara.

Quomodo peccare potuerit Angelus in ſecundo inſtanti, cum in primo meruerit; & quomodo peccauerint inferiores Angeli complacentia propriæ perfectionis, ſuæ excellentiæ.

SEd alia ſe ſe offert non contemnenda difficultas, quomodo peccare potuerit Angelus in ſecundo inſtanti diligendo ſeipſum inordinatè modo ſuperius explicato, cum fidei tunc actum habuerit in eo perſeuerantem de ſupernaturali beatitudine, & in primo inſtanti proximè præcedente ſui ipſius dilectionem, & omnia ſua in Deum, vt vltimum finem ſupernaturalem ordinaſſet, & non minori ſeipſum in primo, quàm in ſecundo inſtanti amoris intenſione dilexerit. Quæ difficultas, duplici præmiſſa diſtinctione, facilè ſoluitur.

Quo in inſtanti peccare potuit Angelus.

Prima diſtinctio eſt; Actus fidei duplicem poteſt habere notitiæ modum, ſcilicet ſpeculatiuæ, & practicæ; non ita tamen, vt ſit neceſsariò ſemper actu ſimul vtriuſque notitiæ modus, ſed ſucceſſiuè tantùm, eiuſdem actus eadem numero manēte ſubſtantia.

1. diſtinct.

Secunda diſtinctio eſt: Amor Angeli, quo ſua dilexit bona naturalia dupliciter poteſt eſſe, vel intelligi maior, & minor; Vno modo phyſicè, & intenſiuè; Alio modo moraliter, & apprætiatiuè. His præmiſſis, dico primò, Angelos omnes in primo ſuæ creationis, & operationis inſtanti fidei actum habuiſſe, non vt notitia tantùm eſt ſpeculatiua, ſed etiam, vt practica eſt, directiua ſcilicet actuum voluntatis. Secundò dico, Angelos malos in ſecundo inſtanti fidei quidem actum habuiſſe ſpeculatiuum, non autem practicum, atque ideò per inconſiderationem practicam finis ſupernatu-

2. diſtinct.

talis

tralis ſeipſos inordinatè dilexiſſe, & ex modo ãli gendi ſeipſos omnium eligendorum, & agendorũ vltimos fines conſtituiſſe. Tertiò dico vtrumque amoris actum, quo ſeipſos Angeli mali dilexerũt in primo, & in ſecundo inſtanti, in ſingulis æquales fuiſſe phyſicè, & intenſiuè. Quarto dico, eoſdẽ actus in ſingulis æquales apprætiatiuè non fuiſſe; Actu enim illo, quo Lucifer ſeipſum in primo inſtanti dilexit, Deum, & eius dona ſupernaturalia ſibi prætulit, & bonis ſuis omnibus naturalibus; quia ſeipſum, & omnia ſua propter Deum, vt vltimum finem ex charitate dilexit: Sed eo dilectionis actu, quo ſeipſum amauit in ſecundo inſtanti, qui fuit actus plenæ libertatis, ſeipſum, ſuaque bona naturalia Deo prætulit, ac bonis omnibus ad ordinem ſupernaturalem pertinentibus; quia ſemetipſum, ſi non formaliter, & explicitè, ſaltem virtualiter, & interpretatiuè voluit eſſe finem vltimum omnium agendorum. Poſtremò dico, facilè potuiſſe Angelum in ſecundo ſuæ operationis inſtanti conſiderationem practicam habitam in inſtanti priori dimittere; Quoniam actus ille dilectionis in inſtanti ſecundo, licèt quo ad ſubſtantiam eſſet ei naturalis, erat tamen omninò liber, quo ad ordinem eius in finem ſupernaturalem, & eodem modo libera fuit practica talis finis conſideratio. Et ideò facilè potuit Angelus poſt actum conſiderationis de fine ſupernaturali, & poſt amoris actum ordinatum habitum in inſtanti primo, in quo non poterat à rectitudine iuſtitiæ deuiare, in altero proximè ſequenti ſuæ operationis inſtanti, in quo fuit ei conceſſa plena libertas, abea conſideratione deflectere, & ſeipſum abſque illo ordine minimè conſiderato diligere; ita vt amor ille propriæ perfectionis ſecundùm vnum cauſandi modum conſiderationis priuationem indueret, ſecundùm alium verò modum procederet ex incõſideratione dilectio, vt explicauimus in prima huius articuli controuerſia.

Poſtrema difficultas huic primæ parti, ſiue q̃ſtioni connexa eſt: An, & quomodò peccauerint, aut peccare potuerint inferiores Angeli appetitione, ſiue complacentia perfectionis, ſeu excellentiæ naturalis. Hanc latè verſat, ac eruditè definit Ferrar. in allegato cap. 109. 3. lib. contra gent. verſus finem, §. Sed contra iſtam rationem. De hoc iterum tedibit ſermo in art. 8. præſentis quæſt. circa reſponſionem ad ſecundum, ſed reſolutio Ferrariẽſis optima eſt.

Vlt. difficultas.

Ferrarien.

Angelos peccare potuiſſe ſupernaturalem beatitudinem appetendo.

SEcunda cõtrouerſiæ pars præcipua eſt; An peccauerint, aut peccare potuerint Angeli, beatitudinem ſibi ſupernaturalem appetendo. Nam S. D. vt ex locis ſupra notatis apparet, partẽ olim ſequutus eſt affirmantem, hic autem eam vix ſecũdario proponit, vt probabilem. Sicut autem oppoſita ſententia ſuperius explicata diuinæ Scripturæ teſtimonio nititur ſupra notato ex 28. cap. Ezech. ita fauet huic eiuſdem diuini textus oraculum Iſa

A

ix 14. cuius verba ſunt: *Quomodò cecidiſti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? corruiſti in terrã, qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo, In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo.* Quæ verba nulla ratione videntur exponi poſſe de perfectione, ſeu beatitudine naturali Luciferi per oũ appetita: primò, quia Luciferi conſilium, & affectus per verba futuri temporis exprimitur, videlicet conſcendam, exaltabo, ſedebo, aſcendam, &c. quibus ſignificetur, bonum illud, quod Lucifer appetijt, non fuiſſe præſens, ſed futurum: certum eſt autem naturalem beatitudinem Angelis omnibus ab initio creationis fuiſſe præſentem; igitur de ſupernaturali beatitudine ſacer ille textus eſt intelligendus. Secundò quoniam excellentia, quam Lucifer appetiſt, quibuſdam deſignatur epiteris, quę ſoli beatitudini ſupernaturali videntur poſſe congruere. Hæc verò ſunt: in cœlum conſcendere, ſuper aſtra Dei ſolum exaltare, ſedere in monte teſtamenti, aſcendere ſuper altitudinem nubium; his enim videtur excellentia denotari perfectione naturali longè ſublimior.

Iſa. ca. 14.

B

Duo tamen illi præ oculis habenda ſunt, qui ſẽtentiæ huius ſuſceperit patrocinium. Primum eſt, Angelum malum non appetijſſe quo ad modum volendi beatitudinem ſupernaturalem, vt vltimũ finem, ſed eam ad ſemetipſum ordinaſſe, quaſi naturalem quandam perfectionem; Licèt enim ſpeculatiuè cognoſceret Angelus beatitudinem illam eſſe ſupernaturalem: eam tamen practicè minimè conſiderauit vires eius naturales excedere, neque diuino fauore conſequendam eſſe iudicauit; ſed eius tantum bonitatis, & excellentiæ cõſiderationi vacauit. Et quia ſic diminutè conſideratam appetijt, dicitur ex inconſideratione peccaſſe: & ob eandem cauſam fuit eius appetitio inordinata; quia ſcilicet eam ſecundùm ordinem diuinæ legis & miſericordiæ non appetijt, ſicut Angeli boni; qui ſupernaturalem appetierunt beatitudinem ex diuina gratia, & miſericordia recipiendam.

C

D

Secundum eſt, actum illum, quo ſupernaturalẽ beatitudinem malus Angelus appetijt, non fuiſſe verè, & propriè ſupernaturalem; quamuis enim eius obiectum eſſet ſupernaturale ratio tamen appetitionis eius non erat formaliter ſupernaturalis. In fœlicitate namq; ſupernaturali per Angelũ appetita, quædam ſunt rationes formales communes etiam naturali fęlicitati: eſt enim vtraque magna quædam perfectio, & excellentia, & vtraque etiam obiectum eſt amoris concupiſcentiæ: ſed q̃dam aliæ ſunt in ea rationes, ſiue reſpectus, quib. à naturali fœlicitate diſtinguitur: quales ſunt exceſſus virtutis naturalis cuiuslibet creaturæ factæ, vel factibilis, reſpectus ad media ſupernaturalia, ex quibus præcipuum eſt diuinum auxiliũ. Sicut ergo potuit Angelus ſolas illas cõmunes rationes in ſupernaturali beatitudine conſiderare, omiſſa propriarum conſideratione, ſic potuit ſub communibus illis tantùm rationibus ſupernaturalem appetere beatitudinem, cæterarum ordine

E

debi-

debito prętermiſso, atq; ita rem ſibi concupiſcere ſupernaturalem, non ſub ea ratione, qua ſupernaturalis eſt, ſed materialiter tantum, quatenus, ſcilicet maxima quædam perfectio, & excellētia eſt, ac diuinæ quædam naturæ ſimilitudo. Et quia nihil de diuina gratia, ſiue miſericordia, vel auxilio ad eam conſequendam maximè neceſſariò cogitauit, nec eam, vt tali modo conſequendam, appetijt; ideò dicitur virtualiter, & interpretatiuè proprijs eam viribus conſequi voluiſſe.

Probabilem eſſe eam opinionem, quæ docet Angelos malos peccaſſe vtramq; beatitudinem ſimul appetendo, & à duabus dicendi modis in textu poſitis minimè diſſentire.

SEquitur iam tertia controuerſix pars inquirēs, an ſit probabilis ea ſententia, quæ docet Angelos malos peccaſſe vtramque beatitudinem ſimul appetēdo. Cuius ſolutio ex ea definitione peccati colligenda eſt, quam tradit Auguſtinus in libro 83. quæſt. quæſt. 30. dicens, humanam omnem peruerſitatem eſſe vti fruendis, & frui vtendis, qđ etiam peccato conuenit Angelorum; aſſignatur. n. illa ratio peccato mortali, quatenus tale eſt, in eo namque peccator ſeipſo fruitur, vltimo vero fine, & cæteris omnibus ad ſui commodum vtitur ea, in ſeipſum ordinans, etiam Deum ipſum. Itaque ſecundum eam ſententiam, quæ docet, Angelorum peccatum fuiſſe inordinatam appetitionem beatitudinis ſupernaturalis, dicendum eſt, quemlibet Angelum ſeipſum habuiſſe, vt vltimum finē, quo frueretur perpetuò, & perfectionem omnem tam naturalem, quàm ſupernaturalem, & Deum ipſū, vt horum bonorum authorem ad ſeipſum, vt finē ordinaſſe, pluris æſtimando ſeipſum, & ſua naturalia, quàm Deum, & eius chariſmata, ſiue dona ſupernaturalia. Beatitudinem enim appetijt ſupernaturalem, non vt ex diuina gratia ſibi conferendam, ſed vt naturalibus viribus acquirendam; Sicque eam, vt ſibi debitam, & quaſi naturalem perfectionem habere voluit; ac proindè eam ad ſuæ naturalis perfectionis complementum ordinauit. Quod igitur primò ſecundùm hanc ſententiam Angelus appetijt, fuit excellentia naturalis, ſecundariò verò fœlicitatem voluit habere ſupernaturalem, vt ex eius additione complementum acciperet naturalis beatitudo, non ita tamen, vt hæc ordinis peruerſitas fuerit ab Angelo concepta, & iudicata, ac expreſsè volita, ſed in modo volendi tantùm fuit virtualiter, & interpretatiuè volita.

Obiectio ex D. Tho.

Sed huic expoſitioni videntur eſſe cōtraria verba S. D. in textu prætentis articuli; ſic enim ait: *Si appetijt, vt vltimum finē illam Dei ſimilitudinem, quæ datur ex gratia, voluit hoc habere per virtutem ſuæ naturæ, non ex Dei auxilio ſecundùm Dei diſpoſitionem.*

Implicat autem appetere ſupernaturalem beatitudinem, vt vltimum finem, & eam ad naturalis excellentiæ complementum ordinare; quod enim ad aliud bonum, & vlteriorem finem ordinatur, non habet vt ſic rationem finis, ſed medij; & licet reſpectu quorundam ad eum ordinatorum rationem finis exerceat, nunquam tamen eſſe poterit finis ſimpliciter vltimus.

Solut. Reſpondetur, beatitudinem ſupernaturalem reſpectu Dæmonis appetentis eam inordinatè, dupliciter poſſe conſiderari; Vno modo, vt res appetita formaliter, & præcisè, & ſic ab Angelo nō fuit appetita, niſi vt vltimus finis, prout vere eſt; alioquin appetitio illa mala fuiſſet ex obiecto formaliter; quia ſcilicet appetijſſet beatitudinem ſupernaturalem ſub ratione medij: quod etiam ex errore procederet intellectus.

Alio modo poteſt conſiderari quo ad modum appetendi ex parte dæmonis, & ita non fuit appetita, vt vltimus finis, ſed vt medium: Nam hoc ipſo, quod eam appetijt, & non vt habendam ex diuina miſericordia, conuincitur eam interpretatiuè proprijs viribus conſequi voluiſſe, & ad ſui naturalem perfectionem ordinaſſe; vtitur enim peccator omnis fruendis, & fruitur vtendis.

S. Auguſt.

Secundum eam verò ſententiam, quam in hoc articulo magis approbat S. D. Angelū ſcilicet peccaſſe naturalem beatitudinem appetendo, non re & dici poſſe videtur, illam etiam ſupernaturalis beatitudinis appetitionem habuiſſe, non vt vltimi finis (ſic enim eam ordinare voluiſſet) ſed, vt complementi naturalis beatitudinis per ſe primò voli cæ. Nullum enim eſſet diſcrimen inter duas opiniones, ſiue dicendi modos in textu propoſitos; ni ſecundùm vtrumque mo lum Angelus primò naturalem, ſecundariò verò ſupernaturalem beatitudinem appetijſſet, hanc ad illam, immò ad ſeipſum, vt vltimum finem ordinando.

Primu itaque modus in textu poſitus cum præciſione ſecundi neceſſario videtur intelligendus, quamuis ſecundus à primo præcindi minimè poſſe videatur: Si cui tamen placuerit, ſic priorem dicendi modum S. D. interpretari, vt ſignificet malos Angelos, ita naturalem ſui perfectionem, vt vltimum finem ſuæ beatitudinis appetijſſe, vt appetitum quidem auerteret à ſupernaturali beatitudine, vt vltimo fine, ſed nihilominus eam ſibi concupiſceret, vt naturalis excellentiæ complementum, dicet in hoc poſitam eſſe differentiam inter primum, & ſecundum dicendi modum, quod primus naturalem perfectionem reſpicit, vt rem appetitam, ſed non vt vltimum finem formaliter, & explicitè, ſed interpretatiuè tantùm: Secundus autē ſupernaturalem fœlicitatem reſpicit, vt rem appetitam, & vltimum finē explicitè, ſaltem materialiter, ſed ex appetendi modo reſpicit eam interpretatiuè, ſeu virtualiter, vt medium ad naturalem Angeli perfectionem ordinatum.

Eam igitur habet probabilitatem hæc ſententia, quæ dicit, Angelos peccaſſe vtramque beatitudinem ſimul appetendo, quam habet vtraque in textu poſita, & præſertim ſecunda; non enim ab ea differt, niſi quoniam hæc, de qua modo diximus, id explicat, quod illa ſupponit, beatitudinem, ſcilicet ſupernaturalem ab Angelo non fuiſſe volitā, vt vltimum finem, ſed vt medium, virtualiter, & interpretatiuè loquendo.

Et

Et quoniam id, quod eſt per ſe principium, & cauſa illius eſt, quod eſt per aliud; ideò, vt inquit S. Doct. Diabolus conſequenter appetijt principatum aliquem ſuper alia habere. Non itaq; primò peccauit Angelus appetitione dominatus, & tyrannici principatus ſuper alias omnes creaturas contra ordinem diuinæ prouidentiæ, vt opinatus S. Bonauentura, cuius ſententiam ſequuntur Molina, & Valentia, & quadam ratione Vaſquez.

S Thom. a Bonauē. Molina. Valentia. Vaſquez.

Poſsibile fuiſſe Angelos appetitione vnionis hypoſtaticæ primò peccare, non tamen ita peccaſſe, poſſeque ſententias omnes facilè conciliari.

POſtrema quæſtio ad præſentem attinens controuerſiam eſt: An probabile ſit, Angelos appetitione vnionis hypoſtaticæ primò peccaſſe. Quam difficultatem tractat hic vberrimè Zumellus quæſt. ſua tertia, ad hunc articulum, & poſt eũ Vaſquez diſput. 213. ad quos lectorem remitto.

Zumellus Vaſquez

Quinque tamen mihi videntur dicenda. Primũ eſt: Angelis omnibus reuelatum fuiſſe myſterium vnionis hypoſtaticæ Verbi diuini cum humana natura. Secundum eſt, ſatis eſſe credibile, Deum Angelis omnibus impoſuiſſe præceptum, vt Chriſtum Deum, & hominem poſt multa ſæcula futurũ adorarent, tamquam caput, non ſolum omnium hominum, ſed etiam Angelorum iuxta illud Hebr. cap. 1. *Et iterum cum introducit primogenitum in orbem terræ dicit: Et adorent eum omnes Angeli eius.* Tertiũ eſt: poſsibile fuiſſe Angelos primo peccaſſe appetitione inordinata excellentiæ, quam naturæ Verbo perſonaliter vnitæ congruere cognouerunt. Quartum eſt: Angelos malos neque ſecundùm D. Thomam, neque ſecundùm veritatem tali voluntatis actu peccaſſe: Cuius rationem affert Zumellus dicens illum, qui ita lapſos eſſe contenderit, affirmare neceſſariò debere, Deum prius modo noſtro concipiendi, quàm præuideret peccatum Angelorum, & hominum, de Verbi Incarnatione cogitaſſe, & eam firmo, ac efficaci decreto fieri voluiſſe, ac proindè vniendam fore diuini Verbi perſonam cum humana natura, licèt nunquam futurum eſſet Adæ peccatum, cuius oppoſitum probat S. D. in tertia parte, quæſt. 1. art. 3.

Heb. c. 1.

Zumel. cõ

Sed huiuſmodi rationis falſum eſt antecedens; potuit enim Deus ab æterno prius Angelorum, & hominum lapſus præuidere, deinceps de Verbi Incarnatione in remedium humani peccati decernere, & tamen in tempore præceptum Angelis de nouo creatis imponere, vt Chriſtum Deum, & hominem, Saluatorem humani generis futurum adorarent. Et quemadmodum Adæ, priuſquàm haberet myſterium Incarnationis myſterium Deus reuelauit, cuius tamen cauſam illi occultam eſſe voluit, ſic Angelis idem potuit reuelaſſe myſterium, & ſupradictum impoſuiſſe præceptum, nulla interim in eis exiſtente notitia futuræ prædeſtinationis, aut cauſarum Sacramenti.

cõſutatio.

Vltimum eſt, probabiliter aſſeri poſſe, Angelũ peccaſſe ſuam appetendo naturalem perfectionẽ, vt vltimum finem, & ad eam ordinando (ex appetendi modo) illam ſupernaturalem beatitudinem, quam hypoſtaticam vnionem ſuæ naturæ concupiſcimus ex hac enim intelligebat infinitam ſuæ naturæ futuram excellentiam. Atque ita conciliari facilè poſſunt præcipuæ Doctorum ſententiæ, quæ videntur oppoſitæ. Videndus eſt Aſturicenſis de Gratia Chriſti, quæſt. 6. dub. 3. pag. 844.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: Primum peccatum Lucifer non fuit appetitio tyrannici principatus ſuper omnes alias creaturas contra diuinum præceptum, nec inordinata voluntas, ſiue concupiſcentia cultus, vel honoris ab omnibus illi creaturis exhibendi. Probatur ex illo principio S. Doct. in textu. Id, quòd eſt per ſe principium, & cauſa illius eſt, quod eſt per aliud; at habere perfectionem ſuã naturalem, vt vltimum finem, vel beatitudinem ſupernaturalem, vt proprijs viribus acquiſitam, tamquàm vltimum finem eſt id, quod eſt per ſe in appetitione voluntatis, habere verò tyrannicum principatum ſuper alias creaturas, eſt id, quod eſt per aliud; ergo.

S. Thom.

Probatur minor: Quia volitio, & appetitio eſt per ſe primò vltimi finis, & per ipſum ad alia deriuatur, quæ ad vltimum finem ordinantur. Cum itaque perfectio naturalis, vel beatitudo, vt proprijs viribus acquiſita fuerit Angelo malo finis vltimus, propter quem erat appetibilis tyrannicus principatus, neceſſe fuit, huius appetitum ab illo præcedi. Quod etiam ab ipſa veritate coactus, & ſibi repugnans Molina ſignificat dicens, peccatũ Luciferi fuiſſe ſuperbiam, qua de ſua pulchritudine, ac perfectione intumeſcens tyrannicum principatum ſuper omnes creaturas appetiuit: prius ergo ſecundùm Molinam intumuit ſuperbia Lucifer, finem vltimum in ſui pulchritudine, ac perfectione conſtituens, deinde tyrannicum appetijt principatum.

Molina.

Secunda Concluſio: Primum Angelorum peccatum non fuit appetitio exẽptionis ab omni imperio Dei quo ad ea miniſteria, in quibus à Deo occupantur. Probatur ex eodem principio; quia ſcilicet id, quod eſt per ſe, prius eſt eo, quod eſt per aliud; at perfectio naturalis, ſiue beatitudo, vt proprijs viribus acquirenda, ab Angelis malis per ſe primò fuit appetita; ergo. Secundò: Quia fuga mali veri, vel apparentis non poteſt eſſe primus actus appetitus: id præſupponit actum proſecutionis boni, ex quo ſequitur fuga mali; ideò namq; mortem, & miſeriam fugimus, quia vitam, & felicitatem appetimus; igitur Angeli mali propterea ſubeſſe Deo noluerunt, quia propriam excellentiam, vt finem vltimum appetierunt. Quod etiam à ſemetipſo diſſidens fatetur Valentia, cum ait Angelos malos elatos contemplatione perfectionis ſuæ ab omni imperio Dei exẽptos eſſe voluiſſe, præceſſit igitur in Angelis illis elatio, & complacentia ſuæ perfectionis inordinata voluntatem illam exemptionis ab imperio Dei.

Valentia.

Tertia concluſio: Falſa eſt ea ſententia, quæ di-

cit, Angelum primò peccare potuisse, eo quod illi simplici affectu displiceret esse Deo inferiorem naturam. Hæc est contra Burgensem, & Vasquezium. Probatur primò ex eodem principio, arguendo, sicut priùs. Secundò: Quoniam actus abominationis, siue fugę posterior est actu prosecutionis in appetitu. Tertiò: Quoniam actus primus plenæ libertatis, & vltimæ deliberationis debuit esse non simplex quidam affectus, qui est velleitas de re impossibili, vt tali cognita, sed actus efficax voluntatis de vero bono, vt ante diximus.

Burgensis. Vasquez.

Quarta conclusio: Probabilior sententia est, Angelos malos primò peccasse, naturalem suam perfectionem & excellentiam appetendo. Hæc satis apertè colligitur ex textu præsentis articuli, vt ostendimus supra cum Caietano. Eius sensus, & fundamenta perspicua sunt ex dictis in prima parte controuersiæ. Eandem latè probat, & tuetur Zumellus in 2. sua quæst. ad hunc art. & Ferrar. in sæpe allegato c. 109. & Barnes dubio 3. concl. 5.

Caietanus. Zumellus. Ferrariens. Barnes.

Quinta cõclusio: Probabile est, Angelos primò peccasse appetitione beatitudinis supernaturalis inordinata. Hæc patet ex dictis in secunda parte controuersię, & probat, ac defendit eam Zumellus in allegata q. 2. concl. 7.

Zumellus.

Sexta conclusio: Probabilis valdè est, eorum sẽtentia, qui dicunt, Angelos malos peccasse, vtrãque simul inordinatè beatitudinem appetendo. Hanc in 3. contr. parte latè declarauimus, & doctrinæ S. Thom. conformem esse demonstrauimus. Eandem approbat, ac tuetur Zumellus in dicta quæst. 2.

Septima conclusio: Probabile est Angelos peccasse appetitione vnionis hypostaticæ inordinata. Hanc probat late Zum. in sua 3. q. ad hunc art.

Octaua conclusio: Primum Angelorum peccatum non fuit appetitio vnionis hypostaticæ inordinata. Hanc probant latè Zumellus, & Vasquez, & ante eos Barnes dubio 3. concl. 6.

Vasquez. Zumellus. Barnes.

Vltima conclusio: Probabile est, Angelum primò peccasse appetitione naturalis suæ perfectionis, vt vltimi finis, ad eum ordinando (ex appetendi modo) tam supernaturalem beatitudinem, quã hypostaticam vnionem suæ naturæ concupitam. Probatur: Quoniam, sicut Angelis omnibus in primo creationis eorum instanti reuelata fuit beatitudo supernaturalis, ita reuelata fuit eis vnio hypostatica Verbi diuini cum humana natura: ergo, sicut Angeli mali iuxta probabilem opinionẽ primò peccauerunt, appetendo supernaturalem beatitudinem, vt complementum perfectionis suæ naturalis, ita peccauerunt appetendo suæ naturæ vnionem hypostaticam cum diuino Verbo, eam ad suæ naturalis perfectionis complementum ordinãdo. Antecedens patet. Cõsequẽtia probatur: Quia non minus, sed multò magis intellectualis natura perficeretur diuini Verbi personalitate, quam supernaturali fœlicitate. Et confirmatur: Quoniam æquè, & eadem ratione his duobus aduti potest Angelica voluntas in actum procedens absque debita directione diuinæ regulæ, vtrumque scilicet propter ipsum Angelum, tanquam propter vltimũ finem appetendo.

Argumenta, & solutiones.

CONtra primam conclusionem argumentatur Molina. Primò: Quoniam Ezech. 28. dicitur, *Elevatum est cor tuum in decore tuo.* Et Isa. 14. dicitur: *In Cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, similis ero Altissimo.* Quo loco nomine Cœli non possumus intelligere Cœlum materiale, & astra materialia: eo quod Lucifer in Cœlo esset Empyreo; sed nomine cœli intelligendum est supremum fastigium honoris, & principatus: nomine verò astrorum intelligendi sunt cæteri Angeli, super quos volebat exaltari, vt etiam exponit Hieronymus in commentario dicti capitis. Et confirmatur: Quia Lucifer nomine astri significatur apud Isaiam in dicto capit. 14. cuius verba sunt: *Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris?* Et Paulus 1. ad Cor. c. 15. Beatos stellis comparat dicens, *Alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas stellarum. Stella differt a stella in claritate: Sic resurrectio mortuorum.*

Molina. Esa. c. 14. Ezech. 28. S. Hieron. Esa. c. 14. 1. cor. c. 15.

Respondetur primò, verba Ezechielis manifestè significare, Luciferum peccasse appetitione, siue complacentia inordinata perfectionis suæ naturalis, & excellentiæ; nec Hieronymus ibi docet oppositum. Secundò dico, nomine cœli apud Isaiam eandem excellentiam, seu beatitudinem intelligi siue naturalem, siue etiam supernaturalem modo superius explicato: nomine verò astrorum alios Angelos intelligi posse, ac proinde Luciferum primò suæ perfectionis habuisse complacentiam, vel appetitionem inordinatam, deinde cæteris Angelis tyrannicè dominari voluisse.

Secundò Augustinus 11. super Genes. ad litteram cap. 23. *Propria,* inquit, *potestatis delectatione corruptus est.* Et 14. de Ciuit. Dei, cap. 11. *Postea verò* (inquit) *quam superbus ille Angelus, at perbo inuidens per eandem superbiam a Deo ad semetipsum conuersus, & quodam quasi tyrannico fastu, gaudere subditis quàm esse subditus eligens de spirituali Paradiso ejicitur:* Et Greg. 23. Mor. cap. 4. *Dispicile,* (inquit) *bono societatis Angelorum, sedẽ suam ad Aquilonem ponens, & Altissimi similitudinem superbè appetens, per iniquum desiderium quasi ad quoddam culmen conatus est singularitatis ascendere.*

S. August. S. Gregor.

Respondetur primò, non fideliter allegari verba Augustini ex lib. 11. cap. 23. Eius enim verba sunt: *Factus continuò sedẽ a luce veritatis auersus est superbia tumidus, & propria potestatis delectatione corruptus:* Quibus verbis significatur, Luciferum primò fuisse superbia tumidum deinde propriæ potestatis fuisse delectatione corruptum. Vel etiam nomine potestatis intelligit naturam eius nobilissimam intellectui, & voluntate perfectam, quibus, vt agendi Principijs Angelus operatur, non solum ad intra, sed etiam ad extra. Idem expressius significant eiusdem Augustini verba ex vndecimo cap. de Ciuit. Dei relata primò nam, loco ponitur Angeli superbia, & auersio à Deo, & conuersio ad ipsũmet Angelũ, (per inordinatum appetitum, seu cõplacentiam propriæ perfectionis, vel excellentiæ, deindè tyrannici dominatus appetitio.

Aug.

Con-

Contra ſecundam concluſionem argumentatur Valentia proferens multa dicta Sanctorũ Auguſtini, Gregorij, & Anſelmi dicentium diabolũ elatum ſuperbia ſuo Creatori ſubditum eſſe recuſaſſe; quibus iamplenè ſatisfecerat S. D. in textu dicendo, Angelum ſecundariò, ſiue conſequenter appetiſſe principatum ſuper alia, & in hoc etiam peruersè voluiſſe Deo aſsimilari. Nec verum eſt, quod ait Valentia ſẽtentiam ſuam carere difficultatibus & incommodis aliarum opinionum; non enim potuit Angelus talem exemptionem appetere abſque manifeſto errore practico in intellectu voluntatis actum præcedente; poterat enim Angelus ſpeculatiua cognitione, Deo reuelante, præcipua ſalutis humanæ myſteria, ex quibus erant plurima complenda, non ſolùm diuina poteſtate, ſed medijs Angelorum officijs, & actibus: deindè naturaliter etiã omnes Angeli cognouerunt, ſe Prouincijs, Regnis, ac hominibus cuſtodiendis fore præficiendos aut etiam actu fuiſſe præfectos; non ergo potuerunt abſque errore practico iudicare, talem exemptionem eſſe veluti bonam moraliter appetendam.

Valentia.

S. Thomas.

Valentiæ dictũ reijcitur.

Sed ait Valentia, potuiſſe Angelũ abſolutè appetere dictam exemptionem, tamet ſi fortè tunc ſciuerit, ſe à Deo non fuiſſe conſecuturum, ſed iam Deum aliud decreuiſſe: nam poteſt ſuperbus ſubditus id etiam ſuperbè appetere, quod nouit ſuperiorem ſuum non ei conceſſurum.

Euaſio Valentiæ.

Sed hæc reſponſio militat aduerſus eius authorem; oportuit enim ſecundùm hanc reſponſionem Angelum vel primo fuiſſe ſuperbum, deinde ex ſuperbia talem exemptionẽ appetiſſe, vel in tali appetitione non peccaſſe; quia ſcilicet appetijt id, quod erat bonum, nulla præcedente culpabili inconſideratione, vel errore, aut ignorantia.

Retorquetur reſponſio.

Contra tertiam concluſionem tangit Vaſquez quædam argumenta iam ante ſoluta.

Vaſquez.

Contra quartam concluſionem ſunt argumenta, quæ proponunt, & ſoluunt Ferrarienſis in dicto cap. 109. & Zumellus quæſt. ſua ſecunda ad hunc articulum, concluſ. 6.

Ferrarien. Zumellus

Contra eandem, & quintam concluſionem argumentatur Molina. Primò: Primũ peccatum Luciferi fuit ſuperbia; at difficile explicatur ratio ſuperbiæ, eo quod appetierit ſuam beatitudinem naturalem, habendo ſe negatiuè circa ſupernaturalem, aut in eo, quod appetierit ſupernaturalem, negatiuè ſe habẽdo circa auxilia ſupernaturalia.

Molina.

Reſpondetur, nos in articulo præcedente controuerſia ſecunda perſpicuè demonſtraſſe cum D. Thoma, Caietano, & alijs, in tali appetitione fuiſſe peccatum ſuperbiæ.

S. Thom. Caiet.

Sed contra reſponſionem hanc inſurgit Valentia: Nam, quod eiuſmodi appetitus tunc ſit malus ex circumſtantia, cùm teneatur quis illo intuitu auxilij diuini beatitudinem ſupernaturalem expetere, ſicut tenebantur in illa duratione viæ ſuæ Angeli, id quidem non efficit, vt talis appetitus ſit malus contra præceptum negatiuum vetãs ſuperbiã, ſed contra præceptum potius affirmatiuum ſpei; quod ſcilicet iubet, vt pro loco, & tempore beatitudo ſupernaturalis ritè ſcilicet expetatur, vt obtinenda per auxilium diuinum, tamquam bonum quoddam maximè arduum, in quod præcipuè reſpicit virtus ſpei; ergo ſecundùm illam opinionem non tam fuiſſet peccatum Angelorũ ſuperbiæ peccatum contra virtutem humiliratis, quàm peccatum prauæ, & inordinatæ cuiuſdam ſpei ex defectu illius circumſtantiæ, ſeu reſpectus ad auxiliũ diuinum.

Replica. Valentiæ

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens, primò; Quia mala fuit appetitio illa, non ſolum quia directione caruit diuinæ regulæ; ſed etiam, quia fuit actio quo ad modum contraria diuinæ regulæ, vt ſcitè Caietanus aduertit infra art. 7. Secundò falſum eſt antecedens; quia peccatum præſumptionis acceptum, prout opponitur ſpei, vt eſt virtus Theologica, in hoc poſitum eſt, vt aliquis tendat in aliquod bonum, vt poſsibile per virtutem, & miſericordiam diuinam, quod poſsibile non eſt: vt cum aliquis ſperat à Deo veniam obtinere ſine pœnitentia, vel gloriam ſine meritis, vt ait S. D. in 2. 2. quæſt. 21. art. 1. Conſtat autem ex ſupradictis, malos Angelos talem erga beatitudinem ſupernaturalem affectum non habuiſſe, non enim eam voluerunt ex Dei potentia, & miſericordia conſequi, ſed virtute propria modo ſuperiùs explicato. Tertiò falſum eſt antecedens; quia peccatum præſumptionis, quod potuit ineſſe malis Angelis in appetitione beatitudinis ſupernaturalis opponit ſpei, prout eſt virtus moralis, cuius obiectum eſt bonũ arduum poſsibile obtineri virtute propria, cum tamẽ ex ſola diuina miſericordia poſsit haberi. Neque tamen conſequens fuit, primum Angeli peccatum fuiſſe præſumptionem, non autem ſuperbiã; hæc enim præſumptio, vt ait Gregorius 31. Mor. cap. 31. & D. Thom. in dicta quæſt. 21. artic. 4. filia eſt inanis gloriæ, quæ oritur immediatè ex ſuperbia, vt ait idem S. D. in 2. 2. quæſt. 32. art. 4. Quamuis igitur in vno voluntatis actu materialiter plurium potuerint eſſe peccatorum deformitates ratione diſtinctæ, naturæ tamen ordine primam oportuit eſſe ſuperbiam ob rationem in textu poſitã; quia ſcilicet quod eſt per ſe, prius eſt eo, quod eſt per aliud.

Solutio.

Caietanus

S. Thom.

S Gregor. S. Thom.

Cur autem, & quomodo primum Angelorum peccatum fuerit ſuperbia, ſatis oſtendimus in articulo præcedente.

Secundò arguit Molina: Quia nõ ſatis conſtat, cur indè ſequatur, Dæmonem voluiſſe interpretatiuè ſuam beatitudinem naturalem eſſe vltimam ſimpliciter, aut ſupernaturalem non eſſe ex auxilio Dei, præſertim vt tantam culpam incurriſſe dicatur, quantam veriſimile eſt fuiſſe in illo peccato, propter quod Deus tam graui eum ſupplicio affecit, maximè cum iuxta authores eius ſententiæ id totum prouenerit ex inaduertentia, quæ valdè extenuat, ac minuit culpã, ſi quæ in ea appetitione fuit; adeò vt penſatis omnibus circumſtantijs, vix maior culpa, quàm venialis poſsit excogitari.

Reſpondetur, antecedens falſum eſſe, vt patet ex ſupradicta controuerſia, & alijs ſuperius explicatis in prima controuerſia præſentis articuli.

S. Anſelm. lib. 14.

Tertiò Anſelmus de caſu Diaboli cap. 4. affirmat, Angelum, quàdo peccauit, appetiuiſſe, quod non habebat, idq; innuit illud Iſa. cap. 14. *In Cælũ conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, & ſimilis ero Altiſſimo*: Sed, quando peccauit, habebat beatitudinem naturalem; ergo non peccauit appetendo ſuam beatitudinem naturalem.

Reſpondetur, Angelum ex appetendi modo ſibi voluiſſe, quod non habebat, fœlicitatem ſcilicet naturalem, vt ſummum bonum, & vltimum finem; Falſa eſt ergo minor argumenti formaliter de beatitudine naturali, prout ab Angelo virtualiter, & interpretatiuè fuit appetita, prout ſcilicet induit rationem vltimi finis, & ſummi boni, propter quam cauſam Diabolus apud Iſaiam miris eam exaltat excellentiæ titulis. Et per hęc ſoluitur etiam argumentum in ſecunda parte controuerſiæ factum pro ſecunda concluſione.

Quartò: In eo, quod nos abſolutè appetamus noſtram fœlicitatem ſupernaturalem, nihil attendentes ad diuinam gratiam, non peccamus; ergo nec Angelus in eo peccaſſet. Confirmatur: Quoniã Angelus tunc habebat gratiam gratum facientẽ, ac proinde bona opera moraliter, quæ exercebat, erant opera filij Dei per adoptionem digna vita æterna, meruitque Angelus in primo inſtanti, in quo fuit creatus; ergo tunc peccare non potuit appetendo beatitudinem ſupernaturalem ex ſuis tãtum naturalibus.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam, tam enthimematis, quàm confirmationis: Quia ſecundùm illud inſtans, vt ante diximus, erat primum inſtans plenæ libertatis ipſius Angeli; atque ideò tenebatur, tunc de vltimo fine vitæ ſuę deliberare, & de diuina gratia, & actionum ſuarum regula ſupernaturali cogitare, & ſecundum eam actiones ſuas dirigere, ac ſeipſum, & omnia ſua in Deum vltimum finem expreſsè referre: remota verò tali cogitatione, iam actiones Angeli non erant ex gratia, ſed ex virtute naturali, nec erant ſupernaturales, propriè, & abſolutè loquendo, nec bonæ moraliter ob defectum præcipuæ circumſtantiæ, ſcilicet finis vltimi, de quo, prout talis eſt, tenebatur tũc Angelus actu cogitare, & eum, vt talis eſt, expreſsè diligere.

Vaſquez. Valentia

Contra eandem quartam concluſionem ſunt argumenta Vaſquezij diſput. 35. cap. 5. & Valentiæ iuper hoc articulo: Quibus ſupra ſatisfecimus artic. 2. & in prima controuerſia præſentis articuli, & ex ſupra notatis etiam dilui facilè poſſunt. Videnda ſunt argumenta, quæ producit, & ſoluit Zumellus; ex eorum enim ſolutione cætera confutantur.

Zumellus

Contra quintam concluſionem ſunt argumenta, quæ refert, & ſoluit Zumellus in dicta quæſtione ſecunda, præſertim concluſione ſeptima, ibi; *Sed contra concluſionem ſeptimam*, & Ferrarienſis in 3. cont. gent. cap. 110. §. *Sed tunc*.

Ferrarien.

Vaſquez.

Contra eandem concluſionem ſunt argumenta Vaſquezij diſp. 35. cap. 2. & 3. quibus in prima huius articuli controuerſia ſatisfecimus.

Contra eandẽ concluſionem argumentatur Valentia eiſdẽ ferè mediis, quibus Molina, quæ ideò non ſunt hic fruſtrà repetenda. Valentia.

Contra ſextam concluſionem militant argumẽta Molinæ producta contra quartam concluſionẽ, & ea, quæ ſupra notauimus contra eandem quartam, & quintam concluſionem. Molina.

Contra ſeptimam concluſionem argumentatur Zumellus: Primò: Quoniam hæc ſententia ſupponit Deum prærdinaſſe Incarnationem priùs ratione, quàm præuiderit peccatum Angelorum, & conſequenter priuſquàm præuiderit lapſum hominis; ex quo ſequitur vlterius, quod, etiamſi homo non peccaret, Deus carnem aſſumeret, quod expreſsè eſt contra Diuum Thomam. Zumellus.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens, vt ſuperius oſtendimus.

Secundò: Ille modus peccandi in Angelis non videtur poſsibilis, niſi procedat ex aliquo errore poſitiuo: ergo. Probatur antecedens: Quia illud peccatum ſupponit in Angelo hoc iudicium: Cõuenientius eſt, Deum aſſumere perfectiſsimã Angelicam naturam, quàm humanam: at hoc iudicium eſt erroneum; nam, quòd Deus facere decreuit, credendum eſt illud fieri conuenientiſsima ratione.

Præterea: Illud iudicium videtur ſupponere, eſſe aliquo modo debitum Angelicæ naturæ, tamq; perfectiori, vt potius Deus illam, quàm inferiorẽ aſſumat, ſi aliquam vult aſſumere. Probatur antecedens: Quia, niſi Angelus haberet tale iudicium, non poſſet determinatè appetere vnionem hypoſtaticam: ſed vt plurimum poſſet merè conditionatè deſiderare, quòd Deus ſuam naturam aſſumeret, quod leuem videtur habere deordinationẽ.

Reſpondetur ad primũ, falſum eſſe antecedens. Ad cuius probationem negatur prima propoſitio: ſatis eſt enim, vt ſupponat hoc iudicium: Bonum eſſet ad complementum excellentiæ meæ, *Deum* aſſumere meam naturam in vnitatem perſonæ; ſic enim appetendo peccaret maximo peccato ſuperbiæ, ordinando Deum ad excellentiæ ſuæ complementum, ſaltem virtualiter, & interpretatiuè, & quo ad modum appetendi, nõ ordinando, ſcilicet hanc aſsumptionem, & perfectionem naturæ ſuæ in Deum, vt vltimum finem. Et per hæc ſoluitur aliud argumentum.

Negatur enim antecedens: & ad eius probationem negatur ſequela propoſitionis aſſumptæ; potuit enim Angelus ex iudicio, iam dicto vnionem hypoſtaticam diuinæ perſonæ, non ſub conditione tantùm, ſed etiam abſolutè ſibi concupiſcere.

Nec obſtat: Angelum tunc amiſſurum pròpriã perſonalitatem, quoniã Angelica natura ex vnione cum diuina perſona infinitã acquireret dignitatem; adeò vt propriæ perſonalitatis amiſsio nullum eſſet illi naturæ, ſiue ſubſtantiæ detrimentũ.

Contra octauam concluſionem ſunt argumenta Catharini ex multis Sanctorum dictis collecta: quibus ſatisfaciunt ex ſuis fundamentis Molina mẽbro quinto, Bannes, Zumellus, & alij: & vt plurimum probant vltimam, & ſeptimam noſtrã concluſionem: nec amplius probant argumẽta Maloníj. Catharin. Molina. Bannes. Zumellus Malonius

AR-

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrum aliqui dæmones ſint naturaliter mali.

323 2.d.7.q 1. ar.2. co.& 3. con ca. 107 vſque 111.& ma lo q 16 ar. 2. Ca 11. pa rũ à princ.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd aliqui dæmones ſint naturaliter mali. Dicit enim Porphyr. vt Auguſt. introducit 10. de Ciuit. Dei.* q eſt quoddam genus dæmonum natura fallax, ſimulans Deos, & animas defunctorum. Sed eſſe fallacem, eſt eſſe malum: Ergo aliqui dæmones ſunt naturaliter mali.

2 Præterea: Sicut Angeli ſunt creati à Deo, ita, & homines. Sed aliqui homines ſunt naturaliter mali: de quibus dicitur Sap. 17. Erat eorum malitia naturalis: Ergo, & Angeli aliqui poſſunt eſſe naturaliter mali.

3 Præterea: Aliqua animalia irrationalia habent quaſdam naturales malitias: ſicut vulpes naturaliter eſt ſubdola: & lupus naturaliter eſt rapax, & tamen ſunt creaturæ Dei: Ergo, & dæmones, licèt ſint creaturę Dei, poſſunt eſſe naturaliter mali.

Ca 4. par. 4. cir. med. Sed contra eſt, quòd Dionyſ.* dicit 4. cap. de diuin. nom. quòd dæmones non ſunt naturaliter mali.

Reſpondeo. Dicendum, quòd omne, quod eſt, inquantùm eſt, & naturam habet aliquam, in bonum aliquod naturaliter tendit, vt potè ex principio bono exiſtens: quia ſemper effectus conuertitur in ſuum principium. Contingit autem alicui bono particulari, aliquod malum eſſe adiunctum, ſicut igni cõiungitur hoc malum, quod eſt eſſe conſumptiuum aliorum. Sed bono vniuerſali nullum malum poteſt eſſe adiunctum: Si ergo aliquid ſit, cuius natura quidem ordinetur in aliquod bonum particulare, poteſt naturaliter tendere in aliquod malum, non inquantùm malum, ſed per accidẽs, inquantùm eſt coniunctum cuidam bono. Si verò aliquid ſit, cuius natura ordinetur in aliquod bonum, ſecundùm communem boni rationem, hoc ſecundùm ſuam naturam non poteſt tẽdere in aliquod malum. Manifeſtum eſt autem, quòd quælibet natura intellectualis habet ordinem in bonum vniuerſale* quod potuit apprehendere, & quod eſt obiectum voluntatis: Vnde, cum dæmones ſint ſubſtantiæ intellectuales, nullo modo poſſunt habere inclinationem naturalem in aliquod quodcunq; malum. Et ideo non poſſunt eſſe naturaliter mali.

298

301 318

Ad primum ergò dicendum, quòd Auguſtinus ibidẽ reprehendit Porphyr. de hoc, quod dixit, quòd dæmones erant naturaliter fallaces: dicens eos nõ eſſe naturaliter fallaces, ſed propria voluntate. Porphyr. autem hac ratione poſuit dæmones eſſe natura fallaces: quia ponebat dæmones eſſe animalia habentia naturam ſenſitiuam. Natura autem ſenſitiua ordinatur ad aliquod bonum particulare, cui poteſt eſſe coniunctum malum. Et ſecũdum hoc, aliquam inclinationem naturalem habere poſſunt ad malum, per accidens tamen, inquantũ malum eſt coniunctum bono.

Ad ſecundum dicendum, quòd malitia aliquorum hominum, poteſt dici naturalis, vel propter conſuetudinem, quæ eſt altera natura, vel propter naturalem inclinationẽ ex parte naturæ ſenſitiuæ, ad aliquam inordinatam paſsionem, ſicut quidam dicuntur naturaliter iracundi, vel concupiſcentes, non autem, ex parte naturæ intellectualis.

Ad tertium dicendum, quòd animalia bruta, ſecundùm naturam ſenſitiuam habent naturalem inclinationem ad quædam particularia bona, quibus coniuncta ſunt aliqua mala, ſicut vulpes ad quærendum victum ſagaciter, cui adiungitur dolofitas. Vnde eſſe doloſum non eſt malum vulpi, cum ſit ei naturale, ſicut nec eſſe furioſum eſt malum cani: ſicut Diony.* dicit 4. cap. de diu. nom.

Ca. 4. par. 4 parum à medio.

Senſus quæſiti.

DE malitia morali ſermo eſt. Eſſe verò naturaliter malũ dupliciter intelligi poteſt, vt ait S. D. de malo, quæſt. 16. art. 2. Vno modo, vt malũ ſit natura ipſius, vel aliquid naturæ eius, ſiue proprium accidens conſequens naturam.

Alio modo, quia eſt ei naturalis inclinatio ad malum; ſicut quidã homines ſunt naturaliter iracundi, vel cõcupiſcentes, propter complexionem. Hoc ſecundo modo ſumitur hic eſſe malum naturaliter, vt patet ex toto progreſſu præſentis articuli.

Forma Textus.

Concluſio eſt: Dæmones non poſſunt eſſe naturaliter mali. Probatur. Si aliquid ſit, cuius natura ordinetur in bonum particulare, poteſt naturaliter tendere in aliquod malum, non inquantum malum, ſed per accidens, inquantum eſt coniunctum cuidam bono: ſi verò ſit aliquid, cuius natura ordinetur in aliquod bonum ſecundùm communem rationem boni, hoc ſecundùm ſuam naturam non poteſt tendere in aliquod malum: ſed dæmonum natura ordinatur in bonum ſecundùm cõmunem boni rationem; ergo dæmones non poſſunt eſſe naturaliter mali.

Maior probatur ex conuenientia tendentium in bonum particulare, & in bonum vniuerſale, & ex differentia boni particularis, & boni vniuerſalis. Conuenit enim omnia (ſcilicet creata) quæ ſunt, & naturam aliquam habent inquantum ſunt, vt in bonum aliquod naturaliter tendant. Et probatur hoc; quoniam ex principio exiſtunt: omnis autem effectus conuertitur ſuo in-

clinetur in suum principium.

Differentia inter particulare, & vniuersale bonum est, quod illi potest aliquod malum esse adiunctum; sicut igni coniungitur hoc malum, quod est esse consumptibile aliorum; sed huic, scilicet vniuersali bono, nullum malum potest esse adiunctum.

Ex hac itaque conuenientia, & differentia sequitur euidenter prædicta maior, videlicet: Si sit aliquid, cuius natura, &c.

Minor verò probatur: Quia quælibet natura intellectualis habet ordinem in bonum vniuersale; sed dæmones sunt substantiæ intellectuales; ergo. Prima propositio probatur; quia natura intellectualis potest apprehendere bonum vniuersale, & tale bonum, scilicet vniuersale per intellectum apprehensum est obiectum voluntatis; ergo natura intellectualis habet ordinem in bonum vniuersale.

Expositio Textus.

CONclusionem huius articuli esse fidei confessionem probant recentiores omnes diuinarum scripturarum testimonijs, sacrorum Conciliorum definitionibus, & Sanctorum Patrum dictis. Quæ diligenter collegit Malonius in sua Bibliotheca ad secundum sententiarum, dist. 6. disputatione quinta.

Malonius.

Eandem conclusionem probat S. Doct. octo rationibus efficacissimis in tertio cont. gent. capit. 107. ex quibus quinta continet eam, qua probatur in hoc articulo conclusio. Cuius rationis vim examinat, & explicat accuratè Ferrariensis in dicto capitulo.

S. Thom.

Ferrarien.

Vide illum; nos enim ad ea, quæ sunt difficiliora, properamus.

ARTICVLVS V.

Vtrum diabolus fuerit malus in primo instanti suæ creationis, per culpam propriæ voluntatis.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd diabolus in primo instanti suæ creationis fuerit malus, per culpam propriæ voluntatis: dicitur enim Ioan. 8. de diabolo: Ille homicida erat ab initio.

3 d. 3 q. 1 Et ma qu 16. ar. 4 & Io. 8. lib 6

2 Præterea. Secundum Aug. 1. super Gen. ad litteram. *Informitas creaturæ non præcessit formationem tempore, sed origine tantũ. Per cœlum autem, quod legitur primò creatum, vt ipse dicit in secundo libro intelligitur natura Angelica informis. Per hoc autẽ, quòd dicitur, quòd Deus dixit: Fiat lux, & facta est lux: intelligitur formatio eius per conuersionem ad verbum: simul ergo natura Angeli creata est, & facta est lux: Sed simul dum facta est lux, distincta est à tenebris, per quas intelliguntur Angeli peccantes: Ergo in primo instanti suæ creationis, quidam Angeli fuerunt beati, & quidam peccauerunt.

Lib 1 sup Gen c 15. parum à princip. & lib. 1 de Gẽ ad lit. c 5. Li 2. c 2 9 parum à princ.

3 Præterea. Peccatum opponitur merito: Sed in primo instanti suæ creationis aliqua natura intellectualis potest mereri, sicut anima Christi, vel etiam ipsi boni Angeli, Ergo, & dæmones in primo instanti suæ creationis potuerunt peccare.

4 Præterea. Natura Angelica virtuosior est, quàm natura corporea; Sed res corporalis statim in primo instanti suæ creationis, incipit habere suam operationem, sicut ignis, in primo instanti, quo generatus est, incipit moueri sursum: Ergo, & Angelus in primo instanti suę creationis potuit operari. Aut ergo habuit operationem rectam, aut non rectam; si rectam, cum gratiam habuerint, per eam meruerunt beatitudinem. In Angelis autẽ statim ad meritum sequitur præmium, vt supra dictum est. *Ergo fuissent statim beati. & ita nunquã peccassent, quod est falsum. Relinquitur ergo, q in primo instanti non rectè operando peccauerunt. q 61 a 5.

Sed contra est, quòd dicitur Genes. 1. Vidit Deus cuncta, quę fecerat, & erant valde bona. Inter ea autem erant etiam dæmones; Ergo, & dęmones aliquando fuerunt boni.

Respondeo. Dicendum, quòd quidam posuerunt, quòd statim dęmones in primo instanti suæ creationis mali fuerunt, non quidẽ per naturam, sed per peccatum propriæ voluntatis, quia ex quo est factus diabolus, iustitiam recusauit. Cui sententiæ, vt Aug. †dicit 11. de Ciuitate Dei, quisquis acquiescit, non cum illis hæreticis sapit, ideſt Manichæis, qui dicũt, quòd diabolus habet naturam mali. Sed, quia hæc opinio authoritati scripturæ contradicit; (dicitur enim sub figura principis Babylonis de diabolo, Isa. 14. Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? & Ezech. 28 In deliciis Paradisi Dei fuisti, dicitur ad diabolũ sub persona Regis Tyri) ideò à magistris hæc opinio, tamquam erronea rationabiliter reprobata est. Vnde aliqui dixerunt, quòd Angeli in primo instanti suæ creationis peccare potuerunt, sed non peccauerunt; Sed hæc opinio etiam à quibusdam improbatur ea ratione; quia, cum duæ operationes se consequuntur, impossibile videtur, quòd in eodem nunc, vtraque operatio terminetur; manifestum est autem, quod peccatum Angeli fuit operatio, creatione posterior; terminus autem creationis est ipsum esse Angeli; terminus verò operationis peccati est, quòd sunt mali. Impossibile ergo videtur, quòd in primo instanti, quo Angelus esse cepit, fuerit malus; Sed hæc ratio, non videtur sufficiens; habet enim solum

Lib. 11. de Ciu. Dei c. 13. circa fin. s.

locum

locum in motibus temporalibus, qui ſucceſſiuè aguntur: ſicut, ſi motus localis ſequitur ad alterationem, nó poteſt in eodem inſtanti terminari alteratio, & localis motus; Sed, ſi ſunt mutationes inſtantaneæ ſimul, & in eodem inſtanti poteſt eſſe terminus primæ, & ſecundæ mutationis: ſicut in eodem inſtanti, in quo illuminatur Luna à Sole, illuminatur aer à Luna. Manifeſtum eſt autem, quòd creatio eſt inſtantanea, & ſimiliter motus liberi arbitrij in Angelis; non enim indigent collatione, & diſcurſu rationis, vt ex ſupra dictis patet.* Vnde nihil prohibet, ſimul, & in eodem inſtanti eſſe terminum creationis, & terminum liberi arbitrij. Et ideo aliter dicendum eſt, quòd impoſſibile fuit Angelum in primo inſtanti peccaſſe per inordinatum actum liberi arbitrij. Quamuis enim res aliqua in primò inſtanti, quo eſſe incipit, ſimul incipere poſſit operari: tamen illa operatio, quæ ſimul incipit, cum eſſe rei, eſt ei ab agente, à quo habet eſſe: ſicut moueri ſurſum ineſt igni à generante: Vnde, ſi aliqua res habeat eſſe ab agente deficiente, quod poſſit eſſe cauſa defectiua actionis, poterit in primo inſtanti, in quo incipit eſſe, habere defectiuam operationem: ſicut ſi tibia, quæ naſcitur claudicare. Agens autem, quod Angelus in eſſe produxit, ſcilicet Deus, non poteſt eſſe cauſa peccati. Vnde non poteſt dici, quòd diabolus in primo inſtanti ſuæ creationis fuerit malus.

D. 413.

D. 142. q 58 ar. 3.

D. 746.

D. 503.

Ad primùm ergo dicendum, quòd, ſicut Aug.* dicit 11. de Ciuitate Dei; cum dicitur, quòd diabolus ab initio peccat, non ab initio, ex quo creatus eſt, peccare putandus eſt: ſed ab initio peccati, ſcilicet, quia nunquam à peccato ſuo receſſit.

Lib. 11. c. 13 circa med. to. 5.

Ad ſecundum dicendum, quòd illa diſtinctio lucis, & tenebrarum, ſecundum, quod per tenebras peccata dæmonum intelliguntur: accipienda eſt ſecundùm Dei præſcientiam. Vnde Auguſtin.* dicit 11. de Ciuit. Dei, quòd ſolus lucem, ac tenebras diſcernere potuit, qui potuit etiam priuſquàm caderent, præſcire caſuros.

Li. 11. c. 19 in med. to. 5.

Ad tertium dicendum, quòd quicquid eſt in merito, eſt à Deo: & ideò in primo* inſtanti ſuæ creationis Angelus mereri potuit. Sed non eſt ſimilis ratio de peccato, vt dictum eſt.*

D 155.

In cor. art.

Ad quartum dicendum, quòd Deus non diſcreuit inter Angelos ante auerſionem quorũdam, & conuerſionem aliorum, vt Aug.* dicit 11. de Ciuit. Dei: & ideò omnes in gratia creati in primo inſtanti meruerunt: Sed quidam eorum ſtatim impedimentum præſtiterũt ſuæ beatitudinis præcedens meritum mortificantes: & ideò beatitudine, quam meruerunt, iuſtè priuati.

Lib. 11. de Ciu. Dei, c. 11. & 33. to. 5.

A

B

C

D

E

Senſus quæſiti.

MAlum hic ſumitur pro malo morali, non in aptitudine, ſiue inclinatione, ſed in actu ſecundo, ſic enim idem eſt, quod culpa propriæ voluntatis. Primum autem inſtans creationis ſignificat, vel illud inſtans, quo menſurata fuit Angelorum creatio: hoc autem eſt inſtans æui, non abſolutè, ſed prout coexiſtit inſtanti primo diſcreti têporis Angelorum, vel ſignificat primum inſtans temporis diſcreti, quo prima illa menſurata fuit operatio, quæ ſimul affuit Angelo cum exiſtentia naturali.

Forma Textus.

RElatis, & confutatis duabus opinionibus, reſpondetur quæſito concluſione negatiua. Prima opinio eſt dicentium, dæmones ſtatim in primo ſuæ creationis inſtanti malos fuiſſe, non quidem per naturam, ſed per peccatum propriæ voluntatis, quia ſcilicet ex quo eſt factus diabolus, iuſtitiam recuſauit. Hanc opinionẽ reiecit S. D. quia, licèt nõ pertineat ad hæreſim Manichæorum dicentium, Diabolum habere naturam mali, vt ait Auguſtinus lib. 11. de Ciuitate Dei, fuit tamen à Magiſtris, tamquàm erronea rationabiliter reprobata; ea quòd auctoritati ſacræ Scripturæ contradicat dicentis Iſaiæ 14. de Diabolo ſub figura Principis Babyloniæ: Quomodo cecidiſti de Cælo Lucifer, qui mane oriebaris. Et Ezech 28. dicitur ad diabolum ſub perſona Regis Tyri: In delitijs Paradiſi Dei fuiſti. Secunda opinio fuit aſſerentium, Angelos in primo inſtanti ſuæ creationis peccare potuiſſe, ſed tamen non peccaſſe.

Hanc opinionem improbat primò quorundam argumento; deindè eius argumenti inſufficientiam oſtendit.

Vltimò propoſita concluſione contraria, ſimul eam probat, & dictam confutat opinionem. Quidam igitur hanc opinionem ſic arguebant: Cum duæ operationes, & eorum termini ſe conſequuntur, impoſſibile videtur, vt in eodem nunc vtraque operatio terminetur: at operatio peccati in Angelis, cuius terminus eſt eſſe malum, fuit operatio creatione poſterior, cuius terminus eſt ipſum eſſe Angeli: ergo impoſſibile videtur, quod Angelus in primo inſtanti, quo eſſe cepit, fuerit malus.

Huius rationis ineffacitatem demonſtrat Sanctus Doctor, hoc argumento: Maior locum habet in illis tantùm operationibus, quæ ſunt motus temporales, qui ſucceſſiuè aguntur: ſi verò mutationes ſint inſtantaneæ, ſimul in eodem inſtanti poterit eſſe terminus primæ, & ſecundæ mutationis: At creatio eſt inſtantanea, & ſimiliter motus liberi arbitrij in Angelis eſt inſtantaneus; ergo nihil prohibet ſimul, & in eodem inſtanti eſſe terminum creationis, & terminum liberi arbitrij.

Maior manifeſtatur quo ad primam partem exemplo motus localis ad alterationem conſequantis: quo ad ſecundam verò exemplo illuminationis Lunæ, & aeris. Minor quo ad priorem partem relinquitur, vt manifeſta;

...ing the plate, and the other to the bottom of the plate, and the plate is then bent to the required curve. The plate is then annealed, and the rivet holes are punched or drilled. The plate is then planed or milled to the required thickness, and the edges are planed or milled to the required shape. The plate is then polished or ground to the required finish.

...ing the plate, and the other to the bottom of the plate, and the plate is then bent to the required curve. The plate is then annealed, and the rivet holes are punched or drilled. The plate is then planed or milled to the required thickness, and the edges are planed or milled to the required shape. The plate is then polished or ground to the required finish.

etiam adnotauit Eymericus in secunda parte direct. quæstione tertia, & ibidem Pegna comment. vigesimooctauo.

Erronea verò propositio, quamquam ex vi vocabuli idem esse videatur, quod error, secundum tamen vsum Theologorum aliquo modo distinguitur ab errore; licèt enim vnum primæ diuisionis membrum, quæ secatur erronea propositio, sit idem cum vno distinctionis membro, quo diuiditur error, alterum tamen cum altero diuisionis membro non coincidit.

Distinguitur enim erronea propositio, vel opinio in erroneam genericè sumptam, siue cuiuscúque materiæ, & in erroneam circa Catholicæ doctrinæ materiam. Cuius diuisionis primum membrum manifestè coincidit cum primo membro diuisionis erroris, sed alterum membrum erroneæ propositionis longè differt ab altero, nimirum secundo, quo diuiditur error.

Duplex est enim erronea propositio ad Catholicæ doctrinæ materiam attinens, alteram veritatibus fide necessariò credendis oppositam; & hęc idem est, quod hæresis, ac error in fide: Altera, quæ veritatibus ab Ecclesia Catholica, vel à sapientibus firmiter creditis, ad fidem tamen expresè, ac necessariò minimè pertinentibus contradicit: & hęc propriè, ac strictè vocatur erronea, vt eleganter, & eruditè docet Melchior Canus lib. 12. de locis Theologicis cap. 12. & Alphonsus de Castro lib. 1. cap. 3. de iusta hæreticorum punitione. Qui tamen etiam alio modo propositionem erroneam distinguit ab hæretica, dicens, hæreticam propositionem esse contra credibilia, quæ superant omnem virtutem intellectus, erroneam verò propositionem esse contra credibilia, quæ ratione naturali, probari possunt: Si autem (inquit) credibile aliquod huiusmodi fuerit, vt præter rationem naturalem possit etiam probari per sacram Scripturam, aut Ecclesiæ determinationem, aut per alias vias, quibus ea, quæ credere tenemur, probari possunt, assertio, quæ illud credibile oppugnat, dicitur hæresis, simul, & erronea in fide; sicut hæc propositio: Deus non est vnus, cuius falsitas non solum ratione naturali, sed etiam diuinarum scripturarum testimonijs potest probari: Sed hæc differentia ex Concilij Constantiensis definitione manifestè falsa deprehenditur, propositiones.n. erroneas distinguit Concilium contra notoriè hæreticas, & à sanctis Patribus reprobatas, quales eas ferè omnes esse constat, quæ veritatibus discursu demonstratiuo de Deo notis sunt contrariæ.

Ex his proferri facilè poterit de proposita dubitatione iudicium. Opinio namq; dicens, Dæmones statim à principio suæ creationis malos extitisse per culpam propriæ voluntatis, nec veritati sacrarum litterarum expresè contradicit, nec Apostolicas traditiones, aut coniliorum, vel summorum Pontificum definitiones habet aduersas, neque ex ijs, quæ fidei sunt necessaria, euidenti potest illatione deduci. Non est igitur inter hæreses enumeranda; quamuis enim valdè vrgeant loca scripturarum in textu relata, non tamen adeo perspicuum habent sensum, vt in eis opinioni prædictæ contrariam contineri veritatem credere, & cõfiteri teneamur. In sensu namq; litterali dictum Isaiæ, de Principe Babylonis, dictum autem Ezechielis, de Rege Tyri multi Doctores interpretantur, vt patet ex glossa, & ex ipso D. Thoma super illud cap. 14. Isaiæ: tametsi verum sit, communiorẽ Sanctorum sententiam esse, loca illa prævaricatoris Angeli felicitatem, & lapsum sub figura dictorum Principum in sensu litterali significare: vt in art. huius q. 7. Bannes, & Zumellus aduertunt: & iuxta regulam Ticonij septimam, quam Augustinus approbat, loca illa scripturæ de Rege, siue Principe iam dicto, & simul etiam de Lucifero ad litteram exponi non incongruè possunt. Testimonia verò superius ex Epist. Iudæ canonica, & ex Concilio Bracarensi producta non habere necessariò sensum opinioni prædictæ contrarium, ex eo patet, quòd nomine Angelorum, qui non seruauerunt suum Principatum, Neoterici quidam interpretantur, licèt extorte, Reges, & Principes terræ promissionis. Melius tamen etiam dici posset cum Caietano, Angelos non seruasse suum principatũ, ideſt originem; quia scilicet non seruauerunt seipsos in illo decore, in quo conditi sunt, vt potè maculantes seipsos peccato, dereliqueruntq; suum domicilium, ideſt Cœlum empyreum, in quo conditi sunt, & hæc omnia in vno, ac eodem instanti temporis secundum instantia naturæ diuersa prævaricatoribus Angelis contigisse, ita scilicet vt prius natura tantum creati fuerint, & in Empyreo constituti, quàm superbia laberentur. Concilij verò Bracarensis intentio præcipua fuit Priscillanistarum errores condemnare: quamuis etiam ibi secũdariò videatur opinionem prædictam, vt errorem catholicæ veritati contrarium condemnare, vt etiam aduertit Vasquez loco superiùs allegato. Non est igitur opinio illa propriè, & formaliter hęretica, sed erronea iudicanda iuxtà suprà notata de differentia inter propositionem hęreticã, & erroneam.

Sit igitur vnica conclusio: Opinio affirmans, Dæmones statim in primo suę creationis instanti malos fuisse per culpam proprię voluntatis, nõ est hęretica, propriè loquendo, sed erronea. Probatur ex differentia propositionis hęreticę, & erroneę superius explicata. Secundò authoritate S. D. in textu dicentis, opinionem illam, tamquam erroneam à magistris fuisse reprobatam, non autem illam à Magistris hęreticam fuisse reputatam, sicut alibi sæpè de alijs opinionibus, & dictis affirmat.

Argumenta, & solutiones.

CONtra propositam conclusionem prẽter loca scripturarum, & Concilij Bracarensis superius exposita produci potest argumentum, quo probatur in textu conclusio opinioni prędictę cõtraria: Ex maiori namq; satis euidente lumine naturali, & ex minori in sacris litteris sæpè repetita, & rationis discursu notissima deducit conclusionem opinioni prędictę contrariam: igitur opinio illa est error in fide manifestus.

Respon-

meric. gna.

quod erronea pro ofito, & quo ab rore di nguitur

Erronea propositio duplex.

Melchior Canus Alphonsus de Castro.

Alphonsi dictũ reijcitur.

eõc. eõst.

Definitio quæst.

S. Thom.

Banns. Zumell. & Ticonius. S. Augustin.

Caietanus

Vasquez

Reſpondetur, maiorem argumenti D. Thomæ esse veriſsimam, & apud verè ſapientes indubitatam: ſed quia non adeò plenam habet euidentiã, & recentiorum calumnias non euadit, vt patebit in ſequenti Controuerſia; ideo concluſio in textu deducta non eſt dogma fidei neceſſariò credendũ.

Zumellus Ioan. c 8. Luc. c. 10. Contra eandem concluſionem argumentatur Zumellus. Primò: Ioan. cap. 8. dicitur: *Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit*. Ergo aliquando fuit in veritate, & in cognitione, & recta dilectione. Secundò: Luc. 10. dicitur *Videbam Satanã, ſicut fulgur de Cælo cadentem*: Ergo antè peccatum fuit in Cœlo, & ibi fuit bonus, & indè cecidit. Tertiò: Geneſ. 1. cap. dicitur; *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona*: vbi dictio illa, valdè, ideo ponitur, quia ex omni parte bonitatis erant valdè bona. Poſtremò probat idem Sanctorum Patrum authoritatibus, ſcilicet Auguſtini, Origenis, Anſelmi, & Gregorij.

Gen. 1. Auguſt. Origenes Anſelmus Gregor.

Reſpondetur, horum locorum ſenſum nõ adeò eſſe certum, & euidentem, vt opinionem illam, de qua diſputamus, hæreticam eſſe conuincant. Ad primum enim dici poſſet, Diabolum in veritate non ſtetiſſe, non quia fuerit in aliquo priori temporis inſtanti in veritate, ſed quia prius natura fuit in veritate tam naturali, quam reuelata, & ab ea receſſit in eodem inſtanti temporis, ſed in alio inſtanti naturæ per actum liberum ſuæ volũtatis.

Ad ſecundum dicitur, nihil aliud probari, niſi diabolum in Empyreo fuiſſe creatum, & per peccatum ab eo cecidiſſe, quæ tamen duo in eodem inſtanti temporis contingere potuerunt.

Ad tertium dici poſſet, in vno inſtanti temporis fuiſſe bonitatem Angelorum non ſolum naturalem, ſed etiam moralem in actu primo, & in eodem etiam fuiſſe culpam, cum diſtinctione tamẽ, & ordine inſtantium naturæ.

Ad vltimum dici poſſet, ſanctorum Patrum dicta vehementer vrgere, & ſacræ Scripturæ teſtimonijs adiuncta probare dictam opinionem non ſolum eſſe temerariam, ſed etiam erroneam, & hæreſi proximam, non tamen ex eis illam hæreticam eſſe demonſtrari. Denique reſponſiones ille, quib. Scotus, & alij nituntur euadere vim rationum S. D. & eius ſcholæ probantium, impoſsibile fuiſſe, Angelum in primo inſtanti peccaſſe, tametſi verè non ſoluant, hoc vnum tamen efficiunt, vt opinio dicens, dæmones in primo inſtanti peccaſſe, non ſit ob eas rationes hæretica iudicanda.

Scotus. S. Thom.

Secunda Controuerſia, de veritate Concluſionis.

An ſcilicet poſsibile fuerit, Angelum in primo inſtanti peccaſſe, & an ſit efficax probatio D. Thomæ.

Sententiæ Doctorum.

Scotus. SCotus in ſecundo ſent. diſt. 5. q. 3. & alij, quos referunt recentiores, affirmant fuiſſe poſsibile, Angelos in primo inſtanti peccaſſe. Quam ſententiam explicat, & tuetur Rada in ſua ſecunda parte controuerſia 11. Eandem eſſe valdè probabilem affirmant Molina, & Valentia: in eandem inclinat Vaſquez diſp. 236. cap. 2. & 3. Rationem autem, qua probatur in textu concluſio, inefficacem eſſe contendunt, & pluribus argumentis impugnant. Scoti ſententiam ſequitur ex parte Malonius in 2. diſt. 6. diſp. 7. vbi duas ſtatuit concluſiones: Prima eſt: Non implicat contradictionem, Angelos peccare potuiſſe in primo ſuæ creationis inſtanti. Secunda eſt. De potentia Dei ordinaria Angeli non potuerunt peccare in primo inſtanti. Petauius affirmat, Angelos in primo inſtanti ſecundum potentiam phyſicam potuiſſe peccare.

Rada Molina. Valentia. Malon. Petauius

Oppoſitam ſententiam exprimit ſua concluſione S. D. in textu: quam ſequuntur, & pro poſſe defendunt Capreolus in ſecundo ſententiarum diſt. 4. q. 1. art. 1. concl. 4. & in ſolutionibus ad argumẽta contra eandem concluſionem, Caietanus, Sylueſter, Bannes, Zumellus, & alij diſcipuli D. Tho. ſuper hoc art. & Ferrarienſis in 3. cont. gent. cap. 109. §. *Sed circa prædicta*.

Capreol. Caietan. Sylueſter. Bannes. Zumellus. Ferrarien.

Reſolutio.

Ex principio Sancti Doctoris diligenter explicato probatur primum Angelicæ voluntatis actum fuiſſe naturaliter, ac neceſſariò ad rectitudinem determinatũ.

DVæ ſunt huius controuerſiæ partes: altera eſt de peccato commiſsionis, & altera de peccato omiſsionis: Angelum autem in primo ſuæ creationis inſtanti commiſsione peccare minimè potuiſſe, probat S. D. ex eo communi principio, videlicet; *Illa operatio, quæ ſimul incipit cum eſſe rei, eſt ei ab agente, à quo habet eſſe*. Cuius veritatem aperit exemplo ignis, qui mox genitus ſurſum mouetur, & hic motus ineſt ei à generante; & probat in operatione deficiente; quia nimirum, ſi res aliqua genita ſit ab agente deficiente, cui non repugnet eſſe cauſam actionis defectiuæ, poterit in inſtanti primo ſui eſſe habere defectiuam operationem; vt patet in tibia ex debili ſeminali principio genita, atque ideo clauda, quæ, ſi ſtatim gradiens moueatur, claudicabit. Cum itaq; nefas ſit affere, Deum eſſe peccati, vel actionis cuiuſcumq; defectiuæ cauſam, conſequens etiam eſt, nec Angelum in primo ſuæ creationis inſtanti peccato commiſsionis delinquere potuiſſe. Et quia dictum principium negant, vel adeò limitant, & exponunt Scotus, Rada, Molina, Valentia, & alij, vt præſenti minimè ſeruiat inſtituto, neceſſe nobis eſt diſcurſu, quaſi vomere altius difixo, radices eius attingere, & ſolidæ veritatis eius principia demonſtrare.

S. Thom. Scotus. Rada. Molina. Valentia.

Sciendum igitur primò eſt, primam cuiuſcumque rei operationem eſſe naturalem, vel ſimpliciter, ideſt omnibus modis, vel aliqua ſaltem ratione, prout infrà declarabitur: Cuius optima ratio ea eſt, quam hic breuiter attingit Caietanus, ſuperius autem q. 60. art. 1. declarat viberrimè; quia ſcilicet primum in vnaquaque re eſt naturæ ratio: prima verò rei cuiuſlibet operatio promanat à re, quatenus rationem naturæ formaliter habet; igitur neceſſe eſt, primam omnem rei cuiuſlibet operationem eſſe naturalem: Omnis autem operatio naturæ, quatenus eſt operatio naturæ, authoritribuitur naturæ, vt opus eius, eo quod rei congruat

Caiet.

ratione

ratione eius, quod habet ab agente, siue id, quòd res habet ab agente, sit operationis principium effectiuum, siue formale. Rationi verò naturæ primus in vnaquaque re debetur locus; quoniam in essentialiter ordinatis semper prius saluatur in posteriori: quorum scilicet prioris, & posterioris, si non fuerint distincti gradus, sic prius saluari dicetur in posteriori, vt illud intimè penetret, tam quã imbibitum, quemadmodũ entis, & bonitatis ratio singulis rerum gradibus adest intimè, velut imbibita, nulloque peculiari gradu sibi congruente discreta.

Quod idem sentiendum est de ratione naturæ comparatione cuiuscumque gradus, talis scilicet, vel talis naturæ siue generice, siue specificè sumptæ; in his enim omnibus, & singulis gradibus ratio naturæ reperitur imbibita, nulloque proprio, præciſoue gradu distincta: Quo fit, vt iuxta modum, & capacitatem eius gradus, cui sic ineſt intimè naturæ ratio, ſequatur etiam in operatione naturalitas (vt ita loquar:) Cum ſit igitur Angelica natura tota ſpiritualis, mente donata, ac liberi arbitrij facultate prædita, communis inerit illi naturæ ratio, quæ libertatis ab ea non auferat dignitatem, nec actus eius vndequaque determinet, ita vt in vna, & eadem operatione ſimplicisſima ſimul eſſe queat naturæ ratio, & excellentia libertatis. Sicut enim eadem noſtræ voluntatis operatio naturaliter, ac neceſſariò tendit in bonum, cum elicita fuerit, nec tamẽ elicitur naturaliter, ac neceſſariò, ſed liberè, ſic primus Angelicæ voluntatis actus, liberè quidem ab Angelo fuit elicitus, ſed naturaliter, ac neceſſariò rectitudinem ſibi vẽdicauit ob dictam cauſam; quia ſcilicet conditiones naturæ veluti prioris imbibitas eſſe neceſſe eſt in natura voluntaris, & actuum eius, ac præſertim primi iuxta capacitatem, & modum ipſius voluntaris, & operationum illius. Fuit igitur naturalis, & neceſſarius actus ille primus Angelicæ voluntatis quo ad ſpecificationem, & rectitudinem, quia ſcilicet ad Deum non ſolum vt authorem, & finẽ naturæ, ſed etiam vt authorem, & obiectum beatitudinis ſupernaturalis, & ad diuinæ legis cõformitatem fuit naturaliter, ac neceſſariò determinatus: ſed quia pórtò illum Angelus pro ſuæ volũtatis arbitrio nõ elicere, liber extitiſſe dicitur quo ad exercitium.

Declaratur, ac demonſtratur profundius prædicta veritas.

AD cuius euidentiam ſecundò conſiderandũ eſt ex D. Thoma ſupra quæſt. 62. art. 1. tertio ad ſecundum, formam omnem inclinare ſuũ ſubiectum ſecundum modum naturæ ipſius ſubiecti. Cum itaque primus Angelicæ voluntatis actus, quo fertur in Deum, vt authorem, & finem omnium ad ordinem naturæ pertinentium, naturalem habeat rectitudinem, ita vt ad Deum ſuper omnia diligendum ſit naturaliter determinatus; neceſſe fuit etiam primum eiuſdem Angelicæ voluntatis actum, quo ferebatur in Deum, vt obiectum, & authorem beatitudinis ſupernaturalis; ad rectitudinẽ eſſe naturaliter, ac neceſſariò determinatum.

Scito tamen duos illos actus Angelicæ voluntatis, ſcilicet naturalem, & ſupernaturalem in eodẽ inſtanti temporis ſimul extitiſſe, & ad vnius quodammodo volitionis integræ complementum cõuenisſe.

Sicut enim voluntas Angeli, quæ naturalis eius eſt virtus, charitate perfecta fuit, quæ ſupernaturalis eſt ordinis forma, adeò vt voluntas, & charitas in ordine ad actum quemcumque dilectionis non duæ ſint, ſed vna facultas; ſic & actus eiuſdem voluntatis in ordine ad obiectum naturale, qualis eſt ipſius Angeli perfectio naturalis, & Deus, vt auctor naturæ, & vt vltimus finis naturalis, nõ eſt in eſſe moris ab actu ſupernaturali præciſus, quo ſeipſum, & ſuam omnem perfectionem naturalem diligit Angelus in ordine ad Deum, vt finem ſupernaturalem, quamuis in eſſe naturæ ſit ab eo diſtinctus: & ſimiliter actus, quo Deum amat, vt finem naturalem in ordine ad Deum ipſum, vt eſt finis ſupernaturalis, non eſt in eſſe moris ab illo actu diſtinctus, quo virtute ſua naturali diligit Angelus Deum, vt eſt rerum omnium finis naturalis. Duplex enim in eſſe naturæ, ſiue materialiter amor, duplicis ordinis, ſcilicet naturalis, & ſupernaturalis perfectione decorus vna ſola gaudet bonitate morali, quæ præcipuè ſecundùm ordinem actus in finem ſupernaturalem attenditur.

In hoc vno tamen actu ſecũdum diuerſas illas rationes, & ordines ad obiecta differentia quædã eſt, nam, prout in obiectum tendit naturale, duplicem habet neceſſitatem, ſcilicet ſpecificationis, & exercitij; vt oſtendimus ſupra q. 60. art. 3. & affirmat etiam Caietanus 1. 2. quæſt. 109. art. 2. & Zumellus in dicto art. 3. & alij; atque ideò ſub hac ratione præciſè ſolam habet naturæ bonitatem: vt autem obiectum reſpicit ſupernaturale, vnam tantum admittit neceſſitatem, ſeu naturalitatem, ſcilicet obiectiuam, & moralem, ſibi vẽdicat bonitatem. Angelus enim in primo ſuæ creationis inſtanti duplicem habuit ſuiipſius, & Dei notitiam, ſcilicet naturalem per ſuam eſſentiam, & ſupernaturalem ex lumine fidei, quo ſeipſum Deo, vt vltimo fini ſupernaturali per actus fidei, ſpei, & charitatis, humilitatis, & obedientiæ copulandum eſſe cognouit. Qui duo cognitionis actus quamuis eſſent diſtincti realiter in eſſe naturæ, erant tamẽ quaſi vnus actus in eſſe moris. Illa namq; ſuiipſius, & Dei notitia, prout ex lumine fidei proceſſebat, perfectio quædam erat inſtar formæ, & ratio bonitatis moralis eiuſdẽ cognitionis, prout ex principio, & lumine naturali deriuabatur. Ex hac quaſi materialiter, & in eſſe naturæ duplici notitia, moraliter autem vna conſequitur etiam in voluntate duplex materialiter, & in eſſe naturæ dilectio, ſed vna tm in eſſe moris: Dilectio namq; naturalis in finem ſupernaturalem ordinata moralem, & meritoriam acquirit bonitatẽ: ſicut etiam hac ſola ratione habet exercitij libertatem; Diligit.n. Angelus naturali dilectione ſeipſum, & Deum naturaliter, ac neceſſariò quo ad exercitium, quatenus

Caietanus, Zumellus

S. Thom.

Forma inclinat ſubiectũ ſecũdum modũ naturæ ipſius ſubiecti.

Reſpondetur, maiorem argumenti D. Thomæ A esſe veriſsimam, & apud verè ſapientes indubitatam: ſed quia non adeò plenam habet euidentiã, & recentiorum calumnias non euadit, vt patebit in ſequenti Controuerſia; ideo concluſio in textu deducta non eſt dogma fidei neceſſariò credendũ.

Zumellus Ioan. c 8. Luc. c. 10. Contra eandem concluſionem argumentatur Zumellus. Primò: Ioan. cap. 8. dicitur: *Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit*. Ergo aliquando fuit in veritate, & in cognitione, & recta dilectione. Secundò: Luc. 10. dicitur *Videbam Satbanã, ſicut fulgur de Cælo cadentem*: Ergo antè peccatum fuit in Cœlo, & ibi fuit bonus, & indè cecidit. Tertiò: Geneſ. 1. cap. dicitur; *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona*: vbi dictio illa, valde, ideo ponitur, quia ex omni parte bonitatis erant valdè bona. Poſtremò probat idem Sanctorum Patrum authoritatibus, ſcilicet Auguſtini, Origenis, Anſelmi, & Gregorij.

Gen. 1. Auguſt. Origenes Anſelmus Gregor. B

Reſpondetur, horum locorum ſenſum nõ adeò eſſe certum, & euidentem, vt opinionem illam, de qua diſputamus, hæreticam eſſe conuincant. Ad primum enim dici poſſet, Diabolum in veritate non ſtetiſſe, non quia fuerit in aliquo priori temporis inſtanti in veritate, ſed quia prius natura fuit in veritate tam naturali, quam reuelata, & ab ea receſſit in eodem inſtanti temporis, ſed in alio inſtanti naturæ per actum liberum ſuæ volũtatis. C

Ad ſecundum dicitur, nihil aliud probari, niſi diabolum in Empyreo fuiſſe creatum, & per peccatum ab eo cecidiſſe, quæ tamen duo in eodem inſtanti temporis contingere potuerunt.

Ad tertium dici poſſet, in vno inſtanti temporis fuiſſe bonitatem Angelorum non ſolum naturalem, ſed etiam moralem in actu primo, & in eodem etiam fuiſſe culpam, cum diſtinctione tamẽ, & ordine inſtantium naturæ.

Ad vltimum dici poſſet, ſanctorum Patrum dicta vehementer vrgere, & ſacræ Scripturæ teſtimonijs adiuncta probare dictam opinionem non ſolum eſſe temerariam, ſed etiam erroneam, & hæreſi proximam, non tamen ex eis illam hæreticam eſſe demonſtrari. Denique reſponſiones illæ, quib. Scotus, & alij nituntur euadere vim rationum S. D. & eius ſcholæ probantium, impoſsibile fuiſſe, Angelum in primo inſtanti peccaſſe, tametſi verè non ſoluunt, hoc vnum tamen efficiunt, vt opinio dicens, dæmones in primo inſtanti peccaſſe, non ſit ob eas rationes hæretica iudicanda. D

Scotus. S. Thom.

Secunda Controuerſia, de veritate Concluſionis.

An ſcilicet poſsibile fuerit, Angelum in primo inſtanti peccaſſe, & an ſit efficax probatio D. Thomæ.

Sententiæ Doctorum.

Scotus. SCotus in ſecundo ſent. diſt. 5. q. 3. & alij, quos referunt recentiores, affirmant fuiſſe poſsibile, Angelos in primo inſtanti peccaſſe. Quam ſententiam explicat, & tuetur Rada in ſua ſecunda parte controuerſia 11. Eandem eſſe valdè probabilem affirmant Molina, & Valentia: in eandem inclinat Vaſquez diſp. 236. cap. 2. & 3. Rationem autem, qua probatur in textu concluſio, inefficacem eſſe contendunt, & pluribus argumentis impugnant. Scoti ſententiam ſequitur ex parte Malonius in 2. diſt. 6. diſp. 7. vbi duas ſtatuit concluſiones. Prima eſt: Non implicat contradictionem, Angelos peccare potuiſſe in primo ſuæ creationis inſtanti. Secunda eſt. De potentia Dei ordinaria Angeli non potuerunt peccare in primo inſtanti. Peſantius affirmat, Angelos in primo inſtanti ſecundum potentiam phyſicam potuiſſe peccare.

Rada Molina. Valentia. Maloni⁹ Peſantius.

Oppoſitam ſententiam exprimit ſua concluſione S. D. in textu: quam ſequuntur, & pro poſſet defendunt Capreolus in ſecundo ſententiarum diſt. 4. q. 1. art. 1. concl. 4. & in ſolutionibus ad argumẽta contra eandem concluſionem, Cajetanus, Sylueſter, Bannes, Zumellus, & alij diſcipuli D. Tho. ſuper hoc art. & Ferrarienſis in 3. cont. gent. cap. 109. §. *Sed circa prædicta*.

capreol. Caietan. Sylueſtr. Bannes. Zumellus Ferrarien.

Reſolutio.

Ex principio Sancti Doctoris diligenter explicato probatur primum Angelicæ voluntatis actum fuiſſe naturaliter, ac neceſſariò ad rectitudinem determinatũ.

DVæ ſunt huius controuerſiæ partes: altera eſt de peccato commiſsionis, & altera de peccato omiſsionis: Angelum autem in primo ſuæ creationis inſtanti commiſsione peccare minimè potuiſſe, probat S. D. ex eo communi principio, videlicet; *Illa operatio, quæ ſimul incipit cum eſſe rei, eſt ei ab agente, à quo habet eſſe.* Cuius veritatem aperit exemplo ignis, qui mox genitus ſurſum mouetur, & hic motus ineſt ei à generante; & probat in operatione deficiente; quia nimirum, ſi res aliqua genita ſit ab agente deficiente, cui non repugnet eſſe cauſam actionis defectiuæ, poterit in inſtanti primo ſui eſſe habere defectiuam operationem; vt patet in tibia ex debili ſeminali principio genita, atque ideo clauda, quæ, ſi ſtatim gradiens moueatur, claudicabit. Cum itaq; nefas ſit affere, Deum eſſe peccati, vel actionis cuiuſcumq; defectiuæ cauſam, conſequens etiam eſt, nec Angelum in primo ſuæ creationis inſtanti peccato commiſsionis delinquere potuiſſe. Et quia dictum principium negant, vel adeò limitant, & exponunt Scotus, Rada, Molina, Valentia, & alij, vt præſenti minimè ſeruiat inſtituto, neceſſe nobis eſt diſcurſu, quaſi vomere altius diſixo, radices eius attingere, & ſolidæ veritatis eius principia demonſtrare. E

S. Thom. Scotus. Rada. Molina. Valentia.

Sciendum igitur primò eſt, primam cuiuſcumque rei operationem eſſe naturalem, vel ſimpliciter, ideſt omnibus modis, vel aliqua ſaltem ratione, prout infrà declarabitur: Cuius optima ratio ea eſt, quam hic breuiter attingit Caietanus, ſuperius autem q. 60. art. 1. declarat viberrimè; quia ſcilicet primum in vnaquaque re eſt naturæ ratio: prima verò rei cuiuſlibet operatio promanat à re, quatenus rationem naturæ formaliter habet; igitur neceſſe eſt, primam omnem rei cuiuſlibet operationem eſſe naturalem: Omnis autem operatio naturæ, quatenus eſt operatio naturæ, authoritribuitur naturæ, vt opus eius, eo quod rei congruat ratione

Caiet.

ratione eius, quod habet ab agente, siue id, quòd res habet ab agente, sit operationis principium effectiuum, siue formale. Rationi verò naturæ primus in vnaquaque re debetur locus; quoniam in essentialiter ordinatis semper prius salvatur in posteriori: quorum scilicet prioris, & posterioris, si non fuerint distincti gradus, sic prius saluari dicetur in posteriori, vt illud intimè penetret, tam quã imbibitum, quemadmodũ entis, & bonitatis ratio singulis rerum gradibus adest intimè, velut imbibita, nulloque peculiari gradu sibi congruente discreta.

Quod idem sentiendum est de ratione naturæ comparatione cuiuscumque gradus, talis scilicet, vel talis naturæ siue genericè, siue specificè sumptæ; in his enim omnibus, & singulis gradibus ratio naturæ reperitur imbibita, nulloque proprio, præcisovè gradu distincta. Quo fit, vt iuxta modum, & capacitatem eius gradus, cui sic inest intimè naturæ ratio, sequatur etiam in operatione naturalitas (vt ita loquar:) Cum sit igitur Angelica natura tota spiritualis, mente donata, ac liberi arbitrij facultate prædita, communis inerit illi naturæ ratio, quæ libertatis ab ea non auferat dignitatem, nec actus eius vndequaque determinet, ita vt in vna, & eadem operatione simplicissima simul esse queat naturæ ratio, & excellentia libertatis. Sicut enim eadem nostræ voluntatis operatio naturaliter, ac necessariò tendit in bonum, cum elicita fuerit, nec tamẽ elicitur naturaliter, ac necessariò, sed liberè, sic primus Angelicæ voluntatis actus, liberè quidem ab Angelo fuit elicitus, sed naturaliter, ac necessariò rectitudinem sibi vẽdicauit ob dictam causam; quia scilicet conditiones naturæ veluti prioris imbibitas esse necesse est in natura voluntatis, & actuum eius, ac præsertim primi iuxta capacitatem, & modum ipsius voluntatis, & operationum illius. Fuit igitur naturalis, & necessarius actus ille primus Angelicæ voluntatis quo ad specificationem, & rectitudinem, quia scilicet ad Deum non solum vt authorem, & finẽ naturæ, sed etiam vt authorem, & obiectum beatitudinis supernaturalis, & ad diuinæ legis cõformitatem fuit naturaliter, ac necessariò determinatus: sed quia potuit illum Angelus pro suæ volũtatis arbitrio nõ elicere, liber extitisse dicitur quo ad exercitium.

Declaratur, ac demonstratur profundius prædicta veritas.

AD cuius euidentiam secundò considerandũ est ex D. Thoma, supra quæst. 62. art. 1. ad tertium, quod omnem inclinatum ad secundum, formam inclinare suũ subiectum secundum modum naturæ ipsius subiecti. Cum itaque primus Angelicæ voluntatis actus, quo fertur in Deum, vt authorem, & finem rerum omnium ad ordinem naturæ pertinentium, naturalem habeat rectitudinem, ita vt ad Deum super omnia diligendum sit naturaliter determinatus, & necesse fuit etiam primum eiusdem Angelicæ voluntatis actum, quo ferebatur in Deum, vt obiectum, & authorem beatitudinis supernaturalis ad rectitudinẽ esse naturaliter, ac necessariò determinatum.

Scito tamen duos illos actus Angelicæ voluntatis, scilicet naturalem, & supernaturalem in eodẽ instanti temporis simul extitisse, & ad vnius quodammodo volitionis integræ complementum cõuenisse.

Sicut enim voluntas Angeli, quæ naturalis eius est virtus, charitate perfecta fuit, quæ supernaturalis est ordinis forma, adeò vt voluntas, & charitas in ordine ad actum quemcumque dilectionis non duę sint, sed vna facultas; sic & actus eiusdem voluntatis in ordine ad obiectum naturale, qualis est ipsius Angeli perfectio naturalis, & Deus, vt auctor naturæ, & vt vltimus finis naturalis, nõ est in esse moris ab actu supernaturali præcisus, quo seipsum, & suam omnem perfectionem naturalem diligit Angelus in ordine ad Deum, vt finem supernaturalem, quamuis in esse naturæ sit ab eo distinctus: & similiter actus, quo Deum amat, vt finem naturalem in ordine ad Deum ipsum, vt est finis supernaturalis, non est in esse moris ab illo actu distinctus, quo virtute suæ naturali diligit Angelus Deum, vt est rerum omnium finis naturalis. Duplex enim in esse naturæ, siue materialiter amor, duplicis ordinis, scilicet naturalis, & supernaturalis perfectione decorus vna sola gaudet bonitate morali, quæ præcipuè secundùm ordinem actus in finem supernaturalem attenditur.

In hoc vno tamen actu secũdum diuersas illas rationes, & ordines ad obiecta differentia quædã est, nam, prout in obiectum tendit naturale, duplicem habet necessitatem, scilicet specificationis, & exercitij, vt ostendimus supra q. 60. art. 3. & affirmat etiam Caietanus 1. 2. quæst. 10. art. 2. & Zumellus in dicto art. 3. & alij; atque ideò sub hac ratione præcisè solam habet naturæ bonitatem: vt autem obiectum respicit supernaturale, vnam tantum admittit necessitatem, seu naturalitatem, scilicet obiectiuam, & moralem, sibi vendicat bonitatem. Angelus enim in primo suæ creationis instanti duplicem habuit suiipsius, & Dei notitiam, scilicet naturalem per suam essentiam, & supernaturalem ex lumine fidei, quo seipsum Deo, vt vltimo fini supernaturali per actus fidei, spei, & charitatis, humilitatis, & obedientiæ copulandum esse cognouit. Qui duo cognitionis actus quamuis essent distincti realiter in esse naturæ, erant tamẽ quasi vnus actus in esse moris. Illa namq; suiipsius, & Dei notitia, prout ex lumine fidei procedebat, perfectio quædam erat instar formæ, & ratio bonitatis moralis eiusdẽ cognitionis, prout ex principio, & lumine naturali derivabatur. Ex hac quasi materialiter, & in esse naturæ duplici notitia, moraliter autem vna consequitur etiam in voluntate duplex materialiter, & in esse naturę dilectio, sed vna tm in esse moris. Dilectio namq; naturalis in finem supernaturalem ordinata moralem, & meritoriam acquirit bonitatẽ: sicut etiam hac sola ratione habet exercitij libertatem. Diligit ergo Angelus naturali dilectione seipsum, & Deum naturaliter, ac necessariò quo ad exercitium, quatenus

A B C D E

S. Thom.

Formainclinat subiectũ secũdum modũ naturę ipsius subiecti.

Digitized by Google

nus ordinatur in Deum, vt finem ſupernaturalem: potuit enim ipſam non elicere ſub tali reſpectu, vel ordine: ſicut etiam potuit nullum alium actũ ſupernaturalem voluntatis, aut etiam intellectus ex voluntate dependentem elicere.

Obiectio. Sed obijciet aliquis, id quod antè diximus, nõ mirum gratiam perficere naturam iuxta modum naturæ, & formam inclinare ſubiectum ſecundũ modum naturæ ipſius ſubiecti: atque ideo, ſicut primus ille actus, quo dilectione naturali diligit Angelus ſeipſum, & Deum, naturalitatem habet, & neceſsitatem vtroque modo, ſcilicet quo ad ſpecificationem, & quò ad exercitium, ita neceſſe eſſe, primum illum actum dilectionis, quo ſeipſum, & Deum diligit Angelus ex charitate, eſſe naturalem, ac neceſſarium vtroque modo.

Soluti. Reſpondetur, gratiam perficere naturam ſecundùm eum omnem modum naturæ, qui non repugnat actui gratiæ, quæ efficit ſecundum Dei legẽ ordinariam perficiendo ſubiectum; actus verò, cuius principium extitit gratia, in eo inſtãti, in quo creati ſunt Angeli, & gratiam receperunt, fuit conuerſio eorum in Deum per actum liberi arbitrij, vt ex D. Thomæ doctrina, & communiori Theologorum ſententia diximus ſupra q. 62. art. 3. controuerſia vnica. Actus autem vndequaq; naturalẽ habens modum, & neceſsitatem, actus liberi arbitrij nullo modo eſt, ſed volitiuæ potentiæ: oportuit igitur actum illum Angeli primum, quo per actum dilectionis ſupernaturalis Angelus in Deũ conuerſus eſt, vt authorem naturæ, & gratiæ liberum eſſe, non quo ad ſpecificationem, ſeu rectitudinem (ſic enim tunc peccare potuiſſet Angelus, & peccatum illud Deo tribueretur, vt cauſæ) igitur quo ad exercitium illi debuit ineſſe libertas, vt ſi actum illum poſſet non elicere, ſicut illum elicere potuit Deo nutuente.

S. Thom.

Diſtinguitur actus ſeu ratio duplex actus primi voluntatis Angelica, & explicatur vnus, & ordo vtriuſque actus, ſeu rationis, & conciliantur dicta Caietani, & Thomistarum.

QVæ verò cauenda diligenter eſt nominis ambiguitas, cum de actu primo voluntatis Angeli loquimur: aliud eſt enim loqui de actu voluntatis primo, qui ſecundum naturam abſolutè conſideratam Angelo conuenit; hic enim eſt vtroque modo naturalis, vt tenendimus ſupra quæſt. 60. art. 3. & aliud eſt loqui de actu voluntatis Angeli, prout de facto primus fuit, Angelo cum talibus perfectionibus, ſcilicet naturalibus, & ſupernaturalibus à Deo creato; hic enim actus primus fuit formaliter, & propriè ſupernaturalis, & meritorius, ac proinde liber. Actus enim ille primus, quamuis multiplex fuerit in eſſe naturæ; vnus tamẽ extitit in eſſe moris, vt ante diximus: Apud Philoſophum enim, & Theologum moralem vnus, eiſdem actus eſt bonitatem habens ex obiecto naturalem, ex fine verò, & cæteris circumſtantijs bonus in genere moris exiſtens: Sicut in propoſito actus ille voluntatis Angeli, quo ſeipſum, & Deum naturaliter, ac neceſſariò dilexit in primo inſtanti creationis inſtantis bonitatem habuit ex obiecto ſcilicet Angelo, vel Deo naturalẽ, ex addita verò gratia, & fine ſupernaturali, in quem dilectionem illã Angelus charitate perfectus ordinauit, moralem, ac meritoriam adeptus eſt bonitatem.

Dicta Caietani conciliantur.

Ex his videntur poſſe facilè conciliari dicta Caietani, & quorundam etiam aliorum Thomiſtarum, quę videntur oppoſita; Nam in 1. 2. quæſt. 10. art. 2. ſecundò eſt de actu naturali voluntatis abſolutè ſumpto: ſic enim non repugnat ei naturalis exercitij: huc autem loquitur de eodem actu naturali, prout ordinabilis eſt per charitatem in Deum, vt vltimum finem ſupernaturalem; ſecundum quam rationem conuenit ei neceſſario libertas, ſaltem exercitij, modo ſuperius expoſito; alioquin illi nulla bonitas de genere moris, aut meriti ratio cõueniret. Quod etiam Caietanus aduertit ita concludens: *Vnde operatio illa fuit ſua, & conſequenter potuit eſſe meritoria.* Certum eſt autem, nullam operationem eſſe poſſe meritoriam, niſi prout informatur gratia, & in finem dirigitur ſupernaturalẽ.

Banes. Zumellus.

Patet etiam ex dictis, mentem Caietani non eſſe, voluntatem Angeli priùs tempore, vel inſtanti temporis operari, quatenus natura eſt, quàm vt voluntas eſt, vt ei tribuunt Bannes, & Zumellus: In eodem enim inſtanti temporis, vt antè diximus, fuit actus voluntatis Angeli naturalis, quo ſeipſũ & Deum, vt quorem naturæ dilexit, & actus eiuſdem voluntatis ſupernaturalis ex gratia, & charitate procedens, quo Deum, & ſeipſum propter Deum amauit, vt finem ſupernaturalem: qui duo actus, quatenus in eſſe naturæ diſtinguuntur, ordinem habent prioris, & poſterioris, ſecundum inſtans naturę tantum; ſupernaturalem enim amoris actum præcedit natura dilectio naturalis: vterque autem in vnum coeunt actum in genere moris, eũdem habent ordinem naturæ, ſed alio modo, nimirum vt partes, aut quaſi partes in toto; quarum vna præcedit alteram ordine naturæ. Sicut in actu generationis hominis, cum introducitur anima rationalis in materiam vltima diſpoſitione præparatam, prius ordine naturę conſtituitur vegetatiua, quam ſenſitiua, & hoc prius, quam rationale.

Caietanus

Sed præterea eadem etiam dilectio ſupernaturalis, prout à naturali dilectione diſtinguitur, priùs modum, ſiue rationem habet naturalitatis ex mẽdo ſubiecti, in quo recipitur, participatam, quàm modum habeat libertatis: hæc verò eſt naturalitas, ſiue determinatio quo ad rectitudinem. Quod hic perſpicuè ſignificat Caietanus dicens, rationẽ naturæ primam eſſe in vnaquaque re naturali, & latiùs explicat ſupra quæſt. 60. art. 1. Quando autem aſſeruimus, ſimul in eodem inſtanti temporis fuiſſe dilectionis actum naturalem, & ſupernaturalẽ, nolumus dicere, naturalem Angeli dilectionem inſtanti temporis fuiſſe menſuratam, ſuã propria illius menſura, hoc eſt eum, vt ſupra diximus q. 10. ſed intendimus ſignificare coexiſtentiam menſurarum vtriuſque dilectionis, quæ ſufficit, vt affirmari poſſit vtrumque ſimul eſſe in eodem inſtanti.

Ad-

Angelum in primo creationis inſtáti peccare omniſſione minimè potuiſſe, probatur contra recentiores.

SEcunda controuerſiæ pars inquirit, an potuerit Angelus in primo ſuæ creationis inſtanti omiſſionis peccato delinquere. Cui negatiuè reſpõdet Caietanus, & alij Thomiſtæ expoſitores. Quod etiam ſignificat expreſsè S.D. in fine diſcurſus ità concludens: *Vnde non poteſt dici, quòd Diabolus in primo inſtanti ſuæ creationis fuerit malus: eſſet autem malus, ſi omiſſione peccaßet.* Sed ex recentioribus quidam oppoſitum ſentiunt, nimirum Valentia, Malonius, & Rada locis ſupra notatis in eandem opinionem inclinat Vaſquez in dicta diput. 136. cap. 3. verſus finem.

Caiet. S. Thom. Valentia. Malonius. Rada. Vaſquez.

Verùm Angelos omiſsione primo peccare minimè potuiſſe, probatur optimis argumentis. Primùm eſt ratio S.D. in textu: Quia ſi talis omiſsio reduceretur in Deum, veluti cauſam propriè defectinã. Cum enim eſſe nequeat omiſsio culpabilis in voluntate, niſi præcedente indicio intellectus defectuoſo, ſi primum Angeli peccatum fuiſſet omiſsio, oportuiſſet Angelum a Deo cum defectuoſo mentis iudicio fuiſſe creatum: nam autem oſtendimus cũ D. Thoma, operationem illam, quæ ſimul incipit cum eſſe rei, in eius cauſam efficientem reduci, de tali operationis defectum ex defectu virtutis agentis euenire.

Primõ argumentõ.

Secundum argumentum eſt: Quia peccatum omiſsionis ſemper eſt neceſſariò cum actu commiſſionis præcedente ſaltem vt cauſa, vel occaſione omittendi, vt probat, & explicat eleganter, vt ſolet, Angelicus noſter Doctor in prima ſecundæ q. 74. articulo quinto, talis autem actus commiſſionis hoc ipſo, quod cauſa, vel occaſio ſufficiens eſt omiſsionis peccaminoſæ, malus moraliter eſt; Cum igitur Angelus in primo ſuæ creationis inſtanti commiſsionis delicto peccare nequiuerit, vt oſtendimus, conſequens eſt, nec omiſsione peccare potuiſſe.

Secundũ. S. Thom.

Tertium probat eſſe logicam, vel metaphyſicam repugnantiam Angelum in inſtanti ſuæ creationis omiſsione delinquere: Oportet enim omnem omiſsionem culpabilem eſſe formaliter, aut virtualiter, ſiue interpretatiuè volitam; at nullo dictorum modorum velle potuit Angelus omiſsionem in primo ſuæ creationis inſtanti: ergo. Minor probatur quo ad primum modum: Quia, ſi omiſsio eſſet formaliter, & expreſsè volita, tunc in intellectu Angeli præexiſtiſſet iudicium de tali omiſsione, veluti obiecto quodam appetenda; ac proindè voluntas malum cognitum, & iudicatum vt malum elegiſſet: vtrumque verò conſequens eſſe falſum liquet ex dictis ſupra articulo tertio: eſſet enim error in intellectu, qui tamen nullius eſſet pœnæ delicti; quod nec Angelicæ conuenit perfectioni naturæ, nec diuinæ conſonat excellentiæ bonitatis. Quo ad ſecundum verò modum ſic probatur: Illud eſt virtualiter volitum, cuius volitio in alterius rei præteritæ, vel concomitante volitione continetur. At omiſsio diuini præcepti in nulla potuit Angeli volitione contineri: ergo. Probatur hæc

Tertium.

A minor, quia volitio eſſet hoc ipſo mala moraliter, quod volitionem omiſsionis inordinatæ contineret: iam verò diximus Angelum in primo ſuæ creationis inſtanti commiſsione peccare minimè potuiſſe: igitur Angelo in eo primo creationis inſtanti nulla ineſſe potuit omiſsio voluntaria virtualiter. Denique probatur eadem minor quo ad tertiũ modum: quia volitum interpretatiue in aliquo inſtanti, præterquam quod ſupponit alicuius rei volitionem præcedentem, aut concomitantem, poſtulat etiam in ipſo volente facultatem illud formaliter, & expreſsè pro ſua libertate volendi oſtendi: nunc autem Angelum in eo inſtanti velle formaliter omiſsionem minimè potuiſſe. Maneat ergo eamquàm certa, & perſpicua veritas Angelum in primo ſuæ creationis inſtanti neq; committendo, neque omittendo delinquere potuiſſe.

B

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: Impoſſibile fuit, Angelum in primo inſtanti peccare inordinatum actum liberi arbitrij. Hæc eſt concluſio S. D. in textu: cuius probationes habentur in prima parte controuerſiæ, & probant eam expoſitores ſupra notati pro ſententia D. Thom.

S. Thomã

Secunda concluſio: Prædicta concluſio probatur efficaciter ratione S.D. in textu. Hæc etiam patet ex dictis.

C

Tertia concluſio: Angelus in primo inſtanti peccare non potuit omittendo: Hæc patet ex dictis in ſecunda parte controuerſiæ, & probat eam latè Zumellus.

Zumellus

Argumenta, & ſolutiones.

CONtra primam concluſionem ſunt argumenta, quæ referunt, & ſoluunt Capreolus in ſecundo ſententiarum diſtinctione quarta, quæſt. 1. ad argumenta contra quartam concluſionem Fer. Ferrienſis in tertio cont. gent. cap. 109. Caietanus, Banes, Zumellus quæſt. ſua prima, & alij ſuper hoc articulo.

Capreol. Caietan. Banes. Zumellus Molina.

D

Contra eandem concluſionẽ argumentatur Molina. Primò: In primo inſtanti fuerunt in Angelis omnia, quæ ſatis erant, vt, ſi vellent, peccarent; ergo peccare in eo potuerunt. Conſequentia eſt manifeſta. Antecedens verò probatur primò: Quia habuerunt ſufficientem cognitionem ex parte intellectus, & libertatem arbitrij ex parte voluntatis. Secundò: quia voluntas Angeli in inſtanti poteſt producere actum: & hæc ſatis ſunt: quãdo adſunt, vt pro ſua libertate peccet quis, ſi velit.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens. Ad primã probationem dico, libertatem arbitrij ex parte voluntatis fuiſſe tantùm quò ad exercitium, non autem quo ad ſpecificationẽ actus; erat enim actus ille prius neceſſariò determinatus ad rectitudinẽ. Ad ſecundam negatur minor; vt enim quis peccare poſſit, neceſſe eſt, eius voluntatem eſſe indifferentem ad actum rectum, & non rectum, ſeu ad bonum, & malum.

E

Secundò: Angeli omnes ex ſententia D. Tho. meruerunt in primo inſtanti: ergo habuerunt operã-

tionem liberam, cum ſine libertate meritum eſſe non poſſit: ergo habuerunt operationem, quę ipſis tribuere tur; ergo etiam in primo inſtanti peccare potuerunt. Prima conſequentia probatur: Quoniã operatio meritoria, & libera ex ea parte, qua meritoria, & libera eſt, ipſi etiam operanti, non verò ſoli authori naturæ tribuitur. Secunda verò conſequentia probatur, primo: Quoniam ea libertas, quæ ſufficit ad merendum, ſufficiens etiam eſt ad peccandum: Secundò: Quia potiſſima ratio, qua D. Thom. ducitur, vt dicat Angelos non potuiſſe peccare in primo inſtanti eſt, quia omnis actio, quam in primo inſtanti habere potuerunt, tribuitur authori naturæ: hoc verò falſum eſt; quia tribuitur etiam operanti; ergo.

Reſpondetur, nullam eſſe ſecundam conſequentiam. Ad primam probationem negatur antecedens; quia meritum eſt operatio bona moraliter; & ideò tribui Deo poteſt, tamquam cauſæ: peccatum autem eſt malum morale, cuius prima, & propria cauſa eſt creata voluntas deficiens, & à rectitudine diuinæ regulæ deuians: omnis autem operatio, quæ ſimul incipit cum eſſe rei, ſiue perfecta, ſiue deficiens, reducitur in agens, à quo res habet eſſe; & ideo potuit Angelus in primo inſtanti mereri, non autem peccare: Ad ſecundam probationem dico ſecundum D. Tho. actionem omnem incipientẽ cũ eſſe rei tribuendam eſſe Deo ſecundum omnẽ ipſius actionis modũ, nõ ita tamen, vt Deus ſolus eã producat, aut ſit principiũ eius proximum elicitiuum, aut productiuum; cũ ſit operatio naturæ creatæ media potentia, veluti principio eius proximo; ſed à Deo eſt, vt authore naturæ, & gratiæ inclinationem ei, & ordinem infallibilẽ ad eam actionem cum rectitudine largiente.

S. Thomas

Tertio: Quamuis grania, & leuia ſecũdũ Ariſt. & alios mouentur ad ſua loca naturalia à generãtibus, viuentia tamen, qua talia ſunt, atque adeò, quo ad operationes ſuas vitales non mouentur à generante, authoreue naturæ, ſed à ſeipſis, ſed omnis operatio voluntatis, quã Angelus in primo inſtanti elicit, eſt operatio vitalis, & propria viuentis, qua viuens eſt; ergo nulla talis operatio tribuẽda eſt præciſè cõditori Angelorũ, ſed omnis tribuẽda eſt ipſi Angelo; ac proindè corruit fundamentum, vndè authores cõtrariæ ſententiæ ſibi perſuadent, Angelũ nõ potuiſſe peccare in primo inſtãti.

Reſpondetur falſam eſſe maiorem de motione viuentium ad primam operationem, quæ ſimul in eis incipit cum eſſe naturali; hæc enim operatio ſingulari quadam ratione, & modo tribuitur generanti, ſiue producenti, quamuis ſit etiam à viuente, vt antè diximus.

Quarto: Illa ſola mutatio, aut operatio tribuitur generanti, per quam res genita perducitur ad ſuam diſpoſitionem naturalem, ſed Angelus productus eſt à Deo in ſua naturali diſpoſitione, neq; operationibus ſuæ voluntatis eam aſſequitur; ergo operationes Angeli in primo inſtanti non tribuuntur authori naturæ; ac proindè corruit idem fundamentum.

Reſpondetur, falſam eſſe maiorem, vt oſtendimus loquendo de generante, prout extenditur etiã ad creantem, quamuis ſuſtineri poſſit de generante ideſt producente per tranſmutationem, & motum ex materia ſenſibili.

Quintò: Quando operatio aliqua tribuitur generanti, non ſolùm, quando primo fit, ſed ſemper poſtea eidem tribuitur, ergo, ſi operationes Angeli in primo inſtanti tribuerentur authori naturæ, tribuerentur etiam ſemper poſtea in quocumq; inſtanti fierent: ac proinde vel numquam Angelus poſſet peccare, vel peccatum illius tribueretur authori naturæ: quod eſt abſurdum.

Reſpondetur, antecedens verum eſſe in rebus ex materia, formamq; compoſitis in ordine ad agẽs, ſiue generans, media tranſmutatione ſenſibili: ſed vniuerſaliter ſumptum, prout ad operationem ẽt voluntatis, & ad creatorem naturæ intellectualis extenditur, nullum, vel exiguum habet colorem veritatis: Prima namq; Angelicæ voluntatis operatio neceſſariò recta fuit, ſic Deo anthore naturæ, ſimul, & gratiæ diſponente, inclinante, ac infallibiliter ordinante intellectualem Angeli naturam, & eius voluntatem ad actum moraliter bonum, & rectum circa finem vltimum naturalem, & ſupernaturalem; Solam verò libertatem habuit exercitij. At operatio inſtantis ſecundi perfectam habuit libertatem, ſ. ſpecificationis, & exercitij; & ideò potuit Angelus pro ſua libertate applicare intellectum ad conſiderationẽ, & iudicium ab eo diuerſum, quod Deo mouente prius habuerat de ſemetipſo, ſuaque naturali perfectione, ac de Deo vltimo fine ſupernaturali. Verè enim Angelus malus aliud habuit in inſtanti ſecundo iudiciũ, quia regulæ, & ordinis à Deo conſtituti conſiderationẽ dimiſit, & in ſeipſo, velut vltimo fine quieſcens, ſuperbia tumidus, Dei ſimilitudinem inordinatè cõcupiuit. Operatio verò naturalis, vt Solis illuminatio, eadem immutata perpetuò perſeuerat: Et per hæc ſoluuntur alia minoris momenti eiuſdem authoris obiecta.

Vltimo: Prima operatio moralis hominis peruenientis ad vſum rationis poteſt eſſe mala moraliter, vt oẽs concedunt; ergo pari ratione prima operatio moralis Angeli potuit eſſe mala moraliter.

Reſpondetur, duplicem eſſe ſtatũ hominis incipientis habere vſum rationis: primus eſt naturæ integræ, & vndequaq; perfectæ donis, non ſolũ naturæ debitis, ſed etiam gratuito diuinitus infuſis, qualis fuit in Adam; & in hoc operatio prima non potuit eſſe mala moraliter, ſicut nec in Angelo ob ſupradictam cauſam. Alius eſt hominis ſtatus in natura lapſa, vel etiam in puris naturalib. in quo per temporum, & cognitionis incrementa ad vſũ rationis aſcendit. In quo quidem tria conſideramus: primum eſt numerus propemodum infinitus actuum phantaſiæ, & appetitus ſenſitiui, quib. bene, vel malè diſponitur homo ad actus rationis legi diuinæ, præſertim naturali conformes, vel ab eis diſſonos eliciẽdos. Secundum eſt diſcurſus in fide, in quo principium aliquod apprehenditur [illegible] eſt eiuſdem complementum, ſiue [illegible] ductæ concluſionis notitia conſiſtens.

Digitized by Google

Ad argumentum itaq; dico, nullam esse consequentiam, si de homine sermo sit in hoc secundo statu, primò; quia per actus prædictos initium humani discursus præcedentes disponitur homo nõnunquam ad actus voluntatis moraliter malos; Angelus autem nullos similes habere potest actus operationem intellectus, & voluntatis eius præcedentes. Secundò, quia primũ instans vsus rationis illud proprie tantum est, in quo deducitur ex præmissis conclusio per necessariam, vel probabilem, aut saltem apparentem consequentiam; in eo nãq; solùm instanti verè dicitur esse discursus, sicut & oratio dicitur esse in termino prolationis. In præmissarũ autẽ acceptione, vel ordine multiplex error, & iudicij varietas potest immisceri, præsertim propter tot actus sensuum, & appetitus sẽsitiui in prima hominis ætate, veluti dispositiones prævias ad rationis discursus subsequentes: ex prævijs.n. illis actib. quod verè malũ est, intellectui præsentatur vt bonum: & sic apprehenso nonitia practica vno aliquo falso principio deducitur falsa conclusio, quæ iudicium est electionis, siue operationis agẽdæ, ad quod vltimò sequitur prava electionis actus, & operatio mala moraliter. Si verò nomine primi instãtis vsus rationis intelligatur initium, suo origo prima discursus, certum est, hominem in eo peccare non posse; nullus enim actus est in homine voluntarius, nisi præmisso rationis pleno iudicio, quod sine discursu fieri nequit.

Valentia. Contra eandem conclusionẽ argumentatur Valentia: Angelos in primo instanti peccare neq; fuit impossibile ex parte ipsorum Angelorum, neq; ex parte Dei; ergo. Antecedens quo ad primam partẽ probatur: Quoniam Angeli æque liberi fuerunt in primo instanti, atq; in secundo, quo ad secundam verò partem probatur: Quia non oportuit aliter Deum concurrere ad peccatum illorum in primo instanti, quàm in secundo. Nam, sicut in secundo concurrit solum, vt causa vniuersalis quo ad substantiam actus, & defectus eius non fuit Deo imputatus, cum ipse Deus non temeretur aliquo præcepto abstinere ab eo actu deformi, sed sola Angelica potuisset concurrere in primo instanti.

Respondetur, falsum esse antecedens. Ad probationem primæ partis negatur assumptum; non.n. in primo instanti liberi fuerunt quo ad specificationem actus, sicut in secundo. Ad probationem secũdæ partis negatur antecedens, nam in primo instãti debuit concurrere ad actum voluntatis Angelicæ, non solum quo ad substantiam actus, sicut in secundo, sed etiam quo ad rectitudinem. Quod si peccasset Angelus in primo instanti, ad illud peccatum concurrisset Deus etiam quo ad deformitatem ob rationem S.D. superiùs explicatam.

Malonius. Contra eandem conclusionem argumentatur Malonius. Primò: Posset modo Deus creare Angelum in actu odij, vel superbiæ, & tamen Deus non peccaret; ergo.

Respondetur, falsum esse antecedens, vt patet ex probatione conclusionis S. Tho.

Secundò. Angeli habuerunt gratiam per suam dispositionem; ergo. Probatur consequentia: Quia potuissent nolle se disponere, & resistere gratiæ.

Respondetur, nullam esse consequentiã. Ad probationem dico primò. Angelos in primo instanti non potuisse gratiæ resistere per actum voluntatis positiuum; quoniam eorum voluntas, & operatio erat determinata pro eo instãti ad rectitudinem. Secundò dico, Angelos absolutè potuisse non exercere tunc aliquem actum consensus, quia libera eorum voluntas erat quo ad exercitium actus. Tertiò dico, necessitatem eos habuisse suppositionis ad actum consensus eliciendum, suppositæ motione efficacis diuinæ gratiæ, qualis in eo instanti fuit in omnibus Angelis: quæ tamen necessitas nõ tollit, nec minuit, sed perficit libertatẽ. Alia eiusdem authoris argumenta vel non differunt à prædictis ex Molina, & Valentia relatis, & solutis, vel à Zumello fuere confutata.

Rada. Contra eandem conclusionẽ argumentatur Rada primò cum Scoto, & Molina assumẽte tertiũ argumentum D. Th. videlicet: Angelus in primo suæ creationis instanti potuit mereri; ergo & demereri. Probatur consequentia: Quia libertas, quæ sufficit ad meritum, sufficit ad demeritum. Et confirmatur: Quia non requiruntur tot ad demeritum, quot ad meritum: operatio.n. nõ potest esse bona, nisi concurrentibus circumstantijs debitis; quia bonum est ex integra causa, at verò operatio potest esse mala ex defectu vnius circumstantiæ; quia malum est ex quocunque defectu; igitur &c.

Respondetur cum D. Th. nullam esse consequẽtiã; quia quicquid est in merito, est à Deo, & ideò potuit Angelus in primo suæ creationis instanti mereri: sed non est eadem ratio de peccato, quia non potest eius deformitas à Deo causari.

Replica. Sed hanc responsionem sic arguit Rada. Cũ ait S. Th. totum, quod in merito est, à Deo esse, vel intelligit, quod totaliter, & immediatè causetur à Deo solo, vel quod Deus concurrat, vt principalis causa ad illud, quod in merito reperitur. Si primũ intelligit, falsum est, quia tunc Angelus mereretur per operationem non suam: si verò secundum intelligit, non obstat, quo minus Angelus demereri possit; quia tunc concurreret Deus ad actum positiuum, seu materiale peccati, & non ad formale. Et confirmatur: quia voluntas Angeli in secundo instanti fuit sufficienter libera ad peccandum, nec fuit minus libera in primo, quam in secundo instanti; ergo. Probatur secunda pars Antecedentis: primo: quia libertas pertinet ad intrinsecam voluntatis perfectionem; quæ tanta fuit in primo, quanta in secundo instanti.

Secundò: Quia in secundo instanti non habuit nouam libertatem: ergo in primo instanti potuit ita peccare, sicut in secundo.

Solutio. Respondetur, secundum verum esse. Nec tamen sequitur, Angelum posse demereri. Ad probationem autem sequelæ; quia scilicet tunc Deus concurreret ad materiale, non autem ad formale peccati, dico, falsum assumi: vt.n. ostendimus, concurreret tunc Deus etiam ad formale peccati. Ad confirmationem negatur antecedens quo ad secundã partem; non.n. habuit libertatem specificationis,

seu rectitudinis in primo, quam tamen habuit in secundo instanti. Ad primam eius probationem dico, libertatem pertinere ad intrinsecam perfectionem volitatis, sed non quo ad omnem eius actum, vt ostendimus suprà q. 41. art. 2. controuersia secunda. Ad secundam dico, voluntatem Angeli in secundo instanti habuisse nouum modum libertatis, scilicet quo ad rectitudinem, & obliquitatem actus. Solutiones Zumelli, quas impugnat Rada, prætermittimus, vt minimè sufficientes.

Zumellus

Instantia Radæ.

sed instat Rada: Nam, sicut meritum totum, & totaliter secundùm omnem eius rationem, & modum non refunditur in Deũ, quia tùc posset Deus mereri, vel Angelus non mereretur; quia talis operatio non esset tua, sed solius Dei, ita operatio mala Angeli non esset secundum se totam in Deum reducenda, sed quo ad id, secundum quod à Deo profluere potest.

Responsio

Respondetur, in merito formaliter sumpto duplicem esse modum, alterum se tenentem ex parte operis meritorij secundum se considerati, & alterum se tenentem ex parte causæ ipsius meriti, seu ex parte meriti, vt exit à tali causa: si sermo sit de priori modo meriti, negatur assumptũ: talis enim modus totus, & totaliter à Deo est, quitamquam prima causa totalis in suo ordine causat totum meritum, & totaliter, & omnem eius rationem, & modum, & conditionem se tenentem ex parte meriti, prout est operatio quædam secundum se sumpta; alioquin esse posset aliqua perfectio, vel entitas, quæ non esset à Deo. Si verò sermo sit de modo meriti, vt exit à tali causa, scilicet à merente, distinguendum est; nam modum meriti sic acceptum à Deo esse, dupliciter intelligi potest; Vno modo, vt Deus dicatur causare dictum modum, quem habet meritum in ordine ad creaturam, puta Angelum, vel hominem merentem; & sic etiam modus meriti à Deo est; nam quòd Angelus, vel homo mereatur, à Deo est gratiam, charitatem, & auxilium largiente. Alio modo, vt Deo causanti tribuatur modus ille, ita scilicet, vt Deus causet meritum ad modum merentis, idest vt mereatur, & sic falsum est modum meriti à Deo esse, quia Deus non causat, vt merens, nec causando meretur. Ad argumentum itaq; negatur assumptum, loquendo de modo meriti in primo sensu vtriusque distinctionis. Ad probationem negatur sequela vtriusque partis; nõ enim sequitur, Deum mereri, sed tantùm esse causam, quòd homo, vel Angelus mereatur. Nec sequitur, Angelum non mereri, nec sequitur etiam, operationem Angeli non esse suam; nam tota illa operatio simul est ab Angelo, & à Deo, vtroque causante secundum ordinem, & modum sibi conuenientem. Si autem sermo sit de modo meriti in vltimo sensu, libenter admittimus, illum non esse à Deo; quia scilicet Deus non ita causat meritum, vt ipse mereatur. Peccatum autem formaliter nulla ratione potest in Deum reduci; nec enim causat ipsum absolutè, neq; vt exit à peccante, & multò minus ita, vt Deus peccare dicatur.

Secundò sic arguit idem author: Potentia, quæ potest habere operationem perfectam, & non limitatur, nec determinatur necessariò ad operationem rectam, potest habere non rectam; sed Angelus in primo suæ creationis instanti potuit habere volitionem perfectam, & non determinabatur ad operationem rectam: ergo in illo instanti potuit non rectè operari, & per consequens peccare. Minor quo ad primam partem probatur: Quia tunc Angelus habuit potentiam volitiuam perfectam. Quo ad secundam verò partem probatur: Quia voluntas Angeli in primo instanti non habuit maiorem determinationem, quàm in secundo; ergo. Probatur hoc antecedens: Quia voluntas Angeli nihil reale intrinsecum habet in primo instanti, quod non habeat in secundo.

Respondetur, falsam esse minorem quo ad secundam partem. Ad eius probationem negatur antecedens; quoniam in primo instanti rationem, & modum habuit naturæ, nam primum in vnoquoque est naturæ ratio, vt ante diximus ex Caiet. quæ est doctrina D. Tho. suprà q. 60. art. 4. quam explicat ibidem eruditè Caiet.

Caiet.

Contra secundam conclusionem sunt argumenta, quæ retorunt, & soluunt Capreolus loco suprà notato, Caiet, Bannes, & Zumellus super hoc articulo.

Capreol. Bannes Zumellus Vasquez.

Contra eandem conclusionem argumentatur Vasquez. Primus actus voluntatis, siue sit primus simpliciter, siue in aliquo genere, ob eam solã causam est à Deo, quia prima cognitio est à Deo determinante; sed hoc non videtur obstare, quo minus Angelus peccare possit consensu voluntatis in obiectum cogitatum, quod est simpliciter primum; sicut in prima voluntate circa nouum obiectum, quod primò se offert, peccare potest; ergo. Probatur minor: Quia talis obiecti propositio, etsi fiat à Deo proponente, aut determinante intellectum, nihilominus relinquit voluntatem liberam, vt consentire possit, & non consentire; ergo poterat Angelus proposito obiecto, quod ex præcepto prosequendum erat, illud non prosequi, ac proindè peccare. Præterea: Potuit etiam à Deo determinari intellectus, vt proponeret voluntati simul eadem cogitatione obiectum, in cuius prosecutione esset peccatum, & in fuga illius esset meritũ apud Deum, & voluntas primo actu posset prosequi illud obiectum, & peccare prosequendo id, quod refutare debebat: tunc vbi, sed in neutro casu Deo tribueretur peccatum, etiamsi ipse determinaret intellectum ad primam illam cogitationem, ex qua futurus erat consensus peccati; ergo. Probatur hæc subsumpta propositio: Quia talis propositio, & cogitatio, ad quem Deus determinauit intellectum, reliquit voluntatem liberam, vt sequeretur quam partem vellet; sicut etiam Deus interdum offert nobis occasiones, ex quibus videt futurum esse peccatum, & tamen Deo non imputatur peccatum, nec ob id nos à culpa excusamur, quia talis cogitatio relinquit voluntatem liberam.

Respondetur, falsam esse maiorem argumenti; nam propria, & præcisa ratio, cur actus voluntatis Angelicæ primus simpliciter sit à Deo, non est, quia cogitatio sit à Deo determinante, sed est ipsa volun-

voluntatis natura; & actus eius primi, quia ſcilicet primum in vnoquoque eſt naturæ ratio: & ideo voluntas, cuius prima ratio eſt naturalitas, primũ etiam actum elicere debuit modum naturæ participantem ſimul cum libertate: hic verò modus eſt determinatio ad rectitudinem, ſi namq; malus eſſet actus ille primus, eius malitia Deo tribueretur authori. Neq; tamen negandum eſt, cogitationem obiecti primò voliti fuiſſe à Deo determinantem: Dicimus autem nos, ſolam hanc cauſam non eſſe ſufficientem, vt actus ille primus à Deo ſit, aut eſſe dicatur; ſed præcipua cauſa eſt ipſa natura voluntatis, & actus eius primi; in quo prima omniũ debuit eſſe ratio naturæ.

Rada. Contra eandem concluſionem argumentatur Rada argumento Durandi dicentis, principium illud, *Omnis operatio, quæ ſimul incipit cum eſſe rei, eſt ei ab agente, & imputatur agenti*, verum eſſe tantùm in illis, in quibus non eſt principium actiuum, ſed ſolùm paſſiuum, non liberum, ſed naturale, ſicut in grauibus, & leuibus.

Capreol. Reſpondetur cum Capreolo, principium illud verum eſſe vniuerſaliter, etiam in habentibus actiuum principium, nam quælibet actio naturalis retorquetur in authorem naturæ, qui dedit talem inclinationem, ſiue dederit actiuum principium, ſiue paſſiuũ, & magis, ſi dederit vtrumq; : & quia Deus dedit voluntati principium actiuum elicitiuum ſui primi actus quo ad ſubſtãtiam actus, & quo ad omnes eius circumſtantias, & mouet immediatè voluntatem ad illum actũ; & vlterius dedit voluntati potentiam paſſiuam receptiuam illius primi actus; ideò primus actus voluntatis attribuitur principaliter productori, & Creatori magis, quàm naturę productæ; quę quo ad illum actũ magis agitur, quàm agat.

Secundo arguit argumento Scoti ex dicto Auguſtini iam à Capreolo, & Caietano ſoluto.

Tertio: Quia defectus cauſæ ſecundæ in agẽdo, inquantùm defectus, non eſt defectus cauſæ primæ; ergo defectus procedens à voluntate Angeli in primo inſtanti non eſſet à Deo, ſicut nec nunc eſt: Antecedens probatur: Quia cauſa prima nunquam deficit in ſua operatione, cum ſit rectiſſima, ac potentiſſima, & ſi in rebus ſunt peccata, ac defectus, ex eo prouenit, quòd ſecunda cauſa deficit; igitur huiuſmodi defectus non debent reduci in cauſam nunquam deficientem, & omninò rectiſſimam.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam; aliud enim eſt abſolutè loqui de defectu effectus, & ſecundum rectum rerum ordinem; ſic enim malum effectus, & peccatum nunquam reducitur, nec reduci poteſt in primam cauſam, vt bene probatur in argumento: & aliud eſt loqui ex hypotheſi, nimirum quòd Angelus à Deo creatus peccaret in ipſo primo ſuæ creationis inſtanti: tunc enim reduceretur peccatum in Deum, vt authorem deficientis naturæ, ſed hoc ſuppoſitum eſt impoſſibile, vt ante diximus.

Quartò: ſequeretur, Angelum non potuiſſe mereri per primam operationem: ergo. Probatur illatio: Quia nullus meretur per operationem nõ ſuã; at illa prima operatio non eſt Angeli, ſed authoris Angeli per te, ergo per illam nõ potuit mereri.

Reſpondetur cum Caietano, nullam eſſe conſequentiam; Ad eius probationem, dico falſam eſſe minorem; operatio enim illa: quatenus determinata neceſſariò fuit ad rectitudinem, non erat Angeli, ſed authoris naturæ, quatenus autem libera fuit quo ad exercitiũ, erat operatio ipſius Angeli, Deo ſuæ virtutis influxu concurrente, vt prima cauſa. Replica.

Sed inſtat Rada: Si operatio prima rei eſt ab agente, & à re producta, quare defectus talis operationis, ſi quis eſt, erit tribuendus authori naturæ, & non ipſi naturæ, ſiquidem ob vtroq; eſt illa operatio? Et confirmatur: quia voluntas Angeli non magis limitatur ad operationem rectam in primo inſtanti, quam in ſecundo, tum quia non habuit aliud determinans, tum etiam quia natura Angeli non minus inclinat voluntatem ad rectitudinẽ actus in ſecundo inſtanti, quam in primo, quia ipſa eadem manet in 2. quæ in 1. & in vtroq; inclinat per modum naturæ, igitur, &c. Solutio.

Reſpõdetur, iam aſſignatam pluries fuiſſe cauſam, cur defectus ille Deo tribueretur, vt authori naturæ, quia ſcilicet primum in vnoquoq; eſt naturę ratio; Cum igitur actus ille libertatem habuerit exercitij, relinquitur, vt naturæ ratio illi congrueret quo ad ſpecificationem, ſecundum quam præcipuè attenditur bonitas, aut malitia; atque ideo, ſi fuiſſet malus, reduceretur in Deum eius malitia, veluti in cauſam. Ad confirmationem negatur aſſumptum. Ad primam probationem negatur antecedens. Ad ſecundam negatur etiam antecedens. Ad tertiam dico, manere quidem eandem voluntatem, non tamen in vtroque inſtanti inclinare per modum naturæ, ſed in primo tantùm ob ſupradictam cauſam.

Quædam alia motiua tangit idem author, quæ ex ſuprà notatis facilè diluuntur.

Zumellus Contra tertiam concluſionem ſunt multa argumenta, quæ ſparsim proponit, & ſolui. Zumellus in ſua quæſt. 1. ad hunc articulum.

Molina. Contra eandem concluſionem argumentatur Molina: Deus potuit imponere præcepti affirmatiuum Angelis, vt in primo inſtanti elicerent eam operationem liberam quo ad exercitium: & cum illa libera eſſet quo ad exercitium, potuerunt pro ſua libertate eam non elicere, etiam ſtante præcepto; alioquin non eſſet libera quo ad exercitiũ; ergo in primo inſtanti peccare potuerunt Angeli peccato omiſſionis. Eodem argumento vtuntur Valentia, & Rada.

Valentia. Rada. Reſpondetur, potuiſſe Deum imponere præceptum Angelo, vt actum illum eliceret, ſed hoc admiſſo, non potuiſſe Angelum actum illum non elicere, primò quia voluntas eius erat neceſſariò determinata ad rectitudinem, quæ tolleretur per omiſſionem actus à Deo præcepti: ſecundò quoniã, vt oſtendimus, omiſſio talis actus præexigeret actum poſitiuum inordinatum: & ideò videtur implicare contradictionem, voluntatem Angeli ex vna parte eſſe liberam quo ad exercitium actus, &

Digitized by Google

esse determinatã quo ad rectitudinem, & ex alia parte habere præceptum de actu exercendo; nam, si determinata est necessariò, & ab intrinseco ad rectitudinem actus, sequitur etiam eam esse necessariò, & ab intrinseco determinatam ad obseruantiam omnis præcepti, ac proindè posito præcepto de exercitio actus, naturaliter, ac necessariò erit inclinata ad illud non omittendum, sed obseruandum, atque ita nulla erit tunc in voluntate libertas. Alijs modis respondent huic argumento Zumellus, & Bannes, sed nullus eorum mihi probatur. Videant, qui voluerint, ea responsa.

Zumellus Bannes.

ARTICVLVS VI.

Vtrum aliqua mora fuerit inter Creationem, & lapsum Angeli.

325 quodl. 9. a. 8. corp.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd aliqua mora fuerit inter creationem, & lapsum Angeli: dicitur enim Ezech. 28. Ambulasti perfectus in vijs tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te. Sed ambulatio, cum sit motus continuus, requirit aliquam moram. Ergo aliqua mora fuit inter creationem diaboli, & eius lapsum.

2 Præterea. Orig.* dicit, quòd serpens antiquus non statim supra pectus, & ventrem sui ambulauit. Per quod intelligitur eius peccatum. Ergo diabolus non statim post primum instans suæ creationis peccauit.

Hom 1 in Ezech. aliquantulũ ante med. to. 2.

3 Præterea. Posse peccare, commune est homini, & Angelo. Fuit autem aliqua mora inter formationem hominis, & eius peccatum. Ergo pari ratione fuit aliqua mora inter formationem diaboli, & eius peccatum.

4 Præterea. Aliud instans fuit, in quo diabolus peccauit ab instanti, in quo creatus fuit: Sed inter quælibet duo instãtia cadit tempus medium. Ergo aliqua mora fuit inter creationem eius, & lapsum.

Sed contra est, quòd dicitur Ioan. 1. de diabolo, quòd in veritate non stetit. Et sicut Augustus.* dicit 11. de Ciuit. Dei, oportet, vt hoc sic accipiamus, quòd in veritate fuerit, sed non permanserit.

Lib. 11. de Ciu Dei, c 15 parũ ante med. to. 5.

Respondeo. Dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Sed probabilior, & sanctorum dictis magis consonans est, quod statim post primum instans suæ creationis diabolus peccauerit. Et hoc necesse est dicere, si ponatur, quod in primo instanti suæ creationis, in actum liberi arbitrij proruperit, & cum gratia fuerit creatus, vt supra diximus.* Cum enim Angeli per vnum actum* meritorium ad beatitudinem perueniant, vt supra dictum est, si

q 62. ar. 3. D. 160.

A diabolus in primo instanti gratia creatus meruit, statim post primum instans beatitudinem accepisset, nisi statim impedimentum præstitisset peccando. Si verò ponatur, quòd Angelus in gratia creatus non fuerit, vel quòd in primo instanti actum liberi arbitrij non potuerit habere: nihil prohibet aliquam moram fuisse inter creationem, & lapsum.

Ad primum ergo dicendum, quòd per motus corporales, qui per tempus mensurantur, quandoque in sacra Scriptura intelliguntur metaphoricè motus spirituales instantanei. Et sic per ambulationem intelligitur motus liberi arbitrij tendentis in bonum.

B

Ad secundum dicendum, quòd Orig. dicit, quod serpens antiquus non à principio, nec statim supra pectus ambulauit propter primũ instans, in quo malus non fuit.

Ad tertium dicendum, quòd Angelus habet liberũ arbitrium inflexibile post electionem. Et ideò, nisi statim post primum instans, in quo naturalem motum habuit ad bonum, impedimentum beatitudini præstitisset, fuisset firmatus in bono: sed non est simile de homine. Et ideo ratio non sequitur.

330

C

Ad quartum dicendum, quòd inter quælibet duo instantia, esse tempus medium, habet veritatem, inquantum tempus est continuum: vt probatur in* 6. Physic. Sed tamen in Angelis, qui non sunt subiecti cęlesti motui, qui primo per tempus continuum mensuratur, tempus accipitur pro ipsa successione operationum intellectus, vel etiam affectus. Sic igitur instans primum in Angelis, intelligitur respõdere operationi mentis Angelicæ, qua se in seipsam conuertit per vespertinam cognitionem, quia in primo die commemoratur vespere, sed non mane: & hæc quidem operatio in omnib. bona fuit. Sed ab hac operatione quidam per matutinam cognitionem ad laudem verbi sunt conuersi: quidam verò in seipsis remanentes facti sunt nox, per superbiam intumescentes, vt Augustus. dicit 4. super Genes.* ad litteram. Et sic prima operatio fuit omnibus communis. Sed in secunda sunt distincti: Et ideò in primo instãti omnes fuerunt boni, sed in secundo fuerunt boni à malis distincti.

ti. 6. Physic. text. 1. & 8 quæst. to. 2.

b 301 427

D

Li 4. c. 24. in fine, habetur in 2 to. 3. 324

E

Sensus quæsiti.

MOra idem est, quod instans temporis discreti: Quod ideò mora nuncupatur, quia totũ simul existens longo nonnumquàm continui temporis tractui coexistit, quem vsu communi morã omnes appellamus. Nomen verò lapsus non pœnam, sed culpam Angeli significat. Sensus ergo est: Verum Angelus post primum instans immediatè peccauerit: an autem vnum, vel plura media fue-

fuerint inſtantia inter inſtans creationis Angeli, & inſtans, in quo peccauit.

Forma Textus.

Refert primò S. D. duas oppoſitas opiniones, ex quibus eam affirmat eſſe probabiliorem, & dictis Sanctorum magis conſonantem, quæ ait, diabolum ſtatim poſt primum inſtans ſuæ creationis peccaſſe: deindè quæſito reſpondet duabus concluſionibus ſub conditione propoſitis.

Prima concluſio eſt: Si ponamus Angelum in primo inſtanti ſuæ creationis in actum liberi arbitrij prorupiſſe, & cum gratia fuiſſe creatum, neceſſe eſt dicere, Diabolum poſt primum inſtans peccaſſe. Probatur: Quia, ſi diabolus in primo inſtanti in gratia creatus meruit, ſtatim poſt primum inſtans beatitudinem accepiſſet, niſi ſtatim impedimentum peccando præſtitiſſet; ergo ſtatim poſt primum inſtans peccauit. Conſequentia videtur euidens. Antecedens verò probatur; Quoniam Angeli per vnum actum meritorium ad beatitudinem perueniunt.

Secunda concluſio: Si ponatur, Angelum in gratia nõ fuiſſe creatum, vel in primo inſtanti actum liberi arbitrij habere non potuiſſe, nihil prohibet, aliquam moram fuiſſe inter creationem, & lapſum. Hæc concluſio patet ex probatione præcedentis.

Expoſitio Textus.

IN diſcurſio præſentis articuli tria ſunt obſeruanda. Primum eſt circa probationem primæ Concluſionis.

In hac enim probatione S. D. intendit ex priori parte concluſionis deducere poſteriorem; ac proindè eandem priorem partem pro antecedente debuiſſet aſſumere; nec tamen eam, & ſed aliam videtur in antecedente poſuiſſe, quæ de merito loquitur Angelorum, de quo nec verbum habet ea concluſio.

Sed benè conſideranti perſpicuè ſatis elucet, meritum Angelorum in ea prima concluſione ſignificari, ponendo eos in gratia fuiſſe creatos, & in actum liberi arbitrij prorupiſſe: actus enim liber habentis gratiam ordinatus in finem charitatis eſt meritorius: talem autem actum Angelos habuiſſe in primo ſuæ creationis inſtanti, iuxta probabiliorem ſententiam patet ex ſupradictis quæſt. præcedenti art. 4.

Secundum eſt, ſecundam cõcluſionem, tamquã notam meritò relinqui; nam, ſi non fuiſſet Angelus in gratia creatus, poſſet aſſignari aliud inſtans, in quo gratiam reciperet, & mereretur, & poſt hoc aliud, in quo laberetur: ſi verò gratiam habuiſſet, & actum liberi arbitrij habere non potuiſſet, oportuiſſet iuxta ea, quæ diximus in articulo præcedẽte, primam eius operationem, quæ in altero inſtãti ſequente fuiſſet elicita, eſſe bonam, atque ideò, in inſtanti immediatè ſequente creationem Angelus labi minimè potuiſſet; igitur aliqua mora fuiſſet inter eius creationem, & lapſum.

Quod ſi poneremus, Angelum non per vnum, ſed per plures actus meriti ad beatitudinem pernenire, non ſolum vnum, ſed plura inſtantia mediarent.

Tertium eſt modus loquendi in eadem concluſione; non enim ait, neceſſe, ſed nihil prohibere aliquam moram, &c.

Ad cuius euidentiam ſcito, poſſe nos imaginari creationem Angeli tripliciter factam fuiſſe: primò ſine gratia, & actu liberi arbitrij, ſecundò cũ gratia, & ſine actu liberi arbitrij, tertio ſine gratia, & cum actu liberi arbitrij.

Si primo modo, vel in primo ſtatu concipimus, Angelum fuiſſe creatum, neceſſe omninò eſt inter creationem, & lapſum eſſe medium inſtans ob ſæpè dictam cauſam; quia ſcilicet neceſſe eſt, primã Angeli operationem eſſe bonam, cum qua peccatum ſimul eſſe non potuit: fuiſſet autem hæc operatio in inſtanti ſecundo, igitur in tertio tantum inſtanti peccare potuiſſet.

Si verò intelligamus Angelum in ſecundo ſtatu fuiſſe productum, eadẽ immò, & maior ratio eſt, quod medium eſſe debuerit inſtans inter creationem, & lapſum; quia ſcilicet prima eius operatio debuit eſſe bona, tametſi fortaſſe potuiſſet non eſſe meritoria.

Si denique in tertio ſtatu creatus à Deo fuiſſet, certum eſt, eum in ſecundo labi potuiſſe, in quo caſu nullum eſſet inſtans medium inter duo prædicta, ſicut etiam æquè indubitatum eſt, in inſtanti ſecundo gratiam recipere potuiſſe, & actus ex ea meritorios operari: quo facto mediaret aliquod inſtans inter creationem, & lapſum.

Propter hunc igitur tertium Angeli ſtatum, in quo ſupponit ſecunda concluſio Angelum creari potuiſſe, illum adhibet loquendi modum, non affirmans neceſſarium eſſe, ſed dicens, nihil prohibere aliquam moram fuiſſe inter creationem, & elapſum Angeli.

Controuerſia Vnica.

Quot inſtantia ſint in Angelorum via numeranda.

Sententiæ Doctorum.

FErrarienſis in tertio contra gentiles, cap. 110. circa medium duo dicit. Primum eſt: In proceſſu Angelorum, ſiue ad beatitudinem, ſiue ad miſeriam duo fuerunt inſtantia; in quorum primo, abſolutè loquendo, nullo modo demereri, & peccare potuerunt, ſed benè potuerunt non mereri negatiuè, & mereri, & de facto omnes meruerunt: in ſecundo verò potuerunt abſolutè, & mereri, & demereri, & de facto aliqui demeruerunt, & facti ſunt miſeri; alij verò facti quidem ſunt beati, ſed non meruerunt. Quod autem in ſecundo inſtanti potuerint, abſolutè loquendo, mereri, manifeſtat ex hoc; quòd cum aliquando mereri potuerint, eo quod eſſent ad beatitudinem ordinati, & creati in gratia, ſi non meruiſſent in primo inſtanti, ſicut poſsibile fuit eos non mereri, in inſtanti ſecundo meruiſſent. Ferrarien.

Secundum eius dictum eſt: Suppoſitione facta, quòd omnes in primo inſtanti meruerint, omnes quidem peccare, & demereri potuerunt in ſecundo: ſed in ipſo nullus mereri potuit. Ratio primi eſt:

eſt: quia non repugnat, Angelum in termino viæ per peccatum gratia priuari, & ſimul in malo confirmari. Ratio verò ſecundi eſt; quia repugnat, meritum, & præmium in eodem inſtanti eſſe.

Capreol. Capreolus in 2. ſent. diſt. 4. quæſt. 1. art. 3. in ſolutione primi argumenti contra quintam concluſionem duas proponit vias probabiles. Prior eſt, diabolum meruiſſe beatitudinem in primo inſtanti ſuæ creationis, ſicut & Angeli confirmati, ſed in ſecundo inſtanti peccaſſe, & in eodem miſerũ effectum fuiſſe; bonum autem Angelum in eodem ſecundo inſtanti vltimatè meruiſſe, & beatificatũ fuiſſe; ita vt ſimul eſſet in termino viæ, & mereretur, & beatificaretur: ſicut etiam diabolus in eodẽ inſtanti ſecundo ſimul erat in termino viæ, & peccabat, & miſer, damnatus, & obſtinatus fuit. Quod S. Thom. eſſe poſſe declarat S. D. quolib. 9. art. 8. & ſecundũ hunc modum (inquit Capreolus) inter creationẽ, & caſum diaboli nulla fuit mora: quia in primo inſtanti creatus eſt in gratia, & meruit, & in inſtãti immediatè ſequenti fuit in termino, in peccato, & damnatione: ſicut bonus Angelus in primo inſtanti creatus in gratia meruit, in ſecundo autem inſtanti immediatè fuit in termino, & beatitudine, & in eodem etiam inſtanti merebatur, non nouum actum eliciendo, ſed primum continuando. Et licet in bonis Angelis meritum præceſſerit præmium duratione, tamen in malis peccatum, & pœna ſimul duratione fuerunt.

Poſterior via, quam ait, ſibi videri probabiliorem, duobus ab eodem dictis explicatur. Primum eſt: In via Angelorũ tria fuerunt inſtantia: in primo creati ſunt in gratia, & tunc nullus eorum meruit ſecundum vnam viam, vel fortè omnes meruerunt, & inceperunt mereri per dilectionem Dei eliciuam ex gratia, & charitate elicitam: in ſecundo inſtanti mali demeruerunt, & boni meruerunt: in tertio omnes fuerunt in termino, & extra viam, & boni quidem beati fuerunt, mali verò miſeri. Secundum eſt: ſecunda morula, ideſt inſtans, in quo boni meruerunt, non fuit diuiſibilis per plura inſtantia, vt fingit Scotus, immò indiuiſibilis, ad hunc ſenſum, quod non habuit in ſe prius, & poſterius, licèt forte coexiſteret alicui parti temporis continui diuiſibili in infinitum.

Caietanus priorem dicendi modum ſequens dicit quatuor. Primum: Via Angelorum ex duobus inſtantibus integratur: quorũ alterum ita eſt via, vt non ſit terminus, alterum verò eſt ſimul via, & terminus: via, inquantum eſt ex libero arbitrio; terminus, inquantum conſumate a Deo perfunditur gratia: quemadmodum in conuerſione peccatoris ad Deum idem inſtans eſt conuerſionis, & infuſionis gratiæ, & vniuerſaliter quemadmodum in inſtantaneis ſimul eſt fieri, & factum eſſe. Secundum eſt: In via Angelorum eſt ſecundùm inſtans libertatis, & meriti, non vt viæ diſtinctæ contra terminum: ſed vt in termino viæ. Tertium eſt: Eſſe in termino ſtat cum libertate, & merito, & beatitudine: quoniam actus ille, vt inchoat ex libero arbitrio, & gratia meritorius eſt: inquantùm verò completur per gloriam, beatitudo eſt. Vltimũ eſt: Ex his verificantur omnia dicta.

Verum eſt enim, Angelos ſtatim poſt vnum actum beatitudinem accepiſſe, & per vnum actum meritorium ad beatitudinem perueniſſe, vnum, ſcilicet, ut viam, & tamen eis alterum, vt terminũ fuiſſe neceſſarium, & ſimiliter non repugnat poſt vnum actum meritorium, vt viam, poſſe impedimentum præſtari per alterum, vt terminum; via namque pura in vno conſiſtit: ſed aggregatum ex via, & termino ex duobus actibus meritorijs, & inſtantibus conſtat. Quem dicẽdi modum ſequitur, & pro poſſe tuetur Ripa, dicens in vno Angelici temporis inſtanti plura poſſe noſtri temporis inſtantia, vel etiam partes, quibus coexiſtit illud vnum inſtans, deſignari, in quorum vna fuerit meritum, & in altera præmium. Ripa.

Scotus in 2. ſentent. diſt. 3. quæſt. 1. & 2. admiſſa communi ſententia docente, Angelos creatos fuiſſe in gratia, tres affirmat eſſe morulas, ſiue inſtantia conſtituenda, quibus tota menſuretur Angelorum via: nimirum quo ad initium, mediũ, & terminum eius extrinſecum; ita vt in primo inſtanti omnes meruerint: in ſecundo boni perſeuerauerint in merito, mali verò peccauerint; in tertio boni præmium fuerint aſſequuti beatitudinis, mali verò ſupplicia damnationis acceperint. Quã ſententiam ſequitur, & tuetur Rada, & ante eum Molina, Zumellus, & Malonius in 2. ſent. diſt. 6. diſput. 8. & alij plures prædictis antiquiores, quos hic referunt expoſitores. Sed Zumellus opinionem hanc explicat erudite pluribus eam muniens rationibus, & fundamentis: adeò vt eam D. Thomæ doctrinæ minimè repugnantem eſſe demonſtret, eamq; non ſolùm exteris, ſed etiam Thomiſtis acceptabilem, & plauſibilem reddat. Scotus. Rada. Molina. Zumellus. Malonius.

Vaſquez, & poſt eum Peſantius malis Angelis tria, bonis autem duo tantum aſsignat inſtantia: ita vt in primo inſtanti boni, & mali in gratia Dei creati meruerint vitam æternam, boni autem longius meritum protrahentes, & perſeuerantes in merito conſeruauerint gratiam, cum poſſent eodem tempore per peccatum illam amittere: mali verò interrumpentes meritum gratiæ peccauerint in ſecundo inſtanti reſpondenti primo inſtanti bonorum Angelorum, quod in merito per perſeuerãtiam protractum fuit: denique in ſecundo boni receperint præmium beatitudinis, in tertio verò mali ſupplicio æterno addicti fuerint. Addit tamen Peſantius, non eſſe omnino improbabile, tria etiã inſtantia fuiſſe in bonis Angelis, vt affirmat Scotus, & alij. Vaſquez. Peſantius.

Bannes dubio tertio, duo ſolum, tam in malis, quàm in bonis Angelis agnoſcit inſtantia, dicens, inter inſtans creationis bonorum Angelorum, & inſtans, in quo glorificati ſunt, non fuiſſe medium aliud inſtans, ſed longiorem fuiſſe durationẽ primi inſtantis, atque ita bonos Angelos fuiſſe glorificatos poſt vnicum inſtans, & poſt vnum actum meritorium, qui vnico illo inſtanti menſuratur, eosque perfectius meritum habuiſſe, & in merito perſeuerauiſſe; atque ideò fuiſſe glorificatos, & ab Angelis malis fuiſſe diſcretos, qui mutatione ſua Bannes

à re-

à rectitudine, in qua creati sunt, secundùm instans sibi fecerunt. Addit autem in responsione ad secundum videri sibi probabile, ponendum esse tertiũ instans pro malis Angelis, in quo à propria conscientia cum dolore, & tristitia sunt damnati, & in infernum proiecti: atque ita coincidet hæc opinio cum præcedente, quam etiam sequitur Valentia puncto suo secundo.

Resolutio.

Quomodo differant, et coexistant, aut coexistere possint instans Angelicum, & instans nostri temporis.

NOn minus ardua, quam celeberis est hæc inter omnes, quas hactenus examinauimus, ac definiuimus, controuersias, et ipsa sententiarũ, & modorum dicendi varietas non solum apud externos, sed etiam in Schola Sancti nostri Doctoris perspicuè manifestat. Et quia difficile valde est (ne dicam impossibile) certam, & omnino firmã in proposita difficultate veritatem attingere, satis veriliter nos elaborasse iudicabimus, si rationi consonam, & communibus sapientum, & Sanctorum, ac præsertim D. Thomę dictis congruam attulerimus definitionem, quæ à diuinarum scripturarũ oraculis non sit aliena. Vt autem ordinis debitò sibi decore, distinctionisq; lumine fulgeat hæc nobilissima controuersia, partium eius distinctione præmissa, singulas ordinatè, breuiter, ac dilucidè prosequemur, nostrum de propositis Doctorũ opinionibus indicium proferentes.

a. Thomas

Partitio.

Sunt autem quatuor huius controuersiæ partes præcipuæ. Prima est de natura, & quantitate, seu duratione instantium discreti temporis Angelorum, quibus operationes eorum immanentes, & illæ præsertim, de quibus modo loquimur, mensurantur. Secũda est de merito Angelorum in primo creationis eorum instanti: an scilicet verè, & propriè meruerint beatitudinem. Tertia est de instantibus vię, siue meriti Angelorum: an scilicet sit tãtum vnum, vel plura, & si plura sunt, quomodo distinguantur. Vltima tandem est inquirens: an simul esse possint in eodem instanti bonorum Angelorum meritum, & præmium, & similiter malorum peccatum, & pœna.

Differẽtia instantis Angelici à nostro.

Quod attinet ad primam, quæ difficultatem offert circa naturam, & quantitatem Angelici instãtis, dico primò secundum communem, & veram Thomistarum sententiam, latam, & essentialem esse differentiam inter instans nostri temporis, & instans discreti temporis Angelorum. Illud enim tam actu, quàm virtute penitus est indiuisibile; hoc verò, licet actu, siue formaliter sit indiuisibile, virtute tamen potest multipliciter esse diuisibile, quamuis non necessariò, siue semper tale sit, vt enim supra notauimus quæst. 10. art. 5. controuersia secunda, & q. 53. art. 3. controuersia 2. potest vnum instans discreti temporis Angelorum durationis suæ latitudine correspondere non solũ pluribus instantibus ac partibus nostri temporis, sed etiam multis aliorum Angelorum instantibus, siue moruli. Dum enim vnus, simplexq; cogitatio-

A nis actus in Angelo supremo perseuerat, dum possunt nostri temporis non solum infinita momenta, sed horæ numero non exiguæ, & in eadem etiã durationis latitudine multæ possunt inferiorum Angelorum successiuè cogitationes, ac volitiones, expleri. Quælibet enim Angelorum cogitatio tota simul est: & quia libera est, ideo, sicut esse habet liberè, sic & liberè conseruatur; ac proinde potest Angelus semel elicitam intellectionem, quamdiu voluerit manutenere. Mitto cæteras differentias inter instans nostri temporis, & Angelorum, quæ ad rem præsentem minimè pertinent.

Coexistẽtia instantium.

B Dico secundò, siue duo tantum assignentur instantia, siue tria, quibus Angelorum via simul, & terminus expleatur, non posse duo ex illis immediata duobus nostri temporis instantibus respondere, ita vt, exempli gratia, primum instans Angelicum vni nostri temporis instanti coexistat, & secundum vni, & tertium alteri. Probatur hoc dictũ. Quia consequens fieret immediatè sese consequi duo nostri temporis instantia, sicut secundùm immediatum est primo, & tertium secundo Angelici temporis instanti: Quod esse impossibile probat Arist. in 6. Physic.

Aristot. Nota coexistentiã.

C Dico tertio potuisse primam Angelorum operationem meritoriam cum sua mensura coexistere vni soli nostri tẽporis instanti. Probatur: Quia longè perfectiores sunt spirituales substantię, quã corporeæ: sed ex his multæ perfectam habent operationem in primo suæ creationis, vel generationis instanti; Sol enim in primo suę creationis instãti Lunam illuminauit, & ex hac aer in eodem momento resplenduit, & ignis ex silice genitus circũstantem aërem in instanti primo suæ generationis illustrat. Et confirmatur: Quoniam in vno, eodẽque nostri temporis instanti Deus vniuersa creauit tam spiritualia, quàm corporea: quæ singula iuxta cuiusq; naturæ modũ voluit esse perfecta, non in substantia solum, & in actu primo, sed in

D accidentibus etiam & operationibus, quæ rebus in eo momento congruerent.

Dico quarto, eadem ratione possibile fuisse secundum, vel tertium instans absolutè, siue per se sumptum vni coexistere nostri temporis instanti. Dixi, absolutè, siue per se sumptum; nam, si primũ instans operationis Angelicæ supponamus instanti nostri temporis respondere, non poterit secundum instans Angelitum alteri nostri temporis instanti coexistere ob rationem supetius assignatã; quia nimirum duo tunc essent instantia nostri tẽporis immediata. Si verò primum instans Angelicum instanti nostro, secundùm autem alicui parti

E temporis coexisteret, tunc non esset impossibile, tertium instans Angeli nostri tẽporis instãti coexistere, sicut etiam, si primum tempori coexistat, poterit secundum instanti nostri temporis, tertiũ autem non instanti, sed tempori respondere.

Obiectio Molinæ, & Vasq. dilatur.

Nec huic officiunt veritati, quæ post Molinam scribit Vasquez disp. 229. c. 10. dicens, existimare se probabilius multò esse, nullam operationẽ Angeli, sicut nec vllam rem Mundi desinere esse per vltimum sui esse, & ita nec per solum instans nostri

ſtri temporis poſſe durare, ſed neceſsariò tempori noſtro ſucceſsiuo coexiſtere debere.

Huius enim opinionis (cuius author eſt Ariminenſis) fundamenta præcipua diluit Capreolus in ſecundo ſentent. diſt. 2. quæſt. 2. in reſponſione ad argumenta Gregorij contra ſecundam concluſionem, nec Vaſquez, aut Molina meliora produxit. Arimin. capreolus Vaſquez. Molina.

Deinde non ita conſtituimus primâ operationem Angeli durare potuiſſe per inſtans noſtri temporis initianti coexiſtens, vt ea ſtatim operatio deſinat eſſe, ſed illam aſſerimus permanere, & per ſubſequentem ſolo quodam modo libertatis differentem perfici, ſimiliter, & ſecúdam (ſi prima fiat in inſtanti temporis noſtri coexiſtenti) fieri poſſe diximus in inſtanti, vni noſtri temporis inſtanti reſpondenti: non ita tamen, vt ſit penitus operatio poſterior à priori diſtincta, ſed ſit eius quaſi terminus, & complementum. Denique tertia, putà beatitudo, vel pœna dicitur in inſtanti coexiſtenti noſtri temporis indiuiſibili momento poſſe contingere, ſolius habita ratione principij comparatione temporis noſtri conſiderati; in inſtanti ſiquidem æternitatis tota ſimul aduenit beatitudo. Cum igitur illud inſtans æternitatis ſumi poſsit, vt coexiſtens primo noſtri temporis inſtanti, qua ratione tunc primò adeſt beato lætitia æternitate non furata rectè dici poteſt in inſtanti durationis coexiſtente noſtri temporis inſtanti bonos Angelos effici beatos. Pœna verò malorum in inſtanti ſimiliter accepto dicitur contigiſſe, licet illud inſtans non ſit æternitatis, ſed Angelici temporis diſcreti; loquimur autem hic de pœna dæmonum, prout pœnas eſt intellectus, & voluntatis Angeli, non autè, prout actio eſt inſtrumentalis ignis inſtar carceris includentis; ſic enim tempore quodam cõtinuo menſuratur.

Durationem gratiæ malorum Angelorum non fuiſſe per inſtans ſolum noſtri temporis, & æqualem fuiſſe viam omnium Angelorum.

Dicó quinto, non videri mihi ſatis probabile, malos Angelos per inſtans tantùm noſtri cẽporis gratiam, & benè merentem operationem habuiſſe: non propter rationem Molinæ, & Vaſquezij ſuo loco diluendam; ſed propter verba diuinæ ſcripturæ, & Patrum dicta oppoſitum ſatis apertè ſignificantia. Scribitur enim Ezechielis 28. *Poſui te in monte ſancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulaſti perfectus in viis tuis à die cõditionis tuæ, donec inuenta eſt iniquitas in te.* Quæ verba ferè ſingula nõ meram inſtantis noſtri temporis, ſed durationem alicui ſatis notabili noſtri temporis latitudini reſpondentem ſignificant. Primò namq; verbum illud, *ambulaſti*, operationem ſignificat durãtione tempori noſtro coexiſtente menſuratam, non autè inſtanti prorſus indiuiſibili, ſicut & ambulatio noſtra non inſtanti, ſed tempore menſuratur. Deindè particula illa, *in viis tuis* eandem confirmat intelligentiam; pluralitas enim viarum ſõgitudinem ſignificat durationis in operando; cui non inſtans, ſed quædam temporis latitudo reſpondet. Denique Ezech. c 28

A parſilla verborum vltima, videlicet *à die cõditionis tuæ, donec inuenta eſt iniquitas in te*, ſatis apertè declarant, Luciferum exiſtentẽ in Empyreo perfectum in bonis operibus extitiſſe, non in primo ſolum creationis exordio, ſed etiam in aliqua poſteriori (modo noſtro intelligendi) latitudine alicui noſtri temporis parti reſpondente; non enim dicitur in die, ſed à die conditionis; atque ita deſignatur, non durationis menſura, ſed eius initium, ſiue terminus à quo; ſicut in ſubſequentibus illis verbis; *Donec inuenta eſt iniquitas in te*, denotatur terminus tẽtæ operationis extrinſecus. His accedit dictum Origenis dicentis, ſerpentem non ſtatim ſupra pectus ſuum ambulaſſe. In eandem ſententiã B inclinat Magiſter in 2. ſentent. diſt. 3. & alij quidam dicentes, Diabolum in ſecunda die peccaſſe. Origenes Magiſter ſentent. Auguſtin. Io. c 3. Ioan. c 8 Zumellus

Dico ſextò, valde breuem fuiſſe durationẽ malorum Angelorum in gratia, vt docet Auguſtinus lib. 11. de Ciuit. Dei, cap. 15. duo proferens diuinæ Scripturæ loca. Primus, primæ Io. 3. *Ab initio diabolus peccat.* Secundus eſt Ioan. 8. *In veritate non ſtetit.* Dictum hoc latè probat Zumellus in ſua ſecunda quæſtione ad articulum præcedentem concluſione tertia, & alibi.

Vltimò dico, viam omnium Angelorum tam bonorum, quàm malorum æqualem fuiſſe. Probatur hoc dictum primò in communi: Quoniam omnes Angeli ſunt naturę ſpiritualis ſimilem habentes operandi facultatem, modum, & ordinem; igitur æqualem viam ad beatitudinem conſequendã habere debuerunt. Et confirmatur: Quoniam omnes à Deo ſimul in eſſe naturæ, & gratię fuere producti, & omnes poſt vnum perfectum bonum, aut malum electionis actum ſunt inflexibiles ad oppoſitum, & æqualis ſunt habilitatis in operando: tametſi gradibus naturæ diſtent, & ſpecifica ſit inter eos ſub vno genere differentia. Hominum autẽ æqualis eſſe via non potuit; quia nõ eadem eſt omnium naturæ diſpoſitio, corporisve complexio, ac proindè nec pronitas eadem ad agendum, nec idẽ mortalis vitæ periodus; quo fit, vt quorundam brevior, quorundam verò prolixior ſit hominum via. hominum via æqualis.

Deindè probatur idem authoritate S. Doct. in octauo huius quæſt. artic. in reſponſione ad primũ argumẽtum, vbi ait, Dæmones omnes ſimul in eodem inſtanti peccaſſe, ſuggerente Lucifero, & adhortante. S. Thom.

Certum eſt autem ex litteris ſacris Apocal. 12. eodem momento bonos Angelos tentatori Lucifero reſtitiſſe, quo cæteri praua conſenſione peccauerunt; atque ideò ſimul etiam viæ terminum attigiſſe: ſicut enim peccato ſupplicium, ita victoriæ corona debetur: hæc autem pari durationis progreſſu contigiſſe, plane ſignificant illa verba Apocal. 12. *Factum eſt prælium magnum in cœlo: Michael, & Angeli eius præliabantur cum Dracone, & Draco pugnabat, & non valuerunt, neque locus inuentus eſt eorum amplius in Cœlo.* Eodem ergo momento præliabantur illi merendo, & iſti demerẽdo, & eodẽ, vel alio momento ſimul hi de Cœlo deiecti damnationis æternæ ſupplicia receperunt, & illi tranquilla cœlorum habitatione poſiti perpetuæ fœlicita- Apocal. 12

Digitized by Google

Molinæ dictum reijcitur.

citatis præmia ſunt adepti. Non eſt igitur audiendus Molina in tertia ſua concluſione dicens, neceſſe non eſſe, vt duratio, in qua Angeli mali fuerunt in gratia, antequam peccarent, fuerit æqualis in omnibus Angelis malis, oppoſitum enim affirmat

S. Thom. D Damaſcenus.

S. Thom. in allegata reſponſione ad primum, & Damaſcenus lib. 2. de fide cap. 4. Quamuis enim hic nulla ſit logica, vel metaphyſica neceſsitas, eſt tamen hic quidam ſcientificæ neceſsitatis modus, quo non omnium æqualem iubemur inquirere certitudinem, ſed prout ſubiecta materia poſtulat, vt ait Ariſt. in 2. Metaph. tex. 16. & primo Ethic. c. 3. Congruit autem Angelicæ naturæ, vt mora temporis non indigeat ad deliberandum, eligendum, & conſentiendum, & colloquendum; atque ideo in eodem inſtanti potuit Lucifer cæteros alloqui, & adhortari, & mali præbere conſenſum, & boni repugnare: ſicut in eodem inſtanti Sol illuminat Lunam, & ipſa aerem, & aer aquam; Quo enim inſtãti, Luciferi ſuggerentis adhortamenta ſenſerunt de illis in eodem perfectè iudicauerunt, & in eodẽ illi reſiſtere debuerunt, niſi vellent in eorum declinare conſenſum: Cum enim ad deliberandum non ſit eis temporis mora neceſſaria, dilatio longior fruſtra confingitur, quæ naturæ minimè conſonat ſpirituali. Nec obſtat libertas, cuius exercitium debet eſſe naturæ, & intelligendi modo conſentaneum.

Ariſtot.

Diſtinguitur primò, & explicatur duplex volitionis neceſſitas, & libertas, ſcilicet quo ad ſpecificationem, & quo ad exercitium, & oſtenditur priorem neceſſitatem merito non aduerſari.

SEcunda pars huius controuerſiæ quærit; an omnes Angeli in primo ſuæ creationis inſtanti verè meruerint beatitudinem.

Ad cuius euidentiam præmittendum eſt primò, duplicem eſſe poſſe volitionis neceſsitatem, ſeu naturalitatem, alteram quo ad ſpecificationẽ, & alteram quo ad exercitium. Dicitur ea volitio neceſſaria, ſeu naturalis quo ad ſpecificationem, quæ ſic ad vnum obiectum eſt determinata, vt ad eius oppoſitum nequeat inclinari: & hoc modo voluntas, & eius actus naturaliter, & neceſsariò tendit in bonum, ita vt non poſsit in eius oppoſitum, ſcilicet malum formaliter inclinari. Quo ad exercitium autem actus ea volitio dicitur eſſe neceſſaria, ſiue naturalis, ad quam eliciendam voluntas, ſic eſt ab ipſa natura determinata, vt eam non elicere, vel ſuſpendere minimè poſsit: ſicut ſupra diximus quæſt. 60. de dilectione Angeli naturali, qua ſeipſum diligit, & Deum, vt finem cuius Vniuerſi naturalem. Et quia liberum opponitur neceſſariò, & naturali, ſicut dupliciter dicitur actus voluntatis neceſſarius, & naturalis, ſcilicet quo ad ſpecificationem, & quo ad exercitium; ita dupliciter etiam dicitur volitio libera, ſcilicet quo ad ſpecificationem; quia ſcilicet non eſt ad vnum ſolum obiectum, nec ad bonum tantùm morale determinata, ſed in plura poteſt, tam bona, quàm et mala moraliter inclinari.

A Secundò ſciendum eſt, libertatem quo ad ſpecificationem actus non eſſe neceſſariam, vt actus ſit vere, ſimpliciter, & perfectè meritorius; In Chriſto namq; fuit perfectiſsima ratio meriti, nec tamen eius volitiones in obiectum moraliter malũ tendere potuerunt, ſed ad rectitudinem erant neceſſariò determinatæ: Fuit enim impeccabilis humana Chriſti natura, non ex gratia tantùm, ſed ex vnione præſertim hypoſtatica cum Dei Verbo; adeò, vt per naturam dici poſſet ille homo Chriſtus impeccabilis; quia, ſcilicet natura diuina, cui per ſe primò conuenit impeccabilitas, erat, & eſt intrinſeca ſuppoſito, quo ſubſiſtit humana natura! Nec ſolum in Chriſto, ſed etiam in Beatiſſima Virgine, & alijs in gratia confirmatis multa perfecta fuere merita, ſine prædicto modo libertatis ad bonum, ſcilicet & ad malum.

Rationes.

B Qui, licèt confirmatis congruat materialiter, & abſolutè conſideratis: eis tamen formaliter, vt confirmati ſunt, minimè cõuenit; Quamuis enim ratio meriti ſoli cõgruæ intellectuali naturæ creatæ, quæ ſuapte natura poteſt in varia peccata deflectere, cum ſit ex nihilo producta, diuinæque ſit egens virtutis auxilio non ſolum in eſſe conſeruante, ſed etiam in bonum inclinante, præmouente, & gratuita prouidentia cuſtodiente, ne cadat, hanc tamen imperfectionem, ſcilicet defectibilitatem C non poſtulat per ſe ratio meriti: ſed illi per accidens inuenitur annexa; vt patet in Virgine Beatiſſima, & alijs in gratia confirmatis, quibus vt ſic nulla iam inerat peccandi facultas; cum tamen in eis fuerit excelſa perfectio meritorum; Gratia ſiquidem in bono confirmans non deſtruit libertatem, ſed maximè perficit, vt oſtendimus ſupra q. 19. art. 10. & alibi.

Angelorum meritum in primo inſtanti non fuiſſe perfectum, & dilectionem ſimul eos habuiſſe naturalem, & ſupernaturalem, ac propriè, & ſimpliciter meruiſſe, & facilè conciliari dicta S. Thomæ.

D TErtio notandum eſt, meritum dupliciter dici poſſe perfectum, aut imperfectum; Vno modo formaliter, vt meritum eſt, cuius ratio attendi tur per ordinem ad præmium; & ita dicitur meritum perfectum, cui perfectum debetur præmium ex propriè dicta, perfectaq; iuſtitia: imperfectum autem, cui præmium conuenit imperfectum, aut ex imperfecta, impropriaue iuſtitia. Alio modo dicitur meritum perfectũ reſpectu ſubiecti; quia ſcilicet ſubiectum perfectè diſponit ad præmium, ac plenè determinat ad finem merendi, & meriti; E ex cuius finis amore tota dependet ratio, & conſumatio meriti: Si verò prædicta non præſtet, ſed imperfectè diſponat ad præmium, & non plenè determinet ad finem, erit meritum imperfectum ex parte ſubiecti.

Meritum ergo, quod habuit Angelus in primo ſuæ creationis inſtanti, perfectum extitit primo modo, non verò ſecundo; quoniam actus ille dilectionis non ex perfecta libertate, plenaue deliberatione proceſſit, cum fuerit actus ille primus ad morale

morale bonum, siue ad rectitudinem necessariò determinatus. Tametsi negandum non sit, possibile fuisse per Dei potentiam Angelis in primo creationis instanti gratiam cum impeccabilitate donari, sicque eos potuisse perfectè mereri, & Deo immobiliter adhærere, sicut etiam operatio Christi in primo conceptionis eius instanti plenè fuit, & consumatè meritoria, eo quòd eius voluntas in eo instanti plenè fuerit ad amorem vltimi finis supernaturalis determinata ob vnionis ad Verbum hypostaticæ dignitatem, & visionis beatificæ claritatem, cuius proprium est firmissimam in operando rectitudinem tribuere voluntati.

Quartò considerandum est: Angelum in primo suæ creationis instanti, & dilectionem simul habuisse naturalem, & supernaturalem. Dicitur autè dilectio dupliciter naturalis; Vno modo, vt distinguitur contra supernaturalem, & ita certũ est secundùm communiorem, & veriorem sententiam asserentem, Angelos in gratia fuisse creatos, eos dilectionem suæ naturalis perfectionis, & Dei tanquam eius naturæ finis habuisse naturalem cum amore Dei supernaturali, propter quem, vt finem simpliciter vltimum semetipsos, & omnia diligebant. Quamuis enim actus ille primus Angelicæ voluntatis ferri simul nõ potuerit in naturalia, & supernaturalia secundùm se, & absolutè sumpta; in vnũ tamen tendere potuit, vt alteri conforme, & vt ad alterum ordinatum; atque ita diligere potuit naturalia, per ordinem ad supernaturalia, & hæc appetere, prout sunt perfectiua naturalium.

Alio modo dicitur dilectio naturalis, vt distinguitur contra liberam, & sic amor ille, quo seipsũ, suasq; naturales perfectiones amauit propter Deum, vt finem supernaturalem, partim liber fuit, & partim naturalis, siue necessarius, idest secundum vnam rationem habuit libertatem, secundùm aliã verò naturalitatem, siue necessitatem: Liberum enim habuit exercitium, specificationem verò naturalem, siue necessariam: erat enim naturaliter ad bonum, & ad rectitudinem determinatus hoc ipso, quod in supernaturalia ferri non potuit, nisi vt conformia naturalibus, & quatenus eorum essent perfectiua; ac proinde naturalitas oppositæ libertati in operatione Angeli prima supernaturali fuit imbibita.

Ex his elucet primò, quomodo verè, & propriè actus ille primus Angelicæ voluntatis fuerit meritorius; Vt enim actus sit proprie, & simpliciter meritorius, necesse est, vt formaliter, aut virtualiter sit informatus gratia, & charitate: informantur autem aliarum virtutum actus charitate, quatenus per eam ad vltimum finem ordinãtur, vt probat S. Doct. 2. 2. q. 23. art. vlt. 1. Thomas

Cum itaque primus actus Angelicæ dilectionis ad vltimum finem supernaturalẽ fuerit actualiter ordinatus per charitatem ex gratia procedẽtem, consequens est, fuisse meritorium: Dixi actualiter, quoniam implicat, actum primum in vltimũ finem dirigi tantum virtualiter; actus enim ille tẽdit in vltimum finem virtualiter, in quo vis remanet prioris actus in finem actualiter ordinati: re-

A pugnat autem primum actum ab alio eiusdem ordinis priore præcedi.

Secundò conciliari, vel exponi facilè possunt nonnulla dicta D. Thomæ, quæ præcedenti veritati videntur aduersa. Primum est in quæst. 16. de Malo, artic. 4.

Vbi declarat, talem esse primi actus Angelici naturalitatem, vt in eo instanti primo non potuerit Angelus simul in obiectum ferri naturale, & supernaturale.

De obiectis enim ibi loquitur S. D. absolutè sumptis, non autem prout vnum ordinatur ad aliud, vt sui maximè perfectiuum. Secundum eiusdem
B S. D. assertum est in responsione ad tertium præmissi articuli, vbi dicitur, Angelũ in primo suæ creationis instanti naturalem motum ad bonum habuisse; sermo enim est de naturali, vt distinguitur contra liberum quo ad specificationem actus in ordine ad obiectum bonum, aut malum, non autẽ de naturali, vt distinguitur contra supernaturale, vt ante diximus. Tertium dictum est in responsione ad quartum argumentum, vbi dicitur primum instans in Angelis respondere operationi mentis Angelicæ, qua se in seipsam conuertit per vespertinam cognitionem, quia in primo die commemoratur vespere, sed non mane; Vt enim scitè Caietanus
C nus aduertit, de cognitione vespertina loquitur S. Thom. prout à matutina distinguitur proprie dicta, quæ est visio beatifica comprehendens sub nomine vespertinæ cognitionis notitiam omnem tã naturalem, quàm supernaturalem à clara diuinæ essentiæ visione distinctam; quę sola matutina cognitio proprie nuncupatur. Quamuis enim operatio naturalis sit à supernaturali distincta realiter, vtraque tamen in eodem instanti simul ab Angelo fuit elicita, & ad eundem finem, scilicet supernaturalem vtraque fuit ordinata; atque ideò non erant illis instantia plura, sed vnum dumtaxat assignandum; cum etiam, vt supra diximus, pro vna
D tantum operatione moraliter debeant computari. Hanc autem esse legitimam expositionem indicãt verba S. Doctoris attentè considerata, vt Caietanus aduertit.

Caietanus

Viam Angelorum vno dumtaxat expletam fuisse merito, & instanti materialiter, duobus autem formaliter, & hanc esse mentem S. Thomæ, atque ita multorum dicta conciliari.

TErtia controuersiæ pars subtilem ingerit difficultatem inquirens, an vno, vel pluribus instantibus expleta fuerit via, siue meritum Angelorum. Et quæstio est de via, & eius instantibus,
E prout omninò distinguuntur à termino.

Ex tribus autem opinionibus præcipuis in principio relatis, scilicet Ferrariensis, Bannesij, & Zumelli, videtur hæc vltima planior, & rationi ac sacris litteris, & Sancti nostri Doctoris Angelici dictis consententior, quam etiam prius attigerant Scotus, Capreolus, & alij.

Ferrariens. Bannes. Zumellus Scotus. Capreolus

Ad cuius euidentiam considerandũ est primò, non minus in Angelis, quàm in hominibus ad felicita-

licitatis æternæ præmium consequendum esse necessarium meritum cum perseverantia: quod verba Domini satis aperte significant Io. 8. de diabolo dicētis, *In veritate non stetit.* Quibus verbis causa propria damnationis Luciferi significatur fuisse defectus perseverantiæ; ac proindè perseverantiam in bonis salutem peperisse: Quod etiam in Epistola Iudæ canonica planiùs explicatur illis verbis: *Angelos verò, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium in iudicium magni diei vinculis æternis reseruauit.*

Io. c. 8.

Epist. Iudæ

Secundò obseruandum est, perseverantiam in bonis Angelis vna fuisse tantùm operatione materialiter, & secundùm substantiam, pluribus autē formaliter, & magis quàm ratione distinctis expletam. Duplex enim fuit meritum in Angelis bonis, scilicet imperfectum, & perfectum: Et primū quidem, quod omnibus Angelis commune fuit, mensuram habuit primam Angeli nobilissimi supernaturalem, & meritoriam operationem; qua cessante, & Angelo supremo ad iniquitatem declinante, successit in bonis Angelis perfecti meriti ratio mensuram habens operationem meritoriam Angeli inter perseverantes in gratia nobilissimi, quem sanctum fuisse Michaelem existimamus.

Neque tamen imperfectum meritum, & perfectū duæ sunt operationes distinctæ materialiter, siue secundum substantiam, sed vna tantum duas habens rationes formales; siue modos pluſquàm ratione distinctos, nimirum ex natura rei, siue realiter metaphysicè. Primum enim meritum ex imperfecta libertate processit: Actus enim ille primus gratia, & charitate perfectus solam habuit exercitij libertatem; quo ad specificationem autem, & rectitudinem fuit per modum naturæ determinatus ad vnum, vt ante diximus cum D. Th. Sed tamen idē actus charitate perfectus post Dæmonum lapsum in bonis Angelis perseuerans, nouum, perfectumque libertatis modum, ac proindè nouam perfecti meriti rationem adeptus est; atq; ideò necesse fuit nouo Angelici temporis instanti mensurari, quod idem est realiter cum operatione meritoria perfecta Angeli inter perseuerantes nobilissimi. Cessantibus enim præuaricatoribus Angelis à primo charitatis actu, & in peccata declinantibus, per inchoantem tunc in eis perfectæ libertatis modum, simulque nitētibus alios ad facinoris imitationem inflectere, cæteri per eundem libertatis modum in primo dilectionis actu meritorio perseuerantes, fortiterq; peccantibus Angelis repugnantes, nouum illi actui modum libertatis, ac nouam meriti rationem addiderunt. Malorum enim Angelorum liberè peccantium lapsus libertatem indicat specificationis, nō solum illis, sed etiam omnibus alijs fuisse cōcessam; alioquin Lucifer eos Angelos, qui fortiter restiterunt, se fuerā tentare cognouisset, nec bonorum ascriberetur laudi, quod in illo celeberrimo prælio victoriā reportassent.

Modus nouus libertatis.

Distinctio modorum libertatis.

Quod verò posterior hic libertatis modus distinguatur à priori non ratione tantùm, sed etiam realiter metaphysicè, conuinci facilè potest ex eo, quod modus naturæ, qui est modus determinationis ad vnum, opponitur modo libertatis, vt affirmatio negationi, vel etiam vt habitus priuationi, vt in nostra voluntate: distinguitur autem realiter affirmatio, ideſt ens affirmatione significatum à negatione, ideſt nō ente negatione significato; igitur modus ille naturæ, siue determinationis ad vnum, quem habuit actus Angelicæ voluntatis in instanti primo realiter differt à modo libertatis, quem habuit idem actus in instanti secundò. Constat autem, dictum naturæ modum intimè fuisse actui illi primo voluntatis imbibitum; eo igitur in instanti sequenti ab eodem actu sublato, hoc ipso mutatio realis, & intrinseca facta fuit in actu. Sicut in actu secundo caloris fieret intrinseca mutatio, si, naturali ad inducendam caliditatem determinatione remota, ad vtrumque contrarium, scilicet calorem, & frigus efficiendum maneret indifferens: constat autem mutationem operationis intrinsecam ad instātia plura temporis Angeli pertinere.

Duo sunt igitur in via, meritoq; bonorum Angelorum instantia numeranda, alterū scilicet primum mensurans operationem meritoriam in exercitio liberam, sed ad bonum, siue ad rectitudinem necessario determinatam, & alterum, scilicet secūdum mensurans eandem operationem iam non ad bonum, & rectitudinem determinatam, sed indifferentem ad bonum, & ad malum, ad rectitudinē, & ad obliquitatem.

Duo instātia viæ Angelorum.

Et ex his patet primò falsitas doctrinæ Bannesij dicentis, nullam in operatione Angeli meritoria factam fuisse mutationem intrinsecā in instanti secundo, sed solum extrinsecam, quia nihil acquisiuit, & per hoc solum libera fuit operatio illa quo ad specificationem in instanti secūdo, quòd, cum mutari potuerit, non fuit mutata, sicut liberum arbitrium Dæmonum fuit mutatum. Iam. n. diximus, intrinsecè fuisse mutatam, non additione realitatis, aut nouæ perfectionis, sed subtractione modi realis, scilicet naturalitatis, seu determinationis ad vnum: & ita remanens indeterminata mutari potuit, licèt in bonis mutata non fuerit: adeò vt hoc, quod est posse mutari de bono in malum, mutationē supponat in subtractione, seu desitione modi prædicti consistentem.

Bannesij dicti reijcitur.

Sed præterea congruè dici posset diuersum fuisse iudicium intellectus, quo regulabatur operatio secunda, quæ fuit plenè deliberata, ab eo, quo directa fuit operatio prima, quæ fuit ad bonum determinata; atque ideò diuersos etiam actus fuisse voluntatis ex eo diuerso iudicio consequentes: fuisse verò secundùm iudicium à primo diuersum ex eo patet, quod primum iudicium nullum demonstrauit voluntati præceptum, secundum autem illi præceptum obedientiæ, & humilitatis indixit, vt hic affirmat Caietanus. In eadem igitur materialiter operatione meritoria bonorum Angelorū mutatio facta fuit modi realis vnam in duas formaliter distinguens operationes immediatè sibi succedentes duobus instantibus discreti temporis mensurandas.

Caietanus

Digitized by Google

Mens D. Thomæ.

Secundò patet ſenſus dictorum D. Thomæ ex quibus illud primum eſt, quod habetur in art. 5. q. 62. videlicet Angelum poſt primum actum charitatis, quo beatitudinem meruit, ſtatim fuiſſe beatum. Secundum eſt in corpore præſentis articuli, & in reſponſione ad tertium cuius verba ſunt: *Si Diabolus in primo inſtanti in gratia creatus meruit, ſtatim poſt primum inſtans beatitudinem accepiſſet, niſi ſtatim impedimentum præſtitiſſet peccando.* Tertium eſt in reſponſione ad quartum, vbi dicitur, primũ inſtans in Angelis reſpondere operationi mentis Angelicæ, qua ſe in ſeipſam conuertit per veſpertinam cognitionẽ, quæ in omnibus bona fuit, ſed ab hac operatione quoſdam per matutinã cognitionem ad laudem Verbi fuiſſe conuerſos, quoſdã verò in ſeipſis remanentes, ac per ſuperbiam intumeſcentes in noctem euaſiſſe, ſiue noctem effectos fuiſſe. His enim vna dumtaxat operatio meritoria ſignificatur in Angelis extitiſſe; quia materialiter, ſiue ſecundùm ſubſtantiam vna fuit in bonis etiam Angelis operatio meritoria, non interrupta peccato, ſicut in malis, ſed conſeruata, & nouo titulo, ſiue modo libertatis aucta; ratione cuius apud multos ſecũdæ operationis, ac poſterioris meriti nomen ſortita fuit, & duplicis ei fuit inſtantis menſura deſignata. Vel dicito, ſi lubet, operationem, meritumq; poſterius perfectionem, & conſummationem fuiſſe prioris atque ideò duas illas operationes pro vna tantum integra, perfectaq; operatione computari, quæ ex vna dicitur cognitione veſpertina depẽdere, quatenus à matutina diſtinguitur ſtrictè ſumpta, quæ eſt eſſentiæ diuinæ viſio beatifica.

Zumelli expoſitio reijcitur.

Non enim placet expoſitio Zumelli dicentis, nomine matutinæ cognitionis hic intelligi notitiam ſuper naturalem perfectiſsimam, quam habuit Angelus in ſecundo inſtanti, per quam reſpiciebat Angelus bona ſupernaturalia modo ſupernaturali; cum in primo inſtanti reſpiceret bona ſupernaturalia modo quodam naturali, & prout erãt ſuæ naturæ perfectiua.

Hæc enim expoſitio præterquam quod aduerſatur litteræ Sancti Doct. & Auguſtini, diſſonat etiã à prioribus dictis ante relatis, vbi dub tantum actus in Angeli voluntate diſtinguuntur, alter ſcilicet meritorius, & alter beatificus; igitur in cognitione ſimiliter duo tantum ſunt enumerandi, vnus ſcilicet ad viæ cognitionem, alter autem ad claram, & beatificam eſſentiæ diuinæ viſionem pertinens.

Concilian tur opinio nes.

Denique poſſunt ex ſupra notatis nonnullę circa partem hanc expoſitorum opiniones, quæ vidẽtur oppoſitæ conciliari.

Bannes. Valentia, Valquez.

Affirmant enim Bannes, Valentia, Vaſquez, & alij, vnum tantum inſtans meriti bonos, & malos Angelos habuiſſe, ſed longiorem in bonis meriti, ac inſtantis fuiſſe durationem; quia peccantibus malis, boni perſeuerauerunt in operatione meritoria.

Solutio.

Quæ, quia non omnem à principio modum habuit libertatis, ſed ordine, & ſucceſsione quadam vnum poſt alterũ acquiſiuit, ideò ab alijs in duas formaliter diſtinguuntur operationes, & inſtantia viæ.

Opinio verò Ferrarienſis, qui vnicum affirmat inſtans meriti, cuius ſit æqualis duratio in omnib. Angelis tam bonis, quàm malis, nulla ratione videtur poſſe ſuſtineri, & argumenta Banneſijs ſuper hoc articulo, & alia fortiora Zumelli ſupra qu. 62. art. 5. quæſt. eius ſecunda, & Vaſquezij diſput. 239. cap. 9. ſatis enidenter oſtendunt, opinionem illam ſacræ Theologiæ principijs, eſſe repugnantem, & contradictionem inuoluere manifeſtam, vt benè probat Zumellus. Si namq; peccare potuerunt Angeli boni in inſtanti ſecundo, in quo beatitudinem receperunt; igitur tunc non erant beati; ſi quidem beatis annexa naturaliter eſt impeccabilitas.

Ferrar opinio reijcitur.

Et præterea: ſi liberè non præſtiterunt impedimentum beatitudini, hoc non videtur per ſolam actus mali negationem fieri potuiſſe; igitur id eſſectum eſt per actum charitatis, & conuerſionis in Deum; quæ, cum in eo inſtanti conſequeretur viſionem eſſentiæ diuinę beatificam, nullam tunc in Angelis illis peccandi potentiam admiſit.

Nec approbo modum illum dicendi, quem vt probabilem affert Valentia dicens, meritum bonorum Angelorum intelligi poſſe fuiſſe cum perſeuerantia; quia, dum in ſecundo inſtanti mali peccabant, boni non mortificabant meritum præcedens, vt facere poterant, ſed quaſi otioſi manebãt viæ ſuæ terminum expectantes.

Valentia dictorum reijcitur.

Quis enim exiſtimet Angelos in gradu naturæ præſtantiſsimo conditos, gratia, & charitate perfectos in eo temporis momento, in quo de vltimo totius vitæ ſuæ fine deliberare debuerant, & quando Luciferi ſuggeſtionibus vrgebãtur, ac pro Dei gloria reſiſtere tenebantur, otioſos, ac veluti dormitantes, ſuæq; ſalutis oblitos, vitę ſuę terminum omni charitatis actu vacuis conferendum expectare. Valeat ergo puerilis hęc opinio nullo probabilitatis colore conſpicua, ſacrarum litterarum dictis ſupra notatis ex Apocalipſis 12. & communi ſapientum ſenſui minimè conſona.

Proponitur ſententia Caietani; & oſtenditur eam eſſe conformem doctrinæ D. Thomæ.

IAm verò ſupereſt poſtrema controuerſiæ pars duplicem continens difficultatem circa priorem dicendi modum à Capreolo propoſitum, & à Caietano latiùs explicatum, ac veluti conſonum doctrinæ S. D. approbatum: An ſ. Angelorum via ſimul, & terminus in eodem inſtanti temporis eſſe poſsint: ita vt ſimul Angeli boni mereãtur, & Deo clarè viſo fruantur, & mali delinquant, & pœnas in eodem inſtanti ſuæ damnationis accipiant: Et de priori quidem difficultate ſentio cum Capreolo, Caietano, & Ripa non ſolum eſſe poſsibile, ſed etiam eſſe probabile: tam ſimpliciter, quàm ſecundùm mentem Sancti noſtri Doctoris, Angelorum viam ex duobus fuiſſe diſcreti temporis inſtantib. integratam; quorum alterum, ſcilicet primum ſit via tantum, quia ſcilicet in eo per actum charitatis

tis beatitudinem ſibi ſupernaturalem meruerunt, quam tamen in eodē inſtanti minimè receperunt; alterum autem ſcilicet ſecundum, viæ ſimul, ac termini fungatur officio: quia numirum idem actus charitatis in Deum, vt ex libero procedit arbitrio, diuina gratia perfecto, meritum eſt ſolicitatis æternæ: quatenus autem gloria completur, beatitudo eſt.

Ripę opin.

Quomodo verò duæ prædictæ rationes meritis ſcilicet, & præmij, quæ videntur oppoſitæ poſſint vni ſimplici voluntatis actui in eodem inſtanti tēporis Angelici conuenire, difficilè eſt mente perci pere, & longè difficilius explicare. Ripa in notationibus ad hunc articulum cap. 2. modum adhibet huic ſoluendæ difficultati ſingularem dicens vnum, & idem inſtans Angelici temporis eſſe quidem in ſe ipſo formaliter indiuiſibile, ſed, pro vt noſtro tēpori correſpondet, eſſe diuiſibile virtualiter; atque ita ſimplicem actum Angelicæ voluntatis in inſtanti temporis Angelici productum eſſe meritorium, quatenus vni coexiſtit inſtanti noſtri temporis, & eundem eſſe beatitudinem, quatenus alteri reſpondet inſtanti: & cumulter duo noſtri temporis inſtantia ſit tempus medium, conſequens ſit ſecundum Ripam actum Angelicæ voluntatis prius tempore (coexiſtentes loquendo) eſſe meritorium; quàm ſit beatitudo, quam opinionē

Zumellus

tangit Zumellus ſupra quæſt. 62. artic. 5. quæſt. ſua ſecunda ad illum articulum.

Ripæ opinio confutatur.

Sed hic dicendi modus præter quam quod à mente, & doctrina S. Thomæ diſcordat, ſecum etiam pugnat, & ſeipſum deſtruit; Si namq; ſucceſſiuè tēpore fit in eo actu mutatio, iam non ad vnum, ſed ad plura diſcreti temporis inſtantia pertinebit, vel magis ad diſtincta, & pluſquàm genere diuerſas menſuras durationis ſibi ſuccedentes pertinebit. Actus enim ille dilectionis, vt prius tempore (coexiſtenter loquendo) meritorius inſtanti menſurabitur Angelorum; vt verò poſterius tempore gloria completur, & beatitudo eſt, æternitate menſurabitur participata; igitur implicatio eſt, aſſerere actum illum Angelicæ voluntatis vno diſcreti tēporis inſtanti mēſurari, & rationes meriti, ac præmij ſcilicet beatitudinis illi conuenire ſucceſſiuè reſpectu noſtri temporis.

Præterea ſi ſecundum hunc dicendi modum neceſſe eſſet in eo inſtanti, prout priori noſtri temporis inſtanti, vel parti correſpondet, eſſe fidei cognitionem obſcuram in intellectu, ſine qua meritum eſſe non poteſt in Angelo, vel homine puro; & in eodem etiam inſtanti, prout poſteriori noſtri temporis parti reſpondet, eſſe viſionem eſſentiæ diuinæ claram, & beatificam: quæ duo ſunt actus omninò diuerſi, ac proindè nequeunt vno Angelici tēporis inſtanti menſurari.

Hoc itaque dicendo modo relicto, dicendum eſt in eodem Angelici temporis inſtanti, ſiue in eadem diuiſibili duratione, prout etiam vni coexiſtit inſtanti noſtri temporis, ſimul eſſe poſſe meritum, & præmium. Quod expreſsè docuit, & probauit S. Thomas, quolib. 8. art. 9. vbi poſtquam opinionem illam, vt cæteris meliorem approbauit

S. Thomas

A quę docet Angelos omnes in gratia fuiſſe creatos, & quoſdam in ea perſeuerantes beatitudinem meruiſſe, ſtatim quorundam opinionem refert dicentium, Angelos in puris naturalibus fuiſſe creatos, & quibuſdam conuertibus ad Verbum ſimul collatā fuiſſe gratiam, & beatitudinem; cuius etiam opinionis tres modos dicendi refert, & duobus confutatis ſubdit.

Tertij verò dicunt, quòd in primo inſtanti beatitudinem meruerunt ex hoc ipſo, quòd ad Verbum conuerſi ſunt, & hæc opinio inter has tres probabilior eſt. Vnde
B *ad eius euidentiam ſciendum eſt quod meritum ſe habet ad præmium, ſicut motus ad terminum, & ſicut fieri ad factum eſſe. eius autem, quæ ſucceſſiuè fiunt, prius eſt fieri, quàm factum eſſe. in ijs verò, quæ fiunt ſubitò, ſimul eſt fieri, & factum eſſe, ſicut ſimul aer illuminatur, & illuminatus eſt, & ſimul res creatur, & creata eſt. Cuius ratio eſt, quia inſtans illud, in quo primò aliquid factum eſt, eſt terminus temporis præcedentis, in quo nō erat, & ſic aliquid de aliqua proprietate illius temporis retinet, inquantum poteſt dici ante hoc inſtans res iſta non fuit. Et quamuis in ijs, quæ per modum ſucceſſiui fiunt, fieri attribuatur tempori præcedenti, in momentaneis tamen factionibus non poteſt attribui niſi ipſi inſtanti primo, quod diuidit inter eſſe, & non eſſe rei. Vnde*
C *quamuis in omnibus alijs inſtantibus ſequentibus poſſet dici, quòd hoc factum eſt, non tamen poteſt dici, quod fiat, & factum eſt, niſi in primo; ſimiliter dico, quòd in primo inſtanti, quo mens Angelica conuerſa eſt ad Verbi fruitionem, & beata quidem erat ratione perfectæ fruitionis, quaſi in facto eſſe exiſtens, & beatitudinem merebatur in hoc, quod conuertebatur ad Verbum non præexiſtente beatitudinis perfectione, ſed quaſi exiſtens in ipſo fieri beatitudinis; ſed poſtmodum mens Angelica eſt tantùm beata, & non beatitudinem meretur. Similiter eſt de conditione; quia in eodem inſtanti eſt terminus præparationis ad gratiam, & gratiæ infuſio.*

Hæc ibi S. D. qui reſpondens ibidem ad primum argumentum probans Angelum non meruiſſe ſuā
D beatitudinem, quia quod eſt beatum, perfectum eſt, quod autem meretur, eſt adhuc imperfectum; non poteſt autem idem ſimul eſſe perfectum, & imperfectum, ergo non poteſt Angelus mereri beatitudinem, dum habet eam, ita reſpondet: *Non oportet idem ſimul eſſe perfectum, & imperfectum; ſed idē ſimul eſſe perfectum, & terminum perfectionis, vel nāc primò eſſe perfectum.*

Et ad ſecundum argumentum obijciens Angelum tunc ſimul fore viatorem, & comprehenſorē, reſpondet, Angelum mereri vt viatorē, non quaſi diſtantem à termino, ſed vt in termino viæ exiſtentem. Eandem omnino doctrinam habet Sanctus S. Thom.
E Doct. in ſententijs paruis ad Anibaldum lib. 2. diſtinct. 5. quæſt. 2. art. 2. & in ſecundo ſentent. eadē diſtinctione, quæſt. & artic. Vbi ait ſuſtinendo prædictam opinionem, nō eſſe neceſſarium meritum præcedere præmium tempore, ſed natura tantum; eo quòd quilibet actus meritorius habeat aliquod præmium ſibi coniunctum; ſicut, & quilibet actus inordinatus habet pœnam, vt ait Auguſtinus in libro Confeſſionum.

Conciliantur dicta S. Thomæ, & eius mens, & Caietani sententia declaratur.

EX quibus perspicuè patet primò, secundùm mentem D. Thoma possibile fuisse Angelos vno tantùm actu charitatis viæ simul, & termini rationem habente beatitudinem adipisci; ac proinde multo magis id effici potuisse duobus actib. quorum alter viæ tantùm rationem haberet, alter autem via simul esset, & terminus. Secundò sequitur conciliari facilè posse dicta D. Th. quæ videntur opposita. Nam quæstione præcedente, art. 4. & 5. ad secundum prædictam opinionem confutans ait, non potuisse simul in Angelis esse actum meritorium beatitudinis, & actum beatitudinis, qui est fruitio; cum vnus sit gratiæ imperfectæ, & alius gratiæ consumatæ, atque ideò sumenda esse diuersa instantia, in quorum vno meruerint beatitudinem, & in alio fuerint beati.

Quæ conciliari possunt primò, dicendo S. Thomam in allegato quolibet, & in sententijs aliorum opinionem, vt probabilem sustinere, in summa verò propriam sententiam explicare; Secundò dici

Bergomas. potest cum Bergomate dubio 154. D. Tho. in prioribus locis loqui de merito ex gratia perfecta procedente, sicut in Christo; in summa verò de merito ex perfecta gratia deriuato.

Caiet. Tertio dici potest cum Caietano, meritum puræ viæ præcedere duratione præmium non autem meritum, vt in termino. In hoc etiam articulo docet, Angelum per vnum actum meritorium ad beatitudinem peruenire, atque ideo Diabolum statim post primum instans meriti fuisse beatitudinem accepturum, nisi peccando præstitisset impedimentum; sed de vno instanti, vel actu fermo est viæ cãtum rationem habente; cui tamen alterum addi necesse est, qui sit via simul, & terminus. Denique, licèt imperfecta gratia cũ perfecta simul esse non

S. Thomas Caiet. possit, vt ait S. D. in quæstione præcedente, non est tamen incompossibilis imperfectæ gratiæ terminus cum perfecta, siue consumata gratia, vt dicitur in 8. allo quol. & in sententijs.

Quod idem dicendum est de fidei virtute, vel actu, & eius termino, & de spe, vel eius actu, & eius termino, & de alijs similiter virtutibus, & eorum actibus imperfectionem intrinsecè claudentibus, & fermo est de termino dictorum actuum, & habituum intrinseco, de extrinseco namq; nulla potest esse dubitatio, cum sit ipsa beatitudo, quæ nequit à semetipsa diuelli.

Ad cuius ampliorem euidentiam considerandum est primò, in quolibet actu meritorio viatoris, & eius habitu esse rationes aliquas dicentes perfectionem formaliter, & aliquas dicentes imperfectionem formaliter; exempli gratia, in habitu fidei, & eius actu est ratio cognitionis, & certitudinis dicens perfectionem formaliter, est etiam obscuritas, q formaliter imperfectio est, similiter in actu spei est appetitio beatitudinis ad perfectionẽ pertinens, est etiam eius carẽtia, quæ imperfectio est; in charitate viatoris est actus ipse dilectionis, qui perfectio quædam est; sed in ea quædam im-

A perfectio est, quia non perseuerat, sed sæpè desinit, ac redit alius, & alius actus charitatis, & habitus ipse potest in viatore deperdi, nec perfectionẽ attingit beatificæ dilectionis, ac fruitionis in patria. Secundò attendendum est rationem termini in re proposita dicere perfectionem rei terminatę; atque ideò actum fidei esse in eodem instanti simul cum visione beata, nõ est obscuritatem, quæ imperfectio fidei est; esse simul cum claritate visionis beatificæ in eodem instanti indiuisibili; sed id, quod perfectionis in fide est, scilicet cognitionem diuinorum supernaturalium, esse simul cum visione beata, & similiter spem, charitatem, & meritũ

B viatoris dicimus esse simul cum beatitudine quo ad perfectiones tunc̃ in eis clausas.

Et hoc satis aperte significat Caietanus dicens duo: primum est eũdem actum, vt inchoat ex lib. arb. & gratia meritorium esse, vt autem completur per gloriam, esse beatitudinem. Secundum est, non esse simul gratiam perfectam, & imperfectã, sed simul esse terminum gratiæ imperfectæ, & gratiam perfectam.

Si autem fides, & eius actus, & meritum secundùm omnem sui rationem simul essent in eodem instanti, tunc simul esset gratia imperfecta, & gratia perfecta; nec oppositum est intelligibile. Quod

C etiam planè significat S. Doct. in discursu supra notato ex octauo eius quolibeto, ex quo sententiæ suæ Caietanus fundamenta desumpsit; ait enim ibi D. Tho. meritum ad præmium, ideſt beatitudinem cõparari, sicut fieri ad factum esse, & in ijs, quæ fiunt subito simul esse fieri, & factum esse, & in eodem instanti, in quo mens Angelica conuersa est ad Verbi fruitionem, fuisse beatã, vt existentẽ in facto esse ratione perfectę fruitionis, & beatitudinem meruisse in hoc, quod conuertebatur ad Verbum non præexistente beatitudinis perfectione, sed quasi existens in ipso fieri beatitudinis. Constat autem actum fidei spei, & meriti quo

D ad imperfectiones inclusas, vel non præscindendo eas ab imperfectionibus beatitudinis absolutè sumptæ repugnantibus nõ posse esse beatitudinẽ, vt in fieri secundùm idem instans, quo beatitudo est in facto esse, quamuis in perfectionibus eorum actuum hoc ipso, quod habent rationem fieri respectu beatitudinis, necesse sit intelligere modum quendam imperfectionis, quæ intrinsecè claditur in quolibet fieri etiam instantaneo respectu eius, quod fit, postquam factum est, quod enim est in fieri nondum intelligitur esse completum.

Duobus propositis, & solutis argumentis examinatur, & explicatur obscura doctrina prædicta.

E

SEd contra doctrinam hanc duo se offerunt argumenta. Primum est, quoniã actus fidei quo ad id, quod perfectionis est præcisè, non est verè, simpliciterq; actus fidei, sed quædam eius ratio valdè communis; similiter meritũ quo ad id, quod perfectionis est præcisè (exclusis imperfectionib'), meritum non est; claudunt enim imperfectionem intrinsecè fides, & meritum igitur affirmare fidẽ,

& me-

& meritũ quo ad id quod perfectionis in eis eſt, ſimul eſſe poſſe cum beatitudine, eſt dicere verè, proprie, & ſimpliciter fidem, & meritum ſimul eſſe non poſſe cum beatitudine.

Secundum argumentum eſt: quoniam eadẽ ratione dici poſſet nũc in Angelis beatis eſſe fidem, & meritum, quia nũc habent quicquid perfectionis eſt in merito, & in fide, & eius actibus.

Ad primum dico meritum, vt in termino ex ſua ratione dicere meriti quoad id, quod perfectionis in eo eſt, quia ſic tantum poteſt habere rationem termini; nam terminus in propoſito complementum eſt: & ideo conſemur in eodem inſtanti ſimul eſſe non poſſe meritum ſimpliciter, ſeu abſolute dictum, ſed meritum vt in termino; & idem dicendum eſt de actibus fidei, ſpei &c.

Meritum & beatitudo ſimul.

Ad ſecundum negãda eſt ſequela: nõ enim eſt eadem ſed longe diuerſa ratio de principio, & de progreſſu beatitudinis coexiſtenter loquendo ad tempus noſtrum, in primo namq; inſtanti, in quo intelligitur inchoare beatitudo, habet ſimul fieri, & factum eſſe; cum itaque meritum ſit beatitudo, vt in fieri, cum ea ſimul eſſe poteſt in primo eius inſtanti, in quo primo eſt in reliquo verò tuæ durationis progreſſu beatitudo non eſt in fieri, ſed in facto eſſe, & ideo non poteſt eſſe ſimul tunc meritum cum beatitudine. Dicitur autem fides actus, & meritum ſecundum rationem prædictam eſſe in eodem inſtanti ſimul cum beatitudine per vltimum eſſe fidei, & meriti, & per primum eſſe beatitudinis, quia ſcilicet ille actus, qui eſt viſio beatifica, eſt fidei cognitio per poſitionem de præſenti, non abſolute, ſed vt in termino, & per negationem de futuro immediate; quia ſcilicet poſt hoc inſtans immediate non erit fidei cognitio, vt in termino, ſed erit ſimpliciter viſio beatifica nõ habens rationẽ termini reſpectu actus fidei: & ſimiliter dicendum eſt de merito, & aliis ſimilibus.

Fides, & viſio quo ſimul.

Beatitudo autem in eodem inſtanti eſt per primum eſſe: quia, ſcilicet viſio beatifica, & fruitio eſt per poſitionem de præſenti, & per negationem de præterito immediate; quia ſcilicet, nunc primò eſt, & ante hoc immediate non erat. Idem igitur actus, qui diuerſa ratione meritum eſt, vt in termino, & eſt etiam beatitudo, habet ſecundum ſui diuerſam rationẽ vtrumq; & primum eſſe, vt enim inchoat ex libero arbitrio, & gratia, meritum eſt, vt verò completur per gloriam, beatitudo eſt. Quod etiam dicendum eſt de actibus fidei, & ſpei; vt enim inchoant ex libero arbitrio gratia informato, præciſis tamen imperfectionibus, ſunt actus fidei, & ſpei, vt in termino: vt autem completur per gloriam, beatitudo ſunt. Actus enim fidei in Angelis per totum primum inſtans fuit ſimpliciter actus fidei, habens quidquid perfectionis, & imperfectionis conuenit fidei: quia illud erat inſtans viæ puræ: ſed in ſecundo inſtanti immediatè ſequenti, quod fuit inſtans viæ ſimul, & termini, nihil habuit imperfectionis, nec fuit actus fidei ſimpliciter, ſed fidei vt in termino; & quoniam ad meritum non eſt ſimpliciter fides neceſſaria, vt patet in Chriſto, ideò nec in merito Angelorum eſſe

A tendat eſſe fides ſimpliciter, vel actus fidei cum inuidentia.

Sed dices poſſe, ſecundum D. Thom. locis ſupra notatis totum meritum Angeli eſſe ſimul cum præmio in eodem inſtanti. Igitur fides, & eius actus cum inuidentia ſimul eſſe poterunt cum beatitudine. Obiectio.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam; quia tunc ad meritum non fuiſſet Angelis neceſſaria fides, immo, nec poſsibilis: quia tunc eadem cognitio ſimul eſſet euidens, & inuidens, & idem dicendum eſt de ſpe, & alijs virtutibus, & eorum actibus implicantibus imperfectionem oppoſitam Solutio

B beatitudini.

Nec S. Doctor aſſerit in eo caſu ponendam eſſe fidem, & cæteras huiuſmodi virtutes, & earum actus in Angelis, ſed de ſolo merito loquitur; quod ſine dictis imperfectionibus eſſe poterit; vt patet in Chriſto, qui, quamuis non meruerit ſibi beatitudinem viæ ſimpliciter, tamen habuit actum meriti, & ſecundum Dei potentiam abſolutam, potuit etiam ſibi mereri beatitudinem viæ. Sic itaq; dicendum eſt in ſecundo inſtanti fuiſſe meritum ſimpliciter, & proprie dictum in Angelis cum plena libertate, non tamen fidem, & ſpem, niſi ſecundùm communes quaſdam earum rationes ad perfectionem pertinentes: quod eſt eas ibi tũc eſſe ſecundùm quid, & non ſimpliciter, & proprie.

C

Pœnam damni, & ſenſus in eo inſtanti fuiſſe dæmonibus inflictam, in quo peccauerunt, probatur multis argumentis.

NVnc de pœna differendum eſt, an dæmonibus inflicta fuerit in eodem inſtanti, in quo de genere voluntione peccarunt. Eſt autem duplex pœna damnationis æternæ, nimirum ſenſus, & dãni verbis illis ſignificata Matth. 25. *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius.* Matt 25.

D Prioribus enim illis verbis: *Diſcedite à me*, damni pœna deſcribitur in excluſione ab vltimo fine conſiſtens, quæ viſio, & fruitio eſt eſſentiæ diuinæ: alijs verò ſequentibus, videlicet *in ignem æternum &c.* pœna ſenſus, ideſt nocumentum, & afflictio ab aliquibus rebus illata, vt inſtrumentis diuinæ iuſtitiæ ſignificatur, vt explicat eleganter S. D. in quarto contra gentiles cap. 145. & 1. 2. qu. 87. art. 4. & alibi: de vtraque pœna quæſtio eſt, nõ autem de ſola pœna damni, quidquid dicat Vaſquez diſputat. ſua 239. capit. 7. Quamuis enim ſit quædam pœna ſenſus peccato poſterior: vt excluſio localis ab empyreo, plures tamen aliæ pœnæ ſunt in ſenſus afflictione poſitæ, quæ ſuæ durationis exordium in eodem inſtanti ſimul habuere cũ culpa, vt mox dicenda probabunt. S. Thom. Vaſquez ij dictũ recitat.

Pœnam itaq; damni in vno temporis inſtanti ſimul infligi poſſe cum culpa, & malis etiam Angelis ſimul adfuiſſe cum lapſu, ita vt pœna fuerit ordine naturæ tantum peccato poſterior, probatur optimis argumentis: Primò namq; certum eſt prævaricatores Angelos auerſione ab vltimo fine ſupernaturali, eius fruitione priuari meruiſſe. De-

inde certum eſt etiam, eos eodem actu, momentoque in termino viæ fuiſſe conſtitutos, & eorum prorſus immobilem in malo redditam fuiſſe voluntatem.

Denique certum eſt, pœnam damni, ideſt privationem fruitionis, ſeu beatitudinis ſupernaturalis ſecundum diuinæ iuſtitiæ legem, non ſolũ tunc primò debitam fuiſſe peccatoribus Angelis, ſed etiam illis infligi facilè potuiſſe in eodem inſtanti, prout coexiſtit inſtanti noſtri temporis indiuiſibili, ſeruato dumtaxat inter culpam, & pœnam ordine naturæ; vt ſignificat S. Doct. in 2. ſent. loco ſupra notato. S. Thom.

Cum itaque nulla poſsit afferri dilationis cauſa legitima, conſequens eſt, in eodem inſtanti, quo lapſi ſunt Angeli, priuationem illis diuinæ viſionis, & fruitionis ex diuina iuſtitia ſtatim affuiſſe: Et confirmatur primò: quoniam inter cauſam, & effectum ſufficit ordo naturæ: igitur inter culpã, quæ cauſa demeritoria eſt, & eius effectum, qui eſt pœna damni, ſufficit ordo naturæ.

Confirmatur ſecundò; quia, neque ex parte Dei inflingentis, neque ex parte dictæ priuationis repugnat eam in eodem inſtanti temporis indiuiſibili ſimul inchoare cum culpa: Potuit enim æterno prouidentiæ ſuæ decreto ſancire, vt hoc ipſo, quòd Angelus diuina gratia neglecta per peccatum auerteretur à Deo, damni pœnam incurreret antedictam, & in eodem inſtanti grauitatem eius apprehendens triſtitia vexaretur: Quod ita factum eſſe declarat Auguſtinus, ſiue Fulgentius in lib. de fide ad Petrum ante medium illius capituli, vbi ſic loquitur: *Angeli: atque homines pro eo, quod rationales ſunt facti, æternitatis, ac beatitudinis donum in ſe à naturæ ſpiritalis Creatore diuinitus acceperunt, ita, ſcilicet, vt ſi dilectioni creatoris ſui iugiter inhæſiſſent, ſimul æterni, beatique manſiſſent: ſi verò propriæ voluntatis arbitrio, contra ſummum Creatoris imperium ſuã niterentur facere voluntatem, protinus à contumacibus beatitudo diſcederet, & ad ſupplicium eis relinqueretur æternitas miſera, erroribus deinceps doloribusq; cruciandis: & de Angelis quidem hoc diſpoſuit, & implebit, vt ſi quis eorum bonitatem voluntatis perderet, nũquam eam diuino munere repararet.* Fulgent. Hæc ibi. Cum igitur Angeli peccando bonitatem irreparabiliter amiſerint, ſimul etiam cum ipſo actu peccati pœnam æternæ damnationis acceperunt.

Tertio confirmatur: quoniam in eodem inſtanti ad ſuperbiæ peccatum ſecundùm ordinem naturæ conſequutum eſt in dæmonibus peccatum inuidiæ (vt Zumellus hic, & alij quidam recentiores fatẽtur) at in inuidiæ peccato dolor, & triſtitia claudicat de alieno bono, quo ſe priuatũ fuiſſe cognouerunt: igitur priùs natura, quàm inuidia peccauerint dæmones, damni pœnam, quæ priuatio eſt felicitatis æternæ per eos apprehenſa, ſubierant. Denique confirmatur: quia Lucifer, & eius aſſeclæ cæteros non tentarunt, niſi poſt iam incurſum inuidiæ peccatum, cum ea tentatio fuerit effectus inuidiæ: ſupra verò diximus cum D. Thom. tentationem, ac pugnam Angelorum in eo inſtanti fuiſſe, in quo mali peccarunt: Igitur inuidia, ac proindè dolor, & triſtitia fuit in Angelis malis in eo inſtanti, in quo peccauerunt. Neque abſurdum eſt, immò neceſſarium pœnam damni priorem eſſe naturæ ordine pœna ſenſus: ſicut nullum inconueniens eſt, inter pœnas ſenſus vnam eſſe ſecundùm ordinem naturæ priorem altera: adeò, vt earum vltima, ſcilicet paſsio ab igne corporeo, ſit non ſolum natura, ſed etiam Angelici temporis inſtanti poſterior.

Eandem veritatem diſſertis verbis explicat Auguſtinus, ſiue Fulgentius in libro de fide ad Petrũ cap. 3. cuius verba ſunt: *Pars itaque Angelorum à ſuo Creatore Deo (quo ſolum bono beata fuit) voluntaria prorſus auerſione diſceſſit, aquitatis q; ſuprema indicio initium ſuæ damnationis in ipſa auerſione voluntatis inuenit, vt non aliud eſſet incipere iam puniri, quàm illius beatifici boni dilectione deſtitui.* Fulgent. Sed Vaſquez duplici propoſita diſtinctione verba hæc, ne ſibi videantur aduerſa, nititur interpretari. Prima diſtinctio eſt: Primum Angeli peccatum initium fuiſſe damnationis dupliciter intelligi poteſt; vno modo extrinſecè, quia proximè illud ſequuta eſt damnatio; altero modo intrinſecè, vt ipſa voluntaria auerſio fuerit pars damnationis intrinſecè. Secunda diſtinctio eſt: Inſtans illud primum diſcreti tẽporis dupliciter poteſt conſiderari: Vno modo ex ea parte, qua poteſt reſpondere tempori noſtro: Alio modo ex ea parte, qua reſpondet primo inſtanti noſtri temporis: His præmiſsis tria dicit: Primum eſt initium damnationis extrinſecum, fuiſſe in ipſa auerſione, non autem intrinſecum. Secundum, quo declaratur primum, eſt inſtans illud diſcreti temporis ex ea parte, qua reſpondet primo inſtanti noſtri temporis, non potuiſſe eſſe initium intrinſecum damnationis. Tertiũ eſt eandem auerſionem perſeuerantem, prout tempori ſequenti reſpondet, eſſe potuiſſe pœnam damnationis, & hoc ſignificare voluiſſe Fulgentium. Sed verbis illis initium damnationis intrinſecum ſignificari perſpicuè patet ea diligentius conſideranti. Cum enim dixit auctor ille malos Angelos initium ſuæ damnationis in ipſa auerſione voluntatis inueniſſe, ſtatim intelligentiam illam cuique obtutui de initio damnationis extrinſeco excludens ſubdit: *Vt non aliud eſſet eis incipere iam puniri, quàm illius beatifici boni dilectione deſtitui*; igitur hoc ipſo, quod Angeli mali dilectionem abiecerũt boni beatifici, & gratia, & charitate fuere priuati, cœperunt puniri, ita vt priuatio gratiæ, charitatis, & dilectionis erga Deum ſummum bonum, & vltimum finem ſupernaturalem eſſet etiam priuatio viſionis, & fruitionis beatificæ; eo quòd, vt ante diximus, irreparabiliter Angeli peccauerint. Vaſquez expoſitio. Cõfutatio

Quod etiam affirmant Gregorius Niſſenus lib. 1. philoſophiæ cap. 3. & Damaſcenus lib. 1. de Fide, cap. 4. dicẽtes hoc Angelis lapſum fuiſſe, quod hominibus eſt mors; at in ipſo mortis momento ſubeunt homines damnationis effectum; igitur & dæmones in ipſo primo prænaticationis inſtanti pœnam ſuæ damnationis accipiunt. Sed ait Vaſquez patres illos non loqui de morte in facto eſſe, hoc eſt de momento illo ſeparationis animi à cor Niſſenus. Damaſc. Vaſquez reſponſio.

pore,

pore, ſed de præuijs diſpoſitionibus, quæ proximè præparant ad mortẽ; quia tunc dicitur homo mori; in inſtanti autem ſeparationis dicitur iam mortuus; & huic (inquit) inſtanti comparant lapſum Angelorum. Quod probat ex verbis illis Damaſceni: *Poſt lapſum enim præcluſa iam eſt illis omnis reſipiſcendi facultas, quemadmodum, & hominibus poſtquã ex hac vita migrarunt*; non enim (inquit) dixit Damaſcenus Angelis in ipſo lapſu fuiſſe præcluſam viam ſalutis, ſed poſt lapſum, nec hominibus in illa migratione, & morte, ſed poſt mortem; conſtat autem hominibus præcluſam eſſe viam ſalutis in ipſo puncto, quo ſeparatur anima à corpore; ergò nomine mortis nõ intellexit ſeparationem ipſam, Cõfutatio ſed præuias diſpoſitiones, & his comparat lapſum Angelorum: Sed hæc expoſitio, non ſolum ineptã: ſed etiam falſam reddit comparationẽ illam inter Angelorum lapſum, & hominum mortem.

Nam primò mortis vocabulum abſolutè prolatum animæ ſeparationem à corpore ſignificat: Secundò diſpoſitiones illæ præuiæ præparantes ad mortem non conſtituunt hominem, aut eius animam extra viam, ſicut Angelorum lapſus conſtituit eos extra viam.

Tertiò: certum eſt Angelis ipſo lapſu præcludi viam ſalutis, cum ex ſua natura ſit eorum lapſus irreparabilis; homini verò per diſpoſitiones illius ad mortem non præcluditur via ſalutis, poteſt .n. in quolibet earum diſpoſitionum momento pœnitere, & peccatorum ſuorum à Deo remiſsionẽ accipere. Nec obſtant verba illa poſtrema Damaſceni, ſed magis fauent propoſito noſtro conſtituto namque damnationis principio hominis quidem in morte propriè ſumpta, Angelorum autem in primo eorum lapſu perpetuam eius ſignificat firmitatem dicens, poſt lapſum præcluſam eſſe reſipiſcendi facultatem, &c. & hic eſt verus, ac legitimus ſenſus Damaſceni.

Pœna ſenſus. Pœnam verò ſenſus aliquam in ipſo lapſus inſtanti malis Angelis affuiſſe probatur: Quoniam inter pœnas ſenſus damnatis hominibus infligendas eſt conſcientiæ vermis ſpiritualis, ideſt conſcientiæ remorſus, vermis ideo dictus, quoniã ex putredine peccati naſcitur, & animam affligit; vt S. Thom ait S. D. in 4. ſenc. diſt. 50. quæſt. 2. art. 2. quæſtiuncula ſecunda. Porrò certum eſt pœnam hanc non minùs dæmonibus, quàm damnatis hominibus cõuenire. Potuiſſe verò in ipſo lapſus exordio hoc ſpirituali vermẽ puniri, probat illud celebre dictũ Auguſtini Auguſtini: *Inſipiſti Domine, & ita eſt, vt omnis inordinatus animus ſit ſibi pœna*; ſicut ergo in ipſo lapſus inſtanti ſe peccatores eſſe cognouerunt, ſic conſcientiæ vermem ſenſere corrodentem.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: In Angelorum via, ſiue duobus, ſiue tribus conſtet inſtantibus, duo eſſe nequeunt inſtantia immediata, quæ duobus correſpondeant inſtantibus noſtri temporis. Hęc patet ex ſecundo dicto primæ partis huius controuerſiæ.

A Secunda concluſio: Poſsibile fuit primam Angelorum operationem meritoriam, cum ſua menſura coexiſtere vni ſoli noſtri temporis inſtanti. Huius probatio habetur in tertio dicto primæ partis huius controuerſiæ, & probat eam Zumellus articulo præcedente, quæſt. 2. Zumellus

Tertia concluſio: Poſsibile fuit, quodlibet inſtans viæ Angelorum abſolutè ſumptum vni noſtri temporis inſtanti, & plura (mediata tamen) pluribus reſpondere. Hæc patet ex quarto dicto eiuſdem primæ partis.

Quarta concluſio: Non eſt ſatis probabile malos Angelos per inſtans tantum noſtri temporis
B gratiam, & actionem meritoriam habuiſſe. Hæc patet ex quinto dicto eiuſdẽ primæ partis, & probat eam Zumellus articulo præcedente quæſt. 2. & quæſt. 62. art. 5. quæſt. ſua ſecunda, & alij.

Quinta concluſio: Duratio malorum Angelorum in gratia, & operatione meritoria breuiſsima fuit. Hæc patet ex ſexto dicto eiuſdem primæ partis, & probant eam expoſitores, at præſertim Zumellus artic. præcedente in fine quæſtionis ſuæ ſecundæ, & quæſt. 62. art. 5. quæſt. ſua prima. Zumellus

Sexta concluſio: Via omnium Angelorum tã bonorum, quàm malorum fuit æqualis. Hæc patet ex 7. dicto eiuſdem primæ partis, & probat eam
C Zumell. in quæſt. præcedente art. 5. quæſt. ſua prima, & alij ſuper hoc artic.

Septima concluſio: Omnes Angeli in primo ſuæ creationis inſtanti verè, & propriè meruerunt beatitudinem. Hæc habetur ex textu præſentis articuli, & latè fuit explicata in 2. parte huius controuerſiæ, & probat eam Bannes dubio 1. ſuper hoc Bannes Zumellus artic. & Zumellus quæſt. præcedente art. 5. quæſt. ſua prima, & alij.

Octaua concluſio: Valde probabilis eſt ea ſententia, quæ dicit Angelorum viam tribus Angelici temporis inſtantibus fuiſſe completam, ita ſcilicet, vt duo priora ſint viæ, tertium verò termini;
D hæc latè fuerunt explicata, & probata in tertia parte huius controuerſiæ, & probat eam Zumellus in ſua quæſt. 1. ad hunc articulum, concluſ. 7. & Reda in allegata controuerſia. Reda.

Nona concluſio: Probabilis eſt ea ſentẽtia, quę docet viam Angelorum duobus tantùm inſtantibus integrari, quorum alterum viæ tantum rationem habuerit, alterum verò fuerit, præciſè terminus. Hęc patet ex eadem tertia parte cõtrouerſiæ.

Decima concluſio: Probabilis eſt opinio Capreoli, & Caietani dicentium ex duobus inſtantibus conſtitui viam Angelorum, quorum alterum ſit via tantùm, alterum autem ſit via ſimul, & ter
E minus. Hęc patet ex vltima parte controuerſiæ.

Vndecima concluſio: Non implicat bonos Angelos in inſtanti ſecundo indiuiſibili formaliter, & virtualiter meruiſſe, & in eodem etiam inſtanti præmium fœlicitatis æternę recepiſſe. Hęc probata fuit in vltima parte controuerſiæ.

Duodecima concluſio: Non fuit impoſsibile malos Angelos in ſecũdo inſtanti indiuiſibili peccare, & in eodem pœnam ſuæ damnationis accipere. Hęc patet ex vltima parte controuerſiæ.

Tertia-

Tertiadecima concluſio: Non eſt probabilis opinio Scoti dicentis fuiſſe viam Angelorũ ex multis actibus ſibi ſuccedentibus integratam. Probatur primo: quia nulla neceſsitas eſt multiplicandi tot actus, & inſtantia, vt patet ex dictis. Secundò quoniam actus illi, quos arbitratur Scotus ſecundum temporis durationem eſſe ſucceſsiuos, in vno ſimul eſſe poſſunt indiuiſibili temporis inſtãti.

Vltima concluſio: Sententia Ferrarienſis, vt ab eo proponitur, & explicatur, non poteſt ab erudito Theologo ſuſtineri. Hæc patet ex ſupra notatis. Et probatur late Zumellus in quæſt. præcedente, art. 5, quæſt. ſua 2. & breuiter ſuper hoc articulo, quæſt. 1, concluſ. 4. & Vaſquez diſput. 239. cap. nono, & alij.

Zumellus.

Vaſquez.

Argumenta, & ſolutiones.

Vaſquez. CONtra ſecundam, & tertiam concluſionem argumentatur Vaſquez. Diſput. 239. capitulo deſimo. Non poteſt eſſe idem inſtans primum, & vltimum eſſe actionis; ſed actio deſinere debet per primum, non eſſe; ſed inter primum inſtans, quo actio eſt, & incipit, & quo non eſt, cum deſinit, debet eſſe medium tempus; ergo nulla operatio, vel inſtans Angeli poteſt coexiſtere vni ſoli inſtanti noſtri temporis. Minor probatur: quia non eſſe rei eſt totum ſimul abſque vlla ſucceſsione; ſed quicquid incipit totum ſimul abſque vlla ſucceſsione, neceſſariò incipit in inſtanti primo; ergo datur primum non eſſe cuiuſcumque rei deſinentis.

Reſpondetur cum Capreolo in 2. ſent. diſt. 2. q. 2. in reſpontione ad primum argumentum Gregorij contra ſecundam cõcluſionem, falſam eſſe primam propoſitionem, videlicet non poſſe eſſe idem inſtans primum, & vltimum actionis. Nec tamen ſequitur (inquit Capreolus) idem ſimul eſſe, & non eſſe, quia id, quod durat tantum per inſtans, dicitur incipere in illo inſtanti per poſitionem de præſenti, & remotionem de præterito, quia ſcilicet verum eſt dicere, quod nunc eſt, & non prius fuit, & in eodem etiam inſtanti deſinit per poſitionem de præſenti, & negationem de futuro; quia ſcilicet nunc eſt, & nunquam poſt erit. Nec abſurdum eſt idem ſimul incipere, & deſinere, & habere vltimũ inſtans ſui eſſe, niſi in rebus natis durare diuiſibiliter, non autem in rebus, quibus naturaliter ſtare repugnat, qualia ſunt inſtantia noſtri temporis, & operationes inſtantaneæ. Cum autem dicimus rẽ inſtantaneam corrumpi per poſitionem de præſẽti, & negationem de futuro; quia ſcilicet nunc eſt, & nunquam poſt erit, ideſt per totam futuri temporis latitudinem nunquam erit, non aſſerimus rẽ inſtantaneam in tempore ſequenti corrumpi, diuiſibiliter, quia non ita corrumpitur in tempore, vt eius pars corrumpatur in parte temporis, & totũ in toto tempore, ſed ideo dicimus eam in tempore proxime ſequenti corrumpi, quia ante illud tẽpus erat, & nihil ipſius eſt in tali tempore, nec in aliqua eius parte, nec in aliquo inſtãti eius intrinſeco. Ad argumentum igitur in forma negatur maior; ad eius probationem admiſſa prima propoſitione, ad ſecundam dico, non eſſe rei inſtantaneæ incipere abſq; aliqua ſucceſsione, quatenus dicit poſitionem de præſenti, & quatenus etiam dicit negationem de futuro, quia non corrumpitur diuiſibiliter, ita vt pars in parte temporis, & tota in toto tempore corrumpatur, ac proinde dici poteſt incipere non eſſe in inſtanti negatiue; quia ſcilicet non corrumpitur in tempore modo dicto, & ita non ſequitur dari primum non eſſe, ideſt primum inſtans deſitionis rei inſtantaneę, niſi vt ex poſuimus.

A

B

C

Molina. Contra eandẽ concluſionem argumentatur Molina: Actus, quo vnuſquiſque Angelus malus primò peccauit, incepit per primum fuiſſe, & illud non fuit inſtans in quo Angeli fuerunt in gratia; ergo mora, in qua Angeli malè fuerunt in gratia, non fuit inſtantanea.

Antecedens quo ad ſecundam partem probatur: quia gratia, & peccatum repugnant, conſequentia verò probatur: quoniã inter quælibet duo inſtantia noſtri temporis medium tempus.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam. Ad eius probationem negatur illatio; nam, ſi primum inſtans Angelorum correſpondet inſtanti noſtri tẽporis, ſecundùm eorum inſtans non poterit alteri noſtri temporis inſtanti reſpondere, ſed coexiſtet neceſſariò tempori immediatè ſequenti.

Contra quartam concluſionem non ſunt argumenta alicuius momenti.

Zumellus. Contra quintam produci poſſunt argumenta, quæ tangit, & ſoluit Zumellus artic. præcedente, quæſt. ſua ſecunda, concluſ. 3.

Contra ſextam concluſionem argumentatur Molina: Nullum eſt abſurdum, ſed rationi conſentaneum eſt, peccatum Luciferi, cuius exemplo, & ſuggeſtione cæteri peccauerunt, præceſſiſſe per correſpondentiã ad tẽ noſtrum peccatum aliorũ Angelorum. Confirmatur: quia non omnes operationes Angelorum durant æqualiter; quin potius vnus poteſt continuare operationem per longiorẽ moram temporis, quam alius, cum id pendeat ex libero arbitrio cuiuſq; ergo non fuit neceſſe omnes in eodem inſtanti temporis noſtri finire per primum non eſſe illius operationem primam meritoriam, & incidere in peccatum in eodem inſtãti per primum eſſe peccati.

D

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens. Ad confirmationem dico, neceſſe fuiſſe moraliter loquẽdo, & ſecundùm ſualem Angelicæ naturæ diſpoſitionem Angelo primo peccante, & in eodem inſtanti correſpondenter ad inſtans indiuiſibile noſtri tẽporis alios ad peccatum ſolicitante, vt alij omnes tunc plena libertate potiti de vltimo fine totius vitę ſuæ deliberarent, repugnando, ſcilicet vel conſentiendo diabolicæ tentationi. Quamuis igitur abſolutè loquendo potuiſſent Angeli nõ ſimul viã finire propter arbitrij libertatem: ſuppoſita tamẽ ſuggeſtione Luciferi tenebantur omnes Angeli, tunc viam finire: tenebantur enim omnes lege diuina naturali tunc pro Dei gloria reſpondere, & pro ſua ſalute aſsiſtere, vt vel tentatione ſuperata præmium conſequeretur æternæ felicitatis, vel Lucife-

E

cifero conſentientes pœnas cum eo perpetuæ dãnationis acciperent.

Bannes, Zumellus

Contra ſeptimam concluſionem ſunt argumenta, quæ referunt, & ſoluunt Bannes, & Zumellus locis ſupra notatis, & alij expoſitores ſuper hoc art.

Caiet. Zumellus

Contra octauam concluſionem ſunt argumenta, quæ pro ſententia Caietani, refert, & ſoluit Zumellus in prima ſua quæſt. ad hunc articulum.

Bannes. Valentia.

Contra eandem concluſionem militant argumenta, quæ producunt pro ſua ſententia Bannes dubio tertio, & Valentia puncto ſecundo; quorum ſolutio perſpicuè patet ex ſupra notatis in 3. parte controuerſiæ.

Zumellus

Contra nonam concluſionem argumẽtatur Zumellus. Primò; Secundum ſententiam D. Thom. in primo inſtanti creationis non fuit differentia bonorum, & malorum; ergo neceſſe eſt aſsignare ſecundum inſtans, in quo quidam perfectè meruerint, alij verò peccauerint, & tertium, in quo illi ſint glorificati, & iſti damnati.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam: quia meritum in Angelis bonis longioris extitit durationis comparatione ad tempus noſtrum, quam in Angelis malis, qui peccãdo, viam ſuam in duo diuiſerunt inſtantia, quorum duratio vni morulæ bonorum Angelorum meritoriæ fuit æqualis: Pœna verò malorum Angelorum, vel in ſecundo fuit inſtanti poſterius natura, quam culpa, vel tertiũ habuit ſuæ durationis inſtans, vt etiam Bannes admittit: Et per hæc ſoluitur aliud argumentum eiuſdem expoſitoris in verbis diuinæ ſcripturæ fundatum.

Bannes

Secundò: S. Thom. hic ad tertium ait liberum arbitrium Angeli eſſe inflexibile poſt electionem, & ideò, ſi Angelus poſt primum inſtans, in quo habuit motum naturalem ad bonum, non præſtitiſſet impedimentum, ſtatim fuiſſet confirmatus in bono: quibus verbis (inquit) duo inſinuat S. D. alterum eſt, quòd vltima operatio, quam Angelus in ſtatu viæ habuit, fuit electiua, & deliberata, per quam factus fuit arbitrij inflexibilis; alterum eſt bonos Angelos in tertio inſtanti, pro ſuo proprio merito conſequutos fuiſſe gloriam, malos autem pro demerito ſuo ſupplicium; ergo tria ſunt Angelorum inſtantia: Quod autem primum inſinuet illa verba, probatur: nam, quòd via Angelorum, tam breuis fuerit, ea fuit ratio, quod Angelus per deliberatam operationem primam factus eſt arbitrij inflexibilis adhærens immobiliter illi fini, in quem ſe deliberatè conuertebat; Vnde poſt primã deliberatam operationem conſentaneum fuit, vt ſtatim reponeretur in vltimo termino: quod obſeruandum eſt (inquit) contra Caietanum, & Ferrarienſem; qui crediderunt vltimam operationem Angeli in ſtatu viæ non fuiſſe plenè deliberatam: ex quo inculerunt Angelos nunquam habuiſſe, cũ erant purè viatores, inflexibilitatem arbitrij.

Senſus D. Thomæ

Reſpondetur ex verbis illis D. Thom. neutrum eorum, quæ colliguntur in argumento, poſſe deduci, ſed magis oppoſitum vtriuſque: Nam dicens primò S. D. liberum arbitrium Angeli eſſe inflexibile poſt electionem, ideſt poſt operationem volũtatis electiuam, ideſt omninò liberam, & addens, Angelum poſt primum inſtans, in quo habuit motum naturalem ad bonum, ſi non præſtitiſſet impedimentum, ſtatim fuiſſe confirmandum in bono, clarè ſignificat ad idem inſtans pertinere liberam electionem, & motum naturalem in bonum: alioquin, ſi poſt motum Angeli naturalem requiritur alius motus electiuus ab eo diuerſus, falſum eſt illud dictum, videlicet: niſi ſtatim poſt primũ inſtans, in quo naturalem motum habuit ad bonum, impedimentum beatitudini præſtitiſſet, fuiſſet firmatus in bono; Si namq; poſt motum illum naturalem neceſsaria eſt alia operatio omninò libera ab eo motu diſtincta, non erit verum illud dictum, ſed aliud, videlicet: niſi ſtatim poſt ſecundũ inſtans, in quo liberam prorſus operationem habuit, &c. Caietanus autem non negat Angelos in ſtatu viæ habuiſſe operationem plenè deliberatã, quamuis id neget de Angelis in ſtatu puræ viæ, q̃ opinionem diximus eſſe probabilem. Caiet.

Tertiò: dicere, quòd operatio non plenè deliberata, & operatio plenè deliberata fuit vna tantũ operatio diuturnior, eſt nihil dicere; quoniam in plenã deliberatione Angeli de ſe ipſo intelligimus mutationem illius operationis: quia ibi intelligimus inflexibilitatem liberi arbitrij ex plena illa deliberatione; quam inflexibilitatem non ſibi cõparauit Angelus in prima operatione primi inſtãtis; ergo.

Reſpondetur, mutationem illam non eſſe de vna operatione in aliam, ſed de vno modo in alium modum eiuſdem operationis: & ideo ad vnius inſtantis diſcreti latitudinem pertinere; Neq; neceſſe fuit ex parte intellectus mutari iudicium: quia potuit Angelus in primo ſuæ creationis inſtãti iudicare Deum, vt finem ſupernaturalem eſſe ſuper omnia diligendum, quod iudicium idem perſeuerauit in bonis ex motione plenè libera voluntatis: nec aliud habuit ex dependentia ab actu voluntatis omninò liberæ, niſi quia prius mutari non poterat, nunc autem mutari potuit: hoc autem nullam ponit in ipſa intellectus, aut voluntatis operatione ſubſtantialiter ſumpta mutationem, ſed diuerſitatem ſignificat dependentiæ eiuſdem actus à diuerſis cauſis, quia ſcilicet prius erat effectus primæ cauſæ, poſterius autem proprius eſt effectus liberæ voluntatis. Et per hæc ſoluuntur alia ſimilia eiuſdem expoſitionis argumenta, & ea, quæ nos in 3. parte controu. produximus in fauorem 8. concluſ. Quod autem ibi tangitur de iudicio intellectus intimante præceptum, facilè ſoluitur dicendo iudicium illud cũ intimatione præcepti in eodem inſtanti fuiſſe cum eo iudicio, ex quo proceſſit actus Angelicæ voluntatis ad bonum determinatus, & vnum eſſe cum eo ſecundùm ſubſtantiã; ita vt ſit vnus actus duas habens perfectiones, ſeu rationes formales reſpectu temporis noſtri ſibi ſuccedentes: Exiſtimandum eſt enim Angelum in primo ſuæ creationis inſtanti iudicaſſe Deum eſſe ſuper omnia diligendum, non ea ratione tantũ, quia ſummum bonum eſt, & vltimus finis, ſed etiã, quia ſic præcipit diuina lex à Deo beatitudinis ſu-

per-

pernaturalis authore per fidem in Angelorum mẽtibus promulgata; Sed quoniam actus Angelicæ voluntatis prius comparatione noſtri tẽporis fuit determinatus ad bonum, quam liber eſſet ad bonum, & malum, & quatenus ad bonum eſt determinatus, nulla videtur indigere legis promulgatione, quæ regula eſt actionum liberarum, ſed inclinatione tantùm naturali voluntatem, & eius actum ad bonum determinante: idcirco iudicium intellectus nullam dicitur voluntati legem intimare reſpectu volitionis, ſic determinatę, ſed tantùm reſpectu liberæ, ac indifferentis ad bonum, & malum; quæ tamen vna volitio eſt duos habens modos ſibi ſuccedentes per ordinem, & coexiſtentiã ad tempus noſtrum.

Malonius. Contra eandẽ concluſionem argumentatur Malonius: In ſecundo inſtanti Lucifer tentauit omnes Angelos, & quidam conſenſerunt: quidam aũt noluerunt conſentire; igitur Angeli reluctantes, & nolentes, conſentire operationem ſuam eſſentialiter mutabant.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam; quia per eundem eſſentialiter actum dilectionis, quo prius Deum, vt finem vltimum ſupernaturalẽ sũme dilexerant, Luciferi tentationibus reſtiterunt. Sed dices, iudicium intellectus ſaltem fuiſſe mutatum ad mutationem actuum in Lucifero malum ſuggerentis. Dico iudicium eſſentialiter idem fuiſſe, ſcilicet: de Deo ſummè diligendo, ſed accidentalem, & extrinſecum nouæ cognitionis acceſſum habuiſſe propter nouæ cognitam locutionem Luciferi malũ ſuggerentis, & ideo talis notitia nouũ inſtans bonorum Angelorum viæ non adiunxit.

Contra eandem concluſionem alia ſunt argumenta, quibus probatur in eodem inſtanti ſimul eſſe non poſſe meritũ, & præmium, neque demeritum, & ſupplicium ſed hæc producentur inferius aduerſus 11. & duodecimam concluſionem.

Zumellus Contra decimam concluſionem argumentatur Zumellus. Primò: Angeli in ſecundo inſtanti potuerunt præſtare impedimentum beatitudini; ergo peccarę; ergo tunc non habuerũt viſionem beatificam: Antecedens probatur; quia omnes Angeli in via potuerunt peccare, & non in primo inſtanti; ergo in ſecundo. Secunda conſequentia probatur; quia ſimul eſſe nequeunt poſſe peccare, & videre diuinam eſſentiam; Et confirmatur. Quia viator, qui poteſt peccare, habet cognitionem fidei, quæ ſimul eſſe non poteſt cum viſione beatifica.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam ſecundam. Ad eius probationem dico cum D. Thom. & Caiet. ſimul eſſe poſſe terminum intrinſecum potentiæ peccandi, & viſionem beatificam, quæ ſit ordine tantum naturæ poſterior, ſicut etiam mere ſi potuit Angelus vt viator, non vt diſtans à termino, ſed vt exiſtens in termino viæ, & ſimul etiam eſſe beatus. Quia, licèt idem ſimul non poſsit eſſe perfectum, & imperfectum, poteſt tamen ſimul eſſe idem perfectum, & terminus imperfectionis, q. eſt nunc primò eſſe perfectum; ac proindè poteſt in eodem inſtanti ſimul eſſe libertas, potentia peccandi, & meritum vt in termino viæ cum beatitudine.

A Sed inſtat Zumell. Hæc reſponſio, & diſtinctio Caietani petit principium; ergo. Probatur antecedens; quia terminus ille viæ non eſt extrinſecus, ſed intrinſecus ipſi viæ, & in illo deſinit via non per primum non eſſe, ſed per vltimum ſui eſſe, & illud idem inſtans eſt intrinſecum initiatiuum præmij per primum eſſe illius; igitur in illo eodem inſtanti Angelus habuit omnia intrinſeca viatori, & omnia intrinſeca beato, ergo fidem, & viſionẽ ſimul; ergo dicere meritum eſſe in termino viæ, nihil aliud eſt dicere, quam meritum durare ſimul cum vltimo termino, quo eſt viſio beata; ergo in diſtinctione illa Caiet. petitur principium: Et confirmatur: nam eadem ratione, quamuis nullũ præceſſiſſet meritum in primo inſtanti, Angelus in ſecundo poſſet mereri beatitudinem, & illam recipere, quod eſt incidere in opinionem Marſilij aſſerẽtis non eſſo de ratione viæ, & termini, quod ſit inter ſucceſſionẽ aliquam, ſed poſſe eſſe in eodẽ inſtanti, quod, licet aliquando non repugnet, repugnat tamen, quando viator cõſtituitur per fidem. Solutio.

Reſpondetur falſam eſse vltimam conſequentiam; quia principium, ſiue propoſitio, quã Caiet. intendebat probare, vel magis defendere, non erat hæc: idem inſtans poteſt eſſe via, & terminus, ſiue in eodem inſtanti poſſunt eſſe ſimul meritum, & præmium, ſed erant duæ propoſitiones, quę habentur in textu: Prima eſt: Angeli per vnum actum meritorium ad beatitudinem peruenium: Secunda eſt: Si diabolus in gratia creatus meruit, ſtatim poſt primum inſtans beatitudinem accepiſſet, niſi ſtatim impedimentum præſtitiſſet peccando; ad quorũ probationem, vel defenſionem aſſumit diſtinctionem de duplici via, & de duplici inſtanti ſuperius explicatam: Satis igitur inconſideratè Zumell. arguit Caiet. Nec eſt abſurdum in Angelo ſimul eſse omnia intrinſeca viatori, vt in termino eorum intrinſeco per vltimum eſse, & omnia intrinſeca cõprehenſori per primum eorum eſse; & ſic in Angelo eſse fidem, & meritum, vt in termino ſimul cum viſione beatifica, vt in principio; ſicut in eodem inſtanti eſt vltimus terminus præparationis ad gratiam, & gratiæ infuſio, & in omnibus, quæ fiunt ſubitò, ſimul eſt fieri, & factum eſſe: Meritum autem per actus fidei, ſpei, & charitatis ſe habet ad beatitudinem ſicut fieri ad factum eſse, ideo &c. prout patet ex diſcurſu S. Thom. ſupra in vltima parte controuerſiæ notato ex quol. 8. & ibidem explicato. Ex quibus cætera in argumento tacta, & alia etiam eiuſdem expoſitoris diluuntur; & ea præſertim, quæ contra Caiet. affert in ſua quæſt. 1. ad hunc artic.

Ferrarien. E Contra eandem reſponſionem inſtat Ferrar. in dicto cap. 11 c. Quia S. Tho. hic, & in artic. præcedente ait, cum dæmones meruerint in primo inſtanti, futuros eos in ſecundo inſtanti beatos, niſi poſuiſſent obſtaculum peccando; ergo ſola abſentia impedimenti ſufficiebat ſecundum ipſum ad hoc, vt beatitudinem acciperent, nõ autem aliud meritum requirebatur.

Præterea, cum diligentiſsimè in quæſt. 62. vſq; ad 64. de beatificatione, & damnatione Angelorum

Digitized by Google

rum determinauerit, ſi eius intentionis fuiſset duplex extitiſſe meritum in Angelis, vnum vt in via ſimpliciter, aliũ verò vt in termino viæ, eſſet perfectò reprehendendus, quod de illa meritorum diuerſitate nullam prorſus fecerit mentionem: cum enim determinauerit Angelum per vnum actum meritorium ad beatitudinem peruenire, debuiſſet ſanè declarare, de quo merito illud eſſet intelligendum: Nam, & in prima 2. quæſt. 112. art. 2. loquens de præparatione ad gratiam, cum videret duplicem eſſe præparationem ad gratiam, vnam ſcilicet quæ ſimul eſt cum gratia, & aliam, quæ gratiam præcedit, de vtraq; in reſponſione ad primum mentionem fecit: cum ergo de vno tantùm merito Angelorum mentionem fecerit, Dicendũ eſt ſecundum D. Thom. vnum dumtaxat in Angelis meritum extitiſſe, & illud quidem in primo ipſorum inſtanti.

Reſpondetur ad primum nullam eſſe conſequẽtiam. Non enim potuerunt moraliter loquẽdo alia ratione non ponere impedimentum beatitudini conſequendæ, niſi perſeuerãdo in merito iam inchoato, & illud in ſecundo inſtanti, vt in termino perficiendo: ſicut omnes Angeli boni diuina gratia ſuffulti fecerunt. Ad ſecundum dico nullam eſſe conſequentiam: Ad cuius probationẽ dico meritum viæ, & meritum termini in Angelis eſſe vnã tantum operationem materialiter, ſiue ſecundùm ſubſtantiam, quæ propter diuerſum modum libertatis in duas diſtinguitur operationes duobus ẽt inſtantibus menſuratas, vt ante diximus ſecundũ opinionem valdè probabilem; & ideò S. Thom. de vno tantum inſtanti meriti meminiſſe. Nec eſt ſimilis ratio de duplici gratiæ præparatione: hæc enim non eſt materialiter, & ſecundùm ſubſtantiam vna, ſed multiplex: & ideo neceſſariò diſtingui debuit.

Molina. Contra eandẽ concluſionẽ argumentatur Molina: Primò: Status viatoris, & comprehenſoris ſuapte natura repugnant, neque eſt vlla neceſſitas cõiungendi inſtans, in quo Angelus primò fuit beatus, cum inſtanti, in quo erat in via, & poterat meteri, ac peccare, amittereque beatitudinem, ergo non ſolum gratis, & ſine vllo ſolido fundamento, ſed etiam contra id, quod lumen rationis præſcribit, confundit Caietanus in Angelis tertiam durationem cum ſecunda.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens: nam, licet ſtatus viatoris abſolutè ſumpti repugnet ſtatui comprehenſoris, ſtatus tamen viatoris, vt in termino, non repugnat ſtatui comprehenſoris, vt oſtendimus: & quamuis nulla videatur neceſſitas eſſe coniungendi inſtans, &c. nulla tamen appareret abſurditas, ſed magna congruitas, vt ſupra notata demonſtrant.

Secundò in nobis primum eſſe præmij, & viſionis beatificæ diſtinguitur à via; ita vt in eo inſtanti, nec mereri, nec peccare poſſimus; ergo conſentaneum eſt rationi rem eodem modo ſe habere in Angelis, nempè Angelos in primo inſtanti, in quo diuinam eſſentiam intuentur, nec mereri, nec peccare poſſe. Antecedens probatur: nam alioquin in primo non eſſe hominis, in quo anima primò eſt ſeparata à corpore, & in quo, ſi nihil expiandum deferat, primò videt diuinam eſſentiam, poſſet peccare; quod nulla ratione eſt aſſerendum.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam: quoniam immobilitas animæ noſtræ ſeparatæ, & immobilitas Angeli ſiue in bono, ſiue in malo nõ eſt eiuſdem rationis, vt Caietanus aduertit in quæſt. proximè ſequente, artic. 2. Anima namq; ſeparata, & in termino viæ conſtituta, non eũdem habet eſſendi modum, quem habet in corpore, cui, dum eſt vnita, viatrix eſt; Angelus autem tam in via, q̃ in termino eundem ſemper habet naturalem eſſẽdi modum: An autem anima in primo ſeparationis inſtanti mereri, aut demereri poſſit, vt in termino, fortaſſe dicemus in quæſt. ſequenti art. 2.

Tertiò: eiuſdem rationis eſt beatitudo in primo inſtanti, & reliquis, ſed beatitudo in quocunque alio inſtanti reddit beatum impotentem ad peccãdum pro illo eodem inſtanti, vt ſectatores ipſi D. Thomæ affirmant: ergo; In primo inſtanti, in quo Angeli fuerunt beati, non potuerunt peccare.

Reſpondetur, falſam eſſe primam propoſitionem formaliter loquendo; quia beatitudo in primo inſtanti ſe habet, vt in fieri ſimul, & facto eſſe, in alijs autem non conuenit ei fieri, ſed factum eſſe, & ideo in primo inſtanti admittit viam, meritum, & potentiam peccandi, vt in termino, non autem in alijs.

Valentia. Contra eandẽ cõcluſionem argumentatur Valentia. Primò meritum, vt in via tantũ, nihil aliud videtur eſſe, niſi meritũ, quod præcedit præmiũ, & eſt pura via, & meritum, vt in termino viæ nihil aliud eſſe videtur, quàm meritum, quòd eſt ſimul cum beatitudine. At ridiculum eſt ita D. Thomam interpretari, vt, cum dicit meritum non poſſe eſſe ſimul cum beatitudine, intelligendũ ſit hoc tantùm de merito, vt in via, non vt termino: quoniam hoc ex ipſis vocabulis per ſe euidens eſt; ergo D. Thom. non ſolum ſpectando ad meritum, vt in via, ſed ſpectando in primis ipſam rationem meriti abſolutè negat, poſſe illud eſſe ſimul cum termino, qui eſt beatitudo, & hoc ipſo negat abſolutè poſſe dari aliquod meritum, vt in termino.

Reſpondetur, impoſturam in argumento latere. Nam ea propoſitio D. Thom. quam interpretatur Caietanus, non eſt ea, quæ refertur in argumẽto, videlicet: meritum non poteſt ſimul eſſe cum beatitudine, ſed eſt illa, quam ſupra notauimus, nimirum: Angeli per vnum actum meritorium ad beatitudinem perueniunt, cui optimè congruit illa diſtinctio, & interpretatio Caietani de inſtanti, vt via tantum, & de inſtanti, vt via, & termino ſimul: Et quamuis ſit euidens meritum puræ viæ non poſſe ſimul eſſe cum beatitudine; non tamen eſt euidens, neq; certum, an meritum viæ ſimul, & termini poſſit eſſe ſimul cum beatitudine, & ideo neceſſaria fuit illa diſtinctio Caietani, vt ſanè lector intelligeret, de quo merito loqueretur S. Tho. in quæſt. præcedente, cum dixit meritum præcedere præmium duratione, quæ etiam eſt alia propoſitio ab ea, quam ſibi confixit Valentia, vt vim ma-

maiorem ſuo tribueret argumento.

Secundò: Vel Caietanus per meritum, vt in termino intelligit ipſum actum charitatis beatificũ, quaſi is etiam meritorius fuerit aliqua conſideratione; aut intelligit actum alium charitatis à beatifico diſtinctum, ſcilicet illum ipſum, quem habuerunt Angeli in primo inſtanti continuatum, vſque ad inſtans viſionis beatificæ, ita vt tunc habuerit ſimul diſtinctum actum charitatis ab actu charitatis conſequente viſionem beatificam; at neutrum dici poteſt; ergo. Probatur primum dici non poſſe: Primò: Quia illa diuerſa conſideratio actus beatifici non efficit, nec ſupponit aliquam diſtinctionem à parte rei in illo actu; nam idẽ omninò actus ſecundum idem proficiſcitur à libero arbitrio informato gratia in beato, & terminatur in ipſo Deo clare viſo, & eſt fruitio ipſius: ergo dicere illum actum, vt eſt à gratia, eſſe meritum, & vt habet pro obiecto Deum claré viſum, eſſe beatificum, atque adeò præmium, eſt dicere, quòd ſit meritum ſui ipſius; quod eſt improbabile. Nam, cum meritum compẽſetur ex iuſtitia per præmiũ, oportet eſſe re ipſa diſtinctionem inter vtrumque; Secundò: ille actus charitatis beati ſequitur ex viſione Dei clara; ergo eſt omninò neceſſarius etiam quo ad exercitium; ergo non poteſt eſſe meritorius.

Deinde probatur ſecundùm dici non poſſe ſaltem ſecundùm mentem D. Thom. Quia D. Thom. abſolutè negat vllum meritum eſſe ſimul cum præmio. Præterea ſine cauſa ponit Caietanus in Angelis fuiſſe ſimul meritum, & præmium vltimum, cum facilius, & conformius ſuaui diuinæ prouidẽtiæ diſpoſitioni negotium hoc queat explicari.

Defenſio, & explicatio doctrinæ Caiet.

Reſpondetur Caietanum nomine meriti, vt in termino intelligere actum illum charitatis, qui alia etiam ratione eſt beatificus. Ad primum argumentum aduerſus hanc partem negatur Antecedens loquendo de diſtinctione reali metaphyſica, quam alij vocant diſtinctionem ex natura rei: Iã enim diximus cum D. Tho. meritum in eo inſtanti eſſe beatitudinem, vt in fieri; ſic autem meritum procedit à libero arbitrio, & gratia nondum conſumata; alioquin actus ille non eſſet beatitudo in fieri, ſed in facto eſſe: hoc ipſo verò, quòd actus ille beatitudo eſt in fieri, nondum eſt ſimpliciter, & proprie beatitudo, de cuius ratione eſt, vt ſit à gratia conſumata; Eſt igitur actus ille in illo priori naturæ meritum procedens à gratia, quæ in illo priori naturæ nondum eſt, aut intelligi poteſt conſumata; ac proinde, vt ſic gratia viatoris eſt, in termino tamen exiſtens. Idem autem actus in altero inſtanti naturæ propriè, & ſimpliciter beatitudo eſt, cuius ratio conſiſtit in facto eſſe, & vt ſic procedit à gratia conſumata, quæ iam non eſt gratia viatoris, ſed comprehenſoris.

Diſtinguitur igitur idem actus materialiter in ſeipſum, vt in fieri, quo modo eſt à gratia viatoris, & in ſeipſum, vt in facto eſſe, quo modo eſt à gratia comprehẽſoris; vel diſtinguitur in ſeipſum quaſi imperfectum, vt eſt in fieri, & quaſi perfectum, vt eſt in facto eſſe; & ita diſtinguitur realiter, ſicut Socrates vir diſtinguitur realiter à ſeipſo puero, vel infante. Et ex his patet eundem actũ propriè, & formaliter, ac metaphyſicè loquendo non eſſe meritum, & præmium ſui ipſius. Poſſe autem eundem actum ſub vna ratione eſſe meritoriũ ſui ipſius ſecundùm aliam rationem conſiderati, atque ita ſimul eſſe duratione meritum, & præmium, patet in augmento charitatis in eodẽ enim inſtanti, in quo eſt actus charitatis meritorius augumenti charitatis in habitu, & in actu ſecundo, in eodem eſſe poteſt augumentum, habitus, & actus ſecundo charitatis; qui actus ſecundus idem erit realiter, quod actus ille, qui meritorius eſt augumenti: poteſt enim illum voluntas, quantum voluerit conſeruare. Cum itaq; duos ſimul actus charitatis in ordine ad idem obiectum nequeat habere voluntas, neceſſe eſt primum actum, vt augendum eſſe meritorium ſui ipſius, vt aucti, tanquam præmij.

Obiectio Vaſquezij

Sed ait Vaſquez in fine 4. cap. diſp. 229. gratiã perfectam, hoc eſt conſumatam, quę eſt principiũ præmij, ideſt beatitudinis, & gratiam imperfectam, ideſt non conſummatam, quæ eſt principiũ meriti, non differre penes intenſum, & remiſſum, ſed penes ſtatum viæ, & patriæ; impoſsibile eſt autem in eodem inſtanti temporis eandem gratiam eſſe in patria, & in via; hoc enim eſſet ſimul eſſe in patria, & extra patriam, atque ideò impoſsibile eſt ſimul duratione gratiam eſſe conſumatam, & non conſumatum, prius autem natura eſse non cõſumatam, & principium meriti.

Reſpõſio.

Verum hęc obiectio friuola eſt: Nam primò falſum eſse gratiam conſumatam, & gratiam non cõſumatam non differre penes intenſum, & remiſſum. Comparat enim Apoſtolus 1. Cor. 13. perfectionem charitatis in via perfectioni puerili, perfectionem autem charitatis in patria perfectioni virili dicẽs: *Cum eſſem parvulus, loquebar vt parvulus, ſapiebam, vt parvulus: quando autem factus ſum vir, euacuaui, quæ erant parvuli.* Quemadmodum enim pueritia tendit ad virilitatem, & ad perfectionem, ita gratia, & charitas viæ tendit ad gratiam, & charitatem patrię abijciens imperfectionem viæ, & acquirens perfectionem patrię; hoc autem eſt perfectionem gratiæ, & charitatis viæ per additam perfectionẽ intendi, ſicut perfectio pueritiæ intenditur addita perfectione virilitatis, & abiecta imperfectione ſtatus pueriliſ. Quod expreſsè docet ſacer textus Prou. 4. cum ait: *Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectam diem*: vbi gratiam, & charitatem viæ cõparat luci matutinæ dicens eam creſcere vſq; ad perfectam diem, ideſt vſque ad perfectionem gratiæ, & charitatis in patria. Sicut igitur lux intenditur hoc ipſo, quod procedit, & creſcit vſque ad perfectam diem, ſic gratia, & charitas viæ hoc ipſo, quod ad perfectionem patriæ pertingit, intenditur. Deinde, quamuis conſumatio non eſſet intẽſio, ſed perfectioris ſtatus additio, poſſet eadem ratione ſub merito cadere eiuſdem actus, cui talis aduenit conſumatio, eadem ratione, qua charitatis augumentum ſub merito cadit eiuſdem actus, cuius

1. Cor. 13.

Prou. 4.

Valentia; Vaſquez.

cuius eſt augumentum. Et ex his patet ſolutio ad ſecundum argumentum Valentiæ.

Contra eandem concluſionem argumentatur Vaſquez, cap. 6. Aut Caietanus per conſumationem, & terminationē meriti in patria nihil aliud intelligit, quam conſumationem ipſam præmij, quo videtur meritum veluti ſuo fine confirmari, & terminari, aut intelligit continuationem aliquam meriti præcedentis, vel ſaltem nouum aliquod meritum additum meto viæ; at nullo horum modorū defendi poteſt opinio Caietani; ergo. Probatur minor quo ad primam partem: nam, ſi nomine conſumationis, & terminationis meriti nihil aliud intelligit, quàm conſecutionem præmij, nihil peculiaris meriti fuiſſet in Angelis bonis, quod non fuiſſet in dæmonibus, propter quod bonis Angelis data eſſet beatitudo, dæmonibus autem negata; ſi quidem vtrique pares fuiſſent in via quo ad ſanctitatem, & meritū, hoc eſt vtrique ſancti fuiſſent, & meruiſſent, & æqualis fuiſſet durātio viæ in vtriſque.

Deinde probatur minor quo ad ſecundam, & tertiam partem, videlicet nomine conſumationis, & terminationis meriti bonorum Angelorum in patria non poſſe intelligi continuationem meriti præcedentis, nec nouum aliquod meritum additū merito, viæ. Primò: quoniam in beatitudine nō poteſt eſſe aliquod meritum: Secundò: quia, ſi dæmonibus poſt meritum viæ, quo fuiſſent æquales cum bonis, daretur beatitudo; ſicut illis conceſſa fuit, eodem modo meritum continuaſſent, & terminaſſent, atque ita iudicium Domini æquum non fuiſſet in retribuendo: Tertiò: quia non alio modo meriti continuatio, & conſumatio videtur poſſe continuari, niſi conſiderando Angelum in eodem inſtāti primo beatitudinis, vt prius natura poteſt impedire meritum viæ per peccatum: & quia in eo inſtanti boni non poſuerunt impedimentum meriti ſuo per peccatum, data eſt eis beatitudo in eodem omnino durationis momento, quo potuerunt illud impedimentum ponere, & non poſuerunt: At hic modus terminandi meritum in beatitudine impoſsibilis eſt, ergo. Probatur hæc minor primo: Quia eadem ratione meritum in inſtanti potuiſſet incipere: non enim minor libertas requiritur ad cōtinuationem meriti, quam ad inceptionem, quod ſi incipere potuit meritum ſimul cum beatitudine, poterat ſane Caietanus cum ea ſententia conſentire, quam vt probabilem defendit S. Tho. in quol. & alibi: Secundò probatur eadem minor: quia, licèt creatura rationalis ex ſua natura conſiderata libera ſit ad peccandum, & ex hac parte nihil obſtaret conſumationi meriti; hæc tamen libertas manere nequit cum clara Dei viſione; igitur dici nullo modo poteſt in eodem inſtanti durationis, & temporis, prius tamen natura Angelum potuiſſe peccare. Probatur conſequentia: nam in eo inſtanti impeditam habuit potentiam, & libertatem ad peccandum. Antecedens verò probatur auctoritate D. Tho. in 1. 2. quæſt. 4. dicente viſione clara libertatem omnem ad peccandum impediri; quod ibidem etiam confirmat Caietanus. Quod autem Angelus ex ſua natura ſit liber parum refert, vt affirmemus in primo inſtanti beatitudinis prius natura potuiſſe peccare, & ita meritum conſumare: Primò, quia, vt diceremus in Angelo manſiſſe libertatem prius natura, debebat in eo inſtanti ſine impedimento eſſe: Secundò: quia, ſi ea tola ratione diceretur Angelus prius naturaliter liber manere ad peccandum cum viſione, non ſolum diceretur in primo inſtanti beatitudinis potuiſſe meritum conſumare, ſed etiam in toto tempore beatitudinis mereri, quo toto tempore manſit Angelus ex ſe liber ad peccandum. Tertiò eadem ratione dicere poſſumus Chriſtum in primo inſtanti, immò toto tempore ſequenti meruiſſe ſuam beatitudinem eſſentialem, quia humanitas ipſius ex ſe ſemper erat libera ad peccandum; Quartò: Cū clara viſione ſimul peccatum in Angelo eſſe non poterat, ſed illa neceſſario à peccato retrahit, quæ neceſsitas eſt præcedens libertatem, & nullo modo pendens ex ea, ergo cum tali neceſsitate non potuit libere peccare. Probatur conſequētia: quia neceſsitas præcedens aduerſatur libertati Poſtremò iuxta hanc ſententiam Caietani non videtur æqua via Domini, quam cum bonis, & malis Angelis ſeruauit, ergo. Probatur antecedens: quia, ſi non ſatis erat vtroſque in primo inſtanti promeritos fuiſſe ſuam beatitudinem, ſed opus fuit meritum ab eis conſumari, ſicut expectauit bonos tribuens eis beatitudinem, vt in ea meritum conſumarent, cum poſſent peccare, debuit etiam eodē modo malos expectare. Et confirmatur: quia, licet aliqua ratio huius inæqualitatis aſsignaretur, nulla certè poteſt aſsignari, vt dicamus Deum expectaſſe bonos Angelos, & eorum meritum bonum, aut malum in beatitudine; nam quo pacto eos expectare poſſet, quos iam beauit?

Reſpondetur nomine terminationis; & conſumationis meriti (non in patria, vt Vaſquez imponit, ſed abſolute) intelligi poſſe continuationem meriti præcedentis, vel nouum meritum viæ ſimul & termini. Ad primam impugnationem dico nullam eſſe conſequentiam: nam, licèt in beatitudine, prout eſt in facto eſſe, nullum poſsit eſse meritum, in ea tamen, vt eſt in fieri, poteſt eſſe meritū; quia meritum vt in termino eſt ipſa beatitudo, vt in fieri. Ad ſecundùm negatur ſequela; ſupponit enim falſum, videlicet datam fuiſſe Angelis beatitudinem, vt meritum terminarent, cum tamen ideo beatitudinem ſint aſſequuti, quia meritum ſuum terminarunt tunc actu merendo, quando peccare potuerunt; adeo vt prius natura fuerit meritum, vt in termino, quam beatitudo. Ad tertiam dico falſam eſſe maiorem præcisè ſumptam, ideo namque meritum conſumauerunt Angeli in inſtanti ſecūdo, quia, cum poſſent præcedenti merito apponere impedimentum peccati, meruerunt vt in termino prius natura, quam præmium eſſe querentur æternæ felicitatis.

Nec fuit impoſsibile per Dei potentiam abſolutam in eodem etiam inſtanti ſimul incipere meritū cū beatitudine; Sed quia modus hic merēdi, & aſſequēdi beatitudinē nō videtur diuinis litteris,

nec ſuaui diſpoſitioni diuinæ prouidentiæ cõgrue re, ideo non aſſerimus ita factum eſſe, cum præſer tim oppoſitam ſententiam vbique tenuerit D. Th. licèt aliam ſuſtinuerit vt probabilem. Et per hæc alia ſubſequentia eiuſdem expoſitoris argumen-- ta diluuntur: ſupponunt enim Angelum prius natura accepiſſe beatitudinem, & poſtea meritũ conſumaſſe propter libertatem ad peccandũ prius naturæ volũtati congruentem, quam ſit in Ange-- lo beatitudo, vel quia voluntas ex ſui natura ſit li-- bera; nos autem dicimus Angelos bonos in ſecun-- do inſtanti priùs natura, non ſolùm libertatem ad bonum, & malum habuiſſe, ſed etiam meruiſſe, vt in termino per conuerſionem ſuæ voluntatis in Deum, & per tale meritum conſecutos fuiſſe poſte rius natura beatitudinem.

Reda. Contra eandem concluſionem argumẽtatur Ra da controuerſia decima concluſione ſecunda: Pri mò meritum eſt ipſa tendentia in beatitudinem: ergo repugnat, quòd detur meritum, vt in termino excludente viam hoc eſt, quia ità ſit terminus, vt non ſit via.

Reſpondetur neque nos, neq; Caietanum aſſere re dari meritum, vt in termino excludente viam, ſed dicimus ſecundum inſtans meriti in Angelis fuiſſe viam ſimul, & terminum.

Secundò: Meritum vt in termino eiuſdem ra-- tionis eſt, & eaſdem proprietates habet cum me-- rito, vt in via; ergo, ſi in via non poteſt eſſe ſimul cum beatitudine, etiam vt in termino non pote-- ſt eſſe cum ea.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: quia meri tum, vt in termino complementum eſt meriti viæ, & non diſtat à præmio ſicut meritum viæ puræ, ſed immediatum habet ordinem ad illud. Alia eiuſdem authoris argumenta cum quibuſdam co-- incidunt iam antè ſolutis.

Contra vndecimam concluſionem militant om nia ferè argumenta relata contra præcedentem concluſionem.

Zumellus Contra duodecimam argumentatur Zumellus quæſt. ſua ſecunda ad hunc articulum Primò: Secũ dum legem Dei ordinariã nullus eſt ſimul in via, & in vltimo termino damnationis: Et confirma-- tur: quoniam eo ipſo, quòd quis eſt in tali ſtatu, eſt extra ſtatum demerendi.

Reſpondetur antecedens verum eſſe conſidera-- ta tota viæ latitudine, non autem ſolo eius termi-- no: Angelos autem non dicimus fuiſſe in tota viæ ſuæ duratione comprehenſores, ſed in termino tã-- tùm, & in eo, etiam prius natura meruiſſe, & fuiſſe viatores, quàm eſſent comprehenſores: Chriſtus autem toto ſimul tempore, & ſimul etiam natura fuit viator, & comprehenſor.

Secundò: Angeli in ſecundo inſtanti, in quo pec cauerunt erant in Cœlo; ergo in illo ſecundo inſtã ti indiuiſibili non fuerunt electi de cœlo, ſed im-- mediatè poſt illud: ergo nec fuerunt damnati in ſe cundo inſtanti indiuiſibili pœna æterna.

Reſpondetur hoc argumẽto probari malos An-- gelos non habuiſſe omnem pœnam ſenſus in ſecũ-- do inſtanti; quod nos etiam ſupra docuimus.

A Tertiò dæmones in illo ſecundo inſtanti non ha buerunt errorem aliquem poſitiuum, immò pro il lo inſtanti ſecundo habebant fidem habitualem, & quandam dilectionem vehementem de pro-- prijs bonis, nullumque experiebantur dolorem à Deo inflictum, quæ tamen omnia ſunt de ratione vltimi ſupplicij.

Reſpondetur dæmones in illo ſecundo inſtanti fidem habuiſſe, vt in termino, & errorem practi-- cum, & dolorem, vt in principio: & ſimiliter ha-- buerunt dilectionem vehementem de proprijs bo nis, vt in termino, dolorem autem de amiſſa bea-- titudine, vt in principio, ſicut in Angelis bonis ſu-- B pra diximus in eodem inſtanti ſimul fuiſſe meri-- tum, & beatitudinem, illud, vt in termino, hanc vt in principio: non enim repugnant fides, & error practicus, neq; delectatio de vno, & dolor de alio, præſertim quo ad vltimum eſſe vnius, & primum eſſe alterius.

Quartò: Abſolutè loquendo dæmones in illo ſe cundo inſtanti potuerunt mereri: ergo non fuerũt extra viam.

Reſpondetur verè tunc eos non fuiſſe extra viã; eum eſſent ſimul in via, & in termino, ſicut ſupra diximus de bonis Angelis.

Poſtremò: Quamuis pœna damni conſiſtat in C priuatione, tamen, vt eſt pœna, non incipit in adul tis, donec incipiat pœna ſenſus, nec eſt pura priua tio, ſed requirit actum concomitantem doloris de tanto bono amiſſo, & actum deſperationis de ſalu te nunquam conſequenda: At hæc non habuit An-- gelus in ſecundo inſtanti: ergo.

Reſpondetur falſam eſſe minorem, vt latè ſupe rius oſtendimus.

Contra eandem concluſionem argumentatur Vaſquez: Aut ſermo eſt de pœna ſenſus, aut de pœ Vaſquez. na damni; ſed de neutra poteſt eſſe vera concluſio: ergo. Minor probatur quo ad primam partem: Pri mò: quia Angeli in inſtanti, in quo peccauerunt, D fuerunt in cœlo, vnde excluſi ſunt. Secundò: quia pœna ſenſus eſt quoddam incentiuum peccati cõ tra Deum, quod Deus numquam immittit in pri-- mo peccato, ſed propter priora peccata: ergo. Quo ad ſecundam verò partem probatur: quia pœna damni maximè conſiſtit in priuatione gratiæ iu-- ſtificantis, quæ priuatio non eſt pœna damni, niſi ab eo puncto temporis, à quo ex lege Dei reſtau-- rari non poteſt, & hęc lex non incipit damnare ho minem, aut Angelum à primo inſtanti, à quo pec-- care incipit, ſed à tempore deindè ſequenti: ergo Angelus non incurrit pœnam damni in primo in-- ſtanti, etiam ſi in eo priuatus fuerit gratia habi-- tuali, ſiue iuſtificante, nec dicuntur Angeli in pri-- E mo inſtanti caruiſſe auxilio ſufficienti, cum ad-- huc eſſent in via, ſed tantùm à tempore ſequente peccatum.

Reſpondetur ſermonem eſſe de pœna damni, & ſenſus, non tamen de omni pœna ſenſus. Ad argu-- mentum negatur minor: Ad primam probatio-- nem primæ partis iam reſponſum eſt non eſſe in-- telligendam concluſionem de omni pœna ſenſus: Ad ſecundam dico aſſumptum verum eſſe in ho--

minibus

minibus, non autem in Angelis, qui per primum peccatum constituuntur in termino, & redduntur immobiles in malo.

Ad probationem secundæ partis minoris respõdetur, legem Dei incipere damnare Angelum à primo instanti, in quo peccare incipit; eo quod peccet irreparabiliter; & ideò tunc primò incipit carere auxilio sufficienti.

Molina. Contra eandem conclusionem argumentatur Molina: Pœna æterna in Angelis incipit per primum sui esse, & peccatum Angelorum incipit per primum sui esse: ergo non fuerunt hæc duo simul in eodem instanti. Probatur illatio; quoniam inter quæcumque duo instantia nostri temporis mediat tempus.

Respondetur nullam esse consequentiam. Ad probationem, dico in ea falsum supponi videlicet primum esse pœnæ, & primum esse peccari nõ posse simul esse in eodem instanti indiuisibili.

Ezech 28. Contra tertiam decimam conclusionem argumentatur Molina authoritate scripturę Ezech. 28. *In medio lapidum ignitorum ambulasti perfectus in vijs tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te*; ambulare namq; plusquam vnum instans, & plusquam vnum gressum operationis innuit; itẽ esse perfectum in vijs in plurali à die constitutionis ipsius vsque ad instans, in quo inuenta est iniquitas in eo, apertè indicet plures operationes bonas, & meritorias, quàm vnam.

Respondetur Angelos bonos plures in vno instanti simul habuisse actus meritorios, se se ordine naturę consequentes absque vlla durationis successione, vt etiam aduertit Zumellus supra quæst. 62. art. 5. quæstione sua secunda, conclusione quarta fuerunt enim simul in eis actus fidei, charitatis, & humilitatis, & in malis Angelis simul fuerũt in secundo instanti plura peccata eodem modo se se consequentia, scilicet peccatum superbiæ, inuidiæ, inobedientiæ, &c. vt superius ostendimus. Et per hæc soluuntur quædam argumenta Radæ contra dictam conclusionem.

Zumellus

Rada

Vide etiam responsionem ad primum sequentis articuli, & quæ notat ibi Caietanus. Quod autẽ addit Rada distinguendum etiam esse præmium in præmium, vt in via, & in præmium, vt in termino, si admitteretur illa distinctio Caietani de merito, vt in via, & vt in termino, ridiculum est. Nam præmium ex sui ratione terminus est, & non via: meritum autem non ex sui ratione est via tantũ, sed etiam terminus, vel magis in termino simul esse potest, qua ratione per donum perseuerantiæ cõpletur adiuuante Deo sui sit honor, & gloria.

Caietanus

ARTICVLVS VII.

Vtrum Angelus supremus inter peccantes, fuerit supremus inter omnes.

316 Infra. art. 9. ad 3. Et 2. dist. 2. q. 1. art. 3 cõ. 109 fin. 2. opusc. 3. ca. 19.

AD Septimum sic proceditur. Videtur quod ille Angelus, qui fuit supremus inter peccantes, non fuerit supremus inter omnes. Dicitur enim, Ezech. 28. Tu Cherub extentus, & protegens, posui te in monte sancto Dei. Sed ordo Cherubim est sub ordine Seraphim, vt Dio.* dicit 7. cap. Angelicæ hier. Ergo Angelus, qui fuit supremus inter peccãtes, nõ fuit supremus inter omnes.

Et Ysa. 6. & Ioã. 12. *ca 6 & 7. celest. Hierarc.

2 Præterea, Deus fecit naturam intellectualem propter beatitudinem consequendam. Si igitur Angelus, qui fuit supremus inter omnes, peccauit, sequitur, quod ordinatio diuina fuerit frustrata in nobilissima creatura, quod est inconueniens.

3 Præterea. Quantò aliquid magis inclinatur in aliquid, tantò minus potest ab illo deficere. Sed Angelus quantò est superior, tantò magis inclinatur in Deum. Ergo minus potest à Deo peccando deficere. Et sic videtur, quod Angelus, qui peccauit, non fuerit supremus inter omnes, sed de inferioribus.

Sed contra est, quod dicit Greg.* in homil. de Centum ouibus, quòd primus Angelus, qui peccauit, dum cũctis agminibus Angelorum prælatus, eorum claritatem transcenderet, ex eorum comparatione clarior fuit.

Homil 34 in Euang. ante med.

Respondeo. Dicendum, quòd in peccato est duo cõsiderare, scilicet pronitatem ad peccandum, & motiuum ad peccandum. Si ergo consideremus in Angelis pronitatem ad peccandum, minus videtur, quòd peccauerint superiores Angeli, quàm inferiores. Et propter hoc Damas.* dicit, quod maior eorum, qui peccauerunt, fuit cæteris ordini prælatus. Et videtur hæc opinio consonare positioni Platonicorum, quã Aug. recitat in lib. De Ciuit. Dei,* octauo, & decimo. Dicunt enim quod omnes dij erant boni: sed dæmonum, quidam boni, quidam mali. Deos nominantes substantias intellectuales, quæ sunt à globo lunari superius: dæmones verò substantias intellectuales, quæ sunt à globo lunari inferius, superiores hominibus ordine naturæ. Sed est abijciendа hæc opinio tanquam à fide aliena: quia tota creatura corporalis administratur à Deo per Angelos, vt August. dicit tertio de Trini.* Vnde nihil prohibet dicere, inferiores Angelos diuinitus distributos esse ad administrandum inferiora corpora: superiores verò ad administrandum corpora superiora: supremos verò ad assistendum, Deo. Et secundum hoc, Damas.† dicit, quòd illi, qui ceciderunt, fuerunt de inferioribus. In quorum etiam ordine aliqui boni Angeli permanserunt. Si verò consideretur motiuum ad peccandum, maius inuenitur in superioribus, quàm in inferioribus. Fuit enim dæmonum peccatum superbia, vt supra dictum est,* cuius motiuum est excellentia, quæ fuit maior in superioribus. Et ideo Gregor.† dicit, quòd ille, qui peccauit, fuit superior

Li. 2. ca. 4.

Lib. 8. c. 6 & 7. & lib. 10. cap. 9. 10. & 11. tom 5.

Lib. 3 de Trini cap. 4 & 5. to. 3.

De fide catho lib. 2. cap 4.

Ar. 2 huius quæst. † Greg loco citato

in 2. sc cō tra. periorinter omnes, & hoc videtur probabilius: quia peccatum Angeli non processit ex aliqua pronitate, sed ex solo lib. arbit. Vnde magis videtur consideranda esse ratio, quæ sumitur à motiuo ad peccandum. Non est tamen inde alij opinioni præiudicandum, quia etiam in principe inferiorum Angelorum potuit esse aliquod motiuum ad peccandum.

Ad primum ergo dicendum, quod Cherubim interpretatur plenitudo scientiæ, Seraphim interpretantur ardentes, siue incendentes. Et sic patet, quod Cherubim denominatur à scientia, quę potest esse cum mortali pec
317 cato: * Seraphim vero denominatur ab ardore charitatis, quę cum peccato mortali esse nō potest. Et ideo primus Angelus peccans, non est denominatus Seraphim, sed Cherubim.

Ad secundum dicendum, quòd diuina intentio non frustratur, nec in his, qui peccant, nec in his, qui saluantur. Vtrorumque enim euentum Deus præcognoscit, & ex vtroque habet gloriam, dum hos ex sua bonitate saluat, illos ex sua iustitia punit. Ipsa verò creatura intellectualis dum peccat, à fine debito deficit. Nec hoc est inconueniens in quacunque creatura sublimi. Sic enim creatura intellectualis instituta est à Deo, vt in eius arbitrio positum sit, agere propter finem.

Ad tertium dicendum, quòd quantacumque inclinatio ad bonum fuerit in supremo Angelo, tamen ei necessitatem non inducebat. Vnde potuit per liberum arbitrium, eam non sequi.

Sensus quæsiti.

TItulus de Angelo supremo simpliciter, non autem in tali ordine tantùm supremo intelligendus est: & mouetur hæc quæstio propter duplicem sanctorum opinionem in textu relatam.

Forma Textus.

VNa distinctione præmissa respondetur quæstiò quatuor conclusionibus.

Distinctio est: In peccato est duo considerari scilicet pronitatem ad peccandum, & motiuum ad peccandum.

Prima conclusio est: Si consideremus in Angelis pronitatem ad peccandum, minùs videtur, quod peccauerint superiores Angeli, quàm inferiores. Probatur hæc conclusio authoritate Damasceni, cuius mentem etiam ipsa conclusio declarat, ait enim Damascenus maiorem eorum, qui peccauerunt, fuisse terrestri ordini prælatum. Deindè declaratur apertius opinio Damasceni distinguendo illam ab opinione Platonicorum ab Augustino reiecta.

Distinguebant enim substantias intellectuales in eas, quæ sunt à globo lunari superius, quas Deos appellabāt, & in eas, quæ sunt à globo lunari inferius superiores hominibus ordine naturæ, quas dæmones nuncupabant, sed abijcienda dicitur hæc opinio tanquam à fide aliena: quia tota creatura corporalis administratur à Deo per Angelos, vt ait Augustinus in tertio de Trinitate cap. 4. & 5. quare secundum veritatem Catholicam nihil prohibet dicere tres esse Angelorum ordines, & ex eis inferiores diuinitus distributos ad administrandum corpora superiora, supremos verò ad assistendum Deo.

Cum igitur affirmat Damascenus eos Angelos, qui ceciderunt, fuisse de inferioribus, non intendit asserere fuisse de numero earum substantiarum intellectualium, quas opinabantur Platonici esse globo lunari inferiores, sed fuisse Angelos inferiores ex eorum ordine, siue numero, qui diuinitus ad inferiora corpora administranda fuerant distributi.

Secunda conclusio: Si consideretur motiuum ad peccandum, magis videtur, quòd peccauerint superiores. Probatur: Quia maius motiuum inuenitur in superioribus, quàm in inferioribus: ergo.

Probatur antecedens: quia peccatum dæmonum fuit superbia, cuius motiuum est excellentia: at hæc maior est in superioribus; ergo.

Secundò probatur conclusio authoritate Gregorij dicentis illum Angelum, qui peccauit, fuisse superiorem inter omnes.

***Tertia conclusio: Probabilius est Angelum, qui peccauit, fuisse supremum inter omnes: Probatur: Quia peccatum Angeli non processit ex aliqua pronitate, sed** ex solo libero arbitrio: ergo magis videtur consideranda ratio, quæ sumitur à motiuo ad peccandum: ergo probabilius est &c. Probatur hæc vltima consequentia: Quoniam, vt ante diximus, maius motiuum fuit in superioribus, quàm in inferioribus.*

Vltima conclusio: Non est propter hoc oppositæ sententiæ præiudicandum. Probatur: quia etiam in principe inferiorum Angelorum potuit esse aliquod motiuum ad peccandum.

Expositio Textus.

TRia circa textum præsentis articuli sunt annotanda. Primum est, intentionem S.D. non esse ponere pronitatem ad peccandum in Angelis propriè, & positiuè loquendo, sicut inuenitur in homine, non solum in natura corrupta, sed etiam in puris naturalibus considerato. De pronitate igitur negatiuè, & impropriè sumpta sermo est tam in distinctione, quàm in prima conclusione. Hæc autem pronitas negatiua maior, & minor nihil aliud est, quàm minor, aut maior elongatio ab humana natura, cui pronitas conuenit positiuè. Vel idem est, quod minor, aut maior perfectio naturalis, aut gratuita, per quam minùs, aut magis distat à nihilo, ex quo radicaliter habet rationalis, & intellectualis creatura, vt sibi dimissa labi facilè possit in peccatum, vt ostendimus in primo huius quæstionis articulo. Vel denique maior, aut minor pronitas hæc negatiua, & impropria nihil aliud est, quàm maior, aut minor elongatio ab impeccabilitate Deo per se primò conueniente ex hoc, quòd eius virtus est sua regula; à qua perfectione minùs elongantur Angeli superiores, vt potè Deo similiores, & propinquiores, quo ad naturæ, & gratiæ perfectionem, quàm inferiores minùs

Pronitas ad peccandū duplex

nus habentes perfectionis naturalis, & gratuitæ.

Secundum adnotandum est id, quod latè scribunt recentiores de veritate tertiæ, & quartæ conclusionis, ac præsertim Bannes, Zumellus, Molina, & Vasquez, nihil .n. singulare dicendum occurrit.

Bannes Zumellus Medina. Vasquez.

Tertium est circa responsionem ad secundum: ait enim S.D. diuinam intentionem non frustari, nec in ijs, qui peccant, nec in ijs, qui saluantur; quoniam vtrorumq; euentum Deus præcognoscit, & ex vtroque habet gloriam; dum hos ex sua bonitate saluat, illos autem ex sua iustitia punit; quâ responsionem ad suum institutum de scientia media, & modo prædestinationis S.D. minimè noto, trahit Molina dicēs Deum, ita res libero arbitrio præditas in beatitudinem condidisse, vt non absolutè, sed ex hypothesi, si per eas non staret, voluerit illas in eam peruenire, præuidisseque ante earū creationem, quæ nam earum sua libertate, & culpa in eam non essent deuenturæ, Qua loquendi forma videtur supponere Deum ab æterno nullam rationalem, aut intellectualem creaturam absolutè ad beatitudinem ordinasse, sed ex hypothesi tantum, si per eam non steterit, præuidisseq; Deum, in quam partem pro sua libertate fuerit declinatura. Cuius opinionis oppositum vbique docuit S. Thom. vt ostendimus supra quæst. 23. & alibi.

Molinæ falsa interpretatio.

B

C

ARTICVLVS VIII.

Vtrum peccatum primi Angeli fuerit alijs causa peccandi.

AD octauum sic proceditur. Videtur, quòd peccatum primi Angeli peccantis, non fuit alijs causa peccandi. Causa enim prior est causato. Sed omnes simul peccauerunt: vt Damasc.* dicit: Ergo peccatum vnius non fuit alijs causa peccandi.

1187 2. d. 6 2. 1. & dist. 34. in expos. li. ad 2. † Li. 2. c. 4 de fid. cat.

2 Præterea. Primum peccatum Angeli nō potest esse nisi superbia, vt supra dictum est.* Sed superbia excellentiam quærit, magis autē excellentiæ repugnat, quod aliquis inferiori subdatur, quàm superiori. Et sic non videtur, quod dæmones peccauerint per hoc, quod voluerunt subesse alicui superiorum Angelorum potius, quam Deo. sic autem peccatum vnius Angeli fuisset alijs causa peccandi, sicos ad hoc induxisset, vt sibi subijcerentur. Non ergo videtur, quod peccatum primi Angeli fuerit causa peccandi alijs.

Art. 2. huius quæst.

D

3 Præterea. Maius peccatum est velle subesse alteri contra Deum, quàm contra Deum alteri velle præesse; quia minus habet de motiuo ad peccandum. Si ergo peccatum primi Angeli fuit alijs causa peccandi in hoc, quòd eos vt sibi subijcerentur induxit, grauius peccassent inferiores Angeli, quam supremus. qđ est contra illud Psalm. 103. Draco iste, quem formasti, dicit glo.* Qui cęteris in esse erat excellentior, factus est in malitia maior. Non ergo peccatū primi Angeli fuit alijs causa peccandi.

In gl. ordinaria ibi et dicitur esse Aug.

E

Sed contra est, quòd dicitur Apoc. 12. quod Draco traxit secum tertiam partem stellarū.

Respondeo. Dicendum, quòd peccatum primi Angeli fuit alijs causa peccandi, non quidem cogens, sed quadam quasi exhortatione inducens. Cuius signum ex hoc apparet, quòd omnes dæmones illi supremo subduntur, vt manifestè apparet per illud, quod dicit Dominus Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternū, qui paratus est diabolo, & Angelis eius. Habet enim hoc ordo diuinæ iustitiæ, vt cuius suggestioni aliquis consentit in culpa, eius potestati subaudatur in pœna, secundùm illud 2. Pet. 2. A quo quis superatus est, huic seruus additus est.

Ad primum ergo dicendum, quòd, licèt simul dæmones peccauerint, tamen peccatum vnius potuit esse alijs causa peccandi. Angelus enim non indiget ad eligendum, vel exhortandum, vel etiam consentiendum, tempo ris mora, sicut homo, qui deliberatione indiget ad eligendum, & ad consentiendum, & locutione vocali ad exhortandum: quorum vtrumque tempore agitur. Manifestum est autem, quòd etiam homo simul, dum aliquid in corde concepit, in eodem instanti incipit loqui. Et in vltimo instanti locutionis, in quo alius sensum loquentis capit, potest assentire ei, quod dicitur, vt patet maximè in primis conceptionibus, quas quisque probat auditas.

1187

Sublato ergo tempore deliberationis, quod in nobis requiritur, in eodem instanti, in quo primus Angelus suam affectionem intelligibili locutione expressit, possibile fuit alijs in eā consentire.

Ad secundum dicendum, quòd superbus, cęteris paribus, magis vult subesse superiori, quam interiori. Sed si aliquam excellentiam consequatur sub interiori, quam sub superiori consequi non possit, magis eligit interiori subesse, quàm superiori.

Sic igitur non fuit contra superbiam dæmonum, quòd subesse inferiori voluerunt in eius principatum consentientes: ad hoc eum principem, & ducem habere volentes, vt virtute naturali suam vltimam beatitudinem consequerentur: præsertim quia supremo Angelo naturæ ordine, etiam tunc subiecti erant.

Ad tertium dicendum, quòd, sicut supra dictum est,* Angelus non habet aliquid retardans, sed secundùm suam totam virtutem mouetur in illud, ad quod mouetur, siue in bonū, siue in malum. Quia igitur supremus Angelus

q. 61. art. 6 ad 1158. & 121.

maiorem habuit naturalem virtutem, quàm inferiores, intenſiori motu in peccatum prolapſus eſt. & ideò factus eſt etiam in malitia maior.

Senſus quæſiti.

DE cauſa mouente ex parte obiecti, proponẽdo ſcilicet appetibile, & perſuadendo ſermo eſt; quam cauſam moratam recentiores appellãt. De hac agit S.D. in prima ſecundæ, q. 80. art. 1. vbi quærit, an diabolus ſit homini directè cauſa peccandi, & ait Diabolum, & quemcunque alium exterius mouentem proponendo, & perſuadendo nõ eſſe directè, neque ſufficienter cauſam peccati. Videndus eſt etiam S.D. in 2. 2. quæſt. 43. art. 1. ad tertium, & 4. ſent. diſt. 38. quæſt. 2. ar. 1. ad quartum. D. Thom.

Forma Textus.

Concluſio eſt: Peccatũ primi Angeli fuit aliis cauſa peccandi, non quidem cogens, ſed quadã quaſi exhortatione inducens. Probatur à ſigno, ſiue ab effectu: Quia omnes dęmones illi ſupremo ſubduntur; ergo peccatum illius ſupremi fuit aliis cauſa peccandi.

Antecedens probatur auth. Do. Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius.

Conſequentia verò probatur: quoniam hoc habet ordo diuinæ iuſtitiæ, vt cuius ſuggeſtioni aliquis conſentit inculpa, eius poteſtati ſubdatur in pœna; ergo. Probatur hoc antecedens ex ſecunda Petri cap. 2. A quo quis ſuperatus eſt: huic ſeruus addictus eſt.

Expoſitio Textus.

TRes hic ſolent proponi, & examinari difficultates. Prima eſt de veritate concluſionis; non enim defuerunt Theologi graues negantes vllum Angelorum alteri, vel aliis cauſam fuiſſe peccandi. Cuius ſententiæ fuiſſe videtur Albertus in 2. ſent. diſt. 6. art. 3. Gulielmus quidam Pariſienſis in prima parte ſecundæ partis principalis de vnius. Albertus. Gulielm. Alphonſ. de Caſtr. ſo. Alphonſus de Caſtro aduerſus hæreſes in verbo peccatum, hæreſi tertia: Sed oppoſitam ſententiam, quæ eſt concluſio præſentis articuli, tenent omnes alij doctores Scholaſtici cum D. Thom. vt ſacris litteris maximè conſonantem; quamuis non adeò perſpicuum ex eis habeat teſtimonium, vt ſic omninò firmæ, ac penitus indubitatę veritatis; poſſent enim diuinæ Scripturæ loca pro noſtra, & communi ſententia produci conſueta alium non incongruè ſenſum admittere: vt hic aduertit Vaſquez diſp. 238. Sententiam hanc communem explicant, & rationibus, ac authoritatibus muniunt, & defendunt Bannes, Zumellus, Valentia, Vaſquez, & alij recentiores, quibus nihil addendum occurrit. Vaſquez. Bannes Zumellus Valentia.

Quid Lucifer aliis appetendum propoſuerit, & quomodo eos ad peccandum induxerit, & quo ordine prius peccauerit.

SEcunda difficultas eſt de ſenſu, & modo veritatis eiuſdẽ concluſionis quærens de modo cauſandi, & inducendi cæteros Angelos ad peccatũ, quid ſcilicet aliis appetendum, aut immitandum propoſuerit, & an ſimplici exemplo, vel locutione, aut etiam adhortatione cæteros ad ſui facinoris imitationem ſolicitauerit. Certum eſt autem ex ſupra determinatis articulo tertio Luciferum non peccaſſe malum, vt tale cognitum appetẽdo, ac proinde, nec aliquid tale cæteris Angelis appetendum propoſuiſſe; ſicut ergo Lucifer ex inconſideratione peccauit, appetendo, vel beatitudinem naturalem indebito modo, ſ. vt vltimum finẽ, vel ſupernaturalem inordinatè, ſcilicet vt propria virtute conſequendam, ſic alijs idem propoſuit appetendum: Videntes igitur inferiores Angeli propoſitum appetibile bonum eſſe, modum autem Angeli ſupremi, quo ſuam appetebat excellentiam, tunc minimè cognoſcentes. (ad cordis enim cogitationem pertinebat, quam in hac parte Lucifer alijs non aperuit, quia, nec ipſe peccans modum ſuę appetitionis attendit) & nihil de modo, aut regula, vel ordine debito conſiderantes propriam, & ipſi excellentiam appetierunt inordinatè, Luciferum in hoc imitantes, ei conſentientes, & eum principem, ac ducem habere volentes ad hoc, vt virtute naturali ſuam vltimam beatitudinem conſequerẽtur, quam excellentiam ſub Dei obedientia conſtituti conſequi ſe minimè poſſe cognoſcebant; atq; ideò peccatum eorum verè, ac propriè ſuperbia fuit vt S.D. affirmat in reſponſione ad ſecundum. Quamuis enim ſuperbus cęteris paribus magis ſubeſſe velit ſuperiori, quam inferiori, ſi tamẽ excellentiam aliquam ſub inferiori conſequi poſſit, quam à ſuperiori non valeat obtinere, magis eligit inferiori ſubeſſe, quàm ſuperiori. Quod tamen non ita intelligendum eſt, vt inferiores Angeli totum hoc intellectu conceperint, videlicet ſibi melius eſſe ad appetitam excellentiam conſequendã Lucifero ſubeſſe, quam Deo: ſic enim error in eis extitiſſet ante peccatum; ſed propter appetendi modum hoc aſſerimus cum S. Thom, ſic enim inferiores Angeli Lucifero conſentientes, ac diuinam legem, ſiue regulam minimè conſiderantes propriam expetierunt excellentiam, ac ſi nulli diuinę regulæ, ſiue legi ſubeſſent; ac proinde ſic appetendo contempſiſſe dicuntur modaliter, ac interpretatiuè diuinæ legis ordinem, ac præceptũ, & Deo ſupernaturali ſua prouidentia dirigẽti ſubeſſe noluiſſe, ſibique Luciferum in principem elegiſſe, vt propriam conſequerentur ſuis viribus excellentiã. Refert, & confutat Vaſquez cap. 4. quorundam ſcholaſticorum opiniones de peccato inferiorum Angelorum, quas hic non eſt neceſſe recenſere. Vaſquez.

An autem proponendo, vel etiam adhortando cæteros Angelos Lucifer eorũ princeps eos in peccatum impulerit, non definit hic abſolutè S. Tho. Sed quandam quaſi adhortationem inducentem affirmat interueniſſe. Quamobrem hæret anceps Valentia, & relatis ſcholaſticorum opinionibus rem incertam eſſe pronunciat. Dicẽdum verò eſt, Luciferum cæteris Angelis obiectum ſũ ſe bonũ, ſed ex modò appetendi malum propoſuiſſe, propriam, ſ. excellentiam ſingulorum, cum. n. tunc ipſe Modus appetendi. Valentia.

ſe propriam, nulla prorſus habita conſideratione diuinæ legis appeteret, ſic alijs etiam ſingulorum propriam propoſui excellentiam, vt vel fœlicitatem extolleret naturalem omiſſa ſupernaturalis beatitudinis narratione, quam nec ipſæ tunc conſiderabat, vel beatitudinis ſupernaturalis propoſuit excellentiam, vt maximum Angelicæ naturæ decus appetendam, nulla diuinæ gratiæ propoſita conſideratione. Quemadmodum ergo Lucifer modo ſuperbo propriam appetijt excellentiam ſiue quo ad modum offerendi, ſiue proponendi, cæteris eam vt ſuperbè à ſingulis appetendam propoſuit. Quo factum eſt, vt, qui ſolũ obiecti propoſiti perfectionem, ac bonitatem cõſiderauerunt modum non attendentes, quo proponebatur eis ab Angelo deſertore, fierent cum illo peccatores; qui verò piæ mentis oculo diuinæ legis decreta contemplarunt, modum proponendi peruerſum agnoſcentes diuina gratia ſuffulti reſtiterunt, & meritum conſumantes æternæ fœlicitatis præmia receperunt.

Ordo peccati.

Tertia difficultas eſt de ordine peccati Luciferi reſpectu culpæ cæterorum ex eius imitatione, & ſuaſione peccantium, an ſcilicet duratione, vel ordine tantùm naturæ præceſſerit; Exiſtimat enim Molina art. 6. huius quæſtionis concluſione tertia rationi conſentaneum eſſe Luciferi peccatum fuiſſe duratione prius culpa cæterorum comparatione noſtri temporis, & ſimilem inter aliorum lapſus ordinem eſſe potuiſſe, quamuis ſimul in eodẽ diſcreti temporis inſtanti peccauerint. Sed D. Th. hic ad primum, & in 2. ſent. diſt. 6. art. 2. quem alij ſequuntur expoſitores, inter Luciferi lapſum, & cæterorum Angelorum peccata naturæ ſolum ordinem agnoſcit. Quam ſententiam, vt propriam ſcribit Vaſquez cap. 3. diſp. 239. ſed quia difficultatem hanc in articulo ſexto definiuimus, & S. D. hic eam ſapientiſsimè determinauit, ſuperuacaneum eſſet vltra procedere.

Molina.

D. Thom.

Vaſquezij &c.

ARTICVLVS NONVS.

Vtrum tot peccauerint, quot permanſerunt.

318 Li. 2. Ethi. 6. d med. tom. 5.

AD nonum ſic proceditur. Videtur, quòd plures peccauerint de Angelis, quàm permanſerunt, quia, vt dicit Philoſoph. Malum eſt vt in pluribus, bonũ vt in paucioribus.

2 Præterea. Iuſtitia, & peccatum eadem ratione inueniuntur in Angelis, & hominibus. Sed in hominibus plures inueniuntur mali, q̃ boni: ſecundùm illud Eccleſ. 1. Stultorum infinitus eſt numerus. Ergo pari ratione in Angelis.

3 Præterea. Angeli diſtinguuntur ſecundũ perſonas, & ſecundum ordines. Si igitur plures perſonæ Angelicæ remanſerunt, videtur etiam, quòd non de omnibus ordinibus aliqui peccauerunt.

Sed contra eſt quod dicitur 4. Reg. 6. Plures nobiſcũ ſunt, q̃ cum illis: quod exponitur de bonis Angelis, qui ſunt nobiſcũ in auxiliũ, & de malis, qui nobis aduerſantur.

Reſpondeo. Dicendum, quòd plures Angeli permanſerunt, quàm peccauerunt: quia peccatum eſt cõtra naturalem inclinationem. Ea verò, quæ contra naturam fiunt, vt in paucioribus accidunt. Natura enim conſequitur ſuũ effectum, vel ſemper, vel vt in pluribus. D 239.

Ad primum ergo dicendum, quòd Philoſophus loquitur quantum ad homines, in quibus malum contingit ex hoc, quod ſequuntur bona ſenſibilia, quæ ſunt pluribus nota, deſerto bono rationis, quod paucioribus notum eſt. In Angelis autem non eſt niſi natura intellectualis: vnde non eſt ſimilis ratio. Et per hoc patet reſponſio ad ſecundum. D 295.

Ad tertium dicendum, quòd, ſecundum illos, qui dicunt, quod diabolus maior, fuit de inferiori ordine Angelorum, qui præſunt terreſtribus: manifeſtum eſt, quod non de quolibet ordine ceciderunt, ſed de infimo tantùm. Secundum verò illos, qui ponunt maiorẽ diabolũ de ſupremo fuiſſe ordine, probabile eſt, quòd de quolibet ordine aliqui ceciderunt, ſicut in quemlibet ordinem homines aſſumuntur in ſupplementum ruinæ Angelicæ. In quo etiam magis comprobatur libertas liberi arbitrij, quæ ſecundùm quemlibet gradum creaturæ, in malum flecti poteſt. In ſacra Scriptura tamen, nomina quorundam ordinum, vt Seraphim, & Thronorum, dęmonibus non attribuuntur, quia hæc nomina ſumuntur ab ardore charitatis, & ab habitatione Dei: quæ non poſſunt eſſe cum peccato mortali. Attribuuntur autem eis nomina Cherubim, Poteſtatum, & Principatuum: quia hæc nomina ſumuntur à ſcientia, & potentia, quę bonis maliſque poſſunt eſſe communia.

Senſus quæſiti.

NOn quæritur de multitudinum æqualitate præciſè, ſed numeri malorum Angelorum reſpectu bonorũ exceſſus, aut defectus etiam inquiritur; vt patet ex argumentis vtrinque propoſitis in articulo.

Forma Textus.

CConcluſio eſt: Plures Angeli permanſerunt quàm peccauerunt: Probatur peccatum omne tam Angelorum, quàm hominum eſt, contra naturalem inclinationem. At ea, quæ ſunt contra naturalem inclinationẽ, fiunt vt in paucioribus; ergo plures Angeli permanſerunt, quam peccauerunt. Minor probatur: quia natura conſequitur ſuum effectũ vel ſemper, vel vt in pluribus.

Expoſitio Textus.

MAiorem propoſitionem videlicet. *Ea, quæ cõtra naturam fiunt, vt in paucioribus, accidunt,* &di-

& dictũ illud philoſophi, *malũ eſt vt in pluribus bonũ aũt vt in paucioribus*. cũ explicatione S.D. in reſponſione ad primum declarat vberrimè Ferrariẽſis in 3.cont.gent.cap.6.& cap.113. prope finem, vbi mota dubitatione vim diſcurſus S.D. explicat eruditè. Vide præterea, ſi placet, Caietanũ in prima ſecundæ, quæſt.71,art.2,& in opuſc.tom.3. in oratione de cauſa mali,& Banneſium ſuper hoc articulo,& D.Thom.in 1.ſent.diſt.49.art. vltimo ad quartum. Scito præterea rationem D.Thom.pro concluſione eſſe omnium optimam, non tamen eſſe demonſtratiuam, nec vt talem ab eo fuiſſe productam. Cum enim concluſio præſentis articuli ſit ex ijs, quæ noſtri lumen intellectus, & vim diſcurſus exuperant naturalem, nulla poteſt omninò firma, ac euidenti ratione probari; ex libero namque ſuæ voluntatis arbitrio dæmones peccauerunt, & Angeli boni diuina gratia ſuffulti Deo vocanti, & eos efficaciter ad ſe trahenti liberè cõſenſerunt. Cum itaq; prædicta numerorum differentia non ex Angelorum natura, ſed ex eorum libera dependeat voluntate diuina præcedente volitione de permiſsione peccati malorum, & libera gratuitaq; præfinitione, ſiue decreto de ſalute bonorum, quæ naturaliter, non intellectui tantum humano, ſed etiam Angelico ſunt occulta, nulla poterit ratione demonſtratiua probari, ſed iuxta philoſophi documentum in 1.Ethic. cap.3. & 2.Metaph.tex.16. ſufficere debet ea certitudo viro prudenti, quam patitur ea res, de qua differitur.

Ariſtot.

Ariſtot.

QVAESTIO LXIV.

De pœna dæmonum, in quatuor articulos diuiſa.

COnſequenter quæritur de pœna dæmonum.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primò, De obtenebratione intellectus.

Secundò, De obſtinatione voluntatis.

Tertiò, De dolore ipſorum.

Quartò, De loco pœnali ipſorum.

Ratio ordinis.

AD culpam ſequitur pœna, de qua differitur hac vltima quæſt. Eſt autem Dæmonum pœna duplex: quædam ad ſolos actus attinens interiores, & quædam à Deo per corpoream creaturã extrinſecus inflicta. Actus autem interiores alij ſunt intellectus, & alij voluntatis; quibus duplex conuenit ratio pœnæ, altera generalis, ſcilicet obſtinatio, & altera ſpecialis, ſcilicet dolor. Agit itaque S.D. primò de pœna dæmonum ad actus intellectus pertinente, quæ eſt obtenebratio mentis, ſecundò de pœna generali eorundem ſecundùm omnes actus voluntatis, quę eſt obſtinatio, ſiue immobilitas in malo, & inflexibilitas ad bonum, tertiò de pœna ſpeciali ſecundum vnam tantùm actuũ ſpeciẽ illis congruente; hæc aũt eſt dolor: poſtremò de pœna per corpoream creaturam velut inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ extrinſecus illata.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum intellectus dæmonis ſit obtenebratus per priuationem cognitionis omnis veritatis.

319 2.ad 7.q.2. artic.1.& Mal.q.16. art.6.

DIcitur primum ſic proceditur. Videtur, quòd intellectus dæmonis ſit obtenebratus per priuationem cognitionis omnis veritatis. Si enim aliquam veritatem cognoſcerent, magis cognoſcerent ſeipſos, quod eſt cognoſcere ſubſtãtias ſeparatas. Hoc autem eorum miſerię non conuenit, cum ad magnam beatitudinẽ pertinere videatur, intantum, quòd quidam vltimam beatitudinẽ hominis poſuerunt in cognoſcendo ſubſtantias ſeparatas; Ergo dæmones priuantur omni cognitione veritatis,

2 Præterea. Id, quod eſt maximè manifeſtum in natura, videtur eſſe maximè manifeſtum in Angelis, ſiue bonis, ſiue malis. Quòd enim non ſit nobis maximè manifeſtum, contingit ex debilitate intellectus noſtri à phantaſmatibus accipientis: ſicut ex debilitate oculi noctuæ contingit, quòd non poſsit videre lumen ſolis. Sed dæmones non poſſunt cognoſcere Deum, qui eſt ſecũdùm ſe manifeſtiſſimus, cum ſit in ſummo veritatis, eo quòd non habent mundum cor, quo ſolo videtur Deus: Ergo nec alia cognoſcere poſſunt.

Lib.4 ſup Gen.ad lit. cap.3.

3 Præterea. Cognitio rerum Angelis conueniens eſt duplex, ſecundum Auguſt.* ſcilicet matutina, & veſpertina: Sed cognitio matutina non competit dæmonibus, quia non vident res in verbo: nec cognitio veſpertina, quia cognitio veſpertina refert res cognitas ad laudẽ Creatoris: vnde poſt veſpere fit mane, vt dicitur Geneſ.1. Ergo dæmones non poſſunt cognitionem de rebus habere.

4 Præterea. Angeli in ſua conditione cognouerunt myſterium regni Dei, vt Auguſt. dicit quarto ſuper Geneſ.ad litteram. Sed dæmones hac cognitione priuati ſunt: quia, ſi cognouiſſent, nequaquam dominum gloriæ crucifixiſſent, vt dicitur 1.Corinth.2. Ergo pari ratione omni alia cognitione veritatis ſunt priuati.

Lib.4.de Gen.ad lit. cap.5.

5 Præterea. Quamcunque veritatem aliquis ſcit, aut cognoſcit eam naturaliter, ſicut nos cognoſcimus prima principia: aut accipiẽdo ab alio: ſicut, quæ ſcimus addiſcendo: aut experientia longi temporis, ſicut, quæ ſcimus inueniendo: Sed dæmones non poſſunt cognoſcere veritatem per ſuam naturam, quia ab eis diuiſi ſunt boni Angeli, ſicut lux à tenebris, vt Auguſt.* dicit. Omnis autem manifeſtatio fit per lumen, vt dĩ Epheſ.5. Similiter ẽt neque per reuelationem, neq; addiſcendo à bo-

Lib.11.de Ciu.Dei cap.19.& 33.to.5.

à bonis Angelis: quia non eſt conuentio lucis ad tenebras, vt dicitur 2. Corinth. 6. Neque per experientiam longi temporis: quia experientia à ſenſu oritur: Ergo nulla in eis eſt cognitio veritatis.

ca 4. par. 4 parũ à medio.

Sed contra eſt, quòd Dionyſ. * dicit 4. cap. de diu. nom. quòd data ſunt dæmonibus aliqua dona, quæ nequaquam mutata eſſe dicimus: ſed ſunt integra, & ſplendidiſſima: inter iſta autem naturalia dona, eſt cognitio veritatis: Ergo in eis eſt aliqua veritatis cognitio.

Reſpondeo. Dicendum, quòd duplex eſt cognitio veritatis. Vna, quæ habetur per gratiã: alia, quæ habetur per naturam, & iſta, quæ habetur per gratiam, eſt duplex, Vna, quæ eſt ſpeculatiua tantùm, ſicut cum alicui aliqua ſecreta diuinorum reuelantur. Alia verò, quæ eſt affectiua producens amorem Dei: & hæc propriè pertinet ad donum ſapientiæ. * Harum autem trium cognitionum prima in dæmonibus, nec eſt ablata, nec diminuta; conſequitur enim ipſam naturam Angeli, qui ſecundũ ſuã naturam eſt quidam intellectus, vel mẽs. Propter ſimplicitatem autem ſuæ ſubſtantiæ à natura eius aliquid ſubtrahi non poteſt, vt ſic per ſubtractionem naturalium puniatur, ſicut homo punitur per ſubtractionem manus, aut pedis, aut alicuius huiuſmodi. Et ideò dicit Dionyſ. * quod dona naturalia in eis integra manent: vnde * naturalis cognitio in eis non eſt diminuta. Secunda autem cognitio, quæ eſt per gratiam in ſpeculatione conſiſtens, nõ eſt in eis totaliter ablata, ſed diminuta; quia de huiuſmodi ſecretis diuinis tantùm reuelatur eis, quantum oportet, vel mediantibus Angelis, vel per abquæ temporalia diuinæ virtutis effecta, vt dicit Aug. 9. de Ciuit. Dei: * Non autem ſicut ipſis ſanctis Angelis, quibus plura, & clarius reuelantur in ipſo verbo. A tertia verò cognitione ſunt totaliter priuati, ſicut, & à charitate.

L. 6 eo citato in arg. ſed edit. D 440.

L. 9 de ciuit. Dei c. 21. circa medium. to 5.

Ad primum ergo dicendum, quòd fœlicitas conſiſtit in applicatione ad id, quod ſupẽrius eſt. Subſtantiæ autẽ ſeparatæ ſunt ordine naturæ ſupra nos. Vnde aliqualis ratio fœlicitatis eſſe poteſt homini, ſi cognoſcat ſubſtantias ſeparatas, licèt perfecta eius fẽlicitas ſit in cognoſcendo primã ſubſtãtiam. ſ. Deum. Sed ſubſtantiæ ſeparatæ cognoſcere ſubſtantiam ſeparatã, eſt connaturale, ſicut, & nobis cognoſcere naturas ſenſibiles. Vnde, ſicut in hoc nõ eſt fẽlicitas hominis, quod cognoſcat naturas ſenſibiles, ita non eſt fẽlicitas Angeli in * hoc quòd cognoſcat ſubſtantias ſeparatas.

D 274.

Ad ſecundum dicendum, quòd illud, quod eſt manifeſtiſſimum in natura, eſt nobis occultum propter hoc, quòd excedit proportionẽ intellectus noſtri, & non ſolùm propter hoc, quòd intellectus noſter accipit à phantaſmatibus. Excedit autem diuina ſubſtantia non ſolũ proportionem intellectus humani, ſed etiam intellectus Angelici. Vnde nec ipſe Angelus ſecundum ſuam naturam poteſt * cognoſcere Dei ſubſtantiam, poteſt tamen altiorem cognitionem de Deo habere per ſuam naturam, quàm homo propter perfectionem ſui intellectus: & talis cognitio remanet etiam in Dæmonibus. Licet enim non habeant puritatem, quæ eſt per gratiam, habent tamen puritatem naturæ, quæ ſufficit ad cognitionem Dei, quæ eis competit ex natura.

D 440.

Ad tertium dicendum, quòd creatura tenebra eſt comparata excellentiæ diuini luminis. & ideo cognitio creaturæ in propria natura, veſpertina dicitur. Veſpere enim eſt tenebris adiunctum, habet tamen aliquid de luce: cùm autem totaliter deficit lux, eſt nox. Sic igitur, & cognitio rerum in propria natura, quando refertur ad laudem creatoris, vt in bonis Angelis, habet aliquid de luce diuina, & poteſt dici veſpertina: ſi autem nõ referatur in Deum, ſicut in dæmonib. non dicitur veſpertina, ſed nocturna. Vnde & in Gen. legitur, q tenebras, quas Deus à luce ſeparauit, vocauit noctem.

Ad quartum dicendum, quòd myſterium regni Dei, quod eſt impletum per Chriſtum, omnes quidem Angeli à principio aliquo modo cognouerunt, * maximè ex quo beatificati ſunt viſione verbi, quam dæmones nunquam habuerunt: non tamen omnes Angeli cognouerunt perfectè, neque æqualiter. * Vnde dæmones multò minus, Chriſto exiſtente in mũdo, perfectè myſterium incarnationis cognouerunt, non enim innotuit eis, vt Auguſt. * dicit, ſicut Angeli ſanctis, qui verbi participata æternitate perfruuntur, ſed ſicut eis terrendis, innoteſcendum fuit per quædam temporalia effecta. Si autem perfectè, & per certitudinem cognouiſſent ipſum eſſe filium Dei, & effectũ paſſionis eius, nunquam dominum gloriæ crucifigi procuraſſent.

bb

513

Li. 9 de ciuit Dei. c. ar. nõ procul à pri. in. tom. 5.

Ad quintum dicendum, quòd dæmones tribus modis cognoſcunt veritatem aliquam. Vno modo ſubtilitate ſuæ naturæ: quia, licèt ſint obtenebrati per priuationem luminis gratiæ, ſunt tamen lucidi lumine intellectualis naturæ. Secundò, per reuelationem à ſanctis Angelis, cum quibus non conueniunt quidem per conformitatem voluntatis: conueniunt autem ſimilitudine intellectualis naturæ, ſecũdum quam poſſunt accipere, quod ab alijs manifeſtatur. Tertio modo cognoſcunt per

expe-

experientiam longi temporis, non quaſi à ſen
b ſu accipientis,* ſed dum in rebus ſingularibus
279 completur ſimilitudo eius ſpeciei intelligibi-
lis, quam ſibi naturaliter habent inditam, ali-
qua cognoſcunt præſentia, quæ non præco-
gnouerunt futura, vt ſupra de cognitione An
q 57.ar.3. gelorum dictum eſt.*

Senſus quæſiti.

QVid nomine omnis cognitionis ſit intelligen dum, declaratur in textu.

Forma Textus.

DVplici præmiſſa diſtinctione cognitionis reſponde tur quæſito tribus concluſionibus: Prima diſtinctio eſt: Duplex eſt cognitio veritatis: Vna, quæ habetur per naturam, & alia, quæ habetur per gratiam. Secunda diſtinctio eſt: Cognitio, quæ habetur per gratiam, duplex eſt: Vna, quæ eſt ſpeculatiua tantùm, ſicut, cum alicui aliqua ſecreta diuinorum reuelantur: alia, quæ eſt affectiua producens amorem Dei: & hæc propriè per tinet ad donum ſapientiæ.

Prima concluſio: Cognitio, quæ habetur per naturá in dæmonibus, nec eſt ablata, nec diminuta: Probatur primò ratione: Nam hæc cognitio conſequitur ipſam naturam Angeli; ſed ab Angeli natura nihil ſubtrahi poteſt, vt ſic per ſubtractionem naturalium puniatur, ſicut homo punitur per ſubtractionem manus, aut alicuius huiuſmodi: ergo. Maior probatur: quoniam Angelus ſecundum naturam ſuam eſt quidam intellectus, vel mens: Minor verò probatur, quia ſimplex eſt Angeli ſubſtantia: ſecundò probatur concluſio auctoritate Dionyſij quarto capitulo de diuinis nominibus dicentis, bona naturalia in Angelis integra manere.

Secunda concluſio: Cognitio, quæ eſt per gratiam in ſpeculatione conſiſtens, non eſt à dæmonibus totaliter ablata, ſed diminuta. Probatur hæc concluſio primò quo ad priorem partem negantem eſſe totaliter ablatam: Quia de ſecretis diuinis tantum reuelatur dæmonibus quantum oportet, vel mediatibus Angelis, vel per ali qua temporalia diuina virtutis effecta, vt Auguſtinus aſſerat in ſecundo de Ciuitate Dei: Quo ad aliteram verò partem aſſerentem eſſe diminutam, probatur: Quia diuina ſecreta non ita reuelantur dæmonibus, ſicuti ſanctis Angelis, quibus plura, & clarius reuelantur in ipſo Verbo.

Vltima concluſio: Dæmones cognitione affectiua, quæ eſt per gratiam, ſunt totaliter priuati. Probatur: quia ſunt priuati charitate.

Expoſitio Textus.

PRo ſingularum concluſionum intelligentia no
Banes tanda ſunt, quæ ſcribunt hic Bānes, & Zume
Zumellus lius; ſunt enim ad eorum explicationem, ac defenſionem apprimè neceſſaria.

Præterea diligenter ponderanda ſunt Angelici noſtri Doctoris argumenta, & eorum ſolutiones, quæ mirificam, ac propè diuinam continent eruditionem.

Circa reſponſionem autem ad primum ſingu-

laritèr aduerte D. Thom. negare fœlicitatem Angeli in hoc eſſe poſitam, vt cognoſcat ſubſtantias ſeparatas: ex quo tamen inferri minimè poteſt Angelum malum nullam oblectationem, ſiue gaudiũ de ſui, vel aliorum Angelorum contemplatione ſentire. Nam gaudium aliquod ineſſe poſſe dæmonibus admittit S. D. infra articulo tertio, huius quæſtionis ad primum dicens gaudium, & dolorem de eodem eſſe oppoſita, atque ideò ſimul eſſe non poſſe, ſed ad diuerſa relata non oppoſ; ac proindè poſſe ſimul aliquem dolere de vno, & gaudere de aliquo, præſertim ſumendo dolorem, & gaudium, vt ſunt ſimplices actus voluntatis; ſic enim non ſolùm in diuiſis, ſed etiam in vna, & eadem re poteſt aliquid eſſe, quod volumus, & aliquid, quod nolumus: Sed, quamuis in dæmonibus ſit aliqua ratio gaudij, hoc ipſum tamen in eis eſt materia, & cauſa triſtitiæ, vt ſit eorum miſeria cõſumata; quemadmodum, vt perfecta ſit vndequaque ſanctorum beatitudo, nihil erit in eis, quod non ſit materia gaudij, vt explicat diffuse, & eleganter S. D. in tertio quol. art. 24. & in quarto ſent. diſt. 50. quæſtione ſecunda, articulo primo, quæſtiuncula prima. Videnda ſunt, quæ de hac materia latè ſcribunt Bannes, Zumellus, Molina, & alij ſupra q. 62. art. 1.

Dæmonũ gaudij.

S. Thom.

Bannes Zumellus Molina.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum voluntas Dæmonum ſit obſtinata in malo.

330 2 d.7.q.1. ar.1. Et ve ri.q.14 a.2. 1.& art.2. cor. Et ma lo q.16.ar tic.5. 231

D ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd voluntas dæmonũ non ſit obſtinata in malo. Libertas enim arbitrij ad naturam intellectualis naturæ pertinet, quæ manet in dæmonibus.* Sed libertas arbitrij per ſe, & prius ordinatur ad bonum, quàm ad malum: Ergo voluntas dæmonis non eſt, ità obſtinata in malo, quin poſſit redire ad bonum.

2 Præterea. Maior eſt miſericordia Dei, quæ eſt infinita, quàm dæmonis malitia, quæ eſt finita: à malitia autem culpæ ad bonitatem iuſtitiæ, nullus redit, niſi per Dei miſericordiam: Ergo etiam dæmones à ſtatu malitiæ poſſunt redire ad ſtatum iuſtitiæ.

3 Præterea. Si dæmones habent voluntatem obſtinatam in malo, maximè haberent eam obſtinatam in peccato, quo peccauerũt: Sed illud peccatum in eis, nunc non manet, ſ. ſuperbia, quia nec motiuũ manet, ſcilicet eius excellentia: Ergo dæmon non eſt obſtinatus in malitia.

4 Præterea. Gregor. dicit, quòd homo per alium reparari potuit, quia per alium cecidit: Sed dæmones inferiores per primum ceciderunt, vt ſupra dictum eſt.* Ergo eorum caſus per alium reparari potuit: ergo non ſunt in malitia obſtinati.

q. præced. art. 8.

5 Præ-

5 Præterea. Quicunq; eſt in malitia obſti- A natus, nunquam bonum opus operatur: Sed dæmon aliqua bona opera facit: confitetur enim veritatem, dicens Chriſto; Scio, quia ſis ſanctus Dei. Matthæi primo. Dęmones etiam credunt, & contremiſcunt, vt dicitur Iacobi tertio. Dionyſ. etiam dicit quarto capitulo, de Diuinis nominibus,* quod bonum, & optimũ concupiſcunt eſſe, viuere, & intelligere: Ergo non ſunt obſtinati in malitia.

L. 4 par. 4 parũ à medio, & non multũ ante finem.

Sed contra eſt, quod dicitur in Pſal. 73. Superbia eorũ, qui te oderunt, aſcendit ſemper: quod de dæmonibus exponitur: Ergo ſemper B obſtinati in malitia perſeuerant.

Reſpondeo: Dicendum, quòd Origenis* poſitio fuit, quòd omnis voluntas creaturæ propter libertatem arbitrij poteſt flecti, & in bonum, & in malum, excepta anima Chriſti, propter vnionem Verbi: Sed hæc poſitio tollit veritatem beatitudinis à ſanctis Angelis, & hominib. quia ſtabilitas ſempiterna eſt de ratione veræ beatitudinis: vnde, & vita æterna nominatur. Repugnat etiam authoritati Scripturæ ſacræ, quæ dęmones, & homines malos in ſupplicium æternum mittendos, bonos autem in vitam æternam transferendos pronuntiat. Vndæ hæc poſitio eſt tanquam erronea reputanda, & tenẽdum eſt firmiter ſecundũ fidem Catholicam, quòd, & voluntas bonorum Angelorum confirmata eſt in bono, & volũtas dę monum* obſtinata eſt in malo. Cauſam autẽ huius obſtinationis oportet accipere, non ex grauitate culpæ, ſed ex conditione naturę ſtatus. Hoc enim eſt hominibus mors, quod Angelis caſus, vt Damaſcenus* dicit. Manifeſtũ eſt autem, quòd omnia mortalia peccata hominum, ſiuè ſint magna, ſiuè ſint parua, ante mortem ſunt remiſſibilia, poſt mortem verò irremiſſibilia, & perpetuò manentia.

L. 1. peri archon. ca 6 à medio, &c. ſ tom 4.

D 151. 447.

Li 1. orth. fid cap. 4. in fine.

Ad inquirendum ergo cauſam huiuſmodi obſtinationis conſiderandum eſt, quòd vis appetitiua in omnibus proportionatur apprehẽ ſiuę, à qua mouetur, ſicut mobile à motore. Appetitus enim ſenſitiuus eſt boni particularis, voluntas verò vniuerſalis, vt ſupra dictũ eſt,* ſicut etiam ſenſus apprehenſiuus eſt ſingularium, intellectus verò vniuerſalium. Differt autem apprehenſio Angeli ab apprehẽſione hominis in hoc, quòd Angelus apprehendit immobiliter per intellectum, ſicut, & nos immobiliter apprehendimus prima principia, quorum eſt intellectus: homo verò per rationem apprehendit mobiliter diſcurrẽdo de vno ad aliud, habens viam procedendi ad vtrumque oppoſitorum. Vnde, & voluntas hominis adhæret alicui mobiliter, quaſi potens etiam ab eo diſcedere, & contrario adhærere: voluntas autem Angeli adhęret fixè, & immobiliter. Et ideò, ſi conſideretur ante adhæſionem, poteſt liberè adhærere, & huic, & oppoſito, in his, ſcilicet, quæ non naturaliter vult: Sed poſtquam iam adhęſit, immobiliter adhęret. Et ideo conſueuit dici, quòd liberum arbitrium hominis flexibile eſt ad oppoſitum, & ante electionẽ, & poſt: liberum autem arbitrium Angeli eſt flexibile ad vtrumq; oppoſitum ante electionem, ſed non poſt: Sic igitur, & boni Angeli ſemper adhærentes iuſtitiæ ſunt in illa confirmati, mali verò peccantes ſunt in peccato obſtinati. De obſtinatione verò hominum damnatorum infra dicetur.*

q 59 ar 4i

C

D

E

In 3. parte quam nõ abſoluit.

In cor. art.

Ad primum ergo dicendum, quòd boni, & mali Angeli habent liberum arbitrium, ſed ſecundum modum, & conditionem ſuæ naturæ, vt dictum eſt.*

Ad ſecundum dicendum, quòd miſericordia Dei liberat à peccato pœnitentes. Illi verò, qui pœnitentiæ capaces non ſunt, immobiliter malo adhęrent: & per diuinam miſericordiam non liberantur.

Ad tertium dicendum, quòd adhuc manet in diabolo peccatum, quo primo peccauit, quantum ad appetitum, licèt non quantum ad hoc, quòd credat ſe poſſe obtinere: Sicut ſi aliquis credat, ſe poſſe facere homicidium, & velit facere, & poſtea adimatur ei poteſtas, nihilominus voluntas homicidij in eo manere poteſt, vt velit feciſſe, vel velit facere, ſi poſſet.

Ad quartum dicendum, quòd non eſt tota cauſa, quare peccatum hominis ſit remiſsibile, quia alio ſuggerente peccauit. Et ideo ratio non ſequitur.

Ad quintum dicendum, quòd actus dęmonis eſt duplex. Quidam ſcilicet ex voluntate deliberata procedens: & is propriè poteſt dici actus eius. Et talis actus dœmonis, ſemper eſt malus: Quia, etſi aliquando aliquod bonum faciat, non tamen benefacit. Sicut dum veritatẽ dicit, vt decipiat, & dum non voluntariè* credit, & confitetur, ſed rerum euidentia coactus. Alius autem actus dęmonis eſt naturalis, qui bonus eſſe poteſt, & atteſtatur bonitati naturę. Et tamen tali bono actu abutuntur ad malũ.

p. 605.

Senſus quæſiti.

VOcabulum obſtinationis quandoque nomen eſt culpæ, & quandoque pœnæ. Si namque ſignificet firmum propoſitum peccandi perpetuò, vox eſt culpæ; quo ſenſu non accipitur hic obſtinatio; quia de pœna differit hæc vltima quæſtio, non de culpa. Si verò priuationem importet diuinę gratiæ, cuius virtute peccator à culpa reſurgit, & bonum aliquod operatur, ſic nomen eſt pœnæ, quæ

à Deo.

à Deo eſt gratiam prædictam in termino peccantibus iuſtis, ſine ſubtrahente, & de hac quærit hic ſecundus articulus.

Forma Textus.

Refert primo S.D. & confutat opinionem Origenis, deinde tribus concluſionibus reſpondet quæſito: Origenis opinio, ſiue poſitio fuit, voluntatem omnem creaturæ propter libertatem arbitrij poſſe flecti in bonum, & in malum excepta anima Chriſti propter vnionem Verbi: Hanc opinionem dupliciter confutat S.D. primò ratione deducente ad inconueniens: Quia poſitio hæc tollit veritatem beatitudinis à Sanctis Angelis, & hominibus; ergo eſt erronea. Probatur hoc antecedens: quia beatitudo vita æterna nominatur. Secundò confutatur eadem opinio auth. Sacræ ſcripturæ: quæ dæmones, & homines malos in ſupplicium æternum mittendos, bonos autem in vitam æternam transferendos pronunciat Matth. 25.

Prima concluſio: Tenendum eſt firmiter ſecundum fidem catholicam, quòd voluntas bonorum Angelorum confirmata eſt in bono, & voluntas dæmonum obſtinata eſt in malo. Hæc probatur eiſdem argumentis, quibus fuit reiectus error Origenis, & illis etiam, quibus probantur duæ ſequentes concluſiones.

Secunda concluſio: Cauſam (ſ. proximã) obſtinationis dæmonis oportet accipere; non ex grauitate culpæ, ſed ex conditione naturæ ſtatus. Probatur: Hoc eſt Angelis caſus, quod hominibus mors: ſed omnia mortalia peccata hominum, ſiue magna ſint, ſiue parua, ante mortem ſunt remiſſibilia, poſt mortem verò irremiſſibilia, & perpetuò manentia; ergo cauſam obſtinationis Angeli mali oportet accipere, non ex grauitate culpæ, ſed ex conditione naturæ ſtatus. Maior probatur auth. Damaſceni lib. 2. orth. fidei cap. 4.

Tertia concluſio: Cauſa (ſ. principalis) obſtinationis dæmonis eſt immobilitas apprehenſionis. Probatur: Vis appetitiua in omnibus proportionatur apprehenſiuæ: ſed Angelus apprehendit immobiliter per intellectum; ergo voluntas Angeli, poſtquam adhæſit, fixè & immobiliter adhæret. Maior probatur primò: Quia vis appetitiua mouetur ab apprehenſiua, ſicut mobile à motore; ergo. Secundò probatur: in vtroque appetitu ſequente cognitionem, ſcilicet, ſenſitiuo, & intellectiuo, qui eſt voluntas: Quia, ſicut ſenſus apprehenſiuus eſt ſingularium, intellectus verò vniuerſalium, ſic appetitus ſenſitiuus eſt boni particularis, voluntas verò vniuerſalis: Minor verò probatur ex conuenientia, et differentia inter apprehenſionem Angeli, & apprehenſionem hominis: Quoniam Angelus apprehendit immobiliter per intellectum, ſicut nos immobiliter apprehendimus prima principia, quorum eſt intellectus; homo verò per rationem apprehendit mobiliter diſcurrendo de vno in aliud habens viam procedendi ad vtrumq; oppoſitorũ.

Poſtremò declaratur concluſio deducta ex differentia inter voluntatem hominis, & voluntatem Angeli in adhærendo rei ſemel electæ; quæ differentia ſequitur euidenter ex probatione minoris. Voluntas enim hominis poſt electionem adhæret alicui mobiliter, quaſi potens ab eo diſcedere, & contrario adhærere; ſed voluntas Angeli, poſtquam tam adhæſit, immobiliter adhæret, licèt antè adhæſionem poſſit liberè adhærere, & huic, & oppoſito, in his dumtaxat, quę non naturaliter vult. Probatur hęc differentia ex communi dicto, nimirum, quòd liberum arbitrium hominis eſt flexibile ad oppoſitum antè electionem, & poſt, liberum autem arbitrium Angeli eſt flexibile ad vtrumq; oppoſitum antè electionem, ſed non poſt.

Expoſitio Textus.

ORigenem in ea fuiſſe ſententia, quam illi tribuit S.D. in textu probant hic recentiores, ac præſertim Bannes, Zumellus, & Molina productis multis patrũ teſtimonijs; quamuis Origenes, vt hic aduertit Valẽtia eius lib. 1. Periarchon cap. 6. ſententiam illam ſe proferre dixerit cum magno metu diſcutiendo magis, ac pertractando, quam pro certo, ac definito quidquam ſtatuendo. Nec defuerunt viri magni nominis, quib. placuit Origenem ab hoc errore vendicare, quos referunt expoſitores prædicti. Bannes. Zumellus. Molina. Valentia.

Deindè notanda ſunt, quæ tradunt de nomine, & ratione obſtinationis Zumellus in ſua q. 1. & Vaſquez in ſua diſp. 239. cap. 1. Zumellus. Vaſquez.

Præterea notanda ſunt, quæ ſcribunt hic Bannes ante primum dubium, & Zumellus in ſua prima quæſtione de impœnitẽtia, damnatione, & obſtinatione dœmonum; His enim Origenis error confutatur, & veritas fidei prima concluſione ſignificata roboratur. Bannes. Zumellus.

Poſtremò circa ſecundam, & tertiam concluſionem notanda eſt cum Caietano differentia cauſæ proximæ, & principalis, quam in dictis concluſionibus ad maiorem expreſſionis claritatem explicat autem eam ſubtiliter, ac erudite Caietanus ſenſum vtriuſque concluſionis aperiens. Cai.

Prima Controuerſia.

De cauſa, & modo obdurationis, ſiuè obſtinationis dæmonum, ac cęterorum omnium damnatorum.

Sententiæ Doctorum.

OMiſſis antiquorum Theologorum ſentẽtijs, quas refert, & confutat S.D. in ſecundo ſententiarum diſt. 7. quæſt. 1. articulo ſecundo, & expoſitores ſuper hoc articulo, eas hic tantùm referemus, quas poſt Scotum extranei Sancti Doctoris expoſitores doctrinæ textus aduerſi friuolis quibuſdam, ac aliàs ſæpè ſolutis argumentis innixi docuerunt. S. Thomas.

Scotus igitur in ſecundo, diſtinctione ſeptima, q. 1. prima reiecta tertia concluſione, & probatione D. Th. docet propriam, ac ſolam obſtinationis cauſam in Angelis eſſe negationẽ diuini auxilij, cuius defectu nequeunt dœmones per veram, & fructuoſam pœnitentiam à prana ſua voluntate, & à peccato recedere, & ad Deum conuerti: ſed tamen Angelicam voluntatem eſſe natura ſua flexibilem. Quam ſententiam ſequutus eſt Durandus eadem diſt. q. 2. & Molina ſuper hoc articulo diſp. 2. Vbi dicit quatuor. Scotus. Durand. Molina.

Primum

Primum eſt: dæmones poſtquam damnati, & puniti ſunt, ideò eſſe in malo obſtinatos, vt reſurgere non poſsint à peccatis per pœnitentiam, quia Deus in pœnam delictorum, quæ commiſerunt, conſtituit nunquam cum illis concurrere per gratiæ auxilium, ſine quo nulla creatura reſurgere valet à peccatis: ſeque ipſam diſponere ad gratiam.

Secundum eſt: Deum in pœnam quorundam delictorum ſtatuiſſe nunquam concurrere cum illis concurſu generali ad actum pœnitentiæ, & doloris naturalis, qui ſit actus bonus moralis.

Tertium eſt: dæmones experientia acerbiſsimorum cruciatuum, quibus ob ſua delicta, tam acriter ſe puniri à Deo cognoſcunt abſque vlla ſpe euadendi, tantum concipere odium contra Deũ, vt difficilè admodum poſsint elicere dolorem, & pœnitentiam naturalem de peccatis, qui eſſet actus bonus moralis, præſertim, cũ repleti ſint omni iniquitate, & deſtituti omni bono, & auxilio ſupernaturali, &c.

Quartum eſt, hanc eandem eſſe cauſam, & radicem obſtinationis, animarum, & hominum damnatorum: Eandem Scoti ſententiam ſequitur Valentia, ſuper hoc articulo, & Vaſquez diſput. 240. cap. 7. & addit primò quinque congruentias ex doctrina Patrum, cur Angeli veniam à Deo non fuerint conſequuti poſt peccatum, ſicut homo; quas ferè omnes, vt minùs ſufficientes reijcit Sanctus Doct. in 2. ſentent. Secundò addit Sanctum Thom. Capreolum, Caietanum, & alios Diui Thomæ diſcipulos noluiſſe tantam perſpicuitatem Angelo concedere, vt nunquam poſſet iudicare contrarium poſt electionem, & priorem retrahere ſententiam, & voluntatem mutare, ſed hoc tãtum ſignificare voluiſſe, videlicet, Angelum propter ſummam velocitatem, & perſpicacitatem in operando tali promptitudine, vt plurimum operari, vt vix corrigatur: & ideo Deum ſeruantem proportionem debitam cum eius natura, & attendentem ad omnes cauſas lapſus ipſius ei pœnitentiam nõ conceſsiſſe, ſed congruè ſatis negaſſe.

Valentia. Vaſquez.

Peſantius Malonius

Eãdem Scoti ſententiam ſequitur Peſantius ſuper hoc articulo. Malonius in ſecundo, diſt. 6. diſput. 13. duo dicit: Primum eſt cauſam obſtinationis dæmonum à Scoto aſsignatam eſſe bonam, ſed minimè ſufficientem. Secundum eſt, cauſam immediatam, & adæquatam obdurationis dæmonum eſſe, quia ſunt in termino.

Zumellus

Zumellus decem propoſitionibus ſententiã ſuã declarat: Prima propoſitio eſt: Obſtinatio damnatorum non prouenit ex ſola naturæ inflexibilitate, neque ex ſola natura ſtatus in termino, ſed ex vtroque ſimul.

Secunda propoſitio: Dæmonum obſtinatio nõ ſolum includit denegationem diuini auxilij, ſed etiam quandam duritiem, prauamque affectionẽ voluntatis, qua dæmones immobiliter adhærent malo fini, in quem ſe retulerunt in vltimo inſtanti viæ, & odio habent Deum.

Tertia propoſitio: Dæmones ſunt obſtinati in malo, quia ſemper ſunt in actuali odio Dei, quod ſemper in eis perſeuerat, eo quod damnati perpetuò, & neceſſariò ſunt in actuali cognitione ſui miſeri ſtatus, & pœnarum, & culpæ, propter quam patiuntur cognoſcentes principalem cauſam, à qua patiuntur eſſe Deum, & carentes omni ſpe mitigationis, & remiſsionis pœnarum. Has habet Zumellus in prima ſua quæſtione, quibus in quęſtione quinta tres alias adiungit. Eſt igitur quarta propoſitio: Si intelligeremus Angelos immediatè poſt primum actum plenè deliberatum ex Dei cõſilio (ſi ille facere ita voluiſſet) non fuiſſe conſtitutos in termino, non manerent omnino confirmati in bono. Quinta propoſitio: Ratio aſsignata à D. Tho. in quarto cont. gent. capit. 95. incidit in opinionem Marſilij de obſtinatione dæmonum: Sexta propoſitio. Si ſermo ſit de Angelo ſecluſo omni ſtatu damnationis, aut beatitudinis, non videtur neceſſarium omnino ita Angelum eſſe inflexibilẽ, & immutabilem in eo, quod elegit, vt non poſſet mutare electionem; cum difficultate tamen id poſſet facere, maximè ab intrinſeco, & quando electio procedit cum totali determinatione iudicij, & præcipuè ſi verſetur circa finem vltimum. In tertia verò ſua quæſtione quatuor alias addit propoſitiones: Eſt igitur ſeptima propoſitio: Diſſonum eſt fidei dicere animam poſt ſeparationem à corpore eſse in ſtatu merendi, vel demerendi; ac proinde anima damnati in primo inſtanti, in quo à corpore ſeparatur, ſeu per primum actum, quem elicit in primo inſtanti ſeparationis, non demeretur. Octaua propoſitio eſt. Obſtinatio animæ damnatę procedit ex natura ſtatus in termino ad eundem modum, quo Dæmonibus conuenit obſtinatio, vt ante diximus; quia nimirum ſemper ſunt in actuali odio Dei, &c. Nona propoſitio eſt: Anima damnati in ſtatu illo ſeparationis non fit arbitrio inflexibilis intrinſecè per illum actum, quem elicit primò. Decima propoſitio: Obſtinatio in animabus damnatorum referenda eſt in operationes, quas animæ illæ in via habuerunt, quibus ſe ſe in prauum finem retulerunt, adiuncta natura ſtatus in termino. Vnde prana illa affectio, quam anima egrediens à corpore ſecum portat, conuertitur quaſi in eius naturam, non ratione primæ illius operationis, quam anima habet in ſtatu ſeparationis, ſed ob id, quod anima damnati cõſtituitur in ſtatu termini, qui proinde dicitur ſtatus quietis in fine, ad quem talis anima ſe deliberatè applicauit, quando erat in via.

Ab his omnibus opinionibus longè differt ſententia D. Thom. inferius explicanda; quam ſequũntur, & pro poſſe tuentur antiquiores eius diſcipuli, videlicet Capreolus in 2. ſentent. diſt. 7. quęſt. 1. Caietanus ſuper hoc articulo, & Ferrarienſis in 4. cont. gent. cap. 95. & Bannes hic dubio 1. & alij iuniores; inter quos diſſenſio tãtum eſt de cauſa obſtinationis animæ ſeparatæ. Capreolus enim loco prælegato ad argumenta Scoti tertio loco notata contra ſecundam concluſionem, in ſolutione ſeptimi argumenti negat animam in primo inſtanti ſeparationis à corpore demereri: Cuius ſententiam omnes alij ſequuntur expoſitores Caietano tantum, & Ripa exceptis: ſed tamen Ripa non audet

S. Thomas

Capreolus Caietanus Ferrarien. Bannes

Ripa.

det oppoſitum apertè ſuſtinere. Caietanus autem perſpicuè docet animas damnatorum demereri, vt in termino in primo ſeparationis inſtanti: Porrò Capreolus affirmat animam coniunctam eſſe cauſam ſuæ obſtinationis in fieri; & in potentia propinqua, producendo, dum eſt in corpore, habitum peruerſum in intellectu, & in voluntate per actus vitioſos, ſed in inſtanti ſeparationis reddere ſe obſtinatam in facto eſſe completè per incipientem tunc immobilem apprehenſionem, & appetitum reſpectu finis peruerſi: Quam ſententiam ſequitur Ferrarienſis in allegato capitulo 95. ſed eam Bannes, Zumellus, & alij recentiores impugnant.

Ferrarien. Bannes. Zumellus

Reſolutio.

Tres eſſe cauſas obſtinationis Dæmonum, ex quibus prima, quæ eſt immobilitas apprehenſionis intellectus, & adhæſionis voluntatis, explicatur, & rationibus confirmatur.

DVæ ſunt huius controuerſiæ partes in inſcriptione propoſitæ ſimul ob materiæ connexionem examinandæ, Altera, quæ præcipua eſt, obſtinationis dæmonum cauſas inquirit. Altera huic neceſſario doctrinæ vinculo colligata difficultatẽ de cauſa obſtinationis hominum, ſiue animarum damnatarum adiungit. Principio verò mens Angelici noſtri Doctoris hic veluti ſcopus argumentorum, ſiue probationum iaculis feriendus legentium eſſe oculis proponenda; ſic enim diſputationis huius noſtræ curſus, & efficacitas erit apertior. Tres igitur cauſas obſtinationis Dæmonum frequenter aſsignat S. Tho. Prima eſt immobilitas apprehenſionis intellectus, & adhæſionis voluntatis, ſecunda eſt natura ſtatus Angeli exiſtentis in termino; tertia eſt ſubtractio diuinæ gratiæ, per quam reuocentur à malo primæ auerſionis: Primã cauſam S. D. nominat intrinſecam; terciam verò appellat extrinſecam, vt patet in quæſtione 16. de malo artic. 5.

Tres cauſæ obſtinationis. 3. Thom.

Vbi poſtquam dixit mutari in nobis liberum arbitrium ex cauſa intrinſeca, & ex cauſa extrinſeca proſequens primam partem, & oſtendens liberum arbitrium Angeli ex intrinſeca cauſa, non eſſe mutabilem, ita loquitur.

Sicut immobiliter nos habemus in cognitione primorum principiorum, ita intellectus eorum (ſcilicet Angelorum) immobiliter ſe habet circa omnia, quæ naturaliter cognoſcit. Et quia voluntas proportionatur intellectui, conſequens eſt, quod voluntas etiam eorum naturaliter ſit immutabilis circa ea, quæ ad ordinem naturæ pertinent: Verum eſt autem, quòd ſunt in potentia reſpectu motus in ſupernaturalia, ſiue per conuerſionem, ſiue per auerſionem. Vnde hæc mutatio in eis eſſe poteſt, vt de gradu naturæ ipſorum moueantur in id, quod eſt ſupra naturam conuertendo ſe, vel auertendo. Sed quia omne, quod aduenit alicui, aduenit ei ſecundum modum ſuæ naturæ conſequens eſt, vt immobiliter Angeli perſeuerent vel in auerſione, vel in conuerſione reſpectu ſupernaturalis boni. Ex parte verò extrinſecæ immutabiles ſunt vel in bono, vel in malo poſt primam electionẽ; quia tunc finitur in eis ſtatus viatoris; vnde non pertinet ad rationem diuinæ ſapientiæ, vt vlterius dæmonib. gratia infundatur, per quã reuocentur à malo primæ auerſionis, in qua immobiliter perſeuerant: & ideo, quãuis diuerſa eligant per liberum arbitrium, in omnibus tamen peccant; quia in omni eorum electione permanet vis primæ electionis ipſorum. Et in reſponſione ad tertium cauſam hanc extrinſecam magis declarans ait: *Deus eſt cauſa ſtatus Angelorum, in quo ſũt obſtinati in malo, non quidem ſicut cauſando, vel conſeruando malitiam, ſed ſicut non impartiendo gratiam: ſic enim dicitur aliquos indurare ſecundum illud Rom. 9. cuius vult, miſeretur, & quem vult, indurat.* Hæc ibi S. D. Quam etiam doctrinam tradit de Ver. q. 24. art. 10. in fine corporis additis reſponſionib. ad 4. & ad 16. Tres prædictas cauſas obſtinationis Dæmonũ recenſet etiã Capr. in reſpõſiones ad 6. arg. Scoti ex ijs, quæ tertio loco producit contra ſecundam concluſionẽ in allegata q. 1. eandẽ doctrinã ſequuntur, & explicant Bannes dubio primo, & Zumell. q. ſua 2. quamuis ibi, & in q. 5. nonnulla dicat, quæ nec alijs eiuſdẽ expoſitoris aſſertis, nec doctrinæ D. Th. nec veritati conſona videntur. Sed operæpretiũ eſt de ſingulis iã dictis obdurationis cauſis diſtinctè, lateq; differere, vt ex agnita veritate valeant ea, quæ recentiores fruſtra multicãt, & ex antiquioribus aduerſarijs petita repetunt argumenta diſſolui.

Capreol. Bannes. Zumellus

Eſt igitur obſtinationis dæmonũ prima cauſa immobilitas apprehenſionis intellectus, & adhæſionis voluntatis. Quam in duas diſtinguit S. D. de verit. q. 24. art. 10. vbi ſic loquitur: *Patet igitur ex prædictis, quod cauſa confirmationis dæmonum in malo ex tribus dependet, ad quæ omnes rationes à Doctoribus aſsignatæ reducuntur. Primũ eſt, & principale diuina iuſtitia (ſ. ſubtrahens gratiam) vnde pro cauſa obſtinationis eorum aſsignatur, quod, quia per alium non ceciderunt, nec per aliũ reſurgere debent, vel ſi quid aliud eſt huiuſmodi: quod ad cõgruentiam diuinæ iuſtitiæ pertineat. Secundum eſt indiuiſibilitas appetitiuæ virtutis. Vnde quidam dicunt, quod, quia Angelus ſimplex eſt, ad quod ſe conuertit, totaliter ſe conuertit, quod intelligi oportet non de ſimplicitate eſſentiæ, ſed de ſimplicitate, quæ diuiſionẽ potẽtiarũ non vnius generis tollit; Tertiũ eſt intellectiua cognitio. Et hoc eſt, quod quidam dicunt, quod ideò Angeli irreparabiliter peccauerũt, quia peccauerunt contra intellectum Deiformem.* Hæc ibi.

Ad ampliorem autem huius partis euidentiam præſuppoſito diſcurſu S. D. in hoc art. conſiderandum primò eſt ex D. Tho. de malo q. 16. art. 5. cognitionem, & electionem Angelorum circa ſupernaturalia modum habere cognitionis, & electionis, ſiue volitionis eorum circa naturalia, quoniã omne, quod aduenit alicui, aduenit illi ſecundum modũ ſuæ naturæ, vt ibidem ait S. D. Quamobrẽ, vt hic ſcitè Caietanus aduertit, duabus propoſitionibus veluti fundamentis innititur ſententia D. Tho. Prima propoſitio eſt: Angeli notitia, ſiue apprehenſio, & electio, ſiue volitio eſt immobilis. Secunda verò eſt: Supernaturalis cognitio, & electio, ſiue volitio conuenit Angelo per modum naturæ

Caietanus

turalis. Primam propoſitionem quo ad priorem partem probat S. D. in textu ex conuenientia, & differentia inter apprehenſionem hominis, & Angeli, vt patet; Quo ad alteram verò partem probatur: quia vis appetitiua in omnibus proportionatur apprehenſiuæ, &c, vt habes in littera. Cum autem in aſſignanda differentia inter cognitionem hominis, & Angeli negat S. D. Angelum apprehendere mobiliter diſcurrendo de vno in aliud, de diſcurſu loquitur non ſolùm in actu, ſed etiam in potentia. Ideò namque cognitio, ſiue apprehenſio alicuius intelligentis veré, & ſimpliciter eſt immobilis, quoniam, vt talis eſt intelligentis, nec actu terminat, nec terminus eſſe poteſt diſcurſiuæ notitiæ: Ideò verò diſcurſu caret Angelorũ cognitio, quia congenita naturaliter eſt eorum intellectibus magis, quàm intellectui noſtro ſit primorum principiorum notitia naturalis; vt patet ex doctrina Ariſt. in 2. poſter. cap. vltimo; vbi modus explicatur generationis notitiæ principiorum in intellectu noſtro. Cum itaque ſit Angelicæ naturæ congenita perfectè notitia rerum omnium naturaliter ab eo cognoſcibilium, conſequens ſit, eius intellectum non ſolum carere diſcurſu tam in actu, quã in potentia, ſed etiam vicisſitudine, ſiue mutabilitate ex vna cognitione, vel iudicio in alteram oppoſitam cognitionem, & iudicium: Ad ſolam enim acquirendam notitiam cognoſcenti minimè congenitam neceſſarius videtur eſſe diſcurſus, vt hic etiam aduertit Caietanus.

Ariſt.

Caiet.

Quo ad alteram verò partem, ſcilicet electionem, ſiue volitionem probatur in textu prima propoſitio; Quia vis appetitiua in omnibus proportionatur apprehenſiuæ: Angelus autem apprehendit immobiliter, &c.

Secunda verò propoſitio probatur ex principio paulò ante notato ex q. 16. de malo art. 5. quia, ſcilicet omne, quod aduenit alicui, aduenit ei ſecundum modum ſuæ naturæ, ſiue, quod idem eſt, vnũ quodq; recipitur in aliquo per modum recipientis; atq; ideò gratia, ſiue donum quodcunque gratuitũ, & ſupernaturale naturam perficit intellectiuam, & rationalem modo tali naturæ conformi, eodem enim modo ſupernaturalia cognoſcimus, quo naturalia, ſcilicet componendo: & diuidẽdo, ac diſcurrendo, & cum iudiciorum etiam oppoſitorum vicisſitudine cognoſcendo: cuius oppoſitus modus eſt Angelicæ ſubſtantiæ naturalis.

Immobilitatem Angeli ſequi ad iudicium tantum perfectum, practicum particulare, & vltimum, non autem ad vniuerſale.

Iudicium perfectum & imperfectũ duplex

SEcundò notandum eſt duplicem eſſe apprehenſionem, & iudicium Angeli: alterum imperfectum, & incompletum, alterum verò perfectũ, atque completum: Quæ differunt; quia perfectum, completumq; iudicium plenam exigit in puro viatore nondũ in gratia confirmato libertatem, non ſolum ad hoc, & illud appetendum, & operandũ, ſed etiam ad bonum, & malum eligendum, aut amãdum: Si verò ſit viator ad bonum, ſolum determinatus, nec tamen in gratia confirmatus, non erit perfectum de bono diligendo, aut eligendo iudicium: Poterit tamen etiam ex alia cauſa incompletum eſſe iudicium in Angelo minimè viatore, ſiue bono, ſiue malo, nimirum ex imperfecta rei, de qua iudicandum eſt, cognitione; vt patet in demone modo Chriſti mortem procurante, modo diſſuadente, & in duobus Angelis apud Danielẽ, quibus diuerſorum populorum cura fuerat demãdata pugnantibus, ac de diuina voluntate contraria, vel imperfectè iudicantib. vel ſaltem incerta, dubiaque cognitione fluctuantibus.

Quid ſit perfectum iudicium.

Perfectæ verò apprehenſionis, aut iudicij perfecti nomine non eſt ſolũ apprehenſio, & iudicium intelligendum eſt, quod in actu ſecundo perfectũ eſt; quale fuit iudicium bonorum Angelorum in inſtanti ſecundo, ſed illud etiam, cuius perfectio poſita eſt in plena perfectaq; libertate, & facultate iudicantis, licet non ſit actu perfectum, ſed deficiens ob liberum voluntatis defectum, quæ, cum potuerit, ac debuerit virtutem intellectus ſplendiſſimam ad omnium cõditionum; & circumſtantiarum obiecti conſiderationẽ applicare, vt ex illis omnib. cumulatè ſumptis, ac plenè perpenſis iudicium ferret, vim ipſam intellectiuam in vnius præcipuæ circumſtantiæ, puta finis conſiderationẽ deficientem, impulit in iudicium, atque ita ſemetipſam etiam medio intellectu mouit ad eligendum inordinatè, ſicut accidit malis, Angelis vt patet in quæſt. præcedente: Vt ergo ſit completum in puro viatore nondum in gratia confirmato de re aliqua diligenda, vel eligenda iudicium, duo ſunt ei quam maximè neceſſaria, ſcilicet plenitudo illa dicta libertatis, & perfecta, ideſt certa, ac minimè dubia de re diligenda, aut eligenda cognitio, vel actualis, vel quæ poſita ſit in plena, perfectaq; facultate iudicantis. Et quoniam, vt ait S. D. in textu vis appetitiua in omnibus proportionatur apprehenſiuæ, eadẽ erunt omninò neceſſariæ conditiones, vt ſit completa dilectio, vel electio. Cum itaq; dicimus apprehẽſionem, ſiue iudicium, & electionem eſſe immobilem, de iudicio, & electione perfecta ſermo eſt in ſenſu iam dicto: Quæ etiam intendiſſe videntur Capreolus, Caietanus, Ferrarienſis, & alij recentiores Thomiſtæ, ficq; perfectum iudicium diſtinguitur contra imperfectum, quod ſcilicet nec fuit, nec potuit eſſe perfectum, quale fuit iudicium dæmonis in paſſione Chriſti, & Angelorum apud Danielem.

Capreol. Caietanus Ferrarien.

Tertiò ſciendum eſt duplicem eſſe notitiam; alteram ſpeculatiuam, & alteram practicam. In ſpeculatiua cognitione tria conſideramus. Primum eſt vſus, ſiue applicatio vnius, vel plurium ſpecierum ad intelligendum, & hæc poſita eſt in facultate libera voluntatis, vt patet ex ſupradictis de cognitione Angelorum. Secundum eſt apprehenſio, & iudicium, quod ex applicatione conſequitur; & hoc nullam habet à voluntate dependentiam, ſed perfectionem habet ſibi naturaliter congruentem iuxta menſuram, ſiue proportionem intellectiuæ virtutis, ac repræſentationem ſpecierum, quæ ſimul cum intellectu principia ſunt intelligendi.

ſpeculatiua cognitionis immobilitas

Tertium est immobilitas, quæ in eo posita est, vt intellectus præsertim Angelicus, de quo loquimur, applicatus ad intelligendum, & iudicandum idem semper de eodem obiecto iudicium proferat: Nam, & si mutari possit obiectum, aut actus circumstantiæ, ac proinde tunc mutari necesse sit iudicium quasi materialiter, vt sit rei, nunc aliter, quàm prius existenti, conforme, formaliter tamē ideſt in ordine ad idem obiectū, inuariabile semper est: exempli gratia, Luna nunc existente in tali oppositione respectu Solis iudicat intellectus eam ecclipsari, sed post horam oppositione remota iudicabit eam non ecclipsari, nō tamen variabitur formaliter intellectus iudicium, quia nō est idem obiectum vtriusque iudicij; obiectum enim primi iudicij est Luna existens in tali oppositione obiectum autem secundi iudicij est Luna remota à tali oppositione, vt autem sit immobile iudicium intellectus creati, non exigitur vt res mutari non possit, sed vt re immutata manente, aut considerata secundum eandem rationem, & conditiones, siue circumstantias, idem de ea ferratur ab intellectu iudicium, siue illud sit practicum, siue speculatiuum.

Iudicij practici immobilitas.

Et ex hoc elucet immobilitas illius iudicij dæmonum, ex quo sequuta est electio peccaminosa. Fuit.n. illud iudicium talis eligibilis, non verò talis possibilis, nisi negatiuè; quia.f. appetitam excellentiam non iudicauit impossibilem: Quamuis autem nūc dæmones excellentiam illam sibi iudicent impossibilem, non ideo tamen mutatū est eorum iudiciū, quia nulla in eis facta est mutatio de iudicio positiuo in iudiciū positiuū, & multò minus de vno oppositorum iudicio in aliud oppositū; & perseuerat in eis idem iudiciū de eadem excellentia sibi concupiscenda, aut eligenda: Iudicant.n. dæmones omnes eligendam, vel appetendam esse sibi propriam excellentiam absq; ordine, siue recursu ad diuinam misericordiam supernaturalē, ita vt negatio illa debiti ordinis, siue recursus nō sit conditio se tenens ex parte obiecti, cū eo.f. apprehensa, & volita, sed sit tantū modus electionē concomitans, & incōsiderationē consequens; quæ inconsideratio, licèt non sit in dæmonibus speculatiuè, eorum tamen iudicium practicum vbiumū semper concomitatur, atque ita manere dicitur in eis affectiuè; Semper.n. suam illam appetunt excellentiā cum illo defectu considerationis in iudicio practico: quia non solùm affectio illa, sed etiam iudicium illud practicum cum sua conditione, & defectu iam factū est dæmonibus naturale; cuius radicem in quinto notabili proferemus.

causa Immobilitatis voluntatis.

Practica verò notitia duplex est: Quædam vniuersalis, quæ bonitatem obiecti considerat cum omnib. circumstantijs ad eius bonitatē concurrētibus; & hæc in omnib. Angelis tam bonis, quàm malis non minus perfecta fuit, quàm speculatiua cognitio: Nā practica simul, & speculatiua scientia fuit Angelis indita, cum sit vnus in eis habitus speculatiuus eminenter, & practicus: Cū itaq; sit hæc Angelo notitia naturalis, omni voluntaris eius actu libero priorem esse necesse est; nec tamen ab ea sola pendet immobilitas voluntatis, vt minus conſiderate dicunt Bannes dubio primo, & Zumellus q. 2. ad secundum argumentum: alioquin vel omnis Angelorum electio recta fuisset, vel, si mala fuisset, ex defectu notitiæ practicæ in particulari corrigi, & emendari facile potuisset; quoniam ex eo particulari iudicio non esset immobilis, cum tamen ex eo sit hæc electio particularis, & nouæ iudicio practicæ cognitionis vniuersalis.

Bnesij & Zumelli dictū reijcitur.

Quædam igitur est notitia practica particularis, quæ non solùm intuetur obiecti bonitatem cū circumstantijs ex parte obiecti se tenentibus, sed etiam modum, quem hic, & nunc debet obseruare voluntas in eligendo. Hæc itaque notitia siue iudiciū non fuit in Angelo prauaricatore perfectum, si de perfectione sermo sit in actu secundo, sic enim nullus Angelorum vnquā peccasset, perfectum tamen illud appellant Capreolus, Caietanus, & alij perfectione non actuali, sed possibili, ex plena perfectaq; libera facultate, qua potuerunt Angeli bonitatem obiecti cum omnib. circumstantijs, & modis hic, & nunc illi congruentibus considerare, & certam, ac indubitatam eius rectitudinem intueri, & secundum eam eligere. Sed quia liberè considerationem circumstantiæ finis omiserunt, ideò grauissimè peccauerunt.

Capreol. Caiet.

Quartò considerandum est proximam electionis, siue volutionis regulam esse notitiam, siue iudicium practicum vltimū; ex cuius rectitudine, vel obliquitate, siue defectu recta dicitur, aut obliqua, siue deficiens electio voluntatis. Sed dicunt Bānes, & Zumellus apprehensionem, siue iudiciū hoc particulare regulam quidem esse operationis ad ipsum consequentis, non tamen esse regulam simpliciter loquendo voluntatis, eo quod tale iudicium pendet à voluntate: Quæ ratio nullius est omnino valoris; nam & si pendeat iudicium illud quo ad exercitium ab actu voluntatis, ab eo tamē è contra dependet actus voluntatis quo ad specificationem, ex qua sola conuenit vni actui ratio regulæ respectu alterius; Regula namq, exēplar est, vnde species, & forma desumitur exemplari; constat autem obiectum ab intellectu voluntati proponi, vt extrinsecam eius formam, & rationem agendi, & veluti finem, exemplar, & regulam operandi, ex qua speciem non solùm naturalem, sed etiam moralem trahit operatio voluntatis. Cum autem actio voluntatis hic, & nunc elicita, vt hæc electio est, ex sola deriuari nequeat apprehensione, siue iudicio practico vniuersali, necesse est prius natura saltem, & in ordine suæ causalitatis in intellectu iudicium practicum formari particulare dictans bonum hoc, hic, & nunc esse diligendum, aut eligendum.

Regula proxima electionis Bānesij, & Zumellistarum cōfutatur.

Quod autē à voluntate moueatur quod ad exercitium intellectus ad tale iudicium, impertinens est, & merè per accidens in re præsenti; quia ratio regulæ, sicut ex tali motione non sumitur, ita nec ex tali motione passiua tollitur ab eo intellectus iudicio particulari: Quomodo verò se ipsum mouent, & mouēdo præueniat actus intellectus, & voluntatis, explicauimus satis accurate supra q. 19. art. 10.

Ex

Corollar. Ex dictis ſequitur aduerſus prædictos expoſitores immobilitatem iudicio practico vltimo conuenire per ſe primò, & per illud voluntati: Non enim duo ſunt hic iudicia realiter diſtincta propriè cõputanda, quorum alterum ſit vniuerſale, & alterũ particulare, ſicut nec in Socrate diuerſus eſt homo realiter ab hoc homine, ſed in vnius completi ſingularis conſtitutione conueniunt; ſic itaque iudicium vniuerſale practicum præcedens electionem hanc non eſt aliud realiter à particulari iudicio practico de hoc eligendo, nunc &c. ſed ad vnum concurrunt integrum volũtatis obiectum, & actus huius regulam vnam perfectam conſtituendam.

Oſtenditur, cur Angelo peccanti fiat eius affectio mala naturalis, & obſtinationem non omni modo libertatis aduerſari.

QVintò notandum eſt differentiam eſſe inter corpoream, & ſpiritualem naturam, quod natura corporea vnius eſt tantùm generis determinati, & ideo nihil poteſt fieri illi naturale, niſi corrupta pœnitus eius natura; ſicut aquæ non poteſt calor effici naturalis, niſi corrumpatur aquæ natura, ſiue ſpecies, & in ignis, aut aeris naturam transferatur, quo fit, vt ab extrinſeco calefacta ad ſuam reuertatur naturam, ſiue diſpoſitionem remoto prohibente. Natura verò ſpiritualis, ſiue intellectualis ſecundùm ſe indeterminata eſt, & omnium capax. Vt enim ait Ariſt. in tertio de anima tex. 37. anima eſt quodammodo omnia, ſcilicet in potentia; per intellectum enim rerum omnium naturas ſecundùm eſſe intentionale recipiente trãſformatur in omnia ſecundùm eſſe intelligibile, & per voluntatem bona realia, vel apparentia diligẽtem rebus ipſis amatis ita copulatur, vt in earum tranſeat vnitatem, & illæ fiant intimæ diligenti, vt latè ſuperius explicauimus, quæſt. 27. art. 3. controuerſia prima ex doctrina D. Thom. prima ſecũdæ, quæſt. 28. artic. primo. Cum igitur intellectualis natura per inclinationem voluntatis, ſiue per actum amoris vnum efficiatur cũ eo, quod amat, rectè dicetur amatum, & ipſa voluntatis affectio voluntati fieri naturalis, & voluntas in affectionis ſuæ tranſire naturam, additis præſertim ijs: quæ ſupra diximus de cauſa immobilitatis intellectus, & voluntatis in Angelis. Nec obſtat voluntatem eſſe naturaliter ad bonum determinatam, quoniam, vt diximus, per amorem poteſt aliquod moraliter malum illi ſic fieri naturale, vt ad priſtinũ ſtatum nequaquam reddire poſsit, niſi Deo ſupra rerum ordinem operante. De qua re legendus eſt D. Tho. de Verit. quæſt. 24. art. decimo, ad primũ, ſecundum, tertium, quartum, quintum, & octauũ. Ex quo patet veriſsimum eſſe, quod aduerſus Scotum affirmant Capreolus, Caietanus, Ferrarienſis, & alij, nimirum voluntatem affectam aliter cauſarę quàm nudè ſumptam; quod etiam ſignificauit S. D. de malo quæſt. 16. artic. 5. ad 16. vbi ſic loquitur: *Immobilitas Diaboli in malo cauſatur propriè per adhæſionem, quæ habet rationem appoſitionis, & ex hoc ipſo, quod adhæret alicui ſecundum modum ſuæ naturæ, magis ſequitur, quòd immobiliter inhæreat, quam quod vertibiliter.* Hæc ibi: adhæſio namq; modum habens appoſitionis idem eſt, quod affectio ſuperaddita voluntati.

An autem ſecluſo omni ſtatu damnationis, aut beatitudinis ſit neceſsarium Angelũm eſſe inflexibilem in eo, quod elegit: Quamuis ex dictis colligi facilè poſsit, latè dicemus infra cõtra Zumellum, qui ſententiam tuetur negantem.

Poſtremò ſciendum eſt obſtinationem non omni modo libertatis eſſe contrariam, ſed indeterminationi, ſeu libertati tantum ad bonum, & ad malum. Eſt enim obſtinatio determinatio quædam immobilis voluntatis ad malum, cui non eſt oppoſita libertas reſpectu plurium eligibilium ſub illo malo; ſicut etiam immobilis determinatio voluntatis ad bonum libertatem eius admittit ad plura bona ſub communi ratione boni contenta, & ad vnum bonum, vt vltimum finem ordinata; Quamuis enim creata voluntas ſecundum ſe, ideſt nulla ſibi additione facta, libertatem habeat ad bonũ, & ad malum, quod eſt eſſe talem per ſe negatiuè; non tamen ex ſui natura, ſiue per ſe poſitiuè modum illum ſibi vendicat libertatis, ſed per additã à Deo gratiam conſummatam beati peccare nõ poſſunt, & propter additam voluntatis affectionem immobiliter inhærentem damnati conuerti, aut bene velle non poſſunt, vt hic etiam explicat eruditè Caietanus.

Obſtinatio ſolo quod fit.

Caietanus

Ex dictione ſtatus oſtenditur non eſſe diuerſam cauſam obſtinationis Dæmonum eam, quam aſſignat S. D. ex conditione naturæ ſtatus, ab ea, quam affert ex immobilitate iudicij, & electionis.

IAm verò ſecundum obſtinationis cauſam, ſcilicet conditionem naturæ ſtatus examinemus, quam S. D. ſecunda ſua concluſione proponit dicens, cauſam obſtinationis dæmonis non ex grauitate culpæ, ſed ex conditione naturæ ſtatus eſſe ſumendam.

Ad cuius euidentiam explicandum eſt diligenter, quid ſignificetur nomine ſtatus, quæ ſit eius natura, & naturæ conditio. Vocabulum igitur ſtatus commune analogum eſt ad ſtatũ naturalem, & ad ſtatum moralem. Status naturalis eſt, qui proprie dicitur ſtatus. Eſt enim ſtatus quædam poſitionis differentia ſecundum modum ſuæ naturæ quaſi in quadam immobilitate, vt ait S. Thom. 2. 2. quæſt. 183. art. 1. eius verba ſunt. *Status proprie loquendo ſignificat quandam poſitionis differentiã ſecundum modum ſuæ naturæ, quaſi in quadam immobilitate: eſt enim naturale homini, vt caput eius in ſuperiora tendat, & pedes eius in terra firmentur, & membra media conuenienti ordine diſponantur; quod quidẽ non accidit, ſi homo iaceat, vel ſedeat vel accumbat, ſed ſolum, quando erectus ſtat; nec rurſus ſtare dicitur, ſi mouetur, ſed quando quieſcit.* Hactenus D. Thomas.

Quid ſit ſtatus.

S. Thom.

Ex hac ſignificatione deriuata eſt eiuſdem vocis ſignificatio moralis, ſecundùm quam nomen ſtatus ſignificat diſpoſitionem, ſiue conditionem quandam vitæ moralis hominis, aut Angeli cum

Ariſt.

S. Thom.

S. Thom.

capreolus caietanus Ferrarien.

quadam immobilitate, atque ideo pertinens ad libertatem, vel seruitutem, prout etiam affirmat S. Doct. in eodem artic. subdens. *Vnde, & circa homines, quæ de facilè circa eos variantur, et extrinseca sunt, non constituunt statum, puta quòd aliquis sit diues, vel pauper, in dignitate constitutus, vel plebeius, & si quid aliud est huiusmodi. Vnde, & in iure ciuili dicitur, quòd ei, qui à senatu amouetur, magis dignitas, quam status aufertur, sed solum id videtur ad statum hominis pertinere, quod respicit obligationé personæ hominis, prout scilicet aliquis est sui iuris, vel alieni, & hoc non ex aliqua causa leui, vel de facili mutabili, sed ex aliquo permanente; & hoc est, quod pertinet ad rationem libertatis, vel seruitutis. Vnde status pertinet propriè ad libertatem, vel seruitutem, siue in spiritualibus, siue in ciuilibus.* Hæc ibi S. Doct. quo loco videnda est subtilis explicatio Caietani, quem sequitur Valentia super eodem articulo. Quamuis autem Caietanus ibi glosans dictũ Anselmi dicat quatuor illos status, scilicet innocentiæ, patriæ, viæ, & damnationis, quos ibi recensẽt Anselmus, non esse strictè, ac proprie status, sed hominum conditiones; existimo tamen oppositum cum doctrina D. Tho. facilè posse sustineri: Ad rationem enim status in mortalibus attinet, vt respicias obligationem affirmatiue, vel negatiue, prout scilicet aliquis est sui iuris, vel alieni, non ex aliqua leui causa, vel de facili mutabili, sed ex aliquo permanente; & hoc est (inquit S. D.) quod pertinet ad rationem libertatis, vel seruitutis. A notioribus autem in choando, status patriæ, siue beatitudinis libertatem maximam continet filiorum Dei; iuxta illud Apostol. Rom. 8. *Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei*. Quæ libertas non ex mutabili, vel leui causa, sed maximè immutabili, & permanente procedit: Omnes enim causæ beatitudinis quam maximè sunt immutabiles, scilicet diuina prædestinatio, essentia Dei, lumen gloriæ, intellectus, &c. vt alibi declarauimus: Quod si obligationem, vel subiectionẽ in hoc statu quærimus, ita sunt Deo omnes beati subiecti, vt ab eo diuelli quacunque vi creata, aut etiam propria voluntate minimè possint: Status etiam damnationis in summa positus est obligatione seruitutis, & peccati: Si namque peccator adhuc viator existens, vt Caietanus aduertit, obligationem habet ad peccandum, quantum est ex se ipso, quia nõ potest ex seipso resurgere, multò fortius erit obligationis vinculum in damnato, cui facta est praua voluntatis affectio naturalis, ac proinde non ex leui, aut facilè mobili causa seruitus illa dependet, sed ex immutabili, ac maximè permanenti principio. His adde naturam, & modum intelligẽdi, & iudicandi spiritibus Angelicis naturalem, & subtractionem diuinæ gratiæ ex immutabili Dei voluntate procedentem, & ex his eluceſcet nomẽ status damnationi propriè conuenire. Statum autem innocentiæ libertatem ex immobili causa dependentem habuisse constat ex arbitrij libera facultate illi maximè naturali, & ex diuina gratia, qua liber à seruitute peccati reddebatur: est autẽ diuina gratia, quantum sit ex parte sua, prorsus

Caiet glosa reijcitur.

Rom. 8.

Caietan.

A immutabilis dicente Ioanne, nullum ex Deo natũ peccare, quia Dei semen, id est gratia manet in eo; In peccatum tamen ex liberi arbitrij infirmitate iustus abiecta sanctitate quandoq; labitur. 1. Ioan. 3

Subiectionem etiam, & obligationem Deo seruiendi, & mandatis eius obtemperandi licet in eo statu contemplari. Sicut enim rationi vires sensitiuæ subdebantur, & illi seruiebant, sic Deo ratio nobili subiectione coniuncta seruiebat. Status denique viatoris libertate gaudet ex immobili causa, quæ est ipsa natura, & eius author; obligationẽ habet in obseruantia mandatorum Deo seruiendi ex immobili causa diuinæ voluntatis, & prouiden-
B tiæ; ac proinde congruit illi nomen status strictè, ac propriè sumpti.

Ex hac declaratione vocis, status, patet etiam eius natura, quam secundo loco proposuimus explicandam.

Conditio verò status idem est, quod eius propria ratio, siue generica, si de statu loquamur in communi, siue specifica, si de singulis sermo sit, prout ab inuicem distinguuntur.

Ad statum autem malorum Angelorũ, de quo præsens controuersiæ pars inquirit, descendendo dicendum est, eo vocabulo significari obligationẽ peruersæ voluntatis peccato seruientis, non ex le-
C ui, aut facile mobili causa, sed ex duplici quã maximè immutabili principio, altero intrinseco damnatis Angelis, immobili scilicet apprehẽsione intellectus, & electione voluntatis, altero extrinseco, scilicet diuina iustitia subtrahente auxilium gratiæ suæ cõuertentis ad bonum. Has itaq; duas causas connotat nomen status malorum Angelorum, quamuis eas explicite non significet, vt colligi facilè potest ex ante dictis, & ex Doctrina D. Thom. supra notata. Status damnatorum.

Ex his patet primò tertiam cõclusionem in textu positam à secunda non esse diuersam, sed ea declarari, quod implicite continetur in secunda;
D postquam enim asseruit S. D. causam obstinationis dæmonum accipiendam esse non ex grauitate culpæ, sed ex conditione naturæ status dicens hominum morti similem esse casum Angelorum, &c. subdit: *Ad inquirendum, ergo causam, &c.* qua loquendi forma significat se non omninò diuersam ab ea causam inuestigare, quam Angelorum malorum implicite status includit: eam autem hic solam explicat, quæ ex Angelorum intellectus, & voluntatis natura, & modo vtriq; operandi proprio consideratur.

Secundò patet causam obstinationis dæmonũ esse obligationem peruersæ voluntatis eorum ad
E seruiendum peccato; quæ idem est quod immobilitas electionis ex immobilitate iudicij dimanata. obligatio enim illa voluntatis ex duplici immobili causa perueniens omninò idem est quod immobilitas electionis ex immobilitate iudicij causata. Immobilitate siquidem electionis nihil aliud significatur, quàm electio voluntatis immobilis, siue voluntas immobiliter eligens, ex duplici inimirum assignata causa, scilicet intrinseca, quę est natura intellectus, & voluntatis Angelicæ, & extrinseca,

Digitized by Google

secta, quæ est diuina iustitia gratiam subtrahens eo uersionis ad bonum, hoc autem in nullo differe ab eo, quod tertia conclusio cum suo discursu declarat.

Defectus Caietani, Bannesij, & Zumel.

Tertiò patet defectus Caietani, Bannesij, Zumelli, & aliorum, qui conditionem naturæ status dæmonum existimant idem esse quod existentia eorum interminio, ac per hoc intelligunt causam omninò diuersam ab ea, quæ tertia conclusione proponitur, significari: Quamuis enim ea verba, scilicet conditio naturæ status dæmonum, uim terminum implicare videantur, quem etiam immobilitas, & obligatio prædicta videtur includere; hæc tamen non est eius directa, præcisa, propria, & explicita significatio, sed ea quam supra diximus.

Denique patet vanam esse quintam quæstionem Zumelli ad hunc articulum, in qua supponit secludi posse rationem termini ab electione Angeli plenè deliberatæ: sicut enim risibile sequitur ad hominem, ita consequitur immobilitas ad actionem Angeli plenè deliberatam; Et quamuis immobilitas, vt ex natura prouenientis non sit tota, nec præcipua ratio termini, sed requiratur etiam, vt causa principalis diuina iustitia gratiam subtrahens, ex tali tamen immobilitate præcisè sumpta poneretur Angelus extra viam, & esset in termino saltem imperfectè, & inchoatiuè.

Quæ sit causa obstinationis animæ separatæ.

Sententiæ Doctorum.

SVperest iam postremæ controuersiæ pars obstinationis causam quærens in animabus hominum damnatorum: Cui quæsito quatuor dictis respondet Caietanus.

Caiet.

Primum est, obstinationem dæmonis, & animæ separatæ nõ esse omninò eiusdem rationis, & ideò non oportere communem habere causam, quæ sit eiusdem rationis in vtroque.

Secundũ est, eo modo, quo eiusdem aliquo modo rationis est obstinatio, sic etiam causam habere communem, & eam esse immobilitatẽ tam intellectus, quàm voluntatis animæ extra statum viæ constitutæ.

Tertium est, animam reddi obstinatam per primum actum, quem elicit in statu separationis.

Vltimum est, animam in primo separationis instanti demereri, non vt in via, sed vt in termino; sicut supra de dæmonibus dictum est.

Ferrarien.

Ferrariensis autem in 4. contra gent. capit. 95. duo dicit. Primum est, obstinationem animæ separatæ causari inchoatiuè non ab immobili apprehensione, sed absolutè ab apprehẽsione talis finis in via. Nam ex hoc (inquit) quod in via fuit tale iudicium, quo intellectus iudicauit esse summum bonum, & vltimum finem, quod verè summum bonum non est, & fuit etiam inclinatio voluntatis in illud tamquam in vltimum finem, sequitur in anima separata obstinatio in malum, completiuè autem, & perfectiuè est ab immobili apprehensione, existente in anima, dum est separata; Secundũ est, animam in instanti separationis non posse mereri, aut demereri, eo quod meritum, & demeritum solius animæ non est, sed compositi, scilicet hominis; in eo autem instanti homo non est, sed est primum instans sui non esse, & primum instãs in quo anima primò ponitur, & est obstinata. Bannes. & Zumellus sex conclusionibus suam explicant opinionem: Prima est: anima per actum, quem elicit in primo instanti separationis, nullo modo meretur; Secunda est: Causa demeritoria obstinationis animæ sunt omnia peccata, quæ commisit, dum erat in corpore; Tertia est: nulla operatio, quam habet anima, dum est in corpore, potest esse causa effectiua obstinationis ad modum physicum; Quarta est: Obstinatio animæ prouenit ex natura status in termino; Quinta est: Per illum actum, quem elicit anima in statu separationis, non constituitur irreuocabiliter inflexibilis arbitrij, sicut Angelus per actum plenè deliberatum; Vltima est: Obstinatio animæ non est necessariò reducenda ad illum primum actum, quem habet in instanti separationis, sed in operationes, quas habuit in via, per quas se retulit in prauum finem, adiuncta tamen natura status in termino.

Bannes. Zumellus

Resolutio.

Animam reddi obstinatam per primum actum, quem elicit in statu separationis, & eodem actu demereri.

QVæstio hæc à nobis breuiter est absoluenda: Duo namq; tantùm sunt, in quibus tota ei videtur esse posita difficultas, tertium scilicet, & quartum dictum Caietani: Et prioris quidem veritas, aut maxima probabilitas facilè poterit ostendi ex doctrina S. D. infra quæst. 89. artic. 1. & 2. & alijs sequentibus, vbi docet, animam separatam intelligere ad modum substantiarum separatarũ per species, scilicet influxas non conuertendo se ad phantasmata, sed ad ea, quæ sunt intelligibilia. Quamuis enim discurrere pro libito valeat anima separata, non tamen in qualibet sua intellectione discurrit, sed valdè probabile est, eã in primo separationis instanti, in quo modum induit essendi substãtiarum separatarum, & species à Deo recipit influxas rerum omnium repræsentatiuas, actus etiam elicere tunc primò intelligendi, iudicandi, & eligendi similes actibus substantiarum separatarum, atque ideò per primum actum in illo statu productũ immobilem in bono, vel in malo constitui. Alterum verò dictum, videlicet animam in primo separationis instanti demereri, nõ vt in via, sed vt in termino, satis esse probabile cõstat ex his, quæ latè diximus in quæstione præcedente art. 6. in controuersia de instantibus viæ Angelorum. Vbi secundum doctrinam S. Tho. tamq; probabile sustinuimus, vnum, & idem instans viæ simul, & termini munere fungi potuisse.

Verum, vt cauillos recentiorum euadas, aduerte duo. Primum est, meritum esse quidem hominis, vt suppositi, quod operari dicitur, & mereri, sed esse tamen animæ tamquam elicientis, ac veluti subiecti recipientis: quæ id etiam principale est,

est, quod ad hominis integritatem pertinet; adeò vt anima separata non solum sit subsistens, & semipersona, sed etiam nomen eius retineat, cuius extitit pars, vt in Litanijs inuocatio testatur Ecclesiæ dicentis: Sancte Petre ora pro nobis, &c. Quid mirum igitur, si meritum, quod animæ primo tribuitur, illi tribuatur iam à corpore separatæ, in primo nimirum separationis instanti? non absolutè, sed vt in termino, ac veluti totius decursæ vitæ complementum.

Caietan. Secundum est, non affirmare Caietanum, quâlibet animam in primo separationis instanti posse mereri, & demereri, sed ait animas damnatorũ in eo instanti demereri; quibus tamen tunc posse mereri minimè congruit, propter prauam præcedentem dispositionem, & demerita vsque ad vitæ terminum in ea perseuerantia, vt erudite docet Ferrariensis, & post eum Bannes, & Zumellus. De Sanctis autem animabus idem asserendum est proportionaliter, nimirum eas in primo separationis instanti mereri, vt in termino, nequaquam tamen posse demereri.

Ferrar. Bannes Zumellus. Ex dictis patet solutio illius difficultatis tertiæ, quam mouet Zumellus in sua tertia quæstione; an scilicet voluntas animæ damnatæ sit obstinata absolutè in malo, ita vt necessariò maneat in complacentia præcedentium peccatorum; respondendum est enim affirmatiuè ob supradictam causam, quia scilicet redditur immobilis, & obstinata per primum actum, quem elicit in statu separationis; Zumellus autem ab hoc fundamento recedens, & alteri nutanti, ac minus firmo nitens propositam dubitationem probabili tantum, ac leui ratiocinatione definit.

Conclusiones deductæ, & probatæ.

PRima conclusio: Causa propria obstinationis dæmonum nõ est sola negatio diuini auxilij mouentis ad pœnitentiam. Hæc est contra Scotum, & alios, & patet ex dictis.

Secunda conclusio: Nomine immobilitatis Angelici iudicij, & electionis S. Doc. & eius discipuli perfectam, ac rigorosè sumptam immutabilitatẽ intelligunt, non verò solum difficultatem pœnitẽdi, vt inconsideratè scribit Vasquez: hæc etiam patet ex dictis.

Tertia conclusio: Causa obstinationis dæmonum est immobilitas apprensionis intellectus, & adhæsionis voluntatis, & natura status Angeli existens in termino, & subtractio diuinæ gratiæ reuocantis à malo. Hæc est D. Tho. de malo.

Quarta conclusio: Eadem assignatur obstinationis causa dicendo eam esse conditionem naturæ status, quæ assignatur affirmando eiusdem obstinationis causam esse immobilitatem iudicij, & electionis addita subtractione diuinæ gratiæ. Hæc patet ex dictis.

Quinta conclusio: Causa obstinationis animæ separatæ est immobilitas iudicij, & electionis ei extra statum viæ constitutæ.

Sexta conclusio: Anima damnati redditur obstinata per primum actum, quem elicit in statu separationis.

Septima conclusio: Anima damnati in primo separationis instanti demeretur, vt in termino, sicut anima iusti in eodem primo separationis instanti meretur, vt in termino.

Vltima conclusio: Causa demeritoria obstinationis animæ sunt vniuersa peccata ab ea perpetrata dum esset in corpore.

Argumenta, & solutiones.

Scotus, Mohn. CONtra primam conclusionem militant argumenta Scoti, Molinæ, & aliorum, quibus impugnatur tertia conclusio.

Contra tertiam conclusionem quo ad primam eius partem sunt argumenta Scoti, quæ referunt, & soluunt Capreolus, Caietanus, Ferrariensis, Bannes, & alij super hoc art. & ea, quæ Caietanus, Bannes, & Zumellus adducunt contra discursum, & propositiones assumptas à D. Tho. quibus optimè satisfaciunt.

Capreol. Caiet. Ferrarien. Bannes. Zumellus.

Contra eandem conclusionem argumentatur Molina.

Primò, vt voluntas aliquid velit, necessariũ non est iudicium, quo intellectus iudicet illud esse bonum moraliter, aut bonum absolutè appetendum, sed satis est, si intellectus in eo conspiciat rationẽ aliquã boni; similiter, vt voluntas aliquid respuat, ac nolit, satis est, vt intellectus in eo rationem aliquam mali intueatur; sed, sicut nos simul conspicimus in fornicatione esse bonum quoddam delectabile, & inesse malitiam moralem contra rectã rationem, & legẽ Dei, sic etiam Angeli in eo, quòd peccando appetiuerunt, potuerunt simul conspicere bonum honoris, ac dignitatis, & malitiã moralem contra rectam rationem, ac legem Dei; ergo, sicut nos iudicio intellectus minimè variato, retentaque semper eadem existimatione de re pro libertate nostri arbitrij possumus indifferenter, & velle fornicationem propter bonum delectationis, quod in ea conspicimus, non obstante, quod simul videamus esse contra rationem rectam, ac legem Dei, ac nolle eandem propter malitiam moralem, quam in ea peruideamus, & rursus postquã eam appetiuerimus propter delectationem, licèt nobis eandem eo, quòd Deum offendat, respuere, addito dolore, quod eam appetiuerimus; ita Angeli retenta semper eadem existimatione de re potuerunt pro libertate sui arbitrij indifferẽter velle, id propter bonum honoris, ac dignitatis, quod peccando appetierũt, vel nolle illud idem propter malitiam moralem, & offensam Dei, pœnitere q;, postquam illud appetierunt, ducti illo eodem intuitu, quod malum fuerit morale, & offensa Dei.

Respondetur primò fallum esse antecedẽs, quo ad secundam partem. Vt enim longo discursu superius ostendimus, non mouetur, aut determinatur voluntas efficaciter ad aliquid volendum, nisi à iudicio practico particulari, quo iudicat intellectus hoc bonum verum, aut apparens esse sibi nũc absolutè bonum, & appetendum, de quo late dispu-

ſputauimus in primo tomo, quæſt. 19. art. 10. Deinde dico falſum eſſe nos iudicio intellectus minimè variato poſſe pro libertate noſtri arbitrij velle fornicationem, aut nolle, vt loco paulò ante notato probauimus.

Secundò Angeli ex ſententia D. Thom. quando primò peccauerunt, non habuerunt iudicium falſum, ſed peccauerunt ex inaduertentia ad modũ, quem in appetendo ſeruare debuerunt; ergo potuerunt poſt peccatum attendere ad id, quod tunc nõ aduerterunt; atque adeò iudicare illud non eo modo fuiſſe appetendum, quo fuerat ab ipſis concupitum, & per conſequens potuerunt velle id non eo modo appetiiſſe, dolereq; de peccato commiſſo.

Confirmatur hæc ratio: Quoniam ſectatores ipſi D. Thom. confitentur Angelum poſſe mutare voluntatem, quando non habet plenũ iudicium, quo omnes rei circumſtantias agnoſcat; cum ergo ex ſententia D. Tho. Angeli peccare potuerint non ex pleno iudicio, ſed non attendentes ad modum, quem in appetendo debuerant ſeruare, ſanè patet, ex peccato potuerunt ſuapte natura mutare cum iudicium, tum etiam voluntatem. Hoc etiam argumento latius explicato vtitur Vaſquez cap. 4. Vaſquez.

Reſpondetur, falſam eſſe conſequentiam loquẽdo de conſideratione, ſeu attẽtione, & iudicio practico, & affectiuo, ex quo mala pendet electio: iudicium autem ſpeculatiuum aduenire potuit Angelo poſt peccatum, non tamen ab eo mouetur voluntas ad actum aliquem electionis, doloris, aut pœnitentiæ. Et per hoc ſoluitur tertium eiuſdem expoſitoris argumentum.

Ad confirmationem dico Thomiſtarum doctrinam eſſe, Angelum tunc non habere plenum iudicium, quando, nec omnes rei circumſtantias agnoſcit, nec tota vi ſui intellectus poteſt agnoſcere, vt patet in Angelo malo quandoq; ſuadente, & quandoq; diſſuadente mortem Chriſti, ſic autem Angelus prorumpens in iudicium, non niſi imperfectè iudicat; quia facti circumſtantias alias ſibi naturaliter occultas latere ſuſpicatur, aut intelligit, & ideò, quid ſit agendum, nequit perfecto, firmoque iudicio deliberare. Si verò poſitum ſit in Angeli facultate circumſtantias omnes intueri, & vnam, aut alteram earum inconſideratè prætereat, perfectum eius eſſe poterit, firmumque iudiciũ, quia nulla ſuſpicione vacillat. Iudicium autem præuaricantium Angelorum ex inconſideratione circũſtantiæ, ſiue modi proceſſit, quem facilè conſiderare potuerunt, ſicut Angeli boni, qui modum, ac finem actionis, & vitæ ſuæ conſiderantes beatitudinis æternæ præmium perſeueranti feruidæ charitatis actu meruerunt, & ideò perfectum fuit eorum iudicium, & electio conſequens plenè deliberata.

Tertiò: Quod Angelus mutare non poſsit iudiciũ, quodq; immobiliter adhæreat obiecto, quod ſemel appetiuit, non tollit, quin circa alia obiecta retineat priſtinam libertatem, quam ante habebat; ergo malè cum D. Thom. hoc loco affirmant ſectatores illius, Angelos, poſtquam in ſecundo inſtanti plena libertate adhæſerunt bono, & meruerunt, naturaliter fuiſſe confirmatos in bono: ita vt naturaliter non poſſent amplius peccare. Et ſimili modo fieri poteſt argumentum, quod male inferunt Angelos malos, poſtquam in ſecundo inſtanti peccauerunt, ita obſtinatos fuiſſe naturaliter in malo, vt nullum actum bonum moraliter elicere deinceps poſsint. Licèt enim ex principijs D. Thom. ſequatur non poſſe illos elicere actum bonum circa obiectum, in cuius appetitione peccauerunt, non tamen ideo, vnde ſequatur, eos non poſſe naturaliter elicere actum bonum moraliter circa alia obiecta.

Reſpondetur falſum eſſe antecedẽs. Obiectum enim moraliter malum, cui malus Angelus immobiliter adhæſit, finis eius vltimus eſt, in quem ſemper intendit, & propter quem appetit vniuerſa, & in quem dirigit operationes, & actus: Quo fit, vt actiones omnes Angeli mali voluntariæ ſint malæ finis infectæ, & malæ moraliter, vt explicat eruditè Caietanus circa reſponſionem ad ſecundum argumentum D. Tho. & idem proportionaliter dicendum eſt de Angelo bono. Caietanus

Quartò: Licèt apprehenſio intellectus ſit pars cauſæ, quæ mouet voluntatem, non tamen eſt integra cauſa, ſed voluntas tamquam pars cauſæ ſe ipſam mouet ad appetendum, quin potius per libertatem, quæ in ea eſt formaliter, & non in intellectu, ſeipſam, concurſumq; intellectus determinat ad hoc potius, quàm ad contrarium appetendum, nec ab intellectu determinatur; ergo ex immobilitate intellectus in apprehendendo, non rectè colligitur immobilitas voluntatis, præſertim cum voluntas, in quo inſtanti primò ſeipſam determinat per electionem, fuerit libera, & vt eligit vnum, potuerit eligere contrarium eadem mentis apprehenſione perſeuerante; ergo exiſtente eadem apprehenſione poterit poſtea oppoſitum eligere.

Reſpondetur primò non rectè dici voluntatem eſſe partem cauſæ ad ſeipſam mouendam, ſed cũ rectè philoſophantibus afferendum eſt voluntatẽ eſſe cauſam totalem principalemq; ſuæ motionis, & determinationis in genere cauſæ efficientis, intellectum autem præſentantem obiectum voluntati eiuſdem eſſe cauſam finaliter mouentem, formaliterq; determinantem, quatenùs agendi ratio eſt, vt extrinſeca forma, voluntati, vt alibi declarauimus. Secundò negatur conſequentia: quoniam effectiuam voluntatis determinationem præcedit in genere cauſæ finalis, & formalis determinatio eiuſdem voluntatis per intellectum. Ad probationem dico voluntatem in inſtanti, in quo primò ſeipſam determinat, fuiſſe liberam, non tamen ita, vt eadem mentis apprehenſione, & iudicio practico vltimo perſeuerante potuerit oppoſitum eligere; Vt enim ſupra quæſt. 11. artic. 10. declarauimus ex doctrina D. Thom. 1. 2. quæſt. 17. art. 1. motio voluntatis effectiua in iudicio claudit ur intellectus vltimo practico, ad quod imperium ſequitur efficax, quo mouet intellectus voluntatem ad eligendũ virtute mouendi ab ea participata, propter quam dicitur, & ipſa voluntas ſe ipſam liberè mouere, & determinare; ſicut intellectum præmouit S. Thom.

uit ad actum iudicij, à quo formaliter, & primò voluntas determinatur. Præcedunt enim se inuicem, & sequuntur actus intellectus voluntatis secundum diuersa causalitatis genera, & secundùm rationes formales actuum in eodem actu virtualiter inclusas, vt loco paulò ante notato diligenter explicauimus. Ex quibus facilè diluitur etiam vltimum eiusdem expositoris argumentum valde prolixum.

Contra eandem conclusionem quo ad eandem
Valentia. partem argumentatur Val. 1. arg. Scoti D. August. seu Fulg. lib. de fide ad Petr. c. 13. ait Angelos bonos non habere natura sua immutabilitatem ex bono in malum, sed ex sola gratia, qui tamen cum plena deliberatione bonum eligerunt; ergo, nec mali habent natura sua immutabilitatem ex malo in bonũ, sed ex sola priuatione gratiæ, ita enim ibi dicitur: *Hoc ipsum, quod Angeli ab illo statu beatitudinis mutari in deterius nullatenus possunt, non est eis naturaliter insitum, sed postquam creati sunt, gratia diuina largiente collatum. Si enim Angeli naturaliter incommunicabiles fierent, nunquam de eorum consortio diabolus, & eius Angeli cecidissent.* Præterea eodẽ lib. manifestè indicatur Angelos natura sua semper esse flexibilis arbitrij, cum ibi dicitur, quod si ad pœnitentiam salutarem non esset hominib' necessaria gratia, sed sufficerent eis humanæ naturæ vires, multò magis potuissent dæmones pœnitentiam agere sine gratia, cum sint prædíti perfectiori natura: Si enim hoc verum est, non igitur cõditio naturæ obstat, quo minus Angeli mali conuertãtur. Nam, si obstaret, minime illi potius quã homines per naturam conuerti possent, si gratia ad conuersionem non esset necessaria. Nec certè glossa, quam adhibet Caietanus huic testimonio, est accommodata, vt rem perpendenti facilè patet. Clarissima enim sunt illa verba, quæ in eodem lib. c. 3. sic legimus: *Si possibile esset, vt humana natura, postquam à Deo auersa bonitatem perdidit voluntatis, ex se ipsa rursus eam habere potuisset, multò possibilius hoc natura habuit Angelica, quæ quãto minus grauatur terreni corporis pondere; tãto magis hoc esset prædita facultate.*

Caietan. 1. Respon. Respondetur primò cum Caiet. veritatem huius cathegoricæ videlicet: Angelus, postquam malum semel elegit, illi semper immobiliter adhæret, non repugnare veritat conditionalis, siue conditionalium propositionum Aug. seu Fulg. Redditus enim ad bonum ex mortali prædicto sola fieri potest Deiformi natura, quæ gratia diuina est: quæ, si naturalis esset homini, multò magis esset Angelo naturalis, qui speculum est purissimum, &c. sicut etiam vtraq; prædicta conditionalis stat cum huius cathegoriæ veritate: nec homo, nec Angelus potest virtute sua naturali ad bonum redire
Secunda. 2. dico Aug. priori loco nil aliud significare, nisi Angelos non fuisse talis naturæ creatos, vt bono naturaliter, & immobiliter adhærerent, sed ea liberi arbitrij facultate fuisse prædítos, vt ante perfectum iudicium, & electionem possent in vtramque partem, bonum scilicet aut malum declinare.
Tertia. Secundò dico verba eiusdem August. secundo loco relata hoc solum velle significare, nimirum cõsiderata nobilitate, siue gradu, & virtute Angelicæ naturæ, quæ longè excedit humanam, & data hypothesi, quod humana natura ad bonitatem, quã per auersionem perdidit, posset sua virtute reuerti, multò possibilius hoc haberet Angelica natura, quia nobilior est: huic autem veritati non est aduersa veritas in textu posita, videlicet Angelũ ex speciali conditione, & agendi modo sibi naturali iudicio, & electioni perfectæ semel elicitæ per petuò, & immobiliter inhærere.

Secundò: Voluntas Angeli, postquam aliquid liberè elegit, æquè est erga id libera, ac antequam elegisset, & præterea non est per se immutabilis, vt voluntas diuina, quæ idcircò non potest nolle quod ante voluit, aut è contrario; ergo, sicut antequam aliquid eligat, potest voluntas Angelica illud eligere, & eius oppositum, ita etiam, postquã elegit. Antecedens pro priori parte, probatur: nã electio semel facta neque naturam voluntatis Angelicæ, neque obiectum mutat: ergò voluntas Angeli æque; post electionem factam manet libera erga id, quod elegit, & eius oppositum, sicut antea; Pro secunda verò parte patet, etiam antecedens; quia voluntas Angelica est per se finita, ergò mutabilis. Et confirmatur; quia mutari solet quo ad exercitium per hoc, quod ex volente fit non volens, & e contrario, igitur nihil obstat, quo minus etiam quo ad specificationem actus mutabilis sit erga id obiectum, respectu cuius est libera, & ante & post electionem.

Respondetur, falsum esse antecedens, quo ad priorem partem simpliciter, quo ad alteram autẽ in eo sensu, quo ponitur. Ad prioris partis probationem negatur consequentia: immo ex illo antecedente sequitur oppositum. Vt enim ait S.D. ad primum, boni Angeli habent lib. arb. *secundũ modum* & conditionem suæ naturæ in *discursu* corporis, art. 1. stabilitum; vbi probatur lib. arb. Angeli esse flexibile ad vtrumque oppositorum ante electionem, sed non potest, atque ideò bonos Angelos semper adhærentes iustitiæ fuisse in illa confirmatos, malos verò peccantes perstitisse in peccato obstinatos. Quapropter idem S.D. de malo, q. 16. art. 5. ad 16. simili respondens argum. sic loquitur: *Immobilitas diaboli in malo causatur propriè per adhæsionem, quæ habet rationem appositionis, & ex hoc ipso, quod adhæret alicui secundum modum suæ naturæ, magis sequitur, quod immobiliter adhæreat, quàm quod vertibiliter.*
S. Thom.
S. Thom.

Vasquez Capreol. Contra eandem partem argumentatur Vasqu. argum. Greg. Arimin. à Capr. iam ante soluto in 2. sent. dist. 7. q. 1. Vis argumẽti est: Quia Damasc. in 2. lib. de fide, cap. 3. ait Angelum esse liberi arb. & semper mobilem, ac voluntatis, & sententiæ ratione mutabilem, hoc est liberam in vtramq; partem voluntatem habentem, eo quod omne creatũ mutationi subdi nec esset fit, liberumque esse Angelo, vel in bono manere, ac progressum facere, vel in malum deflecti, & beatos Angelos à beatitudine moueri, nec inflecti posse, & hoc non eorum naturæ, sed gratiæ tribuendum esse.

Re-

Digitized by Google

Reſpõdetur ad ſingula. Et primò dico cũ Capr. Angelum eſſe mutabilem, ſiue mobilem per ſucceſ ſionem intellectionum, & volitionum, nec tamen poſſe, quod ſemel elegit plena, & perfecta electione, poſtea refutare, vel è contra, atq; ideò fallacia conſequentis eſt in argumento, quo vtuntur Ariminenſis, & Vaſquez, videlicet: Angelus eſt vertibilis, ſiue mobilis, igitur tali modo eſt vertibilis. Secundò dico Angelum eſſe mutabilem quo ad iudicium minimè perfectum, & volitionem haud plenè deliberatam. Tertiò dico Angelum liberam in vtramq; partem habere voluntatem ante electionem, ſcilicet perfectam, non verò poſt, atq; ita liberum eſſe Angelo in accepta gratia, & in primo merito perſeuerare, & in malum deflectere.

Caprcol. Quartò dico cum Capreolo Angelos beatos nõ eſſe immobiles ex natura in hoc ſenſu, quia ſcilicet confirmatio eorum in bono non eſt principaliter ex natura, ſed potius ex gratia, & ex ſtatu termini, in quo à Deo ſunt poſiti.

Poſtremò dico cum eodem authore, Angelum, poſtquam adhæſit iuſtitiæ, habere naturalem mobilitatem ad oppoſitum iuſtitiæ ſolùm in potentia remota ab actu, non autem in potentia propinqua; quia natura Angelica in ſe purè conſiderata non habet repugnantiam ad iuſtitiam, vel iniuſtitiam.

Secundò profert dicta Fulgentij ex parte ſuperius explicata, & arguit: Si verum eſſet, quod ait S. Tho. nempè Angelum ex ſe inflexibilem eſſe ab eo, quod ſemel elegit, non rectè probaret Fulgentius diuinæ gratiæ eſſe, amiſſam bonam voluntatem recuperare, ex eo quod dæmon eam non recuperauerit: nam quiſque facilè dicere poſſet, ideò Angelum non recuperaſſe per pœnitentiam priorem ſtatum, quia ſemel facti per electionem ipſius pœnitere non poteſt eo, quod inflexibilis ſit, hominem autem ideò poſſe per pœnitentiam in priſtinum ſtatum reſtitui, quia ſuapte natura ipſum pœnitere poteſt facti, & ab eo, quod ſemel elegit flexibilis eſt.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam. Ad probationem dico eum, qui ſic reſponderet non aſſignaturum cauſam principalem, quam ibi Fulgentius ſeu Auguſtinus intendit, quæ eſt diuina miſericordia gratiam conferens pœnitentiæ, vel diuina iuſtitia gratiam ſubtrahens, & indurans, ſed cauſam afferret ſecundariam, quæ ſimul cum principali ad eundem effectum operatur.

Tertiò arguit in quarto cap. quærens, quid intelligat Caietanus, & alij nominibus perfecti, & imperfecti iudicij, quorum nominum ignorantia dictus difficultates multiplicat, & exaggerat.

Reſpondetur primo iudicium Angeli, non appellari imperfectum ex vnius, aut alterius circumſtantiæ inconſideratione; alioqui iudicium illud, ex quo ſequuta eſt electio peccaminoſa, non eſſet abſolutè perfectum, cuius oppoſitum affirmat S. D. de malo q. & art. ſuperius allegato, & omnes eius diſcipuli. Secundo dico iudicium illud imperfectũ Angeli nuncupari, quod ex defectu conſiderationis circumſtantiæ procedit, quæ virtuti Angeli intellectiuæ fuit occulta ſimpliciter, per coniecturas autem aliquo modo cognita; qualè fuit iudicium dæmonis Chriſti mortem quandoq; procurantis, & quandoque diſuadentis, qui ſalutiferæ paſſionis virtutem non intelligens, ſed eius ſuſpicionem aliquam habens ancipiti, formidoloſoq; iudicio modo in vnam, modo in alteram partem peruerſæ voluntatis electione declinabat.

S. Thomas

Tertiò dico illud etiam Angelorum viatorum iudicium imperfectum nominari, cui plena non eſt comes libertas voluntatis: loquimur enim hic de iudicio practico vltimo, cuius determinatio pẽdet à voluntate, vt q. 19. art. 10. demonſtrauimus; ac proinde, ſi non fuerit in voluntate perfecta libertas, qualis nata eſt viatori conuenire, ſcilicet quo ad exercitium, & quo ad ſpecificationem, ſed libera ſit priori modo tantùm, ſcilicet quo ad exercitium, non erit iudicium Angeli prorſus indifferens, ſed ad vnum, videlicet ad bonum, & ad rectitudinem determinatum, atque ideò perfectione carebit iudicio viatoris apta nata congruere. Nec tamen actus ille, quem habuit Angelus in primò ſuæ creationis inſtanti, fuit deficiens, & imperfectus priuatiuè, ſed negatiuè tantùm; quoniam illi debita non erat indifferẽtia, niſi quo ad exercitiũ.

Iudicium Angeli imperfectũ.

Sed quoniam Angelo viatori ſecundum aliquẽ vnum eius actum vtraque debuit ineſſe indifferentia, videlicet exercitij, & ſpecificationis, ex qua plenum viatoris, vt viator eſt, procedit iudicium, & electio plenè determinata, idcirco de Angelo viatore loquendo dicimus, iudicium Angeli, & electionem ad illud conſequentem in primò creationis inſtanti non habuiſſe perfectionem, intellige congruentem actui viatoris, vt viator eſt; altera namque iudicium illud caruit indifferentia, & voluntas altera libertate, ſcilicet ſpecificationis.

Perfectum autem ex oppoſito dicetur iudiciũ, cui debita viatori conditio, vel conſideratio circumſtantiæ minimè occultæ non defuerit. Electio verò illa viatoris Angeli perfecta nuncupabitur, quæ ex libertate procedit perfecta voluntatis. Et ex his ruunt vniuerſa dicti expoſitoris argumenta, quæ non expedit ſingula recenſere.

Quartò arguit Caietanum, quòd dixerit in Angelo peccatore ceſſare inconſiderationem ſpeculatiuè, ſed non affectiuè, dicens Caietanum ſignificare non fuiſſe ſuppletam inconſiderantiam fructuoſa cõſideratione, quæ moueret affectum in cõtrarium; quod omninò alienum eſt à mente Caietani. Caietanus enim affectionis vocabulo non intelligit piam affectionem mouentem ad pœnitentiam, vt perperam interpretatur Vaſquez, ſed electionem voluntatis, quatenus ex inconſideratione iudicio practico, & vltimo coniuncta dependet: Dicitur enim illa inconſideratio non ceſſaſſe affectiuè, ideſt practicè, & vt cauſans affectionem ideſt volitionem, ſiue electionẽ in Angelo peccatore perſeuerantem, & ex inconſideratione illa practica dependentem: Alia quædam eiuſdem expoſitoris argumenta non differunt ab ijs, quibus antea ſatisfecimus.

Contra quartam concluſionem militant plura, quæ

quæ ex recentiorum ſcriptis colligi poſſunt argumenta, quæ ex ratione ſtatus ſupra diligenter explicata diluuntur.

Contra quintam, & ſextam concluſionẽ argumentatur Bannes, primò; Actus ille, quem elicit anima in ſtatu ſeparationis, non procedit ex apprehenſione immobili, & plenè determinata; ergo nõ eſt ab intrinſeco immobilis omnino, & ex conſequenti neq; cõſtituit inflexibilitatem arbitrij. Antecedens probatur: anima rationalis etiam ſeparata à corpore eſt diſcurſiua; igitur vtitur diſcurſu, & collatione in ſuis operationib. vt expreſsè docet S. Tho. 3. part. q. 11. art. 1. ad tertium, ergo operatio eius naturalis intellectiua nõ eſt purè ſimplex neque ſimpliciter immobilis.

Confirmatur: Animæ damnatorũ poſt corporũ reaſumptionem vtentur proculdubio diſcurſu, ſicut vtebãtur ante mortẽ; ergo ſaltem poſt reſurrectionem nullam habebunt operationem plenè immobilem, & determinatam ab intrinſeco, ſed ſolũ ex natura ſtatus. Eiſdem argumentis vtitur Zumellus addẽs animam eſſe rationalem per eſſentiam, ac proinde modum eius operandi debere eſſe ratiocinando, & diſcurrendo, & conſequenter illius operationes ab intrinſeco non eſſe immobiles, ſed aliunde, ſcilicet ex ratione ſtatus.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: Ad eius probationem negatur conſequentia; Quamuis enim anima rationalis ſit ex ſui natura diſcurſiua, dum eſt in ſuo naturali ſtatu trahens à ſenſibus cognitionem, quando tamen eſt à corpore ſeparata modum habens eſſendi ſimilem modo ſubſtantiarum ſeparatarum, ſpecies à Deo recipit infuſas, quibus, vt ante diximus, exiſtimandum eſt animã vti in primo ſeparationis inſtanti, atque ideò primam eius intellectionem, & plures alias fieri ſine diſcurſu. Ad confirmationem dico animam corpori reunitam ſpecieb. etiam infuſis vſuram, præſertim in eo actu eliciendo: vel magis manutenendo, qui eiuſdem rationis eſt, aut idem omnino cũ eo actu, quo primò anima reddita fuit immobilis, eſt obſtinata. Ad id, quod addit Zumellus, patet reſponſio; falſa eſt enim conſequentia loquendo de anima ſeparata, quę ſpecies habet influxas, quibus intelligit ſine diſcurſu, vt affirmat S. D. infra quæſt. 89.

Contra ſeptimam concluſionem argumentatur Ferrarien. Meritum, & demeritum non eſt animæ ſolius, ſed compoſiti, ſcilicet hominis; at in illo inſtanti homo non eſt, ſed eſt primum inſtans ſui non eſſe, & primum inſtans, in quo anima primò punitur, & eſt obſtinata: ergo. Eodem argumento vtitur Bannes.

Reſpondetur meritum, vt viæ tãtum eſſe totius compoſiti, ſed meritum termini eſſe ſolius animę, vel etiam ratione animæ, quæ ſola eſt intellectionis omnis eliciciua.

Contra eandem concluſionem argumentatur Zumellus Zum. primò: Si anima in inſtãti ſeparationis à corpore eſſet in ſtatu merendi, poſſet cõtingere, quod anima, quæ in corpore ſemper fuit in peccato mortali, in primo inſtanti ſeparationis conſequeretur veniam ratione propriæ diſpoſitionis, & ſecluſo quocunque priuilegio, immo ſequeretur, quod, ſi poteſt nunc demeritorie eligere, vel demereri, ſicut in via, quod potuiſſet contingere animam in corpore fuiſſe in optimo ſtatu, & quod in inſtanti ſeparationis mala eligeret.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam quo ad vtramq; partem. Cuius rationem ſuperius adduximus; quia ſcilicet anima damnati in primo ſeparationis inſtanti non demeretur niſi, vt in termino: quod demeritum ad vniuerſa præcedentia demerita refertur vt eorum complementum, & vltima conſumatio.

Quod proportionaliter dicendum eſt de merito animæ iuſtæ nunc primò à corpore ſeparatæ: Oportet enim eius meritum vt in termino præcedentibus eius meritis, vt complementum reſpondere; & ideo non poteſt anima morientis in peccato mortali ſtatim, cum fuerit ſeparata, mereri, cum nulla ſint proximè præcedentia viæ merita, quæ tali merito compleantur: nec anima iuſti, cũ gratia decedens in primo ſeparationis inſtanti actum aliquem demeritorium poteſt elicere, quo proximè præcedentia demerita, quæ nulla ſunt, compleantur.

Secunda Controuerſia.

An Dæmones, & animæ damnatorum actum aliquem, aut opus moraliter bonum valeant operari.

Sententiæ Doctorum.

Scotus. SCotus in ſecundo ſententiarum diſt. 7. q. 1. duo dicit. Primum eſt, poſſe malum Angelũ opus aliquod moraliter bonum operari. Secundum eſt dæmonem ob ſummam eius malitiam nunquam opus moraliter bonum operari. Eandem ſententiam quo ad eius priorem partem ſequitur Durandus in ſecundo, diſt. 7. q. 2. Ex recentioribus ſolus Valentia probabiliorem hanc opinionem eſſe pronunciat. Vaſquez rationem D. Thom. impugnat, quam hic explicat Caietanus circa reſponſionem ad quintum argumentum, & aliam aſſignat vt optimam in quarto ſuo capitulo dicens non videri ſibi aliam meliorem rationem ſupereſſe, ob quam dæmones non poſſint benè moraliter operari, quàm quia eis iuſto iudicio denegat Deus auxilium ſuum, cum quo poſſent benè operari: quam rationem antea aſſignauerat Molina diſputatione ſua ſecunda ad hunc articulum propè finem. Et cum expoſitores prædicti teneant nullam Angelis ineſſe cauſam inflexibilitatis, & obſtinationis ab intrinſeco, docent etiam Angelum in ſua natura conſideratum poſt quodcumq; peccatum poſſe bonos actus morales exercere.

Durand. Valentia. Vaſquez. Molina.

S. Thom. Sanctus Doctor hic ad tertium duo dicit. Primum eſt, actum omnem dæmonis ex voluntate deliberata procedentem ſemper eſſe malum; quoniam, etſi aliquando aliquod bonum faciat, non tamen benefacit.

Secundum eſt, actum dæmonis naturalem bonum eſſe poſſe, ſed eo dæmones ad malum abuti:

Quam

Quam ſententiam Theologis communem ſequuntur, & tuentur omnes diſcipuli D. Thom. & præſertim Capreolus, Caietanus, Ferrarienſis, Bannes, & alij locis ſupra notatis.

Cpreol. caietanus Ferrarien. Bannes.

Reſolutio.

Dæmonum, ac damnatorum omnium voluntatem eſſe ad peruerſum finem immobiliter determinatam, atque ideo nullum actum, aut opus efficere poſſe moraliter bonum.

OMiſſa Dæmonum pœna, quę paſſio eſt, cuius occaſione continuè peccant, de actionibus & effectibus eorum breuiſſimè differemus, Duo verò ſunt in dæmonib. actuum genera, vt hic ait S.D. ad quintum, alterum eorum, qui ex voluntate deliberata procedunt; alterum eorum, qui minimè liberi, ſed naturales ſunt, vt ſui cognitio, & dilectio. Prioris generis actuum duæ ſunt differentiæ; quidam enim ſunt per ſe, & intrinſecè mali; vt actus ſuperbiæ odij, & inuidiæ. Quidam verò ſunt ex genere ſuo boni moraliter, vt dicere veritatem, ſuadere ieiunium, orationem, & eleemoſinam; quę ex obiecto, ſiue ex genere ſuo bona ſunt. De actibus intrinſecè malis nulla dubitatio eſt; nunquam enim benè fieri poſſunt, & contrariè actibus moraliter bonis opponuntur: actus autem ex voluntate deliberata procedentes, & ex genere boni, vt eliciuntur à dæmone, ſemper ſunt mali; quamuis enim, vt ait Sanctus Doctor, dæmon aliquando bonum opus aliquod faciat, non tamen benè facit; veritatẽ enim dicit, vt decipiat, ieiunium ſuadet, vt debilitet, & ad opera bona reddat ineptũ, ad orationem hortatur, vt illudat, elæemoſinam ſuggerit, vt in ſuperbiam, ſeu vanam gloriam eleuet; Actibus denique naturalibus abutitur ad malum: Dilectioni namq; ſui ipſius naturali rationẽ apponit vltimi finis moraliter malam, & diuina bona ad propriam ordinat excellentiam, vt affirmat S.D. de malo q. 13. art. 3. ad vndecimum, cuius verba ſunt: *Quicumque aliquid concupiſcit appetens illud ſibi, appetit illud propter ſe, & ideo ſe quidem fruitur, illo autem, quod concupiſcit, vtitur, & ſic diabolus appetens ſibi diuinam æqualitatem vſus eſt rebus fruendis*, Hęc ibi S.D quibus verbis innitens Capr. in ſecundo ſententiarum, diſtinctione ſeptima, quæſtione prima, reſpondens ad primum argumentum Durandi ſcitè docet, quòd, ſi diabolus conſtituiſſet vltimum finem in Deo, diligens Deũ vltimatè amore concupiſcentiæ, non tamen amicitiæ, ſe ipſum diligendo ſummè amore amicitiæ, Deum non haberet vt finem debitè deſideratum, cum nullum intellectualis creaturæ finem ſibi valeat ordinatè præfigere, niſi Deum amore duplici ſummè diligat, ſcilicet amicitiæ, & concupiſcentiæ, & poſt Deum ſe ſummè diligat amore amicitiæ: Diabolus autem, ſe ſummè dilexit amore amicitiæ, Deum autem amore concupiſcentiæ; & daro etiam (inquit Capreolus) quòd diabolus ſummè Deum concupiſceret, & amaret, quia tamen non vellet eum; & eius fruitionem per gratiam adipiſci, adhuc inordinatè adhæreret fini, & ex fine ſic concupito nullum opus perfectè bonum procederet, ſed malum, & inordinatum.

S. Thom. Capreol.

Caiet.

Eandem S.D. doctrinam luculentius hic explicat Caietanus, quem alij ſequuntur expoſitores. Qualis enim (inquit) eſt proportio voluntatis noſtrę ad beatitudinem in communi, talis eſt proportio voluntatis perfectæ extra viam ad finem ſuũ; adeo vt, quæmadmodum voluntas ad boni rationem eſt naturaliter determinata, ſic voluntas per electionem plenè deliberatam affecta completè ad vnum, ſcilicet afficitur, finem determinatur. Cum autem Angelus, ſiue anima exiſtens extra viam affectione illa completa reſpiciat id, cui afficitur, non vt finem quendam particularem, ſed vt vniuerſaliſſimum, eo quòd in eum ferratur vt vltimum, in quem ſcilicet finem vltimum omnia diriguntur, & ex quo omnia menſurantur in illum ordinata, conſequens eſt dæmonem, & quemcumque extra viam exiſtẽtem ſic affectum ad aliquid vt vltimum finem, ac proinde illi immobiliter inhærentem vniuerſa per eum appetita in talem finem, non ſolum habitualiter, ſed etiam actualiter, aut ſaltem virtualiter ordinare: Dixi, ſaltem virtualiter, ne facile reijciam modum dicendi Caietani, quem ſequitur, & explicat Bannes.

Bannes.

Sed verior mihi videtur ſententia Capreoli in allegata reſponſione ad primum Durandi, quem ſequitur Zumellus, & fauet etiã Ferrar. lib. 4. cõt. gent. cap. 95. & Bannes dubio vltimo, concluſione 3. affirmat verò Capreolus, ideò dæmonem nullum opus efficere poſſe moraliter bonum, quia finem peruerſum ſemper actualiter contemplatur, & appetit; quo fit, vt in damnato, & obſtinato dæmone actualis peruerſi finis appetitio ſit appetitui cuiuſcunq; rei ſemper actu coniuncta, ac proinde nõ habitu, vel virtute tantum, ſed etiam actu in præconceptum, ac prædilectum finem peruerſum dirigat vniuerſa. Et mea quidem ſententia lõgè probabilior, immò ſimpliciter vera eſt in hac parte doctrina Capreoli. Nam, cũ Angelus ſemetipſum ſemper diligat actu naturaliter, nec poſſit dæmon actum aliquem naturalem exercere abſq; morali appoſita deformitate, vt ait S.D. hic ad ſecundum, & deformitas illa præcipuè pendeat, ex ordine ad finem peruerſum, quem ſibi dæmon ab initio peccati præſtituit, & cuius affectio voluntati facta naturalis, eam veluti natura determinat immobiliter ad vnum, ſequitur euidenter, omnia per dæmonem appetita in finem illum peruerſum ab eo actualiter ordinari.

Capreol. Zumellus Ferrarien. Bannes.

S. Thom.

Huic dicto fauet Bannes in tertia concluſione vltimi dubij ad hunc art. dicens dæmones non poſſe ſuſpendere cognitionem, & affectionem illius finis vltimi, ad quem ſe conuerterunt. Radicẽ prædictæ veritatis aſſignat Caietanus, & poſt eũ Bannes, Zumellus, & alij, ex eo, quod finis vltimus in operabilibus ita ſe habet ad vniuerſos actus, & operabilia in eum ordinata, ſicut ſe habet primũ principium in ſpeculabilibus ad concluſiones ex eo dependentes.

Bannes.

Quemadmodum ergo virtus primi principij in

qualibet conclusione participatur, sic virtus, & qualitas moralis vltimi finis per voluntatem appetiti siue bona, siue mala in qualibet eius appetitione participatur: iam autem diximus Angelum prævaricatorem propriam excellentiam, vt vniuersalissimum, & vltimum finem appetijsse.

His adde non posse Angelum cognoscere conclusiones speculativas, nisi simul etiam intueatur prima principia speculativa, & in eis conclusiones intelligat: igitur nec etiam fieri potest, vt Angelus practicè videat aliquid operabile, aut aliquod appetat bonum, aut refugiat malum, nisi per actualè vltimi finis notitiam, & amorem, propter què cætera diliguntur, aut odio habentur.

Cum autem asserimus bonam finis qualitatem moralem in ijs, quæ sunt ad finem, participari, nõ ita accipiendum est, quasi dicamus ex sola finis bonitate bonum reddi simpliciter actum, & opus in ipsum ordinatũ: Vt enim sit absolutè bona moraliter operatio necesse est, vt non solum habeat finis bonitatem, sed bonas etiam oportet esse cæteras omnes eius circumstantias: bonum enim, vt aic Dionysius, consurgit ex integra causa, malum autem ex singularibus defectibus.

Quod igitur intendimus est, finis bonitatem in id, quod agitur propter finem, ita derivari, vt bonum cum hac determinatione dici valeat, nimirũ ex fine, non tamen simpliciter, & absolutè; finis verò malitia sic deriuatur ad opus in eum ordinatũ, vt ex ea fiat, & dici debeat absolutè malum, ob iã dictam causam.

conclusio. Ex dictis sequitur vnica conclusio respondens quæsito, videlicet: Nec dæmones, nec alij damnati velle; aut efficere possunt opus aliquod moraliter bonum. Hæc patet ex dictis, & probãt eam plu-

Bannes. Zumellus ribus argumentis Bannes, & Zumellus, & ante eos S.D. de malo, quæst. 16. art. 5.

Argumenta, & solutiones.

CONtra conclusionem sunt argumenta, quæ referunt, & soluunt Capreolus, Caietanus, Bãnes, Zumellus, & alij.

Capreol. Caiet. Bannes Zumellus Valentia. Contra eandem conclusionem argumentatur Valentia. Primò: quia non apparet ratio, cur damnati non possint dolere de peccatis commissis, quatenus sunt causa pœnæ illorum, idque nulla alia huic actui adiuncta mala circumstantia; at huiusmodi actus est bonus moraliter, & oppositũ est error Lutheri; ergo. Maior potest, (inquit) probari testimonio scripturæ sapientiæ 5. vbi damnati commemorantur. *Pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes.*

Sap. 5.

Respondetur, falsam esse maiorem. Ad cuius probationem dico Sacram Scripturam non loqui de pœnitentia moraliter bona, sed de ea, quæ ex inuidia salutis electorũ procedebat: subdit enim sacer textus: *Dicentes: hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinẽ improperij: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est.* Deinde dolor, & pœnitentia illa reproborum ex inordinata sui dilectione, & finis vltimi sibi præfixi deriuabitur, vt ante diximus de quolibet actu deliberato damnatorum.

Sed hanc responsionem sic arguit idem expositor secundo suo argumento. Non est necesse omnẽ actum viatoris existentis in peccato mortali referri ab eo in vltimum ipsius finem malum; ergo neque omnem actum damnati.

Antecedẽs probatur, quia possunt peccatores, dum sunt in via huius vitæ, quædam opera facere bona moraliter, neque est opus, vt in omni opere peccent, quod sine gratia faciunt, sicut Lutherus hæreticè sentit.

Consequentia verò probatur: Quia ratione status damnationis non competit damnato aliquid, quod non competit peccatori non damnato, nisi vel ex voluntate diuina, vel ex eo, quod damnatus æternam pœnam patitur, & continenter habet cogitationem defixam in illa, & perpetuò etiam est conuersus ad suum finem malum. At ex voluntate Dei minimè conuenit damnato, & vt omnes suos actus referat in malum suum finem; Deus enim non vult peccatum. Neque etiam id competit dãnato ex eo, quod perpetuò cogitat suam pœnam, cum ea cogitatio potius mouere cum possit ad dolendum de causa illius pœnæ, qui dolor est actus per se bonus moraliter: neque denique ex eo, quod perpetuò manet cõuersus ad suum finem malum; nam nihilominus potest damnatus animaduertere quosdam actus se posse exercere, qui nullam habent connexionem seu ordinem cum vltimo illo fine, & ad quem ipse per peccatum, ob quod damnatus est, se conuertit auertens, sed à Deo; ergo nõ est opus, vt propterea referat omnem suum actum ad illum vltimum finem.

Antecedens probatur: Si aliquis sit damnatus propter peccatum auaritiæ, & ita perpetuò maneat conuersus habitualiter ad pecunias tamquam ad vltimum finem, quem anteposuit Deo non sanè video, cur is, si doleat de eo peccato, quatenus ei fuit causa damnationis, referre debeat hunc etiam actum doloris ad pecunias tamquam medium ad finem.

Respondetur, nullam esse consequentiam: Ad eius probationem dico damnatum, ideò in finem malum vniuersa per eum volita, & acta referre, quoniam affectio finis, cui ex plena deliberatione semel adhæsit immobiliter, ineſt eius voluntati, & facta est ei quodammodo naturalis, vt late diximus, in præcedenti controuersia: quod etiam affirmat S.D. de malo, quæst. 16. art. 5. eius verba sunt: *Quamuis dæmones diuersa diligant per liberum arbitrium, in omnibus tamen peccant, quia in omni eorum electione permanet vis primæ electionis ipsorum.* Hoc autem deducit ibi S.D. ex immobilitate voluntatis dæmonum multis argumentis ab eo probata. Ad argumentum, quod aduersus hanc partem affert Valentia, negatur antecedens. Ad eius probationem dico, damnatum propter peccatum auaritiæ habere pecunias, vt vltimum finem amatum amore concupiscentiæ, se ipsum autem amatum amore amicitiæ, quamuis impropriè, cum igitur hic dolet de peccato auaritiæ, quatenus ei fuit causa

Solutio.

Dæmones.

Digitized by Google

ſa damnationis; doloris actus ad ſeipſum refert inordinatè dilectum, vt ad vltimum finem, cui diuitias etiam inordinatè concupiſcit ſub ea conditione ſi nimirum eſſet in ſtatu viatoris, cui competit vſus diuitiarum; de quo tamen concupiſcentiæ peccato dolet alia ratione, prout ſcilicet eſt cauſa damnationis: quem doloris actum refert etiam in amatas diuitias; quia ſcilicet ideò dolet propter pœnam illatam ob dictam peccaminoſam concupiſcentiam, quoniam frui diuitijs appetit contra legem diuinam, & abſque impedimento ſub conditione iam dicta; quamuis enim pœna diuitiarũ vſum abſolutum, aut appetitum conditionatum non impediat, delectationem tamen impedit volũtatis ſub dicta conditione diuitias appetentis, & eis ſub ea conditione frui cupientis. Et per hæc ſoluitur etiam primum argumentum Vaſquezij contra rationem, qua probatur concluſio.

Tertiò ſic arguit: Ideo voluntas viatoris nõ poteſt in aliquid rendere, quod non comprehẽdatur ſub ratione boni in communi, quia bonum in cõmuni eſt quoddam vniuerſale cõprehendens omne obiectum voluntatis; at vltimus finis damnati eſt aliquid particulare, videlicet illud vtile, aut delectabile creatum, ad quod damnatus per peccatum ſe conuertit, auertens ſe à Deo; ergo non eſt neceſſe, vt omnes actus damnati referãtur in illũ.

Probatur illatio: quia poſſunt quidam actus exerceri à damnato, qui nullam prorſus habeant cum tali fine connexionem; vt patet in exemplo auari ſuperius allato.

Reſpondetur falſam eſſe minorem: Quamuis enim finis ille damnati non ſit vniuerſalis quo ad prædicationem, ſicut eſt bonum, eſt tamen vniuerſalis quo ad cauſalitatem; eo quod rationem habet vltimi ſimpliciter in huius damnati volũtate; & ideò nullum actum deliberatum poteſt damnatus exercere, qui cum tali fine non habeat dependentiæ cõnexionem; ordinatur enim ad talem finem ſemper actu cogitatum, & volitũ, vt ante diximus, & per hæc ſoluitur alterum argumentum Vaſquezij cõtra probationem concluſionis.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrum dolor ſit in dæmonibus.

331 1.d 7. q. 1. a. 1. corp. & ver. qu. 24. a. 1. ſed. & q. 26. a. 1. ad 5. & 2. 8. cor. pr. & ad 1.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd dolor non ſit in dæmonibus. Cum enim dolor, & gaudium opponantur, non poſſunt eſſe ſimul in eodem. Sed in dæmonibus eſt gaudium. Dicit enim Auguſt. *cõtra Manich. diabolus poteſtatẽ habet in eos, qui Dei præcepta contemnunt, & de hac tam infœlici poteſtate lætatur. Ergo in dæmonibus non eſt dolor.

Lib. 2. de Gen. con. Manic. c. 17. circa med. to. 1.

2 Præterea. Dolor eſt cauſa timoris. de his enim timemus dum futura ſunt, de quibus dolemus dum præſentia ſunt. Sed in dæmonibus non eſt timor, ſecundùm illud Iob 16. Factus eſt, vt nullum timerem. Ergo in dæmonibus non eſt dolor.

3 Præterea. Dolere de malo, eſt bonũ. Sed dæmones non poſſunt beatificare. Ergo non poſſunt dolere ad minus de malo culpæ, quod pertinet ad vermem conſcientiæ.

Sed contra eſt, quòd peccatum dæmonis eſt grauius quàm peccatum hominis: Sed homo punitur dolore pro delectatione peccati, ſecundùm illud Apocal. 18. Quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantùm date ei formentum, & luctum. Ergo multò magis diabolus, qui maximè ſe glorificauit, punitur doloris luctu.

Reſpondeo. Dicendum, quòd timor, dolor, gaudium, & huiuſmodi, ſecundùm quòd ſunt paſſiones, in dæmonibus eſſe non poſſunt. Sic enim ſunt propriæ appetitus ſenſitiui, qui eſt virtus in organo corporali; ſed, ſecundùm quòd nominant ſimplices actus voluntatis, ſic poſſunt eſſe in dæmonibus. Et neceſſe eſt dicere, quòd in eis ſit dolor: quia dolor, ſecundùm quòd ſignificat ſimplicem actum voluntatis, nihil eſt aliud, quàm reniſus voluntatis ad id, quod eſt vel non eſt. Patet autem, quod dæmones multa vellent non eſſe quæ ſunt, & eſſe, quæ non ſunt. Vellent enim, cum ſint inuidi, damnari eos, qui ſaluantur: vnde oportet dicere, quod in eis ſit dolor, & præcipuè, quia de ratione pœnæ eſt, quòd voluntati repugnet: priuantur etiam beatitudine, quam naturaliter appetunt: & in multis eorum iniqua voluntas cohibetur.

301 D. 978.

Ad primum ergo dicendum, quòd gaudiũ, & dolor de eodem, ſunt oppoſita, non autem de diuerſis. Vnde nihil prohibet, vnum ſimul dolere de vno, & gaudere de alio: & maximè, ſecundùm quòd dolor, & gaudium importãt ſimplices voluntatis actus: quia non ſolùm in diuerſis, ſed etiam in vna, & eadem re poteſt eſſe aliquid, quod volumus, & aliquid, quod nolumus.

Ad ſecundum dicendum, quòd, ſicut in dæmonibus eſt dolor de præſenti, ita, & timor de futuro. Quod autem dicitur, Factus eſt, vt nullum timerem, intelligitur de timore Dei cohibente à peccato. Alibi namq; ſcriptum eſt, quòd dæmones credunt, & contremiſcunt.

Ad tertium dicendum, quòd dolere de malo culpæ propter ſe atteſtatur voluntatis bonitati, cum malum culpæ opponitur. Dolere autem de malo pœnæ, vel de malo culpæ propter pœnam, atteſtatur bonitati naturæ, cui malum pœnæ opponitur. Vnde Auguſ. dicit 19. de Ciuit. Dei, *quod dolor amiſſi boni in ſuppli cio, teſtis eſt naturæ bonæ. Dæmon ergo, cùm

Lib. 19. c. 13. poſt med. to. 5.

peruerſe ſit voluntatis, & obſtinatæ; de quo culpę non dolet.

Sensus quæſiti.

NOmen doloris analogum declaratur in textu, ſed abſolutè ſumitur in quæſito.

Forma Textus.

CVm diſtinctione reſpondetur quæſito duabus concluſionibus. Diſtinctio eſt: Timor dolor, gaudiũ, & huiuſmodi dupliciter ſumi poſſunt; uno modo, vt ſunt paſſiones, alio modo, vt nominant ſimplices actus voluntatis.

Prima concluſiõ: Timor, dolor, & gaudium, ſecundũ quod ſunt paſſiones, in dæmonibus eſſe nõ poſſunt: Probatur: Quia ſic ſunt propriè appetitus ſenſitiui, qui eſt virtus in organo corporali; ergo. Conſequentia patet ex ſupradictis in prima quæſt. huius tractatus.

Secunda concluſio: Timor, dolor, &c. ſecundùm quod nominant ſimplices actus voluntatis, ſic poſſunt eſſe in dæmonibus, & neceſſe eſt dicere, quod in eis ſit dolor.

Probatur hæc ſecunda pars: Quia dolor, ſecundùm quod ſignificat ſimplicem actum voluntatis, nihil eſt aliud, quàm reniſus voluntatis ad id, quod eſt, vel non eſt: at dæmones multa vellent non eſſe, quæ ſunt, & eſſe, quæ non ſunt; ergo. Probatur minor: Quia, cum ſint inuidi, vellent damnari eos, qui ſaluantur; ergo.

Secundò, quia pœnam patiuntur, de cuius ratione eſt, vt voluntati repugnet.

Tertiò, quia priuantur beatitudine, quam naturaliter appetunt.

Vltimò: quia cohibetur in multis eorum iniqua voluntas.

Expoſitio Textus.

QVatuor ſunt hic ad maiorem textus intelligẽtiam annotanda: Primum eſt certã eſſe primam concluſionẽ apud tenentes Angelos eſſe õnino in corporeos, & non habere corpora ſibi naturaliter vnita, & viribus carere ſenſitiuis, vt ſupra docuit S. Thom. quæſt. 50. art. 1. & q. 51. art. 1. & quæſt. 54. art. 5.

Secundum eſt, concluſionem ſecundam eſſe fidei dogma certiſſimum in ſacris litteris ſæpè cõmemoratum: Iſaiæ 14. *Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, &c.* 2. Pet. 2. *Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos.* Apoc. 12. *Draco pugnabat, & Angeli eius, & non valuerunt, neque locus inuentus eſt eorum amplius in cælo; Et proiectus eſt draco ille magnus, &c. & Angeli eius cum illo miſſi ſunt.* Quibus verbis ſatis apertè ſignificatur pœna damni in beatificæ viſionis Dei priuatione conſiſtens. Et cap. 2. *Diabolus, qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnum ignis, & ſulphuris, vbi, & beſtia, & pſeudoprophetæ cruciabuntur die, ac nocte in ſæcula ſæculorum.* Argumentum etiam D. Tho. ex 18. cap. Apoc. deductum à minori ad maius eãdem concluſionem probat euidenter.

Iſa. 14. 2. Pet. 2. Apoc. 12. Apoc. 2.

Tertium eſt dolorem in Angelis malis, qui eſt actus ſimplex voluntatis, non eſſe dolorem metaphoricè dictum, vt contra metaphyſicam, & cæteros expoſitores hic affirmat Valentia. Formalis enim ratio doloris ſeclusa materiali imperfectione, quam ſibi connexam habet in animalium appetitu, tota reperitur in Angelo peccatore. Eſt enim dolor abſolutè, & formaliter ſumptus reuitus appetitus ad id, quod eſt, vel non eſt. Reuitur enim etiam brutorum appetitus præſentibus malis, & abſentiæ boni per eos appetiti, vt quotidiana probat experientia. Vt autem ad actum cõtrahitur voluntatis, dolor eſt reniſus voluntatis ad id, quod eſt, vel non eſt, ideſt actus voluntatis, quo vult non eſſe, quod eſt, aut eſſe, quod non eſt. Quemadmodum igitur amor, gaudium, & delectatio, prout ſignificant actus appetitus, corpoream habentes tranſmutationem annexam, nec Deo, nec Angelo congruunt, ſed animalibus tantum corpore, ac ſenſu præditis, vt auctè ſignificant ſimplices actus voluntatis Deo attribuuntur, & Angelis, non metaphoricè, vel improprie, ſed formaliter, & propriè, quamuis analogicè, vt ait S. Thom. ſupra quæſt. 20. art. 1. ad primũ, ſic in propoſito de dolore dicendum eſt. Cuius definitionẽ in textu poſitam hic explicat Molina. Cauſas verò doloris in dæmonibus recenſet, & explicat Bannes.

Valent. S. Thom. Molin. Banes

Quartum eſt, dolorem dæmonis, & animæ actionem eſſe formaliter, ac propriè vitalem voluntati conuenientem, non prout recipit, aut patitur, ſed quatenus vitaliter operatur, & agit, vt hic aduerſus Scotum Caietanus aduertit, quem alijs ſequuntur expoſitores. De qua re legendus eſt D. Thom. in prima ſecundæ, quæſt. 22. art. 3. & ibi Caietanus, & alij expoſitores.

S. Thom.

Prima Controuerſia.

An dolor conſequens priuationem viſionis beatificæ pertineat ad pœnam damni, vel ad pœnam ſenſus.

Sententiæ Doctorum.

SCotus in 4. ſent. diſt. 50, quæſt. 1. artic. 4. docet omnem dolorem ex quocunque malo apprehenſo prouenientem eſſe pœnam ſenſus. Quã ſententiã ſequitur Sotus in quarto, ſent. diſt. 6. quæſt. 1. art. 1. & eam pro poſſe tuetur Molina diſput. 2. ad hunc articulum, & Vaſquez cap. 2. Suarez tomo quarto, diſput. 46, ſect. 1. numero 5. & in eam inclinat Zumellus. Sed oppoſitam ſententiam, nimirum dolorem prædictum ad pœnam dãni pertinere, ſequitur Bannes dubio 1. ſuper hoc artic. Peſantius in ſua diſputatione numero tertio, & Malonius in ſecundo ſententiarum, diſtinct. 6. diſput. 21. & videtur eſſe ſententia S. Thom. ſatis aperta locis infra notandis.

Scot. Soto. Molin. Vaſquez. Suarez Zumellus Bannes Peſantius Malonius S. Thom.

Re-

Reſolutio.

Affertur, & explicatur definitio pœnæ communiter ſumptæ, & diuiditur in pœnam damni, & in pœnam ſenſus, quarum rationes, & differentiæ declarantur.

PRincipium definiendæ veritatis in propoſita controuerſia à pœnæ definitione, ac diuiſione, & eius differentijs, ac propria cuiuſq; membri ratione ſumendum eſt. Pœnæ definitionem collegimus, & explicauimus ſupra quæſt. 48. art. 5. vbi diximus malum pœnæ eſſe ſubtractionem, ſiue priuationem quandam formæ, & integritatis rei, ideſt ſuppoſiti rationalis ex diuina prouidentia, & iuſtitia contra ipſius ſuppoſiti voluntatem. In qua definitione ſubtractio, ſiue priuatio ponitur loco generis, ſiue ſit verè, ac propriè genus, ſiue ſit cõmune tantum analogum: nomine verò formæ, & integritatis, non ſolum forma, potẽtia, & habitus, ac partes eius integrantes ſignificantur, ſed illud etiam omne comprehenditur, quod poteſt eſſe neceſſarium ad benè operandum, ſiue ſpectet ad animam, ſiue ad corpus, ſiue ad res exteriores; horũ enim omnium ſingulorumq; bonorum priuationes pœnæ dicuntur ſecundùm fidei catholicæ documenta; vt ait S. D. in 2. ſent. diſt. 35. Additur præterea, ſuppoſiti rationalis, eo quod malum pœnæ ſoli cõgruat naturæ rationali, ſicut & culpa, vt enim ait S. Doc. loco paulò ante notato ad ſecundùm, & de malo, quæſt. 1. art. 4. pœna, & culpa non diſtinguunt malum ſimpliciter, ſed in rebus tantum voluntarijs. Poſtrema demum particula definitionis eſt, contra ipſius ſuppoſiti voluntatem; Quia de ratione pœnæ eſt, vt ſit contraria voluntati, vt ibidẽ affirmat S. D. & in 4. cont. gent. cap. 141. ait de ratione pœnæ eſſe non ſolùm, vt ſit priuatiua boni, ſed etiam vt ſit contraria voluntati, & addit: *Non autem cuiuslibet hominis voluntas exiſtimat bona, ſecundum quod ſunt, ideo contingit interdum, vt id, quod eſt maioris boni priuatiuum, eſt minus contrarium voluntati, & propter hoc minus pœnale eſſe videtur.* Hæc ibi. Igitur ſecundùm mentem D. Thom. gradus pœnæ maior, aut minor erit iuxta gradum maioremve, aut minorem contrarietatis mali ad voluntatem: quod intelligendum eſt poſita, ſiue data mali paritate. Cum autem in voluntate tria cõſideremus, ſcilicet actum, habitum, & propenſionem eius naturalem, tribus etiam modis pœna poterit eſſe voluntati contraria. Primò namq; poteſt eſſe contraria voluntati actuali; vt cum infligitur pœna actu ſcienti, & conſideranti. Secundò poteſt eſſe contraria voluntati habituali, ſicut cum alicui minimè conſideranti ſubtrahitur aliquod bonum, quis n. doleret, ſi ſubtractionem conſideraret: Denique poteſt eſſe pœna voluntati contraria quo ad inclinationem ipſius voluntatis naturalem, vt cum priuatur aliquis habitu virtutis volens nõ habere virtutem, priuatio hæc, quamuis ſit actu volita, contraria tamen eſt naturali voluntatis inclinationi, quæ tendit in bonum virtutis. Hæc verò latius explicauimus in allegata quæſt. 48. art. 5. controuerſia vnica.

Diuiſio pœnæ.

M Diuiditur autem pœna in pœnam damni, & pœnam ſenſus: Pœna damni, quæ per ſe primò pœnæ eſt, conuenit ſupra poſita pœnæ definitio. Pœna verò ſenſus, quæ ſecundariò pœna dicitur, ſubtractionis, ſiue priuationis, læſionis, ſiue afflictionis actum ab extrinſeca cauſa procedentem adiungit: cùm enim flagellatur aliquis, aut vritur, non ſolum debita, & naturæ conſentanea diſpoſitione, & operatione priuatur, ſed etiam contrariam, naturæ ſuæ diſpoſitionem recipit, & per eam affligitur.

S. Thom.

Quam differentiam S. Doct. explicat elegantèr in ſecundo ſententiarum diſt. 34. art. 2. his verbis: *Si autem dicatur malum per accidens, quia cauſat talẽ*

B *priuationem, hoc poteſt eſſe dupliciter: quia cauſa priuationis debitæ perfectionis, vel eſt ex parte materiæ, quæ eſt indiſpoſita ad recipiendam virtutem agentis, ſicut eſt defectus in monſtris, & alijs, quæ ex defectu materiæ contingunt; aut ex parte agentis, & hoc contingit dupliciter: quia vel agens eſt coniunctum agenti in contrarium perfectionis debitæ; ſicut ignis adurens, & gladius ſecans; & ex hoc ſequitur malum, quod dicitur pœna ſenſus in ſentientibus, in quibus culpa, & pœna eſſe poſſunt, quia tale agens, quod priuat perfectionem debitam, eo quod coniunctum eſt, ſentitur. Aut eſt agens non coniunctum impediens influentiam cauſæ perficientis: ſicut dicuntur nubes mala, inquantum impediunt lumẽ*

C *Solis, ne ad nos perueniat, & quia talis cauſa non ſentitur ex ipſa perfectionis ſubtractione, cũ non tollat perfectionem agendo in id, quod priuatur, ſed magis impediẽdo agentem ex hoc, quod perfectionem ſubtrahit, cum remota ſit. Sed forte ſentitur alio modo per accidens: ſicut, quia nubes videntur, ideo malum, quod ex hoc ſequitur, non dicitur pœna ſenſus. Sed pœna damni, in illis tamen, quæ pœnæ ſuſceptiua ſunt in malis.* Hæc ibi S. Doct. Ex quibus elucet prædicta differentia inter pœnam damni, & pœnam ſenſus, & definitio pœnæ in communi ſuperius allegata; quoniam vtraque malum eſt, quia priuationem cauſat debitæ perfo-

D ctionis, quamuis diuerſa ratione: Si namque ſic perfectione debita priuat ex parte agẽtis vt agẽs, quod perfectione debita priuat, ſit coniunctum agenti, ſcilicet ſentienti, malum cõſequens dicitur pœna ſenſus; ſi verò non ſit coniunctum, ſed impediens influentiam cauſæ perficientis, malum conſequens dicitur pœna damni; ſicut priuatio diuinæ viſionis eſt pœna damni, quia prouenit ex diuina iuſtitia impediente diuinæ bonitatis influxum beatitudinem communicantis.

Tres gradus pœnæ damni diſtinguuntur, & explicantur, & reſpondetur quæſito affirmatiuè.

E SEd obſeruandum eſt diligenter pœnæ damni plures eſſe gradus, ſiue modos; quorum vnus altero completior eſt. Cum enim, vt ante dixim', de ratione mali pœnæ ſit, vt ſit contraria voluntati; iuxta modum contrarietatis ad volũtatem erit, etiam modus, & gradus mali pœnæ ſuppoſita paritate priuationis. Et ſumma quidem contrarietas eſt, cum malum actuali volũtati repugnat, minor verò, ſi repugnantia mali ſit cum voluntate tantũ habituali, minima demum exiſtet, ſi naturali tantũm

tùm repugnabit inclinationi voluntatis. Quòfit, vt in genere pœnæ damni eadem boni, priuatio, atque adeo pœna, quæ mitior, ac leuior erat, fiat acceſsione repugnantiæ voluntatis acerbior, vt ſi quis abſens, & ignorans in pœnam delicti fuerit officio, vel dignitate priuatus, veram, & propriè dictam damni pœnam neſciens ſuſtinebit, ſed acrior illi fiet eadem pœna, cum priuationis illius habita notitia conſurget actualis in voluntate repugnantia. Hoc autem, quod in vnius perſonæ pœnam ſuſtinentis exemplo demonſtrauimus, in diuerſis etiam poſſumus indicare ſuppoſitis; eadem enim beatificæ viſionis priuatione pueri ſine baptiſmo, & vſu rationis decedentes puniuntur in limbo, qua damnati puniſtur in inferno; ſed quia dánati dictæ priuationi ſua voluntate repugnant, non autem pueri, ideo damnatis ſumma pœna eſt ea priuatio, non autem pueris.

S. Thom. Vnde S. Doct. in 4. ſent. diſt. 21. quæſt. 1. artic. 1. quæſtiunc. 3. poſtquam diſtinxit duplicem pœnã purgatorij, dicens alteram eſſe damni, & alteram ſenſus, ſtatuit concluſionem dicens, minimam pœnam purgatorij quantum ad vtrumque excedere maximam pœnam huius vitæ: quam probans quo ad pœnam damni ſubdit: *Quanto enim aliquid magis deſideretur, tantò eius abſentia eſt moleſtior; & quia in illis, quo deſideratur ſummum bonum, poſt hanc vitam in animabus ſanctis eſt intenſiſſimus, quia non retardatur affectus mole corporis, & etiam quia termino fruendi bono iam aduenieſſet, niſi aliquid impediret, ideo de tardatione maximè dolent.* Cum itaque loquatur ibi Sanctus Doct. de pœna damni, prout diſtinguitur à pœna ſenſus, & aſſerat pœnam damni in animabus purgatorij maiorem eſſe maxima præſentis vitæ pœna propter intenſiſſimum deſiderium fruendi ſummo bono, & ob ſummum dolorem ex tali deſiderio ex abſentia boni conſequentem, ſatis apertè ſignificat dolorem de priuatione boni conceptum ad pœnam damni pertinere; alioquin pœna damni non poſſet dici maior ex tali dolore ſecundùm ſe, formaliter, & propriè.

Probatur ex rationibus pœna damni, & pœnæ ſenſus, & ex earum differentijs, dolorem, qui ſequitur priuationem viſionis beatificæ, ad pœnam damni pertinere, vt eius complementum.

Molina. Vaſquez. EX dictis patet ſignificatio nominum, ſcilicet pœnæ damni, & pœnę ſenſus, quæ non eadem eſt apud omnes Molina ſi quidem, & Vaſquez dãni pœnam opinantur in ſola priuatione conſiſtere, triſtitiam, autem, & dolorem omnem ex ſola etiã priuatione boni conceptum ad pœnam ſenſus pertinere: ait enim Vaſquez cap. 2. dupliciter aliquid eſſe poſſe malum alicuius: Vno modo re ipſa abſq; vlla cognitione, & triſtitia, quę ex cognitione oriatur; & hoc (inquit) malum habet rationem damni eius, cuius eſt malum, & rationem pœnæ damni, quoties propter peccata infligitur; & hanc pœnam dicuntur pati dęmones, non quatenus illam ſentientes triſtantur, ſed quatenus re ipſa leſionem, & damnum patiuntur: Alio modo aliquid dicitur A eſſe malum, quod ea ratione ſolum eſt diſconueniens, quatenus ſentitur, ſeu cognoſcitur, & cognitum triſtitiam affert; & hoc malum (inquit Vaſquez) quoties infligitur propter peccata dicitur pœna ſenſus. Alij verò pœnam ſenſus in damnatis ſolum eam eſſe contendunt, quam cauſat in eis ignis inferni.

Sed optima differentia eſt, quam aſsignat S. D. in 1. 2. quæſtione 87. articulo quarto, & alibi ſæpè, videlicet pœnam damni peccato reſpõdere ex parte auerſionis à Deo incommutabili bono, pœnam verò ſenſus eidé peccato reſpondere ex parte conuerſionis ad commutabile bonum. Peccato B verò ex parte auerſionis reſpõdet quidem primò, & immediatè priuatio perpetuæ beatitudinis, ſed conſequenter etiam, & ſecundario, ac veluti perfectio, & vltimum complementum eidem peccato ex parte auerſionis correſpondet afflictio, ſeu triſtitia, & dolor ex apprehenſione intellectus, & renitentia voluntatis erumpens, vt patet ex locis D. Thom. ſuperius allegatis: Et probatur ex oppoſito bono, cuius ratio completur per ſuperadditas perfectiones, vt ait S. D. ſupra quæſtione quinta, articulo primo, adeo vt, quamuis ratio boni conſequatur rationem entis, vt eius proprietas naturalis, nulla tamen res ſecundùm primum actum ſubſtãC tialem dicatur bona ſimpliciter, ſed tantùm ſecũdùm quid, ſecundùm perfectiones autem vltimas ſuperadditas ſit bona ſimpliciter, cum tamen illæ perfectiones ab ipſa rei ſubſtantia ſint extraneæ, quia ſunt accidentia: ſimiliter itaque priuatio v. g. diuinæ viſionis nudè ſumpta dicitur, & eſt verè pœna damni, ſed eius perfectio, ſiue complementum ex triſtitia, doloreq; priuationem illam apprehenſa conſequente dependet; ita vt præciſo dolore pœna damni ſit, quid imperfectum in genere pœnæ, quia de ratione pœnæ, vt ait S. D. eſt, vt volũtati repugnet, & quo maiorem habuerit *cum volũ*tate repugnantiam, eo maius habebit *in ſuo gene*D re cõplemẽtum: maxima verò repugnantia eſt, cum actu cognoſcitur, & triſtitiam, ac dolorem ingerit voluntati. Præterea delectatio, ſiue fruitio conſequens viſionem eſſentiæ diuinæ ad beatitudinem pertinet eſſentialem, non quidem, vt in ea clauſa quidditate, ſed veluti proprietas, & paſſio conſequens eſſentiam beatitudinis, quæ viſio eſt, ſupremam illi conferens perfectionem, & complementum. Similiter ergo dolor, qui priuationem ſequitur viſionis beatificę, ad pœnam damni pertinet eſſentialem, vt eius proprietas, & vltimum eius complementum.

Sed ait Molina, nullam eſſe conſequẽtiam, quia Molinæ ſponſio
E delectatio, quæ ad præmium attinet eſſentiale tãquam illius complementum, oritur ex ipſomet pmio eſſentiali, nimirum ex viſione Dei, & amore eiuſdem clarè viſi ſine vlla alia intermedia actione. At verò triſtitia de beatitudine amiſſa oritur ex pœna damni mediante alia actione, videlicet ipſius notitia, & præterea oritur ex peculiari ratione culpæ, quam tamquàm pœnam commitatur. Sed hæc reſponſio minimè diluit argumentum. cõfutatio
Merè ſiquidem per accidens eſt id, quod pertinet

ad

ad vltimum rei complementum, actione aliqua, aut nulla mediante, ex essentia rei, cuius est complementum. ena sci, corporis enim humani perfectio, siue complementum ex ipsius corporis naturalis virtute trahit originem, non quidem immediatè, sed actione virtutis augmentatiuæ mediante, quam constat à virtute, & actione generatiua distingui, qua corpus in esse producitur; colores etiam, & picturæ, & id genus alia ad ornamentũ attinentia domui iam extructæ distinctis actibus apponuntur, cum tamen ad eius pertineant complementum, nec minus quàm accidentia rei naturalia proprium subiectum in debita perfectione constituant; quod etiam de speciebus Angelorum asserendum est secundùm eorum sententiam, qui dicunt eas non ex eorum essentia pullulare, sed actione Dei speciali fuisse desuper illis infusas, quas tamen constat ad Angelorum perfectionem, & complementum pertinere.

Conclusio. Ex hucusque dictis sequitur vnica conclusio q̃sito respondẽs, videlicet: Dolor damnatorum sequens ex priuatione visionis beatificæ simpliciter, ac propriè pertinet ad pœnam damni, vt vltimum illius complementum. Huius probationes ex præcedenti discursu facilè colligentur.

Argumenta, & solutiones.

Molina. COntra propositam conclusionem argumentatur Molina, primò. Pœna damni integra est in omnibus damnatis, etiã in pueris, qui propter solum originis peccatum damnati sunt; at in his nulla est tristitia de beatitudine amissa; ergo. Confirmatur hæc ratio: quoniam esto illi, qui cum solo originis peccato ex hac vita discesserũt, in perpetuum ignorarẽt se in pœnam pro eo peccato priuatos esse, immo esto ignorarent posse bilem esse beatitudinem supernaturalem, nihilominus haberent integram pœnam damni, quę in carentia beatitudinis supernaturalis alias futurę est posita, sufficienter q; essent puniti pro peccato originis; at tunc nullam haberent tristitiam de tali pœna damni; ergo tristitia de pœna damni non ad ipsam pœnam damni, sed ad pœnam sensus attinet.

Respondetur primò pœnam damni in pueris ob solum originis peccatum in limbo damnatis infligtam esse quid imperfectum, tam in genere pœnæ, quàm in genere talis pœnæ, scilicet damni, quæ ex propria ratione nata est actu voluntatis priuationi repugnante compleri; vt patet ex definitione mali pœnæ superius explicata. Quamuis enim infantes illi sufficiẽter, vt exigit diuina iustitia, fint puniti, non est tamen illa pœna perfecta simpliciter in genere pœnæ damni, quæ vt perfecta sit absolutè contrarietatem, siue repugnantiam exigit voluntatis. Secundò dico falsam esse minorem argumenti, vt latè probat Malonius in allegata disputatione 21. Malonius.

Secundò. Tristitia illa non oritur ex nuda carẽtia beatitudinis, in qua posita est pœna damni, sed ex notitia, qua priuatio illa cognoscitur; nec oritur aliqualiter in omnibus damnatis, sed in his, qui ob solum originis peccatum damnati sunt, oritur nulla, in reliquis verò, quo grauius peccauerunt, eo oritur maior, atque adeò pœna illa, sicut, & cruciatus ignis, respondet quantitati peccatorum; ergo non pertinet ad pœnam damni, sed sensus.

Respondetur nullam esse consequentiam. Notitia si quidem illa priuationis beatitudinis ad pœnam damni pertinet, nec debet seorsum ab ea cõputari, cum nihil aliud sit ea notitia, quàm ipsa priuatio in esse cognito, ex qua veluti intrinseco, & formali, ac immediato principio tristitia nascitur; ex patratis verò peccatis oritur, vt ab extrinseca causa, & vt materia morali, circa quam pœnæ supplicio exequendam versatur Dei supremi Iudicis, & agentis operatio.

Tertiò: Tristitia illa in ratione tristitię, ac doloris eiusdem rationis est cum tristitia, quæ existit ex cruciatibus inferni, & cum tristitia, & inuidia, quam damnati habent de beatitudine, & bonis beatorum; sed ex sententia eorum, cum quibus disputamus, non solum dolor, & tristitia, quæ ex igne inferni proficiscitur, sed etiam illa, quæ oritur ex inuidia de bonis beatorum, pertinet ad pœnam sensus; ergo etiam tristitia de amissa beatitudine ad pœnam sensus spectabit.

Respondetur falsam esse primam propositioné: Quia tristitia inuidiæ coniuncta, & in ea clausa peccatum est, ad speciem pertinẽs ipsius inuidię, quæ est tristitia de bono alterius, quatenùs æstimatur diminuere gloriam propriam, vt ait S. Doctor secunda secundæ, quæst. 34. art. 6. & alibi sæpè; tristitia verò puerorum in limbo, si quæ in eis est, & existentium in purgatorio, longè segregata est ab inuidia, & à quocumque peccato, & actus est voluntatis naturalis bonitatem indicans naturæ, & voluntatis. S. Thom.

Quartò: Vermis damnatorum ad pœnam sensus pertinet, pars autem vermis est tristitia de beatitudine sua culpa amissa; ergo tristitia de beatitudine amissa ad pœnam sensus spectat.

Respondetur, vermem damnatorum secundùm vnam rationem pertinere ad pœnam sensus, quatenus, scilicet tristitia, & dolor nomine vermis significatus consequitur memoriam peccatorum, vt meritoria sunt pœnæ sensus per ignem inflictæ, quæ respondet peccato ex parte conuersionis; sũ aliam verò rationem, quatenùs, scilicet dolor ille consequitur memoriam peccatorum, vt meritoria sunt priuationis æternæ felicitatis, ad pœnam attinet damni, quæ peccato respondet ex parte auersionis, vt scitè Bannes aduertit. Bannes.

Quintò: Nomine pœnæ sensus hic intelligitur pœna, quę formaliter affligit, vt est dolor, tristitia, & cruciatus; ac proindè vitalis actio molestans, & excrucians, quæ vitali potentia percipitur; id autẽ quod extrinsecus illam efficit, dicitur pœna sensus, tamquam pœnam efficiens, non verò quasi sit ipsa pœna, & molestia interior; quæ percipitur: Et denique pœna sensus distinguitur ab ea pœna, quæ, etiam si non percipiatur, nec affligat, in se tamen

est

eſt damnum, vt vera pœna illata propter culpam, vt eſt priuatio ſempiternæ beatitudinis; quæ proindè ea ratione à pœna ſenſus diſtinguitur, ſed dolor, & triſtitia damnatorum de beatitudine amiſſa eſt vera actio vitalis eos affligens; ergo pertinet ad pœnam ſenſus, & non damni.

Reſpondetur malè deſcribi à Molina pœnã ſenſus, nec benè diſtingui per aſſignatam ab eo differentiam à pœna damni: veram differentiam aſſignauimus ſupra ex Diuo Thoma in ſecundo ſententiarum diſtinctione trigeſimaquinta, articulo ſecundo, iam enim diximus dolorem formaliter affligẽtem, qui oritur ex priuatione diuinæ viſionis à damnato conſiderata, ad pœnam damni, vt eius complementum pertinere.

Sed contra reſponſionem hanc ex eodem expoſitore duo poſſunt argumenta proferri. Primũ eſt: quoniam in damnatis ob ſolum originis peccatũ completa eſt pœna damni, nec tamen adiunctam habet huiuſmodi triſtitiam.

Secundum eſt: quia pœna damni non ſolùm includit priuationem viſionis diuinæ eſſentiæ, & amoris Dei clarè viſi, ſed etiam delectationis, & cæterorum bonorum, quæ indè erant redundatura; ergo tam integra eſt in ſe, eſto ex notitia, quæ de illa habeatur, nulla oriatur triſtitia, quàm integrum futurũ erat præmium: igitur videtur, quod ad complementum pœnæ damni, vt priuatiuè opponitur integro præmio eſſentiali, neceſſaria non ſit eiuſmodi triſtitia, quin potiùs ſuperaddatur damnatis ob culpam actualem in pœnam, quam vltra pœnam damni, integramuè priuationem præmij eſſentialis merentur, ſicut etiam cæteræ pœnæ ſenſus eis ſuperadduntur.

Reſpondetur ad primum in damnatis ob ſolũ originale peccatum completam eſſe pœnam damni complemento diuinæ iuſtitiæ, cuius eſt pœnam adæquare delicto, non tamen eſſe completam vltimo complemento apto nato conuenire pœnæ dãni in genere ſuo, vel in genere pœnæ, vt latè ſupra diximus. Et per hoc ſoluitur etiam ſecundùm argumentum.

Probat enim pœnam illam eſſe integram primo modo non autem ſecundo; & ideò negatur ſecunda conſequentia, quæ de complemento loquitur ſecundo modo. Nec obſtat, quod in eſſentiali beatitudine, quæ dictæ opponitur pœnæ damni, non facilè diſcerni poſsit complementum oppoſitum complemento pœnæ damni, ſatis enim eſt in ea beatitudine aliquid eminenter reſpondens contineri, putà gradum maioris beatitudinis, quàm ſit pura viſio ſolius eſſentiæ, vel aliquid huiuſmodi.

Secunda Controuerſia.

An dæmonibus gaudium ineſſe valeat propriè dictum de poteſtate, aut victoria contra peccatores obtenta.

Sententiæ Doctorum.

COmmunis eſt expoſitorum conſenſus in dæmonibus nullum eſſe poſſe gaudium ſimpliciter, & propriè dictum, ſed in eis aliquid inueniri, quod ſecundùm quid, aut per ſimilitudinem, ac impropriè gaudium nominatur. Sanct. Doctor in quarto ſententiarum diſt. 45. quæſt. 2. art. 3. quæſtiuncula prima ad quartum, de damnatis illis hominibus loquens, pro quibus Sanctus Machurius orauit, & intellexit eos iuuamen ex eius oratione cæpiſſe, ait non ita fuiſſe iuuatos, vt eorum pœna minueretur, ſed eis tantum orante Machario fuiſſe conceſſum, vt mutuo ſe viderent; vt Damaſcenus confirmat ex vitis Patrum; ſed in hoc ait Sanctus Doctor, verum non habebant gaudium, ſed phantaſticum, quia, ſcilicet implebatur hoc, quod deſiderabant, & ſubdit: *Sicut, & dæmones gaudere dicuntur, dum homines ad peccatum pertrahunt, quamuis per hoc eorum pœna nullatenus minuatur, ſicut nec minuitur gaudium Angelorum per hoc, quòd malis noſtris compati dicuntur.* Hæc ibi: Quam definitionem expoſitores omnes recipiunt, quamuis non eodem modo interpretentur, Bannes enim, & Zumellus exiſtimant dæmones de victoria contra homines reportata gaudere non formaliter, ſed cauſaliter, quia ſcilicet in hoc eorum deſiderium expletur, quæ deſiderij adimpletio ſuapte natura eſt delectationis, & gaudij productiua in ſubiecto, quod eſt delectationis, & gaudij capax, qualis non eſt voluntas dæmonis, quæ ſumma triſtitia, doloreq; conficitur.

Molina gaudium illud impropriè dictum ait eſſe complacentiam in euentu deſiderato, ad quam ſequeretur lætitia, niſi Deus denegaret cõcurſum vniuerſalem.

Vaſquez opinatur in hoc poſitam eſſe dæmonũ lætitiam, quòd, cum homine ſemel, atque iterum victo nullam capiant voluptatem, praua tamen affectione ducti iterum ipſum, aut alium hominem aggrediuntur apprehendentes ſibi in futura victoria nouam cauſam lætitiæ, quam in præcedente victoria non inuenerunt, & in hoc ſe habent (inquit) inſtar eorum, qui lætantur.

Reſolutio.

Dæmonibus gaudium verum, ac propriè dictum minimè conuenire, ſed radicaliter, ſeu cauſaliter tantum, & impropriè ſumptum.

CVm ſuperiores oẽs dicendi modi, vna dumtaxat excepta Vaſquezij phãtaſia, ſint probabiles, nec alter alteri ſit aduerſus, quamquam aliqui videantur eſſe diminuti, aut certè minùs apti, non eſt, quod longa diſputatione vexemur in definienda propoſita difficultate.

Diſcernenda verò primò certa ſunt ab ijs, de quibus

quibus eſt, aut eſſe forſaſſe poſſet aliqua dubitatio. Certum eſt autem primò Deo permittente multa dæmonum impleri deſideria, circa lapſus, & perditiones hominum, quas auidiſſimè concupiſcunt, & tota ſua virtute procurant. Præterea certũ eſt formaliter loquendo nulla ex parte dęmonum pęnam poſſe diminui, alioquin non eſſet ſumma, nec ſtabilis eorum miſeria; nam & ſpes illa deminuenda, ſiue mitiganda nonnũquam ex aliqua parte triſtitia, ſiuę dolore non paruum eis leuamen afferret.

Denique certum eſſe debet iuxta philoſophi doctrinam in 7. Ethicorum cap. 14. triſtitiam vehementem omnem delectationem excludere, ſicut vehemens delectatio triſtitiam omnem expellit. Verba philoſophi ſunt: *Expellit autem delectatio triſtitiam, & quæ contraria, & quæ contingens, ſi ſit fortis.* quæ verba exponens S. D. ibi ait delectationẽ expellere non ſolum triſtitiam contrariam, ſicut delectatio cibi triſtitiam famis expellit ſibi directè contrariam, ſed etiam, ſi delectatio ſit fortis, expellere quamcunque aliam triſtitiam; quia omnibus triſtitijs contrariatur ſecundùm genus, quamuis non ſecundùm ſpeciem; ſimiliter itaque triſtitia, ſi fuerit fortis, & vehemens delectationẽ excludet.

Ex his veluti firmis, ac indubitatis veritatibus ab omnibus admittendis ſequitur euidenter, nullum dæmonibus, aut cuicumq; damnato gaudiũ ſimpliciter, ac propriè dictum poſſe contingere: Cum enim vehemẽtiſsimus ſit eorum dolor, ſummaq; triſtitia, nullum in voluntate delectationis aut lætitiæ gradum admittit. Cum itaque S. D. affirmat cum Auguſtino, dæmones de ſua infęlici poteſtate lætari, & gaudium ſimul in eis eſſe poſſe cum dolore, quia dolor, & gaudium de diuerſis minimè ſunt oppoſita, & nihil prohibet vnum ſimul dolere de vno, & gaudere de alio, quia non ſolum in diuerſis, ſed etiam in vna, & eadem re poteſt eſſe aliquid, quod volumus, & aliquid, quod nolumus, intelligendum eſt de gaudio non formaliter, & propriè dicto, ſed radicaliter, vel cauſaliter, & impropriè.

Cum enim, vt ante diximus, complura dæmonum adimpleantur deſideria, & in euentu pro voto ſuccedente complaceant, hoc ipſo gaudere, ſiue lætari non incongruè dici poſſunt, quia proximã habent lætitiæ radicem, & cauſam, ſcilicet complacentiam, quam tamen nulla conſequitur vera lætitia, eo quòd eam, vt ante diximus ſumma triſtitia non admittit: Quemadmodum etiam miſeris, & dolentibus compati dicũtur Angeli ſancti, non quidem formaliter, ac propriè, ſed quaſi radicaliter, & cauſaliter; quia, ſcilicet eis diſplicent mala noſtra; ex actu verò diſplicentiæ ſequitur triſtitia naturaliter in ſubiecto capaci, qualis nõ eſt ſanctorum voluntas Angelorum diuinæ bonitatis fruitione repleta; & hoc voluit ſignificare S. Tho. loco ſupra notato, & expoſitores allegati ſuper hoc articulo.

Quod autem ait Vaſquez .ſ. dęmones eſſe adeò prauè affectos, vt, cũ ex præterita victoria nullam voluptatẽ perceperint, nihilominus apprehẽdant ſibi in futura victoria nouã cauſam lętitiæ, quã in præcedenti victoria non inuenerunt, & in hoc ſe habere inſtar eorum, qui lætantur, valdè puerile eſt. Norunt enim dæmones euidenter nullum ſibi gaudium ex quacũq; re, vel euentu poſſe contingere, cum probè ſtatũ ſuũ agnoſcãt infęliciſsimũ, ac proindè nullius eſſe voluptatis lætitiæve capacẽ.

Dictũ aũt Molinæ, videlicet Deũ denegare dæmonibus concurſum ſuũ generalẽ, no ex impletione cuiuſcunq; deſiderij lætitia, & gaudiũ in eis reſultet, atque ideò nullã in eis propriè dictam eſſe poſſe lętitiam, meritò reprehẽditur à Vaſquezio, quoniam hæc eſſet perpetua quædam violentia, quæ Deo authori naturæ tribuenda non eſt.

Molinæ dictum reijcitur.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrum aer iſte ſit locus pœnalis dęmonum.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd aer iſte non ſit locus pœnalis dęmonum. Dęmon enim eſt natura ſpiritualis. Natura autem ſpiritualis non afficitur loco: Ergo nullus locus eſt dęmonibus pœnalis. 3.d. 45.q. 1.a. 3. cor. & ad 4. & di. 47. q. 1. art. 3. q. 4. ad 1.

2 Præterea. Peccatum hominis non eſt grauius, quàm peccatum dęmonis: ſed locus pœnalis hominis eſt infernus: Ergo multo magis dęmonis: ergo non aer caliginoſus.

3 Præterea. Dęmones puniũtur pœna ignis: Sed in aere caliginoſo non eſt ignis: ergo aer caliginoſus non eſt locus pœnæ dęmonum.

Sed contra eſt, quòd Auguſt. dicit 3. ſuper Gen. ad lit, aer caliginoſus eſt, quaſi carcer dæmonibus vſque ad tempus iudicij. Lib. 3. ſup Gen. c. 10. & med. to. 3.

Reſpondeo. Dicendum, quòd Angeli ſecũdùm ſuam naturam medij ſunt inter Deum, & homines. Habet autem hoc diuinæ prouidentiæ ratio, quòd inferiorum bonum per ſuperiora procuretur. Bonum autem hominis dupliciter procuratur per diuinam prouidentiã: vno modo directè, dum ſcilicet aliquis inducitur ad bonum, & retrahitur à malo, & hoc decenter fit per Angelos bonos: alio modo indirectè, dum ſcilicet aliquis exercetur impugnatus per impugnationem contrarij. Et hãc procurationem boni humani conueniens fuit per malos Angelos fieri, ne totaliter poſt peccatum ab vtilitate naturalis ordinis exciderent. Sic ergo dæmonibus duplex locus pœnalis debetur. Vnus quidem ratione ſuæ culpæ, & hic eſt infernus: alius autem ratione exercitationis humanæ, & ſic debetur eis caliginoſus aer. Procuratio autem ſalutis humanæ protenditur vſque ad diem iudicij. Vnde, & vſque tunc durat miniſterium Angelorum, & exercitatio dęmonum. Vnde, & vſque tunc, & boni Angeli ad nos huc mittuntur, & dęmones in hoc

Vaſquez ij dictũ reijcitur.

Ariſtot.

S. Thomas

hoc aere caliginoſo, ſunt ad noſtrum exercitiũ: licèt eorum aliqui, etiam nunc in inferno, ſint ad torquendum eos, quos ad malum induxerunt, ſicut, & aliqui boni Angeli ſunt, cum animabus ſanctis in cœlo. Sed poſt diem iudicij omnes mali, tam homines, quàm Angeli, in inferno erunt: boni verò in cęlo.

Ad primum ergo dicendum, quòd locus non eſt pœnalis Angelo, aut animæ, quaſi afficiens alterando naturam, ſed quaſi afficiens, voluntatem econtriſtando, dum Angelus, vel anima apprehendit ſe eſſe in loco non conuenienti ſuæ voluntati.

Ad ſecundum dicendum, quòd anima ſecũdùm ordinem naturæ non præfertur alteri animæ, ſicut dœmones ordine naturæ præferuntur hominibus. Vnde non eſt ſimilis ratio.

Ad tertium dicẽdum, quòd aliqui dixerũt, vſque ad diem iudicij differri pœnam ſenſibilem, tam dęmonum, quàm animarum, & ſimiliter beatitudinem ſanctorum differri, vſque ad diem iudicij. Quod eſt erroneum, & repugnans Apoſtoli ſententiæ, qui dicit 2. Cor. 5. Si terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, domum habemus in cęlo. Alij verò licèt hoc non concedant de animabus, cõcedunt tamẽ de dæmonibus: Sed melius, eſt dicendum, q̃ idem iudicium ſit de malis animabus, & malis Angelis: ſicut idem iudicium eſt de bonis animabus, & bonis Angelis. Vnde dicendum eſt, quod, ſicut locus cęleſtis pertinet ad gloriam Angelorum, tamen gloria eorum non minuitur, cum ad nos veniũt, quia cõſiderant illum locum eſſe ſuum, eo modo, quo dicimus honorem Epiſcopi nõ minui, dum actu nõ ſedet in cathedra. Similiter dicẽdum eſt, q̃ dæmones, licèt non actu alligentur gehẽnali igni, dum ſunt in aere iſto caliginoſo: tamẽ ex hoc ipſo, quòd ſciũt illã alligationem ſibi deberi, eorum pœna non diminuitur. Vnde dicitur in quadam Gloſ. * Iacobi 3. quòd portant ſecum ignem gehẽne quocũque vadant. Nec eſt contra hoc, quòd rogauerũt Dominum, vt nõ mitteret eos in abyſſum: vt dicitur Lucæ 8. quia hoc petierũt reputãtes ſibi pœnam, ſi excluderẽtur à loco, in quo poſſũt hominibus nocere: Vnde Matth. 8. dicitur, quòd deprecabãtur eum, ne expelleret eos extra regionem.

Ingl. erdi nana ſup illud inſũ mæ totã

Senſus quæſiti.

CVm tria ſint aeris interſtitia, ſiue partes, ſcilicet ſuprema propè ſphæram ignis, infima propè ſphæram aquæ, & terræ, & media, in qua cõgregantur, & condenſantur vapores, quæ ideo ferè ſemper terrã eſt, & caliginoſa, de aere quo ad ſolam hanc partem quæſtio eſt, vt patet ex auth. A Sanctí Auguſtini relata in argumento: *Sed contra*, & ex prima concluſione.

Forma Textus.

PRima concluſio: *Dæmonibus duplex locus pœnalis debetur; vnus quidem ratione ſuæ culpæ, & hic eſt infernus; alius autem ratione exercitationis humanæ: & hic eſt aer caliginoſus, vſque ad diem Iudicij.* Tres habet partes hæc concluſio: Prima pars ſuam implicat probationem in illis verbis: *ratione ſuæ culpæ.* Secunda verò probatur: *quia bonum hominis, deces procurari per diuinam prouidentiam directè per Angelos bonos, indirectè verò per Angelos malos: ergo dæmonibus debetur duplex locus; vnus ratione culpæ; & hic eſt infernus, vt dictum eſt: alius autem ratione exercitationis humanæ, & hic eſt aer caliginoſus.* Antecedens probatur: *quoniam hoc habet diuina prouidentia ratio, vt inferiorum bonum per ſuperiora procuretur; ergo bonum hominis debet procurari per diuinam prouidentiam directè, &c.* Antecedens patet. Conſequentia primò declaratur: *Quia bonum hominis dupliciter procuratur per diuinam prouidentiam; vno modo directè, ſcilicet aliquis inducitur ad bonum; alio modo indirectè, dum, ſcilicet aliquis exercetur, & impugnatur per impugnationem contrarij.* Deindè probatur: *Quoniam Angeli, tam boni, quàm mali ſecundùm ſuam naturam conſiderati medij ſunt inter Deum, & homines, nec poſt peccatum conueniens fuit eos totaliter ab vtilitate naturalis ordinis excidere, cum ergo non ſint habiles, vt directè procurent hominis bonum, ſequitur bonum hominis per malos Angelos indirectè debuiſſe procurari, per bonos autem directè.* Tertia verò pars concluſionis illa ſcilicet, *vſque ad diem iudicij*, probatur: *Quoniam vſque tunc durat exercitatio dæmonum; ergo.* Antecedens probatur primò: *Quia procuratio ſalutis humanæ durat vſque ad diem iudicij; ergo vſque tunc durat exercitatio dæmonis.* Secundò: *quia boni Angeli, vſque tunc ad nos huc mittuntur.*

Secunda concluſio, qua ſatisfit obiectioni tacitæ: Aliqui dæmonum etiam nunc ſunt in inferno, ſed poſt diem iudicij omnes mali, tam homines, quàm Angeli in inferno erunt; boni verò in cęlo. Probatur prima pars. Primò: *quoniam ad eos pertinet in inferno illos torquere, quos ad malum induxerunt.* Secundò: *quoniam etiam aliqui boni Angeli ſunt cum animabus ſanctis in cęlo.* Secunda pars relinquitur vt nota.

Expoſitio Textus.

AD explicationem primæ concluſionis diſſerunt hic expoſitores vberrimè de loco inferni quærentes, an ſit aliquis locus inferni, qui ſit vnus tantum, an ſit corporeus, vel ſpiritualis, & in qua ſit poſitus terræ parte. Deinde quærunt, vtrum ignis, qui dæmones, & animas torquet damnatorum, ſit corporeus, & materialis, ac eiuſdem ſpeciei cum elementari. Poſtremò tandem inquirũt, quomodo ſpirituales ſubſtantiæ, puta dæmon, & anima ſeparata ab igne corporeo torqueãtur. Nos cæteris omnibus quæſtionib. prætermiſſis de hac vlti-

Digitized by Google

vltima ſola in ſubſequenti controuerſia differemus: Qui priorum examen, ac definitionem exoptat, legat Bannesium, & Zumellum ſuper hoc articulo, Scotum in quarto ſententiarum, diſt. 50. Malonium in ſecundo ſententiarum diſt. 6. diſp. 16. 17. 18. & 19. & Suarezium tomo quarto in tertiam partem D. Thom. diſp. 46. ſect. 2.

A

Controuerſia Vnica.

Quomodo Dæmones, & animæ damnatorum ab igne corporeo torquentur.

Sententiæ Doctorum.

Bellarmi-nus. CArdinalis Bellarminus tomo primo in controuerſia de purgat. lib. 2. cap. 12. duo dicit. Primum eſt, in hac vita ſciri non poſſe, quomodo ignis corporeus agat in animam incorpoream. Secundum eſt, ſicut potuit vniri ſpiritus, carni, vt illi vitam communicaret, ita poſſe vniri ſpiritum igni, vt ab illo pœnam trahat, licèt modus vtriuſq; vnionis ſit prorſus incognitus, vt ait Aug. lib. 21. de ciuit. Dei cap. 10.

B

Auguſtin.

Altiſiodo-renſis. Altiſiodorenſis lib. quarto ſuæ Theologiæ tractatu vltimo, quæſt. 4. ad ſecundum, ait poſſe animam vniri corpori quo ad ſenſum, licèt ei non vniatur quo ad informationem, neque quo ad motum, & ita, vniri animam ſeparatam igni, & ab illo pati.

Auicenna Auicenna nono Metaphyſicæ, capitulo vltimo docet, ſpiritus, puta dæmones, & animas per ſolam apprehenſionem ab igne corporeo pati; etiam ſi nihil in eos agat ignis. Pro hac ſententia referũt iuniores Diuum Bonauenturam in quarto, diſtin. 44. quæſtione vltima, Aegidium quol. ſecundo, q. 9. & quol. quarto, quæſt. 15. & alios, quos recenſet

Bonauẽt. Aegidius.

Malonius. Malonius in ſecundo ſententiarum, diſtinctione 6. diſput. 20.

Henricus. Henricus quol. quarto, q. 34. affirmat ſpiritibus illis damnatis qualitatem, quandam ſupernaturalem adiungi, qua pati poſſint ab igne in eos agẽte virtute propria.

C

D

Scotus. Scotus in quarto, diſt. 44. quæſt. 2. & alij, quos refert Vaſquez diſp. 243. cap. 3. dicunt dæmones, ab igne corporeo cruciari per ſpeciem quandam, aut cognitionem ab ipſo igne in eos immiſſam.

Albertus. Albertus in quarto ſententiarum, diſtin. 44. art. 2. docet, ignem actione ſua in ſpiritum producere qualitatem quandam ſpiritualem illi inhærentem, & ei diſconuenientem, illumq; deformantẽ, & hanc ait eſſe obiectum doloris, & triſtitiæ.

Suarez Opinionem hanc ſequitur Suarez tomo quarto in tertiam partem, diſp. 46. ſect. 2. à num. 14. vſq; ad 16. eandem ſententiam, vt maximè probabilẽ

E

Peſantius. tuetur Peſantius in ſua diſp. 5. ad hunc articulum.

Domin. Soto. Dominicus Soto in quarto ſententiarium, diſt. 50. quæſt. vnica, art. 2. duo dicit. Primum eſt, animam ſeparatam cruciari ab illo igne inferni per hoc, quod illic ab illo determinetur, non poſſe verò animam ab igne detineri, niſi ei quodammodo vniatur: vniri autem animam igni, vt locatum loco, à quo diuina virtute, cuius eſt inſtrumentũm, & in eo veluti in ergaſtulo contineri, & ſic ab eo cruciari. Secundum eſt, animas, & dæmones à corporeo igne inferni, non ſolum veluti in ergaſtulo, & vinculis detineri, ſed etiam affligi triſtitia, omninò eiuſdem rationis, ac ſi corpora, quibus eſſent vnita, concremarentur, atque ità incendium pati, non ſolum videndo, ſed etiam experiendo, vt ait Gregorius.

Eiuſdem opinionis videtur fuiſſe S. Thom. in 4. ſententiarum, diſt. 21. quæſt. 1. art. 1. quæſtiuncula tertia. Vbi loquens de pœna ſenſus animæ ſeparatæ in Purgatorio ſic ait. *Cum dolor non ſit laſio, ſed læſionis ſenſus, tantò aliquid magis dolet de aliquo laſionato, quantò magis eſt ſenſitiuum. Vnde læſiones, quæ fiũt in locis maximè ſenſibilibus; ſunt maximum dolorem cauſantes: & quia totus ſenſus corporis eſt ab anima, ideo, ſi in ipſam animam aliquid, læſiuum agat, de neceſſitate oportet, quòd maximè affligatur.* Hæc ibi S. D.

S. Thom.

Sententiam hanc ſequitur, & acriter tuetur Zumellus in ſua, quæſt. 3. ad hunc articulum dicens tamen in ſua prima concluſione, ſententiam ex Alberto relatam non eſſe prorſus improbabilem, videlicet, ignem per qualitatem quandam ſpiritualem dæmonibus, & animabus inhærentem, & illis incongruam, ac ab eis perpetuò cõfideratam illos torquere. Eandem ſententiam ſequitur Malonius in ſecundo ſententiarum, diſt. 6. diſp. 20. &

Zumellus

Malonius.

Albertinus in ſuis corollarijs pag. 421.

Albertinus

Vaſquez diſp. 243. capitulo vltimo dicit quatuor. Primum eſt, Dæmones ab igne torqueri per alligationem, quàm contra ſuam voluntatem patiuntur, & à qua non poſſunt ſeipſos liberare. Secũdum eſt, non eſſe negandum, Dæmones alio etiã modo, nobis tamen ignoto ab igne cruciari. Tertium eſt, animas ſeparatas alio etiam modo cruciari, quam per alligationem, & modum illum cruciatus nobis eſſe manifeſtum. Quando enim (inquit) animæ corpori coniũctæ ſunt, & corpus igne cõcrematur, non ſolum patiuntur per alligationem, ſed per doloriferam etiam qualitatem immiſſam ſenſui tactus, & ab eis cognitam, & ex cuius cognitione deriuatur in appetitum ſentientem, & in voluntatem triſtitia, quam & dolorem vocamus. Hoc igitur eodem doloris genere ex apprehenſione illius qualitatis doloriferæ, quæ dolorem gignit in tactu, torquentur animæ ſeparatæ. Nam, antequam corpus ab igne comburatur actu, poteſt Deus tale genus apprehenſionis non minus efficaciter animæ ſeparatæ immittere, quàm ſi ignis præſens corpus cremaret.

Caprcol.

Hoc autem, (inquit) exiſtimo neceſſariò aſſerendum, nè cogamur concedere, pœnam ſenſus ab igne deriuatam augeri in animabus poſt vnionẽ cum corpore. Quartum & vltimum eſt, hoc genus cruciatus Angelo conuenire non poſſe, ſiue abſente igne, ſiue præſente, ſicut nec tactus ei conuenire poteſt, ex quo hoc genus doloris neceſſariò deriuatur.

S. Thom. hic ad primum, & tertium, & in quarto contra gentiles, cap. 90. & in quarto ſent. diſt. 44. q. 3. art. 3. quæſtiuncula tertia, & quolibeto ſecundo, art. 13. & in quæſt. de Anima, art. 22. & de Veritate, q. 26. art. 1. docet, Dæmones, & animas ſepa-

S. Thom.

Digitized by Google

separatas ab igne corporeo pati per modum alligationis cuiusdam: sic enim loquitur hic ad primum: *Locus non est penalis Angelo, aut animæ, quasi afficiens alterando naturam, sed quasi afficiens voluntatem contristando, dum Angelus, vel anima apprehendit se esse in loco non conuenienti suæ voluntati*. Et in responsione ad tertium ait: *Dæmones, licèt non actu alligentur gehennali igni, dum sunt in aere isto caliginoso, tamen ex hoc ipso, quòd sciunt illam alligationem sibi deberi, eorum pœna non diminuitur.* In allegato verò capite clarius suam sententiam explicat his verbis: *Possunt igitur ab igne corporeo substantiæ incorporeæ per modum alligationis cuiusdam: possunt enim alligari spiritus corporibus, vel per modum formæ, sicut anima corpori humano alligatur, vt det ei vitam, vel etiam ab aliquo, quod sit eius forma, sicut Necromantici virtute dæmonum spiritus alligant imaginibus, aut huiusmodi rebus, multò igitur magis virtute diuina damnati igni corporeo alligari possunt: & hoc ipsum est eis in afflictionem, quòd sciunt se rebus infimis alligatos in pœnam.* Hæc ibi S.D. postquam ibidem excluſit ab igne omnem alium agendi modum respectu substantiæ spiritualis.

Eandem doctrinam habet latius explicatam in quarto sententiarum loco notato, & alibi. Quam sententiam sequitur, & tuetur Capreolus in quarto sententiarum dist. 44. q. 4. addens in responsione ad tertium Bernardi, spiritum damnatum, necessariò cogitare de Inferno, & eius igne, & ideò ab aliorum consideratione coerceri, quæ magis vellet considerare, cum omnia simul nequeat intelligere: constat autem (inquit) spiritui magis esse desiderabile, & delectabile causas altissimas cognoscere, quàm corporalia, & ideo summa illi pœna est, si contra suam voluntatem perpetuò cogitet de igne eum alligante. Hoc autem (inquit) est possibile; quia, sicut spiritus separatus semper intelligit se per actualem præsentiam suæ essentiæ, sic potest Deus facere, vt sèper intelligat aliquid aliud, vel per speciem, quæ semper sit actu, vel aliter: atque ideo, vel non cogitet alia, vel non delectetur in eis, sicut faceret, si nihil contra suam voluntatẽ cogitaret; vnde dicetur diabolus semper secum ferre ignem suum per continuam eius cogitationem, per quam ipse secundum intellectum apprehendẽtem, & voluntatem renitentem esset semper alligatus etiam antè diem iudicij, & vbiq;.

Eandem fere dicendi modum exprimit Caietanus Tomo tertio, oratione quinta dicens, alligandas esse loco abiectissimo, veluti carceri, non modo illustres dæmonum, animarumq; substantias, sed insignes quoque earum vires, intellectum, liberum arbitrium, actiuamque potestatem. Afflictatur enim, (inquit) intellectus, qui allegationis illius, & captiuitatis erumnam non cogitare non potest; & cum multa simul nequeat meditari, ab aliorum omnium, quæ leuamen afferre possent, cõsideratione prohibetur. Torquetur voluntas, quæ ab omni delectabili depulsa id ferre compellitur, quod dedignatur, respuit, & abhorret ob eam præcipuè causam, quia summè odit iustitiam Dei, & videt inuidus dæmon diuinam celsitudinem in propria, & ex abiectissima pœna magnificari. Denique patitur, & affligitur actiua potentia, quæ diro igni addicta, ab eo se loco amouere non potest.

Eandem D. Thom. sententiam sequitur Ferrariensis super dicto capitulo nonagesimo, & Bãnes hic dubio tertio, addens, præter efficientiam, quã habet ignis circa dæmones, applicando eorum virtutem operatiuam ad infernum, habere etiam aliam circa eorum intellectum, applicando ipsum diuina virtute ad actualem considerationem illius miserrimi loci, in quo detinentur; ità vt cessare non possint ab hac consideratione, quæ vehementissimè eos discruciat. Fit autem (inquit) hæc applicatio diuina virtute, non speciem aliquam immittendo in intellectum, sed per modum cuiusdam excitationis ad actualem considerationem obiecti; sicut voluntas naturali sua virtute applicat intellectum ad cõsiderationẽ alicuius obiecti absq; impressione nouæ qualitatis in intellectu.

Ferrarien. Banes.

Resolutio.

Quinque supponuntur principia notissima; & ad quinque capita tota reducitur controuersiæ difficultas, ex quibus quatuor summa breuitate definiuntur.

QVæstionis propositæ difficultatem indicat opinionum numerus, & varietas supra notata: quibus addi possent alia veterum quorundam Philosophorum, ac Theologorum deliramenta satis D. Tho. & alijs scholasticis confutata.

S. D. etiam in quæstione de Anima art. 21. quæstionem hanc affirmat esse difficilem, quam & si locis superius allegatis plenè, sapienterq; definierit, non defuere tamen posteriores etiam ex eius discipulis, qui sententiam sanctissimi Doctoris vt falsam reijcerent, vel vt imperfectam reprehenderent. Nostrum igitur erit, propositis quibusdã euidentibus principijs, & solidioribus *fundamentis*, veritatem, ac mentem S.D. non satis recentiorib. perspicuam aperire, & opiniones eidè oppositas, aut minus consonas confutare.

Sunt autem quinq; notissima principia ab omnibus vti firma, & indubitata in præsenti controuersia supponenda. Primum est: Dæmones, & animas damnatorum veris, sed miris modis in Inferno torqueri, vt ait Augustinus; Cum enim eorum modorum certam, & euidentem notitiam assequi minimè valeamus, eos veluti occultos, & captum humanæ mentis excedentes admiramur. Secundũ est, Angelos tam bonos, quàm malos esse substantias omninò spirituales, ignem autem, & locum Inferni esse corporeum. Tertium est, nec animam separatam, nec Angelos habere potentias sensitiuas. Quartum est: in Angelis siue bonis, siue malis nullam esse falsitatem in ordine ad naturalia. Postremum est, Deum non esse causam falsitatis, aut erroris.

Primũ principium. Secundũ. Tertium. Quartum. Vltimum.

Quibus adde doctrinam illam S. Tho. de virtute, & operatione causæ instrumentalis. Quam latissimè superius explicauimus, & defendimus q. 45. art. 5. Controuersia secunda. His præmissis.

Con-

Considerandum est primò, totam huius cõtrouersiæ difficultatem ad quinque dubitationes, sine quæsita posse reduci, vt patet ex opinionibus paulò antè relatis. Primum quæsitum est: An spiritus ab igne patiantur hac sola ratione, quia nimirum illum apprehendunt, vt suæ naturę disconuenientem.

Secundum est: An spiritibus illis dãnatis qualitas à Deo supernaturalis addatur, qua pati possint ab igne corporeo in eos agẽte virtute propria.

Tertium est: An isdem spiritus ab igne cruciẽtur per speciem intelligibilem, aut intellectionis actum ab ipso igne in eos immissum.

Quartum est: An spiritus illi torqueantur ab igne per qualitatem quãdam spiritualem ab igne productam, & spiritibus inhærentem, illisq; disconuenientem, & eos deformantem. Postremum est: An Dæmones, & animæ separatæ sola detentione, vel alia etiam actione tristitiam eis inferente cruciẽtur ab igne. Quibus, si plenè fuerit satisfactũ, veritas eluceſcet perspicua definitione refulgens.

Animæ dubio soluitur. Et primæ quidem dubitationis, siue quæsiti solutio patet ex quarto principio supra posito; falsa namque esset illa spirituum apprehensio, cum illi nullum responderet obiectum, quod re ipsa spiritibus nocumentum afferret. Deindè, non ab igne, sed ab eorum æstimatione falsa torquerentur.

Secunda. Secundæ verò dubitationi satisfit, negando necessariam, aut possibilem esse talem qualitatem; Bannes. Vt enim aduertit Bannes, & alij, qualitas illa neque corporea, neque spiritualis esse potest. Non quidem corporea, quia spiritus huiusmodi qualitatem non admittit: non etiam spiritualis, quoniã ea qualitate recepta, adhuc maneret spiritus improportionatus ad patiendum ab igne corporeo, sicut antea: nullum enim accidens, siue qualitas spiritualis esse potest ex sui natura, potentia passiua respectu materialis agentis, & corporei.

Tertia. Tertia verè diluitur ex supra dictis q. 55. art. 2. Vbi diximus, Angelo species rerum omnium naturaliter habere congenitas; adeò vt Angeli beati nouis non egeant speciebus, sed luminę tantum diuinitus addito ad supernaturalia capeſcenda, quæ illis in dies à Deo reuelantur.

Quartæ. Quartæ satisfaciunt expositores, negando qualitatem illam esse possibilem: id autẽ probant pluribus argumentis, quibus respondet Suarez opinionis contrariæ defensor, neq; tamen explicat, aut explicare potest, qua ratione, vel modo sit spirituali naturæ qualitas illa disconueniens. Nos opinionem hanc vno tantum impugnabimus argumento. Aut enim qualitas hæc deformans est naturalis, aut supernaturalis; at neutrum dici potest: ergo Probatur, non esse naturalem, quia naturalia non deformant, sed exornant: Et eadem ratione non potest esse supernaturalis, quia supernaturalia, quibus adueniunt, ita superioris ordinis nobilitatem adiungunt.

Suarez. Sed respondet Suarez qualitatem hanc esse præter naturalem. Sicut (inquit) si Deus tribueret intellectui Angelico speciem intelligibilem inferioris ordinis, & commensuratam illi, quæ in homine, præternaturalis illi esset, non tamen simpliciter supernaturalis. Quid supernaturalia.

Sed obstat huic responsioni communis illa Dionysij doctrina, videlicet in Dæmonibus remanſiſſe integra naturalia, & splendidiſſima: at, si qualitate præternaturali superaddita deformantur, iã non remanent splendidiſſima, sed obscura, & potè sua naturali pulchritudine, splendoreque destituta. Deindè quæro, num ea qualitas recipiatur immediatè in essentia, vel in intellectu, aut voluntate, quod tamen non explicant huius sententiæ defensores. Siue autem recipiatur in essentia, siue in aliqua spiritualis substantiæ facultate, superest adhuc quærendum cui nam, vel quibus naturalibus, proprietatibus hæc superaddita qualitas sit inimica, vel aduersa, & quomodo ex sola illa disconuenientia tanta doloris acerbitas in voluntate resultet, quanta spiritibus creditur inesse damnatis. Suarezij responsio.

Præterea quæri potest, quomodo dici valeant spiritus ex inhærentia qualitatis suæ naturæ disconuenientis exuti; sola namque disconuenientia, vel improportio actiua non est, cum sit relatio; igitur apprehensione sola spiritus torquebuntur. Valeat igitur hæc opinio nullius solidi fundamenti suffulta præsidio. Omitto modum dicendi Vasquezij; satis enim illum impugnat Albertinus loco supra notato. Superest iam vltima dubitatio, seu quæsitum omnium difficillimum.

Spiritus damnatos ab igne vi instrumenti diuinæ iustitiæ detineri, & ipsa alligatione vi impedientis, ac eorum inclinationi contrariæ cruciari.

AD postrema, vero, & omnium maximæ difficultatis euidentiam. Secundò sciendum est ex D. Thom. in quarto sententiarum dist. 44. q. 3. art. 3. quæstiuncula tertia, corpus in spiritum naturaliter agere non posse, nec eidem obesse, nisi prius aliquo modo corpori spiritus vniatur. Potest autem spiritus vniri corpori dupliciter: Vno modo, vt forma materiæ, vt fiat ex ipsis vnum simpliciter, & sit eorum vnum esse, & hoc modo spiritus vnitus corpori viuificat corpus: sic verò spiritus hominis, aut dæmon igni corporeo non vnitur. Alio modo spiritus vnitur corpori, tamquàm mouens mobili, vel sicut locatum loco per aliquam operationem, vel per aliquam habitudinem, vt ait idem S. D. de Veritate, q. 26. art. 1. & hoc modo spiritus incorporei creati loco definiuntur.

Sed quamuis res corporea habeat ex sui natura, vt spiritum loco formaliter definiat, nõ potest tamen virtus suæ naturæ spiritum incorporeum detinere, & alligare, vt aliò diuertere minimè possit. Est enim spiritus in loco liberè, non naturaliter, neq; subditur loco: Sed igni corporeo diuinitùs tribuitur, vt spiritum valeat detinere, quatenùs assumitur, vt instrumentum diuinæ iustitiæ vindicantis: sicque spiritui pœnalis efficitur retardans, aut impediens illum, ne libere possit, vbi, & quomodo voluerit, operari.

Quod etiam Magiſter ſententiarum affirmat referens hæc Iuliani verba: *Si viuentis hominis ſpiritus incorporeus tenetur, in corpore, cur non etiam poſt mortem corporeo igne teneatur.* Si namq; (vt ait Caiet.) tanta eſt naturæ vis, vt iunctum corpori ſpiritum manere cogat, quanto magis omnipotens Conditoris naturæ authoritas addictum loco ſpiritum detinere poterit etiam inuitum?

Mag. ſent. Caiet.

Hanc eandem veritatem luculenter exprimit Auguſtin. lib. 21. de Ciuit. Dei cap. 10. vbi ſic loquitur: *Cur non dicamus, quamuis miris, tamen veris modis etiam ſpiritus incorporeos poſſe pœna corporalis ignis affligi, ſi ſpiritus hominum etiam ipſi profectò incorporei, & nunc potuerunt includi corporalibus membris, & tunc poterunt corporum ſuorum vinculis inſolubiliter alligari? Adhærebunt ergo ſi eis nulla ſunt corpora, ſpiritus dæmonum, licèt incorporei, corporeis ignibus cruciandi, non vt ignes ipſi, quibus adhærebunt, eorum iunctura inſpirentur, & animalia fiant, quæ conſtent ſpiritu, & corpore, ſed vt dixi, miris, & ineffabilibus modis adhærendo accipientibus vt ignibus pœnam, non dantes ignibus vitam; quia, & iſte eius modus, quo corporibus adhærent ſpiritus, & animalia fiunt, omninò mirus eſt, nec comprehendi ab homine poteſt, & hoc ipſe homo eſt.* Hæc ibi.

S. Aug.

Ad quorum ampliorem euidentiam conſiderandum eſt cum Diuo Thoma in allegata, quæſtione de Anima, articulo vigeſimoprimo, nocumentum alicui non inferri, quatenus recipit aliquid, quo perficitur, ſed prout impeditur à contrario; quamobrem animæ paſſio ex igne non ſola fit receptione, ſicuti paſſio intellectus ab intelligibili, & ſenſus à ſenſibili, ſed per modum contrarietatis, & obſtaculi. Quod dupliciter euenit; Vno modo, cum impeditur aliquid à ſuo contrario quò ad eſſe ſuum, quod habet ex aliqua forma inhærente; & ſic paſſionem recipit à contrario per alterationem, & corruptionem; vt cum lignum ab igne conſumitur. Alio modo contingit aliquid ab altero impediri per modum obſtantis, vel contrarietatem in eum exercentis quo ad eius inclinationem; ſicut (exempli gratia) ineſt inclinatio lapidi naturalis, vt deorſum tendat, qui tamen impeditur ab aliquo obſtante, & ei vim inferente, vt violenter in loco ſuperiori quieſcat, aut per violentiam ſurſum, aliorſumvè moueatur. Quamuis autem in vtroque modo ſit vera, & propria paſſio, neutri tamen eſt annexa pœna, vel afflictio in re cognitione carente, ſed in re tantum cognitionem habente; huic enim ſoli poteſt ineſſe dolor, & triſtitia. Non tamen eodem modo pœna conſurgit in cognoſcente ſecundum vtrumq; modum paſſionis; ex paſſione ſi quidem à contrario per alterationē illata ſequitur afflictio, & pœna ſecundum dolorem ſenſibilem, vt cum deſtruitur proportio ſenſus ab excellenti ſenſibili: ex paſſione verò, quæ fit ab obſtante, vel contrariante inclinationi rei non ſequitur afflictio ſecundum dolorem ſenſibilem, ſed ſecundum actum interiorem triſtitiæ; quę conſurgit in homine, vel in bruto ex hoc, quod per interiorem animæ facultatem apprehenditur aliquid, vt repugnans voluntati, vel appetitui ſenſitiuo, vel etiam naturali; Quò fit, vt plerumque magis affligant ea, quæ ſunt contraria voluntati, vel appetitui, quàm ea, quæ dolorem inferunt ſenſui; ſuperbus enim, & gloriæ cupidus magis eligeret verberari, & ſecundum ſenſum affligi, quàm contumelias; vel deriſiones, aut opprobria ferre.

A

Cum itaque ſacræ litteræ, & ſancti Patres, ac vniuerſi Doctores affirmant dęmones, & animas ab igne corporeo pati, non eſt ſermo de paſſione priori modo dicta, quæ ſcilicet cum alteratione fit à contrario rem ſecundum aliquod eſſe corrumpente, & rei cognoſcenti dolorem ſenſibilem inferente; repugnat enim alterario, & corruptio naturæ ſpirituali ſubſiſtenti, quales ſunt Angelus, & anima.

B

De altero itaque paſſionis modo dictum fide creditum accipiendum eſt, vt ſcilicet Dœmones, & animæ ſeparatæ pati dicantur ab igne corporeo, quatenus eius, virtute diuinitus in eo transfuſa impediuntur à ſua naturali inclinatione, aut vo luntate.

Cum enim ſpiritualis ſubſtantia nulli ſit ex ſui natura loco definita, ſed totum rerum corporearum ordinem naturæ ſuæ dignitate tranſcendat, ſi, vi ſuperiori nempè diuina cogente, loco, vel corpori alicui determinato fuerit alligata, contrarium hoc erit eius naturæ, & appetitui naturali, ac proindè triſtitiam inferet, & dolorem, qui tantò erit acerbior pœna ſenſibili, quantò ſpiritus corpore, & voluntas quacumque vi corporea præſtantior eſt. Doloris huius acerbitatem deſcribit elegantèr, & accurratè Caietanus in oratione prædicta.

C

Caiet.

Spiritus damnatos ab igne torqueri vt alligante, & eos efficaciter ad eius conſiderationem excitante, ſicque contrarietatem in eos exercente.

D

TErtio obſeruandum eſt ex Diuo Thoma de Veritate, quæſtione vigeſimaſexta, articulo primo, ad quintum, pœnam dæmonis, & animæ ſeparatæ ex duobus affligentibus, veluti cauſis dependere, quarum altera eſt prima, & altera proxima. Affligens, vt prima cauſa, eſt ignis corporeus ſpiritum violenter detinens, & alligans: Sed hæc cauſa per ſe ſumpta nequaquàm ſufficeret ad triſtitiam, ſine pœnam in ſpirituali ſubſtantia generandam; alioquin homo lapidem detinens, & impediens, nè deorſum tendat, triſtitiam, & pœnam in eo cauſaret. Igitur altera doloris, & pœnæ proxima cauſa, ex qua, ſuppoſita prima, dolor emergit, eſt alligationis apprehenſio, vel ignis alligans, vt apprehenſus; voluntatis enim, cuius actus eſt afflictio, ſiue dolor, obiectum eſt malum cognitum, ſiue apprehenſum, vt malum. Dolent ergo Dæmon, & anima, non ob eam præcisè cauſam, quod à ſuperiori poteſtate violenter alligętur igni; ſed ideò præcipuè dolent, quia talem alligationem apprehendunt, vt ſuæ nobiliſſimæ naturæ dedecus, & igno-

S. Thom.

E

ignominiam afferentem, & voluntatis ſuæ deſideriis obſiſtentem. Cum autem nec ad momentum poſſint Dæmones, & animæ damnatorum eſſe immunes à pœna, neceſſe eſt, apprehenſionem alligantis, ac detinentis ignis eſſe perpetuam.

Sed huius apprehenſionis adeò neceſſariæ cauſam quidam exiſtimant eſſe Deum ipſum immediatè. Cuius opinionis videtur eſſe Capreolus in allegata, diſt. 1. quæſtione quadrageſima quarta, vt patet ex ijs, quæ ex eodem authore retulimus in prima parte controverſiæ.

Deum enim, poſſe Deum facere, vt ſpiritus ſeparatus ſemper actu intelligat aliquid aliud à ſe per ſpeciem, quæ ſemper ſit in actu, vel alio modo, ſatis apertè ſignificat, actionem illam cauſandi perpetuam apprehenſionem alligationis in intellectu ſpiritualis ſubſtantiæ ſeparatæ, non igni, velut inſtrumento, ſed eſſe Deo ſoli, ac immediatè tribuendam.

Caietanus in oratione prædicta cauſam illius apprehenſionis coactæ damnatorum referre videtur in ignem, vt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ vindicantis; affirmat enim, horrendo carceri, ſcilicet igni mancipandos, & catenis igneis coercendos non ſolum Dæmones, & animas, ſed nobiliſſimas etiam earum potentias, videlicet intellectum, liberum arbitrium, & agendi potentiam, & plumbus interpoſitis, ſubdit: *Afflictatur intellectus, quando ſuæ captiuationis ærumnam non cogitare ſubindè non poteſt; eamque ſimul multa meditari nequeat, ab aliorum omnium, quæ leuamen afferre poſſent, conſiderationè prohibetur: & quamquam meditatio pœnæ pœna non ſit, cum liber quis meditatur, nihil aduerſi ſentiendi aut metuens: at vbi præſens eſt doloris obiectum, vbi ſuam vim exercet in meditante, vbi denique meditatio ipſa coacta eſt, nihil acerbius animum, quàm eiuſmodi conſideratio afficere poteſt.* Hæc ibi. Si verò à ſolo Deo cauſaretur illa meditatio, non rectè intellectus carceri mancipari, & catenis igneis coerceri diceretur; tunc enim nihil ageret ignis in intellectum, nec eſſet illa coactio catenis igneis, ſed Deo ſoli, veluti cauſæ tribuenda.

Eandem ſententiam ſequitur, & explicat Bannes, vt patet ex eius opinione ſupra notata, docet enim, eam applicationem ab igne fieri per modũ excitationis; quia ſcilicet excitatur intellectus ab igne, tamquam obiecto ad eum cum effectu ſuo, ſcilicet alligatione, perpetuò conſiderandum eo ferè modo, quo per voluntatem applicatur intellectus ad intelligendum abſque eo quod vllam, ab eo de nouo recipiat qualitatem.

Quartò conſiderandum eſt, actualem illã ignis, & alligationis conſiderationem eſſe qualitatem quandam ſubſtantię ſpirituali contrariam quo ad naturalem, & liberam inclinationem, voluntatis illius. Quod autem ſit qualitas illa conſideratio, & omnis etiam actus immanens intellectus, & voluntatis, affirmant Capreolus in ſecundo ſententiarum, diſt. 1. quæſtione ſecunda, articulo tertio, ad ſecundum, Caietanus infra quæſt. 79. art. ſecũndo, & Ferrar. in ſecundo contra gent. cap. 9. & 81.

Quod verò ſit illa qualitas, ſiue conſideratio ſpiritualis ſubſtantiæ contraria quo ad inclinationem eius naturalem, & liberam, ſic oſtendo: Intelligere nihil aliud eſt, quàm intelligentem eſſe actu intellectum, vt affirmat Caietanus infrà, quæſtione 79. articulo primo; quod etiam probauimus, & explicauimus cum eodem expoſitore, quæſtione 12. articulo ſecundo, controuerſia tertia, & alibi, & conſequenter Dæmonem intellectu apprehendere, ſiue conſiderare ignem alligantẽ, nihil aliud eſt, quàm ipſum dæmonem ſecundum intellectũ eſſe ipſum ignem alligantem ſecundum eſſe intelligibile: hoc autem, quod eſt eſſe ipſum ignem alligantem, poteſt dupliciter conſiderari; Vno modo ſecundum ſe, ſiue etiam ex parte intellectus, & ſic ad perfectionem pertinet intellectus qui per hoc eſſe conſtituitur in victima ſua perfectione, & complemento, quod eſt intelligere, ſiue eſſe actu intelligentem; quod etiam affirmat S. D. de Veritate loco allegato, dicens, ſenſibile eſſe perfectionem ſentientis, inquantum huiuſmodi, ſicut, & intelligibile intelligentis; atque ideò nullum ſenſatum, vel intellectum inferre dolorem, vel triſtitiam, inquãtum huiuſmodi, ſed inquantum eſt nociuum, vel apprehenditur, vt nociuum. Alio modo hoc, quod eſt eſſe ipſum ignem alligantem, conſideratur ex parte ignis, & prout ſimul cum eo, vt altera cauſa, ſiue magis, vt cauſæ complementum concurrit ad cauſandam in voluntate triſtitiam, ſiue dolorem; ſicut enim bonum præſens apprehenſum per intellectum cauſat in voluntate lętitiam, & delectationem, ità vt ratio cauſandi ſit ipſum bonum realiter exiſtens, conditio verò cauſalitatem complens ſit eſſe conceptum intellectu, ſic malum præſens apprehenſum vt malum, & nociuum per intellectum cauſat in voluntate triſtitiam, & dolorem, ità vt ratio cauſandi ſit ipſum malum, conditio verò ad cauſalitatis complementum requiſita ſit eſſe cognitum, vel apprehenſum. Iam autem diximus ſupra ex D. Thoma in, quæſtione de Anima, articulo vigeſimoprimo Dæmones, & animas ſeparatas pati ab igne corporeo, vt illis contrarianꝛ quantum ad eorum inclinationem tàm liberã, quam naturalem.

Cum igitur ignis ille actum, vt ita dicam, contrariandi non exerceat, niſi media apprehenſione intellectus ab ipſo igne excitati ad actum perpetuæ conſiderationis, ac proindè cauſalitas ignis triſtitiam afferentis voluntati ſubſtantiæ ſpirituꝛlis, apprehenſione ab igne cauſata compleatur, ſine qua nulla prorſus oriretur in voluntate triſtitia, conſequens eſt, non ſolum ignem realiter alligantem, ſed iguem alligantem, vt apprehenſum, triſtitiam, ſiue dolorem inferre voluntati, ac proindè ignem, vt apprehenſum eſſe impedimento voluntati per modũ obſtantis, & contrariantis, vt vna ferè cauſa completa ſimul cum igne realiter alligante, quamuis vt duæ computentur à D. Tho. loco ſupra notato propter diuerſum eſſendi modũ ſcilicet materialem, & intellectualem.

Torquet igitur ignis ille ſenſibilis ſubſtantias illas ſpirituales, eas primitus alligando, deinceps earum intellectus ad ipſius ignis alligantis conſi-

Caietanus

Capreolus

Bannes

Capreol. caietanus Ferrarien.

S. Thom.

S. Thomas

Digitized by Google

deratione efficaciter excitando, & conſequenter efficiendo, vt illa mentis conſideratio cum ipſo eō currat, veluti complementum omnino neceſſariū, vt ab igne patiatur voluntas per modum obſiſtentis, & cōtrariantis eius inclinationi; ita vt ex igne realiter alligante, & ex eodem, vt ſic apprehenſo, & actu conſiderato vna conſtituatur integra, & perfecta cauſa paſſionis in voluntate.

Huic noſtræ ſententiæ fauent vniuerſa argumenta, quæ proferunt Soto, Zumellus, & alij pro ſua opinione ſuprà relata.

soto. Zumellus

Tria veluticorollaria deducuntur; Primum eſt, ab igne qualitatem in ſpiritus immitti eorum inclinationi, & naturæ contrariam. Secundum, eſt ratio inæqualitatis pœnarum. Tertium eſt conciliatio ſententiarum.

EX dictis ſequitur primò in intellectu Dœmonis, & animæ damnatæ eſſe qualitatem ab igne cauſatam modo dicto, quæ ſimul cum igne contrarietatis actum exercet aduerſus liberam, & naturalem etiam ſpiritualis ſubſtantiæ, & voluntatis eius inclinationem, & conſequenter eſſe diſconuenientem eius naturæ, ſiue perfectioni naturali. Hanc verò qualitatem eſſe dicimus actum intelligendi, ſiue conſiderandi.

Secundò ſequitur, poſſe facilè reddi cauſam inæqualitatis pœnæ dœmonum, & animarum. Torquet enim ignis alligans, media ſui apprehenſione, ſic alligantis; apprehenſio verò in dœmonibus eo vehementior eſt, quo fuerit natura nobilior ex vehementiori verò mali præſentis apprehenſione ſequitur acrior in voluntate triſtitia: Et quia ſpiritus non ſola ignis alligatione concepta cruciantur, ſed maximè etiam ex alligationis cauſa ſemper ab eis conſiderata, ideò licèt animarum natura ſit æqualis, quia tamen inæqualia ſunt animarum delicta, ac proindè diſpar eſt in ſingulis apprehenſio, ideò triſtitia ſequitur inæqualis; maius enim malū ab intellectu conſideratum vim habet efficaciorem in voluntatem, ac proinde maiorem efficit in ea triſtitiam, ſicut & maius bonū præſens mente conceptū maiorē generat in ea lætitiam.

cōciliatio

Tertio ſequitur, omnes fere Doctorū opiniones in principio relatas poſſe aliquo modo conciliari. Satis enim huic noſtræ, immo D. Thom. ſententiæ conſonat opinio Alberti, quam ſequitur Suarez dicens, ignem actione ſua producere qualitatem in ſpiritum illi diſconuenientem, &c.

Albertus.

Henricus.

Henricus autē in ſpiritibus illis ponens qualitatem ſupernaturalem, qua pati poſſint ab igne, nihil aliud videtur inſinuaſſe, quam intellectionis actum, quem diximus eſſe qualitatem, ſine qua nulla conſurgeret in voluntate triſtitia. Sotus verò dicens, ſpiritum ab igne non ſola detentione cruciari, ſed etiam affligi triſtitia eiuſdem omnino rationis, ac ſi corpori eſſet vnitus, atq; ità incendium pati, non ſolum videndo, ſed etiam experiendo; Quamuis enim ignis ille non apprehendatur, vt vrens, ſed vt detinens, & alligans, hæc tamen alligatio fit ab igne, diuina virtute modificata in eius vrendi potentia actualiter operante circa circumſtantia corpora; hæc enim eſt præcipua, & maximè actiua virtus ignis, quam ideò congruè Deus aſſumit, vt inſtrumentum ad alligandos, ac reprimendos ſpiritus apoſtatas, ac rebelles. Cum itaq; diuina virtus in igne veluti inſtrumento participata, & vrendi virtute in eo modificata non ſolum ſpiritus alliget ignē, ſed apprehenſionem etiam ignis detinentis efficiat modo ſuperiùs explicato, & media illa apprehenſione triſtitiam, & dolorem in voluntate cauſet, & ſpiritus mirificè torqueat, non incongruè dici poteſt ipſos exurere dœmones, ideſt ea afflictione torquere, quæ ex ignis vrentis actione dependeat, & dolorem efficiat illi ſimillimum, quem anima patitur coniuncta corpori, quod ignis exurit. Sicut aqua baptiſmalis dicitur animam abluere, quia virtute diuina in actu aquæ corpus abluentis modificata, fit animæ ſpiritualis ablutio.

Sotus.

Gregorius

Ad cuius ampliorem euidentiam aduerte duo. Primum eſt, ignem ſpiritus illos damnatos alligare, non vt corpus eſt præciſè, ideſt non ſecundum præciſam rationem, & proprietates corporis, quas communes habet cum cæteris elementis, & mixtis corporibus; alioquin ægrè poſſet reddi ratio, cur magis igne Deus vteretur, vt inſtrumento ad ſpiritus illos alligandos, quàm alio corpore. Ignis ergo, vt ignis eſt, ideſt ſecundum propriam rationem, & proprietatem ignis ſpiritus illos coercet, ac ligat, vt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ, quatenus ſcilicet diuina virtus in igne recipitur, & vſtionis eius actu, quem in circumſtantia corpora naturaliter exercet, modificatur, & Deo igne, vt inſtrumento ad reproborum ſpirituum punitionē vtente, virtus illa diuina vſtionis actu modificata ſpiritus illos attingit ſecundum eorum intellectū, & voluntatem modo ſuperius explicato, ſicq; dici non incongruè poteſt, ignem illum, vt inſtrumentum eſt diuinæ virtutis, & iuſtitiæ vindicantis, ſpiritus illos vſtionis actu ligare, & eodem etiam eos exurere eo ferè modo, quo anima corpori coniuncta dicitur vri, ideſt vſtionis pœnam pati, dū corpus exuritur; ita vt illa ſit alligatio vrens, & vſtio ligans. Quod quomodo fiat, intelligi facilè poteſt ex alligationis declaratione, quam ſupra retulimus ex Caietano.

Vſtio ſpiritum.

Vis alligatiua.

Caietanus

Detentio duplex.

Secundum eſt, ignē illum dupliciter eos ſpiritus detinere, ſiue locare; Vno modo formaliter, quatenus ſcilicet intra molis, ſeu quantitatis ſuæ terminos illos includit; & hoc igni conuenit ſecundum com-

communem corporis rationem, & proprietatem, ſecundum quam poteſt corporis, vel ſpiritus locus eſſe. Alio modo detinet ignis, ſiue locat ſpiritus illos effectiuè, vt ſcilicet actiua eos coerceando, vt in ipſomet igne locentur, & maneant: Vis autè ignis actiua non eſt quantitas, ſed calefactiua, & exuſtiua potentia, ſecundùm quam in agendo cæteris præſtat elementis. Huius igitur virtutis actu, quaſi manu ſpiritus illos ignis apprehẽdens intra molis ſuæ terminos eos includit, nec abire permittit, ſicut ruſticus ex nido manu ſua pullos auium apprehendit, & in ſinu recondit, diligenterq; cuſtodit, nè valeant auolare, vel exire. Et quemadmodum, ſi Deus pungentibus ſpinis, vt inſtrumentis nudum hominem ad eum puniendum alligaret, non exercerent in eum ſpinæ ſolum alligationis actum, ſed illi puncturis etiam, & vulneribus pœnã inferrent, quia ſpinarum hæc eſt natiua proprietas reſpectu corporis mollis, quod tangendo, vel alligando præmunt: ſic ignis exuſtiuæ ſuę virtutis actu non abſolutè, ſed qua ratione Dei virtutem in ſe participatam modificat, ſpiritus illos alligat vrendo, & vrit alligando; quia modus, alligationis vltio quædam eſt ſupernaturalis, ideſt talis, qualis poteſt ſpirituali ſubſtantiæ congruere.

Simile.

S. Thom.

Cum itaq; S. D. affirmat, dæmones, & animas ignis alligatione torqueri, de alligatione loquitur igni congruente ſecũdùm propriam eius rationẽ, & proprietatem, qua à cæteris corporibus diſtinguitur, ſiue ſint elementa, ſiue mixta: & ideò dicens, ſpiritus ignis alligatione puniri, triſtitiam vſtione ignis inductam non negauit, ſed cum Gregorio frequenter aſſerit, vt eius dicta locis ſupra notatis aperte declarant Vſtionem, ergo negat S. D. ab alligatione diſtinctam, quam Theologi quidam antiquiores ſtatuere videbantur. Nec opinio Scoti longè diſtat ab hac ſententia noſtra, quamuis in modo cauſandi cognitionis actum in Dæmone, vel anima non conueniat; opinatur enim, ab obiecto ſpecies in intellectum Angeli, vel Dæmonis immitti, quod ſupra falſum eſſe probauimus. Denique non negamus, ignotum eſſe modũ, quo ſpiritus ab igne corquentur, vt primæ opinionis authores affirmant; quia nec modus a pobis propoſitus, & explicatus, nec aliquis alius ex ſupra notatis habet euidentiam. Quæ fortaſſe cauſa fuit, vt Altiſiodorenſis Doctor excellens modum ſibi probabilem propoſuerit, non autem explicauerit. Neque tamen aſſero, Doctores omnes ſupra notatos in exponendis ſuis opinionibus modum iam ſatis explicatum ſignificare, aut inſinuare voluiſſe, ſed hoc vnum intendo, videlicet conciliari eos quoquomodo poſſe, etſi reniti videantur, ac velint eſſe diſcordes. Quę verò in dictis opinionibus à definitione noſtra diſcordant, partim ex dictis remanent confutata, & partim à recentioribus plene diluuntur.

Vltio qualis.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: Dæmones, & animæ damnatorum, non hac ſola ratione patiuntur ab igne, quod eum, vt nociuum, aut vt diſconuenientẽ apprehendant. Hanc concluſionem probat S. D. in A allegato ſæpius art. de Veritate, & alijs locis ſupra notatis: & confirmant eam Bannes, Zumellus, & alij recentiores pluribus argumentis, & patet ex dictis. Bann et Zum ellus

Secunda concluſio: Nulla mediante, & quaſi diſponente qualitate ſuperaddita, & ab intellectione diſtincta, & ab igne producta, Dæmones, & animæ damnatorum cruciantur ab igne. Hæc patet ex dictis.

Tertia concluſio: Spiritus illi miſerrimi non patiuntur ab igne per ſpeciem intelligibilem ab igne cauſatam. Hæc patet ex dictis, & probant eam Bãnes, Zumellus, & alij recentiores quibuſdam argu
B mentis ſatis apparentibus.

Quarta concluſio: Spiritus illi non cruciantur ab igne per qualitatem aliquam ſpiritualem ab igne productam, & illis inhærentem, eorumque naturæ diſconuenientem, & eos deformantem. Hæc patet ex dictis, & probat eam Bannes confutando quartam opinionem, & alij.

Quinta concluſio: Dæmones, & animæ non patiuntur ab igne per actionem aliquam ignis diſtinctam ab alligatione, & excitatione intellectus, q̃ efficit ignis ille tartareus.

Probatur primò. Quia defenſores oppoſitæ ſententiæ nequeunt explicare, quæ ſit hæc actio, &
C quid per hanc efficiat ignis circa dæmones, & animas, nec exprimunt agendi modum. Zumellus in omne latus ſe vertit, vt huic argumẽto ſatisfaciat, nec aliquid affert boni, niſi exemplum phãtaſmatis triſtitiam in animali cauſantis, quod in eum facilè retorquetur; phantaſma namq; in vi cognoſcitiua exiſtens, vt apprehenſum triſtitiam cauſat in appetitu: igitur etiam ignis alligans, & vt ſic apprehenſus dolorem efficit in voluntate. Zumellus

Et præterea: Phantaſma triſtitiam efficit, non vt agens, ſeu cauſa efficiens propriè, ſed vt agendi ratio, & principium formale reſpectu virtutis appetitiuæ triſtitiam elicientis, qui cauſandi modus
D omninò repugnat cuilibet obiecto appetitiuæ virtutis extrinſeco.

Sexta concluſio: Ignis ille tartareus pœnam infert Dæmonibus, & animabus eas alligando, & intellectus eorum ad ipſius ignis conſiderationẽ efficaciter excitando, ac proindè efficiendo, vt eamentis conſideratio cum ipſo igne concurrat, tanquam inſtrumentum omninò neceſſarium, vt voluntas ab igne patiatur per modum obſiſtentis, & contrariantis eius inclinationi: adeò, vt ex igne realiter alligante, & ex eodem, vt ſic apprehenſo, & actu conſiderato vna conſtituatur completa, & integra cauſa paſſionis in voluntate.

E Hæc concluſio, quo ad ſingulas eius partes fuit vberrimè ſuperius explicata, & pluribus argumentis communita.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra primam concluſionem militant argumenta, quæ proferunt, & ſoluunt S. D. locis ſupra notatis, Bannes dubio 3. Zumellus, quæſt. ſua 3. ad hunc articulum, Malonius in allegata diſputatione, & alij, quæ ex ſupra notatis facilè habent ſolutionem. Bannes Zumellus

Digitized by Google

Contra quartam concluſ. argumentatur Suarez: Quia oportet aſsignare obiectum verum doloris, ſeu triſtitiæ, & apprehenſionis, ex qua dolor cauſatur in Dæmonibus, & animabus: hoc autem obiectum debet eſſe aliquod malum verè, & realiter exiſtens in ipſis Dæmonibus, & animabus illis diſconueniens; alioquin falſa eſſet apprehenſio, & illuſoria triſtitia: hoc verò malum habet eſſe diſtinctum ab ipſo dolore, & prius illo; igitur hoc malum debet eſſe res aliqua poſitiua, quia realis actio non poteſt tendere per ſe, & directè ad ſolã priuationem: nec poteſt aliud eſſe, quàm qualitas, quia non eſt ſubſtantia, nec vbi, quia non conſiſtit ille cruciatus in ſola detentione, nec eſt duratio, nec actio, aut paſsio, nec habitus, &c.

Suarez

Reſpondetur, obiectum triſtitiæ, & terminum actionis ignis in ſpiritus eſſe malum aliquod poſitiuum, nec tamen eſſe qualitatem illam, quam intendit Suarez, ſed eſſe detentionem, ſeu alligationem realem apprehenſam, vt talem, vt latè ſuperius explicauimus.

Contra eandem concluſionem argumentatur Zumellus: Ignis v.g. alterat corpus præternaturaliter, & ex calefactione reſultat qualitas quædam ſenſibilis dolorifera, quæ ſenſu percipitur, & eam refugit appetitus ſenſitiuus: & ibi conſumatur dolor. Quæ tamen qualitas ob id dolorifera dicitur dolore non ſpirituali, quia eſt diſſona temperamento animalis, & affectio eſt obiectum doloris: ergo ſimiliter intelligi poteſt in ſpiritualibus eſſe qualitatem aliquam diſconuenientem naturæ ipſius ſpiritus, quæ dici poteſt qualitas dolorifera dolore ſpirituali, & impreſsio illuſerit obiectum doloris ſpiritualis, & triſtitiæ, & hanc poteſt imprimere ignis, vt inſtrumentum Dei.

Zumellus

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam, quia qualitas illa ſenſibilis dolorifera recipitur in corpore animato, quod ignis calore diſſoluitur, & corrũpitur, & quia anima ſenſitiua potentias habet organicas ad vitam animalis tuendam, & gubernandam maximè neceſſarias, ex quibus tactus organum habet latè per totum corpus extenſum; ideò neceſſe eſt, vt ea qualitas, quæ ſub tactus obiecto continetur, ab eo ſentiatur: & quia mala eſt, & nociua ſuppoſito, ideò ſpecies eius ab exteriori ſenſu tactus ad phantaſiam, vel æſtimatiuam tranſmiſſa qualitatem illam, vt nociuam, & naturæ diſconuenientem repræſentat, aut ex ea deducitur ſpecies inſenſata malitiam, ſeu diſconuenientiam illius qualitatis iam inhærentis animali repræſentans, & exindè per talem apprehenſionem mouetur appetitus ad actum doloris, & triſtitiæ. Spiritualis verò ſubſtantia ſimilis qualitatis etiam ſpiritualis capax non eſt ob rationes ſuperius aſsignatas.

Contra quintam concluſionem argumentatur Scotus: Primò: Vt ignis ſit tantum carcer, & vincula, non plus conferret, quàm aqua, vel aer, immo ſolius Dei iuſſus ſufficeret, vt Dæmones, & animas illic teneret: ignis autem peculiariter tamquam crudelius, diriſque affligens Dæmonibus paratus fuit; ergo alio peculiari modo illos affligit.

Scotus.

A Reſpondetur, ignem nõ eſſe tantùm alligantẽ, ſed etiam vrẽtem modo ſuperius expoſito, & ideò ſpiritus illos atrocius igne cruciari, quam alio corpore, quibus vrere minime cõuenit. Et per hæc ſoluitur quoddam argumentum ſimile Zumelli.

Secundò: Animæ reſumptis corporibus acrius affligentur, quàm per modum detentionis propter ſenſualem dolorem ignis, qui erit in corpore; ergo & nunc eadem torquentur afflictione. Probatur ſequela; quia pœna ignis tunc non creſcet in anima.

Reſpondetur, hoc argumentũ non militare cõtra noſtram concluſionem, quæ tantum negat ſpiritum ab igne pati per actionem ab alligatione, & B excitatione metis diſtinctam; iam enim diximus, alligationem illam per intellectum apprehenſam ardorem, ſiue vſtionem exercere ſpiritualem in Dæmones, & animas damnatorum.

Contra eandẽ concluſionem argumentatur Zumellus: Primò. Pœna Inferni dicitur maxima à Sãctis propter eius acerbitatem, & efficientiam illius ignis tartarei; ergo non eſt hæc pœna conſtituenda in ſola detentione, & apprehenſione ipſius carceris. Conſequentia videtur euidens: Antecedens probatur ex Euangelio dicente, diuitem illũ non ſolum affirmaſſe ſe in flamma detineri, ſed & ab ea cruciari.

Zumellus

C Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam; quia detentio illa, cum ab igne ſit, vt ignis eſt, non ſolum eſt alligatiua, ſed etiam exuſtiua media apprehenſione, vt ante diximus.

Secundo: Ignis Purgatorij, verè cruciat animas pœna ſenſus diſtincta à pœna damni temporalis, & tamen illa pœna non videtur conſiſtere poſſe in detentione; ergo illa detentio, non cauſat in illis aliam pœnam diſtinctam à pœna damni; ergo neceſſe eſt, in igne Purgatorij aliam actionem diſtinctam a detentione ponere; ergo à fortiori de igne Inferni.

Antecedens quo ad ſecundum eius partem probatur: Quoniam illæ animæ iuſtæ habent magnã D conformitatem cum diuina voluntate, & humiliter, non autem ſuperbè apprehendunt illam detentionem; ergo illa detentio non cauſat in illis aliam pœnam diſtinctam à pœna damni.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens, quo ad ſecundam eius partem.

Ad eius probationem reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam. Primò, quia detentio repugnat inclinationi naturali voluntatis animæ ſeparatæ. Secundò: quia retardat eas à viſione beatifica, quam maximè expetunt. Tertiò, quoniam animæ illæ ſimul cum ea detentione peccata, propter quæ detinentur, apprehendunt, & cum illa detentio cũ E eius apprehenſione ſit exuſtiua, vt ante diximus, dolorem infert animabus iuxta delictorum menſuram, propter quæ detinẽtur in igne purgatorio.

Tertiò: Deus, & ignis, vt ignis eſt, poſſunt mediante corpore cruciare animã propriò ignis cruciatu; ergo in eodem genere cauſæ efficientis põt Deus facere illud ſine medio corpore animato.

Reſpondetur, poſſe Deum animam à corpore ſeparatam cruciare proprio ignis cruciatu, vt en-

do

do igne, vt instrumento, sed ille cruciatus non erit per actionem ab alligatione in re existente, & ab intellectu animæ apprehensa distinctam, vt sæpè diximus.

Quartò: Si per solam alligationem, & detentionem Dæmones torquentur, sequeretur, ignem nõ cruciare Dæmones, qua ratione ignis est, sed per modum carceris detinentis tantùm: Ex quo viterius sequitur, nihil opus esse virtute actiua ignis; nam corpore inferiore melius detineretur, & ignobilius: At ex Euangelio colligitur, ignem paratum esse Diabolo, & Angelis eius, ergo inquantũ ignis, cruciat, postquam assumitur à Deo, vt instrumentum. Et confirmatur: Quia, si ignis dæmones cruciaret per solam alligationem, & detentionem sequeretur, quod æqualiter cruciaret oẽs, & q oẽs essent æquales in pœna, quia æqualiter detinentur.

Pœnæ inæqualitas.

Respondetur, alligationem illam fieri per actũ exurendi, atque ideò per eam cruciari dæmones ab igne, quatenus ignis est. Ad confirmationẽ negatur illatio. Ad probationem dico, dæmones detentione illa exustiua non æqualiter detineri; quia superioris naturæ Dæmones magis ignominiosè detinentur igne illo tartareo in infimo terræ loco posito, quam inferiorum ordinum spiritus eodem igne detineantur, cum præsertim ignis ille non solum detineat formaliter, vt carcer, sed etiam effectiuè, vt instrumentum diuinæ iustitiæ vindicantis in eos agens detinendo, & applicando Dæmonum, & animarum intellectus ad ipsius ignis sic detinentis, & applicantis considerationem. Constat autem nobiliores, ac supremorum ordinum spiritus cum ignominia maiori; atque adeò pœna longè acriori vilissimo corpori subijci, quàm infimos, & ad extremos Angelorum ordines pertinentes; vt enim supra diximus, cum ad apprehensionẽ illius alligationis pœna consequatur, quo fuerit apprehensio vehementior, eo cruciatus sequetur atrocior.

Eandem verò alligationem superioris naturæ Dæmones non solum apprehendunt vehementius, sed sibi magis, ac intensius obsistentem, magisque disconuenientem, & ignominiosam esse considerant, & ex maiori delicto sibi deberi; cum tamen sit eorum obstinata voluntas, nec eos peccasse pœniteat, sed pro posse renitantur diuinæ iustitiæ punienti. Et per hæc alia plura eiusdem expositoris argumenta, vel instantiæ diluuntur.

Instantia Zumelli.

Sic enim instat: Si vir nobilis, & alius de media plebe in eundem carcerem conijciantur, pœna essentialis illata æqualis est de se; si tamen tota pœna ex alligatione, & detẽtione carceris procedat, vt in nobis potest contingere, vt in æquali carcere minori dolore afficiatur vir nobilis, quàm ignobilis, & alacriori animo perferat; immo potest contingere, vt homo ignobilis in carcerem coniectus siue propter minorem, siue propter maiorem culpam ex sola detentione carceris magis afflicetur, & maiori dolore torqueatur, quàm vir nobilis. Et confirmatur.

Quia dæmon, qui maiori gratia, & dono Dei erat vestitus, videns se æquàliter puniri ex parte carceris cũ illo, qui in minori statu, & gratia Dei conditus fuerat, minori dolore afficietur videns se grauius, aut intensius peccauisse, & nihilominus non maiori carcere, aut detentione alligari, sed in eundem, & æqualem carcerem coniectum esse; igitur ignis ille secundùm se punit acrius, & torquet damnatos Angelos pro diuersitate meritorum.

Responsio

Respondetur, falsum esse carcerem, aut detentionem Dæmonum, ac proindè pœnam propriè, & formaliter sumptam æqualem esse. Quia pœna sensus in propria, & essentiali sua ratione dicit ordinem ad eum, qui punitur, & ad eius intellectum, & voluntatem; nam de ratione pœnæ est, vt ei reniteatur voluntas; quod effici nullo modo potest absque prævia intellectus apprehensione mali præsentis, & supposito nocumentum afferentis. Et præterea de ratione pœnæ sensus est, vt sentiatur, ideò vt intellectus apprehensione consideretur.

Certum est autem, superioris naturæ Dæmones eundem ignem, vt carcerem, & vt instrumentum diuinæ iustitiæ detinentem, & detentionis causam ideò peccatũ apprehendere vehementius, & propensiori, atque obstinatiori voluntate reniti, & iõ vehementius cruciari. Ignis igitur alligans, & si materialiter idem sit, diuersi tamen carceris magis, ac minus horridi rationem induit pro diuersitate graduum, & demeritorum in punitis spiritib. existentium. Exemplũ autem de duobus viris nobili, scilicet & plebio in eundem carcerem coniectis est valdè dissimile. Primò namq; carcer ille formaliter tantum eos detinet, & non effectiuè, sicut ignis detinet Dæmones, & ideò in superioris naturæ, ac maioris potentiæ Dæmones acrius, & intensius agit ignis eos alligando, quàm in inferiores, & ex hoc diuersi carceres formaliter constituuntur.

Carcer autem duorum hominum, quorum alter est nobilis, & alter ignobilis eodem modo vtrunque coercet.

Deindè iuxta naturæ diuersitatem, & gradum in Dæmonibus est etiam in eis diuersitas, & gradus apprehensionis intellectus, & renitentiæ voluntatis. homines verò viatores in carcere detenti eiusdem sunt specificæ naturæ, nec obstinatam habent in malo voluntatem; & ideò fieri potest, vt, qui nobilior est, sit natura mitior, aut virtute morali, vel etiam infusa præstantior altero minus nobili, vel plebeio, propterea q̃ne tolerabilior, ac lenior fiat ei pœna carceris vtrunque simul æqualiter detinentis: Quod idem dicendum est de duobus hominibus eiusdem gradus in eodem carcere non ex æquali delicto conclusis. Dæmones autem superiores, cum obstinatam habeant voluntatem, & pro posse renitantur diuinæ iustitiæ vindicanti, considerantes se ob maiora delicta igne illo sulphureo detineri, maiori etiam intensione, ac obstinatione illis adhærẽtes vehementiori, ac nequiori voluntario affectu Deo, ac igni renituntur puniento, & exindè tristitiæ maior, & dolor acrior in eorum voluntate consurgit.

Contra eandè conclusionẽ argumentatur Malonius. Primò: Anima, licet sit spiritus, est verè actus

Malonius.

ctus corporis, & patitur à corpore ſecundùm varias corporis affectiones, & hoc naturaliter; ergo poterit ſupernaturaliter ab alio corpore pati.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam, ſi de paſsione realiter ab alligatione diſtincta ſit ſermo, quia ſpiritus talis paſsionis à corpore capax non eſt.

Secundò: Illa potentia Dei, quæ facit, vt corp' contineat, & coerceat ſpiritum, poteſt etiam facere; vt affligat; ergò.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens, loquendo de afflictione facta per actionem ab alligatione diſtinctam; quoniam alligatio fit per modum impedimenti nihil ponentis in eſſentia Dæmonis, ſed vim eius tantum operatiuam coercentis, & intellectum illius ad ipſius conſiderationem excitantis, quæ abſque vllius accidentis in ſpiritum immiſsione fieri poſſe nemo dubitat, niſi qui naturã, & modum impeditionis, & excitationis ignorat.

Tertiò: Sacramenta ſunt materialia, & tamen attingunt inſtrumentaliter gratiæ productionem: Et Ioſue iuſsit ſtare Solem, & ſtetit Sol, non virtute illius iuſsionis principaliter, ſed inſtrumentaliter; ergo, &c.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam: Quoniam his duabus actionibus inſtrumentalibus certus quidam terminus, & effectus aſsignatur, ſcilicet gratia diuina, & ſtatio Solis: at actioni ignis in ſpiritus nullum poſſunt oppoſitæ ſententiæ defenſores certum terminum, & effectum aſsignare, qui ſit triſtitiæ, & doloris obiectum, ex quo triſtitia, ſiue dolor in voluntate reſultet; non enim poteſt eſſe dolor, niſi de malo præſenti. Nec ſatisfit dicendo, actionem ipſam ignis torquentis eſſe doloris, & afflictionis obiectum, vt ait Zumellus; Actio. n. ignis inſtrumentaliter operantis, vt ab igne procedit, ſpiritibus mala non eſt, formaliter loquendo: Si igitur illis eſt mala, neceſſe eſt, vt hoc illi conueniat ex illata paſsione, & effectu prius natura ſaltem in ſpiritu recepto, quàm dolor in voluntate reſultet; aliòquin, ſi nihil actione illa ignis in ſpiritu producitur, ſimilis eſt eius afflictio doloti, & afflictioni pueri timore, & afflictione perculſi propter immiocètia paternæ virgæ flagella, aut propter vibratum in eum enſem, quamuis ab illo nihil omninò mali receperit.

Zumellus

Alia eiuſdem authoris argumenta friuola valde ſunt, & facilem ex dictis habent ſolutionem.

Contra eandem concluſioñ argumẽtatur Albertinus, ſed eius argumenta probant vltimam noſtram concluſionem.

Albertin.

Contra vltimam concluſionem argumentatur Zumellus. Primo: Omnis actio debet habere terminum ab illa factum, præſertim ſi actio eſt tranſiens, qualis debet eſſe iſta actio ignis inferni: at non eſt aſsignare terminum illius actionis, qua ſpiritus ab igne detinentur, nec eſt intelligibile, quo pacto ignis operetur, detinendo Dæmones.

Zumellus

Reſpondetur primò, hoc argumentum militare contra communem doctrinam Aug. & Sanctorum Patrum, & ipſius etiam Zumelli docẽtis, Angelos malos ab igne detineri, & alligari, vt inſtrumentum iuſtitiæ Dei, quamuis etiam ab eodem affirmet eos exuri. Et ideò certum eſt, hoc argumento falſum concludi. Secundò dico, terminum ab illo igne detinente, vt detinens eſt, productum, eſſe Vbi Angelicum, ſiue paſsiuam dæmonis Vbicationem, quod eſt, dæmonem eſſe hic, & non alibi.

A

Sed contra reſponſionem hanc inſtat Zumellus: Primò: Quia vbi Angelorum non poteſt cauſari poſitiuam efficientiam ignis; ergo. Probatur antecedens: Quoniam eſſe hic non eſt per influxũ cauſæ ſecundę, aut per eius actualem operationem, ſed eo ipſo, quod res conſeruatur à Deo, eſt alicubi in rerum natura abſque alia causalitate actuali; & rurſus eo ipſo, quòd conſeruatur hic, eſt ſufficiens cauſa, & efficientia ipſius vbi: & ergo, ſicut ignis non eſt inſtrumentum ad conſeruationẽ ſpiritus, ita non videtur eſſe inſtrumentum directè cauſans ipſum, vbi Angelicum.

Rep Iac.

B

Secundò: Quia ignis non poteſt eſſe inſtrumentum ad impediendum, ne ſpiritus exeat; ergo. Probatur antecedens: Quoniam huiuſmodi impedimentum non eſt per aliquid poſitiuum, quod fiat, & producatur in Angelo; ergo non poteſt eſſe per efficientiam poſitiuam; ergo illa detentio non videtur eſſe actio ignis, vt ignis eſt; ergo id fieri poteſt, vel per ablationem cõcurſus Dei, vel forte id eſſe poteſt per efficientiam per modum cuiuſdam reſiſtentiæ.

C

Reſpondetur ad primum, falſum eſſe antecedens. Ad cuius probationem negatur aſſumptũ; Poteſt enim per operationem actualem ſecundæ cauſæ fieri, vt Angelus hic exiſtat, vt in loco; & fal ſum eſt etiã, rem eo ipſo, quòd conſeruatur à Deo in rerum natura, eſſe alicubi abſque alia cauſalitate; poteſt enim Angelus à Deo conſeruari in rerum natura, & tamen eſſe nullibi: Si verò conſeruetur Angelus hic, ideſt vt exiſtens in hoc *loco*, eo ipſo erit hic, ſed tamen illud vbi *poterit eſſe* cauſatum, vel ab ipſo Angelo per *operationem* tranſeuntem, qua ſeipſum in loco cõſtituit, vel ab alia re, vt inſtrumento diuinæ virtutis.

Soluio.

D

Ad ſecundum negatur antecedẽs. Ad eius probationem negatur prima conſequẽtia: quod enim agit impediendo, non eſt neceſſe, vt aliquid reale producat in eo, quod impeditur, ſed reſiſtendo tm operatur. Et mirum eſt, Zumellum admittere detentionem illam ignis fieri per modum reſiſtẽtiæ, & tamen negare fieri per modum impedimenti, cum ad impedimentum ſufficiat ſola reſiſtentia.

Contra eandem concluſionem ſunt argumenta Durandi, & Henrici, quæ refert, & ſoluit Capreolus in allegata diſtinct. 44.

Capreol.

E

Circa reſponſionem ad tertium argumentum D. Thomæ dubitatio proponitur à Banneſio, num receperint Dæmones iam vltimum ſupplicium eorum culpæ debitum, an potius eorum pœna, vel eſſentiale eius complementum vltimo, & vniuerſali reſeruetur iudicio. Cuius dubitationis facilem, & eruditam reſolutionẽ lege, ſi lubet, apud eundem expoſitorem. Sit Deo bonorum omnium largitori perfecta laus, honor, & gloria ſempiterna. Amen.

Banneſ.

Finis Prioris Tractatus de Angelis.

COM-

COMMENTARIA, ET CONTROVERSIÆ

ADM. R. P. F. IO. PAVLI NAZARII CREMONENSIS,

Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Doctoris,

IN ALTERVM TRACTATVM DE ANGELIS Sancti Thomæ Aquinatis.

QVÆSTIO CVI.

Quomodo vna creatura moueat aliam in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, quomodo vna creatura moueat aliam. Erit autem hæc consideratio tripartita, vt primò consideremus, quomodo Angeli moueant, qui sunt creaturæ pure spirituales. Secundò, quomodo corpora moueant. Tertiò, quomodo homines, qui sunt ex spirituali, & corporali natura cõpositi.

Circa primum tria considerãda occurrũt. Primò, quomodo Angelus agat in Angelum. Secundò quomodo in creaturam corporalẽ. Tertiò, quomodo in homines.

Circa primum considerare oportet de illuminatione, & locutione Angelorum, & ordinatione eorum adinuicem tam bonorum, quã malorum.

Circa illuminationem quęruntur quatuor.

Primò, Vtrum vnus Angelus moueat intellectum alterius illuminando.

Secundò, Vtrum vnus moueat voluntatem alterius.

Tertiò, Vtrum inferior Angelus possit illuminare superiorem.

Quartò, Vtrum superior Angelus illuminet inferiorem de omnibus, quæ cognoscit.

Ratio ordinis.

DVAS in hoc primo Summę Theologiæ libro partes habet Angelorum doctrina diuersis, ac longè disiunctis sedibus distributas, quas, nè quidquam ad perfectam de Angelis notitiam assequẽdam desideretur, hoc nostro tertio volumine complexi sumus.

Prior ad opus distinctionis attinens ea est, in qua sanctissimus Doctor noster Angelicus, diuinæ voluntatis interpres vberrimè disserit de Angelorum substantia, intellectu, voluntate, & de eorum actibus immanentibus, de Creatione, & de Spectãtibus ad eorum bonitatem, & malitiam. In quibus explicandis, ac eorum difficultatibus enodandis hucusq; suffragante diuinæ pietatis auxilio laborauimus. Posterior sub tractatu de rerum gubernatione comprehensa, & nomen quæstionibus absoluta ea est, cuius nunc expositionẽ aggredimur, imploraca Spiritus sancti gratia, quæ circa diuina piè laborantibus nunquam deest. Omissa verò generali partis huius diuisione, quæ perspicuè patet in textu, quæstioni primum in hac altera parte locum occupanti manum apponemus.

Quæstio verò est de illuminatione in quatuor articulos distributa: cuius ordinem ad subsequentem de locutione Angelorum aperit eruditè Cajetanus. Agit autem primò S. D. de illuminatione in communi, seu absolutè in primis duobus articulis: deindè in particulari, siue limitatè in alijs duobus articulis. Illuminatio autem absolutè sũpta dupliciter potest considerari: Vno modo secundum se; & sic de ea disserit in articulo primo. Alio modo quo ad effectum ad eam consequentem, qui est motio voluntatis, de qua tractat secundus articulus. Cum autem illuminatio Angelorum possit dupliciter limitari; Vno modo ex parte illuminantis; Alio modo ex parte eorum, quæ per illuminationem vnus Angelus alteri manifestat, de illuminatione priori modo limitata quæritur in articulo tertio, de eadem autem posteriori modo determinata disputatur in vltimo quæst. articulo.

Caiet.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum vnus Angelus illuminet alium.

AD primum sic proceditur. Videtur, quod vnus Angelus non illuminet alium. Angeli enim eandem beatitudinẽ possident nunc, quam nos in futuro expectamus: sed tunc vnus homo non illumina-

1. 2. dist. 9. ar 2. d. 11. q 2. ar 1. & q. 9. art. 1. & 2 cor. 13.

bit

bit alium, ſecundum illud Ierc. 31. non docebit vltra vir proximum ſuum, & vir fratrem ſuum, Ergo etiam nunc vnus Angelus non illuminat alium.

2 Præterea. Triplex eſt lumen in Angelis, naturæ, & gratiæ, & gloriæ: ſed Angelus illuminatur lumine naturæ à creante, lumine gratiæ à iuſtificante, luminæ gloriæ à beatificante, quod totum Dei eſt. Ergo vnus Angelus non illuminat alium.

3 Præterea. Lumen eſt forma quædam mentis: ſed mens rationalis à ſolo Deo formatur nulla interpoſita creatura, vt Auguſt.* dicit in lib. 83. quæſtio, Ergo vnus Angelus non illuminat mentem alterius.

Q. 51. non perd fine, to. 4.

ca. 8. parū ante medium, & c. 6 eccle. hierarch.

Sed contra eſt, quod dicit Dio.* 8. cap. cæl. hierar. quod Angeli ſecundæ hierarchiæ purgantur, & illuminantur, & perficiuntur per Angelos primæ hierar.

Reſpondeo. Dicendum, quod vnus Angelus illuminat alium. Ad cuius euidentiam conſideran'um eſt, quòd lumen, ſecundum quòd ad intellectum pertinet, nihil eſt aliud, quàm quædam manifeſtatio veritatis, ſecundum illud ad Epheſ. quinto. Omne, quod manifeſtatur, lumen eſt. Vnde illuminare nihil aliud eſt, quàm manifeſtationem agnitæ veritatis alij tradere, ſecundum quem modum Apoſtolus dicit ad Eph. tertio. Mihi omnium ſanctorum minimo data eſt gratia, illuminare omnes, quę ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi à ſæculis in Deo. Sic igitur vnus Angelus dicitur illuminare alium, inquantum ei manifeſtat veritatē, quam ipſe cognoſcit. Vnde Dionyſ.* dicit ſeptimo cap. cœl. hierar. quòd Theologi planè monſtrant cœleſtium ſubſtantiarum ornatus à ſupremis mentibus doceri deificas ſcientias. Cùm autem ad intelligendum duo concurrāt, vt ſupra diximus,* ſ. virtus intellectiua, & ſimilitudo rei intellectæ: ſecundum hæc duo vnus Angelus alteri veritatem notam notificare poteſt. Primò quidem, fortificando virtutem intellectiuam eius. Sicut enim virtus imperfectioris corporis confortatur ex ſituali propinquitate perfectioris corporis, vt minus calidum creſcit in calore ex præſentia magis calidi: ita virtus intellectiua inferioris Angeli confortatur ex conuerſione ſuperioris Angeli ad ipſum. Hoc enim facit in ſpiritualibus ordo conuerſionis, quod facit in corporalibus ordo localis propinquitatis. Secundò autem vnus Angelus alteri manifeſtat veritatem ex parte ſimilitudinis intellectæ. Superior enim Angelus notitiam veritatis accipit in vniuerſali quadam conceptione, ad quam capiendā inferioris Angeli intellectus non eſſet ſufficiens, ſed eſt ei connaturale, vt magis particulariter veritatem accipiat. Superior verò Angelus veritatem, quam velociter concipit, quodammodo diſtingnit, vt ab inferiori capi poſſit. Sic ſic tam cognoſcendam illi proponit: ſicut etiam apud nos doctores, quod in ſūma capiunt, multipliciter diſtinguunt, prouidentes capacitati aliorum. Et hoc eſt quod Dionyſ.* dicit decimoquinto cap. cœl. hierar. Vnaquæq; ſubſtantia intellectualis datam ſibi à diuiniore vniformem intelligentiam, prouida virtute diuidit, & multiplicat ad inferioris ſurſum ductricem analogiam.

Q. præc. artic. 3.

Ca. 7. poſt medium.

Ca. 15 cū multū ie more ante medium.

Ad primum ergo dicendum, quòd omnes Angeli, tam ſuperiores quàm inferiores immediatè vident Dei eſſentiam: & quantum ad hoc vnus non docet alium. De hac. n. doctrina propheta loquitur: vnde dicit, Nō docebit vir fratrem ſuum dicens, Cognoſce dominū. Omnes enim cognoſcent me à minimo eorum vſque ad maximum. Sed rationes diuinorum operum, quæ in Deo cognōſcuntur ſicut in cauſa, omnes quidem Deus in ſeipſo cognoſcit, quia ſeipſum comprehendit: aliorū verò Deū videntium tanto vnuſquiſque in Deo plures rationes cognoſcit, quanto eum perfectius videt. Vnde ſuperior Angelus plura in Deo de rationibus diuinorum operum cognoſcit, quā inferior, & de his eum illuminat.* Et hoc eſt, quod dicit Dion.* ca. de. di. no. quòd Angeli exiſtentium illuminantur rationibus.

520

iii

cap. 4 non malum i principio.

Ad ſecundum dicendum, quòd vnus Angelus non illuminat alium trādendo ei lumen naturæ, vel gratiæ, vel gloriæ, ſed confortando lumen naturale ipſius, & manifeſtando ei veritatem de his, quæ pertinet ad ſtatum naturę, & gratiæ, & gloriæ, vt dictum eſt.*

In cor. ar.

Ad tertium dicendum, quòd rationalis mens formatur immediatè à Deo, vel ſicut imago ab exemplari, quia non eſt facta ad alterius imaginem quam Dei: vel ſicut ſubiectū ab vltima forma cōpletiua: quia ſemper mēs creata reputatur informis, niſi ipſi primæ veritati inhæreat. Alię verò illuminationes, quę ſunt ab homine, vel Angelo, ſunt quaſi diſpoſitiones ad vltimam formam.

Senſus quæſiti.

QVid ſit illuminatio, & quomodo fiat, explicatur in textu.

Forma Textus.

PRima concluſio: *Vnus Angelus illuminat alium. Probatur: Illuminare nihil aliud eſt, quàm manifeſtationem agnitæ veritatis alij tradere: ſed vnus Angelus manifeſtat alteri veritatem, quam ipſe cognoſcit, ergo: Maior probatur primò: Quia lumen, ſecundum quod ad intellectum pertinet, nihil eſt aliud, quam quædam manifeſtatio veritatis, vt patet ex Apoſtolo Epheſ.*

Digitized by Google

Ephes. 3. dicente, omnis quod manifestatur, lumen est. *Secundò probatur authoritate eiusdem Apostoli Ephes. 3. cuius verba sunt: Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia illuminare omnes, quæ sit dispensatio Sacramenti absconditi à seculis in Deo. Minor verò probatur authoritate Dion. 7. cap. Cælestis Hierarch. dicentis, quod Theologi planè monstrant cælestium substantiarum ornatus à supremis mentibus doceri deificas scientias.*

Secunda conclusio: Vnus Angelus illuminat alium Angelum, & ex parte virtutis intellectiuæ, & ex parte similitudinis rei intellectæ. Probatur quo ad priorem eius partem: Virtus intellectiua inferioris Angeli confortatur ex conuersione superioris Angeli ad ipsum, ergo vnus Angelus illuminat alterum fortificando virtutem intellectiuam eius. Antecedens probatur; Quia virtus imperfectioris corporis confortatur ex situali propinquitate perfectioris corporis; vt minus calidum crescit in calore ex præsentia magis calidi, ergò; Consequentia verò probatur: Quoniam hoc fit in spiritualibus ordo conuersionis, quod fit in corporalibus ordo localis propinquitatis. Altera verò pars conclusionis sic probatur: Superior Angelus notitiâ veritatis accipiens in vniuersali quadam conceptione, ad quam capiendam inferioris Angeli intellectus non esset sufficiens, sed est ei cõnaturale, vt magis particulariter veritatẽ accipiat, velociter conceptâ veri ati quodámodo distinguit vt ab inferiori capi possit, ergo illuminat illum ex parte similitudinis. Antecedens probatur dupliciter: Primò exemplo Doctorum qui, quod in summa capiunt, multipliciter distinguunt prouidentes capacitati aliorum. Secundò authoritate Dionys. in 15. cap. Cæl. Hierar. dicentis, Vnaquæque substantia intellectualis datam sibi à diuiniore vniformem intelligentiam prouida virtute diuidit, & multiplicat ad inferioris sursum ductricem analogiam.

Expositio Textus.

Iannes. Zumellus

QVantam habeat certitudinem prima conclusio, declarat hic eruditè Bannes dubio primo, & post eum Zumellus in sua prima quæst. ad hunc articulum; Qui nonnulla referunt, & soluunt argumenta contra Conclusionem.

Caietan. Zumellus

Definitionem illuminationis assumptam pro maiori propositione in argumento, quo probatur prima conclusio, explicat hic optimè Caietanus, & latius post eum Zumellus in dicta quæst. 1. Vbi statuit quatuor differentias inter locutionem, & illuminationem, quæ tribus comprehẽdi possunt. Prima est, quam explicat S. Thom. in quæstione sequenti, art. 2. dicens, omnem illuminationem esse locutionem in Angelis, sed non omnem locutionẽ esse illuminationem; manifestatio n. eius, quod mente concipitur, secundùm quod pẽdet à prima veritate, locutio est, & illuminatio: sed manifestatio eorum, quæ dependent ex voluntate intelligentis, non potest dici illuminatio, sed locutio tantũ, vt ibidem ait S. Thom. Secunda differẽtia est; quia locutio est simplex manifestatio veritatis, illuminatio verò est manifestatio veritatis, vt habet ordinem ad Deum, qui est primum illuminãs, quod

S. Thom.

S. Thom.

A etiam affirmat Dionys. in textu relatus illis verbis: *Vnaquæq; substantia intellectualis datam sibi à diuiniore vniformem intelligentiam prouida virtute diuidit, & multiplicat ad inferiores sursum ductricem analogiam.* Postremò differunt, quoniam illuminatio confortatio quædam est luminis inferioris intellectus, locutio verò confortationem in sui ratione non claudit. His adde, illuminationem esse manifestationem mysteriorum, quæ naturalem Angeli cognitionem excedunt, vt ait S. Thom. de Verit. quæst. 9. art. 1. ad 9. & Capreolus in 2. dist. 11. quæst. 2. art. 1. Ex quibus hæc potest illuminationis definitio construi: Illuminatio est locutio, B sue manifestatio veritatis à Deo primæ veritate dependentis, & in eum ordinatæ confortans intellectum inferioris substantiæ illuminatæ.

S. Dionys.

S. Thom. Capreol.

Secundam conclusionem, & eius probationem sequens controuersia declarabit.

Controuersia Vnica.

De veritate, & sensu secundæ Conclusionis D. Thomæ, siue de modo, quo vnus Angelus alterum illuminat.

Sententiæ Doctorum.

Henricus.

C HEnricus quolibeto 5. q. 15. art. 1. quatuor modos illuminationis constituit in Angelis. Cũ enim (vt ille ait) quatuor modis fieri possit illuminatio, primò Physicè, lumen infundendo, secundò luminosum applicando, tertio auferendo obstaculum, vt aperiendo fenestram, vltimò quidpiam efficiendo, ex quo sequatur illuminatio, vt si Medicus Ophtalmia laborantem oculum sanet, ad quam sanitatem sequatur illuminatio. His omnibus modis affirmat Henricus, sed quartò præcipuè fieri illuminationem in Angelis.

Sectiæ 1

Huic sententiæ proxima est eorum Scotistarum opinio, qui dicunt, Angelum superiorem sic inferiorem illuminare, vt in eo producat notitiã, quã ipse inferior Angelus minimè producit. Alij ex eadem Schola docent, illuminationem effici per infusionem luminis supernaturalis, aut speciei alicuius intelligibilis in mente Angeli, qui illuminatur, aut modificatione speciei intelligibilis existẽtis in intellectu Angeli illuminati.

Capreol.

Capreolus in 2. sent. dist. 2. quæst. 2. artic. 3. in solutione primi argumẽti durandi duos assignat modos, quibus ait intelligi posse, vnum Angelum ab altero illuminari. Prior est, vt Angelus superior per suum lumen intellectuale influat alteri Angelo virtutem quandam; quæ quidem virtus (inquit) habet in Angelo recipiente illam esse imperfectũ, E & intentionale, quale esse habent species colorum in medio, & virtus causæ principalis influxa in instrumento. Addit autem Capreolus, per influxum talis luminis confortari lumen inferioris Angeli; non ita tamen, vt ex eius additione fiat intensius, sed vigorosius, quia ex ambobus (inquit) resultat quid potentius extensiuè, licèt non intensiuè, sicut instrumentum fit potentius ex hoc, quod mouetur à causa principali, & ex hoc, quod recipit eius influxum. Alius modus est, quem ex quæst. 9. de Verit.

Caietanus ric.art.1.refert hic,& explicat Caietanus, de quo dicemus inferius.

Molina. Molina sequens quorundam veterum scholasti corum sententiam ait,illuminationem fieri tantũ per modum obiecti à loquente propositi, & exterius manifestati per signa,nutus,& figuras,quemadmodum etiam loquitur homo homini. Sententiam hanc sequitur Vasquez disputatione 116.ca Vasquez. piculo 5.& 6.quam ita declarat, vt omnino sit eadem cum sententia Caietani inferius explicanda, quam tamen in 3.cap.affirmat menti S.Thomæ ol se parum accommodatam.

Banncz Bannez reiecto modo dicendi Caietani, singularem quendam modum proponit secundùm mentem S.D.vt opinatur.

Ait ergo primò,lumen inferioris Angeli illuminatione confortari,non solùm per modum magisterij,vt explicat Caietanus,sed alio modo efficaciori,videlicet per vnionem intelligibilem, qua lumen Angeli superioris vnitur cum lumine inferioris, efficiens vnum quodammodo principium cũ illo ad cognitionem reuelatæ veritatis. Pro cuius explicatione notat primò, virtutem superiorem ex natura sua se habere,vt actũm, & formam virtutis inferioris, ita vt per quandam vnionem etiã secluſa inhærentia in eodem subiecto, siue in eadẽ potentia possit efficere vnum principium complet tum vnius operationis simul cũ ipsa inferiori virtute,quemadmodum lux visibilis, etsi colori non inhæreat,quia color est in pariete,lux autem in aere circumstante, constituit tamen ipsum colorem actu visibilem,non solum in ratione obiecti terminatiui visus,sed etiam in ratione obiecti motiui, adeo vt color illustratus sit vnicum principiũ immutatiuum visus per species visibiles, & hoc non ob aliam causam,nisi quia color in esse visibili naturalem habet subordinationẽ respectu lucis; est enim color lux imperfecta obumbrata, & terminata,& ideo suapte natura luci subordinatur. Idẽ suadet exemplo boni apprehensi,quod est extrinseca forma respectu voluntatis constituens cum illa vnum integrum principium volitionis, & exemplo luminis intellectus agentis respectu phantasmatis.Secundò notat,quando ex aliqua potentia, & eiusmodi forma superiori non inhærente potentiæ efficitur vnum principium operationis, vel effectus,virtutem potentiæ crescere quidem, & confortari,non tamen intensiuè, & intrinsecè in semetipsa,sed quasi extensiuè per ordinem ad operationem,& effectum. Tertiò notat,quando ita fit vnum principium ex forma extrinseca superiore in ordine ad operationem vitalem, solam potentiam esse,quæ vitaliter elicit illam operationem, formam verò extrinsecam concurrere coadiuuando potentiam efficienter, non tamen elicere operationem: sicut (inquit) supposita illa opinione probabili, quæ asserit diuinam essentiam vnitam intellectui creato in ratione speciei concurrere effectiuè ad visionem, solum intellectum illustratũ lumine gloriæ elicere vitaliter visionem beatam, diuinam autem essentiam cõcurrere effectiuè adiuuando intellectum,confortando lumen gloriæ, & ipsum actuando in ordine ad visionem, tamq; forma superior,& eminentior. Ex his concludit, illuminationem Angelicam nõ solum fieri per modum magisterij, sed etiam per vnionem spiritualem,& intelligibilem luminis superioris cum inferiori:& hoc insinuare D.Thomam,cum ait,Angelum superiorem illuminare inferiorem,conuertendo se supra eius intellectum; hæc enim conuersio nihil est (inquit) aliud,quàm vnio iam exposita. Zumel. Eãdem opinionem sequitur Zumellus in sua quæstione secunda.

Caietanus inhærens doctrinæ D.Thomæ de Ve Caietan. rit.quæst.nona,art.primo affirmat,illuminationẽ hanc fieri per modum magisterij, proponendo scilicet obiectum illuminatum, & proportionatum inferiori,ita vt ab eo possit intelligi,prout in resolutione declarabitur. Sententiam hanc sequuntur Valentia,Malonius,Vasquez,Ripa,& Montagnolius,quam etiã Capreolus ex duobus ab eo propositis dicẽdi modis,vt meliorem videtur amplecti. Valent. Malonius. Vasquez. Ripa. Montagn. Capreol.

Resolutio.

Septem illuminationis physicæ modi proponuntur, & confutantur.

MAgna est huius controuersiæ difficultas; qa modus illuminationis Angelicæ,de quo disputamus, præterquàm quòd humanam excedit intelligentiam,nullum habet in sacris litteris aut Patribus euidens testimonium, neque ex aliquo nobis reuelato principio certa potest consecutione deduci. Satis igitur erit in re tàm occulta,& ab humano captu valde remota, & in tanta sententiarum varietate probabilia, & rationi consona proferre,ea præsertim, quæ mentem explicent Angelici nostri Doct.multis eius discipulis,& expositoribus minimè notam.

Sciendum igitur est primò,duplicem esse modum illuminationis intellectualis,& Angelicæ,scilicet physicum,& moralem. Physicus,qui verè soli Deo conuenit, à quo veluti fonte primæuo tota latitudo creati luminis intellectualis emanat,septem modis existimari potest vni Angelo respectu alterius posse conuenire. Primus est,vt vnus Angelus,nimirum superior,alteri, scilicet inferiori luce virtutis efficacitate lumen infundat,quemadmodum Sol in aerem, & in alia corpora diaphana splendorem,siue lumen immittit. Secũdus modus est,vt Angelus superior absque noui luminis additione inferioris Angeli naturale lumen intendat. Tertius modus est, vt Angelus superior producat in inferiori notitiam, quam ipse inferior Angelus non eliciat. Quartus est,vt à superiori species immittatur intelligibilis in mentem inferioris. Quintus est,vt virtute superioris Angeli species aliqua naturalis inferioris Angeli modificetur, sicq; fiat potẽs ad aliqua superioris ordinis de nouo repræsentanda. Sextus est,vt Angelus vi sui luminis intellectualis influat alteri Angelo virtutem quandam habentem in Angelo recipiente esse tantum imperfectum,& intentionale, quale colorum species

Digitized by Google

cies habent in medio, & virtus principalis agentis in inſtrumento. Septimus eſt, vt lumen Angeli ſuperioris vniatur abſq; inhærentia cum lumine inferioris in vnum quodammodo principiũ ex vtroque conflatum ad cognitionem reuelatæ veritatis, vt ex Banneſio retulimus.

Primos verò duos illuminationis modos ſatis euidenter apparet, ſoli Deo proprios eſſe, nec alicui creaturæ veluti agenti principali poſſe communicari. Aut enim ſermo eſt de lumine naturali, aut de lumine ſupernaturali: Si de naturali: certũ eſt eſſe paſſionem, ſiue proprietatem ex Angelica natura profluentem; ac proinde à ſolo producente naturam infundi poſſe, vel intendi; hic verò ſolus Deus eſt, qui ſua infinita virtute ſubſtantias ſpirituales de nihilo produxit. Si vero de lumine ſupernaturali ſermo, ſit multò euidentius conſtat à ſolo Deo poſſe mentibus infundi, aut iam infuſum intendi, quia ſolus ipſe ſupernaturalis eſt per eſſentiam; & ideo ſupernaturalium accidentium ſpiritualibus ſubſtantijs inhærentium eſt cauſa.

Obiectionis ſolutio

Sed fortaſſe dices, Angelum ſuperiorem, non vt agens principale, ſed vt inſtrumentum diuinæ virtutis in inferiorem lumen infundere, aut eius lumen intendere. At vilem nimis ità reſpondens Angelicam opinaris eſſe naturam; quidpiam enim ordinis ſpiritualis, & ſupernaturalis efficere tamquàm inſtrumentum rebus etiam corporeis cognitione, & ſenſu carentibus eſt commune, & præſertim illuminare; ſi quidem aqua Baptiſmi inſtrumentum eſt diuinæ virtutis ad hominum mentes illuminandas, quibus medio Baptiſmate Diuinæ gratiæ lumen infunditur. Præterea: Si ſuperiores Angeli altero duorum modorum inferiores illuminant, ſequitur, Angelos ſuperiores illabi mentibus inferiorum, quod ſoli Deo tribuendum eſt. Probatur illatio: Quia ſic in eorum mentibus operarentur intimè; nihil enim cogitari poteſt Angelicæ menti magis intimum, quàm lumen eius intellectuale. Eiſdem argumẽtis confutari facile poſſũt alij dicendi modi præter vltimum; contra tertium enim militat efficaciter ſecundum argumentum.

Sed fortiori poteſt etiam ratione confutari; Actus.n. intelligendi vitalis eſt operatio; de cuius ratione eſt, vt à principio dimanet operãtis intrinſeco, & eliciatur ab eo: implicat igitur fieri noticiã in alterius intellectu, quæ non producatur ab eo.

Quartus modus vtroq; reijcitur argumento; ſpecies enim intelligibiles intimæ ſunt Angelorũ mẽtibus, & ex eorũ natura veluti paſſiones, ſeu proprietates effluunt naturales.

Quintus etiam modus eiſdem reijcitur argumẽtis: Illa namq; ſpeciei modificatio fieri nequit, niſi vel educendo, vel eidem addendo modum aliquem naturalem, aut ſupernaturalem: & modus quidem ſpeciei naturalis ſpeciem ipſam conſequitur, ſeu comitatur naturaliter, & ex Angelica natura procedit, & intimus eſt intellectui non minùs, quam ipſa ſpecies intelligibilis: modus autẽ ſupernaturalis à ſolo Deo eſt, vt ſupernaturalium omnium authore, ſiue cauſa principali.

Sextus denique modus ſecundo diluitur argumento, nec facile poteſt explicare, quid nam ſit ea virtus ſecundum eſſe intentionale in Angelo inferiori recepta. Aut.n. eſt lumen intellectuale, aut aliquid aliud: primum duobus reijcitur argumentis paulò antè notatis, ſecundum autem argumento ſecundo confutatur. Deinde: ſi lumen non eſt, quomodo nouam efficiet in mente noticiam? id.n. ſoli conuenit lumini. Quod ſi dixeris, ex illa virtute intentionali lumen oriri, eiſdem reijcitur argumentis, quibus infuſio luminis confutatur.

Poſtremus tandem modus ex Bãneſio relatus, qui fundamentum aliquod habet in verbis Angelici noſtri Doctoris non ita facile repelli poteſt. Sed quoniam ars non minùs horret ſuperflua, quàm natura, congruum eſt, vt hęc intellectualis illuminatio ad modum artis exercita nihil ſuperfluj, ſiue redundantis admittat; oſtendemus autem phyſicam illam vnionem luminum Angeli ſuperioris, & inferioris non eſſe neceſſariam; igitur aſſerenda non eſt.

Banneſ. Explicat, & ex doctr. S. Th.

Pro duobus primis phyſicæ illuminationis modis afferuntur dicta D. Thom. cum expoſitione Ferrarienſis, quorum ſenſus apperitur, & præmiſſis non eſſe contraria demonſtratur.

Sed prædictis obijci poteſt authoritas D. Tho. in 2. ſent. diſt. 8. q. 1. art. 5. ad tertiũ; cuius verba ſunt: *Eſſe intra aliquid eſt eſſe intrà terminos eius: corpus autem habet terminos duplicis rationis, ſ. quantitatis, & eſſentiæ; & ideo Angelus operans intra terminos corporalis quantitatis corpori illabitur, non autem ita, quod ſit intra terminos eſſentiæ ſuæ, nec ſicut pars, nec ſicut virtus dans eſſe; quia eſſe eſt per creationẽ à Deo: ſubſtantia autem ſpiritualis non habet terminos quantitatis, ſed tantum eſſentiæ; & ideo in ipſam nõ intrat, niſi ille, qui dat eſſe, ſ. Deus creator, qui habet intrinſecum eſſentiæ operationem, aliæ autem perfectiones ſunt ſuperadditæ ad eſſentiam; vnde Angelus illuminãs non dicitur eſſe in Angelo, & in anima, ſed extrinſecus aliquid operari.* Hęc ibi S. Tho. Quem locum declarat Ferrarienſis in quarto contra gentiles, cap. 17. ratione vltima, & latius cap. 18. ratione quarta dicens, vnam ſubſtantiam alteri illabi idem eſſe, q̃ ſubſtãtiam vnius eſſe in altera, tam quàm intrà eſſentiam eius operãtem, & participatione ſuę ſubſtantiæ aliam bonam efficientem: Quo modo (inquit) ſolus Deus participabilis eſt à mente humana; quia ipſe ſolus intra eius eſſentiam operatur ipſam creans, & conſeruans in eſſe, & ipſe ſolus eſt ſua bonitas, vt eius ſubſtantiæ participatione bona dici poſſit humana mens. Nulla vero creatura dat, aut conſeruare eſſe mentis humanæ, licèt poſſit lumen aliquod ſpirituale in ipſa cauſare, nec etiam eius bonitas eſt eius ſubſtantia, ſed aliquid eſſentiæ ſuperadditum, & ideo, ſi qua bonitas ab ipſa cauſatur in mente humana, ipſa creatura non dicitur participari ſecundum ſuam ſubſtantiam, ſed ſecundum perfectiones ſuperadditas, neque dicitur eſſe intra ſubſtantiam mentis, ſed extrinſecus aliquid operari. Hæc ibi Ferrarienſis ferè ad verbum.

S. Thom.

Ferrarien.

Ex quibus satis videtur esse perspicuum, nullã esse consequentiam illam: si superiores Angeli alterò illorum modorum inferiores illuminant, sequitur, Angelos superiores illabi mentibus inferiorum; Angelus enim superior illuminando inferiorem, non causat, neque conseruat illius esse, neque esset mentis ipsius, sed tantùm extrinsecus aliquid operatur, vt ait S. Thom. nulla est igitur illa cõsequentia, nec eius probatio aliquid valet; quãuis enim effectus sit intrinsecus, agens tamen ab extrinseco tantùm operatur.

Respondetur, physicam illam illuminationem esse non posse, nisi actionem Angeli superioris agentis immediatè immediatione suppositi in intellectum Angeli inferioris; atque ideo superiorẽ Angelum menti inferioris illabi necessario secundum suam substantiam, quod est impossibile; quoniam, vt ait S. Thomas, ille solus illabitur menti qui dat eidem esse. Illuminatio verò moralis, quæ fit per modum artis cooperantis naturæ, siue per modum magisterij, præsentiam substantialem immediatam suppositaliter talis agentis in mente illuminati non requirit.

Illuminationem autem hominis ab Angelo certum est non immediatè fieri, sed mediantibus phãtasmatibus prius illuminatis, & ideo non oportet Angelum illuminantem illabi secundum suã substantiam menti hominis illuminati, sed eius tantum effectum in ea recipi. Ad authoritatem igitur S. Thomæ dico primò, S. Thomam ibi loqui de illuminatione in communi, seu indistinctè ad illuminationem Angelicam, & humanam: de ratione autem illuminationis, vt sic, non est, vt fiat per agens immediatum passo immediatione suppositi, ità vt fit substantialiter in ipso, vt patet in omni illuminatione per modum Magisterij, & in illuminatione hominis ab Angelo facta. Secundò dico S. Tho. ibi loqui de illapsu substantiæ spiritualis non intra mentem, sed intra essentiam, extra quam est intellectiua potentia, & ideò, etiam si Angelus superior physicè illuminaret inferiorem, & illaberetur eius menti, non propterea tamen illaberetur essentiæ, & hoc videtur ibidem intendere S. D. Ferrariensis autem, & S. Thom. in dicto cap. 17. nihil aliud significãt, quàm esse impossibile, substantiã spiritualem in alterius mentem substantialiter intromitti, aut eam inhabitare, quod est illabi menti, nisi mentis ipsius esse causando, & conseruando, pro vt ibi pluribus argumentis probat S. Tho.

S. Thomas Ferrarien. Vide Ferrariensem in dicto cap. 18.

Ex his elucet, Bannesium infra quæst. 111. art. 3. loquentem de illapsu substantiæ spiritualis in mentem non attigisse sensum D. Thom. sed in multis ab eo deuiasse: de quibus non est dicendum per singula.

Explicatur, & ex Doctrinâ S. Thomæ probatur verus, ac proprius illuminationis modus scilicet moralis; qui est per modum artis cooperantis naturæ, siue per modum Magisterij.

EXclusis igitur omnibus, & singulis modis ad illuminationem Physicam pertinentibus, so-

A la nobis superest moralis illuminatio, quam vbiq; docuit S. Thom. & Capreolo placuit, & Caietanus hunc subtiliter explicauit, & recentiores approbarunt. Ad cuius euidentiam notandum est primò ex D. Thom. infra q. 117. art. 1. effectos ab exteriori principio procedentes esse duplices. Quidam enim à solo causantur exteriori principio; vt forma domus, aut arcæ, quæ ab arte sola producitur in materia. Quidam autem alij sunt effectus, qui licet nonnunquam à solo causentur interiori principio; vt cum sanatur aliquis virtute naturæ; quandoq; tamen efficiuntur ab exteriori simul cum interiori concurrente principio; vt cum sanitas inducitur ex arte medicinæ. In hoc autem effectuum genere duo sunt considerandà: Primum est, artem imitari naturam in agendo; quemadmodum enim (inquit S. Doctor) natura sanat infirmum alterando, digerendo, & expellendo materiam, quæ causat morbum, ita & ars eisdem actionib. vtitur ad inducendam in infirmum sanitatem. Secundum est, principium exterius scilicet artem non operari, vt agens principale, sed vt coadiuuans agens principale, quod est principium interius.

B C

Adiuuat autem ipsum confortando, & illi auxilia & instrumenta ministrando, quibus vtitur natura ad effectum producendum; sicut Medicus naturam adiuuat, & confortat, adhibens ei cibos, & medicamenta, quibus, vt instrumentis, vtatur ad efficiendam in homine, vel alio aliquo animali sanitatem. Perspicuum est autem in homine scientiã acquiri ex interiori principio, lumine .s. intellectus agentis, quo principia quædam scientiarum omnium vniuersalia notissima fiunt omnibus hominibus rationis vsu pollentibus: ex his verò principijs applicatis ad particularia sensu cognita, experimento probata, & memoria retenta scientia generatur eorum, quæ prius erant ignota, sicq; ex manifestis, ac naturaliter sibi notis procedit ad ignota cognoscenda.

D

Angelus autem naturaliter habet inditas species excellenti lumine fulgidas, quibus potest ea cognoscere, quæ ad ordinem attinent vniuersi, vel naturæ: quæ quidem species non eandem habent in omnibus, ac singulis Angelis amplitudinẽ, sed quò fuerit Angeli natura superior, eò quælibet eius species erit vniuersalior, ideſt plurium repræsentiua naturarum ad ordinem vniuersi pertinentium; ac proindè conceptus Angeli speciem illam adæquans amplior, ac vniuersalior erit eo cõceptu, quem sibi format Angelus inferior per vnã aliquam intellectus sui speciem intelligens: sicut igitur species Angeli superioris vim excedit intellectiuam inferioris, ita conceptus ab Angelo superiori per speciem illam vniuersaliorem elicitus cõceptum, & intelligentiam superat inferioris.

E

Secundò considerandum est, Doctorem, siue Magistrum, cum discipulum instruit, ducere eum ex ijs, quæ nouit, in eorum scientiam, siue cognitionem, quæ prius ignorabat. Quod dupliciter efficit;

Vno modo auxilia, vel instrumenta præbendo, siue proponendo, quibus vtatur eius intellectus ad

Digitized by Google

ad rei, quam intendit, notitiam, siue scientiam assequendam: hoc verò fit, cum ei propositiones aliquas offert minus vniuersales, quas tamen ex præcognitis possit discipulus facile cognoscere, & iudicare, vel cum illi proponit exempla sensibilia, vel similitudinem habentia, aut opposita, ex quibus addiscentis intellectus manuducitur in cognitionem veritatis ignotæ.

Alio modo Magister discipulum instruit, & ex illi notis ad ignota perducit actu cognoscenda cũ intellectum eius confortat, non lumen infundendo, sed ordinem illi proponendo principiorum ad conclusiones, vt discat ex principijs conclusiones educere: hoc autem efficit formato demonstratiuo discursu. Angelorum autem scientia, cum sit naturaliter indita, nec dependet à rebus, aut experimentis, neq; ex aliquibus principijs, veluti prius, ac magis notis ad ea, quæ sunt occulta, vel minus nota, cognoscenda discurrit. Angelorum itaq; magisterium, siue doctrina, qua superior illuminat inferiorem, longè diuersæ rationis est ab hominis Magisterio respectu alterius hominis ex eius doctrina discentis; vt patet ex discursu præsentis Articuli, & ex art. 1. q. 9. de Verit. & ex 2. sent. dist. 9. quæst. 1. art. 2. S. Thom.

Ad quorum ampliorem intelligentiam sciendũ est tertiò, claram perfectamq; cognitionem veritatis duo postulare ad rationem eius intrinsecam pertinentia, scilicet apprehensionem, & iudicium: altero si quidem horum deficiente, nunquam poterit intellectus notitiam assequi veritatis. Vt igitur fiat in Angelis illuminatio, quæ manifestatio est occultæ veritatis, duo sunt apprimè necessaria: Alterum est, vt ille, qui docet, & illuminat, veritatem vniuersaliter à se conceptam, & vt sic inferioris Angeli intellectui minimè proportionatam distinguat, siuè, vt ait Dionysius, diuidat, & multiplicet formando in se ipso conceptus intellectui inferioris Angeli proportionatos. Alterum est, vt veritas, siue intelligibile conceptum ab Angelo superiori proponatur, vt illuminatum, non secundum se tantùm, siue respectu intellectus Angeli superioris illuminantis, sed etiam respectu intellectus Angeli inferioris illuminati; sic enim confortari dicitur intellectus inferioris Angeli ad intelligendum, vt ait S. D. in dicto art. 1. de Verit. & hic aduertit Caietanus. Dionysius S. Thom. Caietan.

Hæc verò duo ita coniunguntur in intellectu, vt sint vna realiter operatio, vt significat S. D. in articulo prædicto dicens: *Secundum duo potest aliquis illuminari ab alio scilicet secundum hoc, quod eius intellectus confortatur ad cognoscendum, & secundum hoc, quod intellectus ex aliquo manuducitur in aliquid cognoscendum, & hæc duo coniunguntur in intellectu; sicut patet, cum aliquis per aliquod medium, quod mente concipit, intellectus eius confortatur ad alia videnda quæ prius videre non poterat.* Hæc ibi S. Tho. Quod etiam ex dictis facili potest ratione probari. Actio namque docentis, vt sic, est offerre veritatem cognitam, vt illuminatam; est autem illuminata veritas, cum actu clarè, distincteq; cognoscitur, non solum à docente, sed etiam ab addiscente.

A Tunc igitur illuminatur inferior Angelus à superiori, cum intelligibile occultũ eius intellectui propter ipsius intelligibilis excellentiam illi proponitur, vt proportionatum, ita vt ab eo cognosci valeat, & actu cognoscatur; sic enim illi proponitur obiectum, vt illuminatum. Fit autem obiectũ excelles inferiori intellectui proportionatum per dictam diuisionem, seu particularizationem conceptuum ab Angelo superiori factam cum ordine ad intellectum Angeli inferioris.

Quemadmodum enim in medio demonstrationis, aut argumentationis, quod Magister proponit discipulo, lumen intellectuale participatur, vt B in instrumento, & ideò Magister offerens tale medium, dicitur illuminare discipulum, sic in eo conceptu particulari, quem superior Angelus offert inferiori, vt cognitum, & illi proportionatum, lumen intellectus Angelici participatur, & ideò viso tali conceptu, & alio simili in se ipso formato, dicitur Angelus inferior illuminari.

Quod autem diximus de medio demonstrationis, quod Magister offert discipulo, docet expressè D. Tho. in allegato sæpius articulo de Verit. in responsione ad secundum, vbi sic loquitur. *Ab Angelo illuminante non fit nouum lumen gratiæ, vel naturæ, nisi vt participatum: cum enim omne, quod intelligitur, ex vt intellectuali lumine cognoscatur, ipsũ cognitum, inquantum huiusmodi, includit in se intellectuale lumen, vt participatum, ex cuius virtute habet intellectum confortare: sicut patet, quando Magister tradit discipulo aliquod mediũ licitum demõstrationis, in quo participatur lumen intellectus agentis, vt in instrumẽto, prima enim principia sunt quasi instrumenta intellectus agentis, vt dicit Comm. in 3. de Anima: & similiter omnia principia secunda, quæ continent propria media demonstrationũ: vnde per hoc, quod superior Angelus sũm cognitũ alteri Angelo demõstrat, eius intellectus cõfortatur ad alia cognoscẽda, quę prius nõ cognoscebat, et sic nõ fit in Angelo illuminato nouũ lumẽ naturæ, vel gratiæ, sed lumẽ, q prius inerat, cõfortatur per lumẽ cõtẽtũ in cognito percepto à superiori Angelo.* Hæc ibi S. D. S. Thom. C D

Conceptus enim ille particularis obiectiuè sũptus, qui ab Angelo superiori proponitur, vt intelligibilis inferiori, est veluti medium demonstrationis ad illud ab Angelo inferiori cognoscendũ, quod illi prius erat occultum: & sicut ibidem ait S. D. ad quintum, vnum, & idem numero mediũ est, quod ab Angelo superiori cognoscitur, & ab inferiori, *Sed cognitio* (inquit) *superioris Angeli de illo est alia à cognitione inferioris; & sic quodammodo idẽ est lumen, & quodammodo aliud.* Lumen n. in medio participatum idem est, sed lumen, quo medium ipsum intelligitur, idem non est, quia non est eadem superioris, & inferioris, Angeli cognitio, nec virtus intelligendi. Medium autem illud ideò dicitur lumen intellectuale participare, quia ratio formalis est, sub qua intellectus cum suo lumine naturali cognitionem elicit, & assensum, & ideò ex medio, & lumine intellectus naturali fit quodammodo vna integra virtus iudicatiua conclusionis, & secundum hanc rationem medium hoc magis se tenet ex parte subiecti, quamuis vt particulari- E

zatum, & intellectui iuferiori proportionatum se teneat ex parte obiectis, immò sit ipsummet obiectum in esse intelligibili.

S. Thom. Cum igitur hic affirmat S.Tho. virtutem intellectiuam inferioris Angeli confortari ex conuersione superioris Angeli ad ipsum, quoniam hoc efficit in spiritualibus ordo cõuersionis, quod facit in corporalibus ordo localis propinquitatis, nihil aliud intendit, nisi intellectum inferioris Angeli per aliquod visum in conceptu superioris Angeli ad alia cognoscenda confortari, vt ait idem S.D. loco superius allegato de ver. cuius verba sunt. *Nihil ergo est aliud, Angelum ab Angelo illuminari, quã confortari intellectum inferioris Angeli per aliquid inspectum in superiori ad alia cognoscenda* Et in fine corporis addit. *Inferiores Angeli confortantur ex eorum continuatione ad Angelos superiores, quæ quidem continuatio est per intuitum intellectus, & pro tanto dicuntur ab eis illuminari*. Et tamen ibidem explicãs modum, quo intellectus inferioris Angeli cõfortatur per aliquid in spectum in superiori, sic loquitur. *Sicut enim in corporalib. superiora sunt quasi actus respectu inferiorũ, ita & supriores spiritus sunt quasi actus respectu inferiorũ: omnis autẽ potẽtia confortatur, & perficitur ex coniunctione ad actum suum: vndè, & corpora inferioria conseruantur in superioribus quæ sunt locus eorum, & ideò inferiores Angeli confortantur ex eorum continuatione ad superiores, &c.* Qua loquendi forma videtur prima facie significare, cõfortationem illam fieri per influxum physicum, sicut in corporibus euenit.

Verùm adiungens, confortationem illam fieri per intuitum intellectus, & pro tanto, ideſt hac sola ratione dici Angelos inferiores à superioribus illuminari, perspicuè declarat, influxum illum nõ esse physicum, sed moralem, scilicet per traditionem, siue ostensionem medij, siue conceptus proportionati, & illuminati lumine ab intellectu superioris Angeli participato. Claudicat igitur exemplum, siue similitudo corporum, & proportionaliter, ac discretè est accipienda, & interpretanda, vt scilicet inferioris Angeli intellectus confortetur à superiori per moralem influxum modo superius explicato, sicut vnum corpus influxu physico confortatur ab altero.

Caiet. Quo etiam modo accipienda est eadem similitudo in textu præsentis articuli. Et ideò scitè Caietanus affirmat, conuersionem superioris Angeli ad inferiorem non consistere in actione, vel concursu per modum naturæ, sed in actione in alium per modum artis cooperantis naturæ.

Ex dictis sequitur primò, Angelicam illuminationem actiuè sumptam, siue vt doctrina est, esse in Angelo superiori actiuam ordinationem conceptus proprij illustrantis, & commensurantis rẽ conceptam inferiori: Passiuè autem sumptã, prout. s. disciplina est, esse applicationem intellectus Angeli inferioris cum formatione conceptus correspondentis conceptui superioris Angeli de eadẽ re ad ipsum Angelum inferiorem ordinato.

Secundò sequitur, per illuminationem in Angelo fieri quodammodo nouum lumen, quia scilicet formando nouum conceptum de proposito medio recipit nouum lumen in ipso medio participatũ, quod est ei ratio cognoscendi, & ob eandem causam dici quodammodo potest inferioris lumen intendi, quia scilicet ex noua ratione cognoscendi fit potens ad aliquid intelligẽdum, quod illi prius erat occultum.

Tertiò sequitur, vanas, ac falsas esse prorsus eorum Scholasticorum opiniones, qui per physicum influxum illuminationem inter Angelos efficiunt crediderunt: cum quibus enumeranda est etiam sententia Bannesij, & Zumelli, quæ minus, quàm cæteræ, præferre videtur absurditatis, & probabilitate non carere. Neq; tamen existimo, eam cum doctrina D.Thom. supra notata posse sustineri. Bannes. Zumelli

Postremò sequitur secundum mentem Angelici nostri Doctoris, coroborationem intellectus, & ostensionem veritatis per conceptum Angelo inferiori proportionatum, non esse duas actiones realiter inter se distinctas, vt asserit Vasquez contra Caiet. ex mala textus intelligentia, sed ipsam proportionati conceptus ostensionem, & corroborationem intellectus actiuè sumptam, cui ex parte inferioris Angeli respondet formatio conceptus similis ostensiuo conceptui ab Angelo superiori, & in hac completur confortatio, & illuminatio, quã diximus esse moralem, & per modum magisterij, & artis cooperantis naturæ. S. Thom.

Conclusiones deductæ, & probatæ.

PRima conclusio; Vnus Angelus alterum Angelum non illuminat per hoc, quod ei lumen aliquod infundat naturale, aut supernaturale, aut præexistens in eo lumen intendat. Hæc patet ex dictis, & probat eam Malonins tribus argumentis. Malonius

Secunda conclusio: Angelorum illuminatio nõ fit per hoc, quod vnus Angelus alterius intellectui species aliquas infundat, aut infusas *modificet*. Hæc patet ex dictis.

Tertia conclusio: Non illuminat vnus Angelus alterum Angelũ per hoc, quod producat in eo notitiam, quam nõ eliciat Angelus illuminatus. Hęc etiam patet ex dictis, & probat eam Molina post Capreolum, & alios. Molin. Capreol.

Quarta conclusio: Illuminatio non fit in Angelis per virtutis influxum habentis esse imperfectũ, & intentionale in Angelo illam recipiente. Hęc est contra Capreolum, & patet ex dictis, & probat eã Vasquez cap. 4. Vasquez

Quinta conclusio: Angelorum illuminatio non fit per vnionem illam intelligibilem, qua lumen Angeli superioris, vt extrinseca forma non inhærens vnitur cum lumine inferioris Angeli, efficiẽs vnum quodammodo principium cum illo ad cognitionem reuelatæ veritatis assequendam. Hæc est contra Bannesium, & Zumellum. Banes. Zumelli

Sexta conclusio: Angelorum illuminatio non fit per modum naturæ, sed tantum per modum artis cooperantis naturæ, & per modum magisterij, distinguendo conceptam vniuersali conceptione veritatẽ in plures cõceptus Angelo inferiori, cui manifestanda est proportionatos. Hęc fuit accuratè

supe-

Malonius. superius explicata, & satis probata; & probat eam Malonius multis argumentis.

Vltima conclusio: Vna, & eadem actione duas rationes formales habēte superior Angelus distinctam in plures conceptus veritatem offert inferiori contemplādam, & virtutem eius intellectiuam corroborat. Ostensio namq; veritatis sic à superiori conceptæ corroboratio actiua est intellectus Angeli inferioris, ita tamen, vt ex parte Angeli illuminantis præcedat ordine naturæ ratio illuminationis cōceptuum distinctionem, ex parte verò illuminati fit prior conceptus apprehensio, & sequatur illuminatio. Hæc patet ex dictis Angelici nostri Doctoris supra notatis.

Argumenta, & solutiones.

CONtra primam conclusionem produci possent ea loca D. Thom. in quibus asserere videtur, intellectum inferioris Angeli per physicū, siue naturalem agendi modum à superiori confortari, & illuminari. Sed hæc afferentur contra quartam, & cæteras alias conclusiones.

Contra quartam, & quintam, & alias sequentes conclusiones adduci possunt nonnulla dicta Diui S. Thom. Thomæ. Primum est in hoc art. vbi ait, ad illuminationem Angelorum duo concurrere, quorum alterum est virtutis corroboratio, quam docet fieri ex ordine conuersionis vnius Angeli ad alterum, sicut minus calidū crescit in calore ex situali propinquitate, & præsentia magis calidi: constat autem maius calidum adhærens minus calido virtutem in eum sui caloris influere.

Secundum dictum D. Thomæ est in ar. 1. quæst. 117. huius primæ Partis, vbi loquens de secundo modo, quo Magister confortat intellectum Discipuli ait. *Confortat* (s. Magister) *intellectum addiscentis, non quidem aliqua virtute actiua quasi superioris naturæ, sicut supra dictum est de Angelis illuminantibus; quia omnes humani intellectus sunt vnius gradus in ordine naturæ.*

Quo dicto Bannes vtitur ad suam opinionem, Bannes Vasquez. comprobandā. Hæc duo dicta producit Vasquez cap. 3. contra Caietanum.

Tertium dictum est de Verit. q. 9. art. 1. sæpius aliegato, quod dictum supra notauim⁹. *Sicut enim* S. Thom. (inquit) *in corporibus superiora sunt quasi actus inferiorum, sicut ignis respectu aeris, ita, & superiores spiritus sunt quasi actus respectu inferiorum: omnis autē potentia confortatur, & perficitur ex conuersione ad actum suum, &c.*

Quartum dictum est infra quæst. 108. art. 7. ad secundum vbi ait, cognitionem inferiorum Angelorum per illuminationem à superioribus Angelis habitam dependere à lumine superiorum, non solum quantum ad nouam acquisitionem scientiæ, sed etiam quantum ad cognitionis conseruationem, sicut cognitio conclusionis dependet ex omnibus medijs præcedentibus, non solum quantum ad nouam acquisitionem scientiæ, sed etiam quantum ad scientiæ conseruationem. Quo loquendi modo satis aperte significatur, illuminationem in

A Angelis fieri per realem, & naturalē luminis, aut virtutis influxum, quo solo videtur posse cognitio semel accepta conseruari: Quo fit, vt apud nos discipuli cognitio non pendeat in conseruari ab intellectuali lumine, aut doctrina magistri: quia lumen, aut doctrina Magistri nullum habet realem, seu naturalem influxum in intellectum discipuli. Hoc etiam dicto, & argumento Bannes vtitur pro Bannes. sua sententia.

Respōdetur, hæc dicta S. D. esse discretè, & proportionaliter intelligenda, vt ante diximus. Et primi quidem, ac tertij sensum superius exposuimus: nunc autem addimus, ad cognitionem duo requiri, scilicet apprehensionem, & iudicium: ad apprehensionem pertinet propositio; ad iudicium verò confortatio luminis intellectus, quæ non est luminis additio, vel intensio, sed quoddam adiumentum ad iudicium de re apprehensa ferendum: medium enim ab Angelo superiori conceptum cum proportione ad intellectum Angeli inferioris, & illi propositum participat in se lumen Angeli superioris; & ideò cōfert ad iudicium ferēdum ab Angelo inferiori; medium enim se tenet ex parte luminis, & propterea per tale medium in se receptum, seu conceptum corroborari dicitur intellectus.

C Secundum autem dictum affirmans, Angelum superiorem confortare intellectum aliqua virtute actiua superioris naturæ, nihil aliud significat, nisi virtutem intellectiuam Angeli docentis, & illuminantis esse superioris naturæ, quia medium cōcipit, & ostendit Angelo inferiori, quo sui intellectus iudicio, & assensu pertingat ad obiectum altioris ordinis, quod vi sua naturali minimè consequi posset. Medium autem, quod Magister proponit discipulo, erat illi per accidens ignotum, quia poterat illud suo lumine naturali per se loquendo cognoscere.

Zumellus. Quartum verò dictum exponit Zumellus dicēs D duo: Primum est, cognitionem inferiorum Angelorum per illuminationem à superioribus acceptā dependere à lumine superiorum Angelorum quantum ad cōseruationem, quia cognitio illa semper innititur lumini superioris Angeli tamquam medio, & rationi cognoscendi. Secundum est, aliud esse cognitionem inferioris Angeli dependere quoad sui conseruationem à lumine superioris Angeli, & aliud esse, eandem cognitionem dependere ab actuali illustratione superioris Angeli; primū verum est, & illud asseruit S. D. secundum verò falsum est, nec de eo loquitur ibi S. Thom.

Zumellus. Contra sextam conclusionē argumentatur Zumellus. Primò: Hic modus dicendi non satis explicat quomodo Angelus superior confortet lumen inferioris, ergo. Probatur antecedēs; quia ex propositione illius veritatis illuminatæ, vel lumen intellectus Angeli inferioris aliquid recipit de nouo, vel non: si nihil recipit; ergo non potest in aliquam actionem, in quam antea non poterat; si recipit aliquid; ergo causatur nouum lumen in intellectu Angelico, vel prius lumen intenditur, quod est impossibile.

Digitized by Google

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens. Ad eius probationem dico, lumen Angeli inferioris nihil recipere per modum phyſicum, ſed aliquid recipere per modum tantum moralem, ſeu per modum magiſterij; recipit enim medium ab Angelo ſuperiori propoſitum, vt illuminatum lumine in eo participato, quo medio coniuncto lumini ſuo naturali vtitur Angelus inferior, vt ratione cognoſcendi quædam illi prius ignota: & hac ratione fatetur Caietanus lumen inferioris intendi, quia fit efficacius ad intelligendum: Negat tamen hanc intenſionem eſſe propriè dictam, & meritò; quia lumẽ Angeli naturale in ſuo gradu immutatum exiſtẽs diuerſas minus, ac magis excellentes parit in intellectu cognitiones, prout diuerſis vtitur medijs minus, ac magis excellentibus, aut altioribus, vel minus altis intelligibilibus accommodatis. Quẽadmodum miles vna, & eadem ſua virtute naturali, & eadem arte militandi minus, aut magis gloriosè dimicat, prout diuerſis minus, aut magis ad pugnandum idoneis, & ſuæ virtuti proportionatis armis eum vti contigerit. Non creſcit itaque virtus intellectualis Angeli noua additione medij, ſed inſtrumentũ accipit actui circa tale obiectum exercendo accommodatum: quare falſa eſt illatio argumenti aduerſus hanc partẽ militantis.

Caietanus

Secundò: Veritas illa illuſtrata eſt veluti inſtrumentum Angeli ſuperioris; ergo vel habet aliquã actionem in intellectum Angeli inferioris, & in lumen illius, vel nullam: ſi habet actionem, reddit prior difficultas, quid illa cauſet actione, cum lumen illud non ſit intenſibile, aut ab Angelo producibile: ſi nullam habet actionem, non apperet, qũo confortet lumen illud. Antecedens patet exemplo adducto à S. Thoma de medio demonſtrationis, quod eſt inſtrumentum intellectus agentis.

Reſpondetur, veritatem illuſtratam eſſe inſtrumentum Angeli ſuperioris, non ad agendum in Angelum inferiorem, ſed ad intelligendum; quo modo etiam ab inferiori apprehenſa eſt eius inſtrumentum ad aliqua cognoſcenda: & ideo veritas illa illuſtrata, & ab Angelo ſuperiori propoſita non habet actionem in Angelum inferiorẽ propriè loquendo, ſed ad ipſum primò comparatur, vt obiectum cognitum: deinde poſtquam apprehẽſa eſt ab ipſo Angelo inferiori, eſt eius inſtrumentum, & ratio intelligendi. Et hac ſola ratione dicitur eius lumen corroborare. Ad argumentũ igitur aduerſus hanc partem negatur conſequentia; confert enim medium habens lumen proportionatum lumini inferioris Angeli modo dicto.

Tertiò: Si Angelus ſuperior proponendo veritatem intellectam per hoc, quod ſuum conceptum ordinat, & conuertit ad inferiorem, efficit, vt formet proprium cõceptum de re illa, ſequitur, quod vterq; ad illam intellectionem concurrat, & quod potius ſit concurſus duorum, quàm intenſio, quod concedit Caietanus: ſed hoc non eſt cõfortare intellectum inferioris, ergo. Probatur hoc aſſumptũ; nam ex eo, quod duo agentia concurrunt ad vnum effectum, non dicimus, quòd aliquod eorũ confortetur, & magis poſsit.

A Reſpondetur, ex illa ordinatione conceptus, quam efficit ſuperior Angelus, & ex conceptione inferioris Angeli non ſequi ſolum cõcurſum duorum ad vnum tertium: ſed hoc ipſo, quod traditur à ſuperiori, & recipitur in inferiori medium participans lumen ſuperioris, quo medio vtitur inferior Angelus, vt ratione cognoſcendi, & iudicandi, dicitur eius intellectus confortari.

Quartò: Iſta cõfortatio ſolum fit per hoc, quod veritas illuminata proponitur inferiori ſine influxu alicuius luminis, vel prioris augmẽto: ergo iſta illuſtratio tota ſe tenet ex parte rei intellectæ; non ergo explicat iſte modus dicendi, quomodo confortatio ſe teneat ex parte potentiæ, & ipſius luminis.

B

Reſpondetur, ex receptione veritatis, & medij illuminati in intellectu Angeli inferioris augeri quodammodo lumen ipſius, licèt non ſit ibi propriè augmentum, aut intenſio; medium enim illud eſt ei ratio intelligendi, & iudicandi: & ideò ſe tenet ex parte luminis, & potentiæ, ac proindè confortatur, & quodammodo augetur, & intenditur luminis, & potentiæ virtus.

Durandus Capreol. Banes. Zumellus Malonius Vaſquez. Banes. S. Thom.

C Contra eandem concluſionem ſunt argumenta Durandi, quæ referunt, & ſoluunt Capreolus, Banes, Zumellus, & Malonius. Argumenta verò, quæ refert Vaſquez cap. 2. ex Durando, & Aegidio, & inſoluta relinquit, non infringunt concluſionem hanc, ſed tantum probant noſtram primam concluſionem.

Vide, ſi placet, quatuor vltimas dubitationes Banneſij, quibus explicat eleganter reſponſiones S. Thomæ ad primum, & ſecundum, & dictum Dionyſij allegatum in argumento: ſed contra.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum vnus Angelus poſsit mouere voluntatem alterius.

Sed 1. 2. q. 9. 2. 4. & 3. contra 11. & 19.

D AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd vnus Angelus poſſit mouere voluntatem alterius. Quia ſecundum Dionyſ. ſicut vnus Angelus illuminat alium, ita purgat, & perficit, vt patet ex authoritate ſupradicta: * ſed purgatio, & perfectio videntur pertinere ad voluntatem, nam purgatio videtur eſſe à ſordibus culpæ, quæ pertinet ad voluntatem: perfectio autem videtur eſſe per cõſecutionem finis, qui eſt obiectum voluntatis, ergo vnus Angelus poteſt mouere voluntatẽ alterius.

Art. præc. arg. ſidicitur.

E 2 Præterea. Sicut Dionyſ. * dicit 7. cap. cæl. hier. nomina Angelorum deſignant eorũ proprietates.

Ca. 7. cæl. hierar. in princ. & 8. circa princ.

Seraphim enim incendentes dicuntur, aut calefacientes, quod eſt per amorem, qui ad voluntatem pertinet. vnus ergo Angelus mouet voluntatem alterius.

Li 3. de ani tex. 56. to 3.

3 Præterea Philoſ. dicit in 3. de Anima, * quòd

quòd appetitus ſuperior mouet appetitum inferiorem: ſed ſicut intellectus Angeli ſuperior eſt, ita etiam appetitus; ergo videtur, quòd ſuperior Angelus poſſit immutare voluntatem alterius.

Sed contra. Eius eſt immutare voluntatem, cuius eſt iuſtificare, cū iuſtitia ſit rectitudo voluntatis: ſed ſolus Deus eſt, qui iuſtificat, ergo vnius Angelus non poteſt mutare voluntatem alterius.

q. præc. ar tic. 4. Reſpondeo. Dicendum, quòd, ſicut ſupra dictum eſt,* voluntas immutatur dupliciter: vno modo ex parte obiecti: Alio modo ex parte ipſius potentiæ. Ex parte quidem obiecti mouet voluntatem, & ipſum bonum, quod eſt voluntatis obiectum, ſicut appetibile mouet appetitum: & ille qui demonſtrat obiectum, puta qui demonſtrat aliquid eſſe bonum. Sed, q. præc. ar ſicut ſupra dictum eſt,* alia quidem bona aliqualiter inclinant voluntatem, ſed nihil ſufficienter mouet voluntatem, niſi bonum vniuerſale, quod eſt Deus. Et hoc bonum ſolum ipſe oſtēdit, vt per eſſentiam videatur à beatis, qui dicenti Moyſi, Oſtende mihi gloriam tuam, reſpondit, Ego oſtendam tibi omne bonum, vt habetur Exod. 33. Angelus ergo non ſufficienter mouet volūtatem, neque, vt obiectum, neque vt oſtendens obiectum: ſed inclinat eam, vt amabile quoddam, & vt manifeſtans aliqua bona creata ordinata in Dei bonitatem: & per hoc inclinare poteſt ad amorem creaturæ, vel Dei per modum ſuadentis. Ex parte verò ipſius potentiæ voluntas nullo modo poteſt moueri, niſi à Deo. Operatio enim voluntatis eſt 915 inclinatio quædam volentis in volitum. Hanc 946. autem inclinationem ſolus ille immutare poteſt, qui virtutem volendi creaturæ contulit: ſicut, & naturalem inclinationem ſolum illud agens poteſt mutare, quòd poteſt dare virtutem, quam conſequitur inclinatio naturalis. Solus autem Deus eſt, qui potentiam volendi tribuit creaturæ, quia ipſe ſolus Deus eſt author intellectualis naturæ. Vnde Angelus voluntatem alterius mouere non poteſt.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſecundum modum illuminationis eſt accipienda, & purgatio, perfectio. Et quia Deus illuminat immutando intellectum, & voluntatem, purgat à defectibus intellectus, & voluntatis, & perficit in finem intellectus, & voluntatis: Angeli autem illuminatio refertur, ad intellectū, Art. præc. D. 340. vt dictum eſt:* ideo etiam purgatio Angeli intelligitur à defectu intellectus, qui eſt neſcientia: perfectio autem eſt conſumatio in finem intellectus, qui eſt veritas cognita. Et hoc eſt, Ca. 6 eccleſ. hier. par. 8. in ter med. & fi quod dicit Dionyſ.* 6. cap. eccl. hier. quòd in cęleſti hierarchia purgatio eſt in ſubſtantijs, & eſſentijs tanquam ignotorum illuminatio in perfectiorem ſcientiam inducens. Sicut ſi dicamus viſum corporalem purgari, inquātum remouentur tenebræ: illuminari verò, inquantum perfunditur lumine: perfici verò, ſecundum, quòd perducitur ad cognitionem colorati.

Ad ſecundum dicendum, quòd vnus Ange In cor. art. lus poteſt inducere alium ad amorem Dei per modum perſuadentis, vt ſupra dictum eſt.

Ad tertium dicendum, quòd Philoſophus loquitur de appetitu inferiori ſenſitiuo, qui poteſt moueri à ſuperiori intellectiuo, quia pertinet ad eandem naturam animæ, & quia inferior appetitus eſt virtus in organo corporali, quod in Angelis locum non habet.

Senſus quæſiti.

VErbum *poſsit*, in titulo poſitum potentiam ſignificat ſufficientem; hæc enim ſola conſtituit potens ſimpliciter: ſecundum verò potentiam per ſe minimè ſufficientem dicitur aliquid potens tantum ſecundum quid. Dictio verò, *mouere* clarè diſtinguitur in textu, ſed in quęſito ſumitur abſolutè, & prout indifferens eſt ad ſuas omnes ſignificationes, ſiue modos.

Forma Textus.

TRibus diſtinctionibus, & duabus concluſionibus reſpondetur quæſito. Prima diſtinctio eſt: voluntas immutatur dupliciter, vno modo ex parte obiecti, alio modo ex parte ipſius potentiæ. Secunda diſtinctio eſt: Ex parte obiecti duo ſunt mouentia voluntatem, ſcilicet ipſum bonum, quod eſt voluntatis obiectum, ſicut appetibile mouet appetitum, & ille, qui demonſtrat obiectū, puta qui demonſtrat aliquid eſſe bonum. Tertia diſtinctio: Voluntas dupliciter poteſt moueri ab obiecto, & ab oſtendente obiectum; Vno modo ſufficienter; Alio modo inſufficienter; quia, ſcilicet obiectum, aut oſtendens obiectum ſic tantum eam mouet, vt illam inclinet, vt amabile quoddam, & vt manifeſtans aliqua bona creata ordinata in Dei bonitatem.

Prima concluſio: Angelus non ſufficienter mouet voluntatem, neque vt obiectum, neque vt oſtendens obiectum. ſed inclinat eam, vt amabile quoddam, & vt manifeſtans aliqua bona creata ordinata in Dei bonitatem. Tres habet partes hæc concluſio: & primò probatur eius prima pars; Quia nihil, ſine nullum bonum ſufficienter mouet volūtatem, niſi bonum vniuerſale, quod eſt Deus; ergo Angelus non mouet ſufficienter voluntatem, vt obiectum. Antecedens patet ex articulo quarto, quæſt. 105. Conſequentia euidens eſt. Secunda verò pars probatur: Quia ſolus Deus hoc bonum, ſcilicet vniuerſale oſtendit, ita vt per eſſentiam videatur à beatis; ergo. Antecedens probatur authoritate ſacræ Scripturæ, Exod. 33. vt patet in textu. Tertia denique pars declaratur: Quia ſic voluntas inclinatur in amorem creaturæ, vel Dei per modum ſuadentis.

Se-

Secunda concluſio: Ex parte ipſius potentiæ voluntas nullo modo moueri poteſt, niſi à Deo. Probatur: Operatio voluntatis eſt inclinatio quædam volentis in volitum; ſed hanc inclinationem ſolus Deus immutare poteſt; ergò. Probatur ſecunda propoſitio: Quia ſolus ille inclinationem hanc immutare poteſt, qui virtutem volendi creaturæ contulit: at ſolus Deus eſt, qui potentiam volendi tribuit creaturæ; ergo ſolus Deus poteſt inclinationem hanc immutare. Maior probatur; Quia naturalem inclinationem ſolum illud agens poteſt immutare, quod poteſt dare virtutem, quam conſequitur inclinatio naturalis; ergò ſimiliter, &c. Minor autem probatur; quia ipſe ſolus eſt author intellectualis naturæ.

A rate; conſtat autem, D. Tho. in textu loqui de ea inclinatione voluntatis, quæ eſt eius actus ſecundus, & operatio. Poteſt igitur alio modo ſumi verbum illud, immutare in ſua propria ſignificatione, vt idem ſit, quod variare de vno actu in alium actum etiam oppoſitum, ita vt ſit ſenſus, ſolum Deũ poſſe inclinationem illam voluntatis, quæ eſt operatio, immutare, ideſt variare, vnam ſcilicet operationem tollendo, & aliam influendo, ſeu cauſando; qui ſenſus verus eſt, proprius, ac formalis; Vt enim hìc aduertit Caietanus, eiuſdem rationis eſt moueri appetitum aliquem ex parte potentiæ ad ſuum actum naturalem, & moueri ad oppoſitum, S. Tho.

B quod eſt perfectè variari, & ideò ex negatione virtutis in creatura potentis actum inclinationis appetitus in oppoſitum variare rectè deducitur in eadem creatura negatio potẽtiæ motiuæ ad actualem inclinationem, vt hic explicat eruditè Caietanus; qui priorem ſenſum immeritò præponit huic poſteriori dicens, eum eſſe breuiorem, & formaliorem. Caiet.

Tertium eſt, hic moueri poſſe quæſtionem illã de phyſico Dei primi mouentis influxu, præmotione, ac prædeterminatione, ſeu applicatione, qua liberam Angeli, vel hominis voluntatem applicat ad operandum; de qua latiſsimè diſſeruiC mus ſupra quæſt. 22. art. 4. & in q. 59. art. 3. mentẽ noſtram, ac verborum ſenſum perſpicuè declarauimus, quorundamq; noſtra ſiniſtrè interpretantium calumnias propulſauimus.

Vide præterea dubitationẽ hic à Zumello propoſitam, & ſolutam.

Expoſitio Textus.

AD huius diſcurſus intelligentiam tria ſunt diligenter annotanda. Primum eſt, immutationem inſufficientem ex parte obiecti eſſe mutationem moralem; quæ, ſicut voluntati non infert neceſsitatem, ita nec inducit eam infallibiliter ad volendum: immutatio verò ex parte potentiæ manifeſtè phyſica mutatio eſt, quam ſola poteſt efficere diuina poteſtas, quæ ſpiritualem ſubſtantiã, & eius voluntatem in eſſe produxit, & in eſſe conſeruat, & eidem illabitur, & adeſt intimè mouens eam fortiter, & ſuauiter ad omnem eius actũ moraliter bonum, & ad omnem ſubſtantiam actus liberi per eam eliciti.

Actus autem, ſiue motio voluntatis in beatis, quam in eis cauſat vniuerſale bonum, quod eſt eſſentia diuina clarè viſa, vt eius obiectum vndequaque perfectum, cum neceſsitatem habeat non ſolum ſpecificationis, ſed etiam exercitij, ad phyſicam mutationem videtur pertinere, cum præſertim bonum cognitum non finalem ſolum, ſed etiã efficientem cauſalitatem exerceat in voluntatem; balneum enim in mente præconceptum eſt agens in anima deſiderium, vt ait Auerroes. Auerroes.

Secundum eſt, verbum illud, immutare in minori probationis ſecundæ concluſionis, & in eiuſdẽ minoris probatione poſitum dupliciter ſumi poſſe; Vno modo, vt idem ſit, quod mouendo, ſiue mutando efficere; ita vt ſit ſenſus minoris, ſolũ Deũ mouendo, ac per hoc mutando voluntatem de potentia ad actum, aut de actu contrariò in actum contrarium, inclinationem illam actualem in voluntate poſſe cauſare, quæ eſt ipſa voluntatis operatio: Qui ſenſus veriſsimus eſt, & fundatur in differentia inter operationem abſolutè, & operationem per modum inclinationis rei conuenientem, vt hic explicat optimè Caietanus ex ipſa littera D. Tho. & latius ipſe D. Thom in 1. 2. q. 9. art. 6. & ibi Medina, & in 3. cont. gent. cap. 88. ratione 3. 4. & 5. & ibi latè, & eruditè Ferrarien. cuius doctrinam ex parte tranſtulit Zumellus in ſuum Commentarium. Verùm ſenſus ille, quem etiam Caietanus videtur inſinuaſſe, ſatis apparet impropri', ac violentus; proprie namque immutare inclinationem, quæ eſt operatio, eſt ipſam operationem variare, adeò vt voluntas habens nũc actum odij mutetur in actum amoris, aut ex actu dilectionis inordinatæ mutetur in actum dilectionis ex chari- Caiet. 1. Thom. Medin. Ferrarien. Zumellus

ARTICVLVS III.

Vtrum Angelus inferior ſuperiorem illuminare poſsit.

D tertium ſic proceditur. Videtur, quòd Angelus *inferior* ſuperiorem illuminare poſſit: Eccleſiaſtica enim hierar. deriuata eſt à cęlesti, & eam repræſentat: vnde, & ſuperna Hieruſalem dicitur mater noſtra, Gal. 4. Sed in Eccleſia etiam ſuperiores illuminantur ab inferioribus, & docentur, ſecundùm illud Apoſt. 1. ad Cor. 14. Poteſtis omnes per ſingulos prophetare, vt omnes diſcant, & omnes exhortentur. Ergo, & in cęlesti hierarchia ſuperiores ab inferioribus poſſunt illuminari. 1. d. 9. a. 2. & ver. 9. art. 8.

2 Præterea. Sicut ordo corporalium ſubE ſtantiarum dependet ex Dei voluntate, ita & ordo ſubſtantiarum ſpiritualium: ſed, ſicut dictum eſt* Deus quandoque præter ordinẽ ſubſtantiarum corporalium operatur; ergo etiam operatur præter ordinem ſpiritualium ſubſtãtiarum illuminando inferiores, non per medias ſuperiores. Sic ergo inferiores illuminati à Deo poſſunt ſuperiores illuminare. * q. præc. a. 8.

3 Præterea. Vnus Angelus alium illuminat, ad

Art 1. huius quæst.

ad quem ſe conuertit, vt ſupra dictum eſt:* ſed cum iſta conuerſio ſit voluntaria, poteſt ſupremus Angelus ad infimum ſe conuertere mediis prætermiſſis. Ergo poteſt eum immediatè illuminare, & ita poteſt illuminare ſuperiores.

C. 5. Eccl. hier. intit. de ſacerd. perfectionib. in pr.

Sed contra eſt, quod Diony.* dicit hanc legem eſſe diuinitatis immobiliter firmatam, vt inferiora reducãtur in Deum per ſuperiora.

q. præc. a 6

Reſpondeo. Dicendum, quòd inferiores Angeli nunquam illuminant ſuperiores, ſed ſemper ab eis illuminantur. Cuius ratio eſt, quia ſicut ſupra dictum eſt,* ordo continetur ſub ordine, ſicut cauſa continetur ſub cauſa. Vnde, ſicut ordinatur cauſa ad cauſam, ita ordo ad ordinem. Et ideò non eſt inconueniens, ſi aliquando aliquid fiat præter ordinem inferioris cauſæ ad ordinandum in ſuperiorem cauſam, ſicut in rebus humanis prætermittitur mandatum præſidis, vt obediatur principi. Et ita contingit, vt præter ordinem naturæ corporalis aliquid Deus miraculosè operetur ad ordinandum homines in eius cognitionem. Sed prætermiſſio ordinis, qui debetur ſpiritualibus ſubſtantijs, in nullo pertinet ad ordinationem hominum in Deum, cum operationes Angelorum non ſint nobis manifeſtæ, ſicut operationes viſibilium corporum. Et ideò ordo, qui conuenit ſpiritualibus ſubſtantijs, nunquam à Deo prætermittitur, quin ſemper inferiora moueantur per ſuperiora, & non è conuerſo.

Ad primum ergo dicendum, quòd eccleſiaſtica hierarchia imitatur cęleſtem aliqualiter, ſed non perfectè conſequitur eius ſimilitudinem. In cęlesti enim hierarchia, tota ratio ordinis eſt ex propinquitate ad Deum.

Et ideò illi, qui ſunt Deo propinquiores, ſunt & gradu ſublimiores, & ſciensia clariores, & propter hoc ſuperiores numquam ab inferioribus illuminantur. Sed in eccleſiaſtica hierarchia interdum, qui ſunt Deo per ſanctitatẽ propinquiores, ſunt gradu infimi, & ſcientia non eminentes, & quidam in vno etiam ſecundum ſcientiã eminent, & in alio deficiunt. Et propter hoc ſuperiores ab inferioribus doceri poſſunt.

Ad ſecundum dicendum, quòd non eſt ſimilis ratio de hoc, quòd Deus agat præter ordinem naturæ corporalis, & ſpiritualis, vt dictũ eſt.* vnde ratio non ſequitur.

Ad tertium dicendum, quòd Angelus voluntate conuertitur ad alium Angelum illuminãdum, ſed voluntas Angeli ſemper regulatur lege diuina, quæ ordinem in Angelis inſtituit.

Senſus quæſiti.

DE Angelo inferiori, ſiue ſecundùm Hierarchiam, ſiue ſecundum ordinem, & de potentia naturali, & ordinaria, non verò de potentia Dei abſoluta quæſtio eſt, vt hic aduertit Caietan. Caietanus

Forma Textus.

Concluſio eſt: Inferiores Angeli nunquam illuminant ſuperiores: ſed ſemper ab eis illuminantur. Duas habet partes hæc concluſio. Prior negat ſecundùm ordinem à Deo inditum Angelicæ naturæ ſuperiores ab inferioribus illuminari, & ait inferiores à ſuperioribus illuminari.

Altera pars eſt, dictum ordinem nunquam variari, ſed immobilem perpetuò conſeruari.

Prior pars probatur: Quia ordo continetur ſub ordine, ſicut cauſa continetur ſub cauſa, & è contra; conſtat autem in Angelis ordinem ſub ordine contineri: igitur etiam cauſa, ſcilicet in illuminando continetur ſub cauſa, ita vt ſemper Angelus ordinis ſuperioris ſit etiam cauſa illuminans Angelum ordinis inferioris. Poſterior verò pars probatur ſic: Prætermiſſio ordinis ſecundarũ cauſarum eſt propter ordinandum hominem in Dei cognitionem; ſed prætermiſſio ordinis, qui debetur ſpiritualibus ſubſtantijs, in nullo pertinet ad ordinationem hominum in Deum; ergo dicti ordinis prætermiſſio nũquam fit in Angelis.

Maior propoſito duo continet: primum eſt, prætermiſſionem ordinis ſecundarum cauſarum fieri propter ordinem ad primam cauſam: ſecũdum eſt, eandem prætermiſſionem fieri propter talem cauſam, ſcilicet manifeſtationem Dei ad homines. Primum probatur primò ratione: Quia, ſicut ordinatur cauſa ad cauſam, ita ordo ad ordinem; ergo non eſt inconueniens, ſi aliquando aliquid fiat præter ordinem inferioris cauſæ ad ordinandũ in ſuperiorem cauſam.

Antecedens probatur: quia, ſicut dictum eſt, ordo continetur ſub ordine, ſicut cauſa continetur ſub cauſa.

Secundò probatur idem exemplo; quoniam in rebus humanis prætermittitur mandatũ Præſidis, vt obediatur Principi. Deindè probatur ſecundùm in maiori contentum: Quia Deus non ob aliam cauſam aliquid operatur miraculosè præter ordinem naturæ corporalis, niſi vt ordinet homines ad eius cognitionem.

Minor verò probatur: Quia operationes Angelorũ non ſunt nobis manifeſtæ, ſicut operationes viſibilium corporum; quo fit, vt ordo, qui conuenit ſpiritualibus ſubſtantijs, nunquam, à Deo prætermittatur; quia ſemper inferiora mouentur per ſuperiora, & non è conuerſo; & ideò vt ait concluſio inferiores Angeli nunquam illuminant ſuperiores, ſed ſemper ab eis illuminantur.

Expoſitio Textus.

FVndamẽtum huius vltimi diſcurſus, quo probatur ſecunda pars cõcluſionis explicat hoc in loco Caietanus, & elegantius S. Thomas in tertio contra gent. cap. 99. in fine, cuius verba ſunt: *Diuina virtus quandoque aliquid facere poteſt ſine prouidentiæ ſuę præiudicio præter ordinem naturalibus inditum* Caiet. & S. Thom.

Digitized by Google

inditum rebus à Deo. Hoc enim ipsum ad suæ virtutis manifestationem facit interdum: nullo enim modo melius manifestari potest, quod tota natura diuinæ subiecta est voluntati, quàm ex hoc, quòd quandoque ipse præter ordinem naturæ, aliquid operatur. Ex hoc enim apparet, quod ordo rerum processit à Deo, non per necessitatem naturæ, sed per liberam voluntatem. Nec debet hæc ratio friuola reputari, quod Deus aliquid facit in naturam ad hoc, quòd Deus se mentibus hominum manifestet, cum supra ostensum sit, quod omnes creaturæ corporales ad naturam intellectualem ordinantur quodammodo sicut in finem; ipsius autem intellectualis naturæ finis est diuina cognitio, (vt in superioribus est ostensum,) non ergo mirum, si ad cognitionem de Deo intellectuali naturæ præbendam fit aliqua mutatio in natura corporali. Hæc ibi. Ex quibus perspicuè patet veritas maioris propositionis quo ad vtranq; partem, videlicet prætermissionem ordinis secundarum causarum fieri propter ordinandum hominem in Dei cognitionem. Si namq; corporales omnes creaturæ ordinantur quasi, vt in finem ad spiritualē, cuius finis est diuina cognitio, consequens est, vt omnis illa mutatio, quæ præter ordinem in rebus consuetum Diuina virtute fit in natura corporali, ad cognitionem de Deo intellectuali naturæ præbendam ordinetur. Totam huius articuli doctrinam explicat Zumellus vberrimè, & eruditè. Molinæ censuram confutat Ripa.

Zumellus Molina. Ripa.

ARTICVLVS IV.

Vtrum Angelus superior illuminet inferiorem.

323 2.d 9.ar.2 & d.11.q.1.a.1. & ver. q.9.a.1. Cap. 12.

AD quàrtum sic proceditur. Videtur, quòd Angelus superior non illuminet inferiorem de omnib. quæ ipse nouit. Dicit enim Dionys.* 12.cap.cęl. hierarch. quod Angeli superiores habent scientiam magis vniuersalem, inferiores verò magis particularem, & subiectam: sed plura continentur sub scientia vniuersali, quàm sub particulari. Ergo non omnia, quæ sciunt superiores Angeli, cognoscunt inferiores per superiorum illuminationem.

2 Præterea. Magister dicit in 11.dist.2.sententi. quòd superiores Angeli cognouerunt à seculis mysteriorum Incarnationis: inferioribus verò ignotum fuit, vsquequo completum est. Quod videtur per hoc, quòd quibusdam Angelis quærentibus, Quis est iste rex gloriæ? quasi ignorantibus, alij respondent quasi sciētes: Dominus virtutum ipse est rex gloriæ, vt Diony.* exponit 7.cap.cęl.hierarch. Hoc autē non esset, si superiores Angeli illuminarent inferiores de omnibus, quæ ipsi cognoscunt. Non ergo eos illuminant de omnibus sibi notis.

c.7 âmed.

3 Præterea. Si omnia superiores Angeli inferioribus annuntiant, quæ cognoscunt, nihil inferioribus ignotum remanet, quod superiores cognoscant. Non ergo de cetero superiores poterunt illuminare inferiores; quod videtur inconueniens. Nō ergo superiores de omnibus inferiores illuminant.

Sed contra est, quod Greg.* dicit, quod in illa cælesti patria, licèt quædam data sint excellenter, nihil tamen possidetur singulariter. Et Dion.* dicit 15.c.cęl.hier. quod vnaqueq; cęlestis essentia intelligentiam sibi à superiori datam inferiori communicat, vt patet ex authoritate supra inducta.*

Respondeo. Dicendum, quòd omnes creaturæ ex diuina bonitate participant, vt bonū, quod habent, in alia diffundant; nam de ratione boni est, quod se alijs communicet. Et inde est etiam, quod agentia corporalia similitudinem suam alijs tradunt, quantum possibile est. Quantò igitur aliqua agentia magis in participatione diuinæ bonitatis constituuntur, tantò magis perfectiones suas nituntur in alios trāsfundere, quantum possibile est. Vnde beatus Petr. monet eos, qui diuinam bonitatem per gratiā participant, dicens 1.Pet.4. Vnusquisque, sicut accepit gratiam, in alterutrum illā administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Multò igitur magis sancti Angeli, qui sunt in plenissima participatione diuinæ bonitatis, quicquid à Deo percipiunt, subiectis impartiuntur; non tamen recipitur ab inferioribus ita excellenter, sicut est in superioribus. Et ideò superiores semper remanent in altiori ordine, & perfectiorem scientiam habentes. Sicut vnam, & eandē rem plenius intelligit magister, quam discipulus, qui ab eo addiscit.

Art.1.huius q.vlt. sed con

Ad primum ergo dicendum, q superiorum Angelorum scientia dicitur esse vniuersalior quantū ad eminentiorē modum intelligendi.

Ad secundum dicendum, quòd verbū Magistri non sic est intelligendum, quòd inferiores Angeli penitus ignorauerint mysterium Incarnationis, sed quia non ita plenè cognouerūt, sicut superiores; & in eius cognitione postmodum profecerunt, dum illud mysterium impleretur.

a pl

Ad tertium dicendum, quòd vsq; ad diem iudicij semper noua aliqua supremis Angelis reuelantur diuinitus de his, quæ pertinent ad dispositionem mundi, & præcipuè ad salutem electorum. Vnde semper remanet, vnde superiores Angeli inferiores illuminent.

Sensus quæsiti.

QVæstio est, non de notis ab Angelo superiori naturaliter, sed ex Diuina tantùm reuelatione.

Forma

Digitized by Google

Forma Textus.

PRima concluſio: Sancti Angeli, quicquid à Deo percipiunt, ſubiectis impartiuntur. Probatur: quantò aliqua agentia magis in participatione diuinæ bonitatis conſtituuntur, tantò magis perfectiones ſuas nituntur, in alios transfundere, quantum poſſibile eſt: ſed Angeli ſancti ſunt in pleniſſima participatione diuinæ bonitatis; ergo quicquid à Deo percipiunt, &c. Maior probatur tripliciter; Primò ratione; quoniam omnes creaturæ ex diuina bonitate participant, vt bonum, quod habent, in alia diffundant; ergo quantò aliqua agentia, etc. Conſequentia patet ex illo celebri dicto Philoſophi; ſicut ſimpliciter ad ſimpliciter, ita magis ad magis, &c. Antecedens probatur; quia de ratione boni eſt, vt ſe aliis communicet.

Secundò probatur eadem maior exemplo agentium corporalium, quæ; nam ſimilitudinē aliis tradunt, quantum poſſibile eſt.

Tertiò probatur authoritate ſacræ Scripturæ. 1. Petri 4. monentis eos, qui diuinam bonitatem per gratiam participant, & dicentis: Vnuſquiſque, ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei.

Secunda concluſio. Superiores Angeli ſemper remanent in altiori ordine, & perfectiorem ſcientiam habentes: Probatur primò ratione; quia participatio diuinæ bonitatis non recipitur ab inferioribus: ita excellenter, ſicut eſt in ſuperioribus.

Secundò probatur exemplo Magiſtri, qui tandem vē plenius intelligit, quàm diſcipulus, qui ab eo addiſcit.

Expoſitio Textus.

NOtandum hic eſt primò, ſenſum concluſionis eſſe, ſuperiores Angelos ſtatim, vt myſteriorum à Deo cognitionem acceperint, eam inferioribus communicare. Nec obſtant verba diuinæ Scripturę ſignificantia quoſdam Angelos quaſi neſcientes ab alijs quæſiſſe: *Quis eſt iſte rex gloriæ?* Et alios quaſi ſcientes reſpondiſſe, *Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ*, vt exponit Dionyſ. in 7. cap. Cęl. Hier. & affirmat etiam Magiſter ſent. lib. 1. diſt. in. 2. dicens, ſuperiores Angelos ab initio cognouiſſe myſterium Incarnationis, inferioribus autem fuiſſe ignotum, vſquequo completum eſt: quod etiam ſignificant verba Iſaiæ 63. *Quis eſt iſte, qui venit de Edom, &c.* Non obſtant, inquam hæc verba; quoniam, vt hic ait Sanct. Doctor, ad ſecundum verba illa ſcripturæ Dionyſij, & Magiſtri nō ita ſunt intelligenda, vt inferiores Angeli penitus ignorauerint myſterium Incarnationis, & Redemptionis, ſed quia non ita plenè cognouerunt, ſicut ſuperiores, & in eius cognitione poſtea profecerunt, eo ſcilicet tempore, quo prædicta fuerunt impleta myſteria. Non eſt igitur audiendus Molina, qui cum Magiſtro propter allegatum Iſaiæ dictū affirmat, ſuperiores Angelos diuinæ gratiæ myſteria ſibi reuelata non ſtatim inferioribus communicare, alioquin, (inquit) numquam inferiores interrogarent ſuperiores; non enim interrogant de myſteriorum ſubſtantia, quam antea nouerant, ſed de quibuſdam rationibus, & circumſtantijs tunc primò in ipſa myſteriorum impletione reuelatis præter eas, quas ſua virtute naturali viderant myſterijs exiſtentibus actu connexas. Locus autē Iſaiæ non eſt ad propoſitum; quoniam interrogatio illa non eſt inferiorum Angelorum, ſed ſuprà morum. Quod ex eo patet, quod illi interrogationi Deus immediatè reſpondet dicens: *Ego, qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandum;* vt S. Doct. aduertit ſuper Epiſt. ad Epheſ. cap. 3. lect. 3. in fine.

Secundò aduerte, propoſitionem illam fundamentalem, *De ratione boni eſt, vt ſe alijs communicet,* multas habere gloſſas, quas affert Caietanus in 3. par. q. 1. art. 1. & ibidem alij expoſitores.

Pſal 23

D. Diony. Mag ſen.

Iſa. c. 63.

Molinæ dictū reijcitur.

Iſa. 63.

S. Thom.

Cāiet.

QVAESTIO CVII.

De locutionibus Angelorum, in quinque articulos diuiſa.

DEinde conſiderandum eſt de locutionibus Angelorum.

Et circa hoc quæruntur quinque.

Primò, Vtrum vnus Angelus loquatur alij.

Secundò, Vtrum inferior ſuperiori.

Tertiò, vtrum Angelus Deo.

Quartò, Vtrum in locutione Angeli aliquid diſtantiæ localis operetur.

Quintò, vtrum locutionem vnius Angeli ad alterum omnes cognoſcant.

Ratio ordinis.

AD perfectam locutionis Angelorum notitiā quinque ſunt neceſſariò cognoſcenda. Primum. An verè ſit in Angelis dicta locutio, ſecundùm quid ſit. Tertium eſt ſubiectum locutionis, ideſt, perſona, cui conuenit actus loquendi, & terminus, ſiue perſona, ad quam dirigitur locutio. Quartum eſt conditio extrinſeca, quæ videri poſſet ad locutionem Angelorum eſſe neceſſaria. Vltimum (quod eſſe non poſſet niſi per accidens) eſt aliorum Angelorum auditio, ad quos locutio non dirigitur. De primis duobus agit S.D. in art. 1. de 3. differit in 2. & 3. artic. nam in 2. artic. quærit, nū Angelus inferior ſuperiori loquatur; ſuperiorem enim inferiori loqui conſtat ex quæſtione præcedenti: Illuminatio namq; locutio quædam eſt; notius eſt autem, & minoris videtur eſſe difficultatis, locutionem vni Angelo, veluti ſubiecto, ſiue perſonæ loquenti in ordine ad alterum Angelum, vt audientem poſſe conuenire, quàm in ordine ad Deum, cui nihil de nouo poteſt innoteſcere; & iō concluſa locutione Angeli ad Angelum quærit de locutione Angeli reſpectu Dei. De quarto verò, ſcilicet extrinſeca conditione, diſputat in articulo quarto. Poſtremum denique, quod non poſſet interuenire, niſi per accidens, abſoluit in vltimo quæſtionis articulo. Certum eſt autem, cognitionem

Digitized by Google

nem exiſtentiæ,& quidditatis priorem eſſe notitia ſubiecti,& termini locutionis: & hæc eſſe priora extrinſeca conditione, quæ, ſi eſſet neceſſaria, præcederet omne per accidens.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum vnus Angelus alteri loquatur.

1.d.11.q.2 art.3.& verit.q.9 ar.4 5 & 7.& 3. cor. in 13. Li.18.moral c.3 in fin.

AD primum ſic proceditur. Videtur,quòd vnus Angelus alteri nó loquatur.

Dicit enim Greg.* 18. Moral. quòd in ſtatu reſurrectionis vniuſcuiuſque mentem ab alterius oculis membrorum corpulentia non abſcondit: multò igitur minus mens vnius Angeli abſconditur ab altero: ſed locutio eſt ad manifeſtandum alteri,quod látet in mente. Non igitur oportet, q vnus Angelus alteri loquatur.

2 Præterea. Duplex eſt locutio. Interior, p quam aliquis ſibi ipſi loquitur: & exterior, per quam aliquis loquitur alteri. Exterior autem locutio fit per aliquod ſenſibile ſignum, puta voce, vel nutu, vel aliquo corporis membro, puta lingua, vel digito, quæ Angelis competere non poſſunt. Ergo vnus Angelus alteri non loquitur.

3 Præterea. Loquens excitat audientem, vt attendat ſuæ locutioni: ſed non videtur, q vnus Angelus excitet alíũ ad attendendũ: hoc enim fit apud nos aliquo ſenſibili ſigno.

Ergo vnus Angelus non loquitur alteri.

Sed contra eſt,quod dicitur 1.Corint.13.Si linguis hominum loquar, & Angelorum.

Reſpondeo dicendum, quòd in Angelis eſt aliqua locutio. Sed,ſicut dicit Gregor. 2.Mor. Dignum eſt,vt mẽs noſtra qualitatem corporeæ locutionis excedens,ad ſublimes atq; incognitos modos locutionis intimę ſuſpẽdatur

Li 2.Mor. c 5.parum à princ.

Ad intelligendum igitur qualiter vnus Angelorum alij loquatur, cõſiderandũ eſt,quod, ſicut ſupra diximus,* cũ de actibus, & potẽtijs animæ ageretur, voluntas mouet intellectum ad ſuam operationem. Intelligibile autem eſt in intellectu tripliciter. Primò quidem habitualiter, vel ſecundum memoriam, vt Auguſt. *dicit. Secundò aũt, vt in actu conſideratũ, vel conceptum. Tertiò, vt ad aliud relatum.

q 81.ar.4i

Libro de Tri c.5.7 9 & 10 to. 3.

Manifeſtum eſt autem,quod de primo gradu in ſecundum transfertur intelligibile per imperium voluntatis. Vnde in definitione habitus dicitur, quo quis vtitur cum voluerit.

Similiter aũt de ſecundo gradu transfertur in tertium per voluntatem. Nam per voluntatem conceptus mentis ordinatur ad alterum, puta, vel ad agendum aliquid, vel ad manifeſtandum alteri. Quando autem mens conuertit ſe ad actu conſiderandum, quod habet in habitu, loquitur aliquis ſibiipſi: nam ipſe conceptus mentis interius, verbum vocatur.

Ex hoc verò, quòd conceptus mentis Angelicæ ordinatur ad manifeſtandum alteri per voluntatem ipſius Angeli, conceptus mentis vnius Angeli innoteſcit alteri, & ſic loquitur vnus Angelus alteri. Nihil eſt enim aliud loqui ad alterum, quàm conceptum mentis alteri manifeſtari.

Ad primum ergo dicendum, quòd in nobis interior mentis conceptus quaſi duplici obſtaculo clauditur.

Primò quidem ipſa voluntate, quæ conceptum intellectus poteſt retinere interius, vel ad extra ordinare. Et quantum ad hoc mentẽ vnius nullus alius poteſt videre, niſi ſolus Deus, ſm illud 1.Corint.2. Quæ ſunt hominis nemo nouit, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt.

Secundò autem clauditur mens hominis ab alio homine per groſsitiem corporis. Vnde, cum etiam voluntas ordinat conceptum mentis ad manifeſtandum alteri, non ſtatim cognoſcitur ab alio, ſed oportet aliquod ſignũ ſenſibile adhibere. Et hoc eſt, quod Gregor. dicit* 2. Moral. Alienis oculis intra ſecretum mentis, quaſi poſt parietem corporis ſtamus. Sed, cum manifeſtare noſmetipſos cupimus, quaſi per linguæ ianuam egredimur, vt quales ſumus intrinſecus, oſtẽdamus. Hoc autem obſtaculum non habet Angelus: & ideo, quàm cito vult manifeſtare ſuum conceptum, ſtatim alius cognoſcit.

Li 2.Mor. c 7 paulo poſtprinc.

Ad ſecundum dicendum, quòd *locutio* exterior, quæ fit per vocem, eſt *nobis neceſſaria* propter obſtaculum corporis. Vnde non conuenit Angelo, ſed ſola locutio interior, ad quã pertinet non ſolum, quòd loquatur ſibi interius cõcipiendo, ſed etiam, quòd ordinet per voluntatem ad alterius manifeſtationem.

Et ſic lingua Angelorum metaphoricè dicitur ipſa virtus Angeli, qua conceptum ſuũ manifeſtat.

Ad tertium dicendum, quòd quantum ad Angelos bonos, qui ſemper ſeinuicem vident in verbo, non eſſet neceſſariũ ponere aliquid excitatiuum: quia, ſicut vnus ſemper videt alium, ita ſemper videt in eo, quicquid eſt ad ſe ordinatum.

Sed quia ẽt in ſtatu naturæ cõditæ ſibiinuicem loqui poterant, & mali etiam Angeli nũc ſibiinuicem loquuntur, dicendum eſt, quòd, ſicut ſenſus mouetur à ſenſibili, ita intellectus mouetur ab intelligibili. Sicut ergo per ſignũ ſenſibile excitatur ſenſus: ita per aliquam virtutem intelligibilem poteſt excitari mens Angeli ad attendendum.

Sed-

Digitized by Google

Sensus quæsiti.

LAtior est intentio quærẽdi, quàm sonet inscriptio; quæstio namq; de sola existentia locutionis in Angelo proponitur; at quod intenditur, vt præcipuum, est quidditas locutionis, & modus eius intrinsecus: his enim, vt primarijs, ac medijs argumentationis explicatis, patet etiam euidenter solutio quæstionis ad existentiam pertinentis.

Forma Textus.

CONclusio est: *In Angelis est aliqua locutio. Probatur: ex hoc, quod conceptus mentis Angelicæ ordinatur ad manifestandum alteri per voluntatem ipsius Angeli, loquitur vnus Angelus alteri; at vnus Angelus ordinat quandoque suæ mentis conceptum ad manifestandum alteri; ergo. Maior tria continet. Primum est, per voluntatem ordinari conceptus. Probatur hæc pars: quia voluntas mouet intellectum ad suam operationem: Secundum, est Conceptus intellectus ordinari ad alterum per voluntatem.*

Probatur hoc; quoniam intelligibile est in intellectu tripliciter.

Primò quidem habitualiter, siue secundum memoriam, vt ait Aug. lib. 10. de Trinit. cap. 5. 8. 9. & 10.

Secundò autem in actu consideratum, uel conceptum: Tertiò, vt ad aliud relatum: & conflat intelligibile de primo gradu in secundum transferri per imperium voluntatis; ergo similiter de secundo gradu transfertur in tertium per voluntatem.

Probatur antecedens quo ad vltimam partem; quia in definitione habitus dicitur: Quo quis vtitur, cum voluerit. Consequentia patet ex paritate rationis.

Tertium est, per voluntatem ordinari conceptum mẽtis ad alterum, vt illi manifestetur. Probatur hoc primò, quia omnis conceptus mentis ordinatur, vel ad agẽdum aliquid, vel ad manifestandum alteri.

Secundo probatur: Quia, cum mens conuertitur ad actu considerandum, quod habet in habitu, loquitur aliquis sibi ipsi; ergò, cum ordinat conceptum ad manifestandum alteri per voluntatem ipsius Angeli, loquitur vnus Angelus alteri. Antecedens probatur: quia conceptus mentis internus verbum vocatur. Consequentia videtur euidens.

Tertiò probatur eadem maior; quia ex hoc, quod conceptus mentis Angelicæ ordinatur ad manifestandum alteri, innotescit illi. Minor, vt nota relinquitur.

Expositio Textus.

IN Angelis esse locutionem aliquam certissimũ est fidei dogma in sacris litteris sæpè repetitum. Nam Isaiæ 6. de duabus seraphinis dicitur: *Clamabant alter ad alterum, & dicebant Sanctus Sanctus, &c.* Et cap. 16. narratur Angelorum interrogatio illa: *Quis est iste, qui venit de Edom, &c.* Zach. 2. dicitur: *Ecce Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, & Angelus alius egrediebatur in occursũ eius, & dixit ad eum, &c.* 1. Cor. 13. Propriam esse quandam Angelorum linguam, & locutionem ab hominum lingua, seu locutione distinctam significat dicens: *Si linguis hominum loquar, & Angelorũ.* Iudas Apostolus in Epistola sua Canonica locutionẽ ar-

Isai. c. 6. & 16.
Zach. c. 2.
1. Cor. 13.
Iudæ cap.

changeli Michaelis cum Diabolo describens ait: *Cum Michael Archangelus cum Diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, non ausus est iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit: Imperet tibi Deus.* Denique Apoc. 7. dicitur: *Ecce ego Ioannes vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu Solis habentem signum Dei viui; & clamauit voce magna quatuor Angelis, &c.* Quod etiam rationi consonat: Ad perfectæ namq; communitatis, & Reipublicæ fœlicitatem requiritur, vt personæ, seu ciues ad eius integritatem veluti partes attinentes sæpè cordium secreta, & affectus in voluntate latentes sibi mutuò patefaciant; quod absque locutione fieri minimè potest.

Apoc. 7.

Cùm itaq; fit in Angelis perfecta communitas, fœlicissimaq; societas, locutionem etiam in eis esse necesse est, qua cordium sibi inuicem secreta sæpè manifestent. Loca Patrum recensẽt Vasquez in 1. cap. disp. 211.

Vasquez.

Controuersia Vnica.

Quomodo loquatur vnus Angelus alteri.

Sententiæ Doctorum.

MVltas hic referunt, & examinant veterum Scolasticorum opiniones Bannes, Zumellus, Valentia, Vasquez, & Malonius in secundo sẽtentiarum, dist. 6. disp. 12. & alij. Sex enim, aut septem recensent placita Theologorum, quibus octauum addit Vasquez, quod etiam in plura distinguit, & de singulis verbo rimè differit in sua 211. disputationẽ. Et quoniam earum opinionum nonnullæ quibusdam nostri temporis expositoribus placuerunt, aut eis probabiles visæ sunt, operæpretium erit hic singulas breuiter recẽsere. Quę diligenter collectæ vix denario numero comprehendi potuerunt.

Bannes. Zumellus. Valentia. Malonius. Vasquez.

Est igitur prima sententia Scoti in 2. sent. dist. 9. q. 2. dicentis, Angelum loquentem producere notitiam actualem in intellectu illius Angeli, cui loquitur; ita vt intellectus audientis cognitionis actum non eliciat, sed merè passiuè se habens cognitionem illam in se recipiat, & cum ea nonnunquam etiam speciem intelligibilem; cum scilicet Angelus loquens manifestat audienti rẽ illi priùs minimè notam. Et addit Scotus, auditionem in Angelo audiente ab intellectione distingui, quòd intellectionem elicit audientis intellectus, auditionem autem efficit ille, qui loquitur, in ipsius audientis intellectu passiuè totum concurrente.

Scotus.

Secunda sententia parum à præcedenti differens ea est, quam tribuit Vasquez quibusdam recentioribus, qui loquentem Angelum asserebant pro sua voluntate speciem imprimere notitiæ rei, quam intendit alteri manifestare, vt ita non solũ obiectum, sed etiam conceptionem, quam habet, obiecti alteri manifestet. In hoc autem à Scoto dissidet hæc opinio, quod Scotus notitiam obiecti fieri docet à loquente in audientis intellectu, hi verò dicunt, non ipsam notitiam, sed speciem notitiæ loquentis Angeli in audiente produci. Sententiam hanc Zumellus tribuit Alensi, & Ricardo, quam

Vasquez.

Zumellus.

ait esse probabilem, addens primò, se existimare non esse necessarium produci nouam speciem omninò distinctam à præexistentibus in Angelo, sed fortè sufficere, vt sit quædam veluti intensio, vel extensio alicuius speciei ex præexistentibus. Secundò addit efficientiam, qua species illa perficitur, & mutatur secundum hunc nouum modum, qui est noua repræsentatio cogitationis alterius Angeli, esse immediatè ex illo actu, qui manifestatur per locutionem, tamquam per rationem agendi, quoniam (inquit) actus ille est quasi obiectum impressiuum suæ repræsentationis.

Tertia sententia est affirmantium, posse naturaliter vnum Angelum intueri cogitationes alterius, sed eas non semper actu cognoscere, quia Deus numquam concurrit suo concursu generali cum intellectu illius Angeli, cui loquitur alius, vt cogitationes eius intelligat, nisi cum hic alius Angelus suas ad eum dirigit cogitationes, vt videantur ab eo.

Quarta sententia est eorum, qui distinguunt in Angelo loquente duo signorum genera; alterum eorum, quæ dicunt esse naturaliter occulta cæteris omnib. Angelis; hæc autem esse cõceptus formales intellectus: alterum eorum, quę sunt natura sua reliquis omnibus Angelis manifesta, per quæ dicunt à loquente fieri manifestationem eorum, quę naturaliter sunt occulta.

Bannes. Huic opinioni suspicatur Bannes D. Thomam adhæsisse in 2. sent. dist. 11. q. 3. Cuius tamen verba benè perpensa nihil tale significant.

Quinta sententia est, Angelorum locutionem quibusdam figuris, & characteribus sensibilibus in aliquo corpore ab Angelo loquente formatis expleri.

Sexta sententia docet, in hoc positam esse locutionem Angelorum, vt vnus alteri conceptiones manifestet vniuersaliores, ac magis occultas per alias conceptiones magis determinatas, ac magis expressas.

Has tres vltimas opiniones refert, & confutat Durandus in 2. sent. distinct. 11. quæst. 2. Vasquez cap. 11. sententiam hanc 6. loco propositam explicat à fundamentis, & diluit argumenta Scoti in eam prolata, dicens tamen se huic opinioni nõ adhærere.

Durandus. Vasquez.

Durandus Septima sententia est Durandi, qui duo dicit: Primum est, Angelum cum Angelo loqui per hoc, quod suas cõceptiones desiderat ab altero videri.

Secundum est, si vera non est ea sententia, quæ docet singulorum Angelorum cogitationes à singulis, & omnibus Angelis absque speciali manifestatione non videri, non alio modo fieri posse locutionem, quam per quædam exteriora signa corporea mentem, & conceptiones Angelicas repræsentantia, quemadmodum etiam, fiunt humanæ locutiones.

Aegidius. Arminensis. Argẽtinas. Octaua sententia est AEgidij in 2. sententiarum, dist. 10. q. 3. art. 1. quam sequitur Ariminensis, Argentinas, & alij: Qui omnes affirmant, Angelicam locutionem fieri per signa quædam spiritualia virtute Angeli loquentis ex pressa, sicut homo loquitur homini signis sensibilib. ore, vel alia aliqua corporis parte formatis.

Hæc autem spiritualia signa dicunt non esse cognitionis actus, sed talis esse naturæ, vt ab vno Angelo, scilicet loquente facta significent alteri manifestè cogitationes, & secreta cordis, non tamen, vt in seipsis ab eo videantur intuitiuè, sed in testificante solum, & dicente. Opinionem hanc affirmat Zumellus esse probabilem, duobus tamen additis: primum est, vt hæc locutio non fiat absque aliqua efficientia: secundum est, modum hunc loquendi non debere constitui, tamquam omninò necessarium, ita vt alter in secunda sententia relatus excludatur, vt impossibilis; cùm id probari non possit, & hic minus verus, & minus certus esse videatur. Zumellus.

Hanc eadem sententiam affirmat Vasquez cæteris esse probabiliorem. Vasquez.

Nona sententia est Ludouici Molinæ, qui sequens ex parte prædictam opinionem tria dicit: Primum est, vnum Angelum non posse aliter cum altero loqui quàm per nutus, spirituales tamen, signaq; spiritualia, quæ ad exprimendos suos conceptus poterunt (inquit) sibi melius exhibere, quã nos ad exprimendos nostros exhibeamus. Secundum est, posse etiam eos adhibere signa corporea facta motione, aut impressione aliqua in corpore, & motu propriæ substantiæ in spatio posse sibi ipsis signa exhibere, multisq; alijs modis ipsis Angelis melius, quàm nobis cognitis. Tertium, quod ex prædictis deducit, est, se non videre, quomodo vnus Angelus loqui possit cum alio, alijs non audientibus, si ad id attendant. Molina.

Vltima sententia est D. Thomæ, quam sequuntur omnes eius discipuli, præsertim verò Capreolus in secundo senten. distinct. 11. quæst. prima, Caietanus, Bannes. & Ripa super hoc articulo. Eandem vt optimam sequuntur Valentia, & Malonius in secundo sent. dist. 6. disp. 12. Docet autem D. Thomas in textu, in hoc esse positam rationem Angelicæ locutionis, quod vnus Angelus per voluntatem suum conceptum ordinat ad manifestandum alteri. Cuius sententiæ veritas ex immediatè dicendis illusceset. D. Thom. Capreol. Caietanus Bannes Ripa Valentia Malonius

Resolutio.

Proponitur, & explicatur ratio, seu definitio duplex locutionis, scilicet communiter acceptæ, & prout Angelo conuenit.

QVod in proposita cõtrouersia præcipuè quæritur, locutionis Angelicæ ratio est, siue natura, modus enim, de quo tota videtur esse difficultas, in ipsius locutionis natura clauditur intimè. De locutione verò dupliciter loqui possumus; Vno modo in communi, considerando scilicet locutionem, vt locutio est.

Alio modo in particulari; prout talis est, scilicet Angelica, vel humana, aut diuina, vel etiam ad Angelum, vel ad hominem, aut ad Deum directa. Si de locutione sermo fit, vt locutio est, ad eius rationẽ nihil aliud requiritur necessariò, quã, vt cõceptus

Digitized by Google

ceptus rei cognitę, vt ſic, ad alterum cognoſcentẽ, vt cognoſcens eſt, ordinetur, ſiue ex tali conceptu ad ſe ordinato aliquid de nouo cognoſcat, ſiue nihil; Vt enim ait S.D. in art. 3. huius quæſtionis ad primum, locutio non ſemper eſt ad manifeſtandũ alteri, ſed quandoque ad hoc ordinatur finaliter, vt loquenti aliquid manifeſtetur, ſicut diſcipulus quærit aliquid à Magiſtro: quo etiam modo Angelus loquitur Deo conſultando diuinam voluntatẽ de agendis, vel eius excellentiam, quam nunquam comprehendit, admirando, vt affirmat in eodem articulo. S D. in fine corporis, quo fit, vt ſacræ litteræ narrantes hominem Deum rogare, vt audiat, & intelligat, non propriè, ſed figuratè loquantur, vt cum in Pſal. 5. dicitur: *Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum*. Senſus enim eſt: Hac, vt intelligã te mentis auditu verba mea percipere, & clamorem meum cognoſcere; quod gratię poſtulatæ cõceſſione perficies. Si verò de locutione ſermo ſit, prout talis eſt, putà Angelica, ſicut in propoſito, dicendum eſt locutionem nihil aliud eſſe, quàm conceptum vnius Angeli proprium ad alterum Angelum ordinatum, vt videatur, ſiue cognoſcatur ab eo.

S. Thom.

Pſal 5.

Locutionis Angel. definitio.

Dixi primò locutionem eſſe conceptum vnius Angeli proprium, quoniam, vt patet in textu, ex hoc, quod ipſe conceptus mentis interius verbum vocatur, ſequitur, vt quando mens conuertit ſe, ad actu conſiderandum, quod habet in habitu, loquatur aliquis ſibiipſi. Qua loquendi forma perſpicuè ſignificatur, verbum ipſum eſſe locutionẽ; & ideò verbi formationem, ſiue verbum ipſum formatũ non in ordine ad alium, ſed magis ad ſeipſum eſſe locutionem ad ſe ipſum: cum autem ita formatur conceptus, ſiue verbum, vt per voluntatem ordinetur ad alterum, vt ei manifeſtetur, verbum ſic ordinatum eſſe locutionem ad alterum; nam, vt hic ait S.D. nihil eſt aliud loqui ad alterum, quàm cõceptum mentis alteri manifeſtare: conſtat autem verbum mentis eſſe manifeſtationem ipſam realiter loquendo, cum ſit eſſentialiter imago rei expreſſa ad extra manifeſtandum inſtituta, nõ enim exiſtimandũ eſt verbum ipſum, cui per ſe primò cõuenit manifeſtare, alio aliquo egere, vt manifeſtatione, qua ſibi manifeſtetur, aut alteri, ſed ipſa manifeſtatio eſt ipſa verbi natura, alioquin non eſſentialiter, nec per ſe primo, ſed extrinſecè, & per accidens, ſiue per aliud verbo conueniret eſſe manifeſtatiuum.

S. Thom.

Duo itaque cõcurrunt ad Angelicam locutionem vnius Angeli ad alterum conſtituendam, ſcilicet verbum, & ordo ad alterum per voluntatem, & ideo ſecundo loco dicitur: *Ad alterum Angelum ordinatum*.

Et quia non quilibet ordo verbi ad alterum locutionem conſtituit, ideò additur tertia particula, *vt videatur ab eo*: quia, ſi verbum ordinetur ad alterum Angelum intelligendum, vel ad agendũ in eum diuina virtute, non erit locutio ad illũ Angelum, ſed ſimpliciter intellectio ſpeculatiua, vel practica: vt patet in Angelo Raphaele Dœmonem alligante Tob. 8. Verbum enim Raphaelis practicum ordinatum, quidem fuit ad Dœmonem, ſed non ad aliquid ei manifeſtandum, ſed ad eum alligandum: de ratione autem locutionis ad alterum eſt, vt ea fiat aliquid illi manifeſtum; nam vt antè diximus cum D. Thoma, nihil eſt aliud loqui ad alterum, q̃ conceptum mentis alteri manifeſtare.

Locutionis conſtitutiua.

Quomodo verò concurrant ad locutionem conſtituendam verbum, & ordo prædictus, non ſatis conſtat.

Duo tamen mihi videntur in Angelica locutione conſideranda: Vnum vt eſſentiale; & hoc eſt ipſe conceptus, ſiue verbum, quod græcè logos dicitur, ideſt ſermo, eo quod in ipſo conſiſtat eſſentia locutionis.

Alterum eſt locutionis completiuum, quo ſcilicet completur ratio locutionis, & hoc eſt ordo ad alterum, vt ei manifeſtetur.

Cajetanus.

Quæmadmodum enim ſupra quæſt. 15. artic. 2. diximus cum Caietano, de ratione Ideæ eſſe diuinam eſſentiam, & relationem ad creaturas, non vt partes, ex quibus vna compoſita ratio coaleſcat, ſed eſſentiam ſe habere, vt rem, relationem autẽ, vt modum: item eſſentiam ſe habere, vt quod eſt determinabile, & cõmune, relationem autẽ, vt determinationẽ, & vt proprium: ſic in propoſito, de ratione locutionis videntur eſſe conceptus, & ordo iam dictus, non vt duæ partes locutionis eſſentiam quaſi ex æquo componentes; ſed conceptus videtur ſe habere, vt res, ordo autem ad alterum, &c. vt modus: & ſimiliter conceptus videtur ſe habere, vt quid determinabile, & cõmune, cum poſſit ad innumeros Angelos ordinari, ordo verò prędictus videtur eſſe quaſi determinatio, & aliquid proprium.

Eſt igitur hic ordo locutionis complementum, quia non ex æquo ſimul cum verbo locutionẽ conſtituit, & nihilominus neceſſariò in eius formali conceptu clauditur, vt eius complementũ, & ideò verbum, quod eſſentialiter eſt locutio, ſecundùm ordinum diuerſitatem ad diuerſos Angelos diuerſarum etiam locutionum rationem induit. Poteſt enim vnus Angelus vno aliquo verbo formato, illud ad vnum alium Angelum ordinare, puta ad Raphaelem, & eo conſeruato, & per voluntatem priori ordine remoto, ipſum ordinare ad Gabrielem, & deinceps hoc ordine remoto, idem verbum ordinare ad Michaelem, & ſic de ſingulis. Verbũ igitur locutio eſſentialiter eſt, ordo verò ad alterũ determinatio, & modus eſt Angelicæ locutionis.

Locutionem Angeli præciſo ſtatu beatitudinis fieri per vim aliquam ſiue ſignum excitatiuum ab ipſa locutione minimè diſtinctum.

SEd, quia locutio inter creatas perſonas cũ prænio ſigno fieri videtur audientis excitatiuo, vt ijs, quæ à loquente dicuntur, attendat, de huius ſigni neceſſitate, & ratione, ſeu natura differendum eſt.

S Thom.

Ac primò cum Diuo Thoma in reſponſione ad tertium argumentum diſtinguendi ſunt Angelicæ naturæ ſtatus, ſiue ſinguli quandoque fuerint ab

inuicem separati, siue fuerit eorum aliquis alteri semper annexus, siue singuli quandoque conueniant omnibus, siue quidam eorum aliquibus tantum. Quatuor verò distingui possunt Angelorum status: primus naturæ conditæ sine gratia, vt quidam existimant; secundus gratiæ: tertius gloriæ, siue beatitudinis; quartus miseriæ. De tertio, scilicet Beatitudinis statu certum est, nullum in Angelo loquente excitatiuum esse constituendum, quoniam, vt hic ait S.D. Angeli sancti semper se inuicem vident in Verbo, & sic vt vnus semper videt alium, ita semper videt in eo quicquid est ad se ordinatum.

Angelorũ status quatuor.

S. Thom.

Quo ad reliquos autem status, in quibus Angeli sibi mutuò loqui possunt, signum audientis excitatiuum videtur esse necessarium: Quemadmodũ enim sensus per aliquod sensibile signum excitatur, vt intendat oblato sibi de nouo sensibili, sic Angelica mens per aliquam virtutem intelligibilem potest excitari, vt attendat obiecto sibi intelligibiliter ab Angelo loquente proposito, vt hic ait S. Thomas.

Sed plures sunt in hac doctrina difficultates. Prima est; an virtus hæc excitatiua sit aliqua specialis intentio à locutione distincta realiter, vel sit in ipsa ratione locutionis intimè clausa. Cui difficultati respondet eruditè Caietanus negans, in Angelica locutione virtutem excitatiuam ab ipsa distingui; quoniam ea, quæ sunt in inferiori multiplicata, siue dispersa, constituenda sunt vnitè in superiori. Cum itaque locutio hæc nostra corporea fiat per sensibile signum audientis excitatiũ ab ipsa locutione distinctum, valdè consonans esse videtur ordini rerum, vt Angelica locutio in intelligibilium ordine constituta vim habeat naturæ suæ congenitam, & intrinsecam ad excitandã audientis Angeli mentem, vt attendat. Considerãdũ est enim, vt hic admonet Caietanus, vires omnes cognoscendi sensitiuas nihil aliud esse, quam diminutas quasdam participationes intellectiuæ potentiæ; hæc enim totius entis respicit latitudinem, illæ verò quędam tantum particularia genera rerum attingunt; & ideò vis illa intelligendi, quæ suapte natura est à rebus corporeis, & à sensibus omninò seiuncta, suæ gaudens intellectualis naturæ, puritate, qualis est Angelicus intellectus, vnitè præhabet; ac eminenter totam earum viriũ multitudinem, quam in sensibus intuemur multiplici varietate dispersam; ac proindè signa, quib' excitatur auditus, locutioni nostræ cum quadam multiplicitate congruentia, Angelicę locutioni cũ summa simplicitate, ac vnitate conuenient.

Caietanus

Cum itaque S.D. ait in textu, mentem Angelicam per aliquam virtutem intelligibilem ad audiendum excitari, sicut excitatur sensus per sensibile signum, nihil aliud intendit, nisi vtramque locutionẽ, scilicet corpoream, siue sensibilem, & intelligibilem per aliquod signum excitatiuum factum virtute loquentis exerceri: ea tamen existente, quam diximus, inter prædicta signa differentia, quod sensibile signum ab ipsa locutione distinguitur, intelligibile verò ad ipsius locutionis rationem intimè pertinet: Hoc ipso namque, quod vnius Angeli conceptus ad alterum ordinatur, illius excitat mentem, vt attendat, eo quod ordinatio illa conceptus per voluntatem Angeli loquentis effecta conceptum illum constituit inter pertinentia ad eum Angelum, ad quem locutio dirigitur. Videt autem hic Angelus conceptum ad se directum per eam speciem innatam, per quã loquentem Angelum cognoscit, vt ait S.D. de Verit. quæst. 9. art. 4. ad 11. quia namque per eandem speciem intuetur Angelus omne, quod in Angelo loquente cognoscit, ideò (inquit S.D.) statim, vt Angelus seipsum ordinat ad alium secundùm actum alicuius formæ, ille Angelus cognoscit ei' cogitationẽ.

S. Thom.

Speciem intelligibilem conceptione, & ordine ad alium completam, esse signum excitatiuum in Angelica locutione partim naturaliter, & partim ex imperio voluntatis repræsentans.

Secunda difficultas est; An hęc signa locutionis Angelicæ sint naturaliter significantia, an verò ad placitum, siue ex institutione significẽt. Cui respondet Capreolus in allegata dist. 2. quæst. 1. art. 3. ad 1. Durandi dicens, hæc signa, quæ naturaliter vnus Angelus in altero cognoscit; non esse merè naturaliter, nec purè voluntariè, siue ad placitum significantia, sed vtrumque simul cõcurrere, scilicet naturam, & voluntatem: In locutione enim intelligibili signum dicitur ipsa species, nutus autem ordinario ad alium, possibilitas autem hoc faciendi dicitur lingua, vt ait S. Doct. de Verit. quæst. 9. artic. 4. ad 12. Constat autem, speciem Angeli intelligibilem intellectione, & verbo completam aliquid ex necesitate naturæ repræsentare, putà obiectum suum principale, & aliquid ex imperio voluntatis, putà cognitionem actualem, siue conceptum rei specialem, & determinatum. Partim; ergo naturaliter, & partim ex imperio voluntatis signum illud intelligibile repræsentat: Hoc autem esse possibile declarat Capreolus primò exemplo visibilis; quod, licèt naturaliter repręsentet seipsum visui, quando est debitè præsens, & oppositum visui; quando tamen non est debitè pręsens, nec oppositum visui, seipsum non repræsentat: Secundò exemplo speciei in speculo relucentis; quæ suum obiectum aliquando visui repręsentat, aliquando verò non, cum, scilicet nullius vidẽtis oculo fuerit obiectum: sic itaque species in intellectu Angeli loquentis existens semper (inquit Capreolus) quantum sit ex se repræsentat, quicquid reptæsentat, dummodo species illa sit debitè præsens, & opposita intellectui audientis, quod ei non semper conuenit, sed pro libito voluntatis illã ad alterum ordinantis, ac proindè sola locutione fit præsens, vt ait S. Doct. in allegata quæst. 9. art. quinto, cuius verba sunt: *Locutio propriè est, qua aliquis ducitur ad cognitionem ignoti per hoc, quod fit ei præsens, quod alias erat sibi absens; sicut apud nos patet, dum vnus alteri refert aliquid, quod ille non vidit, & sic sunt quodámodo præsentia per loquelam.* Breuiter igitur, & perspicuè difficultatẽ hanc definiẽdo dici-

Capreolus

S. Thom.

S. Thom.

dicimus, ſignum intelligibile, quo vnus Angelus alteri loquens excitat audientem, eſſe ſpeciem Angeli loquentis impreſſam intellectionis actu, & conceptione completam, & ad alterum Angelum ſcilicet audientem ordinatam: Ratio namq; ſigni per ſe primò conuenit ſpeciei, quæ ab authore naturæ eſt ad repræſentandum inſtituta: Locutio verò conceptioni conuenit ad alterum ordinatæ.

Ex ideò S.D. ſpeciem intelligibilem conceptione completam aſſerit eſſe ſignum, cui addita voluntaria ad alterum ordinatione conuenit exigentia, vt ordinatio ſit veluti conditio, & intellectualis approximatio ad actum excitandi requiſita; cum tamen, vt antè diximus, conceptio ad alterum ordinata ſit ipſa locutio, hoc enim ſimplicitati conſonat, & eminentiæ rei, ſcilicet intellectus, & locutionis Angelicæ, vt ſignum audientis excitatiuum non ſit aliud, quàm ipſa locutio, tametſi plura ſignum in ſua ratione complecti videatur; quia ſpeciem etiam in ſe claudit impreſſam, vt aperte docet Capreolus in dicta reſponſione ad primum argumentum Durandi, nec ab eo diſcrepat ſententia Caietani, vt ſatis patet prædicta conſideranti.

Capreol.

Caiet.

Angelum alteri loquentem, & eum excitantem nullam in eum exercere Phyſicam cauſalitatem, ſed moralē.

TErtia difficultas eſt: an Angelus alteri loquēs per virtutem illam excitatiuam aliquid efficiat in eius intellectu. Soluitur hæc difficultas diſtinguendo duplicem efficientiam; quædam enim eſt Phyſica, & quædam Moralis. Si de phyſica efficientia ſermo fit, negandum eſt, Angelum loquentem, ſiue ille ſit reſpectu audientis inferior, ſiuè ſuperior, aliquid per virtutem illam excitatiuam efficere circa mentem eius, cui loquitur: Primò, quia ſic illaberetur vnus Angelus in mentem alterius, cum ibi ſit Angelus, vbi ſuam exercet operationē: Secundò, quia ſic Angelus non poſſet loqui cum Angelo quantumuis ab eo diſtante, ſed determinata quædam diſtantia, ſiue propinquitas loquentis virtuti proportionata eſſet illi neceſſaria; virtus enim Angelica finita eſt, & actionis ſuæ, quam exercet ad extra, ſphæram habet certis quibuſdā limitibus circumſcriptam iuxta virtutis Angelicę quantitatem. Tertiò, quoniam aſſignari non poſſet certus aliquis, & determinatus effectus excitatione illa Phyſicè effectiua in audientis Angeli mente productus: Aut enim eſſet ſpecies impreſſa, aut actus intelligendi, aut ſpecies expreſſa, ſiue Verbum, aut habitus ex ſpeciebus reſultans, quorum nullum rationabiliter aſſeri poteſt ab erudito Theologo, vel Philoſopho, vt patet ex ſupradictis; præſertim cum ſpecies, & habitus Angelorū ſint eis connaturales, intellectio verò cum ſuo termino ſint actus, & effectus vitales; quorum ratio, ſiue natura poſtulat neceſſariò, vt à principio vitali dimanent, quod eſſe intrinſecum operanti nemo dubitat.

Si verò de efficientia, ſeu cauſalitate morali propoſita difficultas inquirat, perſpicuum eſt, eā in Angelica locutione requiri; hoc ipſo namque, quòd alteri ſuas cogitationes offert, vt ad ipſum ordinatas, moralem in eum exercet cauſalitatem, cuius moralis effectus eſt attentio illius Angeli, cuius mens ad audiendum excitatur: quemadmodum, cum homo loquitur homini, & virtutis, aut actionis alicuius honeſtatem illi proponit, inducens eum ad eius electionem, dicitur eum mouere moraliter, & electionis illius eſſe cauſa moralis. Vt autem hic aduertunt Bannes in reſponſione ad primum ſuum argumentum, & Molina quæſtione præcedente, art. 1. pertinet ad naturalem Angelicæ naturæ perfectionem, vt ad ſe pertinentia hic, & nunc ſtatim intelligat; ac proindè munus eſt diuinæ prouidentiæ, ſiue authoris naturæ cum vtroque ſimul Angelo, ſ. loquente, & audiente ſuæ motionis influxu concurrere, vt ille ſuas in alterum, vt ab eo cognoſcantur, dirigat cogitationes, & ſic directis ad ſe conceptionibus intendat, & loquentem audiat, ac intelligat. Quemadmodum enim Deus non ſolum naturæ, ſed etiam quodammodo ſibi legem conſtituit, vt, quando cum generante concurreret ad vltimam inducendam in materia diſpoſitionem pro anima rationali, tunc animam ipſam ex nihilo produceret, & corpori ſimul infunderet, ſic legem nobiliſſimis illis ſpiritibus loquentibus, & audientibus ad naturalem eorum perfectionem, & Dei prouidentiam pertinentem exiſtimandum eſt fuiſſe conſtitutam; non enim minor eſſe debuit ordo Diuinę prouidentię circa ſpiritualem ſubſtātiam, quam circa corpoream. Mouet autem Deus ſuauiter loquentis, & audientis Angeli voluntatem, vt ſ. vterq; liberè ſuum actum exerceat, ille loquendi, hic autem audiendi, vt optima ſit Angelicæ Reipublicæ conſtitutio nullam admittens contra Politicæ leges inurbanitatem, aut inordinationem, quæ ſæpè contingeret in eo, ad quem locutio dirigitur, ſi lex Diuinæ prouidentiæ non eſſet, vt eius mens à loquente, veluti cauſa morali excitaretur, ità vt actu vellet attendere; indecens enim eſſet inter beatiſſimos, & cum ſumma conſenſione viuentes ſpiritus vnum eorum inueniri loquentem alteri, & illum non attendere, nec audire, nec vllam ineſſe loquenti, aut eius locutioni virtutem, qua audientem excitare valeat, vt attendat; De virtute moraliter excitante loquimur; Phyſicum enim excitandi modum excluſimus.

Bannes Molina.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: Angelica locutio non fit per hoc, quod Angelus loquens cauſet in audiente notitiam. Hæc patet ex dictis, & probant eam recentiores contra Scotum, eius opinionem pluribus argumentis confutando: præcipui verò ſunt Bannes, Zumellus ſuper hoc articulo, & Vaſquez ſupra q. 57. art. 4. diſp. 211.

Bannes Zumellus Vaſquez.

Secunda concluſio: Locutio non fit in Angelis per hoc, quod vnus in alterius intellectu cauſet ſpeciem, aut conceptum, vel modum aliquem ſpeciei realem. Hæc patet ex dictis: & probant eam Bannes, & Vaſquez locis paulo ante notatis.

Bannes. Vaſquez.

Tertia concluſio: Vanum eſt in Angelo loquen-

te duo signorum genera cõstituere, alterum.s. eorum, quæ naturaliter sunt occulta, aut magis vniuersalia, & alterũ eorum, quæ suapte sunt manifesta, vel magis determinata, vt per hæc illa fiant audienti perspicua.

Probatur hæc conclusio; Primò, quoniam ea signa, quæ dicuntur esse manifesta, non possunt esse, nisi conceptus, hi verò naturaliter omnibus alijs Angelis sunt occulti. Secundò, hæc signa naturaliter manifesta non possunt, nisi naturaliter significare, igitur nunquàm poterit vnus Angelus cum altero loqui, quin eius locutio sit omnibus alijs Angelis manifesta: Tertiò, Vel vterq; conceptus est de eadem re, vel de diuersa: Si primum, alter eorum erit superuacaneus: Si secundum, neuter alterum poterit repræsentare alijs etiam Angelis,

durandus Conclusionem hanc probat Durandus loco superius allegato.

Quarta conclusio: Fatua est eorum opinio, qui dicunt, Angelorum locutionem fieri per characteres, siue signa corporea. Sunt enim Angeli substantiæ spirituales à materia, vel substantia corporea minimè dependentes, ac proindè nulla existente corporea creatura, mutua possent adinuicem miscere colloquia.

Quinta conclusio: Angelica locutio non fit per aliqua spiritualia signa, quæ sint ab actu intelligẽdi, & à conceptione distincta, & quæ non causent cognitionem intuitiuam, sed in testificãte solum,

Aegid. vt affirmat Aegidius, & quidam alij.

Probatur primò: Quoniam explicare non possunt oppositæ sententiæ defensores, quid sint hæc spiritualia signa, an.s. sint actus primi, vel secundi, an sint immanentes, vel transeuntes: & si sint immanentes, an ab intellectu, vel à voluntate procedant: si sint transeuntes, in quo nam subiecto recipiantur, & quid in eo producant; his enim dubitationibus, aut quæsitis nunquam poterit à dictis opinantibus plenè satisfieri. Actus enim primi, vel habitus in Angelis immobiles perpetuò perseuerant, & sunt eis ingeniti, vel infusi, signa verò illa spiritualia docet Aegidius à loquente fieri, & multipliciter variari. Actus verò intellectus omnes ad notitiam attinent, & cuiuslibet eorum terminus est conceptio, quamobrem per tales actus manifestari conceptus idem est, quod quibusdam conceptibus alios manifestari, quod absurdum esse probauimus.

Actus autem voluntatis volitiones quædam sunt, & ita rediret opinio dicẽtium Angelum hoc ipso cum Angelo loqui, quod vult ab eo suum conceptum videri. Actiones denique spirituales transeuntes signa non possunt esse alterius intellectui manifestatiua, nisi producendo in eo speciem impressam, aut expressam, vel intellectionem, aut habitum, quæ singula fuere confutata. Nec apparet, quid aliud spirituale posset illa actione transeunte produci.

Sexta conclusio: Angelica locutio fit per hoc, quòd vnus Angelus per suam voluntatem conceptum suum ordinat ad manifestandum alteri. Hęc patet ex dictis, & probatur in textu, & de Veritate, q. 5. art. 4.

A septima conclusio: Vnus Angelus alteri loquẽs illum excitat ad audiendum aliquo signo, quod non est ab ipsa locutione, aut à loquentis conceptione ad alterum ordinata distinctum, sed in ea continetur virtualiter & excellenter. Hęc patet ex doctrina Caietani, & Capr. superius explicata. Caietan. Caprol.

Octaua conclusio: Signa, quibus vnus Angelus excitat alterum, vt attendat, sunt partim naturaliter, & partim ad placitum significantia: Hæc est Diui Thomæ, & Capreoli locis supra notatus, & s. Thomas patet ex dictis.

Vltima conclusio: Signa prædicta excitatiua nullam habent physicam efficientiam, sed moralem tantum circa

B mentem illius Angeli, cui loquitur alius. Hæc patet ex solutione postremæ difficultatis.

Argumenta, & solutiones.

CONtra primam conclusionem sunt argumenta Scoti, quæ refert, & soluit Capreolus in allegata dist. 11. q. 1. Falsò tamen omnia nituntur fundamento, videlicet intellectum vnius Angeli rationem habere passiui proportionati respectu alterius: Vt enim hic aduertit Caietanus, licèt inferiorum Angelorum intellectus rationem habeãt passiui artificialis, siue disciplinabilis, aut moralis

C respectu superiorum eos illuminantium, Physicæ tamen, ideſt naturalis passionis aliquid efficaciter & realiter inducentis omninò sunt expertes.

Contra secundam conclusionem sunt duo argumenta, quæ profert, & soluit Vasquez in dicta sua disp. 211. cap. 4. Scotus. Caprol. caietanus Vasquez

Contra eandem conclusionem quo ad eius vltimam partem argumentatur Zumellus. Primò: Illa Zumellus

D species antè locutionem non repræsentat actum formaliter, & post locutionem repræsentat; ergo necesse est, vt facta sit aliqua mutatio in illa quo ad modum. Probatur consequentia: Quia *illa* repræsentatio est intrinsecus modus *speciei*; ergo non potest addi sine mutatione aliqua.

Respondetur, mutationem illam fieri per solã moralem efficientiam Angelicæ locutionis, & per audientis Angeli facultatem; qui moraliter excitatus seipsum de actu primo reducit in actum secundum. Vnde ad argumentum, admissa consequentia, & consequente, dico, nihil probari contra conclusionem negantem, modum aliquem realem per modum agendi physicum ab Angelo loquente produci circa speciem alterius Angeli, ad quem locutio dirigitur.

Secundò: Angeli sunt satis proportionati vt alter in alterum possit efficere aliquid intentionaliter, potissimè si non efficiat per modum impe-

E rij, sed per modum obiecti intellectus; ergo.

Respondetur, falsum esse antecedens, si de physica loquatur efficientia.

Tertiò: S. Thomas in quæstione de Anima, art. 18. & 20. significat, Angelos efficere species circa animam separatam, & Thomistæ etiam dicunt, quod etiam in corporibus efficiunt qualitates intentionales. S. Thomas

Respondetur, huic argumento nos supra satisfeci.

fecisse q. 55. art. 3. contra vbi diximus. D. Thom. in ea sententia non perstitisse, vel eum ibi loqui de causalitate exemplari, vel non esse eandem rationem de Angelis superioribus respectu inferiorũ, & multò minùs de Angelis inferioribus respectu superiorum, quæ est de Angelis respectu animarum ob rationem ibidem assignatam. A

Zumellus Contra quintam conclusionem argumentatur Zumellus: Primò: Quia S. Thomas in hoc articulo ad tertium, fauet oppositæ sententiæ, & glossa super illud Pauli ad Cor. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum*, ait, Angelos quibusdam signis, vel nutibus loqui.

1. Cor. 13.

Respondetur, mentem D. Thom. satis superius fuisse declaratam, in quo sensu etiã loquitur glossa; per signa namque loquuntur Angeli; quia speciebus vtuntur ad loquendum, quæ per se primò sunt signa, quæ propter annexam ordinationem ad alterum Angelum nutus dici possunt. Vel per nutus, & signa intelliguntur conceptus ad alterũ Angelum ordinati, non quatenùs ei repræsentant, sed quatenùs vim continent eminenter excitatiuam; quibusdam enim signis, & nutibus excitatur apud nos auditor; vt verbis intendat ad eum directis. B

Secundò; Ista signa non sunt impossibilia, & videntur conuenientia, & aliquando necessaria ad explicãdam cognitionem Angelorum, ergo. Probatur antecedens; quia nulla est repugnantia in hoc, quod vnus Angelus possit aliquid affirmare alteri, non ostendendo illud euidenter in se: sed hoc esse non potest, aut fieri, nisi per hæc signa spiritualia; ergo. Cõfirmatur: nam in sensibilib. necessaria est qualitas ad hoc, vt sit signum conceptus occulti; ergo erit etiam possibilis in spiritualibus. C

Respondetur, falsum esse antecedens, saltem loquendo secundum ordinem, quem Deus indidit Angelicæ naturæ. Ad probationem dico, falsam esse minorem, potest enim ab Angelo loquente formari conceptus, qui cognitionem Angeli directè, & per se primo repræsentet, secundariò verò, & quasi reflexè seipsum repræsentet sub quadam tantùm ratione communi, putà secundum quod est conceptus cognitionis talis rei. Cum itaq; conceptus hic sit vnus formaliter, & plures virtualiter, poterit Angelus hunc vnum conceptum ad alterum Angelum ordinare secũdum vnam eius tãtùm rationem, prout. s. seipsum repræsentat, sub dicta, vel alia ratione communi, & obumbrata, quæ cognitionem non causet euidentem. Hoc autem esse non solum possibile, sed etiam rationabile sic ostenditur: Intellectus noster vno conceptu, & intellectione directa intelligit, exempli gratia lapidis quidditatem, deindè concipit alio conceptu reflexo se concipere, aut concepisse lapidis quidditatem, & potest medijs potentijs inferioribus, & organis secundum hunc conceptum manifestare, non manifestando perfectè primum, & euidenter. D

Cum igitur ea, quæ sunt in inferioribus dispersa, in superiorum excellenti, simpliciq; natura fiat vnita, poterit Angelus eadem conceptione concipere rem aliquam, & eius cognitionem, & conceptionem ipsam rei, & cognitionis, & suam hanc cõceptionem sub hac vltima tantum ratione ordinare ad alterum Angelum, vt. s. ei manifestetur hoc solum, quod est, Angelum habere conceptionem talis rei, & cognitionis manifestatiuam ipsi loquenti: & eadem ratione poterit Angelus formare conceptum aliquem repræsentantem humana verba, quibus prior ille cõceptus exprimi posset ab homine, si ab eo cognosceretur; & posset etiam ob Angelicæ mentis excellentiam vno simplici conceptu res, & rei cognitio repræsentari, & simul etiam humana verba, quibus conceptus ipse, prout est rei, & eius repræsentatiuus, exprimi posset ab homine, & secundum hanc vltimam solum rationem posset ad alterum Angelum ordinari, vt. s. conceptus ei manifestetur ea solum ratione, qua verba repræsentat humana, quibus ab homine possent eo conceptu repræsentata manifestari; sic autem Angelus audiens non haberet cognitionis Angeli loquentis per talem conceptum primariò repræsentatæ notitiam euidentem, sed intestificante solùm.

Tertiò: Illa signa spiritualia non sunt species, neque repræsentant ad modum illarum, neq; sunt conceptus; ergo. Antecedens quo ad priorem eius partem probatur primò: Quia species ducit in cognitionem rei in se, non autem hæc signa. Secundò: quia non sunt species rerum naturalium, alioquin non possent imprimi à loquente, nec actuum liberorum; quia iste modus dicendi coincideret cum opinione Caietani. Altera verò pars antecedentis probatur primò: Quia non est conceptus rei: alioquin manifestaret rem in se ipsa, nec est cõceptus vocis, siue signi; quia sequeretur, istud signum esse aliquid distinctum à conceptu. Secundò: Quia, si essent conceptus, non possent imprimi à loquente; ergo ista signa sunt qualitates inhærentes mentibus Angelicis, significantes actus, vel conceptus illorum, quibus qualitatibus cognitis, statim Angelus cognoscit res significatas, sicut nos audit à voce concipimus rem, vel conceptum, quem significat.

Respondetur, hæc signa esse conceptus ad alterum Angelum ordinatos, vt ei manifestentur. Ad primum argumentum aduersus hanc partem dico, per hos conceptus repræsentari res, vt intellectas à loquente, & prout in seipsis sunt. Ad secundum gratis admitto consequentiam, & consequens. s. hæc signa non posse imprimi à loquente in audiente.

Contra eandem conclusionem argumentatur Molina primò: Quia Glossa expresè docet oppositum, exponens illud dictum Pauli 1. Cor. 13. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum*: Vbi ait. *Angeli præpositi significant inferioribus, quod de Dei voluntate primi sentiunt, quod fit quibusdam signis, & nutibus.* Et potest etiam (inquit) confirmari ex eisdem verbis Pauli, qui tribuit Angelis linguam ad loquẽdum; ac proindè vim loquendi exterius per signa, & ex Chrisostomo in illa verba dicente: *Linguam Angelorum hic appellauit, non carnem significans* E

Molina. Glossa. 1. Cor. 13.

Chrysost.

cans instrumentum, sed eorum mutuam interse consuetudinem modo inter eos cognito. Et fauet Hieronymus in illud Iob. 24. *Si subitò apparuerit Aurora.*

Hieron.

S. Thom. Respondetur cum D. Thom. de Verit. q. 9. art. 4. ad duodecimum, signum apud glossam dici ipsam speciem, nutú autem ordinationem ad aliũ, potentiam autem hæc faciendi dici linguam, & hoc etiam intendit Apostolus. Verba verò Chrisostomi nullum explicant locutionis modum, sicut neq; Hieronymus in Com. dicti cap.

Secundò: Angeli non loquuntur conceptibus; ergo signis, & nutibus. Antecedens probatur quia conceptus vnius Angeli naturaliter est occultus alteri.

Respondetur, falsum esse antecedens. Ad eius probationem negatur consequentia: Quia conceptus per voluntatem ordinantem illum ad alterũ Angelũ potest illi fieri manifestus: Quomodo autẽ id fiat, latè superius explicauimus q. 57. art. 4.

Tertiò: Angelus spectatus in suis tantum naturalibus mentiri potest alteri Angelo, non secus, ac vnus homo mentiri potest alteri homini; sed mentiri est aliud manifestare exteriori signo, & aliud habere in mente; ergo Angeli loquuntur ad inuicem signis externis, ac nutibus. Minor probatur: Quia mentiri definitur esse contra mentem ire.

Respondetur, falsam esse minorem primò; quia potest Angelus malus duplicem in mente sua conceptum habere, alterum verum, quem tenet occultum, & alterum falsum, quem alteri manifestat. Secundò: quia potest malus Angelus mentiri circa suę voluntatis affectiones; de quibus, sicut verum, ità falsum conceptum formare potest, & eum alteri manifestare, & illi mentiri.

Durandus Arimines. Contra sextam conclusionem sunt argumenta Durandi, & Arriminensis, quæ refert, & soluit Capreolus in quæstione superius allegata.

Zumellus Contra eandem conclusionem argumentatur Zumellus primò: Non est intelligibile, Angelũ habere in se omnia requisita ad intelligendum alterius actus, & eos esse illi occultos, & sola volitione illius, cuius sunt actus, alteri manifestari, aut à notitia prohiberi; ergo. Antecedẽs probatur; quia sola volitio non tollit lumen, neq; speciem, neque aliquod impedimentum constituit.

Respondetur, in Angelo audiente esse speciem repræsentatem in actu primo, omnes loquentis Angeli cogitationes, illam. s. qua loquentem Angelum cognoscit; sed tamen eas actu non repræsentat, nisi cum actu fuerint in cogitante, & per eũ ad audientem fuerint ordinatæ, vt cognoscantur ab illo, pro vt satis explicauimus in supradicta q. 57. art. 4.

Secundò: Loqui alteri non solùm est permittere, quod alter cognoscat omnes actus, sed etiam est excitare audientem, vt attendat mihi: at non potest audiens efficaciter excitari absq; efficientia circa illum; ergo. Minor probatur: Quia attendere, & excitare sunt effectus reales in excitato. Secundò: quia non est intelligibile, quod Angelus moueat, vel calefaciat volendo, & nihil circa corpus efficiendo; ergo similiter non est intelligibile, quod efficaciter moueat intellectum ad attendendum nihil efficiendo, sed tantùm volendo.

Respondetur primò secundum D. Tho. & eius discipulos, locutionem Angeli non consistere in sola permissione, vt alter Angelus cognoscat eius cogitatus, seu conceptus: diximus enim, locutionem esse conceptus ipsos, vt ordinatos, &c. Secundò dico, minorem esse falsam, si de physica loquatur efficientia, veram autem, si per moralem tantùm efficientiam afferat, mentem audientis excitari modo superius explicato. Ad primam probationem dico, moralem etiam efficientiam suos hãbere effectus reales, & per hoc satisfit etiam secundæ probationi.

Vasquez Contra eandem conclusionem argumentatur Vasquez primò: Per ordinationem illam conceptus à loquentis voluntate factam nulla fit in loquentis, nec in audientis intellectu mutatio; ergo per eam non aperitur secretum voluntatis. Consequentia probatur: Quia res aliqua in se omninò non mutata eodem modo comparatur cum intellectu nunc, & antea.

Respondetur, falsum esse antecedens; fit enim in loquente mutatio hoc ipso, quod suum conceptum ad alterum ordinat, per nouum actum voluntatis, vt illi alteri manifestetur: mutatur etiam audiens à loquente, vt ab efficiente morali, & simul à seipso per hoc, quod de non cognoscente fit actu cognoscens respectu talis conceptus sibi manifestati.

Secundò: Si vera esset conclusio, id maximè esset ob eam causam, quã Caietanus assignat, quia videlicet conceptus ad alterum Angelum ordinatus iam est de numero eorum, quæ ad illũ pertinent, sed hoc parum interest, ergo. Probatur Minor primò: Quia, si voluntas illa, quæ dicitur dirigere secreta cordis, non potest aliquid variare circa secretum; ergo frustrà dicitur secretum, quod antea non pertinebat, iam deinceps *pertinere* ad alium Angelum ratione illius voluntatis. Secundò: quia ex ea doctrina sequeretur, actus odij, vel amoris, quo vnus Angelus alterum prosequitur, non minùs esse de numero eorum, quæ ad illum pertinent, quam secretum cordis post prædictum actum voluntatis, ac proindè iam effectus liber vnius ex se ità notus esset alteri, sicut sibi, quod Caietanus, & authores huius sententiæ non admittunt. Ex quo viterius sequitur, quod, si vnus actus liber, eo quòd habeat alterum Angelum pro obiecto, est illi notus, eadem ratione, & quicumq; alius notus erit.

Probatur hæc illatio: Quia nihil refert, actum vnius Angeli versari circa alterum Angelum, tãquàm circa obiectum, vt dicamus potius illum actum cognosci, quàm alium, nec refert actũ vnius Angeli pertinere iam ad alium Angelum ex sola voluntate ordinantis, vt quod antea non poterat cognosci, nunc cognoscatur.

Respondetur primò, falsam esse minorem. Ad primam eius probationem negatur antecedens; oppositum enim ostendimus esse verum. Secundò dico, ex illa ordinatione voluntaria secretum variari

Digitized by Google

riari reſpectiuè,& acquirere conditionem neceſſa A riam, vt ab altero cognoſci poſſit: hæc verò eſt quædam intellectualis approximatio,qua fit conceptus Angeli loquentis obiectiuè præſens alterius intellectui,vt ab eo videatur.

Ad ſecundam negatur illatio;actus enim amoris,aut odij, vt ſic ad alterum Angelum non pertinent,niſi quatenùs eſt eorum actuum obiectum,ſ. amoris, aut odij, non autem vt in ipſum ordinati ad hoc,vt ab eo cognoſcatur: id verò non alia ratione fieri poteſt,niſi formando dictorum actuum conceptus in intellectu, & ordinando eos in alterum,vt cognoſcantur ab eo; ſic enim propriè dicuntur ad eius ſtatum pertinere. Cum enim in corde latent actus illi, ad ordinem naturæ minimè B pertinent,ſub quo ſtatus omnes ad naturalem cuiusq; pertinentes Angeli dignitatem, aut gradum continentur: Per dictum autem ordinem voluntaris in ordinem naturæ transferuntur, vt in ſupradicta q.57.art.4.declarauimus; atq; ità tunc primò pertinent ad illius Angeli ſtatum,ad quem locutione diriguntur, quam perſpicuum eſt Angelis per ſe conuenire ſecundum eorum ſtatum naturalem præciſa quacunque ſuperaddita perfectione naturali.

Tertiò: Etiamſi verum eſſet, ſecretum cordis poſt voluntatem,& ordinationem voluntatis manifeſtum fieri Angelo,in hoc tamen modo aperiendi ſecretum non ſeruaretur vera locutionis ratio; ergo Probatur antecedens; nam locutio non eſt actus voluntatis, ſed intellectus exprimentis aliquid; at iuxta ſententiam D. Thom. & Caietani C lingua Angelorum eſſet voluntas:ergo.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens. Ad eius probationem negatur ſecunda propoſitio: Locutio namq; conceptus eſt intellectus, pro vt ordinatione voluntatis ad alterum ordinatur,vt fiat illi manifeſtus. Quamuis itaq; locutio non fiat ſine motione,& ordinatione voluntatis,eſt tamen ſubſtantialiter actus intellectus;ſicut imperare eſt actus rationis præſuppoſito actu voluntatis, in cuius virtute ratio mouet per imperium ad exercitium actus,vt ait S.D.1.2.q.17.art.1. D. Thom.

Inſtantia. Sed contra reſponſionem hanc inſtat Vaſquez: Quia conceptus ille, prout ſit manifeſtus ex ordinatione voluntatis,non eſt expreſſio,& ipſa ſignificatio, quæ eſt de ratione locutionis, ſed potius eſt res ipſa expreſſa, & locutione ſignificata; ergo nulla via vera ratio locutionis poteſt à prædicta ſententia defendi.

Solutio. Reſpondetur,falſum eſſe antecedens; hoc enim intereſt inter conceptum noſtrum, & conceptum Angeli, quod conceptus noſter non poteſt eſſe locutio,niſi in ordine ad Deum, vel Angelum,quib. ſine vocibus loqui poſſumus:& ideo conceptus noſter apud nos non eſt locutio, ſed eſt id, quod ſenſibili,corporeaque locutione ſignificatur.At conceptus Angeli,qui vocibus non indigent, vt alteri Angelo, vel Deo manifeſtentur, hoc ipſo locutiones ſunt in Angelo loquente,quod ad alterum Angelum ordinantur,vt cognoſcantur ab eo,adeò,vt conceptus ſic ordinatus ſit ſimul expreſſio,ſiue ſignificatio,& res expreſſa,& ſignificata. Hoc enim habet ordo rerum, vt ea, quæ ſunt in inferioribus diſperſa,in ſuperioribus inueniantur vnita,vt antè diximus. Cum igitur in nobis propter imperfectionem naturæ noſtræ, & intellectus ſint omninò diſtinctæ res conceptus expreſſus, & eius expreſſio,ſiue manifeſtatio, quæ fit voce ſenſibili aerem permouente, & pulſante ſenſum auditus, congruum eſt, vt in locutione intellectuali ſubſtantiæ ſpiritualis completè ſubſiſtentis prædicta duo in vnam quandam ſimpliciorem, altioremq; rationem adunentur.

Contra tres vltimas concluſiones ſunt argumenta,quæ proponit,& diluit Bannes. Alia argumenta, quæ contra eaſdem concluſiones produci poſſent,ex ſupra notatis facillimè diſſoluuntur. Bannes

Mouet hic Zumellus quæſt. ſua ſecunda, plures difficultates;quarum aliquæ ad ſubſequentium articulorum doctrinam pertinent; quædam autem aliæ non multum videntur eſſe neceſſariæ,& quædam ex dictis facilem habent ſolutionem. Legendæ itaq; lectori relinquimus quæſtionem illam ſecundam apud expoſitorem prænominatum. Zumellus

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum inferior Angelus ſuperiori loquatur.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur,quòd inferior Angelus ſuperiori non loquatur: quia ſuper illud primæ Corint. 13. Si linguis hominum loquar, & Angelorũ,dicit gloſſ. quod locutiones Angelorũ ſunt illuminationes, quibus ſuperiores illuminant inferiores: ſed inferiores nunquam illuminant ſuperiores, vt ſupra dictum eſt.* ergo nec inferiores ſuperioribus loquuntur. 1 Inf q.107. a.2.cor.& verit. q.9. art.5.& 1. Cor.13.lect. Q præc. art.3.

2 Præterea. Supra dictum eſt,* quòd illuminare nihil eſt aliud,quàm illud,quod eſt alicui manifeſtum,alteri manifeſtare:& hoc idem eſt loqui:Ergo idem eſt loqui,& illuminare:& ſic idem,quod prius. Ar. 3. huius quæſt.

3 Præterea Greg.dicit* 2.Mor.quod Deus ad Angelos loquitur eo ipſo,quòd eorum cordibus occulta ſua inuiſibilia oſtendit: ſed hoc ipſum eſt illuminare: ergo omnis Dei locutio eſt illuminatio. Pari ergo ratione omnis Angeli locutio eſt illuminatio. Nullo ergo modo Angelus inferior ſuperiori loqui poteſt. 2.Mor. c.5 i med.

Sed contra eſt, quod ſicut Dionyſ.* exponit ſeptimo cœleſt. hierar. inferiores Angeli ſuperioribus dixerunt: Quis eſt iſte rex gloriæ. c.7.i med.

Reſpondeo dicendum, quòd Angeli inferiores ſuperioribus loqui poſſunt. Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt,quod omnis illuminatio eſt locutio in Angelis: ſed non omnis locutio eſt illuminatio, quia, ſicut dictum eſt,* Angelum loqui Angelo, nihil aliud eſt, quàm conceptum ſuum ordinare ad hoc, vt Ar præc.

ei inno-

ei innoteſcat per propriam voluntatẽ. Ea verò, quæ mente concipiuntur, ad duplex principium referri poſſunt, ſcilicet ad ipſum Deum, qui eſt prima veritas: & ad voluntatem intelligentis, per quam aliquid actu conſideramus. Quia verò veritas eſt lumen intellectus, & regula omnis veritatis eſt ipſe Deus, manifeſtatio eius, quod mente concipitur, ſecundum quod dependet à prima veritate, & locutio eſt, & illuminatio. Putà ſi vnus homo dicat alij, Cœlum eſt à Deo creatum: vel, Homo eſt animal. Sed manifeſtatio eorum, quæ dependent ex voluntate intelligentis, non poteſt dici illuminatio, ſed locutio tantum. Putà ſi aliquis alteri dicat, Volo hoc addiſcere, volo hoc, vel illud facere: cuius ratio eſt: quia voluntas creata non eſt lux, nec regula veritatis, ſed participans lucem: Vnde communicare ea, quæ ſunt à voluntate creata, inquantum huiuſmodi, non eſt illuminare. Non enim pertinet ad perfectionem intellectus mei, quid tu velis, vel quid tu intelligas, cognoſcere, ſed ſolum, quid rei veritas habeat. Manifeſtum eſt autem, quòd Angeli dicuntur ſuperiores, vel inferiores per comparationem ad hoc principium, quod eſt Deus. Et ideo illuminatio, quæ dependet à principio, quòd eſt Deus, ſolum per ſuperiores Angelos ad inferiores deducitur: Sed in ordine ad principium, quod eſt voluntas, ipſe volens eſt primus, & ſupremus. Et ideo manifeſtatio eorum, quæ ad voluntatem pertinent, per ipſum volentem deducitur ad alios quoſcumque. Et quantum ad hoc, & ſuperiores inferioribus, & inferiores ſuperioribus loquuntur. Ex per hoc patet ſolutio ad primum, & ad ſecundum.

Ad tertium dicendum, quòd omnis Dei locutio ad Angelos eſt illuminatio: quia, cum voluntas Dei ſit regula veritatis, etiam ſcire, quid Deus velit, pertinet ad perfectionem, & illuminationem mentis creatæ: Sed non eſt eadẽ ratio de voluntate Angeli, vt dictum eſt.* In cor. ar.

Forma Textus.

PRoponitur primò concluſio: Deinde conſtituitur differentia inter illuminationem, & locutionem, & ex ea probatur concluſio. Eſt igitur concluſio: Angeli inferiores ſuperioribus loqui poſſunt.

Differentia verò inter illuminationem, & locutionem eſt, quòd omnis illuminatio eſt locutio in Angelis, ſed non omnis locutio eſt illuminatio. Probatur: Manifeſtatio eius, quod mente concipitur, ſecundum quod pendet à prima veritate, & locutio, & illuminatio eſt; manifeſtatio autem eorum, quæ pendent ex voluntate intelligentis, non poteſt dici illuminatio, ſed locutio tantum; ergo: Antecedens vnum ſupponit, & duo dicit.

A *Suppoſitum eſt, manifeſtationem intelligibilium duobus modis in antecedente expreſſis fieri poſſe: quod probatur: quoniam ea, quæ mente concipiuntur, ad duplex principium referri poſſunt, ſcilicet ad ipſum Deũ, qui eſt prima veritas, & ad voluntatem intelligentis, per quam aliquid actu conſideramus; ergo manifeſtatio eius, quod mente concipitur, dupliciter fieri poteſt, nimirum ſecundum quòd pendet à prima veritate, & ſecundum quòd pendet à voluntate intelligentis. Primum dictum eſt, quòd manifeſtatio primo modo eſt illuminatio. Probatur primò ratione; Quia veritas eſt lumen intellectus; ergo manifeſtatio eius, quod mente concipitur, ſecundum quod dependet à prima veritate, locutio ſimul eſt, & illuminatio: Conſequentia probatur;*

B *quia regula omnis veritatis eſt ipſe Deus. Deindè manifeſtatur exemplo videlicet; ſi vnus dicat alij, Cœlum eſt à Deo creatum, vel homo eſt animal. Secundum dictum antecedentis eſt, quod manifeſtatio eorum, quæ dependent ex voluntate intelligentis, non poteſt dici illuminatio, ſed locutio tantum. Declaratur primò exemplo; putà ſi aliquis dicat alteri: volo hoc addiſcere volo hoc, vel illud facere. Deindè probatur dupliciter. Primò; quia voluntas creata non eſt*

C *lux, nec regula veritatis, ſed participans lumen; ergo communicare ea, quæ ſunt à voluntate creata, inquantum huiuſmodi, non eſt illuminare. Secundò probatur; quia non pertinet ad perfectionem intellectus mei cognoſcere, quid tu velis, vel quid tu intelligas, ſed ſolum quid rei veritas habeat; ergo.*

Vltimò probatur concluſio: Illuminatio, quæ dependet à principio, quod eſt Deus, per ſuperiores Angelos ad inferiores deducitur, manifeſtatio autem eorum, quæ ad voluntatem pertinent, per ipſum volentem deducitur ad alios quoſcumque; ergo quantum ad hoc non ſolum ſuperiores inferioribus, ſed etiam inferiores ſuperioribus loquuntur. Prior pars antecedentis probatur: Quia Angeli dicuntur ſuperiores, vel inferiores per comparationem ad hoc principium, quod eſt Deus. Altera verò pars probatur: Quoniam in ordine ad

D *principium, quod eſt voluntas, ipſe volens eſt primus, & ſupremus.*

Expoſitio Textus.

AD ampliorem textus, & materiæ præſentis intelligentiam quatuor ſunt annotanda. Primum eſt, D. Thom. de Verit. q. 9. art. 5. alio quaſi planiori diſcurſu probare concluſionem; quo tamen hic longè profundior eſt, eo quod primas, & intimas differentiarum illuminationis, & locutionis cauſas, & radices attingat. S. Thom.

Secundum eſt dictum illud D. Tho. *Ea, quæ mente concipiuntur, ad duplex principium referri poſſunt, ſcilicet ad ipſum Deum, qui eſt prima veritas & ad voluntatem intelligentis, per quam aliquid actu conſideramus.* Quod abſque probatione dimiſſum eſt, eo quòd ex ſe perſpicuum ſatis eſſe videatur; quoniam, vt hic aduertit Caietanus, neceſſe eſt, vt cognitum, quatenus cognitum eſt, à prima veritate, vt ab eſſentiali, & extrinſeca menſura dependeat; quoniam, vt tale, ſcilicet vt cognitum eſt, verũ quoddam eſt veritate participata: quatenus autem Cai.

liberum

liberum eſt,ſaltem quo ad vſum, ſiue exercitium actus,ab ipſius cognoſcentis voluntate neceſſariò dependet.

Tertium eſt probatio primi dicti, ſiue primæ partis antecedentis,in qua aſſumitur illa propoſitio;*Veritas eſt lumen intellectus*, & ex ea deducitur, manifeſtationem eius,quod mente concipitur, ſecundum quod pendet à prima veritate,eſſe illuminationem.Cuius probationis tam antecedens, q̃ conſequens eſt formaliter intelligendum, ſcilicet de veritate,vt veritas eſt, & de manifeſtatione eius,quod mente concipitur, quatenus verum eſt: ſic enim à prima veritate dependet,vt veritas eſt. Poteſt namque verum dupliciter manifeſtari: vno modo formaliter,quatenus verum eſt, alio modo quatenus volitum eſt,quod etiam,dupliciter contingit,ſcilicet quatenus volitum eſt volũtate, quæ non eſt regula veritatis, & quatenus volitum eſt voluntate,quæ eſt ipſa regula veritatis. Ad illuminationem itaque non ſufficit quæcunque veri manifeſtatio,ſed neceſſe eſt,vt ſub ratione veri, ſeu quatenus verum eſt,manifeſtetur: quod valdè accommodato Caietanus illuſtrat exemplo.Si namque ſit in intellectu Michaelis conceptus de libero ſuæ voluntatis propoſito à diuina volũtate dependente,quo vult animam Martini ſuſcipere, cõceptionis,& volitionis huius conceptæ manifeſtatio,ſi fiat a Deo alicui Seraphino,erit illuminatio; quia Deus prædictam conceptionem,ſeu volitionem à Michaele conceptam manifeſtat,vt veram, quia diuinus intellectus,& eius voluntas eſt regula veritatis:Si verò fiat à Michaele,non erit illuminatio,ſed locutio tantum, quia Michael ſuam illã volitionem mente conceptam non proponit, ſeu manifeſtat,vt veram formaliter, tametſi conceptio de tali volitione ſit vera, ſed eam proponit, vt à ſe volitam.Cum itaque voluntas eius non ſit regula veritatis,hæc eius manifeſtatio non erit illuminatio. Et ideò ex illo principio, ſeu antecedente,quod ſcilicet veritas eſt lumen, non deducitur in textu ſolum hoc, videlicet manifeſtationem veritatis eſſe illuminationem,ſed infertur,manifeſtationẽ veritatis, quatenus à prima veritate dependet,eſſe illuminationem;hac enim ratione tantum manifeſtatur veritas formaliter, vt veritas eſt:Quo fit,vt vnus Angelus alteri manifeſtans, ſe nunc intelligere quidditatem bouis,aut Leonis,& ſi verum dicat,non tamen illud manifeſtat ſub ratione veri,ſed ſub ratione liberi; Quoniam, vt ait Caietanus,locutio non aliter manifeſtat,niſi quia liberè repræſentat conceptum; adde,prout a ſe voluntariè,& liberè formatus eſt.

Quartum notandum eſt, propoſitionem illam. *Non pertinet ad perfectionem intellectus mei cognoſcere,quid tulis,aut intelligas*, intelligendam eſſe de velle,& intelligere,vt diſtinguitur contra rem volitam,& intellectam,non autem de velle,prout res quædam eſt ſecundùm ſe; hoc enim ſecundo modo tantum pertinet ad perfectionem intellectus, ſicut,& cognoſcere cordium cogitationes,non autem primo modo;nihil enim refert ad perfectionẽ intellectus cognoſcere, quid de rebus à ſe cognitis alij velint,aut ſciant,eo quod res volita,aut intellecta in nullo prorſus cauſæ genere dependeat à volitione,vt volitio eſt,aut ab intellectione,vt intellectio eſt;Cœlum enim,Angelum, & Deum intelligimus,& eſſe volumus,nec tamen ex hac intellectione,aut volitione noſtra dependet eorum exiſtentia. Vide Caietanum ſubtiliter hæc explicantem. Caiet.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrum Angelus Deo loquatur.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd Angelus Deo non loquatur. Locutio enim eſt ad manifeſtãdum aliquid alteri:ſed Angelus nihil poteſt manifeſtare Deo,qui omnia nouit. Ergo Angelus non loquitur Deo. 516 Iob.9

2 Præterea.Loqui eſt ordinare conceptum intellectus ad alterum,vt dictum eſt:ſed Angelus ſemper conceptum ſuæ mentis ordinat in Deum.Si ergo aliquando Deo loquitur, ſemper Deo loquitur: quod poteſt videri aliquib. inconueniens,cum aliquando Angelus Angelo loquatur. Videtur ergo,quòd Angelus nunquam loquatur Deo. Art. 1. huius quæſt.

Sed contra eſt,quòd dicitur Zach.1. Reſpõdit Angelus Deo,& dixit. Domine exercituũ vſquequo non miſereberis Ieruſalem? Loquitur ergo Angelus Deo.

Reſpondeo.Dicendum, quòd,ſicut dictum eſt,*locutio Angeli eſt per hoc, quod conceptio mentis ordinatur ad alterum.Sed aliquid ordinatur ad alterum,dupliciter. Vno modo ad hoc,quòd communicet alteri, ſicut in rebus naturalibus agens ordinatur ad patiens', & in locutione humana doctor ordinatur ad diſcipulum. Et quantum ad hoc nullo modo Angelus loquitur Deo: neque de his, quæ ad rerum veritatem pertinent,neque de his,quæ dependent à voluntate creata: quia Deus eſt omnis veritatis,& omnis volũtatis principiũ, & conditor. Alio modo ordinatur aliquid ad alterum,vt ab eo aliquid accipiat, ſicut in rebus naturalibus paſſiuum ad agens,& in locutione humana diſcipulus ad magiſtrũ. Et hoc modo Angelus loquitur Deo, vel conſultando diuinam voluntatem de agendis, vel eius excellentiam, quam numquam comprehendit admirando,ſicut Gregor.dicit * 2.Moral. quòd Angeli loquuntur Deo, cum per hoc, quod ſuper ſemetipſos reſpiciunt, in motum admirationis ſurgunt. Art 1. huius quæſt. Li 2.Mor. ca.2.in fine

Ad primum ergo dicendum, quòd locutio non ſemper eſt ad manifeſtandum alteri, ſed quandoque ad hoc ordinatur finaliter, vt loquenti aliquid manifeſtetur, ſicut cum diſcipulus quærit aliquid à magiſtro.

Digitized by Google

Ad ſecundum dicendum, quòd locutione, qua Angeli loquuntur Deo, laudantes ipſum, & admirantes, ſemper Angeli Deo loquuntur. Sed locutione, qua eius ſapientiam conſulunt ſuper agendis, tunc ei loquuntur, quando aliquod nouum per eos agendum occurrit, ſu per quo deſiderant illuminari.

Forma Textus.

Diſtinctione præmiſſa, duabus concluſionibus reſpõdetur quæſito. Diſtinctio eſt: Aliquid ordinatur ad alterum dupliciter: Vno modo, vt communicet alteri; alio modo, vt ab eo aliquid accipiat. Probatur primò hæc diſtinctio: quia locutio Angeli eſt per hoc, quod conceptio mẽtis ordinatur ad alterum: at prædictis duobus tantum modis aliquid ordinatur ad alterum: ergo. Deinde declaratur quo ad eius duo membra, & primò quo ad primum exemplo rerum naturalium, in quibus agens ordinatur ad patiens, & exemplo locutionis humanæ, in qua Doctor ordinatur ad diſcipulum. Secundò declaratur quo ad alterum membrum, primò in rebus naturalibus, in quibus paſſiuum ordinatur ad agens: ſecundò in locutione humana, in qua diſcipulus ordinatur ad magiſtrum.

Prima concluſio eſt: Angelus non loquitur Deo, ordinando ad eum conceptum, vt aliquid ei communicet, neque de ijs, quæ ad rerum veritatem pertinent, neque de ijs, quæ dependent à voluntate creata. Probatur: Quia Deus eſt omnis veritatis, & omnis voluntatis principium, & conditor.

Secunda concluſio: Angelus Deo loquitur ordinando conceptum ad eum, vt ab eo aliquid accipiat. Probatur: Quoniam Angelus conſulit diuinam voluntatem de agendis, & eius excellentiam, quam nunquam comprehendit, admiratur: quod probatur authoritate Gregorij lib. 2. Moral. vt patet in textu.

Expoſitio Textus.

Diuiſionem in littera poſitam eſſe ſufficientẽ facilè patet conſideranti modos, quibus in ſacris litteris inducuntur Angeli boni, vel mali Deo loquentes. Quorum primus eſt per orationẽ, de quo Zach. 1. dicitur: *Reſpondit Angelus Deo, & dixit, Domine exercituum, vſquequo non miſereberis Hieruſalem?* Secundus eſt, per gratiarum actionẽ, & laudes, de quo Apoc. 7. dicitur: *Et omnes Angeli ſtabant in circuitu throni, &c. dicentes Amen. Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſæcula ſæculorũ. Amen.* Tertius eſt conſulendo, aut exquirendo diuinam voluntatem de agendis de quo. 2. Paralip. 18. cap. dicitur. *Proceſſit ſpiritus, & ſtetit coram Domino, & ait: Ego decipiam eum. Cui Dominus, In quo, inquit, decipies? at ille reſpondit Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum.* Quomodo etiam Sathan Iob. 1. cap. cum Deo loquitur ad exquirendum ſcilicet eius voluntatem circa tentationem Iob. Quartus eſt, admirando diuinam excellentiam, & maieſtatem, vt ex Gregorio dicitur in textu. Poſtremus eſt blaſphemando, aut irriden-

Zach. 1.

Apoc. 7.

2. Par. 18.

do, vel exprobrando, vt patet Iob 1. cap. vbi Sathã Deo loquens ait. *Numquid Iob fruſtra timet Deum? nonne tu vallaſti eum, ac domum eius, vniuerſamque ſubſtantiam per circuitum, operibus manuum eius tu benedixiſti, poſſeſſio eius creuit in terra? ſed extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi.* Et de damnatis hominibus dicitur Apoc. 16. *Blaſphemauerunt, Deum Cæli præ doloribus, & vulneribus ſuis, & non egerunt pœnitentiam ex operibus ſuis.* Quod multo magis de dæmonibus exiſtimandum eſt. Omnes verò prædicti modi ad aliquid tandem à Deo accipiendum ordinantur, vel ſcilicet gratuitum aliquem diuinæ bonitatis effectum, vel explicationem diuinæ voluntatis circa aliquid agendum, vel permittendũ: blaſphemiæ verò damnatorum, & Dæmonũ deſiderium inſinuant recipiẽdi liberationem à pœna.

Iob 1.

Apoc. 16.

Aduerte præterea vtramque concluſionem eſſe de fide: prima namq; diuinæ ſignificat perfectionis, & ſcientiæ plenitudinem in ſacris litteris ſæpè commemoratam, & ab omnibus rectè philoſophantibus lumine naturali perſpectam. Secunda patet ex locis diuinarum litterarũ ſupra notatis.

ARTICVLVS IV.

Vtrum localis diſtantia operetur aliquid in locutione Angelica.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd localis diſtantia operetur aliquid in locutione Angelica. Sicut enim dicit Damaſ. *Angelus vbi eſt, ibi operatur: locutio autem eſt quædam operatio Angeli. Cum ergo Angelus ſit in determinato loco, videtur, quòd vſque ad determinatam loci diſtantiam Angelus loqui poſſit.

1. d. 9. a. 2. ad 6. & di. 11. q. 2. ar. 3. ad 3. & ver. q. 9. a. 6. Li. 6. c. 17. & li. 2. c. 3.

2 Præterea. Clamor loquentis fit propter diſtantiam audientis: ſed Iſa. 6. dicitur de Seraphim, quòd clamabat alter ad alterum. Ergo videtur, quòd in locutione Angelorũ aliquid operetur localis diſtantia.

Sed contra eſt, quòd, ſicut dicitur Lucę 16. Diues in inferno poſitus loquebatur Abrahæ, non impediente locali diſtantia. Multò igitur minus localis diſtantia poteſt impedire locutionem vnius Angeli ad alterum.

Reſpondeo. Dicendum, quòd locutio Angeli in intellectuali operatione conſiſtit, vt ex dictis patet. *Intellectualis autem operatio Angeli omninò abſtracta eſt à loco, & tempore: nam etiam noſtra intellectualis operatio eſt per abſtractionem ab hic, & nunc, niſi per accidens ex parte phantaſmatum, quæ in Angelis nulla ſunt. In eo autem, quod eſt omnino abſtractum à loco, & tempore, nihil operatur neque temporis diuerſitas, neque loci diſtantia. Vnde in locutione Angeli nullum impedimentum facit diſtantia loci.

2. 1. 3. & 3. huius q. 10. 76.

Ad primum ergo dicendum, quòd locutio An-

Angeli, ſicut dictum eſt, * eſt locutio interior, quæ tamen ab alio percipitur: & ideo eſt in Angelo loquente, & per conſequens vbi eſt Angelus loquens. Sed, ſicut diſtantia localis non impedit, quin vnus Angelus alium videre poſſit: ita etiam non impedit, quin percipiat, quod in eo ad ſe ordinatur, quod eſt eius locutionem percipere. A

Ad ſecundum dicendum, quòd clamor ille non eſt vocis corporeæ, quæ fit propter diſtantiam loci, ſed ſignificat magnitudinem rei, quæ dicebatur: vel magnitudinem affectus, ſecundum quod dicit Gregor. * 2. Mora. Tantò quiſque minus clamat, quantò minus deſiderat. B

Forma Textus.

Concluſio eſt: In locutione Angeli nullum impedimentum facit diſtantia loci. Probatur: Intelligibilis operatio Angeli omnino abſtracta eſt à loco, & tempore: ergo in locutione Angeli nullum impedimentum facit diſtantia loci. Antecedens probatur: Quia etiam noſtra intelligibilis operatio eſt per abſtractionem ab hic, & nunc, niſi per accidens ex parte phantaſmatum, quæ tamen in Angelis nulla ſunt. Conſequentia, vt verò quo ad duas partes conſequentis probatur, & primò quo ad primam, videlicet: in locutione Angeli: Quia locutio Angeli in intellectuali operatione conſiſtit. Secundò quo ad ſecundam videlicet: Nullum impedimentum facit diſtantia loci. Quoniam in eo, quod eſt omnino abſtractum à loco, & tempore, nihil operatur neque temporis diuerſitas, neque loci diſtantia. C

Controuerſia Vnica de Veritate Concluſionis.

Sit ſcilicet in Angelica locutione aliquid operatum diſtantia localis.

Sententiæ Doctorum.

Scotus. SCOTVS in ſecundo ſententiarum diſt. 2. q. 2. & in quarto diſt. 49. q. 2. docet, Angelicam locutionem non poſſe fieri ad quamcunque loci diſtantiam, ſed ſolum ad determinatam iuxta virtutis menſuram loquentis Angeli determinatam. Quã ſententiam ſequuti ſunt Ariminenſis, Gabriel, maior, Ricardus, Malonius, in ſecundo ſententiarum, diſt. 9. diſputatione 14. & alij, quos refert Vaſquez diſput. 212. D

Ariminenſis. Gabriel. maior. Ricardus. Malonius. Vaſquez. Zumellus

Zumellus quæſtione ſua ſecunda, in ſolutione difficultatis ſecundæ duo dicit. Primum eſt: Probabilius eſſe, Angelos intra Vniuerſum poſſe ſibi inuicem loqui ad quamcunque diſtantiam. Secundum eſt: dictum illud: Omnis virtus actiua finita habet ſphæram determinatam, verũ eſſe reſpectu effectuum materialium, & phyſicorum agẽtium; quæ operantur per dependentiam à materia, & à corpore, educendo formam de potentia materiæ, non autem reſpectu merè ſpiritualis, qui altioris eſt ordinis, & independens à diſtantia ſituali. E

Vaſquez. Vaſquez in allegata diſput. 212. duo dicit. Primum eſt, placere ſibi ſententiam eorum, qui dicunt, nihil omninò iuuare propinquitatem ad audiendum, aut impedire diſtantiam, quo minus vnus Angelus alteri loquatur, ità vt audiri poſſit. Secundum eſt, præditam ſententiam non ſolum eſſe veram, ſi eorum ſententiam ſequamur, quicunque ſunt, locutionem fieri abſque vlla impreſſione in mente audientis; ſed etiam, ſi cum Scoto, & aliis dicamus, vnum Angelum alteri ſolum loqui impreſſione aliqua facta in mente illius.

D. Th. hic abſolutè pronunciat, diſtantiam localem nihil operari in Angelica locutione ob rationem in textu poſitam. S. Thom.

Reſolutio.

Angelica locutioni nullum præſtari ex diſtantia ſimili impedimentum, eo quod nullam habeat Phyſicam, ſed moralem tantùm efficientiam in audientem.

NVlla ferè ſupereſt huic controuerſiæ difficultas, ſi doctrinam in expoſitione primi quæſtionis huius articuli poſitã memoria teneamus. Diximus enim, Angelicam locutionem nullam habere circa mentem audientis phyſicam efficientiam, ſed moralem tantùm: ex quo ſequitur, eam non ad actiones tranſeuntes pertinere, quæ circa materiam, aut ſubiectum extrinſecum aliquid operantur corporeum, aut ſpirituale, ſed in actiones immanentium, & intellectualium ordine collocari, quas affirmat hic S. D. eſſe à loco, & tẽpore penitus abſtractas; & ideò Angelicæ locutionis, vt intellectuali, & immanenti operationi nullam præſtari ex ſituali diſtantia impedimentum. Sicut enim poteſt Angelus quancunque diſtantiam vtcunque infinitè (ſi tamen diſtare poſſent) intelligere, & velle, ſic ad quemcunque Angelum etiam infinitè diſtantem extendi poteſt vnius Angeli locutio, & alterius ad loquentem auditio. C

Scoti principium oppoſitum. At ſecundum Scoti, & ſequacium eius opinionem, qui docent primò Angelum per eſſentiam in loco conſtitui, & ad, vt neceſſario ſemper vnum aliquem habeat locũ in Vniuerſo, deinde locutionẽ Angeli fieri per phyſicã influentiã ſpeciei, vel intellectionis, aut cæteras in materiam Angeli mẽ ſuperioẽ, loquitur neceſſariò primò, data per impoſſibile illorũ Angelicã infinita diſtantia, vt non alibi minimum aliqui poſſe, cuiuslibet enim agentis finiti eſſe finitam, ac proindè certam quandam, ac limitatam actiuitatis ſuæ ſphæram ſibi determinare, vltrà cuius terminos ſiue latitudinem ne queat operari. Secundò ſequitur Angelicæ facultatis actiuitatem certis locorum limitibus eſſe circumſcriptam non ſolum quo ad effectus corporeos, ſeu ità quo ad effectus ſpirituales in aliquo ſubiecto, ſiue ſubſtantia ſpirituali localiter diſtante producendos; Eadem enim ratio ex agentia, & virtutis eius finitate deſumpta, ſicut in actionibus militat effectus corporeos habentibus, ità vim habet in actionibus ad ſpirituales effectus terminatis. Si namq; finitam habet virtutem Angelus, ac proindè localiter determinatam actiuitatis ſuæ latitudinem reſpe-

reſpectu effectuum inferioris ordinis, multò magis erit eiuſdem Angelicæ ſubſtantiæ virtus, & localis magnitudinis ſphæra determinata reſpectu effectuum ſuperioris ordinis, quales ſunt ſecundum Scotum impreſſio ſpeciei, intellectionis, & conceptus.

Importionens igitur, ac per accidens omninò eſt reſpectu virtutis Angelicæ debentis, ſeu volentis circa ſubiectum aliquod loco diſtans operari, q ſubiectum, aut effectus in eo producendus ſit naturæ corporeæ, vel ſpiritualis.

Argumentum enim ſupra poſitum vim habet ex finitate virtutis, quæ loci diſtantiã, & agendi ſphæram exigit determinatam, & ideò non poterit Angelus in quocumq; ſubiecto vltrà determinatã activitatis ſuæ ſphæram conſtituto quidquam operari, ſiue ſubiectum illud, aut effectus producendus ſit corporeus, ſiue ſit ſpiritualis, dumodò ſubiectum illud localiter diſtet vltrà, vel extrà ſphæram. Ex hoc patet, vnam eſſe Zumelli reſponſionem, qua ſolvere nititur prædictum argumentũ,

Zumelli reſponſio reijcitur.

Concluſiones dubiæ, & probatæ.

PRima concluſio; Diſtantia localis, etiamſi eſſet infinita, nullum affert impedimentũ Angelicæ locutioni. Hæc eſt S. Doct. in textu, & patet ex dictis.

Secunda concluſio: Si locutio fieret per phyſicã efficientiam in intellectu audientis, eſſet neceſſaria determinata diſtantia, vltrà quam vnus Angelus alteri loqui non poſſet.

Vltima concluſio: Hæc determinata diſtantia non eſſet accipienda ſecundum terminos, ſeu latitudinem ſphæræ totius Vniuerſi, ſed ſecundum quãtitatem, & proportionem virtutis Angeli. Hæc eſt contra Zumellum, & patet ex dictis.

Argumenta, & ſolutiones.

Zumellus.

CONtra primam concluſionem eſt argumentum allatum, & ſolutum à Zumello, quod etiam ex dictis ſolvitur euidenter.

Malonius.

Contra eandem concluſionẽ argumentatur Malonius. Primò: Intellectus tam Angelicus, quam humanus duplicem habet cognitionem: alteram intuitiuam, alteram abſtractiuam. Abſtractiua cõcedendum eſt poſſe rem, etiam maximè diſtantem cognoſcere, at intuitiua debet habere rẽm in ea ſphæra activitatis, qua intellectus videre poteſt res præſentes, & cum diſtantia neceſſaria eſt, vt res dicatur præſens: ſed cognitio, quam manifeſtat Angelus loquendo, non eſt quælibet cognitio, ſed eſt cognitio huius determinati Angeli de hoc determinato obiecto, & vt ſic debet videre, & cognoſcere Angelus; ergo.

Reſpondetur primò, falſum eſſe, humanum intellectum habere cognitionem intuitiuam. Secundò dico, falſum eſſe, requiri ſphæram determinatam, vt res aliqua intuitiuè videatur ab intellectu, & vt ſit ei præſens. Cum enim intellectus Angelicus ſpecies omnium rerum, etiam ſingulariũ actu non exiſtentium, ſed quandoque futurorum habeat inditas, aut poſſit ei ſaltem in habitu, ſeu in actu primo repræſententur, hoc ipſo fiunt Angelicæ ſpecies, ac intellectus præſentia, quod iam incipiunt in rerum natura, nunc exiſtere, ſiue futurum, ſiue parum localiter ab Angelo diſtent, vt q. 57. art. 2. latiſ oſtendimus.

Secundò Zachariæ 2. Angelus, vt alloqueretur alium Angelum, dicitur acceſſiſſe; ergo.

Reſpondetur cum D. Th. de Verit. q. 9. art. 3. ad primum, acceſſum illum, & receſſum non eſſe intelligendum ſecundum locum, ſed ſecundum conuerſionem ad alterum tantũ. S. Thom.

Tertiò, S. Bernardus ſerm. 1. in Cant. dicit: *Super cœleſtis ſpiritus absq; vllo ſpatio corporis, & absq; intuitu horum, quæ per corpus ſentiuntur, ſola præſentiæ ſuæ vicinitate, ac vinacitate naturæ ſufficit apprehendere ſumma, atq; infima penetrare.* Ecce vicinitatem requirit. S. Aug. lib. 12. de Geneſ. ad litteram cap. 17. rationem reddit, cur dæmones quædam diuinare videantur, quia prædixiſſe hoc vel illo ſimo, ideò accedunt ad remotiſſimas regiones, & vident, quæ ibi fiunt, & ad nos repertentes nunciãt; ideò diuinare videntur. Et libro de diuinatione dæmonum cap. 2. *Damonum, inquit, aeria natura eſt, vt auget corporis ſenſu terrenorum corporum ſenſum facilè præcedant, celeritate etiam propter ſimilem aeream corporis ſuperiorem nobilitatem non ſolum cuiuſquam pulſet hominum, vel Ferarum, verumetiam totalem animum vincere parabiliter valeant, quibus duabus rebus prædicti multò antè cognita prænunciant, vel potius nunciant, quæ homines pro tarditate ſenſus nesciunt.* S. Bernard. S. Aug.

Reſpondetur cũ D. Tho. ſupra q. 57. art. 3. ad 1. D. Auguſt. & eadem ratione D. Bernardum loqui ſecundum mentem Platonicorum aſſerentium, Dæmones eſſe quædã animalia aeriæ naturæ corpus habentia, & ad rerum cognitionem ſenſibus his vtentia nobiliſſimis, & ideò determinata quædam erga illis ad ſingularia cognoſcenda propinquitas neceſſaria. Secundò dico D. Bernardum loqui de vicinitate ſimilitudinis in eſſe intelligibili modo ſuperiùs explicato.

Quæritur, Sathan tempore paſſionis Chriſti, vt poſſet deprehendere, an aliquam ipſe effecerat maculam, dicitur fleticiſſe à dextris eius?

Reſpondetur Zachæ tempore, cum eſſet: *Et oſtendit mihi Dominus Iſum ſacerdotem magnum ſtantem coram Angelo Domini, & Satan ſtabat à dextris eius, vt aduerſaretur ei.* Quib. verbis quid ſignificatur, propè ſcrutandum. Sathanam vt quidquam in Ieſu cognoſceret, ſed vt aduerſaretur ei, aut; nocentib. Quintò, Angeli prædicti ſimo motu velociſſimo propter multas cauſas, ex quibus una eſt, vt intuitiue videre, & videri poſſint; ergo.

Zach. 3.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens quo ad cauſam intuitiuæ cognoſcendi, de quæſtione 56. & alibi diximus.

Contra ſecundam concluſionem argumentatur Vaſquez: Cauſæ corporeæ ideo poſtulant determinatam diſtantiam, quia earum effectus continuò debent diffundi, nec poſſunt agere in extremã partem, quin agant in totum ſpatium actionis continuatæ: at verò non poſtulant determinatam diſtantiam determinatam, Vaſquez

minatam,earum effectus eſſet infinitus ſecundum extenſionem,quod eſt impoſsibile:At hæc ratio,licèt eodem modo probet de operatione Angelorũ, quæ tranſit in exteriorem materiam;quia hæc neceſſariò debet per totum ſpatium continuo diffundi,tamen de operatione ſpirituali, qualis eſt locutio,nihil probat;ergo.Probatur Minor: Quia operatio ſpiritualis,ſi aliqua eſt ab vno Angelo in alterum,non tranſit per medium; ergo non erit maior,aut minor,quia verſetur circa Angelum magis,aut minus diſtantem Probatur conſequentia; quia operatio illa ex ſe ſolum,quatenus in Angelo recipitur,expendi debet,& definiri.

Reſpondetur, falſam eſſe maiorem, & primam partem minoris,vt patet ex ijs,quę ſupra diximus q.52.art.2.in 1. controuerſia; ſiue enim continua quadam diffuſione ſuper magnitudine dimanet effectus à cauſa corporea, vel ſpirituali, ſiue partes attingat agens extremas, nihil circa medias interiacentes interim operando,vt Angelis operantibus,euenire poſſe nonnunquam ibidẽ oſtendimus, neceſſarium omnino eſt agentis, ſiue cauſæ finitæ, ſphæram actiuitatis eſſe determinatam,vltra quã agere minimè poſsit, alioquin poſſet Angelus in Cœlo, & in Terra ſimul operari, & vtrobiq; ſimul exiſtere;quod abſurdum eſſe nemo dubitat.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrum locutionem vnius Angeli ad alterum omnes cognoſcant.

118 Ver. q. 9. art. 7.

AD quintum ſic proceditur. Videtur, quòd locutionem vnius Angeli ad alterum omnes cognoſcant. Quòd.n.vnius hominis locutionem non omnes audiant,facit inæqualis loci diſtantia: ſed in locutione Angeli nihil operatur localis diſtantia, vt dictum eſt.* Ergo vno Angelo loquente ad alterum omnes percipiunt.

art. præc.

2 Præterea. Omnes Angeli communicant in virtute intelligendi.Si ergo conceptus mẽtis vnius, ordinatus ad alterum, cognoſcitur ab vno,pari ratione cognoſcitur ab alijs.

3 Præterea. Illuminatio eſt quædã ſpecies locutionis:ſed illuminatio vnius Angeli ab altero peruenit ad omnes Angelos; quia vt Dion.dicit * 15.cœl.hier. Vnaquæq; cœleſtis eſſentia intelligentiam ſibi traditam alijs communicat. Ergo,& locutio vnius Angeli ad alterum ad omnes perducitur.

ca. 15. ante medium.

Sed contra eſt, quòd vnus homo poteſt alteri ſoli loqui: Multò igitur magis hoc in Angelis eſſe poteſt.

Reſpondeo. Dicendum, quòd, ſicut ſupra dictum eſt,* conceptus mentis vnius Angeli percipi poteſt ab altero per hoc,quòd ille,cuius eſt conceptus,ſua voluntate ordinat ipſum ad alterum.Poteſt autem ex aliqua cauſa ordinari aliquid ad vnum, & non ad alterum, & ideo poteſt conceptus vnius ab aliquo vno cognoſci, & non ab alijs. Et ſic locutionem vnius Angeli ad alterum poteſt percipere vnus abſq; alijs, non quidem impediente diſtantia locali, ſed hoc faciente voluntaria ordinatione, vt dictum eſt.* Vnde patet reſponſio ad Primum,& Secundum.

Art. 1. huius q.

In iſto art. & præc.

Ad tertium dicendum, quòd illuminatio eſt de his, quæ emanant à prima regula veritatis, quę eſt principium commune omnium Angelorum:& ideo illuminationes ſunt omnibus communes. * Sed locutio poteſt eſſe de his, quæ ordinantur ad principium volũtatis creatæ, quod eſt proprium vnicuique Angelo: & ideo non oportet,quòd huiuſmodi locutiones ſint omnibus communes.

525

Forma Textus.

Reſpondetur primò quæſito vnica Concluſione,deinde corollariè deducitur confirmatio concluſionis articuli præcedentis.

Concluſio eſt: Locutionem vnius Angeli ad alterum poteſt percipere vnus abſque alijs.Probatur:Conceptus mentis vnius Angeli percipi poteſt ab altero per hoc, quod ille, cuius eſt conceptus,ſua voluntate ordinat ipſum ad alterum:at poteſt ex aliqua cauſa ordinari conceptus vnius Angeli ad vnum, & non ad alterum,ergo poteſt conceptus vnius ab aliquo vno cognoſci, & non ab alijs.

Corollarium eſt:Locutionem vnius Angeli ad alterũ poteſt percipere vnus abſque alijs, non quidem impediente diſtantia locali,ſed hoc faciente voluntaria ordinatione.

Expoſitio Textus.

VAſquez diſp.213.recenſitis, ac breuiter examinatis plurium veterum Theologorum opinionibus,Heruæi tãdem opinionem de locutione Angelorum in art.1.relatam affirmat eſſe probabilem,cui,vt putat Vaſquez, conſonat, Angelos ità ſibi mutuo loqui, & exprimere ſecreta cordis ſui, vt non poſsit vnus alteri ſecretò loqui, ſed ab omnib. ſi ipſi velint, intelligatur. Docet.n.Heruæus, ſecretũ cordis exprimi verbo intellectus, quod eſt (inquit Vaſquez) cognitio quædam,quam Angelus quilibet ſuapte natura cognoſcit. Quam tamẽ opinionem,vt ſit probabilis, cum limitatione Aegidij dicit,admittẽdam. Aſſerit autem Aegidius, eam eſſe intelligendam de ſola locutione communi,qua vnus Angelus non illuminat alium,quoniã eam(inquit)quę myſteriorum eſt reuelatio,poteſt vnus Angelus audire,quibuſdam alijs eam non audientibus, illis nimirum, qui non æqualis fuerint perfectionis cum eo, ad quem dirigitur illuminatiua locutio. Sed, cum ſupra fuerint harum opinionum fundamenta conuulſa,nõ expedit hic iterum in earum examine, & confutatione laborare. Porrò quod ait Vaſquez, verbum vnius Angeli naturaliter omnibus alijs eſſe conſpicuum, falſum

Vaſquez. Heruæus. Aegidius.

Digitized by Google

esse probauimus supra, quæstione quinquagesima-septima, articulo quarto.

QVAESTIO CVIII.

De ordinatione Angelorum secundum hierarchias, & ordines in octo articulos diuisa.

DEinde considerandum est de ordinatione Angelorum secundum hierarchias, & ordines. Dictum est* enim, quòd superiores inferiores illuminant, & non è conuerso. q. 106. art. 3.

Circa hoc quæruntur octo.

Primò, Vtrum omnes sint vnius hierarchiæ.

Secundò, Vtrum in vna hierarchia sit vnus tantum ordo.

Tertiò, Vtrum in vno ordine sint plures Angeli.

Quartò, Vtrum distinctio hierarchiarum, & ordinum sit à natura.

Quintò, De nominibus, & proprietatibus singulorum ordinum.

Sextò, De comparatione ordinum adinuicem.

Septimò, Vtrum ordines durent post diem iudicij.

Octauò, Vtrum homines assumantur ad ordines Angelorum.

Ratio ordinis.

TRes sunt huius quæstionis partes, in quarum prima, quæ primis quatuor continetur articulis, de ratione seu, quidditate differitur Hierarchiæ: In secunda, quæ duos, scilicet quintum, & sextum comprehendit articulos, de proprietatib. ad eius essentiam consequentibus: In tertia, & vltima duos articulos continente, s. septimum, & octauum, de quibusdam agitur extrinsecis accidentibus. Prima pars tres habet partes: in prima tractatur de quidditate hierarchiæ tàm in cõmuni, quã quo ad singulas eius species, & ad hanc solus primus pertinet articulus: in secunda, de partibus agitur hierarchiæ quasi potentialibus, & naturalibus; quæ duos habet articulos, videlicet secundũ, in quo quæritur, Vtrum in vna hierarchia sint plures ordines, & tertium, in quo quæritur, Vtrum in vno ordine sint plures Angeli, qui partes sunt ordinum quasi materiales: in tertia quæritur causa, siue radix distinctionis hierarchiarum, & ordinũ, in quarto, scilicet articulo. Secunda verò pars principalis duas habet partes: in prima disputatur de singulorum ordinum nominibus, & proprietatib. supernaturalibus, à quibus ipsorum ordinum nomina sunt desumpta: in secunda verò, s. in art. 6. de comparatione ordinum ad inuicem secundum superioritatem, & inferioritatem, quæ attenditur secundum eorum supernaturales perfectiones, & proprietates. Postrema denique pars principalis duas habet partes, in quarum prima de mensura tractatur ordinum extrinseca, s. de duratione, de qua septimus agit art. in 2. verò de assumptione hominum ad ordines Angelorum, quod supercœlestibus illis ordinibus merè per accidens conuenit, & ab extrinseco, diuinæ scilicet prouidentiæ dispositione ad ordinem gratiæ superadditum naturæ pertinente: de hoc autem in octauo tractatur articulo.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum omnes Angeli sint vnius hierarchiæ.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd omnes Angeli sint vnius hierarchiæ. Cum enim Angeli sint supremi inter creaturas, oportet dicere, quòd sint optimè dispositi, sed optima dispositio est multitudinis, secundum quod continetur sub vno principatu, vt patet per Philosophum* 12. Metaph. & in 3. Polit. Cum ergo hierarchia nihil sit aliud, quam sacer principatus, videtur, quòd omnes Angeli sint vnius hierarchiæ. 529 a. d. 9 q. 1. & Dion. li. 2. 12. li. 12. Met. in fi. li. & 4 Pol. cap. 3.

2 Præterea Dion. dicit in* 3. cap. cęl. hier. quòd hierarchia est ordo scientia, & actio: sed omnes Angeli conueniunt in vno ordine ad Deum, quem cognoscunt, & à quo in suis actionibus regulantur. Ergo omnes Angeli sũt vnius hierarchiæ. ca. 3 in principio.

3 Præterea. Sacer principatus, qui dicitur hierarchia, inuenitur in hominibus, & Angelis: sed omnes homines sunt vnius hierarchiæ. Ergo etiam omnes Angeli sunt vnius hierar.

Sed cõtra est, quòd Dion. 6. cap. cęl. hierar. distinguit tres hierarchias Angelorum.

Respondeo. Dicendum, quòd hierarchia est, sacer principatus, vt dictum est.* In nomine autem principatus duo intelliguntur, scilicet ipse princeps, & multitudo ordinata sub principe. Quia igitur vnus est Deus princeps non solum omnium Angelorum, sed etiã hominum, & totius creaturæ, ideo non solum omnium Angelorum, sed etiam totius rationalis creaturæ, quæ sacrorũ particeps esse potest, vna est hier. secundũ quod Aug. dicit in* duodecimo, de Ciuit. Dei, duas esse ciuitates, hoc est societates, vnam in Angelis bonis, & hominibus, alteram in malis. Sed, si consideretur Principatus ex parte multitudinis ordinatæ sub principe, sic vnus principatus dicitur secundum, quod multitudo vno, & eodẽ modo potest gubernationem principis recipere. Quæ verò non possunt secundum eundem modo gubernari à principe, ad diuersos principatus pertinent: sicut sub vno rege arg. 1. huius art. Li. 11. c. 1. circa principium.

sunt

ſunt diuerſæ ciuitates, quæ diuerſis reguntur legibus,& miniſtris. Manifeſtum eſt aût, quòd homines alio modo diuinas illuminationes p-cipiunt, quàm Angeli. Nam Angeli percipiût eas in intelligibili puritate: homines verò percipiunt eas ſub ſenſibilium ſimilitudinibus, vt Dionyſ.* dicit 1. cap. cęl. hier, & ideò oportet diſtingui humanam hierarchiam ab Angelica. Et per eundem modum in Angelis tres hierarchiæ diſtinguuntur. Dictum eſt enim ſupra *dum de cognitione Angelorum ageretur, q̃ ſuperiores Angeli habent vniuerſaliorem cognitionem veritatis, quàm inferiores. Huiuſmodi autem vniuerſalis acceptio cognitionis ſũ tres gradus in Angelis diſtingui põt. Poſſunt.n. rationes rerum, de quibus Angeli illuminantur, conſiderari tripliciter. Primò, quidem ſecundùm, quod procedunt à primo principio vniuerſali, quòd eſt Deus. Et iſte modus conuenit primæ hierarchiæ; quæ immediatè ad Deum extéditur, & quaſi in veſtibulis Dei collocatur, vt Dionyſ. dicit * 7. cap. cœl. hier. Secundò verò, prout huiuſmodi rationes dependent ab vniuerſalibus cauſis creatis, quæ iam aliquo modo multiplicantur: & hic modus conuenit ſecundæ hierarchiæ. Tertiò autem modo ſecundum, quod huiuſmodi rationes applicantur ſingulis rebus, prout dependent à proprijs cauſis, & hic modus conuenit infimæ hierarchiæ: quod plenius patebit, cũ de ſingulis ordinibus agetur. *Sic igitur diſtinguũtur hierarchiæ ex parte multitudinis ſubiectæ. Vnde manifeſtum eſt eos errare, & contra intentionem Dionyſ. loqui, qui ponunt in diuinis perſonis hierarchiam, quàm vocãt ſuper cęleſtem. In diuinis enim perſonis eſt quidam ordo naturæ, ſed non hierarchiæ. Nam, vt Dionyſ. dicit * 3. cap. cęl. hierarch. ordo hierarchiæ eſt alios quidem purgari, & illuminari, & perfici, alios autem purgare, & illuminare, & perficere. Quod abſit, vt in diuinis perſonis ponamus.

Ad primũ ergo dicendũ, quòd rõ illa procedit de principatu ex parte principis, quia optimum eſt, quòd multitudo regatur ab vno principe, vt *Philoſophus in pluribus locis intẽdit.

Ad ſecundum dicendum, quòd quantũ ad cognitionem ipſius Dei, quem omnes vno modo, ſcilicet per eſſentiam vident, non diſtinguuntur in Angelis hierarchiæ, ſed quantũ ad rationes rerum creatarum, vt dictum eſt. *

Ad tertium dicendum, quòd omnes homines ſunt vnius ſpeciei, & vnus modus intelligendi eſt eis connaturalis, non ſic autem eſt in angelis. Vnde non eſt ſimilis ratio.

Ca 1 cęle. hierar.

q 55. ar. 3.

Cap. 7. à med.

Art 6 huius quæſt.

Ca. 3 circa med.

Locis in arg. 1. cit.

In cor ar.

A *Senſus quæſiti.*

QVid ſit Hierarchia, declaratur in textu; eſt.n. vt ait S.D. Sacer Principatus hoc ordine diſpoſitus, vt alij purgentur, & illuminentur, ac perficiantur, alij verò purgent, perficiant, & illuminent. Et dicitur Hierarchia ab ſeros, quod eſt ſacrum, & Arcòs, quod eſt Princeps, vt notat S.D. in ſecundo ſententiarum, diſtinctione nona, quæſt. 1. articulo primo. S. Thom.

Forma Textus.

B *Propoſita diſtinctione bimembri, reſpondetur quæſito tribus concluſionibus, & ex earum probationibus deducitur corollariè cuiuſdam erroris confutatio.*

Diſtinctio eſt: Hierarchia poteſt dupliciter conſiderari; vno modo ex parte Principis; alio modo ex parte multitudinis ordinatæ ſub Principe. Probatur hęc diſtinctio: Quia Hierarchia eſt ſacer Principatus; in nomine autem Principatus duo intelliguntur, ſcilicet ipſe Princeps, & multitudo ordinata ſub Principe; ergo Hierarchia poteſt dupliciter conſiderari, &c.

Prima concluſio eſt: Si conſideretur Hierarchia ex parte Principis, non ſolum omnium Angelorum, ſed & totius rationalis creaturæ, quæ ſacrorum particeps eſſe poteſt, vna eſt Hierarchia. Probatur primò ratione: C *Quia vnus eſt Deus, Princeps, non ſolum omnium Angelorum, ſed etiam hominum, & totius creaturæ; ergo. Secundò probatur authoritate Auguſtini, prout in tex.*

Secunda concluſio: Si Hier. conſideretur ex parte multitudinis ordinatæ ſub Principe, diſtinguenda eſt humana Hierarchia ab Angelica. Probatur: Si conſideretur Principatus ex parte multitudinis ordinatæ ſub Principe, ſic vnus Principatus dicitur, ſecundùm quod multitudo poteſt vno, & eodem modo gubernationem Principis recipere: quæ verò non poſſunt ſecundùm eundem modum gubernari à Principe, ad diuerſos Principatus pertinent: At homines alio modo diuinas illuminationes percipiunt, quàm Angeli; ergo, &c. D

Maior declaratur exemplo Regis, ſub quo ſunt diuerſæ Ciuitates, quæ diuerſis reguntur legibus, & miniſtris. Minor verò probatur: Quoniam Angeli percipiũt diuinas illuminationes in intelligibili puritate, homines verò percipiunt eas ſub ſenſibilium ſimilitudinib. vt ait Dionyſ. in primo cap. cœl. hierar.

Tertia concluſio: In Angelis tres Hierar. diſtinguuntur. Probatur: Superiores Angeli habent vniuerſaliorem cognitionem veritatis non ſolùm naturaliter, ſed etiam per diuinas illuminationes, quàm inferiores; quæ vniuerſalis acceptio cognitionis ſecundum tres gradus in Angelis diſtingui poteſt; ergo in Angelis diſtinguuntur tres Hierarchiæ ex parte multitudinis ſubiectæ. Antecedens quo ad priorem partem patet ex q. 55. art. 3. quo ad alteram verò partem, illam ſcilicet: Quæ vniuerſalis acceptio, &c. Probatur; Quia poſſunt rationes rerum, de quibus Angeli illuminantur, conſiderari tripliciter, &c. vt perſpicuè patet in textu. E

Poſtremò ex hoc diſcurſu deducit corollariè S. D. eos errare, & contra intentionem Dionyſij loqui, qui ponunt in diuinis perſonis Hierarch. á, quam vocant ſuper cęleſtem. Probatur: Quoniá, vt ait Dion. ordo Hierar. eſt

Digitized by Google

alios quidem purgari, & illuminari, & perfici, alios autem purgare, & illuminare, & perficere; at hoc non est de diuinis personis asserendum, ergo.

A

Expositio Textus.

TOtam huius articuli doctrinam explicat eleganter, & eruditè Zumellus, præsertim in explicatione discursus articuli, & in prima suæ quæstione. Tres enim refert Hierarchiæ definitiones ex Dionysio: ex quibus tertiam declarat ex doctrina D. Thomæ in 2. sent. dist. 9. q. 1. art. 1. Vbi S. D. hanc statuit Hierarchiæ definitionem ex Dionysio ibi positam à Magistro *Hierarchia est diuinus ordo, & scientia, & actio Deiformis, quantum possibile est, similans, & ad inditas ei diuinitus illuminationes proportionabiliter in Dei similitudinem conscendens.* Quam per singulas partes S. D. examinat dicens in responsione ad secundum mentem Dionysij nõ esse definitionem ordinare, sed principia essentialia Hierarchiæ tangere: quorum aliquod (inquit) est veluti materiale per modum generis se habẽs, scilicet ordo; alia verò sunt, veluti formalia complentia rationem Hierarchiæ per modum differẽtiæ; quorum primum est, ipsa receptio diuini luminis, quæ in scientia importatur, quia scientia est secundùm receptionem diuini luminis. Secundum est, eius transfusio in alterum, quam designat actio. Tertium est, consecutio finis in Dei similitudine, ita vt semper id, quod est posterius, sit formale respectu prioris. Quare, si tradenda sit ordinatè definitio, sic construi poterit: Hierarchia est diuinus ordo secundùm scientiam, & actionem Deiformi, quantum possibile est, &c. Hæc ibi ferè ad verbum S. D. Vide totum illum artic. vt plenam habeas singularum dictæ definitionis partium intelligentiam.

Zumellus

S. Thomas

B

Hierarch. definitio.

C

Tres etiam conclusiones supra positas, & earũ probationes explicat idem expositor, ac præcipuè modum, quo tres distinguuntur in Angelis Hierarchiæ, de quo etiam agit Bannes in suo Comm. ad hanc q. Sed Ferrar. in 3. cont. gent. cap. 80. circa istam Hierarchiarum, & ordinum distinctionem omnium optimè modum distinctionis inter Hierarchias explicat, plura simul etiam D. Thomæ dicta ex diuersis eiusdem Angelici Doctoris operũ locis accepta declarans, & quæ videntur diuersa, concilians.

Bannes. Ferrar.

D

Ad ampliorem huius articuli declarationem, tres hic essent difficultates definiendæ. Prima est; an verum sit, quod hic, & alibi docet S. Thomas cum Dionys. videlicet omnes Angelos primæ Hierarchiæ illuminari immediatè à Deo.

Secunda est: An inter hierarchias sit essentialis differentia, an verò tantum accidentalis.

E

Tertia est: An omnes Angeli eiusdẽ hierarchiæ sint vnius infimæ speciei, an verò solũ conueniant in aliqua vna specie subalterna. Sed quia Zumellus tribus quæstionibus ad hunc articulum tres dictas difficultates examinat accuratè, ac determinat eruditè, satis erit nobis authorem, & locum indicasse, vnde possit veritatem lector haurire.

Zumellus

Aduerte tamẽ expositorem illum, in tertia sua quæstione docere non solum tres Angelorum hierarchias sub tribus diuersis speciebus, ac generibus subalternis contineri, sed singulos etiam ordines in qualibet hierarchia comprehensos ad singula distincta genera subalterna pertinere, ita vt, exẽpli gratia, tres ordines primæ hierarchiæ tria sint Angelorum genera subalterna.

Quæ sententia nõ satis videtur esse consona doctrinæ S. Thomæ supra quæst. 50. art. 4. ad primũ vbi S. D. videtur significare Angelos omnes sub vno tantum genere subalterno comprehendi, quod in infimas per singulos Angelos distributas species immediatè diuiditur. Sed, quia locus hic D. Thomæ difficilem habet intelligentiam, & idem S. D. in 2. sent. dist. 9. quæst. 1. art. 3. ad quintum prædictæ sententiæ fauet, affirmans diuersitatem secundùm genus cõpetere distinctioni Hierarchiarum, ideò videtur illa sententia veluti probabilis admittenda.

S. Thom.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum in vna Hierarchia sint plures ordines.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd in vna hierarchia non sint plures ordines. Multiplicata enim definitione multiplicatur, & definitum; sed hierar. vt Dion.* dicit, est ordo. Si ergo sunt multi ordines, non erit vna hierar. sed multæ.

1 q. 9 ar. 3 & 3. con c. 80 & ad Eph 1. lect 7. Ca. 3. cæl. hier. in pr.

2 Præterea. Diuersi ordines sunt diuersi gradus, & gradus in spiritualibus constituuntur secundùm diuersa dona spiritualia: sed in Angelis omnia dona spiritualia sunt communia, quia nihil ibi singulariter possidetur. Ergo non sunt diuersi ordines Angelorum.

3 Præterea. In ecclesiastica hierarchia distinguuntur ordines secundùm purgare, illuminare, & perficere. Nam ordo diaconorum est purgatiuus, sacerdotum illuminatiuus, episcoporum perfectiuus, vt Diony. dicit* 5. cap. eccles. hierar. sed quilibet Angelus purgat, illuminat, & perficit. Non ergo est distinctio ordinum in Angelis.

C. 1 par. 5 tit de sum. perfect. & sunt contempla.

Sed contra est, quòd Apost. dicit ad Ephes. 1. quòd Deus constituit Christum hominem supra omnem principatum, & potestatem, & Virtutem, & Dominationem, qui sunt diuersi ordines Angelorum, & quidam eorum ad vnã hier. pertinent, vt infra patebit*

Art 6 huius quæst. Art præc

Respondeo. Dicendum, quòd, sicut dictum est* vna hierarchia est vnus principatus. Ideò vna multitudo ordinata vno modo sub principis gubernatione. Non autem esset multitudo ordinata, sed confusa, si in multitudine diuersi ordines non essent. Ipsa ergo ratio hierarchiæ requirit ordinum diuersitatem: quæ quidem

Digitized by Google

diuerſitas ordinum, ſecundùm diuerſa officia, & actus conſideratur, ſicut patet, quòd in vna ciuitate ſunt diuerſi ordines ſecundùm diuerſos actus. Nam alius eſt ordo iudicantium, & alius pugnantium, & alius laborantium in agris, & ſic de alijs. Sed quamuis multi ſint vnius ciuitatis ordines, omnes tamen ad tres poſſunt reduci, ſecundum quod quælibet multitudo perfecta habet principium, medium, & finem. Vnde, & in ciuitatibus triplex ordo hominum inuenitur. Quidam enim ſunt ſupremi, vt optimates: quidam autem ſunt infimi, vt vilis populus; quidam autem ſunt medij, vt populus honorabilis. Sic igitur, & in qualibet hierarchia Angelica ordines diſtinguuntur ſecundùm diuerſos actus, & officia, & omnis iſta diuerſitas ad tria reducitur, ſcilicet ad ſummum, medium, & infimum. Et propter hoc in qualibet hier. Dionyſ. * ponit tres ordines.

* 7 & 9 cæl. hier

Ad primum ergo dicendum, quòd ordo dupliciter dicitur. Vno modo ipſa ordinatio cõprehendens ſub ſe diuerſos gradus: & hoc modo hierarchia dicitur ordo. Alio modo dicitur ordo gradus vnus: & ſic dicuntur plures ordines vnius hierarchiæ.

Ad ſecundum dicendum, quòd in ſocietate Angelorum omnia poſſidentur communiter: ſed tamen quædam excellentius habentur à quibuſdam, quàm ab alijs. Vnumquodq; autem perfectius habetur ab eo, qui poteſt illud communicare, quàm ab eo, qui nõ poteſt.

Sicut perfectius eſt calidum, quod poteſt calefacere, quàm, quod non poteſt: & perfectius, ſcit, qui poteſt docere, quàm, qui non poteſt. Et quanto perfectius donum aliquis communicare poteſt, tantò in perfectiori gradu eſt: ſicut in perfectiori gradu magiſterij eſt, qui poteſt docere altiorem ſcientiam. Et ſecũdùm hanc ſimilitudinem conſideranda eſt diuerſitas graduum, vel ordinum in Angelis, ſecundùm diuerſa officia, & actus.

Ad tertium dicendum, quòd inferior Angelus eſt ſuperior ſupremo homine noſtræ hierarchiæ: ſecundùm illud Matth. 11. Qui minor eſt in regno cælorum, maior eſt illo, ſcilicet Io. Bapt. quo nullus maior inter natos mulierum ſurrexit. Vnde minor Angelus cæleſtis hierarchiæ poteſt non ſolum purgare, ſed illuminare, & perficere, & altiori modo, quam ordines noſtræ hierarchiæ. Et ſic ſecundùm diſtinctionem harum actionum non diſtinguuntur cæleſtes ordines, ſed ſecundùm alias differentias actionum.

A

Forma Textus.

PRima concluſio: In vna Hierarchia ſunt plures ordines. Probatur: Vna Hierarchia eſt vnus Principatus, id eſt vna multitudo ordinata, vno modo ſub Principis gubernatione; ergo ratio Hierarchiæ requirit ordinum diuerſitatem. Probatur conſequentia: quia non eſſet multitudo ordinata, ſed confuſa, ſi in multitudine ordines non eſſent.

Secunda concluſio: Hæc diuerſitas ordinum ſecundùm diuerſa officia, & actus conſideratur. Probatur: Quoniam alius eſt ordo iudicantium, & alius pugnantium, & alius laborantium in agris, & ſic de alijs.

B *Tertia concluſio: In qualibet Hierarchia ſunt tres ordines, ſcilicet ſummus, medius, & infimus.*

Probatur primò ratione; quia omnis diuerſitas ordinum ſecundum officia, & actus reducitur ad tria, ſcilicet ad ſummum, medium, & infimum; ergo. Probatur antecedens: quia omnis multitudo perfecta habet principium, medium, & finem. Secundò probatur exemplo; quoniam in ciuitatibus triplex ordo hominum inuenitur; quidam enim ſunt ſupremi, vt Optimates; quidam autem ſunt infimi, vt vilis populus: quidam autem ſũt medij, vt populus honorabilis. Deniq; probatur concluſio auctoritate Dionyſij ponentis tres ordines in qualibet Hierarchia.

C

Expoſitio Textus.

CIrca præſentem articulum tria ſunt annotanda. Primum eſt, Concluſionem primam, & tertiam non abſque magna temeritate poſſe negari, primò, quia S. Dionyſ. cap. 7. cæleſt. Hierarchiæ doctrinam hanc ab Apoſtolo Paulo, ſibi traditam eſſe confitetur. Secundò, quia communis eſſe videtur Sanctorum aſſertio, & præſertim Gregorij in Hom. de centum ouibus, vbi ex diuerſis diuinarũ Scripturarum dictis nouẽ eſſe probat ordines Angelorum, quos ad tres cum Dionyſio reducit Hierarchias: quam doctrinam Scolaſtici omnes Theologi cum Magiſtro in 2. ſent. d. 9. Complectuntur, explicant, & tuentur. Vide, ſi lubet, Banneſium in dubitatione ſuper hac quæſtione Notabili 4.

S. Dionyſ.

S Gregor.

D

Bannes

Secundum eſt definitio ordinis à Magiſtro tradita in allegata d. 9. videlicet: Ordo Angelorum dicitur multitudo cæleſtium ſpirituum, qui inter ſe in aliquo munere gratiæ aſſimilantur, ſicut & in naturalium datorum munere conueniunt: Quã definitionem explicat ſingula recenſendo ſingulis nomen Angelorum ordinibus officia congruentia.

Ordinis definitio.

Tertium eſt reſponſio ad vltimum argumentũ; circa quam Zumellus duas exoritur difficultates.

Zumellus

E

Prior eſt circa dictum illud: *Inferior Angelus eſt ſuperior ſupremo homine noſtræ Hierarchiæ*: Sic enim arguit prædictus poſitor: Vel comparatio iſta fit quantum ad naturalia, vel quantum ad gratiam.

Primum dicere verum videtur, tamẽ non eſt ad propoſitum; quia de ratione Hierarchiarum, & operationum gratuitarum non de naturalibus eſt ſermo: debet ergo intelligi quantum ad gratiam. Tũc vlteriùs: Vel comparatio ſit inter Angelos beatos, & homines beatos, & iſto modo propoſitio eſt

eſt falſa;homines enim (vt ait D.Thomas art.8.) aſſumuntur ad ordines Angelorum, vnde multi homines in gratia præſtant multis Angelorum. Vel comparatio ſit Angelorum beatorum ad homines viatores,& in iſto ſenſu propoſitio eſt vera, tamẽ nihil probat;quia etiam quilibet homo beatus eſt ſuperior ſupremo homine viatore.

Reſpondet idem expoſitor,dictum illud intelligendum eſſe de Angelis, & hominibus quantum ad officium;ſic enim, licèt aliqui homines gratia ſuperent multos Angelorum, tamen quantum ad officium infimus Angelorum ſuperior eſt ſupremo homine noſtræ Hierarchiæ; ſicut (inquit) Magnates Ciuitatis maiores,& præſtantiores ſunt,quàm alij ciues,licèt inter eos ciues multi reperiantur, qui diuitijs ſuperent multos Magnatum. Sed hæc reſponſio non eſt ad mentem D.Thomæ: Primò, quia probatio aſſumpta ex dicto Domini Matth. 11.*Qui minor eſt in regno cælorum maior eſt illo.* ſcilicèt. Io. Bapt. comparationem congruè ſonat,quo ad gratiam,vt exponunt ibi S.D.Ambroſius, Hieronymus,Gloſſa,& alij.Secundò:quia maior officij dignitas ſupponit maiorem gratiæ dignitatẽ, & ideò S.D.ex illo dicto Domini,ſic intellecto deducit,vt ex principio cauſam, ſeu radicem continente,minorem Angelorum cœleſtis Hierarchiæ poſſe non ſolum purgare, ſed etiam illuminare,& perficere,& altiori modo, quàm ordines noſtræ Hierarchiæ.

Matth.11. S. Thom. Ambroſ. Hieron. Gloſſa.

Ad argumentum itaque Zumelli dico, fieri cõparationem Angelorum beatorum ad homines viatores. Et ad obiectionem aduerſus hanc partẽ negatur aſſumptum:ad cuius probationem negatur conſequentia: Quamuis enim quilibet Homo beatus ſit ſuperior quolibet homine viatore, vim tamen ſuam retinet illa probatio; cuius intentio eſt oſtendere, non diſtingui ordines in Angelica Hierarchia ſecundùm actus purgandi, illuminandi,& perficiendi,ſicut in eccleſiaſtica Hierarchia, ſed tamen diſtingui ſecundùm alias actionum differentias.

Hoc autem probat,quoniam inferior,ſiue infimus Angelus eſt ſuperior ſupremo homine noſtræ Hierarchiæ,& ideò minimus Angelus cœleſtis Hierarchiæ poteſt non ſolum purgare, ſed etiam illuminare,& perficere altiori modo, quàm ordines noſtræ Hierarchiæ. Quod autem homines aſſumãtur ad ordines Angelorum, ac per hoc quilibet homo beatus ſit ſuperior quolibet homine viatore, non tollit modum illum diſtinctionis ordinum Angelorum per alias actionum differentias diſtinctas ab illis tribus actuum differentijs,quibus diſtinguuntur ordines Eccleſiaſticæ Hierarchiæ,ſed mere per accidens,& impertinenter ſe habet hæc hominum aſſumptio ad ordines Angelorum reſpectu talis diuerſitatis modorum diſtinguendi ordines in cœleſti,& in Eccleſiaſtica Hierarchia.

Quo verò ſenſu dictum illud ſit accipiendum, declarat ampliſsime Caietanus in 2.2. quæſt. 24. art.7.& eſt doctrina D. Thomæ in Commentario in Matthæum ſuper cap.11. vbi exponens illa verba. *Qui autem minor eſt in Regno Cælorum, maior eſt illo,* ſic ait: *Poteſt hæc locutio exponi tripliciter; Primò, vt Regnum Cælorum ordo beatorum intelligatur, & qui inter illos eſt minor,maior eſt quolibet viatore, & ideò præſentem ſtatum appellat Dominus pueritiã,* 1.Cor. 13. *vnde ad Corinth.13. Cum autem factus ſum vir, euacuaui,quæ erant parnuli. Et hoc verum eſt, intelligendo de maioritate actuali:actu enim maior eſt, qui comprehenſor eſt: ſecus de maioritate virtuali,ſicut vna parua herba maior dicitur virtute,licèt alia maior ſit quantitate.* Hæc ibi.Et infra q.117.art.2. ad tertium, ſic reſpondet.*Aliqui homines etiam in ſtatu viæ ſunt maiores aliquibus Angelis,non quidem actu, ſed virtute, in quantum,ſcilicet habent charitatem tantæ virtutis, vt poſſint mereri maiorem beatitudinis gradum, quã quidam Angeli habent, ſicut ſi dicamus,ſemen alicuius magnæ arboris eſſe maius virtute,quàm aliquam paruam arborem,cum tamen multò minus ſit in actu.* Ex qua doctrina valdè perſpicua,addita etiam expoſitione Caietani ſuper allegato art.7.quæſt.24. in 2.2.reijci facilè poteſt Zumelli calumnia contra dictum expoſitorem; nihil enim illud intendit Caietanus dicens augeri gratiã in Patria, niſi gratiã hominis tranſeuntis de via in Patriam acquirere perfectionem altioris ordinis, quàm ſit perfectio gratiæ viatoris;adeò,vt quãtumcunq; creſcat gratia, & charitas viæ, nunquam pertingere valeat ad perfectionem gratiæ,& charitatis, quæ eſt in Patria,vt ibidem affirmat S.D.ad tertium. Hanc igitur altioris perfectionis acquiſitionem non incongruè nuncupare potuit Caietanus augmentũ; ſicut vita hæc noſtra corporea diceretur augeri,ſi ſtatim de pueritia proficeret in viriliratem.

Caietanus S. Thom. Matth 11.

Altera difficultas,quam hic Zumellus examinat,eſt de ſenſu illorum verborum Matth.11. *Qui minor eſt in Regno Cælorum,maior eſt illo*: reijcit.n. hic expoſitor interpretationem S.Doc. Ambroſij, Hieronymi,& Auguſtini lib.2. contra aduerſariũ legis,& Prophetarum cap.5 dicentium,vocabulo minoris in regno Cœlorum intelligendum eſſe minimum Angelorum in cœleſtibus Hierarchijs beatè viuentium.Approbat autem,vt optimam,expoſitionem Chriſoſtomi Hom.38.in Matth. aſſerentis,Chriſtum ea verba de ſemetipſo protuliſſe,ſeque minorem in Eccleſia,tum propter ætatem,tũ propter multorum opinionem appellaſſe. Cuius interpretationis rationem affert ex Chriſoſtomo, quia ſequendo priorem intelligentiam Ambroſij, Hieronymi,& Auguſtini nulla ſeruari poterit rerum conſequentia. Quod tamen eſſe falſum ex ipſo ſacri Euangelij contextu poteſt oſtendi; poſtq; enim Dominus laudem omnium excellentiſsimã Ioanni tribuit dicens: *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Io.Baptiſta*, quaſi limitem eius magnitudini conſtituit dicens, *Qui minor eſt in regno Cælorum.* (Hic verò tunc temporis erat Angelus minimus) *maior eſt illo.* Quod quomodo verum ſit,iã ſupra diximus. Matth.11.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrum in vno ordine ſint plures Angeli.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd in vno ordine nõ ſunt plures Angeli. Dictum eſt enim ſupra.* omnes Angelos inæquales eſſe ad inuicem, ſed vnius ordinis eſſe dicũtur, quæ ſunt æqualia: Ergo plures Angeli non ſunt vnius ordinis.

Locis ſuprà. 1. 2. indu. q. 47. a. 2. & q. 50. a. 4.

2 Præterea. Quod poteſt ſufficienter fieri per vnum, ſuperfluum eſt, quòd fiat per multa: ſed illud, quod pertinet ad vnum officium Angelicum, ſufficienter poteſt fieri per vnum Angelum, multò magis, quam per vnum Solẽ ſufficienter fit, quod pertinet ad officium Solis, quantò perfectior eſt Angelus cęleſti corpore. Si ergo ordines diſtinguuntur ſecundùm officia, vt dictum eſt, *ſuperfluum eſt, quòd ſint plures Angeli vnius ordinis.

Art. præc.

3 Præterea. Supra dictum eſt *quòd omnes Angeli ſunt inæquales. Si ergo plures Angeli ſint vnius ordinis, putà tres, vel quatuor, infimus ſuperioris ordinis magis conueniet cum ſupremo inferioris, quam cum ſupremo ſui ordinis. Et ſic videtur, quòd magis ſit vnius ordinis cum hoc, quàm cum illo. Non igitur ſunt plures Angeli vnius ordinis.

Locis in art. citat.

Sed contra eſt, quod Iſa. 6. dicitur, quòd Seraphim clamabant alter ad alterum. Sunt ergo plures Angeli in vno ordine Seraphim.

Reſpondeo Dicendum, quòd ille, qui perfectè cognoſcit res aliquas, poteſt vſque ad minima, & actus, & virtutes, & naturas earum diſtinguere. Qui autem cognoſcit eas imperfectè, non poteſt diſtinguere, niſi in vniuerſali, quæ quidem diſtinctio fit per pauciora. Sicut qui imperfectè cognoſcit res naturales, diſtinguit earum ordines in vniuerſali, ponens in vno ordine cęleſtia corpora in alio corpora inferiora inanimata, in alio plantas, in alio animalia. Qui autem perfectius cognoſceret res naturales, poſſet diſtinguere, & in ipſis corporibus cœleſtibus diuerſos ordines, & in ſingulis aliorum. Nos autem imperfectè Angelos cognoſcimus, & eorum officia, vt Dionyſ. dicit *6. cap. cœleſt. hierar. Vnde non poſſumus diſtinguere officia, & ordines Angelorum niſi in communi, ſecundùm quem modum multi Angeli ſub vno ordine continentur. Si autẽ perfectè cognoſceremus officia Angelorum, & eorũ diſtinctiones, perfectè ſciremus, quòd quilibet Angelus habet ſuũ proprium officiũ, & ſuum proprium ordinem in rebus, & multo magis quam quælibet ſtella, etſi nos lateat.

Ca. 6. cœl. hier. primum à pr.

Ad primum ergo dicendum, quòd omnes Angeli vnius ordinis, ſunt aliquo modo æquales quantum ad communem ſimilitudinem, ſecundùm quam conſtituuntur in ordine, ſed ſimpliciter non ſunt æquales. Vnde Diony. dicit* 10. cap. cœl. hierar. quod in vno, & eodem ordinę Angelorum, eſt accipere primos, medios, & vltimos.

Cap. 4: à me. & c. 10

Ad ſecundum dicendum, quòd illa ſpecialis diſtinctio ordinum, & officiorum, ſecundũ quam quilibet Angelus habet proprium officium, & ordinem, eſt nobis ignota.

Ad tertium dicẽdum, quòd, ſicut in ſuperficie, quæ partim eſt alba, & partim nigra, duæ partes, quæ ſunt in confinio albi, & nigri, magis conueniunt ſecundùm ſitum, quã aliæ duę partes albæ, minus tamen ſecundùm qualitatem: ita duo Angeli, qui ſunt in terminis duorum ordinum magis ſecum conueniunt ſecundùm propinquitatem naturæ, quàm vnus eorum cum aliquibus alijs ſui ordinis: minus autem ſecũdùm idoneitatem ad ſimilia officia: quæ quidem idoneitas vſque ad aliquem certum terminum protenditur.

Forma Textus.

Diſtinctione propoſita, duabus concluſionibus reſpõdetur quæſito. Diſtinctio eſt: Angelorum officia, & ordines dupliciter diſtingui poſſunt; vno modo in cõmuni, & imperfectè; alio modo in particulari, & perfectè. Probatur hæc diſtinctio: Ille, qui perfectè cognoſcit res aliquas, poteſt vſque ad minima, & actus, & virtutes, & naturas earum diſtinguere: qui autem cognoſcit eas imperfectè non poteſt diſtinguere, niſi in vniuerſali, quæ quidem diſtinctio fit per pauciora; ergo dupliciter diſtingui poſſunt officia, & ordines Angelorum: vno ſcilicet modo perfectè, & in ſpeciali ab eo; qui cognitionem habet eorum perfectam; alio modo in communi, & imperfectè ab eo, qui cognitionem eorum habet imperfectam.

Antecedens probatur exemplo cognoſcentium res naturales: nam, qui eas imperfectè cognoſcit, diſtinguit earum ordines in vniuerſali, ponens in vno ordine cæleſtia corpora, in alio corpore inferiora, in alio plantas, in alio animalia. Qui autem perfectè cognoſceret res naturales, poſſet diſtinguere, & in ipſis corporibus cæleſtib. diuerſos ordines, & in ſingulis aliorum.

Prima concluſio: Multi Angeli ſub vno ordine nobis noto continentur. Probatur. Nos non poſſumus diſtinguere officia, & ordines Angelorum, niſi in communi: at ſecundùm hunc modum multi Angeli ſub vno ordine continentur: ergo multi Angeli ſub vno ordine nobis noto continentur. Probatur antecedens; quia nos imperfectè Angelos cognoſcimus, & eorum officia, vt Dionyſ. dicit 6. cap. cæleſt. Hierarch.

Secunda concluſio: Si perfectè cognoſceremus officia Angelorum, & eorum perfectiones, perfectè ſciremus, quod quilibet Angelus habet ſuum proprium officium in rebus. Probatur: Quia qualibet ſtella ſuũ hẽt propriũ effe-

effectum, ergo multò magis quilibet Angelus, etſi nos lateat ob ſupradictam cauſam.

Expoſitio Textus.

MVlta ſunt diuinarum ſcripturarum loca primæ concluſionis veritatem manifeſtè ſignificantia. Primus locus eſt illud Iſaiæ 6. *Seraphim clamabant alter ad alterum*. Conſtat autem Seraphim ordinem eſſe primæ Hierarchiæ ſupremũ; igitur in eo ſunt plures Angeli. Et infra; *Volauit ad me vnus de Seraphim*. Qua loquendi forma multitudo ſignificatur, aut ſupponitur Angelorum in illo ordine. Secundus eſt Ezech. cap. 10. vbi ſæpè repetitur nomen Cherubim pluraliter dictum ſufficiet autem nobis hoc vnum protuliſſe: *Et extendit Cherub manum de medio Cherubim ad ignem, qui erat inter Cherubim*: Tertius eſt in Epiſt. ad Coloſſ. cap. 1. *Siue, Throni, ſiue Dominationes, ſiue Principatus, ſiue Poteſtates*. Certum eſt autem quatuor his nominibus quatuor Angelorum ordines ſignificari, qui cum plurali numero ſinguli proferantur, plures ẽt Angelos ſinguli continere denotantur. Sed plurib. alijs eiuſdem diuinæ Scripturæ locis omiſsis, veritatem hanc irrefragabili confirmemus Eccleſiæ teſtimonio, quæ in diuerſis Miſſæ præfationibus ſingulorum Angelorum ordines pluralibus recenſet nominibus. His adde doctrinã de numero Angelorum ſupra, quæſt. 50. art. 4. Vbi S. D. affirmat, quantò aliqua incorporea ſunt magis perfecta, tãto in maiori exceſſu ſecundum multitudinem fuiſſe creata; igitur, quo ſuperiores, ac perfectiores fuerint ordines Angelorum, eo cæteros magis excedent in multitudine, ſicut etiam inferiores, quia ſua perfectione corpoream omnem tranſcendunt creaturam, ideò incomparabiliter eam excedunt ſecundum multitudinem.

Iſa. 6.

Ezech. 10.

Coloſ. 1.

Eccleſia.

S. Thom.

Dubitatio

De conuenientia duorum Angelorum exiſtentium in terminis duorum ordinum.

CIrca reſponſionem ad tertium, qua S. D. affirmat, duos Angelos, qui ſunt ĩ terminis duorum ordinum magis ſecum conuenire ſecundùm propinquitatem naturæ, quàm vnus eorum cum aliquibus alijs ſui ordinis, minus autem ſecundũ idoneitatem ad ſimilia officia, quæ quidem idoneitas vſque ad certum terminum protenditur; dubitationem mouet Zumellus, eo quod non videatur hæc reſponſio poſſe conſiſtere cum doctrina ipſius D. Thomæ, & vniuerſorum Theologorum aſſerentium, Angelis collata fuiſſe gratuita iuxta mẽſuram naturalium; ergò, ſi duo Angeli vnius ordinis, puta ſupremus, & infimus magis diſtant in natura, magis etiam diſtare debent in idoneitate ad officia, & miniſteria gratiæ exequenda: & ſi duo Angeli extremi diuerſorum ordinum magis conueniunt in natura, magis conuenire debent in idoneitate ad officia, & miniſteria gratiæ. Huic autẽ argumento reſpondet dicens, Angelos vnius ordinis conuenire in vna natura generica, ratione cuius dicuntur conuenire magis in idoneitate ad officia, & miniſteria: cæterum Angeli diuerſorum ordinum in illa non conueniunt. Hæc Zumellus.

Zum. ſol.

Verùm hæc reſponſio nedum non tollit, ſed ẽt auget difficultatem; ſi namq; duo Angeli extremi diuerſorum ordinum inter ſe genere differunt, cõuenit autem quilibet eorum in genere cum alijs eiuſdem ordinis, non magis, ſed minus conueniunt inter ſe propinquitate naturæ, quàm quilibet eorũ cum alijs eiuſdem ordinis.

cõfutatio.

Videtur ergo dicendum primò, in Angelorum natura plures poſſe rationes pluribus communes conſiderari, ex quibus tamẽ quædam ſunt magis, & quædam minus communes: illæ nimirum, quæ proximiores ſunt vltimæ differentiæ conſtitutiuę. Secundò dicendum eſt, idoneitatem ad tale, vel tale officium, ſeu miniſterium in Angelis attendi, non ſecundum eorum vltimam differentiam, (ſic enim iuxta numerum Angelorum conſtituendus eſſet numerus ordinum,) ſed ſecundum alias differentias, ſeu rationes formales pluribus Angelis communes. Exempli gratia; conueniunt omnes Archangeli in vna communi ratione formali, ſeu differentia ſuæ naturæ nobiliori quolibet Angelorum infimi ordinis gradu, ſecundum quam ab Angelis ad inferiorem ordinem pertinentibus diſtinguuntur: & ſecundùm hanc communem rationem formalem ſeu differentiam, ſecundùm quam quilibet Archangelus cuiuslibet excedit Angeli gradum ad infimum ordinem pertinentis, attenditur idoneitas in Archangelis ad propria eorum officia, & miniſteria. Et quoniam ratio illa formalis, ſeu differentia determinatam quandam habet latitudinem, ita vt vltra certum Angelorum numerum, & gradum non extendatur, ideò etiam idoneitas illam conſequens eiſdem omninò limitibus continetur. Huic verò conuenientiæ non repugnat infimum in ordine Archangelorum *magis ſecundùm* naturæ propinquitatem *conuenire cum* eo Angelo, qui in vltimo Angelorum ordine ſuprem* eſt: hæc enim conuenientia non attenditur ſecundùm eam differentiam, ſeu rationem formalem, ſecundùm quam conuenit Angelis idoneitas ad officia, ſed ſecundum differentias vltimas conſtitutiuas, ſecundum quas in dictis duobus Angelis conſtituuntur ſpecifici gradus naturæ immediatè ſe conſequẽtes, adeò vt inter ſuprenum illum infimi ordinis Angelum, & inter infimum Archangelum nullus ſit medius Angelicæ naturæ gradus, qui ſit altior Angelo, & inferior Archangelo: & ideò dicuntur magis inter ſe conuenire ſecundùm naturæ propinquitatem.

Vera ſolutio.

A

B

C

D

E

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrum diſtinctio hierarchiarum, & ordinum ſit à natura in Angelis.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd diſtinctio hierarchiarum, & ordinum non ſit à natura in Angelis. Hierarchia enim dicitur ſacer principatus. Et in definitione eius Dion.* ponit, quòd deiformę,

531 2. d. 9. q. 2.

formæ quantum possibile est, similata sed sanctitas, & deiformitas est; in Angelis per gratiã, non per naturam. Ergo distinctio hierarchiarum, & ordinum in Angelis est per gratiã, non per naturam.

ca.1. eccl hier circa medium.

2 Præterea. Seraphim dicuntur ardentes vel incendentes, vt Dionys. dicit 7. cap. cœlest. hierar. hoc autem videtur ad charitatem pertinere, quæ non est a natura, sed à gratia. Diffunditur enim in cordibus nostris per spiritũ Sanctum, qui datus est nobis, vt dicitur ad Roman. 5. Quod non solum ad sanctos homines pertinet, sed etiam de sanctis Angelis dici potest, vt Aug. dicit 12. de ciuit. Dei. Ergo ordines in Angelis non sunt à natura, sed à gratia.

Ca.7. circa prin

Lib.12 c.9. to.5.

3 Præterea. Hierarchia ecclesiastica exemplatur à cœlesti: sed ordines in hominibus non sunt per naturam, sed per donum gratiæ. Non enim est à natura, quod vnus est, episcopus, & alius est sacerdos, & alios diaconus. Ergo neq; in Angelis sunt ordines à natura, sed à gratia tantum.

Sed contra est, quod Magister dicit* 9. di. secundi sent. quod ordo Angelorum dicitur multitudo cœlestium spirituum, qui inter se aliquo munere gratiæ similantur, sicut, & naturalium datorum participatione conueniũt. Distinctio ergo ordinũ in Angelis est non solum secundum dona gratuita, sed etiam secundum dona naturalia.

Parag.1.

Respondeo. Dicendum, quòd ordo gubernationis, qui est ordo multitudinis sub principatu existentis, attenditur per respectum ad finem. Finis autem Angelorum potest accipi dupliciter. Vno modo secundùm facultatem suæ naturæ, vt scilicet cognoscant, & ament Deũ naturali cognitione, & amore: & secundùm respectum ad hunc finem distinguuntur ordines Angelorum secundùm naturalia dona. Alio modo potest accipi finis Angelicæ multitudinis supra naturalem facultatem eorum, qui consistit in visione diuinæ essentiæ, & in immobili fruitione bonitatis ipsius: ad quem finem pertingere non possunt, nisi per gratiam. Vnde secundùm respectum ad hunc finem ordines distinguuntur in Angelis: completiuè quidem secundùm dona gratuita, dispositiuè autem secundùm dona naturalia: quia Angelis data sunt dona gratuita secundùm capacitatem naturalium, quod non est in hominib. vt supra dictum est. Vnde in hominibus distinguuntur ordines, secundum dona gratuita tantum, & non secundùm naturam. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

q 62. ar. 6.

A

B

C

D

Forma Textus.

VNa distinctione, & duabus conclusionibus cum vno corollario satisfit quæsito. Distinctio est: In Angelis dupliciter fieri potest ordinum distinctio; vno modo per respectum ad finem supernaturalem. Probatur hæc distinctio: Ordo gubernationis, qui est ordo multitudinis sub principe existentis, attenditur per respectum ad finem: at finis Angelorum potest accipi dupliciter; vno modo secundùm facultatem suæ naturæ, vt scilicet cognoscant, & ament Deum naturali cognitione, & amore; alio modo potest accipi finis Angelicæ multitudinis supra naturalem facultatem eorum, qui consistit in visione diuinæ essentiæ, & in immobili fruitione bonitatis ipsius, ad quem finem pertingere non possunt, nisi per gratiam; ergo in Angelis dupliciter fieri potest ordinum distinctio, &c.

Prima conclusio: Per respectum ad finem naturalẽ distinguuntur ordines Angelorum secundùm naturalia dona. Hæc relinquitur, ex eisdem ex supra notata distinctione.

Secunda conclusio: Per respectum ad finem supernaturalem ordines distinguuntur in Angelis, completiuè quidem secundùm dona gratuita, dispositiuè autem secundùm dona naturalia.

Probatur: Quia Angelis data sunt dona gratuita secundùm capacitatem naturalium.

Corollarium: In hominibus distinguuntur ordines secundùm dona gratuita tantum, & non secundùm naturam.

Probatur: Quia hominibus non sunt data gratuita secundùm capacitatem naturalium, sicut Angelis.

Expositio Textus.

VIdenda sunt omninò, quæ de hac materia scribit Sanctus Doctor in secundo sententiarũ, distinctione nona, quæstione prima, articulo septimo, vbi totam huius articuli doctrinam explicat eleganter simul cum ordinis definitione, quam tradit Magister in eadem distinctione, dicens, ordinem esse multitudinem cœlestium spirituum, qui conueniunt in naturalibus datis, & in munegibus gratiæ. Videtiam, quæ scribit Bannes in explicationem huius articuli circa principiũ sui commentarij.

S. Thom. Ordinis definitio.

Bannes.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrum ordines Angelorum conuenienter nominentur.

533 s.d.9.ar.4 & 3. cõtra cap.10.



ID quintum sic proceditur. Videtur, quòd ordines Angelorũ non conuenienter nominentur. Omnes enim cœlestes spiritus dicuntur, & Angeli, & Virtutes, & potestates cœlestes: sed nomina communia inconuenienter aliquibus appropriantur. Ergo inconuenienter nominatur vnus ordo Angelorum, & alius Virtutum.

1 Præterea. Esse dominum, est proprium Dei,

Dei, ſecundum illud Pſal. 99. Scitote quoniã Dominus ipſe eſt Deus: Ergo inconuenienter vnus ordo cœleſtium ſpirituum Dominationes vocantur.

3 Præterea. Nomen dominationis ad gubernationem pertinere videtur: ſimiliter autẽ & nomen principatuum, & poteſtatum. Inconuenienter ergo tribus ordinibus hæc tria nomina imponuntur.

4 Præterea. Archangeli dicuntur quaſi principes Angeli. Non ergo hoc nomen debet imponi alij ordini, quàm ordini principatuum.

5 Præterea. Nomen Seraphim imponitur ab ardore, qui ad charitatem pertinet: nomen autem Cherubim imponitur à ſcientia: charitas autem & ſcientia ſunt dona cõmunia omnibus Angelis. Non ergo debent eſſe nomina ſpecialium ordinum.

6 Præterea. Throni dicuntur ſedes: ſed ex hoc ipſo Deus in creatura rationali ſedere dicitur, quòd ipſum cognoſcit, & amat. Non ergo debet eſſe alius ordo Thronorum ab ordine Cherubim, & Seraphim. Sic igitur videtur, quòd inconuenienter ordines Angelorum nominentur.

Sed contra eſt authoritas ſacræ Scripturæ, quæ ſic eos nominat. Nomen enim Seraphim ponitur Iſai. ſexto. Nomen Cherubim Ezech. 1. Nomen Thronorum Col. 1. Dominationes autem, & Virtutes, & Poteſtates, & Principatus ponuntur Eph. 1. Nomen autem Archangeli ponitur in canonica Iudæ. Nomina autem Angelorum in pluribus Scripturæ locis.

Reſpondeo. Dicendum, quòd in nominatione Angelicorum ordinum conſiderare oportet, quòd propria nomina ſingulorum ordinum proprietates eorum deſignant, vt Dionyſ. dicit* 7. cap. cœleſt. hierarch. Ad videndũ autem, quæ ſit proprietas cuiuslibet ordinis, conſiderare oportet, quòd in rebus ordinatis, tripliciter aliquid eſſe contingit, ſcilicet per proprietatem, per exceſſum, & per participationem. Per proprietatem autem dicitur eſſe aliquid in re aliqua, quod adæquatur, & propriatur naturæ ipſius. Per exceſſum autẽ, quando illud, quod attribuitur alicui, eſt minus, quàm res cui attribuitur: ſed tamen conuenit illi rei per quendam exceſſum, ſicut dicitur eſſe* de omnibus nominibus, quæ attribuuntur Deo. Per participationem autẽ, quando illud, quod attribuitur alicui, non plenariè inuenitur in eo, ſed deficienter: ſicut ſancti homines participatiuè dicuntur dij. Si ergo aliquid nominari debeat ratione deſignãte proprietatem ipſius, non debet nominari ab eo, quòd imperfectè participat, nec ab eo, quòd excederet habet, ſed ab eo, quòd eſt ſibi quaſi cõquatum. Sicut ſiquis velit propriè nominare hominem, dicet eum ſubſtantiam rationalem, nõ autem ſubſtantiam intellectualem, quòd eſt proprium nomẽ Angeli: quia ſimplex intelligentia conuenit Angelo per proprietatem, homini verò per participationem. Neque ſubſtantiam ſenſibilem, quod eſt nomen bruti proprium: quia ſenſus eſt minus, quàm id, quòd eſt proprium homini, & conuenit homini excedenter præ alijs animalibus. Sic igitur conſiderãdum eſt in ordinibus Angelorũ, quòd omnes ſpirituales perfectiones ſunt omnibus Angelis communes, & omnes abundantius exiſtunt in ſuperioribus, quàm in inferioribus. Sed, cum in ipſis etiam perfectionibus ſit quidam gradus, ſuperior perfectio attribuitur ſuperiori ordini per proprietatem, inferiori verò per participationem; è conuerſo autem inferior attribuitur inferiori per proprietatem, ſuperiori autem per exceſſum, & ita ſuperior ordo à ſuperiori perfectione nominatur. Sic igitur Dionyſ. exponit ordinum nomina ſecundùm conuenientiam ad ſpirituales perfectiones eorum. Greg.* verò in expoſitione horum nominum, magis attendere videtur exteriora miniſteria. Dicit enim quòd Angeli dicuntur, qui minima nunciant: Archangeli, qui ſumma: Virtutes, per quas miracula fiunt: Poteſtates, quibus aduerſæ poteſtates arcentur, vel repelluntur: Principatus, qui ipſis bonis ſpiritibus præſunt.

Ad primum ergo dicendum, quòd Angelus nuncius dicitur. Omnes ergo cœleſtes ſpiritus, inquantum ſunt manifeſtatores diuinorũ, Angeli vocantur. Sed ſuperiores Angeli habent quandam excellentiam in hac manifeſtatione, à qua ſuperiores eſt dicos nominatur. Infimus autem Angelorum ordo nullam excellentiam ſupra hominem manifeſtationem habet, & ideò à ſimplici manifeſtatione nomi̇natur. Et ſic nomen commune remanet infimo ordini, quaſi proprium, vt dicit Dionyſ.* 5. cap. cœleſt. hierarch. Vel poteſt dici, quòd infimus ordo ſpecialiter poteſt dici ordo Angelorum, quia immediatè nobis annunciant. Virtus autem dupliciter accipi poteſt. Vno modo communiter, ſecundum quod eſt medium inter eſſentiam, & operationem: & ſic omnes cœleſtes ſpiritus nominantur cœleſtes virtutes, ſicut, & cœleſtes eſſentiæ. Alio modo ſecundum, quod importat quendam exceſſum fortitudinis: & ſic eſt proprium nomen ordinis.

Vnde

Cap. 7. in princ.

q. 13. ar. 2.

Hom. 34. in euang.

Ex cap. 5. elicitur.

Cap. 8 inter prin. & medium.

Vnde Dion. dicit * 8. cap. cœl. hier. quòd nomen Virtutum significat quandam virilem, & inconcussam fortitudinem. Primò quidem ad omnes operationes diuinas eis conuenientes; secundò ad suscipiendum diuina. Et ita significat, quòd sine aliquo timore aggrediuntur diuina, quæ ad eos pertinent. quod videtur ad fortitudinem animi pertinere.

ca. 12 post medium.

Ad secundum dicendum, quòd, sicut dicit Dion.* 12. cap. de diu. no. Dominatio laudatur in Deo singulariter per quendam excessum: sed per participationem diuina eloquia vocant dominos principaliores ornatus, per quos interiores ex donis eius accipiunt. Vnde,

Ca 8. parū a prin.

& Dion.* dicit in 8. cap. cœl. hier. quod nomē Dominationum primo quidem significat quādam libertatem, quæ est à seruili conditione, & pedestri subiectione, sicut plebs subijcitur, & à tyrannica oppressione, quam interdum etiam maiores patiuntur. Secundò significat quandam rigidam, & inflexibilem gubernationem, quæ ad nullum seruilem actum inclinatur, neque ad aliquem actum subiectorum, vel oppressorum à tyrannis. Tertiò, significat appetitum, & participationem veri dominij, quod est in Deo. Et similiter nomen cuiuslibet ordinis significat participationem eius, quod est in Deo, sicut nomen virtutum significat participationem diuinę virtutis. Et sic de alijs.

Ad tertium dicendum, quòd nomen dominationis, & potestatis, & principatus diuersimodè ad gubernationem pertinet. Nam domini est solummodo præcipere de agendis. Et

Homil 34 in euang.

ideo Greg.* dicit, quod quædam Angelorum agmina, pro eo, quod eis cætera ad obediendum subiecta sunt, dominationes vocantur. Nomen verò potestatis, ordinationem quandam designat, secundum illud Apost. ad Ro. 13. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Et ideo Dion.* dicit, quod nomen potestatis, significat quandam ordinationem & circa susceptionem diuinorum, & circa actiones diuinas, quas superiores in inferiores agunt, eas sursum ducendo. Ad ordinem ergo potestatum pertinet ordinare, quæ a subditis sunt agenda. Principari verò, vt Gregor.* dicit, est inter reliquos priorem existere, quasi primi sint in executione eorum, quæ imperantur. Et

Ca. 8. cœl. hier. ante med.

Homil. 34 in euang. ante med.

Ca. 9. cir. prin.

ideo Dion. dicit * 9. cap. cœl. hierar. quod nomen principatuum significat ductiuum cum ordine sacro. Illi enim qui alios ducunt, primi inter eos existentes, principes propriè vocātur, secundum illud Psal. 67. Præuenerunt principes coniuncti psallentibus.

Ad quartum dicendum, quòd archangeli

A * secundum Dion.* medij sunt inter principatus, & Angelos. Medium autem comparatum vni extremo, videtur alterum, inquantum participat naturam vtriusque. Sicut tepidum respectu calidi, est frigidum: respectu verò frigidi, est calidum: Sic, & archangeli dicūtur, quasi principes Angeli: qui respectu Angelorū sunt principes, respectu verò principatuum sunt Angeli. Secundum Gregor.* autem dicuntur archangeli ex eo, quòd principantur soli ordini Angelorum, quasi magna nunciantes. Principatus autem dicuntur ex eo, quòd principātur omnibus cœlestibus virtutibus diuinas iussiones expientibus.

D. 161. Ca. 9. cœl. hier. non procul à prin

Homil 34 in euāg. ante med. illius.

B

Ad quintum dicendum, quod nomen Seraphim non imponitur tantum à charitate, sed à charitatis excessu, quem importat nomen ardoris, vel incendij. Vnde Dion.* 7. cap. cœl. hier. exponit nomen Seraphim secūdum proprietates ignis, in quo est excessus caliditatis. In igne autem tria possumus considerare. Primo quidem motū, qui est sursum, & qui est cōtinuus: per quod significatur, quod indeclinabiliter mouentur in Deum Secundò verò virtutem actiuam eius, quæ est calidum. Quod quidem non simpliciter inuenitur in igne, sed cum quadam acuitate: quia maximè est penetratiuus in agendo, & pertingit vsq; ad minima, & iterum cum quodam superexcedenti feruore. Et per hoc significatur actio huiusmodi Angelorum, quam in subditos potenter exercent, eos in sublimem feruorem excitantes, & totaliter eos per incendium purgantes. Tertiò consideratur in igne claritas eius. Et hoc significat, quod huiusmodi Angeli in seipsis habent inextinguibilem lucem, & quod alios perfectè illuminant. Similiter etiam nomen Cherubim imponitur à quodam excessu scientiæ: vnde interpretatur plenitudo scientiæ. Quod Dion.* exponit quantum ad quatuor. Primò quidem, quantum ad perfectam Dei visionem. Secundò, quantum ad plenam susceptionem diuini luminis. Tertiò, quantum ad hoc, quod in ipso Deo contemplantur pulchritudinem ordinis rerum à Deo deriuatam. Quartò, quantum ad hoc, quòd ipsi pleni existentes huiusmodi cognitione, eam copiosè in alios effundunt.

C

cap. 7. non remote à prin.

Ca. 7. cœl. hier. non procul à prin.

D

Ad sextum dicendum, quod ordo Thronorum habet excellentiam præ inferioribus ordinibus in hoc, quod immediatè in Deo rationes diuinorum operum cognoscere possunt. Sed Cherubim habent excellentiam scientiæ: Seraphim verò excellentiam ardoris. Et licèt in his duabus excellentijs includatur tertia, nō tamen in illa, quæ est Thronorum, includūtur

E

Digitized by Google

aliæ duæ: & ideò ordo Thronorum diſtinguitur ab ordine Cherubim, & Seraphim. Hoc.n. eſt commune in omnibus, quod excellentia inferioris continetur in excellẽtia ſuperioris, & non è conuerſo. Exponit autem Dion.* nomen Thronorum per conuenientiam ad materiales ſedes, in quibus eſt quatuor conſiderare. Primò quidem ſitum; quia ſuper terram ſedes eleuantur. Et ſic ipſi Angeli, qui Throni dicuntur, eleuantur vſq; ad hoc, quod in Deo immediatè rationes rerum cognoſcant. Secundò in materialibus ſedibus conſideratur firmitas: quia in ipſis aliquis firmiter ſedet, hic autem eſt è conuerſo: nam ipſi, & alij firmantur per Deum. Tertiò, quia ſedes ſuſcipit ſedentem, & in ea deferri poteſt. Sic, & ipſi Angeli ſuſcipiunt Deum in ſeipſis, & eum quodammodo ad inferiores ferunt. Quartò, ex figura: quia ſedes ex vna parte eſt aperta ad ſuſcipiẽdum ſedentẽ: ita, & iſti Angeli ſunt per promptitudinem aperti ad ſuſcipiendum Deum, & famulandum ipſi.

*Cod cap 7 cœl. hier.

Senſus quæſiti.

QVæ ſint Angelorum nomina, patet ex argumento: *ſed contra*, & ex alijs argumentis, & eorum reſponſionibus.

Forma Textus.

DIſtinguit primò S. D. deindè reſpõdet quæſito duabus Concluſionibus. Diſtinctio eſt: *In rebus ordinatis tripliciter aliquid eſſe contingit, ſcilicet per proprietatem, per exceſſum, & per participationem: Explicantur ſingula membra: Per proprietatem dicitur eſſe aliquid in re aliqua, quod adæquatur, & proportionatur naturæ ipſius. Per exceſſum autem, quando illud, quod attribuitur alicui, eſt minùs, quam res, cui attribuitur, ſed tamen conuenit illi rei per quendam exceſſum. Per participationem autem, quando illud, quod attribuitur alicui, non plenariè inuenitur in eo, ſed deficiẽter, ſicut ſancti homines participatiuè dicuntur dij.*

Prima concluſio: Nomina Angelorum accipienda ſunt ſecundum conuenientiam ad ſpirituales perfectiones, quæ illis attribuuntur, non per participationem, aut per exceſſum, ſed per proprietatem. Probatur primò Cõcluſio, quo ad id, quod affirmat explicitè, deindè quo ad id, quod implicat, vt ſuppoſitum, & demum confirmatur authoritate Dionyſij: Quo ad primum ſic probatur: Nomina ſingulorum ordinum proprietates eorum deſignant; ergo accipienda ſunt ſecundum conuenientiam ad ſpirituales perfectiones, quæ illis attribuuntur, non per participationem, &c. Antecedens probatur authoritate Dion. in cap. 7. cæleſtis Hierarchiæ. Conſequentia verò probatur; quia ſi aliquid nominari debeat nomine ſignificante proprietatem ipſius, non debet nominari ab eo, quod imperfectè participat, neq; ab eo, quod excedenter habet, ſed ab eo, quod eſt quaſi ſibi coequatum: Quod probatur exemplo volentis hominem pre-

A *priè nominare, vt patet in textu. Deindè probatur Concluſio, quo ad id, quod ſupponit, videlicet ſpirituales perfectiones tribus modis prædictis poſſe Angelis conuenire.*

Probatur autem ex duobus principijs: Alterum eſt; Omnes ſpirituales perfectiones ſunt Angelis communes, & omnes abundantius exiſtunt in ſuperioribus, quàm in inferioribus. Alterum eſt: In ipſis etiam perfectionibus ſunt quidam gradus.

Ex his enim duobus ſequitur, ſuperiorem perfectionem attribui ſuperiori ordini per quandam adæquationem, & proprietatem, inferiori verò per participationem: è conuerſo autem inferiorem attribui inferiori per
B *proprietatem, ſuperiori autem per exceſſum, & ità ſuperiorem ordinem à ſuperiori perfectione nominari.*

Poſtremò confirmatur concluſio authoritate Dionyſij exponentis ordinum nomina ſecundum conuenientiã ad ſpirituales perfectiones eorum.

Secunda concluſio: Nomina Angelorum accipi, vel exponi poſſunt ſecundum eorum exteriora miniſteria.

Probatur authoritate Gregorij Homilia 34. in Euangelia, vt patet in textu.

Expoſitio Textus.

C NOtandum eſt hic primò, Gregorium à Dionyſio non eſſe diſcordem; ſicut enim ſpiritualis perfectio, ſic & miniſterium alicui ordini conuenit, vt proprium, alteui per participationẽ, & alicui per exceſſum: & ideo rectè Caietanus affirmat, dictorum Sanctorum opiniones non eſſe contrarias ſed diſparatas. Caietanus

Secundò videnda ſunt, quæ ſcribit Ferrarienſis in 3. cont. gent. cap. 80. §. *circa diſtinctionem etiam ordinum*, &c. Vbi diuerſa D. Tho. dicta conciliat, quæ prima facie videntur oppoſita. Doctrinam illam, & conciliandi modum ſequitur Zumellus ſuper hoc articulo, qui forte etiam hanc materiam
D explicat accuratè. Ferrarien. Zumellus

Supremæ Hierarchiæ proprium eſſe rerum rationes in eſſentia diuina immediatè contemplari.

REprehendit Ramnes Ferrarienſem aſſerentem in dicto lib. 3. cap. 81. ſupremam Angelorũ Hierarchiam alias ea inferiores excedere, quia rerum rationes in eſſentia diuina contemplatur immediatè, cæteræ verò Hierarchiæ cognoſcunt eas rationes per ſpecies creatas. Quod dictum reprehendit Ramnes hoc argumento: Si propria ſupremæ Hierarchiæ perfectio ſumitur ex viſione beatifica, qua res videntur in eſſentia diuina, ſequitur
E primum ordinem primæ Hierarchiæ nõ eſſe Seraphim, ſed Cherubim nuncupandum, Ramn. arg. cõtra Ferr. cõclu.

Probatur illatio, quoniam in ſtatu beatifico cognitio lucis excedit amorem. Cui argumento reſponderetur primò, perfectionem ſupremæ Hierarchiæ propriam, & tribus eius ordinibus communem eſſe videre rationes diuinorum operum immediatè in diuina eſſentia, ſupra quam eminentem perfectionem aliquid excellentius conuenit ordini illius Hierarchiæ ſupremo. Id verò eſt ex-

cel-

cellentior quædam viſio, & charitatis feruor intenſus. Secundò dico, falſam eſſe argumenti conſequentiam. Ad cuius probationem dico primò, Seraphim pleniorem habere cognitionem, & amorem, quàm Cherubim: & licet in Patria cognitio ſit amore nobilior, clauditur tamen quodammodo in amore notitia, vt eius radix, & cauſa: & præterea amor eſt beatitudinis complementum, & ideò charitatis, ſiue amoris exceſſus aſſignarur ſupremo primæ Hierarchiæ ordini, vt eius proprietas nobiliſſima, qua diſtinguatur à cæteris.

Secundò dico, nomen Seraphim impoſitum fuiſſe ab ardore, vt hìc affirmat S. D. in argumento quinto, & eius reſponſione, & ideo Dionyſius exponit nomen Seraphim ſecundum proprietatem ignis, in quo eſt exceſſus caliditatis In igne verò (ait Sanctus Doctor) tria poſſumus conſiderare, ſcilicet motum ſurſum, virtutem actiuam, & claritatem: In primò ſignificatur motus feruentis charitatis in Deum, in ſecundo exercitatio ſubditorum in feruentes actus amoris, in tertio lux intellectualis inextinguibilis, qua cæteros perfectè illuminant. Nomen itaque Seraphim non ſolùm amorem, & eius effectus, ſed etiam cognitionem ſignificat excellentem, & ideo argumentum ex amoris, & cognitionis comparatione deſumptum nullius eſt valoris; ſupponit enim nomen Seraphim à ſolo Charitatis exceſſu nominari, quod ex doctrina Dionyſij, & Sancti Thomæ falſum eſſe probauimus.

Quod autem ordines omnes primæ Hierarchię in hoc omnes alios excedant, quod diuinorum operum rationes immediatè vident in eſſentia Dei, cæteri verò eas cognoſcunt per creatas ſpecies, patet ex modo loquendi D. Thom. varijs in locis.

8. Thom.

Primus locus eſt in hoc articulo in reſponſione ad ſextum, ubi ſic loquitur: *Ordo Thronorum habet excellentiam præ inferioribus ordinibus in hoc, quod immediatè in Deo rationes diuinorum operum cognoſcere poſſunt, ſed Cherubim habent excellentiam ſcientiæ, Seraphim verò excellentiam ardoris: & licèt in his duabus excellentijs includatur tertia, non tamen in illa, quæ eſt Thronorum, includuntur aliæ duæ.* Hæc ibi. Tres igitur ordines ſupremæ Hierarchiæ diuinorum operum rationes immediate uident in eſſentia diuina.

Secundus locus eſt in articulo ſequenti, Vbi ſic ait: *Throni eleuanter ad hoc, quòd Deum familiariter in ſeipſis recipiunt, ſecundum quod rationes rerum in ipſo immediatè cognoſcere poſſunt, quod eſt proprium totius primæ Hierarchiæ.*

Tertius locus eſt in tertio contra Gentiles, cap. 80. cuius uerba ſunt: *Sicut ergo inter illos intellectus, qui immediatè in ipſo Deo perfectam cognitionem prouidentiæ diuinæ percipiunt, eſt quidam ordo, quia ſupremi, & primi ordinis prouidentiæ rationem accipiũt in ipſo vltimo fine, qui eſt diuina bonitas, quidam tamen eorum alijs clariùs, & iſti dicuntur Seraphim, &c.* Alia eiuſdem S. D. dicta prætermitto, quoniam hæc ueluti clariſſima propoſitæ ueritati ſolidam, & inconcuſſam afferunt firmitatem.

ARTICVLVS VI.

Vtrum conuenienter gradus ordinum aſſignentur.

AD ſextum ſic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter gradus ordinum aſſignentur. Ordo enim prælatorum videtur eſſe ſupremus: ſed Dominationes, Principatus, & Poteſtates, ex ipſis nominibus prælationem quandam habent: Ergo iſti ordines debent eſſe inter omnes ſupremi. 534 1. dis. 9. ar. 1.

2 Præterea. Quantò aliquis ordo eſt Deo propinquior, tãto eſt ſuperior: ſed ordo Thronorum videtur eſſe Deo propinquiſſimus, nihil enim coniungitur propinquius ſedenti, quàm ſua ſedes: Ergo ordo Thronorum eſt altiſſimus.

3 Præterea. Scientia eſt prior, quàm amor, & intellectus videtur eſſe altior, quàm voluntas: Ergo, & ordo Cherubim videtur eſſe altior, quàm ordo Seraphim. chry. ho. 5 de incõp. dini. nat.

4 Præterea. Greg.* ponit Principatus ſuper Poteſtates. Non ergo collocantur immediatè ſuper Archangelos, vt Dionyſ.* dicit. Hom 34 euangel.

Sed contra eſt, quòd Dion. ponit * in prima quidem hierarchia Seraphim, vt primos, Cherubim, vt medios, Thronos, vt vltimos. In media verò Dominationes, vt primos, Virtutes, vt medios, Poteſtates, vt vltimos. In vltima Principatus, vt primos, Archangelos, vt medios, Angelos, vt vltimos. cap. 9. cęl. hier. circa prin cap. 6 & 7. cęleſ. hierarc. & 8. & 9.

Reſpondeo. Dicendum, quòd gradus Angelicorum ordinum aſſignãt, & Gregor.* & Dionyſ. quantum ad alia quidem conuenienter, ſed quantum ad principatus, & virtutes differenter. Nam Dion. collocat virtutes ſub dominationibus, & ſupra poteſtates: principatus autem ſub poteſtatibus, & ſupra Archangelos. Greg. autem ponit principatus in medio dominationum, & poteſtatum: virtutes verò in medio poteſtatum, & Archangelorum. Et vtraq; aſſignatio fulcimentum habere poteſt ex authoritate Apoſtoli, qui medios ordines aſcendendo enumerans, dicit Epheſ. 1. quòd Deus inſtituit illum. ſ. Chriſtum ad dexteram ſuam in cœleſtibus ſupra omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem. Vbi virtutem ponit inter poteſtatem, & dominationem, ſecundum aſſignationem Dion. Sed ad Col. 1. enumerans eoſdem ordines, deſcendendo dicit: Siuè throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates, omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt. Vbi principatus ponit medios inter dominationes, & poteſtates, ſecundum aſſignationem Greg. Primò igitur videamus rationem aſſignationis Diony. in Greg. homil. 34. in euãg. Dionyſ. cap 7. 8 & 9 cęl. hierar.

Art. 1. huius q.

qua conſiderandũ eſt, ꝙ ſicut ſupra dictũ eſt,* prima hierarchia accipit rationes rerũ in ipſo Deo: ſecunda verò in cauſis vniuerſalibus, tertia verò ſecundum determinationem ad ſpeciales effectus. Et quia Deus eſt finis non ſolum Angelicorum miniſteriorum, ſed etiam totius creaturæ, ad primam hierarchiam pertinet conſideratio finis: ad mediam verò diſpoſitio vniuerſalis de agendis: ad vltimam autem applicatio diſpoſitionis ad effectum, quæ eſt operis executio: hæc enim tria manifeſtum eſt in qualibet operatione inueniri. Et ideo

Locis in prin corp. citatis.

Dion. ex nominibus ordinum proprietates illorum conſiderans, illos ordines in prima hierarchia poſuit, quorum nomina imponuntur per reſpectum ad Deum, ſcilicet Seraphim, & Cherubim, & Thronos. Illos verò ordines poſuit in media hierarchia, quorum nomina deſignant communem quãdam gubernationem, ſiue diſpoſitionem in Dominationes, Virtutes, & Poteſtates. Illos verò ordines poſuit in tertia hierarchia, quorum nomina deſignant operis executionem, ſ. Principatus, Angelos, & Archangelos. In reſpectu autem ad finem tria conſiderari poſſunt. Nam primò aliquis conſiderat finem; ſecũdò verò perfectam finis cognitionem accipit: tertiò verò intentionem ſuam in ipſo defigit, quorum ſecundum ex additione ſe habet ad primum, & tertium ad vtrumq;. Et quia Deus eſt finis creaturarum, ſicut dux eſt finis exercitus, vt dicitur in * 12. Metaph. poteſt aliquid ſimile huius ordinis cõſiderari in rebus humanis. Nam quidam ſunt, qui hoc habent dignitatis, vt per ſeipſos familiariter accedere poſſint ad regem, vel ducem: quidam verò ſuper hoc habent, vt etiam ſecreta eius cognoſcant: alij verò inſuper circa ipſũ ſemper inhærent, quaſi ei coniuncti: & ſecundum hanc ſimilitudinem accipere poſſumus diſpoſitionem in ordinibus primæ hierarchię. Nam Throni eleuantur ad hoc, ꝙ Deum familiariter in ſeipſis recipiant, ſecundum quod rationes rerum in ipſo immediatè cognoſcere poſſunt: quod eſt proprium totius primæ hierarchiæ. Cherubim verò ſupereminenter diuina ſecreta cognoſcunt: Seraphim verò excellunt in hoc, quod eſt omniũ ſupremũ, ſ. Deo ipſi vniri. Vt ſic ab eo, quòd eſt commune toti hierarchię, denominetur ordo Thronorum: ſicut ab eò, quod eſt cõmune omnibus cœleſtib. ſpiritibus, denominatur ordo Angelorum. Ad gubernationis autem rationem tria pertinent, quorum primum eſt, diſtinctio eorũm, quę agẽda ſunt: quod eſt proprium Dominationum. Secundum autem eſt præbere facultatem ad implendum: quod pertinet ad Virtutes. Tertium autem eſt ordinare qualiter ea, quæ præcepta, vel definita ſunt, impleri poſſint, vt aliqui exequantur: & hoc pertinet ad Poteſtates. Executio autem Angelicorum miniſteriorum conſiſtit in annunciando diuina: in executione autem cuiuſlibet actus ſunt quidam quaſi incipientes actionem, & alios ducentes: ſicut in cantu præcentores, & in bello illi, qui alios ducunt, & dirigunt: & hoc pertinet ad Principatus. Alij vero ſunt, qui ſimpliciter exequuntur: & hoc pertinet ad Angelos. Alij vero medio modo ſe habent: quod ad Archangelos pertinet, vt ſupra dictum eſt. * Inuenitur autẽ congrua hæc ordinum aſsignatio. Nam ſemper ſummum inferioris ordinis affinitatem habet cum vltimo ſuperioris: ſicut infima animalia parum diſtant à plantis. Primus autem ordo eſt diuinarum perſonarum, qui terminatur ad Spiritum ſanctũ, qui eſt amor procedens, cũ quo affinitatem habet ſupremus ordo primæ hierarchiæ ab incendio amoris denominatus. Infimus autem ordo primæ hierarchiæ eſt Thronorum, qui ex ſuo ordine habent quandam affinitatem cum dominationib. Nã Throni dicuntur ſecundum Greg. * per quos Deus ſua iudicia exercet: accipiunt. n. diuinas illuminationes per conuenientiam ad immediatè illuminandum ſecundam hierarchiam, ad quã pertinet diſpoſitio diuinorum miniſteriorum. Ordo verò Poteſtatum affinitatem habet cum ordine Principatuum: nam, cum Poteſtatum ſit ordinem ſubiectis imponere, hæc ordinatio ſtatim in nomine Principatuum deſignatur, qui ſunt primi in executione diuinorum miniſteriorum, vt potè præſidentes gubernationi gentium, & regnorum, quod eſt primum principium in diuinis miniſterijs. Nam bonum gentis eſt diuinius, quàm bonum vnius hominis: vnde dicitur Dan. 11. Princeps regni Perſarũ reſtitit mihi. Diſpoſitio etiam ordinum, quam Greg. * ponit, congruitatem habet: Nam, cum dominationes ſint deferentes, & præcipientes ea, quæ ad diuina miniſteria pertinent, ordines eis ſubiecti diſponuntur ſecundum diſpoſitionem eorũ, in quos diuina miniſteria exercentur. Vt autem Aug. dicit in * 3. de Trin. Corpora quodam ordine reguntur, inferiora per ſuperiora, & omnia per ſpiritualem creaturam, & ſpiritus malus per ſpiritum bonum. Primus ergo ordo poſt Dominationes dicitur Principatuum, qui etiam bonis ſpiritibus principantur. Deindè Poteſtates, per quas arcentur mali ſpiritus: ſicut per poteſtates terrenas arcentur malefactores, vt habetur Rom. 13. Poſt quas ſunt Virtutes, quæ habent poteſtatem ſuper corporalem naturã in opera-

Art. præc. ad 4.

Bed. hom. 14. in euã.

Bed. hom. 14.

Lib. 3 de trin. cap. 4 co. 3.

Digitized by Google

operatione miraculorum. Poſt quas ſunt Angeli,& Archangeli,qui nunciant hominibus, vel magna,quæ ſunt ſupra rationem: vel parua,ad quæ ratio ſe extendere poteſt.

Ad primum ergo dicendum,quòd in Angelis potius eſt,quòd ſubijciuntur Deo, quàm,q inferioribus præſident: & hoc deriuatur ex illo.E ideo ordines nominati à prælatione non ſunt ſupremi, ſed magis ordines nominati à conuerſione ad Deum.

Ad ſecundum dicendum,quòd illa propinquitas ad Deũ,quæ deſignatur nomine Thronorum, conuenit etiam Cherubim, & Seraphim,& excellentius,vt dictum eſt.

Incer.an. Ad tertium dicẽdum,quòd, ſicut ſupra dictum eſt,*Cognitio eſt, ſecundũ, quod cognita ſunt in cognoſcente: amor autem, ſecũdum quod amans vnitur rei amatæ. Superiora autẽ nobiliori modo ſunt in ſeipſis, quàm in inferioribus:inferiora verò nobiliori modo in ſuperioribus,quàm in ſeipſis.Et ideo inferiorũ, quidem cognitio præeminet dilectioni: ſuperiorum autem dilectio,& præcipuè Dei, præeminet cognitioni.

q.39.ar.3. 198 316

Ad quartum dicendum,quòd ſiquis diligẽter conſideret diſpoſitiones ordinum ſecundũ Dion.& Gregor.*parum,vel nihil differunt,ſi ad rem referantur. Exponit enim Greg. Principatuum nomen ex hoc, quòd bonis ſpiritib. præſunt:& hoc conuenit Virtutibus, ſecundũ quòd in nomine virtutum intelligitur quædã fortitudo dans efficaciam inferioribus ſpiritibus ad exequenda diuina miniſtera. Rurſus virtutes,ſecũdùm Greg. videtur eſſe idem, q principatus ſecũdùm Diony. Nam hoc eſt primum in diuinis miniſterijs, miracula facere. Per hoc enim paratur via annunciationi Archangelorum,& Angelorum. 409

Locis ante citatis.

Senſus quæſiti.

DE conuenientia graduationis,ſeu ordinationis ipſorum ordinum ſecundùm prius,& poſterius quæſtio eſt,quæ mota videtur propter diuerſum loquendi modum Sanctorum Dionyſij,& Gregorij,vt patet in textu.

Forma Textus.

RElatis opinionibus ſanctorum Gregorij,& Dionyſij, tribus concluſionibus reſpondetur quæſito. In aſſignandis itaque gradibus Angelicorum ordinum, quantum ad alia quidem conueniũt Gregorius,& Dionyſius;ſed quantum ad Principatus, & Virtutes differunt;quia Dionyſius collocat Virtutes ſub Dominationibus,& ſupra Poteſtates, Principatus autem ſub Poteſtatibus,& ſupra Archangelos; Gregorius autem ponit Principatus in medio Dominationum, & Poteſtatum, Virtutes verò in medio Poteſtatum, & Archangelorum.

A

Prima concluſio: Vtraque aſſignatio fulcimentum habere poteſt ex authoritate Apoſtoli. Probatur primò quo ad aſſignationem Dionyſij ex Epiſtola ad Epheſ. 1. capitulo. Vbi medios ordines aſcendendo enumerans Apoſtolus ait, Deum inſtituiſſe Chriſtum ad dexteram ſuam in Cœleſtibus ſupra omnem Principatum, & Poteſtatem,& Virtutem,& Dominationem; Vbi Virtutẽ ponit inter Poteſtatem,& Dominationem, ſecundùm aſſignationem Dionyſij.

Deindè probatur concluſio,quo ad aſſignationẽ Gregorij ex eodem Apoſtolo ad Coloſ. 2. vbi enumerans eoſdem ordines deſcendendo dicit: Siue Throni, ſiue Dominationes,ſiue Principatus,ſiue Poteſtates,omnia per ipſum,&c. Vbi Principatus ponit inter Dominationes, & Poteſtates ſecundùm aſſignationem Gregorij.

B

Secunda concluſio: Diſpoſitio ordinum, quam aſſignat Dionyſius,eſt conueniens. Probatur primò,quo ad diſtinctionem ordinum in tres Hierarchias factã à Dionyſio: Qui ex nominibus ordinum proprietates illorum conſiderans illos ordines in prima Hierarchia poſuit, quorum nomina imponuntur per reſpectum ad Deum, ſcilicet,Seraphim,Cherubim,& Thronos: illos verò ordines poſuit in media Hierarchia,quorum nomina deſignant communem quandam gubernationem, & diſpoſitionem,ſcilicet, Dominationes,Virtutes,& Poteſtates: illos verò ordines poſuit in tertia Hierarchia, quorum nomina deſignant operis executionem.

C

Probatur igitur hæc concluſio, quo ad hanc partem ſic explicatam: Quia ad primam Hierarchiam pertinet conſideratio finis,ad mediam verò diſpoſitio vniuerſalis de agendis,ad vltimam autem applicatio diſpoſitionis ad effectum,quæ eſt operis executio; ergo conueniẽs eſt dicta diſpoſitio ordinum per Hierarchias. Conſequentia probatur;quia manifeſtum eſt,hæc tria in qualibet operatione inueniri.

Antecedens verò probatur; quia, ſicut ſupradictum eſt, prima Hierarchia accipit rationes rerum in ipſo Deo,ſecunda verò in cauſis vniuerſalibus, tertia ſecundùm determinationem ad ſpeciales effectus; ergo ad primam Hierarchiam pertinet conſideratio finis, ad mediã verò,&c. Conſequentia quo ad primam partem probatur; quia Deus eſt finis,non ſolum Angelicorum miniſteriorum ſed etiam totius Creaturæ.

D

Secundò probatur eadem ſecunda concluſio oſtendendo congruitatem diſpoſitionis ſingulorum ordinum in ſingulis Hierarchijs: & primò quo ad ordines primæ Hierarchiæ: Nam in reſpectu ad finem,cuius conſideratio pertinet ad primam Hierarchiam,tria poſſunt conſiderari: Primum eſt ipſius finis conſideratio: Secundum eſt eius perfecta cognitio: Tertium eſt intentio in ipſo defixa: ex quibus primum pertinet ad Seraphim, ſecundum ad Cherubim,tertium ad Thronos; ergo.

E

Probatur antecedens,quo ad ſecundum eius partem; quia aliquid huic ordini ſimile inuenitur in creaturis. Quod probatur dupliciter: primò in communi ex Ariſt. 12. Metaph.tex.52. Quia Deus eſt finis Creaturarum, ſicut Dux eſt finis exercitus: Secundò in ſpeciali: Nam quidam ſunt,qui hoc habent dignitatis, vt perfectiùs familiariter accedere poſſint ad Regem, vel Ducem, quidam verò ſuper hoc habent, vt etiam ſecreta cogno-

ſcant, alij verò inſuper circa ipſum ſèper inhærent quaſi ei coniuncti; ergo ſimiliter accipere poſſumus diſpoſitionem primæ Hierarchiæ. Probatur ſequela, quia Throni eleuantur ad hoc, vt Deum in ſeipſis recipiant, quatenùs rationes rerũ in ipſo immediatè cognoſcere poſſint, quod proprium eſt totius primæ Hierarchiæ: Cherubim verò ſupereminenter diuina ſecreta cognoſcunt, Seraphim verò excellunt in hoc, quod eſt omnium ſupremũ, ſcilicet Deo ipſi vniri.

Deindè probatur congruitas diſpoſitionis ordinum in ſecũda Hierarchia. Quoniam ad gubernationem tria pertinent, quorũ primum eſt diſtinctio eorum, quæ agẽda ſunt, &c. vt clarè patet in textu. Tertiò probatur eadem congruitas diſpoſitionis ordinum in tertia Hierarchia; Quoniam executio Angelicorum miniſteriorum conſiſtit in annunciando diuina, &c. prout perſpicuè ſatis habetur in textu. Quartò, & vltimò probatur eadẽ congruitas diſpoſitionis ordinum quo ad omnes Hierarchias, & ordines: Quoniam in ijs, quæ congruè ſunt diſpoſita ſemper ſummum inferioris ordinis affinitatem habet cum vltimo ſuperioris; at hæc affinitas inuenitur inter ordines Angelorum; ergo.

Probatur minor: Primò in ordinibus primæ Hierarchiæ reſpectu ordinis diuinarum perſonarum: nam ſupremus ordo primæ Hierarchiæ, qui eſt ordo Seraphim, ab incẽdio amoris denominatus affinitatem habet cum Spiritu ſancto, qui eſt amor procedens, & terminus vltimus ordinis diuinarum perſonarum.

Secundò probatur quo ad ordines primæ, & ſecundæ Hierarchiæ ad inuicem comparatos: Quoniam infimus ordo primæ Hierarchiæ eſt Thronorum, qui ex ſuo ordine habent quãdam affinitatem cum Dominationibus, &c. prout in textu. Denique probatur quo ad ordines ſecundæ, & tertiæ Hierarchiæ adinuicem comparatos; quia ordo Poteſtatum affinitatem habet cũ ordine Principatuum, vt clarè probatur in textu.

Tertia concluſio: Diſpoſitio etiam ordinum, quam Gregorius ponit, congruitatem habet. Probatur: Ordines Dominationibus ſubiecti diſponuntur ſecundùm diſpoſitionem eorum, in quos diuina miniſteria exercentur; ergo poſt Dominationes primus ordo dicitur Principatuum, ſi cũdus Poteſtatum, tertius Virtutum, quartus Archangelorum, & vltimus Angelorum.

Antecedens probatur; quia Dominationes ſunt deferentes, & præcipiẽtes ea, quæ ad diuina miniſteria pertinent; ergo ordines eis ſubiecti diſponuntur ſecundùm diſpoſitionem eorum, in quos diuina miniſteria exercentur. Conſequentia verò probatur; quia tria ſunt, circa quæ miniſteria dictorum ordinum exercentur, ſcilicet Angeli boni, & Angeli mali, & corporea Creatura, quæ duplex eſt, ſcilicet irrationalis, & rationalis: at ordo eorum, qui ſtãt bonis Angelis præſunt, dicitur Principatus, ordo verò eorum per quos arcentur mali ſpiritus, dicitur Poteſtates, ordo autem eorum, qui habent poteſtatem ſuper corpoream creaturam in operatione miraculorum, dicitur Virtutes, ordo verò eorum, qui hominibus magna nunciant, dicitur Archangeli, ordo denique eorum, qui parua nunciant, dicitur Angeli. Prima propoſitio probatur authoritate Auguſtini. Quę tamen non omnia diſtinctè complectitur. Secunda verò propoſitio quo ad primam eius partem relinquitur vt nota ex ſupradictis: quo ad ſecundam verò partem probatur exemplo poteſtatis terrenæ arcentis malefactores, vt habetur Rom. 13. Reliquæ partes dimittuntur, vt notæ.

Expoſitio Textus.

Sententiam Dini Dionyſij fideliter à Diuo Thoma fuiſſe relatam; & variè ſanctorum Angelorum ordines à patribus fuiſſe numeratos, nec tamen ve ipſa de eorum diſpoſitione, ſeu ordinatione diſſentire.

AD hunc etiam articulum, ea præcipuè pertinent, quæ in articulo præcedente diximus eſſe notanda ex Ferrar. lib. 3. cont. gent. cap. 80. de diſtinctione ordinum in vna qualibet hierarchia. Quibus ad ampliorem intelligentiam eorum, quę diuinè traduntur hic ab Angelico noſtro Doctore, quinque ſunt addenda. Primum eſt, D. Thom. hic fideliter iuxta mentem Dionyſij trium ordinum ſecundæ hierarchiæ diſpoſitionem retuliſſe.

Nec obſtat verſio Perionij, & quædam aliæ, quas ex Commentarijs Dion. Carthuſiani refert Molina dicens ſecundùm eas in media Hierarchia Virtutibus ſupremum locum conſtitui, medium Dominationibus, & infimum Poteſtatibus; quia non ſolum paraphraſis Abbatis Vercellentis in cap. Dion. quam hic allegat Molina, eam habet ordinum diſpoſitionem in 2. hierarchia, quam ex Dionyſio ponit hic S. D. ſed aliæ duæ celebres eiuſdem libri verſiones in 9. cap. ordinem ſeruant hic à D. Thoma relatum, vt in ſua notatione ad hunc artículum aduertit Ripa. Sed, quamquam in quibuſdam editionibus non eadem appareat in dictorum ordinum enumeratione diſpoſitio, tractatus tamen eorum in libro illo Dionyſij de Cęleſt. hierarch. eum ordinem habent, quem hic ſecundũ eiuſdem Dionyſij mentem tribuit illis S. Tho. ibi namque primo de dominationibus, ſecundò de Virtutibus, & demũ de Poteſtatibus agitur. Alias quæ ci cà ſingulos ordines Molina conſiderat, videat, qui voluerit.

Secundum eſt, varias ſanctorum Patrum de diſponendis, ac ſuis quaſi ſedibus collocandis ſanctorum Angelorum ordinibus fuiſſe ſententias: Nam præter duas in textu poſitas nouem alias opiniones, ſiue magis enumerandi modos recenſet Malonius in ſecundo ſent. diſt. 9. diſp. 2. Primus eſt Athanaſij, quæſt. 4. ad Antiochum, qui nouem Angelorum ordines enumerans aſcendendo in omnibus cum Dionyſio conuenit, præterquam in diſpoſitione ordinum primæ hierarchiæ; conſtituit enim in vltimo loco Seraphim, in medio Cherubim, in ſupremo verò Thronos. Secundus eſt Bern. ſerm. 19. in Cantica, vbi choros Angelorum enumerans aſcendendo primo ponit Angelos, ſecundo Archangelos, tertio Virtutes, quarto Principatus, quinto Dominationes, ſexto Thronos, ſeptimo Poteſtates, octauo Cherubim, & vltimo Seraphim: deindè in eodem ſermone ordines repetens Angelorum, eos ſic enumerat, Angeli, Archãgeli, Virtutes, Poteſtates, Principatus, Dominationes, Throni, Cherubim, & Seraphim. Tertius eſt Clemen-

Ferrar. S. Thom. Molina. Ripa. Malonius. Athanaſ. S. Bernar. Clem.

Digitized by Google

mentis Romani lib. 7. conſt. Apoſtolicarum, cap. 35. vbi deſcendendo ſic ordines enumerat Angelorum: Seraphim, Cherubim, Archangeli, Throni, Dominationes, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Angeli: Quartus eſt Sedulij qui in cap. 1. Epiſt. de nouem Angelorum ordinibus ita loquitur: Nouẽ Angelorum ſcimus ordines, Angelos, Archangelos, Virtutes, Poteſtates, Principatus, Dominationes, Thronos, Cherubim, Seraphim. Quintus eſt Iſid. qui lib. 1. de ſummo bono c. 12. eos ſic ordinat: Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Virtutes, Principatus, Poteſtates, Cherubim, Seraphim. Sextus eſt Ruperti Abb. lib. de Trinitate capit. 15. ſic Angelorum ordines diſponentis: Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Cherubim, Seraphim. Septimus eſt Sophronij Epiſcopi Hieroſolymitani in Bibliotheca Patrum in feſto Sancti Michaelis, qui ſic ordines diſponit Angelorũ, vt in 2. Hierarchia Poteſtates medias conſtituat, ſ. infra Dominationes, & ſupra Virtutes, in reliquis autem cum Dionyſio concordat. Octauus eſt Romani Breuiarij, in quo ſic Angelorum nomina commemorantur in quadã Antiphona ad laudes in feſto Sancti Michaelis: Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Principatus, & Poteſtates, Virtutes Cęlorum, vbi tamen omittuntur Cherubim, & Seraphim. Sed in eodem Breuiario in feſto omnium Sanctorum in Antiphona ad Magnificat prędictis choris eodem ordine numeratis additur Cherubim, & Seraphim. Nonus, & vltimus enumerandi modus eſt Gregorij abeo diuerſus, qui recenſetur in textu ex eodem authore Hom. 34. in Euangelia. Hic verò alius eſt in lib. 32. Moralium cap. 18. ſecundùm aliam autem additionem cap. 25. ſic ordines recenſet Angelorum: Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Virtutes, Principatus, Poteſtates, Cherubim, & Seraphim.

Sedulius. Iſidorus. Rupertus Abbas. Sophron. Ro. Breu. S. Gregor.

Ex his autem tàm varijs enumerandi modis haud inferat prudens lector tam varias, ac multas Patrum fuiſſe de ordinum Angelicorum diſpoſitione ſententias: Non enim neceſſe eſt in rebus à natura, vel à diuina prouidentia diſpoſitis enarrà dis ordinem illis inditum, nobis autem incertum, & parum, aut minimè notum inuiolabiliter obſeruare; ſed prout quandoque vna, quandoque altera probabilis cõiectura, vel occaſio, aut ſubiecta materia ſuggeſſerit, nunc vno poterunt, & nunc alio modo, vel ordine numerari.

Quamobrem etiam Apoſtolus duobus in locis plures ex ordinibus enumerans Angelorum, non eodem eos ordine recenſet, vt patet ex locis in textu notaris ex Epiſt. ad Epheſ. & ad Coloſſ. & Gregorius eundem referens ordinum numerum, non eodem ſemper vtitur ordine, quod etiam accidiſſe videtur Dionyſio, vt patet ex ijs, quæ paulò ante notauimus.

Tertium eſt ratio diſpoſitionis, ſiue diſtributionis ſingulorum ordinum per proprias ſingulis Hierarchias iuxtà Dionyſij ſententiam in textu relatam, quam aſſignarunt ex Patribus plurimi diligenter, quos recenſet Malonius in allegata diſtinctione nona, diſputat. 3. vbi multa lectione digna pro diuini verbi Concionatoribus annotat ex quodam Bartholomæo Caſſaneo, & ex Guglielmo Pariſienſi in ſecunda parte, ſecundæ partis de Vinerſo capit. 113.

Malonius

A

Quartum eſt conſenſus Sanctorum Gregorij, & Dionyſij in diſponendis ordinibus ſecundùm Hierarchiæ: quamuis enim facie verbis non parum diſſidere, prorſuſque diſſentire videantur; eorum tamen ſententias parum, aut nihil reipſa differre declarat, & probat S. Doct. in reſponſione ad quartum argumentum: Cuius doctrinam refert, & ſequitur Zumellus.

S. Thom. Zumellus

B

Quod autem ait Molina, D. Thomam hoc loco, & D. Bonauenturam, Dionyſium Carthuſianum, & alios Doctores communiter cenſere, potiùs adhærendum eſſe D. Dionyſio, qui ab Apoſtolo Paulo de prædicta diſpoſitione fuit edoctus, admittẽdum non eſt, niſi quo ad externam loquendi formam: de re namq; iam diximus, nullam inter eos eſſe controuerſiam.

Molina. Dubitatio

Dubitatio.

An ex reſponſione S. D. ad tertium ſequatur voluntatẽ eſſe nobiliorem intellectu; ac proinde beatitudinem eſſe primariò poſitam in actu voluntatis.

C

Rationes dubitandi, & ſententiæ Doctorum.

QVintum eſt vulgata quædam difficultas circa reſponſionem ad tertium argumentum, quæ multorum Scholaſticorum vexat intellectus, & circa cuius ſolutionem Zumellus hic fruſtrà multa verba conſumit. Eſt enim argumentum D. Thomæ. Tertium: *Scientia eſt prior, quam amor, & intellectus videtur eſſe altior, quam voluntas: ergo & ordo Cherubim videtur eſſe altior, quam ordo Seraphim.*

Cui ſatisfacit S. D. ex differentia inter cognitionem, & amorem. *Cognitio enim* (inquit) *eſt ſecundum, quòd cognita ſunt in cognoſcente: amor autem ſecundum, quòd amans poſitur vel amata: ſuperiora autẽ nobiliori modo ſunt in ſeipſis, quàm in inferioribus: inferiora verò nobiliori modo, in ſuperioribus, quàm in ſeipſis: & inferiorum quidem cognitio præeminet dilectioni: ſuperiorum autem dilectio, & præcipuè Dei præeminet cognitioni.* Hæc S. Doct. in textu.

D

Sed contra reſponſionem hanc duo ſunt argumenta. Primum eſt: Quoniam ex ea ſequitur intellectum eſſe potentiam inferiorem voluntate, ac proindè Beatitudinem eſſe primariò poſitam in actu voluntatis. Probatur illatio; quoniam, vt hic ait S. Doct. ſuperiorum dilectio, & præcipuè Dei, præeminet cognitioni, & ideò ordo Seraphinorũ ſuperior eſt ordine Cherubinorum.

E

Quod autem dilectio ſuperiorum præeminear cognitioni, probat S. D. quia cognitio eſt, ſecundũ quòd cognita ſunt in cognoſcente, &c.

Secundum argumentum eſt: Quoniam aliud eſt loqui de cognitione, quæ fit per ſpeciem, & aliud de cognitione, quæ fit nulla mediante ſpecie intentionali, ſed per ipſam rem immediatè informantẽ intellectum; illa enim amore inferior eſſe poteſt

ob

ob asſignatam in textu cauſam; hæc autem inferior eſſe non poteſt; eandem enim habet nobilitatem eſſentia diuina in intellectu videntis Deum, quam habet in ſemetipſa; quia non ſecundùm aliud eſſe, ſed ſecundùm proprium ſuum eſſe reale mentibus vnitur beatorum, & eas informat.

Medina ſolutio. Ad primum argumentum reſpondet Medina 1. 2. quæſt. 3. art. 4. dicens, Seraphim, qui ſunt ſupremi ſpiritus à charitatis ardore nominari, eo quod inferiores Angelos inflammant per illuminationē cognitionis Dei, ſicut prædicator per prædicationem Verbi diuini auditores inflammat; Cherubim autem eſſe ſpiritus inferiores, quoniam habent in officio docere, non inflammare: Denominantur ergo Seraphim ſecundùm hunc expoſitorem, nō ab actu voluntatis, ſed ab actu intellectus; quoniam alios inflammare illuminādo ad intellectum pertinet, non ad voluntatem.

Zumelli impugnatio. Sed hanc reſponſionem dupliciter arguit Zumellus: Primò, quia non eſt ad propoſitum. Nam, ſi denominātur, (inquit) ab actu intellectus, quor ſum S. Thomas conſtituit differentiam inter intellectum, & voluntatem, & ait, ideò Seraphinos ſuperiores eſſe Cherubinis, quia ſuperiorum dilectio, & præcipuè Dei præminet cognitioni? denominantur ergò ab ardore charitatis, & plenitudine dilectionis, quàm habent reſpectu Dei, quo ēt ardore inflammati cæteros inflammant, ſicut ignis in ſe calidus, & ardens alios calefacit, & incendit.

Soluit Zumelli. Secundò: Quia S. Thom in hoc artic. dicit, Dionyſium ex nominibus ordinum proprietates eorū conſiderantem, illos ordines in prima Hierarchia poſuiſſe, quorum nomina imponuntur per reſpectum ad Deum: at, ſi Seraphim dicuntur, eò quod inferiores inflammant, erit eis nomen impoſitum, non per reſpectum ad Deum, ſed per reſpectum ad inferiores. Ex his verò concludit, propoſitæ difficultati reſpondendum eſſe dicendo, Seraphim eſſe in ſupremo gradu, quia amore feruent.

Maior autem (inquit) dilectio maiorem arguit cognitionem, & ideò ſupremi conſtituuntur: at vero Cherubim ſunt inferiores, quia ſcientia præeminent, non ſuperioribus, ſed inferioribus. Dictis verò Diui Thomæ reſpondet dicens, in vita beata voluntatem ferri in Deum, prout in ſe eſt, & licèt charitas hanc habeat excellentiam, vt feratur in Deum, prout in ſe eſt, viſio tamen (inquit) beatifica multis modis excellit, tum quia verſatur circa verum, tùm quia eſt amoris menſura, tum quia ex illa naturaliter ſequitur amor.

Zumelli ſolutio confutatur.

cōfutatio. SEd hæc ſolutio nec mentem aſſequitur D. Thomæ, nec priori ſatisfacit obiectioni ab ipſo Zumello propoſitæ: Vt enim ſuſtineret D. Thom. ordinem Seraphinorū ſuperiorem eſſe ordine Cherubinorum, ait, ſuperiorum dilectionem, & præcipuè Dei, præeminere cognitioni, quia ſuperiora nobiliori modo ſunt in ſeipſis, quàm in inferioribus; amor autem eſt, ſecundùm quòd amans vnitur rei amatæ, ſcilicet prout eſt in ſeipſa; & ſermo eſt de præeminentia, & nobilitate ſimpliciter: alioquiñ non concluderetur, Seraphinos præeminere Cherubinis, & eis eſſe nobiliores ſimpliciter, ſed tantum ſecundùm quid: Zumelli verò reſponſio nobiliorem tantum ſecundum quid ſuſtinet eſſe Patriæ dilectionem, quam ſit viſio beatifica, quam multis eſſe modis dilectione nobiliorem affirmat. Deindè dicens maiorem dilectionem in Seraphinis maiorem in eis ſupponere cognitionē, & ideo ſuperiores eſſe Cherubinis, à formali locutione, & comparatione D. Thomę diuertit, qui formaliter acceptam cognitionem amori formaliter ſumpto comparans, ait, ſuperiorum dilectionem, & præcipuè Dei, eſſe cognitione nobiliorem. Denique ſolutio dicti expoſitoris directè videtur militare contra reſpōſionem D. Thomæ prædictam, & eam omninò deſtruere; ait namq; Zumellus, viſionem multis modis excellere, tum quia verſatur circa verum, tum quia eſt amoris menſura, tum quia ex illa ſequitur amor; ex hoc enim ſequitur, ſuperiorum dilectionem, & præcipuè Dei, non eſſe ſimpliciter eorum cognitione nobiliorem, ac proindè Seraphinos non eſſe ſimpliciter Cherubinis nobiliores, & ſuperiores.

Reſolutio.

Ex verbis, & comparatione S. D. non ſequi voluntatē eſſe nobiliorem intellectu, niſi ſecundùm quid.

Vera ſolutio. ALter igitur ex verbis S. Doct. in dicta reſponſione videtur occurrendum propoſitæ difficultati. Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, cognitionem, & amorem dupliciter poſſe comparari; Vno modo conſiderando cognitionem, & amorem quo ad eorum quidditatem, & gradū, quē tenent in entibus: & hoc modo quæcunque cognitio nobilior eſt quocunque amore *ad eam* conſequente propter rationes, quas affert S. Doc. ſupra quæſt. 82. artic. 3. & alibi. Alio modo comparari poſſunt cognitio, & amor ad eam conſequens conſiderando verumque quo ad vnionem vtrique cōuenientem. Et quoniam ad amorem triplex vnio concurrit, quædam, vt præcedens, & vt eius cauſa, quæ eſt vnio ſimilitudinis in natura, vel qualitate: quædam, quæ eſt eſſentialiter amor ipſe, quæ eſt vnio ſecundùm coaptationem affectus: & quędam, quæ eſt amore poſterior, & eius effectus. In cognitione verò vna tantum inuenitur vnio, quia ſcilicet intellectus vnitur intelligibili: ideò comparatio cognitionis, & amoris quo ad vnionem vtrique conuenientem dupliciter fieri poteſt; Vno modo comparando vnionem cognitionis cum ſola illa vnione, quæ eſſentialiter amor eſt; & ita certum eſt, maiorem, & perfectiorem eſſe vnionē cognitionis, quæ eſt vnio intellectus, ſeu intelligentis cum intelligibili, quàm ſit vnio amoris; quia intellectus in actu eſt intellectum in actu, amans autem in actu non eſt amatum in actu, ſed ſe habet ad amatum, vt ad ſe ipſum, vel vt ad aliquid ſui: maius autem eſt eſſe aliquid, quàm ſe habere

ad

ad illud, vt ad ſeipſum, vel vt ad aliquid ſui, prout etiam diximus ſuprà q. 27. art. 3. in prima Controuerſia, vbi rem hanc latiùs explicauimus. Alio modo poteſt comparari cognitio ſecundum ſuam vnionem amori ſecundum omnem eius vnionem, & ita certum eſt, amorem quo ad eam vnionem, quam efficit inter amantem, & amatum, eſſe nobiliorem cognitione conſiderata præcisè quo ad vnionem illi formaliter, & eſſentialiter conuenientem; Vnio namq; quam efficit amor eſt ſecundum eſſe reale, & naturale rei amatæ cum amante: at vnio intellectus cum intelligibili eſt ſecundum eſſe intelligibile: & quoniam hoc ſecundo, & vltimo modo conſiderantur, & comparantur hic à D. Thoma cognitio, & amor, ideo bene dictum eſt, ſuperiorum dilectionem, & præcipuè Dei præeminere dilectioni.

Quod autem hoc modo conſiderentur, & comparentur amor, & cognitio, ex eo patet euidenter, quod tres ordines primæ Hierarchiæ non diſtinguuntur hic, niſi ſecundum diuerſos reſpectus, ſeu rationes, aut modos vnitatis, quos habent ad Deum: ait enim S. D. in textu, D. Dionyſium illos ordines in prima Hierarchia poſuiſſe, quorum nomina imponuntur per reſpectum ad Deum, ſcilicet Seraphim, Cherubim, & Thronos hunc autem reſpectum ad vnionem cum Deo pertinere declarat S. Thom. ex ſimilitudine famulorum, ſiue miniſtrorum Regis, quorum ordines diſtinguit ſecundum maiorem, & intimiorem vnionem, quam habent cum Rege, & eodem modo Choros affirmat primæ Hierarchiæ diſtingui, vt patet in textu.

Diluuntur argumenta ſupra poſita.

AD argumentum igitur primum contra reſponſionem D. Thomæ negatur prima Conſequentia, loquendo de nobilitate ſimpliciter intellectus, & voluntatis, quæ attenditur pœnes eorum rationes eſſentiales, & quidditatiuas, conceditur autem de nobilitate eorum quo ad vnionem, quæ maior eſt in voluntate, vt ante diximus: ex tali verò præſtantia voluntatis ſuper intellectum non ſequitur beatitudinem eſſe poſitam in actu voluntatis, vt infertur in ſecunda illius argumenti conſequentia.

Obiectio

Sed obijciet aliquis: Vnio diuinæ eſſentiæ ſecundum intellectum non eſt tantùm ſecundum eſſe intelligibile, ſed etiam ſecundum eius eſſe naturale; quia, cum Deus ſit actus ſimplicisſimus, in vna ſui ratione indiuiſibili includit eſſe naturale, & intelligibile, vt ſæpè docet S. D. & præſertim ſuprà quæſt. 14. art. 2. 3. & 4. Cum igitur in diuina viſione intellectus fiat idem, quod Deus, maior, & perfectior erit vnio viſionis, quàm amoris, & hæc eſt difficultas, quæ ſecundo tangitur argumento ſupra poſito.

Solutio.

Reſpondetur, in viſione diuinæ eſſentiæ beatifica fieri vnionem per ſe, & formaliter cum eſſentia diuina ſecundum eſſe intelligibile, non autem ſecundum eſſe naturale formaliter; alioquin videns Deum Deus eſſet, non ſolùm in eſſe cognito, ſed etiam in eſſe naturali: Quod non ſolum hæreticũ, ſed etiam fatuum eſt affirmare, ſed materialiter, & quaſi per accidens fit vnio intellectus cum eſſe diuinæ eſſentiæ naturali, quatenus illud eſſe intelligibile eſt idem realiter cum eſſe Dei naturali. Ex hoc autem non ſequitur, vnionem viſionis eſſe præſtantiorem vnione amoris, quæ per ſe eſt ſecundum eſſe naturale, non ita tamẽ, vt amans Deum, ſit Deus, ſed vt Deo coniunctus tanquam vltimo fini, ac ſummo bono in ſe ipſo poſſeſſo illud ſecurè teneat, & eo ſumma cum iucunditate fruatur.

Et ex his ſoluitur etiam, ſecundum argumentum; Vnio ſiquidem viſionis formaliter, & per ſe loquendo non eſt, ſecundum eſſe naturale, ſed ſecundum eſſe intelligibile, quod tamen materialiter eſt idem cum eſſe naturali ob ſummam eſſentiæ diuinæ ſimplicitatem.

ARTICVLVS VII.

Vtrum ordines remanebunt poſt diem Iudicij.

AD ſeptimum ſic proceditur. Videtur, quòd ordines non remanebunt poſt diem iudicij. Dicit enim Apoſt. 1. ad Cor. 15. quod Chriſtus euacuabit omnem principatum, & poteſtatem, cum tradiderit regnũ Deo, & patri: quod erit in vltima conſummatione. Pari ergo ratione in illo ſtatu omnes alij ordines euacuabuntur. 535 2. d. 11. q. 2. 6. & 4. diſt. 47. q. 1. ar. 2. q. 4. cor. & 1 Cor. 15. lec. 3.

2 Præterea. Ad officium Angelorum pertinet purgare, illuminare, & perficere; ſed poſt diem iudicij vnus Angelus non purgabit, aut illuminabit, aut perficiet alium: quia non proficient amplius in ſcientia. Ergo friuſtra ordines Angelici remanerent.

3 Præterea. Apoſt. dicit ad Hebre. 1. de Angelis, quòd omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis. Ex quo patet, quòd officia Angelorum ordinantur ad hoc, quòd homines ad ſalutem adducantur: ſed omnes electi vſque ad diem iudicij ſalutem conſequuntur. non ergo poſt diem iudicij remanebunt officia, & ordines Angelorum.

Sed contra eſt, quod dicitur. Iudic. 5. Stellæ manentes in ordine, & curſu ſuo: quod exponitur de Angelis. Ergo Angeli ſemper in ſuis ordinibus remanebunt.

Reſpondeo. Dicendum, quòd in ordinibus Angelicis duo poſſunt conſiderari, ſcilicet diſtinctio graduum, & executio officiorum. Diſtinctio autem graduum eſt in Angelis ſecundum differentiam gratiæ, & naturæ, vt ſupra dictum eſt.* Et vtraque differentia ſemper in Angelis remanebit. Non.n. naturarum differentiæ ab eis auferri poſſent, niſi eis corruptis. Differentia etiam gloriæ erit in eis ſemper ſecundum differentiam meriti præcedentis. Art. 4. huius quæſt.

Exe-

Executio autem officiorum Angelicorum aliquo modo remanebit post diem iudicij, & aliquo modo cessabit. Cessabit quidē, secūdū quod eorum officia ordinantur ad perducendum aliquos ad finem: remanebit autem, secūdum quod conuenit in vltima finis consecutione. Sicut etiam alia sunt officia militarium ordinum in pugna, & in triumpho.

Ad primum ergo dicendum, quòd Principatus, & Potestates euacuabuntur in illa finali consummatione quantum ad hoc, quod alios ad finem perducant: quia consecuto iam fine non est necessarium tendere in finem. Et hæc ratio intelligitur ex verbis Apostoli dicentis: Cùm tradiderit regnum Deo, & patri, idest, cùm perduxerit fideles ad fruendū ipso Deo.

Ad secundum dicēdum, quòd actiones Angelorum super alios Angelos considerandæ sunt secundum similitudinem actionum intelligibilium, quæ sunt in nobis. Inueniuntur autē in nobis multæ intelligibiles actiones, quæ sunt ordinatæ secundum ordinem causæ, & causati sicut cum per multa media gradatim in vnam conclusionem deuenimus. Manifestū est autem, quod cognitio conclusionis dependet ex omnibus medijs præcedentibus non solum quantum ad nouam acquisitionem scientiæ: sed etiam quantum ad scientiæ conseruationem. Cuius signum est, quod si quis obliuisceretur aliquod præcedentium mediorum, opinionem quidem, vel fidem de conclusione posset habere, sed non scientiam, ordine causarum ignorato. Sic igitur, cùm inferiores Angeli rationem diuinorum operum cognoscant per lumen superiorum Angelorum, dependet eorum cognitio ex lumine superiorum, non solum quantum ad nouam acquisitionem scientiæ: sed etiam quantum ad cognitionis conseruationem. Licet ergo post iudicium non proficiant inferiores Angeli in cognitione aliquarum rerum, non tamen propter hoc excluditur, quin à superioribus illuminentur.

Ad tertium dicendum, quòd, & si post diē iudicij homines non sint vlterius ad salutem adducendi per ministerium Angelorum: tamen illi, qui iam salutem erunt consecuti, aliquam illustrationem habebunt per Angelorum officia.

Forma Textus.

PRæmissa distinctione, respondetur quæsito duabus Conclusionibus. Distinctio est: In ordinibus Angelicis duo possunt considerari, scilicet distinctio graduū, & executio officiorum.

Prima conclusio: Angelorum ordines semper manebunt quo ad distinctionem graduum. Probatur: Distinctio graduum est in Angelis secundum differentiam gratiæ, & naturæ; ergo semper manebunt ordines Angelorum quo ad distinctionem graduum. Antecedens patet ex supradictis art. 4. Consequentia probatur; quoniā vtraq; differentia, s. gratiæ, & naturæ semper in Angelis remanebit; ergo. Probatur hoc antecedens, quia naturarum differentiæ ab eis auferri non possunt, nisi eis corruptis, & differentia etiam gloriæ erit in eis secundum differentiam meriti præcedentis; ergo.

Secunda conclusio: Ordines Angelorum quoad officiorum executionem: aliquo modo manebunt post diem Iudicij, & aliquo modo cessabunt; Probatur primo vtraq; pars: quia cessabit Angelorum executio secundū quòd eorum officia ordinantur ad perducendum aliquos ad finem: remanebit autem secundum quod conuenit in vltima finis consecutione. Deindè manifestantur ambæ exemplo officiorum militarium; alia sunt enim officia militarium ordinum in pugna, & alia in triumpho: sicut ergo confecto bello, remanēt ordines militares, nō vt in pugna, sed vt in triumpho, sic Angelorū ordines; &c.

Expositio Textus.

PRimæ conclusionis veritatem Zumellus examinat quibusdam propositis, ac deindè solutis argumentis. Zumellus

Circa secundam verò, quæ fidei continet veritatem, notat hic Bannes errorem Origenis, quem Ruffinus imponit etiam Hieronymo, (à quo tamen se Hieronymus immunem esse declarat in Apologia contra prædictum Ruffinum edita.) Asserebat autem Origenes, ideo post diem Iudicij mansuros ordinos Angelorum, quod in hominum beatitudine sit futura vicissitudo, siue mutatio per augmentum, & decrementum, ac proindè fore tunc etiam Angelicorum ordinum officia hominibus necessaria.

Prima difficultas.

An obliuione medij scientia destruatur.

REsponsio ad secundum argumentum duas habet difficultates. Prior est circa dictū illud: *Si quis obliuisceretur aliquod præcedentium mediorū, opinionem quidem, vel fidem de conclusione posset habere, sed non scientiam, ordine causarum ignorato.* Aduersus enim hoc dictum sic argumentatur Zumellus: Propositio semel demonstrata semper est vera; ergo destructa principiorum eius memoria, remanet vera propositio; ergo de ea tunc etiam habetur scientia. obliuisci medij tollit scientiā.

Respondetur, falsam esse secundam consequentiā; quia non omne verum est scitum, nec sufficit, vt aliqua propositio sit verè scita, hoc solū memoria tenere, quod semel fuerit demonstratione probata, oblitis interim principijs, ex quibus constabat ea demonstratio, prout affirmat hic Zumellus; id enim Aristotelis documentis in primo Post. manifeste repugnat, qui scire definit dicens, *Esse rem per causam cognoscere, & quoniam illius causa est, & non contingit aliter se habere.* Certum est autem illū, qui Zumel. obiectio. Eōdem.

Digitized by Google

qui principiorum concluſionis oblitus eſt, concluſionem, ſeu rem concluſione ſignificatam non cognoſcere per cauſam, nec vt dependentem à tali cauſa neceſſariò, adeò vt non poſſit ab ea non dependere; hæc enim principiorum memoriam exigunt in particulari. Quiſquis igitur hoc ſolum memoria tenet, quod demonſtratiuè probata fuerit aliqua propoſitio, ſiue cõcluſio, nullam verè, ac proprie de illa ſcientiam habet, ſed opinionem tantum, & quaſi fidem in atteſtante, ſcilicet in ſeipſo ſibi teſtificante ſe concluſionis illius quandoque demonſtrationem habuiſſe.

Secunda Difficultas.

Quo ſenſu dicatur inferiorum Angelorum cognitio ex lumine ſuperiorum accepta ab eodem lumine dependere etiam in conſeruari.

ALtera difficultas eſt circa dictum illud principale: *Cum inferiores Angeli rationem diuinorũ operum cognoſcant per lumen ſuperiorum, Angelorum, dependet eorum cognitio ex lumine ſuperiorum, non ſolum quantum ad nouum acquiſitionem ſcientiæ, ſed etiam quantum ad cognitionis conſeruationem.* Cui dicto Zumellus obijcit dicens, ſi verum eſſet, tunc neceſſe foret, vt, quando inferior Angelus rem ſibi iam antè manifeſtatam ab Angelo ſuperiore vellet cognoſcere, iterum ſuperior inferioti loqueretur; hoc verò falſum eſt; ergo.

Probatur falſitas huius conſequẽtis: quia, poſtquam Angelus illuminatus eſt, non indiget nouo concurſu ſuperioris. Quod argumentum dictus expoſitor dimittit inſolutum dicens, ſe non intelligere ſententiam hanc D. Thomæ. Sed parum videtur fuiſſe memor hic author ſuæ doctrinæ ſuperiùs traditæ art. 1. q. 106. qua huic argumento ibidem ab ipſo propoſito ſatisfecerat dicens primò, cognitionem inferiorum Angelorum per illuminationem à ſuperioribus Angelis habitam dependere à lumine ſuperiorum quantum ad conſeruationem, quia cognitio illa ſemper innititur lumini ſuperioris Angeli, tamquam medio, & rationi cognoſcendi. Secundo aliud eſſe, cognitionem inferioris Angeli quo ad ſui conſeruationem à lumine ſuperioris Angeli dependere, quod affirmat S. Th. & verisſimum eſt ob dictam cauſam, & aliud eſſe, eandem cognitionem dependere ab actuali illuſtratione ſuperioris Angeli, quod omninò falſũ eſt, nec id aſſerit S. D.

Quare ad argumentum negatur illatio; quamuis enim illa cognitio dependeat quo ad ſui conſeruationem à lumine ſuperioris Angeli, non ideò tamen dependet ab actuali illuſtratione: ſufficit enim, cognitionem illam inniti lumini ſuperioris Angeli, tamquam medio, & rationi cognoſcendi, vt ab eo dependere dicatur in conſeruari: hoc ipſo verò dependet ab eo lumine, tamquàm medio, quod eius illuſtratione fuit acquiſita.

ARTICVLVS OCTAVVS.

Vtrum homines aſſumantur ad ordines Angelorum.

AD octauum ſic proceditur. Videtur, quòd homines non aſſumãtur ad ordines Angelorum. Hierarchia enim humana continetur ſub infima hierarchiarum cęleſtium, ſicut infima ſub media, & media ſub prima: ſed Angeli infimæ hierarchiæ numquã transferentur in mediam, aut in primam. Ergo neque homines transferentur ad ordines Angelorum. 536 2 d. 9. ar. 8.

2 Præterea. Ordinibus Angelorum aliqua officia competunt, vt pote cuſtodire, miracula facere, dæmones arcere, & huiuſmodi, quæ non videtur conuenire animab. ſanctorum. Ergo non transferentur ad ordines Angelorum.

3 Præterea. Sicut boni Angeli inducunt ad bonum, ita dæmones inducunt ad malum: ſed erroneum eſt dicere, quòd animæ hominũ malorum conuertantur in dæmones. hoc enim Chryſoſt. * reprobat ſuper Matth. Ergo non videtur, quòd animæ ſanctorum transferantur ad ordines Angelorum. * Homil. 29 aliquantulum ante med. to. 2.

Sed contra eſt, quòd Dominus dicit Matth. 22. de Sanctis, quòd erunt ſicut Angeli Dei in cœlo.

Reſpondeo. Dicendum, quòd, ſicut ſuprà dictum eſt *, ordines Angelorum diſtinguuntur, & ſecundum conditionem naturæ, & ſecũdum dona gratiæ. * art. præc. & ar. 4. huius q.

Si ergo conſiderentur Angelorum ordines ſolum quantum ad gradum naturæ, ſic homines nullo modo aſſumi poſſunt ad ordines Angelorum, quia ſemper remanebit naturarum diſtinctio: quam quidam conſiderantes poſuerũt, quòd nullo modõ homines transferri poſſunt ad æqualitatem Angelorum, quod eſt erroneum. Repugnat enim promiſſioni Chriſti, dicentis Lucæ 20. quòd *filij reſurrectionis erunt æquales Angelis in cœlis*. Illud enim, quod eſt ex parte naturæ, ſe habet, vt materiale in ratione ordinis. Completiuum verò eſt, quod eſt ex dono gratiæ, quæ dependet ex libertate Dei, non ex ordine naturæ: & ideo per donum gratiæ homines mereri poſſunt tãtam gloriam, vt Angelis æquentur * ſecundũ ſingulos Angelorum gradus: quod eſt homines ad ordines Angelorum aſſumi. Quidam tamen dicunt, quod ad ordines Angelorum non aſſumuntur omnes, qui ſaluantur, ſed ſoli virgines, vel perfectiores: alij verò ſuum ordinem cõſtituent, quaſi condiuiſum toti ſocietati Angelorum. Sed hoc eſt contra Aug. qui dicit * 12. de ciuit. Dei, quod non erunt duæ ſocietates hominũ. * b 130 * li. 12. cap. 1. circa pr. to. 5.

Digitized by Google

hominum,& Angelorum,ſed vna:quia omniũ beatitudo eſt adhærere vni Deo.

Ad primum ergo dicendum, quod gratia Angelis datur ſecundum proportionem naturalium:non autem ſic eſt de hominibus, vt ſupra dictum eſt.* Et ideo,ſicut inferiores Angeli non poſſunt transferri ad naturalem gradũ ſuperiorum,ita nec ad gratuitum.Homines verò poſſunt ad gratuitum conſcendere,ſed non ad naturalem.

ar.5.huius quæſt.

Ad ſecundum, dicendum, quod Angeli ſecũdum naturæ ordinem medij ſunt inter nos, & Deum. Et ideo ſecundum legem communẽ per eos adminiſtrantur non ſolum res humanæ,ſed etiam omnia corporalia. Homines autem ſancti etiam poſt hanc vitam ſunt eiuſdẽ naturæ nobiſcum.Vnde ſecundum legem cõmunem non adminiſtrant humana, nec rebus viuorum interſunt, vt Aug.* dicit in libro de de cu. pro mor. agenda. Ex quadam tamen ſpeciali diſpenſatione interdum aliquib. ſanctis conceditur vel viuis,vel mortuis huiuſmodi officia exercere, vel miracula faciendo, vel dœmones arcendo, vel aliquid huiuſmodi,ſicut Aug.in eodem lib.* dicit.

C.13 & 16 in pr.to.4.

Li.de cura pro mort. agen c.16. vſq;ad medium.

Ad tertium dicendum, quòd homines ad pœnam dœmonum transferri non eſt erroneum:ſed quidam erroneæ poſuerunt dœmones nihil aliud eſſe, quàm animas defunctorũ. Et hoc Chryſoſt.* reprobat.

Homil.19 i Matt.ante me.to.3

Senſus quæſiti.

Mag.ſent.

MOuetur hæc difficultas à Magiſtro Sent. in ſecundo diſt.9.eo quod,vt ipſe ait, ſcriptura dicat decimum ordinem compleri ex hominibus, cui repugnare videtur Gregorij dictum aſſerentis,homines aſſumi ad diuerſos ordines Angelorum pro diuerſitate charitatis,& meritorum.

S.Gregor.

Forma Textus.

DIſtinguit primò S. D. ſecundò quæſito reſpondet vna concluſione iuxtà primum diſtinctionis mẽbrum:3.circa ſecundum membrum duas refert, & confutat opiniones, ſiue magis errores, & ſimul ſecundam conſtituit concluſionem.

Diſtinctio eſt : Ordines Angelorum diſtinguuntur dupliciter,ſcilicet ſecundum conditionem naturæ,& ſecundum dona gratiæ.

Prima concluſio eſt: Si conſiderentur Angelorum ordines ſolùm quantum ad gradum naturæ, ſic homines nullo modo aſſumi poſſunt ad ordines Angelorũ. Probatur: Quia ſemper remanebit naturarum diſtinctio.

Prima opinio fuit aſſerentium, nullo modo homines transferri poſſe ad æqualitatem Angelorum: motiuum eius fuit ratio adducta pro concluſione. Confutatur hic error primò authoritate Domini dicentis Luc.20.Quod filij reſurrectionis erunt æquales Angelis in Cœlis. Secũdo ratione. Quoniam illud,quod eſt ex parte naturæ, ſe habet,vt materiale in ratione ordinis:completiuum ue-

A

rò eſt,quod eſt ex dono gratiæ,quæ dependet ex libertate Dei,non ex ordine naturæ;ergo per donum gratiæ homines mereri poſſunt tantam gloriam, vt Angelis æquentur ſecundum ſingulos Angelorum gradus : at hoc eſt homines ad ordines Angelorum aſſumi. Secunda opinio fuit dicentium,ad ordines Angelorum non eos omnes aſſumi,qui ſaluantur,ſed ſolos virgines, & perfectos;alios verò ſuum ordinem conſtituere, quaſi conciuium ſocietati Angelorum.

Confutatur hæc opinio authoritate Auguſtini dicentis,quod non erunt duæ ſocietates hominum, & Angelorum, ſed vna ; quia omnium beatitudo eſt adhærere vni Deo.

B

Secunda concluſio : Homines ex quocumq; ſtatu aſſumuntur ad ordines Angelorum.

Probatur hæc Concluſio eiſdem argumentis, quibus illæ duæ confutantur opiniones.

Expoſitio Textus.

PRo textus huius intelligentia notãdi ſunt quatuor modi dicendi,qui ſinguli ſuos habuerũt authores.Primus eſt negantium homines transferri poſſe ad æqualitatem Angelorum, & ideo beatos homines vnum per ſe decimum ordinem inferiorem nouem ordinibus Angelorum conſtituere, quem errorem S.D.in 2.ſent.diſt.9.q.1.art.8. tribuit cuidam Euſtratio Epiſcopo Græco.

C

Eutratius

Secundus eſt aſſerentium, quoſdam homines, puta Virgines,aut perfectos ad ordines Angelorũ aſſumi alios autem vnum per ſe decimum ordinẽ conſtituere, nec ad ſocietatem Angelorum pertinere.Quod exiſtimant à Domino fuiſſe ſignificatũ Luc.15. in parabola de decima drachma perdita, & in alia parabola de centum ouibus, ex quibus vnam perditam Paſtor inquirit relinquens nonaginta nouem, &c. Idem etiam ſignificari contendunt in deſcenſu Solis per decem lineas *in horologio*,& in eiuſdem aſcenſu 4.Reg.20.

D

Tertius modus dicendi eſt opinantium, omnes homines ſanctos aſſumi ad ſocietatem Angelorũ, non tamen omnes aſſumi ad aliquem ordinum, ſed quoſdam,qui vel exigua valde,vel nulla prorſus habent bonorum operum merita,vt paruuli cũ ſolo Baptiſmo decedentes, decimum ordinem à nouem Angelorum ordinibus diſtinctum conſtituere. Quam ſententiam S.Bonauentura dicit eſſe probabilem, cui etiam conſentit Zumellus in ſua quæſt. ad hunc articulum, qui tamen immeritò ſententiam hanc imponit Caietano, qui nunquam aſſernit, homines qui gloriam habent inferiorem gradu gloriæ cuiuſlibet Angeli, decimum ordinẽ conſtituere,ſed tantum ait, eos ſic ad Angelorum ſocietatem aſſumi,vt infra omnes Angelos conſtituantur:ex quo non ſequitur,eos ad nullum Angelorum ordinem pertinere; Cum enim,vt affirmat Caietanus, latitudo ordinis gratiæ maior ſit latitudine ordinis naturæ, homines illi tam exigui meriti, ſiue perfectionis, erunt cum infimo, ſcilicet nono beatorum ſpirituum ordine computandi, ſicut ad eundem ordinem pertinebant plures alij ex ijs, qui peccauerunt, qui fortaſſe minoris erant gra-

E

Bonauent.

Zumellus

Caietanus

Digitized by Google

gratiæ, quàm minimo nunc insit Angelorum. Huic tamen tertio dicendi modo fauent verba Papæ Leonis IX. in Cap. *Hi duo* de Consecr. distinct. prima. Hæc verò sunt: *Quod nouem hebdomadibus Alleluia intermittimus, non incongruè per nouem hebdomadas nouem ordines Angelorum accipimus, quorum decimus ordo per superbiam corruens Angelicum numerum minuit, & à felicitate perturbauit. Qui condolentes suæ diminutioni partem nostram sibi timentes à perfecta laude Creatoris suæ præpedit, quorum recuperationi consuleus omnipotens Deus Creator primò hominem de limo terræ formauit, qui sui generis multiplicatione damna cælestis Patriæ resarciret, atq; Angelorum gaudia suppleret.*

Leo. IX.

Quem dicendi modum, S. Salonius Viennensis Episcopus imitatur in Dialogo in Ecclesiasten, vbi ait, decem esse Angelorum ordines, & ex eis vnum per superbiam cecidisse, & ideò bonos Angelos elaborare, vt de hominibus numerus adimpleatur, & perueniatur ad perfectum numerum, ideſt denarium. Quæ dicta in eo sensu videntur accipienda, quo Magister in allegata distinct. nona, similia docet esse intelligenda dicens: Quod ergo legitur decimus ordo complendus de hominibus, ex tali sensu dictum fore accipi potest, quia de hominibus restaurabitur, quod in Angelis lapsum est, de quibus tot errauerunt, vt posset fieri decimus ordo.

S. Salonius

Sicut igitur cadentium Angelorum multitudo non ideò decimus ordo dicta fuit, quia verè, ac proprie distinctum à cæteris formaliter ordinem constituerat, sed quia numerum, & quasi materiam sufficientem ad vnum ordinem constituendum continebat, ita numerus eorum hominum, qui cadentium sunt Angelorum sedes occupaturi, ob eandem causam decimus ordo potuit appellari.

Pulcherrimus, & omnium optimus dicendi modus est, quem exprimit S. Doct. in textu. Huic enim fauent diuina Scripturæ, & sanctorum dicta. Cætera, quæ ad huius articuli declarationem videntur esse necessaria, lege, si placet, apud Caietanum, Bannesium, & Zumellum, qui pulchrè, & eruditè materiam hanc elucidat in sua vnaquæstione ad hunc articulum. Videnda sunt etiam ea, quæ scribit S. Doct. in 2. sent. distinct. 9. quæst. prima, art. vltimo.

S. Thom. Caietanus Bannes Zumellus

Loca scripturarum pro secunda opinione producta interpretatur optimè Zumellus dicens, in parabolis scopum, & finem intentum esse considerandum nec circa singulorum verborum sensum multum esse laborandum, quod etiam obseruandum est in metaphoris, & in mystica verborum intelligentia, Dionysij documentum præ oculis habendo dicentis, mysticam Theologiam non esse argumentatiuam.

S. Dionys.

QVAESTIO CIX.

De ordinatione malorum Angelorum, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est de ordinatione malorum Angelorum.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primò, Vtrum ordines sint in dæmonibus.

Secundò, Vtrum in eis sit prælatio.

Tertiò, Vtrum vnus illuminet alium.

Quartò, Vtrum subijciantur prælationibus bonorum Angelorum.

Ratio ordinis.

COnstituto bonorum Angelorũ ordine, quæstio sequitur de ordinatione malorum Angelorum, de qua primo S. D. agit considerata multitudine Dæmonum inter se comparatorum in tribus primis articulis. Secundò de eadem agit ordinatione comparando malos Angelos ad bonos in vltimo art. De ordinatione verò malorum Angelorum inter se comparatorum agit primò quo ad an est, & in communi in primo articulo quærens: Vtrum ordines sint in Dæmonibus. Secundò in speciali in secundo art. & adhuc specialius in tertio. Nam in secundo, quæritur: Vtrum in dæmonibus sit prælatio, quæ ad ordinem Hierarchicum manifestè pertinet, in tertio, verò de speciali quodã prælationis actu quæritur, qui est illuminatio.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ordines sint in dæmonibus.

DOptimum sic proceditur. Videtur, quòd ordines non sint in dæmonibus. Ordo enim pertinet ad rationem boni. sunt, & modus, & species, vt Augustinus dicit in libro de natura boni, & è contrario inordinatio pertinet ad rationem mali: sed in bonis Angelis nihil est inordinatum. Ergo in malis Angelis non sunt aliqui ordines.

1 d. 6 ar. 4. & 4. d. 17. q. 1. a. 3 q. 4.

aug. li. de nat bo. 34 to 6.

2 Præterea. Ordines Angelici sub aliqua hierar. continentur: sed dæmones non sunt sub aliqua hierar. quæ est sacer principatus, cùm ab omni sanctitate sint vacui. Ergo in dæmonibus non sunt ordines.

3 Præterea: Dæmones de singulis ordinibus Angelorum ceciderunt, vt communiter dicitur. Si ergo aliqui dæmones dicuntur esse alicuius ordinis, quia de illo ordine ceciderunt, videtur, quod deberent eis attribui nomina singulorum ordinum: numquam autem inuenitur, quod dicantur Seraphim, vel

Throni, vel dominationes. Ergo pari ratione non ſunt in aliquibus ordinibus.

Sed contra eſt, quod Apoſt. dicit ad Eph. vl. quòd eſt nobis colluctatio aduerſus principes, & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum.

Reſpondeo. Dicendum, quòd, ſicut iam dictum eſt,* Ordo Angelicus conſideratur, & ſecundum gradum naturę & ſecundum gradum gratiæ. Gratia verò habet duplicem ſtatum. ſ. imperfectum, qui eſt ſtatus merendi: & perfectum, qui eſt ſtatus gloriæ conſummatæ. Si ergo conſiderentur ordines Angelici quantum ad perfectionem gloriæ, ſic dœmones neque ſunt in ordinibus Angelicis, neque vnquam fuerunt. Si autem conſiderentur quantum ad id, quod eſt gratiæ imperfectæ, ſic dœmones fuerunt quidem aliquando in ordinibus Angelorum, ſed ab eis ceciderunt, ſecundum illud, quod ſupra* poſuimus, omnes Angelos in gratia creatos fuiſſe. Si autem conſiderentur quãtum ad id, quod eſt naturæ, ſic adhuc ſunt in ordinibus: quia data naturalia non amiſerunt, vt Dion.* dicit.

Art 4. & 8. præc. q.

q. 62. ar. 3.

c. 4. de div. n. p. 4. nõ remote à medio.

q 49 ar. 3.

Ad primum ergo dicendum, quòd bonum poteſt inueniri ſine malo: ſed malum non poteſt inueniri ſine bono, vt ſupra habitum eſt.† Et ideo Dœmones, inquantum habent naturam bonam, ordinati ſunt.

Ad ſecundum dicendum, quòd ordinatio dœmonum, ſi conſideretur ex parte Dei ordinantis, eſt ſacra: vtitur enim dœmonibus propter ſeipſum. Sed ex parte voluntatis dœmonum non eſt ſacra: quia abutuntur ſua uatura ad malum.

Ad tertium dicendum, quod nomen Seraphim imponitur ab ardore charitatis: nomen autem Thronorum ab inhabitatione diuina: nomen autem Dominationum importat libertatem quandam: quæ omnia opponuntur peccato. Et ideo peccantibus Angelis huiuſmodi nomina non attribuuntur.

Senſus quæſiti.

Magiſter. DE ordine Angelico ſermo eſt, non prout definitur à Magiſtro dicente, ordinem Angelicum eſſe multitudinem cœleſtium ſpirituum, qui inter ſe aliquo munere gratiæ ſimilantur, ſicut & naturalium donorum participatione conueniunt: certum eſt enim Dœmones in nullo munere gratiæ (cum eo penitus vacui ſint) conuenire, ſed de ordine quæritur indiſtinctè ad omnes eius rationes, ſiue modos, aut gradus in textu poſitos, ita vt ſenſus quæſiti ſit, an ordines ſecundum aliquam rationem, aut modum ſint in Dœmonibus.

A

Forma Textus.

DVplici diſtinctione præmiſſa, reſpondẽtur quæſitis tribus Concluſionibus. Prima diſtinctio eſt: ordo Angelicus dupliciter conſideratur, ſcilicet ſecundum gradum naturæ, & ſecundum gradum gratiæ. Secunda diſtinctio eſt: Gratia habet duplicem ſtatum, ſcilicet imperfectum, qui eſt ſtatus merendi, & perfectum, qui eſt ſtatus gloriæ conſummatæ.

Prima concluſio eſt: Si conſiderentur ordines Angelici quantum ad perfectionem gloriæ, ſic Dœmones neque ſunt in ordinibus Angelicis, neq; vnquam fuerunt. Hæc relinquitur, vt probata ex ſupradictis quæſt.

B *63. art. 5. & 6.*

Secunda concluſio: Si conſiderentur ordines Angelici quantum ad id, quod eſt gratiæ imperfectæ, ſic Dæmones fuerunt quidem aliquando in ordinibus Angelorũ, ſed ab eis ceciderunt. Probatur: Quia omnes Angeli in gratia fuerunt creati.

Tertia concluſio: Si conſiderentur ordines Angelici quantum ad id, quod eſt naturæ, ſic adhuc ſunt in ordinibus. Probatur: Quia data naturalia non amiſerunt, vt ait Dionyſius.

Expoſitio Textus.

C TErtiam cõcluſionem multa ſacrarum litterarum dicta confirmant. Primum eſt, Matt. 2. *Hic non eijcit dæmones, niſi in Beelzebub principe Dæmoniorum.* Et infra. *Si Satbanas Satbanam eijcit, quomodo ſtabit regnum ipſius?* in omni verò regno ordines quoſdam eſſe neceſſe eſt præcipientium, & obtemperantium. Secundum eſt Matth. 25. *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius.* 3. Eph. 6. *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus Principes, & Poteſtates, aduerſus Mundi rectores tenebrarum harum contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus.* Vltimus eſt Apoc. 12. *Draco pugnabat, & Angeli eius.*

Matth. 2.

Matth. 25. Ephes. 6.

Apoc. 12.

Prima Dubitatio.

D DVæ ſunt hic breuiter attingendæ dubitationes. Prior eſt, an ſub vno, & eodem ordine conſiderato quantum ad id, quod eſt naturæ, ſiue quantum ad perfectiones naturales Angeli mali ſimul cum bonis contineantur. Quæ dubitatio facilè ſoluitur diſtinguendo, poſſe dupliciter Angelorum ordines quantum ad id, quod eſt naturæ, conſiderari; Vno modo radicaliter, ſiue quantum ad primam ipſius Angelicæ naturę perfectionem, quæ ſecundum eſſentialem eius rationem, & potentias eius naturales attenditur; & hoc modo dicendum eſt, bonos, & malos Angelos ſub illis eiſdem ordinibus contineri, ad quos in principio ſuę creationis pertinebant ante peccatum; quia Dæmones data ſibi à Creatore naturalia non amiſerunt. Alio modo conſiderari poſſunt ordines quo ad naturalia quantum ad officia, ſiue miniſteria, & hoc modo ſub nullo Angelorum ordine continentur mali, ſimul, & boni. Cuius ratio eſt, quoniam vt ait in art. 4. S. D. quilibet Angelus bonus prælationem habet ſuper omnes Angelos malos. Quod etiam legi conſonat diuinę iuſtitiæ, quę poſtulat,

E

ſtulat, vt odio proſequentes ipſius naturæ Principem, & authorem Deum, ab eo quo ad actiones etiam illorum naturales à bonorum conſortio ſeparentur, ita vt poſſint quidem à bonis Angelis, vt Dei miniſtris mali coerceri, ſed à malis boni nihil omninò recipiant: Licet enim in dæmonibus remanſerint integra naturalia quantum ad ſubſtantiam, poſſunt tamen quo ad operationes (ſic ordine diuinæ iuſtitiæ poſtulante) multipliciter impediri. Et quia conſiderando Angelos, & eorum ordines quantum ad id, quod eſt naturæ, ſiue perfectionis naturalis, diſtinguuntur, ſimpliciter, & abſolutè loquendo, ex officijs, ideò ſimpliciter, & formaliter loquēdo, ad eoſdē ordines mali ſimul & boni minimè pertinent, ſed tantum radicaliter.

Secunda Dubitatio.

Zumellus

ALtera dubitatio eſt, quam hic excitat, & abſoluit Zumellus circa reſponſionem ad ſecundum argumentum D. Tho. an. 1. Dæmones ſub aliqua Hierarchia concludantur. Cuius dubitationis ſolutio ſatis euidenter ſequitur ex dictis circa præcedentem difficultatem nullus enim Angelorum ordo eſt, qui non ad aliquam pertineat Hierarchiam; ad eam. n. attinent ordines; vt partes illius potentiales, vt ait S. D. in 2. ſent. Eadem itaq; ratione, qua Dæmones ſub certis Angelorum ordinibus continentur, ſub illis etiam neceſſe eſt eos Hierarchijs comprehendi, ad quas illi ſinguli pertinent Angelorum ordines.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum in Dæmonibus ſit prælatio.

378 Sup q. 63. ar. 8. & 2. d. 6. ar. 4 & 4. d 47 q. 2 a. 1. q. 4

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd in dæmonibus nō ſit prælatio. Omnis enim prælatio eſt ſecundum aliquem ordinem iuſtitiæ: ſed dæmones totaliter à iuſtitia ceciderunt. Ergo in eis non eſt prælatio.

2 Præterea. Vbi non eſt obedientia, & ſubiectio, non eſt prælatio: hæc autem ſine concordia eſſe non poſſunt, quæ in dæmonibus nulla eſt ſecundum illud Prou. 13. Inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia. Ergo in dæmonibus non eſt prælatio.

3 Præterea. Si in eis eſt aliqua prælatio, aut hoc pertinet ad eorum naturam, aut ad eorum culpam, vel pœnam. Sed non ad eorum naturam: quia ſubiectio, & ſeruitus non eſt ex natura, ſed eſt ex peccato ſubſecuta. Nec pertinet ad culpam, vel pœnam: quia ſic ſuperiores dæmones, qui magis peccauerunt, inferioribus ſubderentur. Non ergo eſt prælatio in dæmonibus.

Ingl. ord. ſup illud. cū eu ſcu. uerit omnē princ.

Sed contra eſt, quod dicit glo. * 1. ad Cor. 15. Quādiu durat mūdus, Angeli Angelis, homines hominib. & dęmones dęmonib. præſūt.

A Reſpon. Dicendum, quòd, cum actio ſequatur naturam rei, quorumcunque naturæ ſunt ordinatæ oportet, quòd etiam actiones ſibiinuicem ordinentur, ſicut patet in rebus corporalibus. Quia enim inferiora corpora naturali ordine ſunt infra corpora cęleſtia, actiones, & motus eorum ſubduntur actionibus, & motibus cœleſtium corporum. Manifeſtum eſt autem ex præmiſſis, * quòd dæmonum quidam naturali ordine ſub alijs conſtituuntur: vnde & actiones eorum ſub actionibus ſuperiorum ſunt. Et hoc eſt, quod rationem prælationis facit, vt ſcilicet actio ſubditi ſubdatur actioni prælati. Sic igitur ipſa naturalis diſpoſitio dæmonum requirit, quod ſit in eis prælatio. Conuenit enim hoc diuinæ ſapientiæ, quæ nihil in vniuerſo inordinatum relinquit, quæ attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, vt dicitur Sap. octauo. art. præc.

Ad primum ergo dicendum, quod prælatio dęmonum non fundatur ſuper eorum iuſtitia, ſed ſuper iuſtitia Dei cuncta ordinantis.

Ad ſecundum dicendum, quod concordia dæmonum, qua quidam alijs obediunt, non eſt ex amicitia, quam inter ſe habeant, ſed ex communi nequitia, qua homines odiunt, & Dei iuſtitiæ repugnant. Eſt enim proprium hominum impiorum, vt eis ſe adiungant, & ſubijciant ad propriam nequitiam exequendam, quos potentiores viribus vident.

Ad tertium dicendum, quòd dæmones nō ſunt æquales ſecundum naturam. Vnde in eis eſt naturalis prælatio: quod in hominibus non contingit, qui natura ſunt pares. Quod autem ſuperioribus inferiores ſubdantur, non eſt ab bonum ſuperiorum, ſed magis ad malum eorum, quia, cùm mala facere maximè ad miſeriam pertineat, præeſſe in malis, eſt eſſe magis miſerum.

Forma Textus.

CONcluſio eſt: Ipſa naturalis diſpoſitio Dæmonum requirit, vt ſit in eis Prælatio. Probatur primò: Quod rationem facit prælationis, eſt, vt actio ſubditi ſubdatur actioni Prælati: at Dæmonum quorundam actiones ſub actionibus ſuperiorum ſunt; ergo ipſa naturalis diſpoſitio, &c. Maior patet; eſt enim ipſa diffinitio prælationis. Minor probatur: Quorumcunque naturæ ſunt ordinatæ, oportet etiam vt actiones ſibi inuicem ordinentur: at Dæmonum quidam naturali ordine ſub alijs conſtituuntur: ergò. Maior huius argumenti probatur; nam, quia in rebus corporalibus inferiora corpora naturali ordine ſunt infrà corpora cœleſtia, ideò actiones & motus eorum ſubduntur actionibus, & motibus cœleſtium corporum. Secundò probatur Concluſio: Quoniam id conuenit diuinæ ſapientiæ, quæ nihil inordinatum relinquit in Vniuerſo; ergo. Probatur antecedens:

tecedens : quia ſapientia attingit à fine vſque ad finem fortiter , & diſponit omnia ſuauiter , vt dicitur ſap. 8.

Expoſitio Textus.

HVius articuli concluſionem probant euidenter ex diuinarum ſcripturarũ oracula , quæ pro tertia concluſione præcedentis articuli ſunt notata . Nec obſtat dictum illud Iob, 10. *Vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat* . Intelligendum eſt enim de ordine in finem beatitudinis, à quo irreparabiliter ceciderunt: ſed erit tamẽ in eis ordo poteſtatis, quæ magis à Deo eſt, quam ab ipſis, vt ait S. Thom. in 2. ſent. d. 6. q. 1. art. 4. ad 1.

Iob 10.

S. Thom.

Zumellus

Malonius.

Zumellus totam huius articuli doctrinam explicat elegãter, & poſt eum Malonius diſp. 7. Duo tamen ſunt hic ſpecialiter obſeruanda . Primum eſt, poſt diem Iudicij ceſſaturam Dæmonum prælationem quantum ad miniſteria , & hominum exercitium, non autem quo ad eius radicem, quæ attenditur ſecundum primam Angelicæ naturæ perfectionem, & ſecundum potentias ipſius eſſentiæ naturales . Secundum eſt, in Inferno triplicem eſſe ordinem diuinę Iuſtitiæ, quem Bartholomæus Caſſaneus in 3. parte Cathalogi gloriæ Mundi deſcribit dicens . *In ſupplicijs ergo ordinantur peccatores , vt numquam ſit dedecus culpæ ſine decore iuſtitiæ. Vnde ita pulchrè , & ordinatè ſtat peccator in inferno, ſicut in annulo gemma, & latro in furca, & ſicut ſtercus in cloaca: Secundus ordo eſt ordo culpæ: quia, qui ſimiles erunt in culpa: ſociabuntur in pœna Matt. 13. Alligate ea in faſciculos . Tertius eſt ordo pœnæ : quia pro menſura deliquerit, & plagarum modus Deut. 33.* Primum ordinem appellat hic author ordinem diuinæ iuſtitiæ , quoniam in eo ſingulariter elucet diuina Iuſtitia, tamquam finis, quamuis etiam reliqui duo ſint effectus diuinæ iuſtitiæ.

Zumellus

Malonius.

Bart. caſſaneus.

ARTICVLVS III.

Vtrum in Dæmonibus ſit illuminatio.

549 ADtertium ſic proceditur . Videtur quod in dœmonibus ſit illuminatio. Illuminatio enim conſiſtit in manifeſtatione veritatis; ſed vnus dœmon poteſt alteri veritatem manifeſtare; quia ſuperiores magis acumine naturalis ſcientiæ vigent. Ergo ſuperiores dœmones poſſunt inferiores illuminare.

2 Præterea. Corpus quod ſuperabundat lumine, poteſt illuminare corpus quod in lumine deficit, ſicut Sol Lunam: ſed ſuperiores dœmones magis abundant in participatione luminis naturalis. Ergo videtur, quòd ſuperiores dœmones poſſunt inferiores illuminare.

Sed contra . Illuminatio cum purgatione eſt , & perfectione , vt ſupra dictum eſt : * ſed purgare non conuenit dœmonibus, ſecundum illud Eccleſiaſt. 34. Ab immundo quid mundabitur? Ergo etiam neque illuminare.

q. 106 ar. 2 & ar. 1 arg.

A

ſed contra

Reſpondeo. Dicendum, quòd in dœmonibus non poteſt eſſe illuminatio proprie . Dictum eſt enim ſupra * quod illuminatio proprie eſt manifeſtatio veritatis, ſecundum quod habet ordinem ad Deum , qui illuminat omnem intellectum . Alia autem manifeſtatio veritatis poteſt eſſe locutio , ſicut cum vnus Angelus alteri ſuum conceptum manifeſtat. Peruerſitas autem dœmonum hoc habet, quod vnus alium non intendit ordinare ad Deum , ſed magis ab ordine diuino abducere : & ideo vnus dœmon alium non illuminat, ſed vnus alij ſuum conceptum per modum locutionis intimare poteſt.

q. 106 ar. 1

B

Ad primum ergo dicendum, quòd nõ quælibet veritatis manifeſtatio habet rationem illuminationis, ſed ſolum quæ dicta eſt.

Ad ſecundum dicendum , quòd ſecundum ea, quæ ad naturalem cognitionem pertinent, non eſt neceſſaria manifeſtatio veritatis neque in Angelis , neque in dœmonibus : quia, ſicut ſupra, dictum eſt, * ſtatim à principio ſuæ conditionis omnia cognouerunt , quæ ad naturalem cognitionem pertinent : & ideo maior plenitudo naturalis luminis, quæ eſt in ſuperioribus dœmonibus , non poteſt eſſe ratio illuminationis.

In 2. ſ.

C

q. 55. a. 2. & 58 ar. 1.

Senſus quæſiti.

DE illuminatione actiua præcipuè ſermo eſt, & de paſſiua, non à quacunque, ſed à ſuperiori Dæmone facta.

D

Forma Textus.

PRima concluſio: *In Dæmonibus non poteſt eſſe illuminatio propriè. Probatur : Illuminatio propriè eſt manifeſtatio veritatis , ſecundùm quòd habet ordinem ad Deum, qui illuminat omnem intellectum: at vnus Dæmon non intendit alium ordinare à Deum; ergo. Maior declaratur ex differentia dictæ manifeſtationis ab ea manifeſtatione veritatis, quæ eſt locutio, ſicut, cũ vnus Angelus alteri ſuum conceptum manifeſtat . Minor verò probatur. Quia in Dæmonibus eſt peruerſitas, ergo vnus alium non intendit ordinare ad Deum , ſed magis ab ordine diuino abducere.*

Secunda concluſio ; Vnus Dæmon alij ſuum conceptũ per modum locutionis intimare poteſt. Probatur: Quia eſt in eis locutio.

E

Expoſitio Textus.

ADuerte primò, diſtinctionem quaſi duplicem in textu ſignificari. Prior eſt hæc : Illuminatio duplex eſt : quædam propriè dicta ; & hæc eſt manifeſtatio veritatis, ſecundum quòd habet ordinem ad Deum: & quædam impropriè dicta, quæ eſt

est simplex manifestatio veritatis. Alia verò distinctio hæc esse potest: Manifestatio veritatis duplex est; vna, secundùm quod habet ordinem ad Deum; alia, quæ est locutio; & sic poterit alio modo formari discursus articuli.

1. Dubit. Zumellus

Circa secundam conclusionem dubitatio est à Zumello mota, & definita. Videtur enim (inquit) non esse vniuersaliter vera, quoniam Angeli boni multa mysteria reuelant Dæmonibus de ijs, quæ pertinent ad ordinem diuinæ iustitiæ. Sed huic argumento satisfit ex tituli declaratione supra posita; non enim intendit in hoc art. S.D. omnem prorsus à Dæmonibus passiuam illuminationem excludere, sed eam tantum, quam vnus ab alio Dæmone recipiat. Secundò dico, D. Thomam in art. sequente in responsione ad primum huic argumẽto respondere, ac plenè satisfacere. Tertiò dico, tunc verè, & propriè illuminationem in recipiente non esse, cum directè sua voluntati repugnat, nè manifestatio veritatis ab Angelo illuminante facta ordinetur in Deum, quæ repugnantia sola videtur in esse peruersæ Dæmonum voluntati: Viatores enim homines, vt plurimum indirectè tantùm, obicem scilicet opponendo peccati, diuinæ, & ecclesiasticæ illuminationi repugnant. Vide, si lubet, quæ scribit hic Zumellus de proposita dubitatione.

4. Thomas

2. Dubit. Bannes

Aliam dubitationem excitat Bannes circa definitionem illuminationis assumptam pro maiori in argumento, quo probatur prima conclusio. Dicitur enim illuminatio esse manifestatio veritatis, secundùm quod habet ordinem ad Deum: ex hac enim definitione sequeretur (inquit) prælatum, siue prædicatorem malum habentem pro vltimo fine vanam gloriam, aut diuitias, & propter talem finem prædicantem Euangelium non illuminare. Sed hoc argumentum facilè soluitur dicendo talẽ Prædicatorem verè, & propriè populum audientẽ illuminare, dummodo finem illuminationi directè contrarium non apponat: quod tunc solum fieret, quando sua prædicatione intenderet homines in errorem, aut in peccatum inducere, etiamsi pro tunc vera, & sana dogmata prædicaret; hoc enim solo tollitur illuminationis vltima, & constitutiua differentia illis verbis expressa, *secundùm quod habet ordinem in Deum*. Vide, si vis, Bannesium difficultatem hanc paulo latiùs enodantem.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrum boni Angeli habeant prælationem super malos.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd boni Angeli non habeãt prælationem super malos. Prælatio enim Angelorum præcipuè attenditur secundum illuminationes: sed mali Angeli, cum sint tenebræ, non illuminantur à bonis. Ergo boni Angeli non sunt prælati super malos.

2 Præterea. Ad negligentiam præsidentis pertinere videntur ea, quæ per subditos male fiunt: sed dæmones multa mala faciunt. Si igitur subsunt prælationibus bonorum Angelorum, videtur in Angelis bonis esse aliqua negligentia: quod est inconueniens.

3 Præterea. Prælatio Angelorum sequitur naturæ ordinem, vt supra dictum est: * sed, si dæmones de singulis ordinibus ceciderunt, vt communiter dicitur, multi dæmones multis bonis Angelis sunt superiores ordine naturæ: Non ergo boni Angeli prælationem habent super omnes malos.

Ar. 1. & 2. huius q.

Sed contra est, quòd Aug. dicit * 3. de Trin. quòd spiritus vitæ desertor, atq; peccator regitur per spiritum vitæ rationalem, pium, & iustum. Et Greg. * dicit, quòd potestates sunt Angeli, quorum ditioni virtutes aduersæ subiectæ sunt.

Lib. 3. de Tri. cap 4. paulo à princ.

Greg ho. 34 in euã.

Respondeo. Dicendum, quòd totus ordo prælationis primò, & originaliter est in Deo, & participatur à creaturis, secundũ quòd Deo magis appropinquant. Illæ enim creaturæ super alias influentiam habent, quæ sunt perfectiores, & Deo propinquiores. Maxima autẽ perfectio, & per quam maximè Deo appropinquatur, est creaturarum fruentium Deo, sicut sunt sancti Angeli, qua perfectione dæmones priuantur. Et ideo boni Angeli super malos prælationem habent, & per eos reguntur.

534

Ad primum ergo dicendum, quòd per sanctos Angelos multa de diuinis misterijs dæmonibus reuelãtur, cum diuina iustitia exigit, vt per dæmones aliqua fiant, vel ad punitionẽ malorum, vel ad exercitationem bonorum: sicut in rebus humanis assessores iudicis reuelant tortoribus eius sententiam. Huiusmodi autem reuelationes, si ad Angelos reuelantes comparentur, illuminationes sunt: quia ordinant eas ad Deum. Ex parte verò dæmonum non sunt illuminationes: quia eas in Deum nõ ordinãt, sed ad expletionẽ propriæ iniquitatis.

Ad secundum dicendum, quòd sancti Angeli sunt ministri diuinæ sapientiæ. Vnde, sicut diuina sapientia permittit aliqua mala fieri per malos Angelos, vel homines, propter bona, quæ ex eis elicit, ita & boni Angeli non totaliter cohibent malos à nocendo.

Ad tertium dicendum, quòd Angelus, qui est inferior ordine naturæ, præest dæmonibus, quamuis superioribus ordine naturæ: quia virtus diuinæ iustitiæ: cui inhærent boni Angeli, potior est, quàm virtus naturalis Angelorum. Vnde, & apud homines spiritualis iudicat omnia: vt dicitur 1. ad Cor. 2. & Phil. dicit in lib. Ethic. quòd virtuosus est regula, & mensura omnium humanorum actuum.

Digitized by Google

Forma Textus.

Concluſio eſt: Boni Angeli ſuper malos prælationẽ habent, & mali per eos reguntur. Probatur: Totus ordo prælationis primò, & originaliter eſt, à Deo, et participatur à creaturis, ſecundùm quòd Deo magis appropinquant: at Angeli ſancti maximè Deo appropinquant, ergo. Maior quo ad ſecundam partem probatur: quia illæ creaturæ ſuper alias influentiam habent, quæ ſunt perfectiores, & Deo proximiores; ergo. Minor verò probatur: Maxima perfectio, & per quam maximè Deo appropinquatur, eſt creaturarum fruentium Deo: ſed tales ſunt Angeli ſancti; ergo.

Expoſitio Textus.

ADuerte hic primò, Concluſionem eſſe vniuerſaliter intelligendam de omnibus, & ſingulis bonis Angelis reſpectu malorum omnium, ita vt quilibet bonus Angelus prælationem habeat ſuper quemlibet malum Angelum, vt perſpicuè docet in hoc art. S. D. ad tertium. Secundò circa reſponſionem ad ſecundum recole, quæ diximus in articulo præcedenti. S. Thomas

QVAESTIO CX.

De Præſidentia Angelorum ſuper Creaturam corporalem in quatuor articulos diuiſa.

DEinde conſiderandum eſt de præſidentia Angelorum ſuper creaturam corporalem.

Et circa hoc quęrũtur quatuor.

Primò, Vtrum creatura corporalis adminiſtretur per Angelos.

Secundò, Vtrum creatura corporalis obediat Angelis ad nutum.

Tertiò, Vtrum Angeli ſua virtute poſsint immediatè mouere corpora localiter.

Quartò, Vtrum Angeli boni, vel mali poſſint facere miracula.

Ratio ordinis.

HVcuſque diſſeruit S.D. de præſidentia, & actione Angelorum in ordine ad ipſos Angelos, qui ſunt creaturæ merè ſpirituales: nunc de præſidentia, & actione tractat Angelorum reſpectu creaturæ merè corporalis, vltimò diſputaturus de eorundem actione, & præſidentia reſpectu hominis, ex vtroque genere, vel ordine creaturæ compoſiti; Habita namq; componentium naturarum veluti partium cognitione, facilior eſt compoſiti notitia. Sumit autem initium S. Doct. ab eo, quod eſt in hac materia communiſsimum, præmittens in art. primo, quæſtionem an eſt, & quærens: Vtrum creatura corporalis adminiſtretur p Angelos: Secundò de qualitate, ſiue modo, & efficacitate præſidentiæ, vel adminiſtrationis agit in aliis tribus articulis; & primò in ordine ad effect' ordinis naturalis, quos ſcilicet Angeli ſua naturali virtute poſsunt efficere in 2. & 3. artic. deindè in ordine ad effectus ſupernaturales in 4. De adminiſtratione verò in ordine ad effectus ſupernaturales proponit primò quæſitum vniuerſale reſpiciens omnes effectus ordinis naturalis cum modo agendi efficacisſimo in art. 2. quærens; Vtrũ creatura corporalis obediat Angelis ad nutum: deindè de adminiſtratione tractat in ordine ad effectum particularem, & quo ad modum agendi minùs efficacem in art. 3. in quo quærit: Vtrum corpora obediant Angelis ad motum localem, vel: Vtrum Angeli ſua virtute poſsint immediatè mouere corpora localiter.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum creatura corporalis adminiſtretur per Angelos.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd creatura corporalis nõ adminiſtretur per Angelos. Res enim, quæ habent determinatũ modum operandi, non indigent gubernari ab aliquo præſidẽte. Ideo enim indigemus gubernari, ne aliter operemur, quam oporteat: ſed res corporales habent determinatas actiones ex naturis ſibi diuinitus datis. Non ergo indigent gubernatione Angelorũ. 341 2.d.14 a 3 & 3.con.c. 38. & 83. & ver q 5. a. 8. & op. 3.c.129. & opu.10.ar. 1.vſque ad 16. & opu. 20.

2 Præterea. Inferiora in entibus gubernantur per ſuperiora: ſed in corporibus quædam dicuntur inferiora, quædam ſuperiora. Inferiora igitur gubernantur per ſuperiora. Non ergo eſt neceſſarium, quod gubernentur per Angelos.

3 Præterea. Diuerſi ordines Angelorum diſtinguuntur ſecundùm diuerſa officia: ſed, ſi creaturæ corporales adminiſtrantur per Angelos, tot erunt officia Angelorum, quot ſunt ſpecies rerum. Ergo etiam tot erunt ordines Angelorum, quot ſunt ſpecies rerũ: quod eſt contra ſupradicta.* Non ergo corporalis creatura adminiſtratur per Angelos. 350 q.108.a.1. & 6.

Sed contra eſt, quòd Aug. dicit* 3. de Trin. quòd omnia corpora reguntur per ſpiritũ vitæ rationalem, & Greg. dicit in* 4. dia. quòd in hoc mundo viſibili nihil niſi per creaturã inuiſibilem diſponi poteſt. Lib 31 de Tr c.4. 4 dial.c 5. poſt med.

Reſpondeo. Dicendum, quòd tam in rebus humanis, quàm in rebus naturalibus, hoc communiter inuenitur, quod poteſtas particularis gubernatur, & regitur à poteſtate vniuerſali, ſicut poteſtas balliui gubernatur à poteſtate regis. Et in Angelis etiam eſt dictum, quòd ſuperiores Angeli, qui præſunt inferioribus habent ſcientiam magis vniuerſalem. Manifeſtũ eſt autem, quod virtus cuiuslibet corporis eſt magis particularis, quã virtus ſpiritualis ſubſtan- q 55. ar 3. & q 10.ar. 1.

ſtantiæ. Nam omnis forma corporalis eſt forma indiuiduata per materiam,& determinata ad hic,& nunc:formæ autẽ immateriales ſunt abſolutæ,& intelligibiles.Et ideo ſicut inferiores Angeli,qui habent formas minus vniuerſales reguntur per ſuperiores, ita omnia corporalia reguntur per Angelos.Et hoc non ſolum à ſanctis doctoribus ponitur,ſed etiam ab omnibus Philoſophis,qui incorporeas ſubſtãtias poſuerunt.

Ad primum ergo dicendum, quòd res corporales habẽt determinatas actiones, ſed has actiones non exercent,niſi ſecũdùm quod mouentur:quia proprium corporis eſt, quòd non agat, niſi per motum.Et ideò oportet, q̃ creatura corporalis à ſpirituali moueatur.

Ad ſecundum dicendũ,quòd ratio iſta procedit ſecundum opinionem Ariſt.* qui poſuit, quòd corpora cœleſtia mouentur à ſubſtantijs ſpiritualibus, quarum numerum conatus fuit aſſignare ſecundùm numerum motuũ, qui apparent in corporibus cęleſtibus: ſed non poſuit,quod eſſent aliquæ ſubſtantiæ ſpirituales, quæ haberent immediatam præſidentiam ſupra inferiora corpora,niſi forte animas humanas. Et hoc ideo,quia non cõſiderauit aliquas operationes in inferioribus corporibus exerceri,niſi naturales, ad quas ſufficiebat motus corporum cœleſtium. Sed quia nos ponimus multa in corporibus inferioribus fieri præter naturales actiones corporum,ad quæ non ſufficiunt virtutes cœleſtium corporum:ideo ſecundùm nos neceſſe eſt ponere, quod Angeli habeant immediatam præſidentiam,non ſolũ ſupra cęleſtia corpora,ſed etiam ſupra corpora inferiora.

Ad tertium dicendum, quòd de ſubſtantijs immaterialibus diuerſimodè Philoſophi ſunt locuti. Plato enim poſuit,ſubſtantias immateriales eſſe rationes,& ſpecies ſenſibilium corporum,& quaſdã alijs vniuerſaliones: & ideo poſuit ſubſtantias immateriales habere præſidentiam immediatam circa omnia ſenſibilia corpora,& diuerſas circa diuerſas.Ariſt.* autẽ poſuit, quòd ſubſtantiæ immateriales nõ ſunt ſpecies corporum ſenſibilium, ſed aliquid altius,& vniuerſalius: & ideò non attribuit eis immediatam præſidentiam ſupra ſingula corpora,ſed ſolum ſupra vniuerſalia agentia,quę ſunt corpora cœleſtia. Auicen. verò mediam viam ſecutus eſt.Poſuit enim cum Pla. aliquã ſubſtantiam ſpiritualem præſidentem immediatè ſphæræ actiuorum,& paſſiuorum, eo q̃ ſicut Plat.ponebat, quòd formæ horum ſenſibilium deriuantur à ſubſtantijs immaterialibus,ita etiam Auicen.hoc poſuit:ſed in hoc à Pla.differt,quòd poſuit vnam tantum ſubſtantiam immaterialem præſidentẽ omnibus corporibus inferioribus,quam vocauit intelligentiam agentem: Doctores autem ſancti poſuerunt,ſicut, & Platonici diuerſas rebus corporeis ſubſtantias ſpirituales eſſe præpoſitas. Dicit enim Aug.in lib.*83.q. Vnaquæque res viſibilis in hoc mundo,habet Angelicam poteſtatem ſibi præpoſitam.Et Damaſ.†dicit.Diabolus erat ex ijs Angelicis virtutibus, quæ p̃erant terreſtri ordini.Et Orig.* dicit ſuper illud Nume.22.Cum vidiſſet aſina Angelum, quòd opus eſt mundo Angelis,qui præſunt ſuper beſtias,& præſunt animalium natiuitati, & virgultorum,& plãtationum, & cęterarum rerum incrementis: ſed hoc non eſt ponẽdum propter hoc, quòd ſecundùm ſuam naturam vnus Angelus magis ſe habeat ad præſidendũ animalibus,quàm plantis: quia quilibet Angelus,etiam minimus,habet altiorem virtutem, & vniuerſaliorem, quàm aliquod genus corporalium,ſed eſt ex ordine diuinæ ſapientiæ, quæ diuerſis rebus diuerſos rectores præpoſuit.Nec tamen propter hoc ſequitur, quòd ſint plures ordines Angelorum,quàm nouem: quia,ſicut ſupra dictum eſt,ordines diſtinguũtur ſecundùm generalia officia. Vnde, ſicut ſecundùm Greg.* ad ordinem poteſtatũ pertinent omnes Angeli,qui habẽt propriè præſidentiam ſuper dœmones:ita ad ordinem virtutum pertinere videntur omnes Angeli, qui habent præſidentiã ſuper res purè corporeas: horum enim miniſterio interdum etiam miracula fiunt.

Li.11.Met. tex.44. to.3.

369

137 Vide li.1. Met.tex.6 to 3

263

419

Li.83.q.q. 79. ĩ prin. to.4.

Dam. li.2. c.4. in pr.

† Orig. in Nume.homil.13.

4.conſi.c. 2. Homil. 34. in euãgel.

Forma Textus.

Concluſio eſt: Omnia corporalia reguntur per Angelos. Probatur dupliciter; Primò ratione: Poteſtas particularis gubernatur, & regitur à poteſtate vniuerſali; at virtus cuiuslibet corporis eſt particularis, virtus verò ſubſtantiæ ſpiritualis eſt vniuerſalis: ergo.

Maior probatur inductione duplici: Primò in humanis; quia poteſtas Balini gubernatur à poteſtate Regis. Secundò in Angelis, quorum ſuperiores, qui præſunt inferioribus, habent ſcientiam magis vniuerſalem.

Minor verò probatur: & primò quo ad priorem partem; Quia omnis forma corporalis eſt forma indiuiduata per materiam, & determinata ad hic, & nunc: quo ad alteram verò partem: quia formæ immateriales ſunt abſolutæ, & intelligibiles.

Secundò probatur concluſio authoritate Sanctorum Doctorum, & Philoſophorum, qui in corporeas ſubſtantias poſuerunt.

Expoſitio Textus.

COnclusionem huius articuli explicat, & pluribus argumentis probat S.D.in 3.cont.gentil.cap.78.& de Verit.quæſt.5.art.8. S. Thom.

Plu-

Plurima ſunt diuinarum ſcripturarum oracula, quibus corpoream creaturam per Angelos adminiſtrari ſignificatur: nobis verò ſufficiet quatuor tantùm ex eis præcipua recenſere. Primũ eſt Gen.18. Gen.18. Vbi tres Angeli diuinæ Trinitatis maieſtatem referẽtes in aſſumptis corporibus ſub triũ virorum ſpecie dicuntur apparuiſſe Abrahæ ſedẽti in oſtio Tabernaculi. Verba ſcripturæ ſunt: *Cùmq; eleuaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri ſtantes propè eum, &c.*

Gen.19. Secundum eſt in ſequenti cap.19. *Venerũtq; duo Angeli Sodomam veſpere, &c.* Et infra: *Et ecce miſerunt manum viri* (ideſt Angeli) *& introduxerunt ad ſe Loth, clauſeruntq; oſtium, & eos, qui foris erant, percuſſerunt cæcitate à minimo uſque ad maximum, dixeruntq; ad Loth, habes hic quempiam tuorum? Generum, aut filios, aut filias, omnes, qui tui ſunt, educ de hac urbe: delebimus enim locum iſtum, &c.* Tertium eſt Heb. 1. Hæbr.1. *Non ne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis?* Quibus verbis perſpicuè ſignificatur, omnem corporearum rerum adminiſtrationẽ Angelis creditam ad finem prædeſtinationis ordinari, vt hic affirmat Caietanus. Quartum eſt Apoc. Caiet. Apoc 7. 7. *Poſt hæc: vidi quatuor Angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes quatuor vẽtos terræ, ne flarent ſuper terram, neque ſuper mare, neque in vllam arborem. Et: Vidi alterum Angelum aſcendentem ab ortu Solis, habentem ſignum Dei viui, & clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum eſt nocere terræ, & mari dicens, nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusq; ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum.* Cætera loca vide in Indice Biblico verbo, Angeli. Teſtimonia Sanctorum Patrum eandem veritatem aſſerentia notantur à D. Thoma in allegato artic. 8. de Veritate, & à Bannelio, & Zumello, Molina, & Valentia ſuper hoc articulo.

Aduerte præterea, D Thomam in hoc articulo, non loqui de adminiſtratione Angelorum in ordine ad effectus miraculoſos, quos efficiunt Angeli diuina virtute ſupra totum ordinem naturæ creatæ (de hoc enim agit quartus articulus) ſed indifferenter, & abſolutè de adminiſtratione ſermo eſt, non deſcendendo ad talem, vel talem effectum. Quare non placet interpretatio Banneſij dicẽtis, D. Thomam in hoc articulo, loqui de effectibus, quos Angelus virtute ſua naturali propria poteſt facere; doctrina enim hæc non eſt ad huius tantũ generis effectus limitanda, ſed vt ad omnes Angelicæ adminiſtrationis effectus indifferens accipiẽda, vt totius articuli ſeries apertè teſtatur.

Poſtremò vide, ſi placet, Caietanũ circa reſpon ſionem ad tertium Diui Thomæ, & Zumellum litteram huius articuli declarantem.

D. Thom. Bannes Zumellus Molina. Valentia. 1.2 q.80.a.2. 2.cor & 3. conc 103. & 90 q 6. a 3. & ma. q 16.ar.9. & 10. & quol.9.ar. 10.

ARTICVLVS II.

Vtrum materia corporalis obediat Angelis ad nutum.

AD ſecũdum ſic proceditur. Videtur, quòd materia corporalis obediat Angelis ad nutum. Maior eſt enim virtus Angeli, quam virtus animæ: ſed conceptioni animæ maximè obedit materia corporalis. Immutatur enim corpus hominis ex conceptione animæ ad calorem, & frigus, & quandoque vſque ad ſanitatem, & ægritudinem: Ergo multò magis ſecundùm cõceptionem Angeli, materia corporalis tranſmutatur.

2 Præterea. Quicquid poteſt virtus inferior, poteſt virtus ſuperior: ſed virtus Angeli eſt ſuperior, quàm materia corporalis: corpus autem ſua virtute poteſt tranſmutare materiã corporalem ad formam aliquam, ſicut patet cum ignis generat ignem. Ergo multò fortius virtute ſua Angeli poſſunt materiã corporalẽ tranſmutare ad aliquam formam.

3 Præterea. Tota natura corporalis adminiſtratur per Angelos, vt dictum eſt.* & ſic videtur, quòd corpora ſe habent ad Angelos, ſicut inſtrumenta: nam ratio inſtrumenti eſt, q̃ fit mouẽs motum: ſed in effectibus aliquid inuenitur ex virtute principalium agentium, qđ non poteſt eſſe per virtutẽ inſtrumenti: & hoc eſt id, quod eſt principalius in effectu. Sicut digeſtio nutrimenti eſt per virtutem caloris naturalis, qui eſt inſtrumentum animæ nutritiuę: ſed, quòd generetur caro viua, eſt ex virtute animæ: ſimiliter, quòd ſecetur lignũ, pertinet ad ſerram: ſed, quòd perueniatur ad formam lecti, eſt ex virtute artificis: Ergo forma ſubſtantialis, quę eſt principalius in effectibus corporalibus, eſt ex virtute Angelorum: materia ergo obedit ad ſui informationem Angelis. Art.prec.

Sed contra eſt, quòd Aug. dicit 3.* de Trin. Non putandum iſtis tranſgreſſoribus Angelis ad nutum ſeruire hanc viſibilium rerum materiam, ſed ſoli Deo. Li 3 ca 8. in princi. to.3. D. 642.

Reſpondeo. Dicendum, quòd *Platonici* poſuerunt formas, quæ ſunt in materia, cauſari ex immaterialibus formis: quia formas materiales ponebant eſſe participationes quaſdam immaterialium formarum. Et hos quãtum ad aliquid ſecutus eſt Auicen. qui poluit omnes formas, quæ ſunt in materia, procedere à conceptione intelligentiæ, & quòd agentia corporalia ſunt ſolum diſponentia ad formas. Qui in hoc videntur fuiſſe decepti, quia exiſtimauerunt formam, quaſi aliquid per ſe factum, vt ſic ab aliquo formali principio procederet. 336 li.7. Met. tex.26.27. & 32.to.3

Sed ſicut Philoſ. probat in* 7. Metaphyſ. hoc, quod propriè fit, eſt compoſitum. Hoc enim propriè eſt quaſi ſubſiſtens: forma autem non dicitur ens quaſi ipſa ſit, ſed ſicut quo aliquid eſt: & ſic per conſequens, nec forma propriè fit. Eius enim eſt fieri, cuius eſt eſſe, cum fieri nihil aliud ſit, quàm via in eſſe. Manifeſtum eſt autem, quòd factum eſt ſimile facienti: quia omne agens agit ſibi ſimile. Et ideò id, quod fa-

facit res naturales, habet ſimilitudinem cum compoſito, vel, quia eſt compoſitū, ſicut ignis generat ignē: vel, quia totum compoſitum, & quantum ad materiam, & quantum ad formā eſt in virtute ipſius: quod eſt proprium Dei. Sic igitur omnis informatio materiæ, vel eſt à Deo immediatè, vel ab aliquo agente corporali: non autem immediatè ab Angelo. 336

Ad primum ergo dicendum, quòd anima noſtra vnitur corpori, vt forma. Et ſic non eſt mirum, ſi formaliter tranſmutatur ex conceptione ipſius, præſertim cum motus ſenſitiui appetitus, qui fit cum quadam tranſmutatione corporali, ſubdatur imperio rationis; Angelus autem non ſic ſe habet ad corpora naturalia: vnde ratio non ſequitur.

b 416 432 d Ad ſecundum dicendum, quòd id, quod poteſt virtus inferior, poteſt ſuperior, non eodē, ſed excellētiori modo: ſicut intellectus cognoſcit ſenſibilia excellentiori modo, quàm ſenſus. Et ſic Angelus excellentiori modo tranſmutat materiam corporalem, quàm agentia corporalia, ſcilicet, mouendo ipſa agentia corporalia, tanquam cauſa ſuperior.

Ad tertium dicendum, quòd nihil prohibet ex virtute Angelorum aliquos effectus ſequi in rebus naturalibus, ad quos agentia corporalia non ſufficerent: ſed hoc non eſt Angelo obedire materiam ad nutum, ſicut nec cocis obedit materia ad nutum: quia aliquē modum decoctionis operantur per ignem ſecundùm aliquam artis moderationem, quā ignis per ſe non faceret, cum reducere materiam in actum formæ ſubſtantialis, non excedat virtutem corporalis agentis: quia ſimile natum eſt ſibi ſimile facere.

Senſus quæſiti.

MAteriam obedire Angelis ad nutum eſt materiam ab Angelis, vt agentibus immediatis per imperium efficax voluntatis eorū ad formam tranſmutari.

Formā Textus.

REfert primò S.D. opiniones Platonicorum, & Auicennæ, deindè vtriſque obiectam oſtendit erroris vtriuſq; ſententiæ. Tertiò quæſito reſpondet vnica concluſione, cuius probatione vtramq; confutat opinionem.

Platonicorum opinio fuit, formas exiſtentes in materia cauſari ex immaterialibus formis; fundamentum eorum erat: quia formas materiales ponebant eſſe participationes quaſdam immaterialium formarum. Opinio autem Auicennæ huic quantum ad aliquid ſimilis fuit, formas, quæ ſunt in materia, procedere à conceptione intelligentiæ, & agentia corporea eſſe ſolum diſpoſentia ad formam.

Radix erroris vtriuſque ſententiæ fuit; quia exiſtimarunt formam, quaſi aliquid per ſe ſubſtans, vt ſic ab aliquo formali principio procederet.

Concluſio eſt: Nulla informatio materiæ eſt immediatè ab Angelo, ſed eſt, vel à Deo immediatè, vel ab aliquo agente corporali. Probatur: Quod facit res naturales, habet ſimilitudinem non cum forma, ſed cum compoſito, vel, quia eſt compoſitum, vel quia totum compoſitum, & quantum ad materiam, & quantum ad formam eſt in virtute ipſius; ſed neutrum conuenit Angelis. Primum verò conuenit ſolis agenti corporeo: Secundum autem ſoli Deo proprium eſt, ergo.

Maior probatur: Quia factum eſt ſimile facienti; ſed quod propriè fit, non eſt forma, ſed compoſitum; ergo, quod facit res naturales, non habet ſimilitudinem cum forma, ſed cum compoſito, &c.

Prima propoſitio huius argumenti probatur: quia omne agens agit ſibi ſimile.

Secunda verò probatur; quia id, quod propriè fit, eſt ſubſiſtens, & id, quod eſt: at compoſitum eſt quid ſubſiſtens, & id, quod eſt, forma verò non dicitur ens, quaſi ipſa ſit, ſed ſicut quo aliquid eſt; ergo, quod propriè fit, non eſt forma, ſed compoſitum.

Maior huius argumenti probatur; quia eius eſt fieri, cuius eſt eſſe; ergo. Probatur hoc antecedens; quia fieri nihil aliud eſt, quàm via in eſſe.

Expoſitio Textus.

OPinionem Auicennæ latè refert, & confutat S.D. in tertio contra gent. cap. 103. & de Potentia, quæſt. 6. artic. 3. & Soncinas in 7. Metaphy. quæſt. 2, & Iauellus in eodem libro, quæſt. 14. Platonis verò phantaſiam diſtinctè narrat, & reijcit S.D. ſupra q. 65. art. 4. vbi quærit, an formæ corporum ſint ab Angelis. S. Thom. Soncin. Iauellus.

Vtramq; verò multis refutat argumentis in 3. contra gent. cap. 69. & de potentia, quæſt. 6. art. 3. in quibus etiam locis concluſionem præſentis articuli probat optimis argumentis; quibus adde probationem aliam ex quæſtione 16. de malo artic. 9. Soncinas in 7. Metaphyſ. quæſt. 25. oſtendit efficaces eſſe rationes Ariſtotelis contra Platonē.

Duæ ſunt in hoc diſcurſu propoſitiones, quæ multas ſecum trahunt difficultates, & quæſtiones metaphyſicas. Prima eſt: Omne agens agit ſibi ſimile: de qua latè, & erudite diſputat Paulus Soncinas in 12. Metaph. quæſt. 14. & Iauellus in 7. Metaph. quæſt. 12. & alij Metaphyſici in ſuis quæſtionibus ad 7. Metaphyſ. Altera propoſitio eſt: Quod propriè fit, non eſt forma, ſed compoſitum; de cuius primā parte differit vberrimè Sōcinas in 7. Metaphyſ. quæſt. 23. & 24. de 2. verò parte, q 21. Soncin. Iauellus

Concluſionis veritatem, & diſcurſus efficacitatem examinant, & tuentur Bannes, & Zumellus ſuper hoc articulo, quorum ſcriptis nihil addēdum occurrit. Bannes. Zumellus

Reſponſionem ad tertium argumentum declarat egregiè S.D. in allegata, quæſt. 6. de Potentia, art. 3. & de Malo, quæſt. 16. art. 9. ad 11. in quibus locis oſtendit, quomodo per artem ſuam Angelus quoddā producat nobiliores effectus ijs, quos poteſt natura producere. Eandem reſponſionem explicat S. Thom.

Digitized by Google

Ferrarien. Zumellus Molina. plicat in supra notato, cap. 103. & ibi Ferrarien-- fis, & Zumellus, & Molina super hoc articulo.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrum corpora obediant Angelis ad motum localem.

543 Loc supra art. 2 not.

AD secũdum sic proceditur. Videtur, quòd corpora non obediant Angelis ad motum localem. Motus enim localis corporum naturalium sequitur formas eorum: sed Angeli non causant formas corporum naturalium, vt dictum est.* Ergo neque possunt causare in eis motum localem.

Art. præc. & q. 65 ar. 4.

2 Præterea. In 8.* Physic. probatur, quòd motus localis est primus motuum: sed Angeli non possunt causare alios motus, transmutando materiam formaliter: Ergo neque etiã possunt causare motum localem.

Li 8. Phy. à tex 14 vsque ad 60. to. 2.

3 Præterea. Membra corporalia obediunt conceptioni animæ ad motum localem, inquãtum habent in seipsis aliquod principium vitæ. in corporibus autem naturalibus non est aliquod principium vitæ: Ergo non obediunt Angelis ad motum localem.

Li. 3. de tr cap. 8. & 9. to 4.

Sed contra est, quòd Aug. dicit* 3. de Trin. quòd Angeli adhibent semina corporalia ad aliquos effectus producendos: sed hoc nõ possunt facere, nisi localiter mouendo: Ergo corpora obediunt eis ad motum localem.

Respondeo. Dicendum, quòd, sicut Diony. dicit 7. cap. de diu. nom, Diuina sapientia coniungit fines primorum principijs secũdorum. Ex quo patet, quòd natura inferior in sui supremo attingitur à natura superiori: natura autem corporalis est infra naturam spiritualem. Inter omnes autem motus corporeos perfectior est motus localis, vt probatur in *8. Physic. Cuius ratio est: quia mobile secundum locum non est in potentia ad aliquid intrinsecum, inquantum huiusmodi, sed solum ad aliquid extrinsecum, scilicet ad locum; & ideo natura corporalis nata est moueri immediatè à natura spirituali secundùm locum. Vnde, & Philosophi posuerunt suprema corpora moueri localiter à spiritualibus substantijs: vnde videmus, quòd anima mouet corpus primò, & principaliter locali motu.

Li 8. Phy. tex 57. to 2.

Ad primum ergo dicendum, quòd in corporibus sunt alij motus locales, præter eos, qui consequuntur formas: sicut fluxus, & refluxus maris non consequitur formam substantialem aquæ, sed virtutem Lunæ. Et multò magis aliqui motus locales consequi possunt virtutem spiritualium substantiarum.

517 D. 6. 8.

Ad secundum dicendum, quòd Angeli causando motum localem, tanquàm priorem, per eum causare possunt alios motus, adhibendo, scilicet agentia corporalia ad huiusmodi effectus producendos, sicut faber adhibet ignem ad emollitionem ferri.

Ad tertium dicendum, quòd Angeli habẽt virtutem minùs contractã, quàm animæ. Vnde virtus motiua animæ contrahitur ad corpus vnitum, quod per eam viuificatur, quo mediante alia potest mouere: sed virtus Angeli non est contracta ad aliquod corpus: vnde potest corpora non coniuncta localiter mouere.

Forma Textus.

Conclusio est: Natura corporalis nata est moueri immediatè à natura spirituali secundùm locum. Probatur triplicitèr; primò ratione: Quia natura inferior in sui supremo attingitur à natura superiore: at natura corporea est infra naturam spiritualem, & supremus, ac perfectissimus omnium motuum naturæ corporeæ est motus localis; ergo natura corporea nata est moueri immediatè à natura spirituali.

Maior probatur authoritate Dionysij 7. cap. de diu. nom. dicente, diuinam sapientiam coniungere fines primorum principijs secundorum. Minor quo ad priorem partem notissima est. Quo ad alteram verò partem probatur ratione Arist. in 8. Physic. tex. 57. quia mobile secundùm locum non est in potentia ad aliquid intrinsecum, inquantum huiusmodi, sed solum ad aliquid extrinsecum, scilicet ad locum; ergo supremus, ideſt perfectissimus omnium motuum naturæ corporeæ est motus localis.

Secundò probatur conclusio authoritate Philosophorum, qui posuerunt suprema corpora moueri localiter à spiritualibus substantijs.

Tertiò probatur experientia; quia videmus animam mouere corpus primò, & principaliter locali motu.

Expositio Textus.

CONclusio intelligenda est de natura corporea, seu de corpore indifferenter accepto, siue sit superius, ideſt cęleste, siue sit inferius, ideſt elementare; vt patet ex probationibus, quibus vtitur Sanctus Thomas. Quod dixerim propter Banesium, qui conclusionem affirmat esse intelligendam de corporibus inferioribus; de quibus etiam non est intelligenda, nisi iuxta proportionem Angelicæ virtutis, & modum. De motu verò accipienda est, qui non perturbet ordinem Vniuersi; Cum enim sit a Deo creatus Angelus propter perfectionem, & bonum totius Vniuersi, vt eius pars omnium nobilissima, virtus eius omnis, inclinatio, & operatio in commune bonum esse debet ordinis Vniuersi destinata, atque ideo nullum, sic potest localiter mouere corpus, vt eius motu totius ordo turbetur Vniuersi. Ita profundè, nec vllum aliquod totum elementum potest e loco mouere, neque in cęlesti corpore motum efficere velociorem, quam illi secundùm cursum, & ordinem rerum naturalem author naturæ tribuerit. Doctrina est Diui Thomæ

Blasij interpretatio reijcitur.

S. Thom.

Digitized by Google

mæ de Maló, quæſt. 16. ar. 10. ad octánum, vbi ait: *Idem eſt naturalis motus totius, & partis, non tamen eadem vis ſufficit ad mouendum totum, quæ mouet partem: Vnde, licèt dæmones poſſint mouere aliquam partẽ terræ, non ſequitur, quod poſſint mouere totam terram; quia hoc non eſt proportionatũ naturæ ipſorum, vt mutent ordinem elementorum Mundi.* Quod idem affirmat in opuſc. 10. art. 16. dicens, Angelum naturali ſua virtute non poſſe mouere totam molem terræ vſque ad globum Lunæ, quia nulla virtus creaturę poteſt immutare ordinem principalium partium Vniuerſi, ad quem pertinet totam terram eſſe in medio collocatam: & quamuis ibidem afferat contrarium poſſe tolerari abſque fidei periculo, ſi tamen is, qui fuerit opinionis oppoſitę ſuam referat intentionem ad ponderis quantitatem, & non ad ordinem Vniuerſi, non tamen affirmat, ſententiam hanc eſſe probabilem, quod tamen hic afferit Bannes abſque legitimo fundamento.

Bannesij dictum reijcitur.

Secunda pars minoris in argumento, quo probatur concluſio, quæſtionem offert de perfectione motus localis comparatione cæterorum omnium motuum ad lib. 8. Philoſophiæ naturalis Ariſt. pertinentem, quam ſubtiliter verſat, ac eruditè definit Ferrarienſis in lib. 3. cont. gent. cap. 82. vbi ſententiam refert, & confutat Capreoli, & Soncinatis. Cuius reſolutionis potiſsimum fundamentum eſt ratio, quam hic affert S. D. ex 8. Phyſic. tex. 57. quia, ſcilicet mobile ſecundùm locum non eſt in potentia ad aliquid intrinſecum, inquantum huiuſmodi, ſed ſolum ad aliquid extrinſecum: adeò vt tota nobilitas, & præſtantia motus localis comparatione cæterorum motuum ex proprij ſubiecti nobilitate, ſiue perfectione dependeat; quia nimirum corpus localiter motum, vt ſic, non eſt in potentia ad formam aliquam abſolutam intrinſecã; cæterę verò mutationes ſubiectum exigunt in potentia ad formam aliquam abſolutam intrinſecã ſubſtantialem, aut accidentalem, cum earum ſubiectum ex vna forma, tranſmutetur in aliam. Caietanus hic inſinuat, ſe de hoc extrauagantẽ quæſtionem edidiſſe, quæ tamen adhuc (ni fallor) in tenebris deliteſcit.

Ferrar. S. Thom.

Caiet.

ARTICVLVS IV.

Vtrum Angeli poſſint facere miracula.

544 1. 2. q. 178 art. 4 & 5. cõc. 103. & po q. 6. a. 3. & 4. & ma. qu. 16. a. 9 & op. 3. c. 138. & opuſc. 11. a. 5. vſque ad 19. Hom. 24. in euang. 11 q. 79.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd Angeli poſſint facere miracula. Dicit enim Greg.* Virtutes vocantur illi ſpiritus, per quos ſigna, & mirabilia frequentius fiunt.

2 Præterea. Auguſt. dicit in lib. 83. q. quòd Magi faciunt miracula per priuatos contractus, boni Chriſtiani per publicam iuſtitiam, mali Chriſtiani per ſigna publicæ iuſtitiæ: ſed Magi faciunt miracula per hoc, quòd exaudiſtur à dœmonibus, vt ipſe alibi in eodem lib.* dicit: Ergo dęmones miracula poſſunt facere:

uæſt. 79.

A Ergo multò magis Angeli boni.

3 Præterea. Aug. in eodem lib. q. 79. dicit, quòd omnia, quæ viſibiliter fiunt, etiam per inferiores poteſtates aeris huius non abſurdè fieri poſſe creduntur: ſed quando effectus aliquis naturalium cauſarùm producitur abſque ordine naturalis cauſæ, hoc dicimus eſſe miraculum, putà, cum aliquis ſanatur à febre, non per operationem naturæ: Ergo Angeli, & dœmones poſſunt facere miracula.

4 Præterea. Virtus ſuperior non ſubditur ordini inferioria cauſæ: ſed natura corporalis B eſt inferior Angelo: Ergo Angelus poteſt operari præter ordinem corporalium agentium: quod eſt miracula facere.

Sed cõtra eſt, quòd de Deo dicitur in Pſal. Qui facit mirabilia magna ſolus.

Reſpondeo. Dicendum, quòd miraculum propriè dicitur, cum aliquid fit præter ordinẽ naturæ: ſed non ſufficit ad rationem miraculi, ſi aliquid fiat præter ordinem naturæ alicuius particularis; quia ſic, cum aliquis proijcit lapidem ſurſum, miraculum faceret, cum hoc ſit præter ordinem naturæ lapidis. Ex hoc ergo C aliquid dicitur eſſe miraculum, quòd fit præter ordinem totius naturæ creatę: hoc autem non poteſt facere, niſi Deus: quia quicquid facit Angelus, vel quæcunque alia creatura propria virtute, hoc fit ſecundùm ordinem naturæ creatæ: & ſic non eſt miraculum. Vnde relinquitur, quòd ſolus Deus miracula facere poſſit.

Ad primum ergo dicendum, quòd Angeli aliqui dicuntur miracula facere, vel, quia ad eorum deſiderium Deus miracula facit, ſicut, & ſancti homines dicuntur miracula facere: D vel, quia aliquod miniſterium exhibent in miraculis, quæ fiunt, ſicut colligendo puluereſ in reſurrectione communi, vel huiuſmodi aliquid agendo.

Ad ſecundum dicendum, quòd miracula, ſimpliciter loquendo, dicuntur, vt dictum eſt, * cum aliqua fiunt præter ordinem totius naturæ creatæ. Sed, quia non omnis virtus naturæ creatæ eſt nota nobis; ideo cum aliquid, fit præter ordinem naturæ creatæ nobis notę per virtutem creatam nobis ignotam, eſt miraculum, quo ad nos. Sic igitur, cum dœmones aliquid faciunt ſua virtute naturali, miracula dicuntur non ſimpliciter, ſed quo ad nos. Et hoc b 564 modo Magi per dœmones miracula faciunt, & dicuntur fieri per priuatos contractus: quia quælibet virtus creaturę in vniuerſo ſe habet, vt virtus alicuius priuatæ perſonæ in ciuitate: Vnde, cum Magus aliquid facit per pactũ initum cum dœmone, hoc fit quaſi per quẽdam

In cor. ar.

pri-

creatura: Ergo Deus immediatè illuminat hominem.

3 Præterea. Quicunque illuminatur, cognoscit suam illuminationem: sed homines non percipiunt se ab Angelis illuminari: Ergo non illuminantur ab eis.

Sed contra est, quòd Dionys. probat in 4. capit. cœl. hierar. quòd reuelationes diuinorum perueniunt ad homines mediantibus Angelis, vt supra dictum est, *Huiusmodi autem reuelationes sunt illuminationes, vt supra dictum est. *Ergo homines illuminantur per Angelos.

q. 108. a. 1.

q. 106 a. 1

Respondeo. Dicendum, quòd, cum diuinæ prouidentiæ ordo habeat, vt actionibus superiorum inferiora subdantur, vt supra dictum est, *sicut inferiores Angeli illuminantur per superiores: ita homines, qui sunt Angelis inferiores, per eos illuminantur. Sed modus vtriusque illuminationis quodammodo est similis, & quodammodo diuersus. Dictum est. n. supra, *quòd illuminatio, quæ est manifestatio diuinæ veritatis, secundùm duo attenditur, scilicet secundum, quòd intellectus inferior confortatur per actionem intellectus superioris: & secundùm quòd proponuntur intellectui inferioris species intelligibiles, quæ sunt in superiori, vt capi possint ab inferiori. Et hoc quidem in Angelis fit, secundùm, quòd superior Angelus veritatem vniuersalem conceptam diuidit secundùm capacitatem inferioris Angeli, vt supra dictum est: *sed intellectus humanus nõ potest ipsam intelligibilem veritatem nudam capere: quia connaturale est ei, vt intelligat per conuersionem ad phantasmata, vt supra dictum est. * Et ideo intelligibilem veritatem proponunt Angeli hominibus sub similitudinibus sensibilium, secundùm illud, quod dicit Dion. *1. cap. cœl. hier. quòd impossibile est aliter nobis lucere diuinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum circumuelatum. Ex alia verò parte intellectus humanus, tanq; inferior, fortificatur per actionem intellectus Angelici: & secundùm hæc duo attenditur illuminatio, qua homo illuminatur ab Angelo.

An. 1. q 5. præced.

q. 106. a. 1.

q. 106 a. 1. & 3.

q 87. ar. 1.

Ca. 1. circa med.

Ad primum ergo dicendum, quòd ad fidẽ duo concurrunt. Primò quidem habitus intellectus, quo disponitur ad obediendum voluntati tẽdenti in diuinam veritatem. Intellectus enim assentit veritati fidei non quasi cõuictus ratione, sed quasi imperatus à voluntate. Nullus enim credit nisi volens, vt Augus. *dicit; & quantum ad hoc fides est à solo Deo. Secundò requeritur ad fidem, quòd credibilia proponãtur credenti: & hoc quidem fit per hominem, secundùm, quòd fides est ex auditu, vt dicitur Rom. 10. sed per Angelos principaliter, per quos hominibus reuelantur diuina: vnde Angeli operantur aliquid ad illuminationem fidei. Et tamen homines illuminantur ab Angelis non solum de credendis, sed etiam de agendis.

Tract. 26. in Io. circã. aliquantulũ à princ.

Ad secundum dicendum, quòd ratio naturalis, quæ est immediatè à Deo, potest per Angelum confortari, vt dictum est. * Et similiter ex speciebus à creaturis acceptis, tantò altior elicitur intelligibilis veritas, quanto intellectus humanus fuerit fortior. Et sic per Angelũ adiuuatur homo, vt ex creaturis perfectius in diuinam cognitionem deueniat.

q. 106. a. 1.

Ad tertium dicendum, quòd operatio intellectualis, & illuminatio, dupliciter possunt cõsiderari. Vno modo ex parte rei intellectæ: & sic quicunque intelligit, vel illuminatur, cognoscit se intelligere, vel illuminari: quia cognoscit rem sibi esse manifestam. Alio modo ex parte principij: & sic non quicunque intelligit aliquam veritatem, cognoscit, quid sit intellectus, qui est principium intellectualis operationis. Et similiter, non quicumque illuminatur ab Angelo, cognoscit se ab Angelo illuminari.

Sensus quæsiti.

QVid fit illuminatio, patet ex art. 1. quæstione 106. & ex discursu præsentis articuli.

Forma Textus.

PRima conclusio: Homines illuminantur per Angelos. Probatur: Inferiores angeli illuminantur per superiores; ergo homines per angelos illuminantur. Antecedens patet ex supra dictis. Consequentia verò probatur; quia ordo diuinæ prouidentiæ habet, vt actionibus superiorum inferiora subdantur; at homines sunt inferiores angelis, sicut quidam angeli sunt alijs inferiores; ergo, sicut inferiores angeli illuminãtur per superiores, ita homines, qui sunt angelis inferiores, per eos illuminantur.

Secunda conclusio: Modus vtriusque illuminationis quodammodo est similis, & quodammodo est diuersus. Probatur: Illuminatio, quæ est manifestatio veritatis, secundùm duo attenditur, scilicet secundùm quòd intellectus inferior confortatur per actionem intellectus superioris, & secundùm quòd proponuntur intellectui inferioris species intelligibiles, quæ sunt in superiori, vt capi possint ab inferiori. At secundum primum assimilantur duo prædicti illuminationis modi, iuxta verò secundùm sunt dissimiles; ergo.

Maior patet ex artic. 1. quæst. 106. Minor verò quo ad priorem partem probatur: Quia intellectus humanus, tamquam inferior fortificatur per actionem intellectus angelici. Quo ad alteram verò partem: Quia illuminatio fit in angelis, secundùm quòd superior angelus veritatem vniuersalem conceptam diuidit secundùm capacitatem inferioris angeli: homines autem illuminant

angeli, proponendo illis veritatem ſub ſimilitudinibus ſenſibilium, ergo.

Prior pars antecedentis patet ex dicto articulo primo, quæſt. 106. poſterior verò pars probatur primò ratione; quia connaturale eſt homini, vt intelligat per conuerſionem ad phantaſmata; ergo.

Secundò probatur authoritate Dionyſij in primo capit. cæleſt. Hierarch. dicentis, quòd impoſſibile eſt, aliter nobis lucere diuinum radium, niſi varietate ſacrorum velaminum circumuelatum.

Expoſitio Textus.

Diſtinguuntur illuminationis modi, & oſtenditur homi-
B *nem diuerſo modo à Deo, & ab Angelo, & ab homine illuminari.*

AD maiorem vtriuſque concluſionis, & totius diſcurſus intelligentiam conſiderandum eſt primò, poſſe dupliciter hominem ab Angelo illuminari; Vno modo per modum humani magiſterij, proponendo, ſcilicet homini principia aliqua, ſiue media, quibus poſſit occultæ ſibi veritatis notitiam adipiſci: id verò tunc efficit Angelus, cum aſſumpto aereo corpore ſenſibiliter apparet homini, & per locutionem ſenſibilem illum inſtruit; &
C de hoc modo ſermo nō eſt, cum quæritur; An Angelus poſsit hominem illuminare, vel docere, vt ait S.D. de Verit. quæſt. 11. artic. 3. Homines enim ab Angelis ſic illuminatos, & doctos fuiſſe diuinæ litteræ ſæpè teſtantur.

Alio modo poteſt homo per Angelum illuminari, vel doceri modo ipſi Angelo proprio, ſcilicet inuiſibiliter: & de hoc tota quæſtionis intētio eſt. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, tres eſſe docendi, ſiue illuminandi modos, quorum primus, ac nobiliſsimus Deo conuenit, medius Angelos poſtremus, & imperfectiſsimus homini. Cum enim duo ſint, per quæ rerum ignoratarum homo cognitionem acquirit, ſcilicet lumen intellectuale, &
D primæ conceptiones, ſiue principia per ſe nota, quorum comparatio, & proportio ad lumen intellect' agentis eſt, ſicut inſtrumentorum ad Artificem; quo ad vtrumque Deus humanæ ſcientiæ eſt cauſa excellentiſsimo modo: Quoniam animæ noſtræ intellectuale lumen impreſsit, & eidem primorū principiorum notitiam indidit euidētem; Quemadmodum enim rebus alijs naturalibus producēdorum effectuum rationes ſeminales impreſsit, ſic homini ſcientiarum omnium indidit ſeminaria. Homo verò, cum ſit alteri par in gradu, & nobilitate naturæ, & eſſentiali perfectione luminis intellectualis, non ita poteſt alterum hominem illuminare, vel docere, vt cauſet in eo lumen intellectuale, vel augeat; ſed per quædā ſenſibilia ſigna, putà verba exteriori ſenſui præſentata, alterū poteſt hominem illuminare, vel docere, & eidem eſſe cauſa ſciendi ex ea parte, qua ex per ſe notis principijs ſcientia deriuatur, in actum educendo per ea ſigna, id, quod in principijs illis per ſe notis implicite continebatur, & in potentia. Angelus autē, cuius intellectuale lumen humanæ mentis lumine perfectius eſt, ſed à diuino lumine latè diſtat, Poteſt quidem (ait S.D. in allegato art. 3. de Verit.) S. Thom. ex vtraque parte hominem illuminare, & eidem eſſe cauſa ſciendi, ſed inferiori modo, quàm Deus, & ſuperiori, quàm homo.

Ex parte namque luminis, quamuis non poſsit Angelus intellectuale lumen infundere, ſicut Deus, poteſt tamen lumen homini connaturale confortare, vt perfectius intelligat rei naturam, vel eius proprietates, aut etiam eas de nouo cognoſcat: Virtus enim eius, quod in aliquo genere imperfectum eſt, corroboratur cum ei, quod in eodem genere perfectius eſt, continuatur; quemadmodum confortatur corpus locatum per corpus locans, quod ad ipſum comparatur, vt actus ad potentiā, vt ait Ariſt. in 4. Phyſic. Ex parte principiorum autem poteſt Angelus hominem illuminare, vel docere, non quidem principiorum notitiam imprimendo, ſicut Deus, neque deductionem cōcluſionum ex principijs ſub ſignis ſenſibilibus proponēdo, ſicut homo; ſed ſpecies aliquas per organi corporei commotionem in imaginatiua, ſiue cogitatiua formando, vt in artic. 3. declarat S. Thomas. Ariſtot.

Proponitur difficultas, quomodo fiat luminis intelle-
C *ctus humani roboratio per lumen intellectus angelici, & oſtenditur fieri non immediatè, ſed per concurſum, & actionem vtriuſq; luminis in phantaſmata.*

Ratio dubitandi.

SEd quomodo ea fiat luminis intellectus humani per lumen intellectus angelici corroboratio, difficile eſt intelligere, & multò difficilius explicare: Modus enim, quo lumen intellectus inferioris Angeli corroboratur per lumen intellectus Angeli ſuperioris, oſtendendo, ſcilicet, intelligibile particularizatum, & illuminatum nihil huic ſuffragatur explicandę difficultati: Nō enim illuminat, aut docet Angelus hominem, oſtendendo illi præconceptam veritatem intelligibilem, vt actu illuminatam, ſicut Angelus ſuperior illuminat inferiorem, ſed organi Phantaſiæ ſpiritus, & humores, & cum ipſis ſpecies ſenſibiles commouendo, ac varjè commiſcendo, ſiue componendo, & intellectui deputandas offerendo. Augent autem mirificè difficultatem hanc verba Diui Thomæ in alle- S. Thom.
gato articulo 3. de Verit. in reſponſione ad duodecimum argumentum, vbi ſic loquitur: *Angelus neque creat ſpecies in mente noſtra, neque immediatè Phantaſmata illuminat, ſed per continuationem luminis eius cum lumine intellectus noſtri noſter intellectus poteſt efficacius phantaſmata illuſtrare.* Quibus verbis ſignificat S.D. continuationem luminis intellectus Angelici fieri in homine cum lumine intellectus agentis, quod ſic angelico lumine roboratum efficaci' eſt ad illuſtranda phantaſmata.

Quod etiam expreſsius aſſerit S. D. in ſecundo ſententiarum diſtinct. 8. quæſt. 1. ar. 5. ad ſextum, cuius verba ſunt: *Mali angeli cogitationes immittit, illuſtrando phantaſmata, vt ſecundum diuerſas eorum compoſitiones poſsint nouæ intentiones ab eis accipi, non tamen intellectus cogitur eas accipere: quia præter obiectum, & potentiam cognoſcentem exigitur ad actualē cognitionem intentio cognoſcentis, vel per ſenſum, vel per*

per intellectum; sed boni angeli etiam directè in intellectum imprimere possunt: quia secundùm Augustinum operantur in intelligentias nostras miris quibusdam modis: hoc autem est, inquantum lumen intellectus agentis nostri confortatur per intellectuale lumen ipsorum.
Hæc ibi. Et cum hanc continuationem, & corroborationem constet non esse moralem, siue per modũ magisterij, eo quòd intellectus agens nullum habeat cognitionis actum, quo propositam sibi veritatem, vt illuminatam valeat intueri, consequens necessariò est, corroborationem hanc fieri secundùm physicam causalitatem, quam supra quæst. 106. artic. 1. in angelica illuminatione nullatenus admittendam esse probauimus. Rationes autem, & dicta Sancti Thomæ ibidem adducta æque de hominis, atq; de angeli illuminatione concludũt.

Resolutio

Cui difficultati non video, quomodo satisfieri possit, nisi dicendo primò, hominis Angelici continuationem non fieri immediatè cum lumine intellectus agentis, neque cum lumine intellectus possibilis, sed cum speciebus existentibus in phantasia, vel cogitatiua, & eis mediantibus cum intellectu possibili, & cum lumine intellectus agentis.

D. Thom.

Ad cuius euidentiam, supposita doctrina Diui Thomæ superius explicata, circa differentem modum, quo nostrum intellectum illuminant, & instruunt Deus, & Angelus, considerandum est, Angelum, cum de aliqua veritate voluerit hominem illuminare, prius veritatem illam concipere, qua concepta mouet spiritus, & humores, ac proindè species existentes in organo Phantasiæ per actum imperij, qui est actus intellectus præsuppositio actu voluntatis, in cuius virtute mouet intellectus Angelicus extrinseca corpora. Cũ igitur per actũ imperij, qui lumen intellectuale quoddam est moueantur, ac multipliciter commisceantur, & ordinentur species, quæ sunt in phantasia ad ea repræsentanda, & lumini intellectus agentis offerenda, de quibus Angelus hominem intendit illuminare, consequens primò est, in Phantasia lumen Angelicum hoc ipsò participari, quod eius species, quæ principia sunt cognitionis, ordinantur per actum intellectus angelici, qui est imperium ad aliquid cognoscendum.

Secundò sequitur, intellectum hominis possibilem recipiendo species à phantasmatibus angelica virtute sic ordinatis abstractas illuminari, non quidem proximè, & immediate, sed mediatè.

Tertio sequitur, lumen intellectus angelici non alia ratione lumini intellectus agentis in homine continuari, quàm per dictam phantasmatum ordinationem, eo quòd illis assistat, & in eis intimè participetur virtus intellectus agentis; atque ita per accidens continuetur lumen Angelicum, & lumen intellectus agentis, eo quòd in eodem phantasmate per vtrumque illuminato conueniant; nã

Caiet.

etiam, vt aduertit alibi Caietanus, ex coniunctione potentiæ cogitatiuæ in eadem essentiæ animæ, cum virtute intellectus agentis habent species illæ cogitatiuæ naturalem quandam habilitatem, vt abstrahi possint ab eis species intelligibiles.

Postremò sequitur, hoc ipso virtutem intellectus agentis in homine roborari, quod maiori facilitate species abstrahit à speciebus sic ordinatis, & angelico lumine quodammodo illustratis: Sicut si diceremus vires ignis augeri, cum ei materia subijcitur dispositione, situ, ac ordine benè disposita, sicut è contra minui diceretur appositione materiæ minimè dispositæ, sed contrarijs qualitatibus, & inordinatione partium nimis inuicẽ adhærentium, aut plus æquo distantium, resistente, aut impediente, vel nihil ad incendium conferente: Quemadmodum etiam per propositas extrinsecus rerum sensibilium similitudines dici potest tota virtus hominis intellectiua roborari; ex eis enim imaginatione conceptis intellectus agẽs facilius species abstrahit altioribus intelligibilibus humanæ menti repræsentandis aptiores; Sicq; roboratur, vt ante diximus vtraque pars intellectiuæ facultatis in homine, scilicet intellectus agens, & possibilis: ille quidem extrinsecè, & respectiuè, scilicet per congruam subiectæ materiæ, scilicet specierum phantasiæ dispositionem, hic autẽ intrinsecè, & absolutè species intelligibiles recipiendo, quæ res illi prius ignotas repræsentat, quamquam hæc roboratio mentis humanę non nisi mediatè fiat, vt dictum est. Et tamen per actionem angeli directè agentis in intellectum: qui modus agendi dæmonibus minimè competit, cuius rationem assignat S.D. in 2. sent. loco supra notato subdens: *Sed hoc dæmonibus non competit: quia quamuis naturale lumen eorum sit efficacius, quam lumen intellectus nostri, tamen lumine gratiæ non sunt perfecti, sed tenebris culpæ obumbrati, & ideò non inté dunt iudicium rationis nostræ rectificare per confortationem intellectualis luminis, sed aliqua nobis ostendere, ex quibus decipiamur, quod faciunt, phantasmata illusirando.* Hæc ibi S.Doc. Quibus verbis explicat, quid significare voluerit dicendo, bonos angelos etiam directè in intellectum imprimere; De impressione namq; directa agentis à proposito, vt sic, se locutum esse declarat dicens, malos angelos per illuminationem illam phantasmatum non intendere iudicium rationis nostrę rectificare per confortationem intellectualis luminis; Quod tamen intendunt semper Angeli boni, qui phantasmatum omnem illuminationem ordinant ad rectitudinem humanæ rationis, & confortationem luminis intellectualis. Et eodem modo interpretãda sunt verba D. Thomæ de Malo, quæst. 3. art. 4. vbi sic loquitur: *Quamuis enim angelus non possit directè causare actum voluntatis, eò quòd actus voluntatis nihil est aliud, quàm inclinatio quædam ab interiori procedens; potest tamen imprimere in intellectum, cuius actus consistit in recipiendo ab exteriori; vnde dicitur, quòd intelligere est pati quoddam.* Imprimere nãque directè dicitur in Angelus in intellectum ob intentionem, & actionem prædictam per se primò, & directè ad perfectionem intellectus ordinatam, & in eam tendentem, mediantibus phantasmatibus illustratis, addita connexione prædicta cum lumine intellectus agentis, cuius actio respicit immediatè intellectum possibilem; ita vt per veram actionem physicam bonus Angelus agat

S. Thom.

in intellectum humanũ directè, licèt mediatè ob assignatam causam à Diuo Thoma; quia nimirũ actus intellectus consistit in recipiendo ab exteriori: at actus voluntatis consistit in inclinatione, seu tendentia in rem exteriorem, & ideò nõ potest directè moueri ab vllo agente volũtas, nisi ab eo, qui dat naturæ intellectuali virtutem talis inclinationis, vt hic ait S.D. & expressius affirmat in tertio cont. gent. cap. 88. vbi multis probat argumentis, nec substantias separatas, nec vllum agẽs creatum posse esse causam directè electionum, & volũtatum nostrarum per modũ agentis, scilicet physicè, sed tantùm per modum suadentis, scilicet moraliter.

Cum autem ait S.D. Angelum non immediatè illuminare phantasmata, sed fieri continuationẽ luminis intellectus Angelici cum lumine intellectus nostri, per quam potest efficacius phantasmata illustrare, de illuminatione loquitur abstractiua, & de continuatione superius explicata.

Ex dictis patet Zumellum non satis aptè doctrinam illam S.D. de Verit. quæst. 11. art. 3. declarasse, nec eius mentem, ac legitimum sensum attigisse, quod etiam accidit Ferrarienſi in 3. cont. gent. cap. 92. & Ripæ dicenti, doctrinam articuli primi quæst. 106. huic esse loco proportionaliter accommodandam. Vide, si lubet, quæ scribit Bannes circa responsionem ad vltimum argumentum.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum Angeli possint immutare voluntatem hominis.

546 3. 2. q. 75. art. 3. & 2. d. 8. art 5. corp. & 3. cont. c 88 90. & 92. & ver. qu. 22. ar 9. & malo. q. 16 art 11.

D Secundum sic proceditur. Videtur, quòd angeli possint immutare voluntatem hominis: quia super illud Hæbr. 1. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis: dicit glossa, * quòd ignis sunt, dum spiritu feruent, & vitia nostra vrunt: sed hoc non esset, nisi voluntatẽ immutare voluntatem.

†Psal 103. hêtur implicitè in gloss. ord. †Exc 2 actuum videtur habere Et in to c 4 13. †Li 2 c 4. ad finem.

2 Præterea. Beda † dicit, quòd diabolus nõ est immissor solum malarum cogitationum, sed etiam incensor. Damasc. autem vlterius dicit, quòd etiam est immissor: dicit enim in * 2. lib. quòd omnis malitia, & immundæ passiones ex dœmonibus excogitatæ sunt, & immittere homini sunt concessæ. Et pari ratione Angeli boni immittunt, & incendunt bonas cogitationes: sed hoc non possent facere, nisi immutarent voluntatem: ergo immutant voluntatem.

art. præc. 3 Præterea. Angelus, sicut est dictum, * illuminat intellectum hominis mediantibus phãtasmatibus: sed, sicut phantasia, quæ deseruit intellectui, potest immutari ab Angelo: ita, & appetitus sensitiuus, qui deseruit voluntati; quia, & ipse etiam est vis vtens organo corporali: Ergo, sicut illuminat intellectũ, ita potest immutare voluntatem.

Sed contra est, quòd immutare voluntatem est proprium Dei, secundùm illud Prouer. 21. Cor regis in manu Domini: & quocunque voluerit, vertet illud.

Respondeo. Dicendum, quòd voluntas potest immutari dupliciter. Vno modo ab interiori. & sic, cum motus voluntatis nõ sit aliud, quàm inclinatio voluntatis in rem volitam, solius Dei est, sic immutare voluntatem, qui dat naturæ intellectuali virtutem, talis inclinationis. Sicut enim inclinatio non est nisi à Deo, qui dat naturam: ita inclinatio voluntaria non est nisi à Deo, qui causat voluntatem. Alio modo mouetur voluntas ab exteriori: & hoc in Angelo est quidem vno modo tãtum, scilicet, à bono apprehenso per intellectum: Vnde secundùm, quòd aliquis est causa, quod aliquid apprehendatur, vt bonum ad appetẽdum, secundùm hoc mouet voluntatem. Et sic solus Deus efficaciter potest mouere voluntatem: Angelus autem, & homo per modũ suadentis, vt supra dictum est. * Sed præter hunc modum, etiam aliter mouetur in hominibus voluntas ab exteriori, scilicet ex passione existente circa appetitum sensitiuum. Sicut ex cõ cupiscentia, vel ira inclinatur voluntas ad aliquid volendum: & sic etiam Angeli, inquantũ possunt concitare huiusmodi passiones, possunt voluntatem mouere, non tamen ex necessitate: quia volũtas semper remanet libera ad consentiendum, vel resistendum passioni. q. 106. a. 2.

Ad primum ergo dicendum, quòd ministri Dei, vel homines, vel Angeli, dicuntur vrere vitia, & inflammare ad virtutes per modum persuasionis.

Ad secundum dicendum, quòd dœmones non possunt immittere cogitationes interius eas causando, cum vsus cogitatiuæ virtutis subiaceat voluntati. Dicitur tamen diabolus incensor cogitationum, inquantum incitat ad cogitandum, vel ad appetendum cogitata per modum persuadentis, vel passionem concitantis. Et hoc ipsum incendere Damasc. vocat immittere, quia talis operatio interius fit: sed bonæ cogitationes attribuuntur altiori principio, scilicet Deo, licèt Angelorum ministerio procurentur.

Ad tertium dicendum, quòd intellectus humanus secundùm præsentem statum non potest intelligere, nisi conuertendo se ad phantasmata: sed voluntas humana potest aliquid velle ex iudicio rationis, non sequendo passionem appetitus sensitiui: vnde non est simile. 421

For-

Forma Textus.

ADhibita diſtinctione bimembri, reſpondet quæſito tribus concluſionibus. Diſtinctio eſt: Voluntas poteſt dupliciter immutari: Vno modo ab interiori, alio modo ab exteriori.

Et hoc dupliciter: Vno modo a bono apprehenſo per intellectum; quo ſolo modo mouetur Angelica voluntas, alio modo ex paſſione exiſtente circa appetitum ſenſitiuum; quo etiam modo mouetur in hominibus voluntas: quod declaratur exemplo concupiſcentiæ, vel iræ inclinantis hominis voluntatem ad aliquid volendum.

Prima concluſio: Solus Dei eſt immutare voluntatẽ ab intus. Probatur: Ille ſolus poteſt immutare voluntatem, ideſt voluntariam inclinationem in rem volitam, qui dat naturæ intellectuali virtutem talis inclinationis: at ſolus Deus cauſat voluntatem, quæ uirtus eſt inclinationis voluntariæ: ergo.

Maior probatur à ſimili; nam inclinatio naturalis non eſt, niſi à Deo, qui dat naturam; ergo ſimiliter inclinatio voluntaria non eſt, niſi à cauſante voluntatem, qui Deus eſt.

Secunda concluſio: Solus Deus, vt obiectum, & vt bonum apprehenſum, efficaciter poteſt mouere voluntatem: Angelus autem, & homo per modum ſuadentis.

Hæc concluſio relinquitur, vt nota ex dictis ſupra quæſt. 106 art. 2.

Tertia concluſio: Angeli poſſunt mouere voluntatẽ ex parte paſſionum exiſtentium in appetitu ſenſitiuo, non tamen ex neceſſitate.

Probatur prima pars: quia poſſunt Angeli concitare huiuſmodi paſſiones; ergo poſſunt ex hac parte voluntatem mouere.

Secunda pars verò probatur; quia voluntas ſemper remanet libera ad conſentiendum, vel reſiſtendum paſſioni.

Expoſitio Textus.

S. Thom. DE tribus huius articuli Concluſionibus diſputat eleganter S Thom. in prima ſecundæ, quæſt. 9. & 10. & quæſt. 80. & ibidem expoſitores vberrimè. De prima namq; differitur in quæſt. 9. art. ſexto, & quæſtione decima, art. 4. & quæſt. 80. art. 1. De ſecunda agitur quæſt. 109. art. 2. De tertia verò in quæſt. 9. art. 2. & quæſt. 10. art. 3. & quæſt. octuageſima, artic. 2. Ad hæc itaque loca, veluti propria & opportuna diſputationes & controuerſiæ dimittantur.

Videat interim lector, ſi voluerit, ea, q̃ in duabus quæſtionibus ad hunc articulum ſcribit Zumellus in quarum tamen ſecunda, nec veritatem, nec mentem D. Thomæ videtur aſſequutus.

Zumellus

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrum Angelus poſſit immutare imaginationem hominis.

547 a d 8. 2. 5 corp. & ver. q 11. ar. 3 & q. 12. ar 8 & ma. q 3. a. 4 & q. 16 ar 11. Li 3 de anima tex 161. to 2.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd Angelus non poſſit immutare imaginationem hominis Phantaſia enim, vt dicitur in * libro de Anima, eſt motus factus à ſenſu ſecundùm actum: ſed, ſi fieret p immutationẽ Angeli, non fieret à ſenſu ſecundùm actum: Ergo eſt contra rationem phãtaſiæ, quæ eſt actus imaginatiuæ virtutis, vt ſit per immutationem Angeli.

2 Præterea. Formæ, quæ ſunt in imaginatione, cum ſint ſpirituales, ſunt nobiliores formis, quæ ſunt in materia ſenſibili: ſed Angelus non poteſt imprimere formas in materia ſenſibili, vt dictum eſt: * Ergo non poteſt imprimere formas in imaginatione: & ita non poteſt eam immutare. q. præc. ar. 2. & 3. argu. 2.

3 Præterea. Auguſt. dicit * 12. ſuper Gen. ad litt. Commiſtione alterius ſpiritus fieri poteſt, vt ea, quæ ipſe ſcit per huiuſmodi imagines ei, cui miſcetur, oſtendat, ſiue intelligenti, ſiue ab alio intellecta pandantur: ſed nõ videtur, quòd Angelus poſſit miſceri imaginationi humanæ, neque quòd imaginatio poſsit capere intelligibilia, quæ Angelus cognoſcit: Ergo videtur, quòd Angelus non poſsit mutare imaginationem. Li. 12. ca. 13. à med. to. 3.

4 Præterea. In viſione imaginaria homo adhæret ſimilitudinibus rerum, quaſi ipſis rebus: ſed in hoc eſt quædam deceptio. Cum ergo Angelus bonus non poſſit eſſe cauſa deceptionis, videtur, quod non poſsit cauſare imaginariam viſionem imaginationẽ immutãdo.

Sed cõtra eſt, quòd ea, quæ apparent in sõnis, videntur imaginaria viſione; ſed Angeli reuelant aliqua in ſomnis, vt patet Matth. 1. & ſecundo, de Angelo, qui Ioſeph in ſomnis apparuit: Ergo Angelus poteſt imaginationem mouere.

Reſpondeo. Dicendum, quòd Angelus, tam bonus, quàm malus virtute naturæ ſuæ poteſt mouere imaginationem hominis: quod quidẽ ſic conſiderari poteſt. Dictum eſt enim ſupra, * quòd natura corporalis obedit Angelo ad motum localem. Illa ergo, quæ ex motu locali aliquorum corporum poſſunt cauſari, ſubſunt virtuti naturali Angelorum. Manifeſtum eſt autem, quòd apparitiones imaginariæ cauſantur interdum in nobis ex locali mutatione corporalium ſpirituum, & humorum. Vnde Ariſt. in lib. de ſom. & vig. aſſignans cauſam apparitionis ſomniorum, dicit, quòd, cũ animal dormit, deſcendente plurimo ſanguine ad principium ſenſitiuũ, ſimul deſcendunt motus, ideſt, impreſsiones relictæ ex ſenſibilium motionibus, quæ in ſpiritibus ſenſualibus conſeruantur, & mouent principiũ ſenſitiuum, ita quòd fit quædam apparitio, ac ſi tunc principium ſenſitiuum à rebus ipſis exterioribus mutaretur. Et tanta poteſt eſſe commotio ſpirituum, & humorum, quòd huiuſmodi apparitiones ẽt q. præc. a. 3 Somn. e. 3 paulò ante med. to. 2.

Digitized by Google

vigilantibus fiunt, ſicut patet in phreneticis, & in alijs huiuſmodi. Sicut igitur hoc fit per naturalem commotionem humorum, & quandoque etiam per voluntatem hominis, qui voluntariè imaginatur, quod prius ſenſerat: ita etiam hoc poteſt fieri virtute Angeli boni, vel mali, quandoque quidem cum alienatione à corporeis ſenſibus: quandoque autem abſque tali alienatione.

Ad primum ergo dicendum, quòd principium phantaſiæ eſt à ſenſu ſecundùm actum. Non enim poſſumus imaginari, quæ nullo modo ſentimus, vel ſecundùm totum, vel ſecundùm partem: ſicut cæcus natus non poteſt imaginari colorem. Sed aliquando imaginatio informatur, vt actus phantaſtici motus conſurgat ab impreſſionibus interius conſeruatis, vt dictum eſt.* In cor. art.

Ad ſecundum dicendum, quòd Angelus tranſmutat imaginationem, non quidem imprimendo aliquam formam imaginariam nullo modo per ſenſum prius acceptã. Non enim poſſet facere, quòd cæcus imaginaretur colores, ſed hoc facit per motum localem ſpirituũ & humorum, vt dictum eſt.* In cor. ar.

Ad tertium dicendum, quòd commiſtio illa ſpiritus Angelici ad imaginationem humanam non eſt per eſſentiam, ſed per effectum, quem prædicto modo in imaginatione facit, cui demonſtrat, quæ ipſe nouit, non tamen eo modo, quo ipſe nouit.

Ad quartum dicendum, quòd Angelus cauſans aliquam imaginariam viſionem, quandoque quidem ſimul intellectum illuminat, vt cognoſcat, quid per huiuſmodi ſimilitudines ſignificetur, & tunc nulla eſt deceptio: quandoque verò per operationem Angeli ſolummodo ſimilitudines rerum apparent in imaginatione, nec tamen tunc cauſatur deceptio ab Angelo: ſed ex defectu intellectus eius, cui talia apparent: ſicut, nec Chriſtus fuit cauſa deceptionis in hoc, quòd multis turbis in parabolis propoſuit, quòd non expoſuit eis.

Senſus quæſiti.

NOmine imaginationis intelliguntur hic omnes ſenſus interiores, ac præcipuè duo, ſcilicet phantaſia, & cogitatiua.

Forma Textus.

CONcluſio eſt: Angelus tam bonus, quàm malus virtute naturæ ſuæ poteſt mouere imaginationem hominis. Probatur: Illa, quæ ex motu locali aliquorum corporum poſſunt cauſari, ſubſunt virtuti naturali Angelorum; vt apparitiones imaginariæ cauſantur in nobis interdum ex locali mutatione corporalium ſpirituũ, & humorum; ergo poſſunt etiam cauſari virtute naturali Angelorum.

A *Maior probatur: Quia natura corporalis obedit Angelo ad motum localem. Minor probatur authoritate Ariſt. Et ad maiorem explicationem additur, tantam eſſe poſſe commotionem ſpirituum, & humorum, vt apparitiones huiuſmodi etiam vigilantibus fiant, vt patet in freneticis, & alijs huiuſmodi.*

Ex quibus quaſi nona probatio concluſionis elicitur in hac forma: Per connaturalem commotionem humorum, & quandoque etiam per voluntatem hominis, qui voluntariè imaginatur, quod prius ſenſerat, fiunt apparitiones, non ſolum dormientibus, ſed etiam quandoque vigilantibus; ergo id etiam fieri poteſt virtute Angeli boni, vel mali, quandoque quidem cũ alienatione à corporeis ſenſibus, quandoque autem abſque tali alienatione. B

Expoſitio Textus.

MOdos omnes, quibus poteſt Angelus imaginationem hominis mouere, recenſet, & explicat elegãter Molina ſuper hoc articulo: de quibus etiam agit S. D. de Malo, quæſt. 3. art. 4. & quæſtione ſextadecima, art. 11. Molina D. Thom.

ARTICVLVS QVARTVS.

C *Vtrum Angelus poſsit immutare ſenſum humanum?*

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd Angelus non poſſit immutare ſenſum humanum. Operatio enim ſenſitiua, eſt operatio vitæ: huiuſmodi autem operatio non eſt à principio extrinſeco. Non ergo operatio ſenſitiua poteſt cauſari ab Angelo. 1 Loci, ſup. ar 3. induct.

2 Præterea. Virtus ſenſitiua eſt nobilior, quàm nutritiua: ſed Angelus, vt videtur, non poteſt mutare virtutem nutritiuam, ſicut nec alias formas naturales: Ergo neque virtutem ſenſitiuam immutare poteſt. D

3 Præterea. Senſus naturaliter mouetur à ſenſibili: ſed Angelus non poteſt immutare naturæ ordinem, vt ſupra dictum eſt:* Ergo angelus non poteſt immutare ſenſum, ſed ſemper à ſenſibili immutatur. 9. 110. a. 4.

Sed contra eſt, quòd angeli, qui ſubuerterũt Sodomam, percuſſerunt ſodomitas cæcitate, vel acriſia, vt oſtium domus inuenire non poſſent, vt dicitur Geneſ. 19. Et ſimile legitur 4. Reg. 6. de Syris, quos Eliſeus duxit in Samariam. E

Reſpondeo. Dicendum, quòd ſenſus immutatur dupliciter. Vno modo ab exteriori, ſicut cum mutatur à ſenſibili: alio modo ab interiori. Videmus enim, quòd perturbatis ſpiritibus, & humoribus immutatur ſenſus: lingua enim infirmi, quia plena eſt cholerico humore, omnia ſentit, vt amara: & ſimile contingit in alijs ſenſibus. Vtroque autem modo angelus poteſt

teſt immutare ſenſum hominum ſua naturali virtute. Poteſt enim angelus opponere exterius ſenſui ſenſibile aliquod, vel à natura formatum, vel aliquod de nouo formando: ſicut facit dum corpus aſſumit, vt ſupra dictum eſt. q. 51 ar. 2. * Similiter etiam poteſt interius commouere ſpiritus, & humores, vt ſupra dictum eſt, * ex art. præc. quibus ſenſus diuerſimodè immutentur.

Ad primum ergo dicendum, quòd principium ſenſitiuę operationis non poteſt eſſe abſque principio interiori, quod eſt potentia ſenſitiua: ſed illud interius principiũ, poteſt multipliciter ab exteriori principio cõmoueri, vt dictum eſt. * In cor. art.

Ad ſecundum dicendum, quòd per commotionem interiorem ſpirituum, & humorum poteſt angelus aliquid operari ad immutandum actum potentiæ nutritiuæ, & ſimiliter potentiæ appetitiuę, & ſenſitiuæ, & cuiuſcunque potentiæ corporali organo vtentis.

Ad tertium dicendum, quòd præter ordinem totius creaturæ angelus facere non poteſt: ſed præter ordinem alicuius particularis naturæ facere poteſt, cum tali ordini non ſubdatur. Et ſic quodam ſingulari modo poteſt ſenſum immutare præter modum communẽ.

Senſus quæſiti.

DE ſenſu exteriori, cuius quinque ſunt ſpecies notiſsimæ, ſermo eſt, & de immutatione ſenſus, vt ſenſus eſt, ſcilicet, ad actum ſentiendi.

Forma Textus.

PRamiſſa diſtinctione bimembri, vna etiam bimembri concluſione reſpondet quæſito. Diſtinctio eſt: Senſus immutatur dupliciter: Vno modo ab exteriori, ideſt ex parte obiecti; alio modo ab interiori, ideſt ex parte organi. Manifeſtatur hæc diſtinctio, quo ad vtrũque membrum: & primò, quo ad primum, quia ſenſus mutatur à ſenſibili, quod eſt exterius: quo ad ſecundũ autem, quia videmus, quòd perturbatis ſpiritibus, & humoribus, immutatur ſenſus, quod probatur exemplo: lingua enim infirmi, quia plena eſt cholerico humore, omnia ſentit amara, & ſimile cõtingit in aliis ſenſibus.

Concluſio eſt: Angelus vtroque modo poteſt immutare ſenſum hominum naturali ſua virtute. Probatur, quo ad vtramque partem: Quia poteſt Angelus opponere exterius ſenſui ſenſibile aliquod vel à natura formatum, vel aliquod de nouo formando, ſicut facit, dum corpus aſſumit. Similiter etiam poteſt interius commouere ſpiritus, & humores ex quibus ſenſus diuerſimodè mutentur: ergò.

Expoſitio Textus.

CIrca probationem ſecundæ partis concluſionis recole dictum Ariſtotelis in lib. de ſomno, & Vigilia relatum in articulo præcedenti, & Ariſtot. cauſam intelliges, cur ſpiritibus, & humoribus cõmotis, fiat immutatio ſenſus exterioris, quandoq; etiam cum quadam alienatione; quia ſcilicet immutatur ordo, & modus ſentiendi; cum ſpecies illæ ſenſibiles nullius ſecundum veritatem exiſtentis, ac præſentis obiecti cognitionem efficiãt, ſed vel præteriti tẽporis obiecta, veluti præſentia repræſentent, & in eorum cognitionem ſenſus adducant, vel eiſdem offerant ea cognoſcenda, quæ ſaltem ſecundùm ſe tota numquam antea ſenſibus fuere præſentia. Quibus verò ſpecialibus modis immutari poſsint ab Angelo ſenſus exteriores, & falſa, aut præſtigioſa viſione deludi, explicat accuratè Molina, ad quem lectorem remittimus.

QVAESTIO CXII.

De Miſsione Angelorum, in quatuor articulos diuiſa.

DEinde conſiderandum eſt de miſsione Angelorum.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primò, Vtrum aliqui Angeli mittantur in miniſterium.

Secundò, Vtrum omnes mittantur.

Tertiò, Vtrum illi, qui mittuntur, aſſiſtant.

Quartò, De quibus ordinibus mittantur.

Ratio ordinis.

TRiplicem actionem Angelorum in homines ſupra diſtinxit S. D. ex quibus prima, & omnium communiſsima erat immutatio, de cuius quatuor modis differuit in quæſt. præcedente. Secunda eſt miſsio Angelorum in hominum miniſterium, quæ ſemper fit cum aliqua immutatione, cũ tamen non omnis hominum immutatio ſit miſsio in miniſterium, vt cum Angelus malus aliquẽ hominem vexat, aut eius phantaſiam, vel ſenſum immutat. Et propterea miſsio ſuper immutationem addit ex parte mittentis imperium, & parte miſsi obedientiam, & miniſterium: Primò quidem reſpectu Dei, ſecundariò autem reſpectu hominum; ex parte verò actionis ordinem ad finem à mittente præconceptum, & volitum. Tertia eſt cuſtodia bonorum Angelorum circa homines, quæ ſpecialis quidam eſt miſsionis effectus, ſiue modus, de qua cuſtodia in ſequẽti quæſtione tractatur. Quatuor habet articulos hæc quæſtio, in quorum primo, an ſit, & quid ſit Angelica miſsio declaratur: in aliis verò tribus articulis, ſuppoſita miſsione, & eius ratione Angelicæ naturæ congruente, diſtinctè magis inquiritur à communiori procedendo, quibuſnam Angelis, veluti ſubiectis miſsio cõueniat; nam in ſecundo art. quæritur: An omnes Angeli mittantur, in 3. Vtrum illi, qui mittuntur aſsiſtãt. Poſtremò fit deſcenſus ad particularem Hierarchiam in art. 4. vbi quæritur, num Angeli ſecundæ Hierarchiæ omnes mittantur.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Angeli in ministerium mittantur.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd Angeli in ministerium non mittantur. Omnis enim missio est ad aliquem determinatum locum: sed actiones intellectuales non determinant aliquem locum, quia intellectus abstrahit ab hic, & nunc. Cum igitur actiones Angelicæ sint intellectuales, videtur, quòd Angeli ad suas actiones agendas, non mittantur. 549 Ad Heb. 2 lect.

2 Præterea. Cœlum empyreum est locus pertinens ad dignitatem Angelorum. Si igitur ad nos mittantur in ministerium, videtur, quòd eorum dignitati aliquid depereat: quod est inconueniens.

3 Præterea. Exterior occupatio impedit sapientiæ contemplationem, vnde dicitur Eccl. 29. Qui minoratur actu percipiet sapientiam. Si igitur Angeli aliqui mittuntur ad exteriora ministeria, videtur, quod retardarentur à contemplatione: sed tota eorum beatitudo in contemplatione Dei consistit. Si ergo mitterentur, eorum beatitudo minueretur: quod est inconueniens.

4 Præterea. Ministrare est inferioris: vnde dicitur Luc. 22. Quis maior est, qui recumbit, an ille, qui ministrat? nonne qui recumbit? sed Angeli sunt maiores nobis ordine naturæ; ergo non mittuntur in ministerium nostrum.

Sed contra est, quod dicitur Exod. 23. Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te.

Respondeo. Dicendum, quòd ex supradictis* manifestum esse potest, quod aliqui Angeli in ministerium mittuntur à Deo. Vt enim supradictum est, *cum de missione diuinarum personarum ageretur, ille mitti dicitur, qui aliquo modo ab aliquo procedit, vt incipiat esse, vbi prius non erat, vel vbi prius erat per alium modum. Filius enim, aut Spiritus sanctus mittit dicitur, vt à Patre procedens per originem: & incipit esse nouo modo, idest, per gratiam, vel naturam assumptã, vbi prius erat per Deitatis præsentiam. Dei enim proprium est vbique esse, quia cũ sit vniuersale agens, eius virtus attingit omnia entia: vnde est in omnibus rebus, vt supra dictum est.* Virtus autem Angeli, cum sit particulare agens, non attingit totum vniuersum, sed sic attingit vnũ, quod non attingit aliud: & ideo ita est hic, quòd non alibi. Manifestum est autẽ per supradicta, *quod creatura corporalis per Angelos administratur. Cum igitur aliquid est fiendum per aliquem Angelum circa aliquam creaturam corpoream, de nouo applicat Angelus illi corpori suam virtutem, & sic angelus de nouo incipit ibi esse: & hoc totum procedit ex imperio diuino. Vnde sequitur secundùm præmissa, quod angelus à Deo mittatur: sed actio, quam angelus missus exercet, procedit à Deo, sicut à primo principio, cuius nutu, & authoritate angeli operantur, & in Deum reducitur, sicut in vltimum finem. Et hoc facit ratione ministerij: nam minister est sicut instrumentum intelligens. Instrumentum autem ab alio mouetur, & eius actio ad aliud ordinatur: vnde actiones angelorum ministeria vocantur, & propter hoc dicuntur in ministerium mitti.

q.108.a.6.

q.43.art.1.

q.3. art.1.

q.110. a.1.

o 171 541

Ad primum ergo dicendum, quod aliqua operatio dupliciter dicitur intellectualis. Vno modo quasi in ipso intellectu consistens, vt cõtemplatio. Et talis operatio non determinat sibi locum: immo vt Augustin. dicit 4.* de Trinit. etiam nos, secundùm quod aliquid æternum mente sapimus, non in hoc mundo sumus. Alio modo dicitur aliqua actio intellectualis, quia est ab aliquo intellectu regulata, & imperata. Et sic manifestum est, quod operationes intellectuales interdum determinant sibi loca.

Li. 4. c. 16. Paulo post med. to. 3.

Ad secundum dicendũ, quòd Cœlum Empyreum pertinet ad dignitatem angeli secundum congruentiam, quandam: quia congruũ est, vt supremum corporum naturæ, quæ est supra omnia corpora, attribuatur: non tamen angelus aliquid dignitatis accipit à cœlo Empyreo. Et ideò quando actu non est in cœlo Empyreo, nihil eius dignitati subtrahitur; sicut nec regi, quando non actu sedet in regali solio, quod congruit eius dignitati.

Ad tertium dicendum, quòd in nobis exterior occupatio puritatem contemplationis impedit: quia actioni insistimus secundum sensitiuas virtutes, quarum actiones cùm intenduntur, retardantur actiones intellectiuæ virtutis: sed Angelus per solam intellectualem operationem regulat suas actiones exteriores. Vnde actiones exteriores in nullo impediunt eius contemplationem: quia duarum actionum, quarum vna est regula, & ratio alterius, vna non impedit, sed iuuat aliam. Vnde Gregor. dicit in *2. Mor. quod Angeli non sic foris exeunt, vt internæ contemplationis gaudijs priuentur.

Lib. 2. c. 1. circa prin.

Ad quartum dicendum, quòd Angeli in suis actionibus exterioribus ministrant principaliter Deo, & secũdario nobis: non quia nos simus superiores eis, simpliciter loquendo, sed quilibet homo, vel Angelus inquantũ adhærẽdo Deo fit vnus spiritus cũ Deo, est superior

Digitized by Google

rior omni creatura. Vnde Apoſt. ad Philipp. 2. dicit. Superiores ſibiinuicem arbitrantes. A

Senſus quæſiti.

DVo ſunt pro tituli intelligentia notanda. Primum eſt, hic proponi quæſtionem; An ſit in Angelis miſſio, ſed intẽtionem eſſe præcipuè quærendi, quid ſit Angelica miſſio. Quod egregiè præſtat author in corpore. Secundum eſt, miniſterium hîc intelligi tam reſpectu Dei mittentis, quàm reſpectu hominum, ad quos mittuntur Angeli, vt ait S. D. ad quartum.

Forma Textus.

B

C *Concluſio eſt: Aliqui Angeli in miniſterium mittuntur à Deo. Concluſio hæc tria de Angelis affirmat: Primum eſt eos mitti: ſecundum eſt à Deo, tertium eſt, in miniſterium. Probatur: Primum: Ille mitti dicitur, qui aliquo modo ab aliquo procedit, vt incipiat eſſe, vbi priùs non erat, vel vbi priùs erat per alium modum: Angelus eſt huiuſmodi; ergo. Maior probatur ex ſupradictis quæſt. 43. de miſſione diuinarum perſonarum: Quia Filius, & Spiritus ſanctus ideò mitti dicitur à Patre, quia procedit ab eo per originem, & incipit eſſe nouo modo, ideſt per gratiam, vel naturam aſſumptam, vbi prius erat per Deitatis præſentiam; ergo. Explicatur aſſumptum; quia Dei proprium eſt vbiq; eſſe, eo quod eſt agens vniuerſale; & ideò virtus eius attingit omnia entia, & eſt in rebus omnibus. Minor verò probatur quo ad ſingulas definitionis ipſius miſſionis particulas poſitas in maiori: ex quibus illa eſt prima: Qui ab aliquo procedit. Probatur; Quia creatura corporalis per Angelos adminiſtratur, & actio, quam Angelus miſſus exercet, procedit à Deo, ſicut à primo principio, cuius nutu, & authoritate Angeli operantur, & in Deum reducitur, ſicut in vltimum finem. Secunda particula eſt: vt incipiat eſſe, vbi priùs non erat. Probatur hæc de Angelo: Quia, cum aliquid eſt fiendum per aliquem Angelum circa aliquam creaturam corpoream de nouo applicatur Angelus illi corpori ſua virtute: ergo de nouo incipit ibi eſſe: Antecedens probatur ex differentia ſuperius tacta inter agens particulare; Quia proprium eſt agentis vniuerſalis vbique eſſe; agens autem particulare ita eſt hic, quòd non alibi: at Angelus eſt agens particulare: ergo. Maior probatur: Quia virtus agentis vniuerſalis attingit omnia entia, virtus autem agentis particularis non attingit totum Vniuerſi, ſed ſic attingit vnum, quod non attingit aliud; ergo agens vniuerſale, quod eſt Deus, eſt in omnibus rebus, agens autem particulare, ita eſt hic, quod non alibi. Secunda pars concluſionis patet ex dictis. Tertia verò probatur; quia ratio miniſterij per hoc conſtituitur, quòd Angelus à Deo mittitur, ſicut à primo principio, cuius nutu, &c. Ergo actiones Angelorum miniſteria vocantur, ac proindè dicuntur Angeli in miniſterium mitti.* D

Antecedens probatur; quia minister eſt ſicut inſtrumentum intelligens; at inſtrumentum ab alio mouetur, & ad aliud ordinatur; ergo ratio miniſterij per hoc conſtituitur, &c. E

Expoſitio Textus.

AD ampliorem textus intelligẽtiam ſex occurrunt notanda. Primum eſt, concluſionem D. Thomæ eſſe fidei veritatem in ſacris litteris frequenter expreſſam, Geneſ. 24. *Ipſe mittet Angelum ſuum coram te.* Exodi 23. *Ecce ego mitto Angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat in via, & introducat in locum, quem parani.* 1. Paralip. 21. *Miſit quoque Angelum in Hieruſalem, vt percuteret eam.* Thobiæ 3. *Miſſus eſt Angelus Domini ſanctus Raphael.* Lucæ 1. *Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo.* Actorũ 12. *Nũc ſcio verè, quia miſit Dominus Angelum ſuum.* Hebræorum 1. *Omnes ſunt adminiſtratorij, ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis.* Eſt igitur concluſio fidei dogma certiſſimum. Gen. 24. Exod. 23. 1. Paralip. 21. Thob. 3. Luc 1. Act. 12. Hebr. 1.

Secundum eſt, probationem maioris propoſitionis deſumptam ex miſſione diuinarum perſonarum eſſe argumentum efficax à minori ad maius. Si nãq; perſona diuina mitti dicitur, eo quòd ab altera perſona procedit per originem, & incipit eſſe nouo modo, vbi prius erat, multò magis dicetur creata quæcumq; perſona mitti, quæ ſecundum ſuam operationem, quam exercet ad extra, ex alterius imperantis authoritate procedit, ſiue depẽdet, & incipit eſſe, vbi prius omninò nõ erat; hic enim eſt maxima diſtinctio perſonarum, & operationum, ſcilicet, mittentis, & miſſæ; ſunt enim in eſſentia diſtincti Deus, & Angelus, & eorum etiam operationes: Termini præterea motus perſonæ creatæ miſſæ ſitibus omninò diſtant; diuinæ verò perſonæ nullam habent eſſentiæ, vel operationis diuerſitatem; ſed oppoſitione tantùm diſtinguuntur ab inuicem relatiua; & cum vbiq; ſint, ratio, & executio miſſionis illis conuenit abſq; motu, & abſq; terminis eius.

Angelum ab Angelo, quandoque mitti.

TErtium eſt: Angelum non ſolùm à Deo, ſed etiam ab Angelo quandoque mitti; dicitur. n. Zach. 2. *Et ecce Angelus, qui loquebatur in me egrediebatur, & Angelus alius egrediebatur in occurſũ eius, & dixit ad eum, Curre, loquere ad puerum iſtum, &c.* Quæ verba exponens Greg. ait: *Ad propbetam Angelus Angelum mittit.* Præterea Daniel. 8. legitur: *Ecce ſtetit in conſpectu meo, quaſi ſpecies viri, & audiui vocem viri inter Vlai, & clamauit, & ait, Gabriel, fac intelligere iſtum viſionem*: certum eſt autem, virum illum non hominem, ſed Angelum fuiſſe in ſpecie viri apparentem, quem fuiſſe Michaelem affirmãt Gloſſæ ordinaria, interlinearis, & Lirani. His accedit authoritas Diui Gregorij Hom. 24. in Euang. dicentis; quædam Angelorum agmina pro eo, q eis cætera ad obediendum ſubiecta ſunt, Dominationes vocari: Quod dictum refertur à D. Tho. ſupra q. 109. art. 5. ad tertium, qui etiam in art. 4. huius quæſtionis ait, in nomine Dominationum non importari aliquam executionem, ſed ſolam diſpoſitionem, & imperium de exequendis, & ibidem ad primum, ita reſpondet: *Dominationes computantur quidem inter Angelos miniſtrantes, non ſicut exequentes miniſterium, ſed ſicut diſponentes, & mandantes,* Zach. 2. S. Greg. Dan. 8. Liranus. S. Greg. D. Thom.

Digitized by Google

tes, quid per alios fieri debeat: sicut Architectores in artificijs nihil manu operantur, sed solum disponunt, & præcipiunt, quid alij debeant operari. Hæc D. Thom. Constat autem disponentem, & mandantem, siue præcipientem mittere personam illam, cui mandatum, siue præceptum imponit.

Dubitatio.

An Angelus ab Angelo missus dici debeat in ministerium missus.

AN autem Angelus ab Angelo missus dicit debeat in ministerium missus, sicut cum mittitur à Deo, quæstio est inter nonnullos. Zumellus enim affirmat, alij verò negant. Sed facilè quæstio soluitur dicendo. Primò, nullum Angelum bonum mittere alterum Angelum, nisi ex ordinatione diuina: Secundò Angelum missum non esse, propriè loquendo, ministrum Angeli mittentis, sed Dei, cuius nutu, & authoritate primaria mittitur Angelus, sicut si de mandato Regis Cubicularius eius Cursorem mittat ad Regis negotia peragenda, nō erit ille Cursor minister Cubicularij, sed Regis, cuius authoritate fit missio: Sed, quāuis Angelus ab Angelo missus, non sit minister Angeli mittentis, dici tamen potest ab eo fuisse missus in ministerium, non Angeli mittentis, sed Dei principaliter, & hominis secundariò, vt hìc ait S. D. ad quartū.

Zumellus. Solutio.

Postremò dici potest, vnum Angelum dupliciter alterum mittere; Vno modo per actuale mandatum, vt loca scripturæ superius adducta significant: Alio modo per solam propriorum donorum communicationem, ex qua virtutem quandam accipiunt Angeli missi, vt quædam efficiāt sua propria virtute maiora, vt significat S. D. in articulo sequenti ad secundum dicens, superiores Angelos communicare mediantibus inferioribus Angelis, propria dona, à quibus denominantur; atque ità vnum de Seraphim Isaiæ 6. Dici purgasse incendio labia Prophetæ; non quia ipse immediatè fecerit, sed quia inferior Angelus virtute eius hoc fecit. Sicut (inquit) Papa dicitur absoluere aliquem, etiāsi per alium officium absolutionis impendat. Et si quidem Angelus ab Angelo mittatur primò modo, iam diximus Angelum missum non esse mittentis ministrum, sed Dei: Si verò secundò modo fiat, sicut hic non interuenit propriè missio, ità nec ratio ministerij respectu mittentis: missus enim instrumentum est intelligens mittentis; instrumentum autem actualem aliquem habet principalis agentis influxum, qui nihil aliud est in instrumento intelligente, nisi mandatum.

Isaiæ 6.

Exemplum autem Summi Pontificis per alium absoluentis accipiēdum est, vt simile quo ad communicationem potestatis, non autē quo ad actuale mandatum. Quando autem præter prædictam donorum communicationem interuenit etiam actuale mandatum, videtur tunc Angelus missus aliquo modo minister esse mittentis; quia facultatem, simul, & mandatum ab eo recipit operandi; ficq; eius instrumentum intellectuale constitui, quamquàm principaliter sit Dei minister, ex cuius virtute, & authoritate primaria donorum communicatio dependet, & mittentis imperium. Et hoc fortasse modo voluit S. D. Angelum illum incendio purgasse labia Prophetę virtute Seraphini, ità vt ad hunc effectū, non solū donorum communicatione, sed etiam imperio fuerit ab eo destinatus.

S. Thomas.

Angelum malum mitti nonnumquam à Deo, & nonnunquam ab Angelo malo.

QVartum, quod hic notādum occurrit, est, Angelum malum mitti nonnunquam à Deo, & nonnunquam ab Angelo malo; Mitti namq; malos Angelos à Deo, diuina testatur Historia. 3. Reg. vltimo, cuius verba sunt: *Egressus est autem spiritus, & stetit coram Domino, & ait: Ego decipiam illum. Cui locutus est dominus: In quo? & ille ait; egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius. Et dixit Dominus, decipies, & præualebis; Egredere, & fac ità.* Hunc autem esse spiritum malum constat primò; quia se mendacem in ore prophetarum futurum esse promittit: mendacium verò per se malum est; igitur non à spiritu bono, sed à malo tantùm est.

3. Reg. vlt.

Deindè Glossa ordinaria cum Hieronymo, & Augustin. malum illum Angelū fuisse declarat; quorum sententiam sequitur ibi Liranus. Et Psal. 77. *Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immissiones per Angelos malos.* Quæ verba exponens Augustin. ait: *Esse autem diabolum, & Angelos eius, tam malos, vtiq; vt eis ignis præparetur æternus, nullus fidelis ignorat, sed immitti per eos immissiones super quoslibet à Domino Deo, quos hac pœna iudicat dignos, durum videtur eis, qui minus idonei sunt cogitare, quemadmodum summa Dei iustitia bene vtatur, & malis; quos quidem, quantum pertinet ad eorum substantiam, quis alius: quam ipse fecit? sed malos ipse non fecit; vtitur tamen eis, qui bonus est, bene, id est conuenienter, & iustè; sicut è contra iniqui creaturis eius bonis vtuntur male. Vtitur ergo Deus Angelis malis, non solum ad puniendos malos, sicut in illis omnibus, de quibus loquitur Psalmus, sicut in Rege Achab, quem fallacia spiritus ex Dei voluntate seduxit, vt caderet in bello, verum etiam ad probandos, & manifestandos bonos, sicut fecit Iob.* Hæc Augustin. Locus autem Iob, quem indicat Augustin. est in 1. cap. vbi sic legitur: *Ecce vniuersa, quæ habet, in manu tua sunt:* & cap. 2. *Ecce in manu tua est.* Quæ verba non missionem, sed permissionem propriè videntur significare.

S. Hieron. S. Augustin. Liranus. Psalm. 77. Iob 1. & 2.

Quintum est responsio ad tertium argumentū; de qua disputat hic Zumellus, & sensum, ac veritatem eius elucidat.

Zumell.

Vltimum est responsio ad quartum argumentum; quam declarat Molina exemplo Regis constituentis ducem aliquem, aut Comitem alicuius ex infima plebe pedagogum, aut defensorem; tunc enim ille Comes in hominis illius cura, aut defensione non tam illius hominis minister esse diceretur, quàm Regis, cuius imperio Comes eo fungerentur officio.

Molin.

AR-

ARTICVLVS II.

Vtrum omnes Angeli in ministerium mittantur.

510 2.dist. 10. AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd omnes Angeli in ministerium mittantur. Dicit enim Apostolus ad Hæb. 1. Omnes sũt administratorij spiritus in ministerium missi.

2 Præterea. Inter ordines supremus est ordo seraphim, vt ex supradictis patet: q.108.ar.6 *sed Seraphim est missus ad purgandum labia prophetæ, vt habetur Isaiæ. 6. Ergo multò magis inferiores Angeli mittuntur.

3 Præterea. Diuinæ personæ in infinitum excedunt omnes ordines Angelorum: sed diuinæ personæ mittuntur. Ergo multò magis quicunq; supremi Angeli.

4 Præterea. Si superiores Angeli non mittuntur ad exterius ministerium, hoc non est, nisi quia superiores Angeli exequuntur diuina ministeria per inferiores: sed, cùm omnes q.108.ar.3 arg.1. Angeli sint inæquales, vt supra dictum est,* quilibet Angelus habet inferiorem Angelum præter vltimum. Ergo vnus Angelus solus ministraret in ministerium missus: quod est contra id quod dicitur Dan. 7. Milia milium ministrabant ei.

Hom.34 in euang.paulo post med. Sed contra est, quòd Greg.* dicit referens sententiam Dionys. Superiora agmina vsum exterioris ministerij nequaquam habent.

Respondeo. Dicendum, quòd, sicut ex supradictis patet,* Hoc habet ordo diuinæ prouidentiæ non solum in Angelis, sed etiam in toto vniuerso, quòd inferiora per superiora administrantur. Sed ab hoc ordine in reb. corporalib. aliquando ex diuina dispensatione receditur propter altiorem ordinem, secundum scilicet, quòd expedit ad gratiæ manifestationem. * Quod enim cœcus natus fuit illuminatus, quod Lazarus fuit suscitatus, immediatè à Deo factum est, absque aliqua actione cœlestium corporum: sed & Angeli boni, & mali possunt aliquid in istis corporibus operari præter actionem cœlestium corporum, condensando nubes in pluuias, & aliqua huiusmodi faciendo. Neque alicui debet esse dubiũ, quin Deus immediatè hominibus aliqua reuelare posset, non mediantibus Angelis & superiores Angeli, non mediantibus inferioribus: & secũdum hanc considerationem quidam dixerũt, quod secundum communem legem superiores non mittuntur, sed inferiores tantùm: sed ex aliqua dispensatione diuina interdum etiã superiores mittuntur. sed hoc non videtur rationabile: quia ordo Angelicus attenditur secundum dona gratiarum.* Ordo autem gratiæ nõ habet alium superiorem ordinem, propter quem prætermitti debeat, sicut prętermittitur ordo naturæ propter ordinem gratiæ. 532

Considerandum est etiam, quòd ordo naturæ in operatione miraculorum prætermittitur propter fidei cõfirmationem. Ad quam nihil valeret, si prætermitteretur ordo Angelicus, quia hoc à nobis percipi non posset. Nihil etiã est ita magnum in ministerijs diuinis, quod per inferiores ordines exerceri non possit. vnde Greg.* dicit, quod, qui sũma annũciant, Archangeli vocantur. Hinc est, quod ad Virginem Mariam Gabriel Archangelus mittitur. Quod tamen fuit summum inter omnia diuina ministeria, vt ibidem subditur. Et ideo simpliciter dicendum est, cum Dionys.* quod * superiores Angeli nunquam ad exterius ministerium mittuntur. Hom.14 in euãg.ante med. D.16. cap 8.cel. hier. circa prin. & refertur 2. sen. d.10.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut in missionibus diuinarum personarum aliqua est visibilis, quæ attenditur secundum creaturam corpoream, aliqua inuisibilis, quæ fit secundũ spiritualem effectum: ita in missionibus Angelorum aliqua dicitur exterior, quæ scilicet est ad aliquod ministerium circa corporalia exhibendum: & secundum hanc missionem nõ omnes mittuntur. Alia est interior secundum intellectuales effectus, prout scilicet vnus Angelus illuminat alium. Et sic omnes Angeli mittuntur. Vel aliter dicendum, quod Apostolus inducit illud ad probandum, quod Christus sit maior Angelis, per quos data est lex: vt sic ostendat excellentiam nouæ legis ad veterem. Vnde non oportet, quòd intelligatur, nisi de Angelis ministerij, per quos data est lex.

Ad secundum dicendum, secundum Dionys.* quod ille Angelus, qui missus est ad purgandum labia prophetæ, fuit de inferioribus Angelis: sed dictus est Seraphim, ideſt, incendens æquiuocè propter hoc, quòd venerat ad incendendum labia prophetę. Vel dicendum, quòd superiores Angeli communicant propria dona, à quibus denominantur mediantib. inferioribus Angelis. Sic igitur vnus de Seraphim dictus est purgasse incendio labia prophetæ, non quia hoc ipse immediatè fecerit, sed quia inferior Angelus virtute eius hoc fecit. Sicut Papa dicitur absoluere aliquem, etiã si per alium officium absolutionis impendat. c.13 cœl. hierar. nõ multũ lõgè à prin.

Ad tertium dicendum, quòd diuinæ personæ non mittuntur in ministerium, sed æquinocè mitti dicuntur, vt ex prædictis patet.* In cor. ar. & q.43.

Ad quartum dicendum, quod in diuinis ministerijs est multiplex gradus. Vnde nihil prohibet etiam inæquales Angelos immediatè ad

ad ministeria mitti, ita tamen, quòd superiores mittantur ad altiora ministeria: inferiores verò ad inferiora.

Forma Textus.

Proposita quadam opinione cum suo fundamento, statuit oppositam conclusionem, quam tribus probat argumentis; quibus etiam sententia relata cum suo fundamento confutatur.

Opinio quorundam fuit dicentium secundum communem legem superiores Angelos non mitti, sed ex aliqua dispensatione diuina interdum etiam superiores mitti. Fundamentum huius sententiæ fuit; quoniam hoc habet ordo diuinæ prouidentiæ, non solum in Angelis, sed etiam in toto Vniuerso, quòd inferiora per superiora administrantur, à quo tamen ordine in rebus corporalibus aliquando ex diuina dispensatione receditur propter altiorem ordinem, secundum scilicet quod expedit ad gratiæ manifestationem, ergo superiores Angeli secundum communem legem non mittuntur, sed inferiores tantum, sed ex aliqua dispensatione, &c. Probatur antecedens tripliciter. Primò in operibus Dei miraculosis; nam, quòd cæcus natus fuerit illuminatus, & Lazarus fuerit suscitatus, immediatè, à Deo factum est absq; aliqua actione corporum cælestium.

Secundò in operationibus bonorum, et malorum Angelorum; nam Angeli boni, & mali possunt aliquid in istis corporibus operari præter actionem cælestium corporum, condensando nubes in pluuias, & aliqua huiusmodi faciendo.

Tertiò probatur idem antecedens ratione; quia nulli debet esse dubium, quin Deus immediatè hominibus aliqua reuelare possit, non mediantibus Angelis, & superiores Angeli, non mediantibus inferioribus.

Conclusio est: Superiores Angeli numquam ad exterius ministerium mittuntur. Probatur hæc conclusio tribus modis, & simul confutatur opinio relata.

Probatur ergo primò. Ordo gratiæ numquam in Angelis prætermittitur; ergo superiores Angeli numquam mittuntur ad exterius ministerium.

Probatur consequentia; quia ordo Angelicus, quo quidam sunt inferiores, & quidam superiores, attenditur secundum dona gratiarum: constat autem ex fundamento præcedentis opinionis, quod est verissimum, inferiora per superiora administrari. Antecedens autem probatur: quoniam ordo ex diuina dispensatione intermittitur propter alium superiorem ordinem: at ordo gratiæ non habet alium superiorem ordinem, propter quem prætermitti debeat; ergo. Maior probatur; quia prætermittitur ordo naturæ propter ordinem gratiæ.

Secundò probatur conclusio: Ordo naturæ in operatione miraculorum prætermittitur propter fidei confirmationem; sed ad hanc nihil valeret, si prætermitteretur ordo Angelicus; ergo. Minor probatur; quia hoc à nobis percipi non posset.

Tertiò probatur conclusio: Quia nihil est ita magnum in ministerijs diuinis, quod per inferiores ordines exerceri non possit, ergo superiores Angeli numquam ad exterius ministerium mittuntur. Probatur antecedens primo authoritate Gregorij dicentis, eos, qui summa nunciant, Archangelos nominari. Secundò authoritate scripturæ dicentis, ad Virginem Mariam Gabrielem Archangelum missum fuisse; cum tamen fuerit illud summum inter omnia diuina ministeria.

Vltimò probatur etiam authoritate Dionysij cap. 8. Cœlestis Hierarchiæ.

Expositio Textus.

Litteram huius articuli declarat Zumellus in sua quæstione de veritate conclusionis. Duo notatione digna Caietanus aduertit. Zumell. Caietanus

Primùm est tres rationes, quibus Conclusio probatur in textu, secundum tria genera causarum distincta procedere; nam prima ex ordine superiori desumpta causalitatem videtur agentis continere; eo quòd ordo superior ad inferiorem habeat habitudinem, vt superioris agentis ad inferius.

Secunda verò ex fidei confirmatione procedens finalis causæ rationem exprimit manifestè; fidei namque confirmatio finis est miraculorum.

Tertia demum excellentiam ministrorum assumens, quandam formalis causæ, scilicet dignitatis ministri ad rem ab eo gerendam continet habitudinem.

Secundum est solutio argumenti, cui nitebatur opinio confutata. Quamquam enim per Dei potentiam absolutè fieri possit dispensatio, & ordinis Angelici prætermissio, ita scilicet vt prætermissis inferioribus Angelorum choris, & Hierarchijs, mittantur superiores ordines in suprema Hierarchia comprehensi, id tamen effici nullo modo potest per ordinariam ipsius Dei potentiam, quæ legibus ab ipso Deo præscriptis in agendo dirigitur.

Falsum est igitur antecedens illius argumenti secundum potentiam ordinariam intellectũ. Duarum verò priorum probationum eiusdem antecedentis in eodem sensu nulla est cónsequentia; quoniam prætermissio ordinis naturæ in eis assumpta fieri potest secundum potentiam ordinariam statuentem, inferiorem ordinem posse prætermitti propter ordinem superiorem, qualis est ordo gratiæ respectu ordinis naturæ: nullum enim ordinem habet ordo gratiæ superiorem.

Cum igitur Angelorum ordo sit ordo gratiæ nullum habens ordinem superiorem, prætermitti non potest nisi per absolutam Dei potentiam, de qua sola procedit tertia eiusdem antecedentis probatio; ac proindè totum argumentum omninò ruit. Qui sint Angeli superiores, de quibus conclusio loquitur, explicat S. Doct. in artic. sequenti dicens, eos esse quatuor ordines superiores, tres nimirum supremæ hierarchiæ cum primo secundæ. Hi verò sunt Seraphim, Cherubim, Throni, & Dominationes. S. Thom.

Con-

Digitized by Google

Controuersia Vnica.

De veritate Conclusionis, & efficacitate probationum. An scilicet superiores Angeli quandoque mittantur in ministerium, & an rationes D.Tho. Conclusionem negantem probent efficaciter.

Sententiæ Doctorum.

Scotus Durandus Molina. Malonius Valentia.

ANgelos omnes etiam supremæ Hierarchiæ in ministeriũ mitti senserunt Scotus, Durandus, & alij ex antiquioribus Theologis in 2. sent. d. 10. quorũ opinionẽ secuti sunt Molina, Daniel Malonius, & Valentia dicens, opinionẽ hanc esse probabiliorem, & rationem D.Tho. non esse firmam.

S.Thomas Bannes

Oppositã verò sententiã, nimirũ superiores Angelos, ideſt Seraphim, Cherubim, Thronos, & Dominationes numquam mitti tuetur in hoc, & sequentibus articulis S.D. & eius discipuli.

Ex quibus Bannes duo dicit. Primũ est, vtrãq; sententiam esse probabilem, sed negantem, quæ est D.Tho. esse probabiliorem.

Secundum est, cum veritate huius sententiæ stare duo. Alterum est, Christo Domino ascendenti ad Patris dexteram missos fuisse spiritus etiam supremæ hierarchiæ, vt illi famulatum exhiberent; sicut etiam Beatæ Virgini ad annunciandum Incarnationis mysterium, & oranti Christo, imminẽte Passione, probabile est, (inquit) vnum ex supremis Deo asistentib. spiritibus missum fuisse: Alterum est, supremos Angelos, & si non exeant ad aliqua ministeria, suam tamen virtutem inferioribus Angelis communicare, vt vice ipsorum exequantur aliquot officia excellentissima, & ministeria circa nos, ac proindè quandoq; Angelum inferiorem nomen sibi vendicare superioris, cuius virtute operatur, vt hìc ait S.D. ad secundum.

Zumellus Ripa. Pererius. Mag. sent. Vasquez.

Zumellus, Ripa, & Pererius in Genes. lib. 6. q. vltima conclusionem D.Tho. tuentur, vt iacet.

Magister sententiarum in allegata dist. 10. vtramq; partem sustinet, vt probabilem; nec vni videtur adhærere magis, quam alteri. Quam sententiam sequitur Vasquez tria dicens.

Primum est, nullum esse fundamentum nec in Patribus, nec in scriptura, vt vnam, aut aliam partem assueueranter tueamur, tametsi sine incommodo defendere quisque possit, quam voluerit.

Secundum est, rationem D.Tho. pro conclusione non conuincere.

Tertium est, certum esse non posse, quod ait S.D. ex inferioribus solum mitti duos ordines secundæ hierarchiæ, & tres ordines tertiæ. Deniq; duas responsiones D.Tho. ad primum argumentum impugnat, vt minus sufficientes.

Resolutio.

Ex nominibus Angelorum, proprietates eorum, & officia significantib. ostenditur superiores quatuor ordines non mitti ad extrinseca ministeria.

QVæstio hęc ad illarum pertinet ordinem, quę nulla possunt certa, firmaq; definitione terminari, facilè namque est argumenta pro hac, aut illa parte producta probabili aliqua responsione dissoluere; cum præsertim vtraq; pars Doctores habeat illustres, & magni nominis sibi fauentes, & suo patrocinio probabilem eam esse declarantes. Satis itaq; nostro faciemus instituto, si probabiliorem Angelici nostri Doctoris sententiam esse demonstrabimus. Ad cuius euidentiam.

Considerandum est primò, proprijs singulorũ Angelicorum ordinum nominibus proprietates, & officia designari, vt ait Dionysius in 7. cap. cœlestis hierarchiæ. Angelo verò ad exterius ministerium mitti propriè conuenit, quatenus ex diuinæ maiestatis imperio circa creaturam aliquam corpoream operatur, in quo posita est executio diuini ministerij; eorum igitur tantum ordinum Angeli ad exteriora mittuntur ministeria, quorum nominibus executio aliqua nobis insinuatur. Vt autem ait S.D. ex Dionysio, & Gregorio suprà quæſt. 108. art. 5. & 6. & in art. 4. huius quæstionis, quinque tantùm ordinum vocabulis exterioris operationis executio denotatur: Angeli siquidem, & Archangeli à denunciando denominantur: Virtutes autem, & Potestates nuncupantur ex ordine ad aliquem actum: Nomen autem Principis, siue principatus eum Angelum, aut ordinem Angelorum significat, qui inter alios operantes prior existit, vt ait Gregorius Hom. 34. in Euangelia. His igitur quinque tantum ordinibus mitti propriè conuenit ad exteriora circa corpoream creaturã exercenda ministeria.

S.Dionys. D. Thom. S.Greg.

Cęterorum autem superiorum ordinum nomina nullam executionis rationem insinuant; Dominationum enim nomine, quo superiorum quatuor ordinum infimus ordo significatur, nulla nobis executio denotatur, sed dispositio tantum, & imperium de actionibus exequendis indicatur; nulli igitur horum ordinum mitti conuenit in exterius ministerium.

Distinguitur missio multiplex Angelorum, & explicantur singula membra.

Missio duplex.

SEcundò sciendum est, duplicem esse missionẽ, vt ait S.D. hic ad primum: Alteram exteriorem, quę scilicet ad ministerium aliquod circa res corporeas exercendum ordinatur; & de hac loquitur conclusio, & probationes eius in textu: Alteram interiorem, quæ secundum intellectuales effectus attenditur, quatenus scilicet vnus Angelus alium illuminat, & hac missione certum est omnes Angelos mitti: potestq; de hac eadem intelligi dictum illud Apostoli: *Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis*: vt ait S.D. hìc ad primum. Dicitur autem missio, nõ vniuocè, sed analogicè de duplici iam dicto missionis modo; sicut missio diuinarum personarũ non secũdum vnã, & eandem omninò rationem dicitur de missione visibili, & inuisibili; ac proindè nõ eadẽ est vtriusq; missionis definitio, sed longè diuersa; Missio nãq; visibilis Angelorum mutatio quædam localis est, aut recens occupatio loci per nouã aliquam operationem ex

Hebræi.

missio analogiæ dicitur.

Digitized by Google

imperio diuinæ Maieſtatis: Miſſio autem inuiſibilis, quæ proportionē habet cum inuiſibili miſſione diuinæ perſonæ, actio immanens eſt intellectus Angeli ſuperioris ſuū conceptū per actualē cōſiderationē illuſtrantis, ac diuidentis, & per actum voluntatis illum ad inferiorem Angelum ordinātis, vt ab eo tamquam intelligibile præſens eius intellectui, & illi proportionatū percipi valeat.

Quare fruſtrà laborat Vaſquez localem expetens in hoc miſſionis modo mutationē, aut acceſſum Angeli illuminantis ad illuminatum. Hæc n. æquiuocè dicta miſſio eſt (non tamen impropriè dicta) cuius rationi ſufficit acceſſus æquiuocè dictus per ordinationem illam, & præſentationē veritatis, ſiue cōceptus priùs illuminati, & nouus effectus, notitia ſcilicet recens veritatis in Angelo illuminato. Eſt igitur argumentum Vaſquezij valdè puerile, quod contra S. D. interpretationē producit, probare volens, illuminationem Angelicā non eſſe miſſionem inuiſibilem, eo quòd in illuminatione nulla fit loci mutatio, nec Angeli illuminantis acceſſus ad Angelum illuminatum.

Miſſio exterior duplex.

Tertiò notandum miſſionem exteriorem Angelicā duplicem eſſe; Quædam enim eſt directè, ſiue proximè, & immediatè, ſiue mediatè tantum ad humani generis vtilitatem, & ſalutem ordinata; qualis miſſio fuit Angelorum ad Abraham, Loth, Danielem, Petrum, & alios.

Quædam verò eſt ſolum ad Chriſtum Deum, & hominem ſummis honoribus proſequendum, & regio famulatu decorandum ordinata, qualē probabiliter dici poteſt fuiſſe miſſionem Angeli ad Chriſtum, orantem in horto tempore Paſſionis, & miſſionem Angelorum ad eundem ſuper omnes Cœlos ad Patris dexteram aſcendentem. Poſſetq; non incongruè limitari concluſio S. Tho. ad priorem externæ miſſionis modum, vt hic piè ſatis aduertit Bannes.

Bannes

Quartò recolenda eſt ea doctrina, quam ſuprà tradidit S. D. q. 108. art. 5. dicens, in ordinib. Angelorū perfectiones omnes ſpirituales omnib. Angelis eſſe communes, ſed eas tamen abundantiùs exiſtere in ſuperioribus Angelis, quàm in inferioribus. Et cùm perfectiones illæ quibuſdā gradib. ad inuicem ordinentur, perfectio ſuperior (inquit S. Tho) attribuitur ordini ſuperiori per proprietatem; inferiori verò per participationem: ecōtra verò perfectio gradus inferioris tribuitur inferiori per proprietatē, ſuperiori verò per exceſſum. Cū igitur Angeli ſuperiores quatuor ſupremis ordinibus comprehēſi propria dona, ſiue perfectiones ſupernaturales, à quibus denominantur nobis cōmunicāt exiſtentibus in Eccleſiaſtica Hierarchia, id mediātibus Angelis ad inferiores ordines pertinentibus efficiunt, quibus ſuas perfectiones ſpirituales, virtutes, & dona communicarunt. Quo fit, vt Angelus inferior exterius operans virtute ab aliquo Angelo ſuperiori, cui propria eſt, participata, nomen etiam illius accipiat. Et ob hāc cauſam Iſaiæ 6. Angelus ille, qui miſſus fuit ad purgādum labia Prophetæ, Seraphim ibi nominatur, quaſi perſonam referēs illius Seraphini, cuius virtute participata purgandi munus, & actum exercuit. Quem dicendi modum videtur etiam approbare Magiſter ſent. in 2. d. 10.

s. Thomas

Iſaiæ 6.

Mag. ſent.

Et hinc quartus reſultat miſſionis modus, quo ſuperiores Angeli dicuntur à Deo mitti, qui partim ad viſibilē, partim ad inuiſibilē pertinet miſſionē; Dici namq; poſſunt Angeli ſuperiores mitti mediatè, mediantibus ſ. Angelis inferioribus miſſione viſibili, quæ eſt in externa miniſteria per hoc, quod ex diuino mandato ſuam virtutem inferioribus Angelis ad ea, quæ ſunt per eos extrinſecus exequenda, communicant, aut etiam de agendis diſponunt, & præuia illuminatione inferiorib. imperant. Et quia ſuperiores Angeli nihil per actionem phyſicam, aut tranſeuntem communicāt inferioribus, ſed per actiones tantùm immanentes, ideò miſſio hæc ſuperiorum Angelorū, quatenus ad Angelos terminatur inferiores, cū inuiſibili computāda eſt. Vis enim intellectualis inferioris Angeli non ſolum ſpeculatiua, ſed practica roboratur ex conuerſione ſuperioris Angeli ad ipsū in præcedentibus explicata: Quæ non ſemper fit per actum, ſiue conceptū ipſius Angeli ſuperioris ſpeculatiuū, ſed fit etiam ſæpiſsimè per actū, & cōceptionē practicam diſponentem, ordinantem, & imperantem, quid, & quomodo per inferiores Angelos ſit aliquid exequēdum; ſic enim ad modum artis naturæ cooperantis, & per modum magiſterij virtus corroboratur artificis inferioris per doctrinalem ſuperioris artificis directionem.

Miſſionis quartus modus.

Plures Angelos vno quandoq; nomine, & vnum pluribus Angelorum nominibus deſignari.

QVintò aduertendum eſt ex Magiſtro ſent. in allegata d. 10. nullius Angeli nomen eſſe ſingulariter ad vnum Angelum determinatū; ſed nunc huius, nunc illius eſſe nomen ſecundum qualitatem eorum, ad quæ nuncianda, vel gerēda mittuntur: Sicut etiam plura ſunt nomina, quæ, licèt quidam exiſtiment vnius eſſe propria, plurib. tamen Dæmonibus ſunt communia; Diabolus enim græcè criminator interpretatur, vel deorſū fluēs, Hebraicè dicitur Sathan, ideſt aduerſarius dicitur, & Belial, ideſt apoſtata & abſque iugo. Quæ omnia certum eſt omnibus malis Angelis eſſe cōmunia, & præſertim illis, qui prædictis nominibus officia ſignificata ex imperio Principis Dæmoniorū exercent, cui per ſe primò conuenire videntur.

Mag. ſent.

Dæmonis omnia.

Sententiam Magiſtri ſequitur, & explicat Abulenſis ſuper lib. Iudicum cap. 13. quæſt. 35. dicens, diuerſos Angelos eiuſdem ordinis ad ſimilia nōnunquam miniſteria deſtinari: &, cùm Angeli cognoſcantur, & nominentur à nobis ex officijs, miniſterijs, & actibus per eos exercitis, accidere etiam, diuerſos Angelos eodem quandoque nomine nominari: ſicut Michael, de quo dicitur Daniel. 10.

Abulenſis

Dan. 10.

Ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum, non videtur idem eſſe cum eo, de quo dicitur Apocal. 12. *Michael, & Angeli eius prœliabantur cum Dracone.*

Apocal.

Ille namq; de numero fuit Archāgelorum, qui præfuit

præfuit antiquitus ſinagogæ, nunc autem præſidet Eccleſiæ Chriſtianæ, ac proindè ſæpè in externa mittitur miniſteria; quod ſuperioribus Angelis minimè conuenit: hic autem, qui cœleſtis militiæ Princeps fuit in prælio contra Dæmones, ſupremus fuit in ordine Seraphinorum.

Ratio verò conuenientiæ nominis videtur eſſe; quia Michael interpretatur; Quis vt Deus? Quib. vocibus ſignificatur admiratio excellentiæ diuinę maieſtatis; cuius honorem, & præconia in vtraq; Eccleſia; ſcilicet triumphante, & militante perenniter decantata viriliter illeſa conſeruat vtero; Michael; hic quidem aduerſus Apoſtatas Angelos Deo rebelles, & honores, & excellentiam ſibi diuinam vſurpantes; ille verò aduerſus infideles, & hæreticos, & alios Sathanę miniſtros Chriſto, Sacramentis, & Eccleſiæ ritibus in Dei honorem, & gloriam inſtitutis aduerſantes, & ea propoſſe conculcantes, ac deſtruentes.

His porrò duobus Angelis ſub vno nomine feſtum agit Eccleſia, Michaelis primi Seraphinorũ præcipuè laudes, & geſta commemorans, vt hic etiam ait Bannes.

Quemadmodum autem ob dictam cauſam idẽ pluribus Angelis ſæpe nomen imponitur, ſic eidẽ Angelo ob diuerſa eidem iunctа miniſteria potuerunt imponi diuerſa nomina, vt exempli gratia idem Angelus quandoq; Gabriel, quandoque Raphael nuncupetur.

Gabriel enim interpretatur fortitudo Dei, Raphael autem medicina Dei: ſi contingat igitur, eundem Angelũ nunc ad vnũ aliquem effectum manifeſtãdum, aut etiã agendũ deſtinari, in quo ſingulariter eluceat diuina fortitudo, & poſtea ad hominem aliquem, aut etiam populum mitti ab aliqua infirmitate, putà peſte liberandum, ille primo; Gabriel. deindè Raphael, nuncupabitur, vt tamquam probabile notat Abulenſis loco ſuperius allegato. Cum enim ſingulorũ Angelorum propietates, & officia ſingulis omninò propria ſint nobis ignota, & quædam tantum ſciamus valdè communia, ex quibus Angelos nuncupamus, neceſſe eſt, quãdoq; plures in eodem nomine conuenire, & vnum etiã pluribus nonnumquam vocibus appellari.

Abulenſis

Miſſionem Angelorum conuenire partim à natura, & partim ex gratia, & ſuperiores Angelos ad altiora, inferiores autem ad inferiora miniſteria deſtinari.

SExtò ad memoriam reuocanda eſt doctrina S. Tho. ſuprà q. 108. art. 5. dicentis ordines Angelorum dupliciter poſſe diſtingui.

Vno modo ſecundum naturalia dona; quorum diſtinctio ſumitur per reſpectum ad finem naturalem; qui attenditur ſecundum Angelicæ naturæ facultatem, vt. ſ. cognoſcant, & ament Deum naturali cognitione, & amore. Alio modo ſecundũ naturalia quidem dona diſpoſitiuè, ſed ſecundum dona gratuita completiuè: Quorum diſtinctio ſumitur ex ordine ad finem ſupernaturalem, qui viſio eſt eſſentiæ diuinæ, & fruitio bonitatis ipſius, quem finem aſſequi nulla ratione poſſunt, niſi per gratiam: ſimiliter itaq; miſſio ſecundum varias miniſteriorum differentias conuenit Angelis à natura quidem inchoatiuè, ſiue diſpoſitiuè, ſed à gratia completiuè. Miſſio namq; ad prouidentiæ ſupernaturalis executionem pertinet, qua ducuntur homines in Beatitudinem iuxta illud Apoſt. ad Hebr. 1. *Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiũt ſalutis.* Quarè, licèt homines ad ordines Angelorum aſſumantur, non tamen à Deo ſecundum legem eius ordinariam mittuntur in miniſterium; quia ſecundum naturę dona non ſunt hominibus ſuperiores, ſicut Angeli, qui medij ſunt inter nos, & Deum. Hebr. 1.

Septimò notandum eſt ex D. Tho. hic ad quartum in miniſterijs Angelorum etiam eiuſdem ordinis plurimos eſſe gradus; & ideò inæquales etiã Angeli immediatè mittuntur ad miniſteria, ſuperiores quidem ordine, vel natura tantum, & gratia ad altiora, inferiores autem ad inferiora; ita tamen, vt miſſio non omnibus Angelis cuiuſcunque gradus, & ordinis, ſed illis dumtaxat tribuatur, quibus ex proprietate, & officio per nomen illius ordinis ſignificato mitti conuenit, hi verò sũt quinque poſteriores ordines, vt ante diximus. Cũ enim, vt ait S. D. ex Gregorio, nihil ſit tam magnũ in diuinis miniſterijs, quod per inferiores Angelos exerceri non poſſit, nullum adeò excellens erit miniſterium, vt ad eius executionem ſit neceſſaria, vel congrua miſſio Seraphini, aut alicuius Angeli ad vnum ex quatuor ſuperioribus ordinibus pertinentis. Et ex hoc fundamento plura diluuntur obiecta, ſiue cauilli Molinæ, Valentiæ, & Vaſquezij contra rationes D. Tho. quarum ea eſt diſpoſitio, vt primam ſecunda, & ſecũdam tertia corroboret, & ſolutiones etiam recentiorum impugnet, vt hic adnotauit Ripa.

Molina. Valentia. Vaſquez. Ripa

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: Superiores Angeli quãtuor primis ordinibus comprehenſi numquam ad exterius miniſterium mittuntur. Hæc eſt S. D. in textu, & patet ex dictis.

Secunda concluſio. Satis probabiliter dici poſſet, Concluſionem D. Thom. de ea miſſione tantum eſſe intelligendam, quæ ad humani generis vtilitatem, & ſalutem eſt ordinata, non autem de miſſionibus Angelorum factis ad Chriſtum Deũ, & hominem honorandum, & regio famulatu decorandum. Hanc vt probabilem aſſerit Bannes; quæ, ſicut Chriſti dignitati, & Chriſtianæ conſonat pietati, ſic à doctrina miſſionis Angelicæ iuxtà communem ſanctorum, & Scholaſticorum ſenſum, ac præſertim Angelici noſtri Doctoris minimè diſſonat de miſſione ſiquidem Angelica loqui videntur, prout ad hominis vtilitatem, & ſalutem ordinatur.

Tertia concluſio. Rationes D. Thom. ſunt efficaces, prout ſubiecta materia patitur: iam enim diximus, controuerſiam hanc nulla poſſe firma, certaue definitione terminari.

Argumenta, & solutiones.

Zumellus Vasquez. CONtra primam conclusionem multa sunt argumenta, quę referunt, & soluunt Zumellus, & Vasquez super hoc articulo.

Molina. Contra eandem conclusioné argumentatur Molina; Ad diuinam sapientiam, & prouidentiam spectat eum ordinem statuere, vt ad cõmunia de inferioribus ordinibus mittantur, ad præcipua verò, & ad insignes admodum personas mittantur etiam de superioribus: ergo. Et confirmatur assumptum primò: quia Genes. 3. dicitur, *Et collocauit ante Paradisum voluptatis Cherubim*. Secundò quia Michael, Gabriel, & Angelus ille, qui ad confortã dum Christum Dominum in hortum missus est, de numero Seraphinorum videtur esse.

Gen 3.

Quod autem Michael sit de numero Seraphinorum, probat, quia totius Ecclesiæ vniuersalis cura videtur alicui Seraphinorum debuisse committi: hic autem est Michael, qui, vt quondã Princeps erat Sinagogæ sic Princeps esse creditur Ecclesiæ Christianæ.

Respondetur cum D. Tho. in solutione quarti argumenti, ad præcipua ministeria mitti superiores Angelos ex ijs, quibus ex proprietate, & officio conuenit in externa ministeria destinari; sicut enim in ministerijs Angelorum multi sunt gradus, sic in ipsis Angelis ministrantibus multi sunt gradus, & ordines diuersis gradu, & nobilitate muneribus, & actibus accommodati.

Ad primam confirmationem dico primò, Angelum illum Cherubim fuisse nuncupatum, quoniã ab ingressu Paradisi prohibebat hominem, qui inordinato scientiæ peccauerat appetitu, sumens cõtra Dei præceptum de fructu ligni scientiæ boni, & mali. Secundo dico, Angelum illum ideo Cherubim fuisse nominatum, vt intelligeretur ad Paradisi custodiam positum à Deo fuisse custodem adeò vigilem, ac sapientem, vt nullius in Paradisum ingredi cupientis dolis, aut artibus falli posset, vt ait Perer. loco supra notato. Tertiò dico cum Isidoro fuisse Cherubim Angelum illũ, quia ad paradisum non redit ur, nisi per Cherubim, qui est plenitudo scientiæ cum charitate. Quarto, vt ait Rupertus lib. 3. de Trinitate, & eius operationibus cap. 32. Angelus ille dictus est Cherubim, quia Cherubini scientiam habent plenam iudicãdi; sciunt enim (inquit) quid in libro vniuersi; nostrum sit scriptum, & in nouissimo die recitaturi sunt libros illos, de quibus Daniel 7. Scriptum est. *Iudicium sedit, & libri aperti sunt.* Quintò secundum Aug. lib. 2. de Gen. contrà Manicheos cap. 23. dico, Angelum illũ nominari Cherubim, & flã meam rompheam versatilem, quia nemo peruenire potest ad arborem vitæ, nisi per has duas vias, idest tollerentiam molestiarum, & per scientię plenitudinem.

Perer. Isidorus. Rupertus. Daniel. 7. S. August.

Sed contra primam responsionem argumentatur Malonius: Quia homo peccauit superbiendo, & appetendo æqualitatem Dei, ergo, si ad sensum nostrum consilia Dei licet attrahere, debuisset Angelus ille vocari Michael, qui interpretatur; Quis sicut Deus: Nam, sicut Sathanam è Cœlo expulit, ita congruè illi tribueretur custodia Paradisi aduersus hominem diuinæ maiestatis rebellem.

Malonius.

Respondetur primò rationem illam esse probabilem, non autem omninò certam, & firmam. Secundò dico iuxtà sensum litteralem custodiam illam à Deo positam fuisse propter fructus lignorum Paradisi; & quia peccauerat homo per eum inordinatum fructus arboris scientiæ boni, & mali, quæ scientia plenissimè conuenit Cherubinis, vt eorum perfectio propria, ideo Cherubinis ex quadam congruentia committi debuit, vt per Angelum eorum virtutem participantem, ac propterea Cherubim nuncupatum, ab omni fructuum in eo Paradiso positorum vsu, & ad eos accessu hominem prohiberet: superbia verò; & æqualitas Dei in nullo fuit Paradisi ligno significata, aut ei quasi causaliter indita.

Ad secundam confirmationem argumenti Molinæ respondetur, falsum esse, tres illos Angelos, aut aliquem ex illis fuisse de numero Cherubinorum: neq; postulat vniuersalis Ecclesiæ, vel Sinagogæ dignitas, vt eius cura supremi ordinis Angelo committatur, sed vni alicui ex inferioribus ordinibus ad ministeria deputatis digniori.

Contra eandem conclusionem argumentatur Valentia, Nam Thobiæ 12. Angelus, qui missus est, vt curaret Thobiam dixit; *Ego sum Raphael Angelus vnus ex septem, qui astamus ante Dominum.* Quo declarat se ex numero septem aliquorum summorum esse, qui singulari aliqua excellerent dignitate, ac prærogatiua ob excellentem claritatem cognitionis beatificæ.

Valentia. Thob. 12.

Respondetur primò cum Glossa interlineari, quam sequitur Carthusianus, & Bannes, ibi poni numerum determinatum pro indeterminato, & significari numero septenario cœlestium spirituũ vniuersitatem, vel totam ministrantium Angelorum multitudinem; qui, cum sint visione beatifica Deo præsentes, parati semper astant ad obsequendum Deo præcipienti, & quocunque mittenti. Secundò dico, inter Angelos infimi ordinis septem esse præcipuos, quibus ad grauiora mitti conuenit illius ordinis ministeria, ex quibus Raphael Angelus se vnum esse declarat. Tertio, respondet Vasquez, Raphaelem vnum esse ex septem Angelis præpositis Vniuerso orbi, qui curã illius gerãt.

Glossa. Carthus. Bannes. Vasquez

Secundò: Apost. ad Hebr. 1. generatim de Angelis ait; *Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis*, vbi de eodem genere missionis, & immediatè ad homines videtur loqui.

Replicat Vasquez Hebr. 1.

Respondetur cum D. Tho. dupliciter, primò dictum Apostoli intelligendum esse de missione tantum inuisibili superius explicata. Secundò respondetur, intelligendum esse de Angelis tantùm, per quos data est lex; ibi namq; intendit Apostolus probare excellentiam nouæ legis respectu veteris: hanc verò probat, quia Christus est maior Angelis, per quos data est lex.

Sed vtramq; responsionem impugnãt recentiores: & primò Vasquez arguit primam: Quia illa-

minatio non est missio, &c. Sed huic argumento supra satisfecimus. Secundò arguit secundò: Quia contendit ibi Paulus Christum omnibus Angelis simpliciter præferre, vt ostendat ipsum esse filium Dei; ergo dictum non de illis tantum Angelis intelligendum est, per quos data est lex. Probatur antecedens: quia præmittit illa verba: *Cui enim dixit aliquando Angelorum, filius meus es tu?* & infra: *Ad quem autem Angelorum dixit aliquando, sede à dextris meis?* & postea subiungit: *Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi? &c.* At si non omnibus Angelis comparasset Christũ, non probaret ipsum solum esse filium Dei; ergo. Probatur consequentia, siue conditionalis; quia non oſtenderet Paulus Deum idem dicere non potuisse alicui etiam Angelorum.

Respondetur primò comparationem illam fieri per se primò ad Angelos, per quos data est lex; quos comparat Christo D. Apostolus primo quidem secundùm conditiones illis, & cæteris omnibus angelis communes, deinde quo ad proprias, quibus distinguuntur ab alijs: Et secundùm communium conditionum considerationem ait, nulli Angelorum dictum esse *filius meus es tu*, neq; illud, *Adorent eum omnes Angeli Dei*, neque illud. *Sede à dextris meis, &c.* & de omnibus dictum esse: *Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis*: comparando verò eosdem Angelos, per quos data est antiqua lex, ſm conditiones eorũ proprias subiungit: *Nonne omnes sunt administratorij spiritus? &c.* Ad argumentum itaq; dico falsum esse antecedens cum additione illa: per se primò, quãuis verum sit secundariò loquendo: Ad probationem dico falsam esse cum additione illa: per se primo, subumptam conditionalem, videlicet; At si non omnibus Angelis comparasset Christum, &c. Ad probationem negatur assumptum; quoniam ex conditionibus communibus, secundum quas etiã fiebat comparatio, demonstrat Apostolus ea, quæ dixit filio suo, nulli Angelorum dicere potuisse. Secundò respondetur, verba illa: *Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, &c.* per se primo, & perfectissimo modo, ac proinde simpliciter conuenire Angelis inferiorum ordinum, per quos data est lex; quia scilicet eis non solum ex conditione communi, scilicet ex sui natura, qua Deo subditi sunt, vt eius creaturæ, conuenit posse mitti, sed etiã ex proprietate, & officio conuenit, & mitti posse, & actu mitti, & in externa ministeria destinari: cæteris autem Angelis, scilicet superioribus nulla missio conuenit actualis, sed eo solum dici possunt administratorij ex communi conditione; quia nimirum, cum spiritus sint creatæ naturæ, ad ministeria mitti possunt, quamuis id eis minime congruat ex proprietate suæ naturæ, qua distinguuntur ab alijs inferiorum ordinum; & ideò non nisi diminutè, & secundum quid administratorij dici possunt. Sunt igitur Apostoli verba discretè, & accommodè de superioribus, & inferioribus Angelis interpretanda.

Tertiò: Non sunt indecens, vt filius Dei immediate ad homines mitteretur, vt factũ est per mysterium Incarnationis; ergo neque est vllum absurdum, vt Angeli quique quantumuis summi ad eos mittantur. Hoc est argumentum. Tertium D. Tho. tactum etiam à Magist. sent.

Respondetur cum D. Tho. nullam esse consequẽtiam; quia diuinæ personæ non mittuntur in ministerium, sicut Angeli, sed æquiuocè mitti dicũtur; quia scilicet procedunt Filius, & Spiritus sanctus ab alio per originẽ, & nouo modo sunt i creatura.

Contrà eandem conclusionem argumentatur Vasquez. Si aliquod haberemus firmum fundamẽtum pro sententia D. Thom. vt ipse contendit, essent Gregorius Magnus in illa Homil. 34. & Dion. at hi Sancti Patres nihil affirmant determinatè. Minor probatur: quia Greg. nihil audet affirmare, sed affert tantum sententiam Magni Dion. ex relatione aliorum, & locum Isaiæ, quo videbatur probari, seraphinos etiam ad nos mitti, in bonum sensum interpretatur; nè cogamur asserere supremos Angelos ad nos mitti: quam tamen interpretationem ait, sibi non esse certam, quia testimonia non habet euidentia. Dion. verò 7. & 8. cap. cœl. Hier. vbi citari solet, nec verbum quidem de hac re habet: ec. verò 9. solum asserit, per Angelos nobis diuina nunciari, eo quod magis Mundum attingant: Si autem hæc verba superiores Angelos excluderent à ministerijs, Archangelos etiam negarent esse ministros; quod nullus hactenus negauit. In ca. verò 13. solum tractat locum illum Isa. *Volauit ad me vnus de seraphim*: cui duas adhibet glossas; quibus etiam vtitur hic S. D. ad secundum, & eandem propè finem capitis illius 13. Thim. alloquens ait, *Tuæ verò intelligendi, discernendiq; scientiæ erit, aut alteram earum, quæ expositæ sunt, te ex quæstione, dubitationeq; explicare, atque eam alteri anteponere.* Non igitur audet Dion. aliquam ex illis definitè approbare, sed Timotheo id iudicandum reliquit.

Respondetur primò satis apertè constare ex locis dictorum Patrum supra notatis, eos in eam sententiam propendere, quæ negat superiores Angelos in externa ministeria destinari. Secundò dico Diony. in 7. & 8. c. cœl. hier. docere, proprietates, & officia sanctorum Angelorum ex eorum nominibus esse colligenda: constat autem ex supra dictis in primo notabili, & ex q. 108. art. 5. & 6. nullo superiorum quatuor ordinum nomine ministeriũ aliquod, aut operis executionem insinuari; igitur, teste Dionysio, superiores Angeli nunquam mittuntur in externa ministeria. Postremò dico, locum Dion. c. 12. magnum esse pro sententia D. Tho. testimonium. Si namq; Dion. duas affert glossas, vt defendat non fuisse de ordine Seraphinorum Angelum illum, quem Seraphim Isaias appellat, relinquens Timotheo iudicio, vt earum alteram approbet, satis euidenter apparet Dion. haud esse cõgruum existimasse, superiores Angelos ad nos mitti, & ideo nomen illud Seraphim secundùm proprietatem suæ significationis accipere noluisse.

Contra eandẽ conclusionem argumentatur Malonius. Primò, Quoniam Isaiæ 6. dicitur, *Seraphim stabant super illud ex ala vna, & sex ala alteri*. Et statim

Vasquez.

Isa. 6.

Dionys.

Malonius Isa. 6.

ſtatim ſubditur: *Volauit ad me vnus de Seraphim*; quos ſcilicet nominauerat; ergo veri Seraphim ſũt intelligendi. Hos autem omnes fuiſſe veros Seraphim Patres ſignificant; Hieronymus enim in c. 6. Iſaiæ dicit: *Volat igitur, vel miſſus eſt vnus de Seraphim*. Et infra: *Seraphim mittitur à Deo, vel volat propria voluntate, quia huic officio mancipatus eſt*. S. Cyrillus Alex. lib. 1. in Iſaiam locum hunc de veris Seraphim explicat, & ſubdit: *D. Paulus ſcribit de ſanctis Angelis, quòd omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus: quod non eſt obſcurum, omnia namq; ab illis ſupernis Poteſtatibus adminiſtrantur, atque idem omnibus ſanctis ſpiritibus quaſi iugum eſt, & hœrili nutui ſeruiunt, non indignam cenſentes ſeruitutem. Mittitur itaque vnus à Seraphim, &c.* Eundem locum de veris Seraphinis intelligunt Bernar. ſerm. 34. de Verbis Iſaiæ *Vidi Dominum, &c.* Chryſoſt. homil. 8. in Gen. & Hom. 1. & 2. in illud Iſa. 6. *Vidi Dominum, &c.* & alij, quos idem author allegat ſubdens: cũ in tota ſcriptura vnicus hic extet locus de Seraphim, ſi hoc etiam miniſterium alijs tribuatur, vix conſtabit nobis, quidnam ſint Seraphim. Præterea Pſalm. 103. *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, et miniſtros ſuos flammam ignis*. Sedulius in cap. primum Epiſt. ad Hebr. ait, *Hic hiperbaton eſt, & eſt ordo præpoſterus*, adeò, vt ſecundùm eum ex prædicato debeat fieri ſubiectum, vt ſit ſenſus: Qui facit ſpiritus Angelos, & flammam ignis miniſtros. Cõmuniter autem Patres, & expoſitores per flammã ignis intelligunt Seraphim, & dicunt fieri Dei miniſtros. Ita D. Greg. Hom. 34. in Euang. Gloſ. ordinaria, & interlinearis, Petrus Lomb. in primum c. Epiſt. ad Hebr. allegans Ambroſij teſtimonium; & alij.

Hieron. Cyrillus. Pſal. 103.

Reſpondetur primò veros fuiſſe Seraphim eos, de quibus ibi loquitur Iſaias, & vnum ex illis ad Prophetam volaſſe, communicando propria dona alicui ex inferioribus Angelis, vt virtute illius Seraphini purgaret labia Prophetæ, vt ait S. Doc. hic ad ſecundum, & in eodem ſenſu accipienda eſt interpretatio Cyrilli, omnes, ſ. Angelos Deo ſeruire, & per eos omnia adminiſtrari etiam per Seraphinos: quia ſcilicet ſuperiores Angeli Deo miniſtrãt diſponendo, ordinando, & imperãdo circa eas, quæ ab inferioribus agenda ſunt, vt latè ſuperius explicat S. D. in quo etiam ſenſu intelligendæ ſunt expoſitiones Doctorum allegatorum ſuper illum Pſal. verſiculum: *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis*. Et ita conſtat, eos fuiſſe veros Seraphim: quibus tamen non niſi prædicto modo mitti conuenit, aut miniſtrare. Secundò dici poſſet, Viſionem illam Iſaiæ fuiſſe imaginariã, ac proindè miſſionem etiam illam fuiſſe tantùm imaginariam, vt ait Vaſquez diſp. 244. c. 2. Eodem modo ſcilicet in priori ſenſu ſunt accipienda dicta Sanctorum, quæ prædictus author adducit de Cherubim poſito ad cuſtodiam Paradiſi, præter ea, quæ paulo ante notauimus.

Secundo arguit: Angeli inferiores in aſcenſu Chriſti ignorabant myſterium Incarnationis, maximè quo ad particulares quaſdam circumſtantias; ergo Angelus, qui myſterium hoc Beatiſſimæ Virgini nunciauit, fuit vnus ex ſuperioribus.

A

Reſpondetur primò antecedens verum eſſe de Angelis infimi Chori vltimæ Hierarchiæ, non autem de Archangelis, ex quibus vnus erat Gabr. Secundò dico non eſſe neceſſarium omnibus Angelis eiuſdem ordinis reuelari myſterium, quod eorum vni nunciandum committitur; ſolent enim legati ſpecialiter inſtrui de ſuæ legationis officio, & actibus: neque neceſſe eſt, omnes eiuſdem ordinis, aut conditionis perſonas eorum ſecretorum, quæ vni committuntur, habere notitiam.

Tertiò: ordo naturæ ſæpe à Deo mutatur propter ordinem gratiæ: ergo etiam ipſe ordo inferior gratiæ poteſt propter excellẽtius ipſius gratiæ donum mutari.

B

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam; quia prætermiſſio ordinis nũquam à Deo fit, niſi propter bonum ſuperioris ordinis, ſicut præmittitur ordo naturæ propter ordinem gratiæ: duo verò dona gratiæ, quorum vnum eſt excellentius altero, eiuſdem ordinis omninò ſunt; tanta namq; eſt ordinis diuinæ prouidentiæ dignitas, vt nullum diuina ſapientia conſtituerit ordinem immutandum, niſi ſuperioris ordinis bonum ex ea mutatione reſulret.

C

Alia quædam minoris momenti eiuſdem authoris argumenta facilem habent ex dictis ſolutionem.

Cont. a tertiam concluſionem eſt argumentum Vaſquezij, cuius ſolutio patet ex dictis. Vaſquez.

ARTICVLVS III.

Vtrum Angeli, qui mittuntur, aſſiſtant.

AD tertium ſic procedit. Videtur, quòd etiam Angeli, qui mittuntur, aſſiſtant. Dicit enim Gregor.ª in Hom. Mittuntur, igitur Angeli, & aſſiſtunt: quia etiam circumſcriptus eſt angelicus ſpiritus. Summus tamen ſpiritus, qui Deus eſt, circumſcriptus non eſt. ª 1. d. 10 a. 1. Hom. 34 in euan. poſt med. illũ.

D

2 Præterea, Angelus Thobiæ in miniſterio miſſus fuit: ſed tamen ipſe dixit: Ego ſum Raphael Angelus, vnus ex ſeptem, qui aſſamus ante Deum, vt habetur Thob. 12. ergo Angeli, qui mittuntur, aſſiſtunt.

3 Præterea. Quilibet Angelus beatus propinquior eſt Deo, quàm Sathan: ſed Sathan aſſiſtit Deo ſecundùm quod dicitur Iob. 1. Cum aſſiſterent filij Dei coram Domino, affuit inter eos, & Sathan: ergo multò magis Angeli, qui mittuntur in miniſterium, aſſiſtunt. 2. d. 10. a. 1.

E

4 Præterea, Si inferiores Angeli non aſſiſtunt, hoc non eſt, niſi quia pũ immediatè, ſed per ſuperiores Angelos diuinas illuminationes recipiunt: ſed quilibet Angelus per ſuperiorem diuinas illuminationes ſuſcipit, excepto eo, qui eſt inter omnes ſupremus: ergo ſolus

lus ſupremus Angelus aſsiſteret. Quod eſt cõtra illud, quod habetur Dan. 7. Decies milies centena milia aſſiſtebãt ei; ergo etiam illi, qui miniſtrant aſſiſtunt.

Li 17. c. 7. circa fin.

Sed contra eſt, quòd Greg. dicit 17. Mor.* ſuper illud Iob: Nunquid eſt numerus militũ eius? Aſsiſtunt, inquit, illæ poteſtas, quæ ad quædam hominibus nuncianda, non exeunt; ergo illi, qui in miniſterium mittuntur, non aſsiſtunt.

Reſpondeo. Dicendum, quòd Angeli introducuntur aſsiſtentes, & adminiſtrantes ad ſimilitudinem eorum, qui alicui regi famulantur, quorum aliqui ſemper ei aſsiſtunt, & eius præcepta immediatè audiunt. Alij verò ſunt, ad quos præcepta regalia per aſsiſtentes nunciantur: ſicut illi, qui adminiſtrationi ciuitatũ præficiuntur, & hi dicuntur miniſtrantes, ſed non aſsiſtentes. Conſiderãdum eſt ergo, quòd omnes Angeli diuinam eſſentiam immediatè vident. Et quantum ad hoc, omnes, etiam qui miniſtrant, aſsiſtere dicuntur. Vnde Greg. dicit in 2. Moral.* quòd ſemper aſsiſtere, aut videre faciem Patris poſſunt, qui ad miniſterium exterius mittuntur pro noſtra ſalute; ſed non omnes Angeli ſecreta diuinorum myſteriorũ in ipſa claritate diuinæ eſſentiæ percipere poſſunt, ſed ſoli ſuperiores, per quos inferioribus denunciantur.* Et ſecundùm hoc ſoli ſuperiores, qui ſunt primæ hier. aſsiſtere dicuntur, cuius proprium dicit eſſe Dionyſ.* immediatè à Deo illuminari. Et hoc patet ſolutio ad Primum, & Secundum, quæ procedunt de primo modo aſsiſtendi.

Li 2. Mor. ca 3. circa prin.

920

Ca. 7. col. hie. med.

Ad tertium dicendum, quòd Sathan non dicitur aſtitiſſe, ſed inter aſsiſtentes affuiſſe deſcribitur: quia vt Greg.* dicit 2. Mor. & ſi beatitudinem perdidit, naturam tamen Angelis ſimilem non amiſit.

D 147. Li 2. mor. ca. 3 parũ à med.

Ad quartum dicendum, quòd omnes aſsiſtentes aliqua immediatè vident in claritate diuinæ eſſentiæ, & idcò totus primæ hierarchiæ proprium eſſe dicitur immediatè illuminari à Deo: ſed ſuperiores eorum plura percipiunt, quàm inferiores, de quibus illuminant alios: ſicut etiam inter, eos qui aſsiſtunt regi, plura ſcit de ſecretis regis vnus, quàm alius.

Senſus quæſiti.

DVos quæſiti terminos, ſcilicet *mittuntur*, & *aſsiſtant*, declarat S.D. in textu.

Forma Textus.

DEclarat primò S.D. differentiam aſsiſtentium Angelorum, & miniſtrantium. Secundò diſtinguit

A *hoc verbum aſsiſtere; Tertiò duabus concluſionibus reſpondet quæſito. Quo ad primum Angeli non propriè dicuntur aſsiſtentes, & adminiſtrantes, ſed per ſimilitudinem ad eos, qui alicui Regi famulantur, ex quibus aliqui ſunt, qui Regi ſemper aſsiſtunt, & eius præcepta immediatè audiunt. Alij verò ſunt, ad quos præcepta regalia per aſsiſtentes nunciantur; ſicut illi, qui adminiſtrationi Ciuitatum perficiuntur, & hi dicuntur miniſtrantes, ſed non aſsiſtentes. Similiter igitur ex Angelis Deo, tamquam Regi totius Vniuerſi famulantibus, quidam illi ſemper aſsiſtunt, & illius præcepta immediatè audiunt: alij verò ſunt, ad quos diuina præcepta per aſsiſtentes nunciantur.*

B *Quo ad ſecundum aſsiſtere Deo dicuntur Angeli dupliciter; vno modo, prout aſsiſtere Deo idem eſt, quod diuinam eſſentiam immediatè videre; alio modo, prout idem eſt, quod ſecreta diuinorum myſteriorum in ipſa claritate diuinæ eſſentiæ percipere: Quo ad tertium.*

Prima concluſio eſt: Omnes Angeli etiam miniſtrantes dicuntur aſsiſtere quo ad hoc, quod omnes diuinam eſſentiam immediatè vident.

Probatur authoritate Gregorij lib. 2. Mor. c. 3. dicentis, Angelos, qui ad miniſterium exterius mittũtur pro noſtra ſalute, ſemper aſsiſtere, ac Patris faciem poſſe videre.

C *Secunda concluſio: Non omnes Angeli, ſed ſoli ſuperiores, qui ſunt primæ hierarchiæ, aſsiſtere Deo dicuntur, quo ad hoc, quod eſt ſecreta diuinorum myſteriorũ in ipſa claritate diuinæ eſſentiæ poſſe percipere. Probatur authoritate Dionyſij dicentis, primæ Hierarchiæ proprium eſſe immediatè à Deo illuminari: igitur his ſolis prædicto modo dicuntur aſsiſtere.*

Expoſitio Textus.

EX Angelorum Choris quoſdam eſſe aſsiſtentes, & quoſdam miniſtrantes, diuinarum litterarum teſtantur oracula. Daniel. 7. *Milia millium miniſtrabant ei, & decies centena milia aſsiſtebant ei.* Dan. 7. S. Thom.

D Quem locum explicat S. Doct. art. ſequenti ad ſecundum.

Circa diſtinctionem aſsiſtentiæ aduertendum eſt, non diſtingui aſsiſtentiam illam ex ſimilitudine Regis, & famulorum illi aſsiſtentium explicatam: ſtrictior enim eſt, & ſecundùm diſtinctionis membrum conſtituit, ſecundùm quem aſsiſtere Deo dicuntur illi tantùm Angeli, qui ſecreta diuinorum myſteriorum in ipſa diuina eſſentia vidẽt immediatè. Sed diſtinguitur ad euitandam æquiuocationem aſsiſtentiæ nomen, & ratio ſumpta communiter, quæ ad duos extenditur modos in textu poſitos.

Molina.

E Molina prædictæ diuiſioni tertium addit membrũ, vt ſcilicet aſsiſtere ſumatur, prout diſtinguitur contra mitti, quaſi (inquit) Angeli dum non mittuntur, ſed ſimul cum alijs ſunt in Cœlo Empyreo fruentes diuino conſpectu, ac expectantes diuinam miſsionem dicantur aſsiſtere: quàndo verò abſentes ſunt à Cœlo Empyreo, à Deo miſsi, nõ dicantur aſsiſtere illo modo, nempè in loco beatis pẽculiariter deputato, in quo velut in aulâ regia ſedes ſunt beatorum. Sed hic modus aſsiſten- S. Gregor.

tiæ

tiæ cum ſua negatione, præter quàm quòd nullũ habet in ſacris litteris, aut in Patribus fundamentum, à D. Gregorio in textu relato videtur excluſus: ait enim Angelos, qui ad miniſterium exterius mittuntur pro noſtra ſalute, ſemper aſsiſtere, ac Patris faciem poſſe videre. Si autem ſecundùm ſermonis proprietatem dici poſſent tunc non aſsiſtere, id explicare debuiſſet omninò Greg. De materia ſecundi argumenti differunt hic Bann. Zumell. & Vaſq. locum illum diuinæ Scripturæ Thob. 12. declarantes: *Ego ſum Raphael Angelus vnus ex ſeptem, qui aſtamus ante Deum.*

Bann. Zumellus Vaſquez. Thob. 12.

ARTICVLVS IV.

Vtrum Angeli ſecundæ hierarchiæ omnes mittantur.

5. 51. a. 4. ad 10. a. 3

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd Angeli ſecundæ hier. omnes mittantur. Angeli enim oẽs vel aſſiſtunt, vel miniſtrant, ſecundùm quòd habetur Dan. 7. ſed Angeli ſecundæ hier. non aſsiſtunt. Illuminantur enim per Angelos primæ hier. ſicut dicit Dion.* 8. cap. cęl. hier. omnes ergo Angeli ſecundæ hier. in miniſterium mittuntur.

Ca. 8 parum ante m. d. 17 Mor. c. 7 in 6.

2 Præterea: Greg. dicit* 17. Moral. quòd plures ſunt, qui miniſtrant, quàm qui aſsiſtũt: ſed hoc non eſſet, ſi Angeli ſecundæ hierar. in miniſterium, non mitterentur: ergo omnes Angeli ſecundæ hierar. in miniſterium mittũtur.

Ca. 8 cęl. hie. non ſũ ge principe.

Sed contra eſt, quòd Dion.* dicit, quòd dominationes ſunt maiores omni ſubiectione: ſed mitti in miniſteriam, ad ſubiectionem pertinet, ergo dominationes in miniſterium non mittuntur.

Art. 1. huius q.

Reſpondeo. Dicendum, quòd, ſicut ſupradictum eſt,* mitti ad exterius miniſterium proprièconuenit angelo, ſecundùm quòd ex diuino imperio operatur circa aliquam creaturã corporalem. Quod quidem pertinet ad executionem diuini miniſterij: proprietates autem angelorum ex eorum nominibus manifeſtantur, vt Dion.* dicit 7. cap. cœl. hier. & ideò angeli illorum ordinum ad exterius miniſteriũ mittuntur, ex quorum nominibus aliqua executio datur intelligi. In nomine autem dominationum, non importatur aliqua executio, ſed ſola diſpoſitio, & imperium de exequendis: ſed in nominibus inferiorum ordinum intelligitur aliqua executio. Nam angeli, & Archangeli denominantur á denuntiando: virtutes, & poteſtates dicuntur per reſpectum ad aliquem actum. Principis etiam eſt, vt Greg.* dicit, inter alios operãtes priorem exiſtere. Vnde ad hos quandoque ordines pertinet in exterius miniſterium mitti, non autem ad quatuor ſuperiores.

C 7 in pre & c 8 circa princ.

Hom. 34. in euang. ante med.

Ad primum ergo dicendum, quòd dominationes computantur quidem inter angelos miniſtrantes, non ſicut exequentes miniſterium, ſed ſicut diſponentes, & mandantes quid per alios fieri debeat. Sicut architectores in artificijs nihil manu operantur, ſed ſolũ diſponunt, & præcipiunt, quid alij debeant operari.

Ad ſecundum dicendum, quòd de numero aſsiſtentium, & miniſtrãtium duplex ratio haberi poteſt.* Greg. enim dicit plures eſſe miniſtrantes, quàm aſsiſtẽtes: intelligit enim, quod dicitur, Milia millium miniſtrabant ei, non eſſe dictum multiplicatiuè, ſed partitiuè: ac ſi diceretur Milia de numero milium: & ſic miniſtrantium numerus ponitur indefinitus, ad ſignificandum exceſſum: aſsiſtentium verò numerus finitus, cum ſubditur; Et decies millies centena milia aſsiſtebant ei, & hoc procedit ſecundum rationem Platonicorum, qui dicebant, quòd quantò aliqua ſunt vni primo principio propinquiòra, tantò ſunt minoris multitudinis. Sicut quantò numerus eſt propinquior vnitati, tanto eſt multitudine minor. Et hæc opinio ſaluatur quantum ad numerum ordinum, dum ſex miniſtrant, & tres aſsiſtũt. Sed Dionyſ.* ponit 14 cap. cœleſ. hier. quòd multitudo angelorum tranſcendit omnem materialem multitudinem, vt ſcilicet; ſicut corpora ſuperiora tranſcendunt corpora inferiora magnitudine, quaſi in immenſum, ita ſuperiores naturæ incorporeæ tranſcendũt omnes naturas corporeas: quia, quod eſt melius, eſt magis à Deo intentum, & multiplicatum. Et ſecũdùm hoc, cum aſsiſtentes ſint ſuperiores miniſtrantibus, plures erunt aſsiſtentes, quàm miniſtrantes. Vnde ſecundùm hoc, Milia miliũ, legitur multiplicatiuè, ac ſi diceretur, Milies milia. Et quia decies centum ſunt mille, ſi diceretur, decies centena milia, daretur intelligi, quòd tot eſſent aſsiſtentes, quot miniſtrantes: ſed quia dicitur decies millies centena milia, multò plures dicũtur aſsiſtentes, quàm miniſtrantes. Nec tamen hoc pro tanto dicitur, quia tantus ſolum ſit Angelorum numerus; ſed multò maior, quia omnem materialẽ multitudinem excedit. Quod ſignificatur* per multiplicationem maximorum numerorum ſupra ſeipſos, ſcilicet denarij, centenarij, millenarij, vt Diony.* ibidem dicit.

Hom. 34 in euang. poſt med illius.

Ca. 14. circa med.

236

Ca. 14. cęl. hie. à med.

Forma Textus.

Concluſio eſt: Ad quinque tantum inferiores ordines pertinet in exterius miniſterium mitti, non autem ad quatuor ſuperiores. Probatur: Angeli illorũ ordinum ad exterius miniſterium mittuntur, ex quorũ nominibus aliqua executio datur intelligi; at nomine Domi-

Digitized by Google

Dominationum, & aliorum ſuperiorum ordinum nulla executio datur intelligi, in nominibus autem quinque inferiorum ordinum intelligitur aliqua executio; ergo. Maior probatur: Quia miſſi ad exterius miniſterium pro priè conuenit Angelo, ſecundùm quòd ex diuino imperio operatur circa aliquam creaturam corporalem: at hoc pertinet ad executionem diuini miniſterij; ergo. Minor verò probatur primò, quo ad primam partem. Quia in nomine Dominationum, qui aſcendendo eſt ſextus ordo, importatur ſola diſpoſitio, & imperium de exequendis: ergo nomine Dominationum nulla importatur executio, & multò minus in nominibus aliorum trium ſuperiorum ordinum. Deinde probatur altera pars minoris. Quoniam angeli, & Archangeli, denominantur à denunciando, Virtutes, & poteſtates dicuntur per reſpectum ad aliquem actum; Principis etiam eſt inter alios operantes priorem exiſtere, vt ait Gregor. ergo.

A

Expoſitio Textus.

ADuerte hic tria pro textus intelligentia: primum eſt, Concluſionem nō reſpondere quęſito formaliter, & explicitè, ſed materialiter tantum, & virtualiter, ac implicitè; Cum enim tres ſint Angelorum Hierarchiæ, & vnaquæque tribus conſtet ordinibus, ſi quinque tantùm inferioribus ordinibus mitti conuenit, ſequitur euidenter, ordinem in 2. Hierarchia ſupremum, qui eſt ordo Dominationum, in externa miniſteria minimè deſtinari; ac proindè miſſionem non omnibus Angelis ſecundæ Hierar. conuenire.

Secundum eſt: priorem partem minoris hic non probari, niſi quo ad ordinem Dominationum, omiſſis tribus ſuperioribus ordinibus primæ Hierarchiæ. Cuius rationem tetigimus in huius partis probatione: quia ſcilicet, cum executio miniſterij minorationem quandam importet in exequente, ſi Dominationes ob ſui nobilitatem ſunt à miniſteriali executione immunes, multò magis erit hæc immunitas Angelis ſupremæ Hierarchiæ tribuenda, qui duas inferiores Hierarchias naturæ ſuæ, & gratiæ dignitate præcellunt.

Tertium eſt reſponſio ad ſecundum. Vbi duorū inſignium Sanctorum Patrum tractantur opiniones videlicet Sancti Gregorij, & Dionyſij, & mirificè declarantur.

B

C

D

QVAESTIO CXIII.

De cuſtodia bonorum Angelorum, & impugnatione malorum, in octo articulos diuiſa.

E

DEinde conſiderandum eſt de cuſtodia bonorum Angelorum, & de impugnatione malorum.

Et circa primum quæruntur octo.

Primò, Vtrum homines ab Angelis cuſtodiantur.

Secundò, Vtrum ſingulis hominibus ſinguli Angeli ad cuſtodiam deputentur.

Tertiò, Vtrum cuſtodia pertineat ſolum ad vltimum ordinem Angelorum.

Quartò, Vtrum omni homini conueniat habere Angelum cuſtodem.

Quintò, Quando incipiat cuſtodia circa hominem.

Sextò, Vtrum Angelus ſemper cuſtodiat hominem.

Septimò, Vtrum doleat de perditione cuſtoditi.

Octauò, Vtrum inter Angelos ſit pugna ratione cuſtodiæ.

Ratio ordinis.

DVæ ſunt huius Quæſtionis partes præcipuæ. Prima quatuor primis articulis comprehenſa differit de Angelorum cuſtodia ſecundùm ſe, ſiue quo ad eius intrinſeca. Secunda verò totidem habens articulos de eadem agit cuſtodia quo ad extrinſeca eius accidentia. Sed prior adhuc pars in duas diſtinguitur: Prima de cuſtodia tractat Angelorum abſolutè, ſiue in vniuerſali quærens in primo articulo: Vtrum homines cuſtodiantur ab Angelis. Secunda verò, quæ tres habet articulos, de cuſtodia diſtinctè differit, & primò, tam reſpectu Angelorum, quàm reſpectu hominum, quærēs in articulo ſecundo: Vtrum ſinguli homines à ſingulis Angelis cuſtodiantur. Secundò de eadem cuſtodia tractat magis in particulari reſpectu Angelorum quærens. Vtrum cuſtodia pertineat, ſolū ad vltimum ordinem. Tertiò adhuc magis in particulari reſpectu hominum, quærens: Vtrum omni homini cōueniat habere cuſtodem ob ſingularē, quæ de quibuſdam eſt, difficultatem, nimirum de Chriſto, de Antichriſto, & de Adam. Secūda pars principalis in duas diſtinguitur: Prima tractat de accidente quaſi per ſe Angelicæ cuſtodiæ copulato, ſ. de tempore, & primò quidem ex parte principij in art. 5. Secundò verò ex parte termini in articulo ſexto. Secunda verò diſputat de accidēte per accidens, & primò quidem de eo, cuius occaſio frequentior eſt in art. 7. quærens: Vtrum Angelus cuſtos doleat de perditione hominis cuſtoditi, deindè de eo, cuius eſt occaſio rara: Vtrum ſcilicet inter Angelos ſit pugna ratione cuſtodiæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum homines cuſtodiantur ab Angelis.

544 1. dist. 11. q. 1. art. 1.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quod homines non cuſtodiantur ab Angelis. Cuſtodes enim deputantur aliquibus, vel quia neſciunt, vel quia non poſſunt cuſtodire ſeipſos, ſicut pueri, & infirmi: ſed homo poteſt cuſtodire ſeipſum per liberum arbitrium, & ſcit per naturalem cognitionem legis naturalis: ergo homo non cuſtoditur ab Angelo.

2 Præterea. Vbi adest fortior custodia, infirmior superfluere videtur: sed homines custodiuntur à Deo, secundùm illud Psal. 120. Non dormitabit, neq; dormiet, qui custodit Israel: ergo non est necessarium quòd homo custodiatur ab Angelo.

3 Præterea. Perditio custodiri redundat in negligentiam custodis. Vnde dicitur cuidam 3. Reg. 20. Custodi virum istum, qui, si lapsus fuerit, erit anima tua, pro anima eius: sed multi homines quotidie pereunt in peccatum cadentes, quibus Angeli subuenire possunt, vel visibiliter apparendo, vel miracula faciendo, vel aliquo simili modo. Essent ergo negligentes angeli, si eorum custodiæ homines essent commissi: quod patet esse falsum. Non igitur angeli sunt hominum custodes.

Sed contra est, quòd dicitur in Psal. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis.

Respondeo. Dicendum, quòd secundum rationem diuinæ prouidentiæ hoc in rebus omnibus inuenitur, quòd mobilia, & variabilia per immobilia, & inuariabilia mouentur, & regulantur. Sicut omnia corporalia per substantias spirituales, & immobiles, & corpora* inferiora per superiora, quæ sunt inuariabilia secundùm substantiã: sed, & nosipsi regulamur circa conclusiones, in quibus possumus diuersimodè opinari per principia, quæ inuariabiliter tenemus. Manifestum est autem, quòd in rebus agendis cognitio, & affectus hominis multipliciter variari, & deficere possunt à bono: & ideo necessarium fuit, quòd hominibus angeli ad custodiam deputarentur, per quos regularentur, & mouerentur ad bonum.

Ad primum ergo dicendum, quòd per liberum arbitrium, potest homo aliqualiter malum vitare, sed non sufficienter: quia infirmatur circa affectum boni propter multiplices animæ passiones. Similiter etiam vniuersalis cognitio naturalis legis, quæ homini naturaliter adest, aliqualiter dirigit hominem ad bonum, sed non sufficienter: quia in applicando vniuersalia principia iuris ad particularia opera, contingit hominem multipliciter deficere. Vnde dicitur Sap. 9. Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ; & ideo necessaria fuit homini custodia Angeli.

Ad secundum dicendum, quòd ad bonum operandum duo requiruntur. Primò quidem, quòd affectus inclinetur ad bonum, quod quidem fit in nobis per habitum virtutis moralis. Secundò autem, quòd ratio inueniat congruas vias ad perficiendum bonum virtutis, quod quidem Philosophus* attribuit prudentiæ.

751 b D. 1073. 13 568 541 548

*Ex lib. 10 Ethic. c. 8. & 1 b. 6. c. 12. 20. 5.

A Quantum ergo ad primum, Deus immediatè custodit hominem infundendo ei gratiam, & virtutes: quantum autem ad secundùm, Deus custodit hominẽ, sicut vniuersalis instructor, cuius instructio ad hominem peruenit mediantibus Angelis, vt supra habitum est. * q. 111. a. 1.

Ad tertium dicendum, quòd sicut homines à naturali instinctu boni discedũt propter passionem peccati: ita etiam discedunt ab instigatione bonorum Angelorum, quæ sit inuisibiliter per hoc, quòd homines illuminant ad bene agendum. Vnde, quòd homines pereunt, B non est imputandum negligentiæ Angelorũ, sed malitiæ hominum. Quòd autem aliquando præter legem communem hominibus visibiliter apparent, ex speciali Dei gratia est: sicut etiam præter ordinem naturæ miracula fiunt.

Forma Textus.

Conclusio est. Necessarium fuit, vt hominibus angeli ad custodiam deputarentur. Probatur: Secũdum rationem diuinæ prouidẽtiæ hoc in rebus omnibus inuenitur, quòd mobilia, & variabilia per immobilia, C & inuariabilia mouentur, & regulantur: at hominis cognitio, & affectus in rebus agendis multipliciter variari, & deficere possunt à bono, Angelorum autem cognitio, & effectus sunt inuariabiles; ergo necessarium fuit, vt hominibus angeli ad custodiã deputarentur, per quos regularentur, & mouerentur ad bonum.

Maior probatur inductiuè primò in corporibus cœlestibus, quæ mouentur, & regulantur per substantias spirituales & immobiles. Secundò in corporibus inferioribus, quæ mouentur per superiora, quæ sunt inuariabilia secundùm substantiam. Tertiò in nobis ipsis, quorũ cognitio circa conclusiones, in quibus diuersimodè possumus opinari, regulatur per notitiam principiorum inuariabilem. D

Expositio Textus.

HOmines ab Angelis custodiri, & à periculis eruis diuina sæpè testantur oracula. Genes. 19. *Cumque esset mane, cogebant eum angeli dicentes, surge, tolle vxorem tuam, et duas filias, quas habes: nè, & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. Dissimulante illo apprehenderunt manum eius, & manum vxoris, ac duarum filiarum eius, eo quòd parceret Dominus illi: Eduxerunt́; eum, &c.* & Gene. 28. *Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis.* Psal. 90. *Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus* E *vijs tuis.* Dan. 3. *Angelus autem Domini descendit cũ Azaria, & sociis eius in fornacem; & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omninò ignis, &c.* Actorum 12. *Nunc scio verè, quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, &c.* Matth. 18. *Angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est.* Eandẽ veritatem explicant, & tuentur Sancti Patres, Dionysius ca. 3. & 9. Cœl. Hier. Gregorius Nazianzenus in oratione

Gen. 19. Gen. 28. Psalm. 90. Dan. 3. Act. 12. Matth. 18. Dionys. Greg. Nazianz.

tione ad centum quinquaginta Epiſcopos, Baſilius lib. 3. contra Eunomium à principio, & Pſal. 33. & in ſermone de Inuidia, & Auaritia, Chriſoſtomus in Hom. 3. ſuper cap. 2. ad Coloſſ. & Hom. 6. in Matth. Auguſt. in ſoli loquijs cap. 27. & lib. 8. de Ciuit. Dei cap. 18. Athanaſius ſerm. 4. contra Arrianos, Cyrillus Alex. in Apologetico petitione prima ſeptem orientalium Epiſcoporum, Ambroſius lib. 2. in Lucam cap. de Aduentu Magorum, Clemens Alex. lib. 6. Stromatum, Origenes Hom. 2. ſuper Lucam, Clemens lib. 2. recognitionū fol. 14. doctrinam hanc à Petro Apoſtolo ſe dediciſſe profitetur. Nec veritas hæc latuit clariſſimorum Philoſophorum ingenia, vt refert Eugubinus lib. 8. de perenni philoſophia cap. 3. & 8. & 22. ex quibus eſt Cicero lib. 1. de Diuinatione, Seneca lib. 19. Epiſt. iij. vbi ait, cāiq; hominum eſſe deſignatum Angelum in cuſtodem, & pedagogum: quod etiam Terentius in Andria verbis illis ſignificauit: *Oro per dexteram genium.*

Diſputat hic latè Zumellus de veritate concluſionis, productis, & ſolutis pluribus argumentis, quæ vide, ſi placet, apud illum.

filius. Chriſoſt. Aug. Athanaſ. Cyr. Alex. Ambroſ. clem ale. Origenes clemens. Eugubin. cicero: seneca: Terentius Zumellus

A

B

C

D

E

Prima Dubitatio.

DVæ ſunt hic dubitationes breuiter attingendæ. Prior eſt, An officium homines cuſtodiendi conueniat Angelis à natura, vel ex gratia. Cuius dubitationis ſolutio patet ex dictis ſupra q. 108. art. 4. & ex ratione, qua probatur huius articuli concluſio. Si namq; conſideretur officium Angelicæ cuſtodiæ in ordine ad finem ipſorum Angelorum, & hominum naturalem, conuenit Angelis cuſtodiendi munus à natura: Quod efficaciter euincit argumentum, quo probatur in textu concluſio: Si verò conſideretur in ordine ad finem ſupernaturalem, conuenit Angelis hominum cuſtodia ſecundum dona gratuita completiuè, ſecundū dona verò naturalia diſpoſitiuè. Et quia Deus hominem, & Angelum non ad finem tantum naturalem, ſed etiam ad ſupernaturalem ordinauit, ideò ſimpliciter loquendo, conuenit Angelis officium homines cuſtodiendi, non à natura, ſed ex gratia Dei dirigentis homines in beatitudinem ſupernaturalem iuxta illud Apoſtoli Hebr. 1. *Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis:* prout etiam Zumellus hic explicat, & defendit, propoſitis, & ſolutis duobus argumentis.

Hebr. 1.

Secunda Dubitatio.

POſterior dubitatio eſt: An ſi fuiſſet homo conditus in puris naturalibus, datus illi fuiſſet à Deo Angelus cuſtos. Cui ſanè difficultati ſatisfit per ea, quæ modo dicta ſunt; partem enim affirmātem probat ratio S. D. in textu, quæ non ex natura gratiæ procedit, ſed ex ordine rerum naturaliū, vt hic etiam aduertit Bannes. Tunc autem Angelus non eſſet hominis cuſtos, vt ſeruus, ſed magis, vt Princeps illum gubernans, & mouens: quemadmodum etiam Angeli mouent cœleſtia corpora, veluti ſuperiores cauſæ Mundum hunc viſibilem gubernantes: eſſetq; tunc cuſtodientis Angeli munus, hominem cuſtoditum ad naturalem illi poſſibilem aſſequendam felicitatem adiuuare, impedimenta remouere à vitijs, & peccatorum ſordibus reuocare, ad virtutes impellere, in temporalibus, & vtilibus ad vitam honeſtè ducendam adipiſcendis adiuuare, & circa fortunæ bonos euentus dirigere, vt ſignificat S. D. in tertio contra gentiles, cap. 91. dicens: *Cum homo ſit ordinatus ſecundum corpus ſub corporibus cœleſtibus, ſecundum intellectum verò ſub Angelis, ſecundum voluntatem autem ſub Deo, poteſt contingere aliquid præter intentionem hominis, quod tamen eſt ſecundum ordinem cœleſtium corporum, vel diſpoſitionem Angelorum, vel etiā Dei.* Hæc ibi S. Tho. Huic autem definitioni maximè conſonat opinio Philoſophorum ſupra notata, qui, cum nullam de fine ſupernaturali cognitionem haberent, homines tamen ab Angelis cuſtodiri docuerūt.

S. Thom.

Poſtremò vide, ſi placet, apud S. Bonauēturam in ſecundo ſententiarum diſt. 11. art. 4. quæſt. 1. & Gabrielem in 2. ſent. diſt. 11. quæſtione vnica, duodecim vtilitates ex Angelica cuſtodia hominibus prouenientes, quas etiam recenſent Valentia, & Zumellus infra articulo ſexto, ſcripturarum authoritate munitas. Malonius in ſecundo ſent. diſtinct. 10. diſp. 5. decem, & octo commoda numerat à Theologis accepta, quæ nobis affert Angelorum cuſtodia.

S. Bonauē. Gabriel. Valentia. Zumellus Malonius

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum ſinguli homines à ſingulis Angelis cuſtodiantur.

ADſecundum ſic proceditur, Videtur, quòd non ſinguli homines à ſingulis Angelis cuſtodiantur. Angelus enim eſt virtuoſior, quàm homo: ſed vnus homo ſufficit ad cuſtodiam multorum hominum: ergo multò magis vnus Angelus, multos homines poteſt cuſtodire.

1 sq. dist. 19. q. 1. ar. 3 q. 1. cor.

2 Præterea. Inferiora reducuntur in Deum à ſuperioribus per media, vt Dionyſ. * dicit: ſed, cum omnes Angeli ſint inæquales, vt ſupra dictum eſt, * ſolus vnus Angelus eſt, inter quem, & homines non eſt aliquis medius: Ergo vnus Angelus ſolus eſt, qui immediatè cuſtodit homines.

c. 3. Eccl. hier. in fi. de facerd. per ſect. in princ. † q 106. ar. 8. arg. 1.

3 Præterea. Maiores Angeli, maioribus officijs deputantur; ſed non eſt maius officium cuſtodire vnum hominem, quàm alium, cum omnes homines natura ſint pares. Cum ergo omnium Angelorum ſit vnus maior alio, ſecundum Dionyſ. * videtur, quòd diuerſi homines non cuſtodiantur à diuerſis Angelis.

cap. 5. cel. hier.

Sed contra eſt, quod Hier. * exponens illud Matt. 18. Angeli eorū in cœlis, dicit: Magna eſt dignitas animarū, vt vnaquęq; habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiā ſui Angelū delegatum.

cap. 18. Matt. to. 5.

Reſpon-

D.163. Respondeo. Dicendum, quòd singulis *hominibus singuli Angeli ad custodiam deputantur. Cuius ratio est, quia Angelorum custodia est quædam executio diuinæ prouidentiæ circa homines. Prouidentia autem Dei aliter se habet ad homines, & ad alias corruptibiles creaturas, * quia aliter se habent ad incorruptibilitatem. Homines enim non solum sunt incorruptibiles, quantum ad communem speciem, sed etiam quantum ad proprias formas singulorum, quæ sunt animæ rationales: quod de alijs rebus corruptibilibus dici non potest. Manifestum est autem, quòd prouidentia Dei principaliter est circa illa, quæ perpetuò manent. Circa verò ea, quæ transeunt, prouidentia Dei est, inquantum ordinat ipsa ad res perpetuas. Sic igitur prouidentia Dei comparatur ad singulos homines, sicut comparatur ad singula genera, vel species corruptibilium rerum. Sed secundum Greg. *diuersi ordines deputantur diuersis rerum generibus, putà, potestates ad arcendos dæmones: virtutes ad miracula facienda in rebus corporeis. Et probabile est, quòd diuersis speciebus rerum diuersi Angeli eiusdem ordinis præficiantur. Vnde etiã rationabile est, vt diuersis hominibus, diuersi Angeli ad custodiam deputentur.

b 304

Hom. 34. in euang. ante med. illius.

Ad primum ergo dicendũ, quòd alicui homini adhibetur custos dupliciter. Vno modo inquantum est homo singularis: & sic vni homini debetur vnus custos, & interdum plures deputantur ad custodiam vnius. Alio modo inquantum est pars alicuius collegij: & sic toti collegio vnus homo ad custodiam præponitur, ad quem pertinet prouidere ea, quæ pertinent ad vnum hominem in ordine ad totum collegium: sicut sunt ea, quę exterius aguntur, de quibus alij ædificantur, vel scandalizantur. Angelorum autem custodia deputatur hominibus, etiam quantum ad inuisibilia, & occulta, quæ pertinent ad singulorum salutem, secũdum seipsos. Vnde singulis hominibus, singuli Angeli deputantur ad custodiam.

Ad secundum dicendum, quòd, sicut dictũ est, * Angeli primæ hierarchiæ, omnes quantũ ad aliqua illuminantur immediatè à Deo: sed quędam sunt, de quibus illuminantur superiores, tantum immediatè à Deo, quæ inferioribus reuelant, & idem etiam in inferioribus ordinibus considerandum est. Nam aliquis infimus Angelus illuminatur, quantum ad quædam ab aliquo supremo, & quantum ad aliqua ab eo, qui immediatè sibi præfertur. Et sic etiam possibile est, quòd aliquis Angelus immediatè illuminet hominem, qui tamen habet aliquos Angelos sub se, quos illuminat.

q. præc. art. 3 ad 4.

A Ad tertium dicendum, quòd quamuis homines natura sint pares, tamen inæqualitas in eis inuenitur, secundum quod ex diuina prouidentia quidam ordinantur ad maius, & quidam ad minus: * secundum illud, quod dicitur Eccles. 33. In multitudine disciplinæ Domini separauit eos, & ipsis benedixit, & exaltauit ex ipsis, maledixit, & humiliauit: & sic maius officium est custodire vnum hominem, quàm alium.

a 555

Forma Textus.

B *Conclusio: Singulis hominibus singuli Angeli deputantur ad custodiam.*

Probatur: Angelorum custodia est quædam executio diuinæ prouidentiæ circa homines, quæ prouidentia sic comparatur ad singulos homines, sicut comparatur ad singula genera, vel species corruptibilium rerum: At secundum Gregorium diuersi ordines deputantur diuersis rerum generibus, & probabile est, quòd diuersis speciebus rerum diuersi Angeli eiusdem ordinis præficiantur; ergo etiam rationabile est, vt diuersis hominibus diuersi Angeli ad custodiam deputentur.

Minor probatur authoritate Gregorij: Et declaratur: Quia Potestates deputantur ad arcendos dæmones, Virtutes ad miracula facienda in rebus corporeis.

C *Maior verò probatur: Prouidẽtia Dei principaliter est circa ea, quæ perpetuò manẽt, circa verò ea, quę transeũt, Prouidẽtia Dei est, inquãtũ ordinat ipsa ad res perpetuas: at homines perpetuò manent, & sunt incorruptibiles, non solum quantum ad communem speciem, sed etiam quantum ad proprias formas singulorum, quæ sunt animæ rationales, quod de alijs rebus corruptibilibus dici non potest, ergo prouidentia Dei, sic comparatur ad singulos homines, sicut comparatur ad singula genera, vel species corruptibilium rerum.*

D *Maior huius argumenti probatur; quoniam hæc aliter, & aliter se habent ad incorruptibilitatem, vt dicitur in ipsa maiori; ergo etiam prouidentia diuina aliter, & aliter se habet ad ipsa; ità scilicet, vt principaliter sit circa ea, quæ perpetuò manent, circa vero ea, quæ transeunt, prouidentia Dei sit, inquantum ordinat ipsa ad res perpetuas.*

Expositio Textus.

E NOtanda est maior propositio cum sua probatione; fauet enim nostræ determinationi superius factæ quæstione quinquagesima, articulo tertio, in secunda controuersia quærente: Num sit maior numerus Angelorum, quàm vniuersorum hominum existentium, præteritorum, & futurorum.

Con-

Controuersia Vnica.

An secundum fidem certa sit Conclusio D. Thomæ affirmans, singulis hominibus singulos Angelos ad custodiam deputari.

Sententiæ Doctorum.

Porrect. Molonius. SEraphinus Porrecta, & Daniel Molonius propositam conclusionem asserunt esse fidei veritatem, quam multis diuinarum scripturarum oraculis, & plurimis sanctorum Patrum, & Scholasticorum testimonijs, & philosophorum antiquorum doctrina confirmant.

Bannes. Bannes tria dicit: Primum: Error apparet negare, quòd singulis fidelibus deputentur singuli Angeli in custodiam. Secundum: Negare hanc sententiam de iustis hominibus esset manifestus error; negare autem illam de fidelibus, puto non esse errorem, & si sit plusquàm temeratiũ. Tertium: Vix potest dici absq; aliqua temeritate, quòd infidelibus hominibus non sint deputati singulis Angeli, siue post Christi aduentum, siue ante illum.

Zumellus. Zumellus tribus conclusionibus quæ sic respondet. Prima est: Quòd magnis viris, & excellentibus Angeli particulares deputantur ad tutelam etiam in veteri Testamento, omnibus est in confesso. Secunda est: Quòd singulis iustis, & sanctis viris, singuli Angeli deputati fuerint ad custodiam, etiam debet esse certum, & quòd fingulis credentibus, etiam discolis, & peccatoribus singuli Angeli deputentur. Tertia est: Singulis hominibus bonis, & malis, fidelibus, & infidelibus, singuli Angeli deputãtur ad custodiam, & hoc tam in nouo, quàm in veteri Testamento: sed aduertendum est (inquit) conclusionem hanc non esse de fide, sed tamen nõ careret temeritate illam negare.

Molina. Molina eandem sententiam sequens ait: Quòd vnusquisq; homo suum peculiarem Angelum habeat custodem, licèt non sit de fide, est tamen communis sententia sanctorum, atq; Doctorum. Idem

Valentia. affirmat Valentia dicens, id absq; insigni temeritate, & errore negari non posse. Cui sententiæ subscribit Vasquez in sua disp. 241. cap. 1.

Vasquez. mag. sent. Magister tenet satis aperte significat, conclusionem non esse de fide.

Resolutio.

Singulis hominibus, vel fidelibus, aut iustis singulos Angelos ad custodiam fuisse deputatos, non est omnino certum ex sacris litteris.

DIstinguenda primò est, & explicanda significatio vocis illius *singuli*: Quæ bis in inscriptione controuersiæ, & articuli ponitur, semel ex parte subiecti, & iterum ex parte prædicati, vt distinctè, dilucidèq; satisfiat difficultati. Singulorũ igitur hominum nomine possunt intelligi, vel singuli homines simpliciter cuiuscumq; gradus, ordinis, & conditionis existant, vel singuli homines alicuius ordinis, siue conditionis determinatæ, quæ in re proposita potest esse quadruplex, scilicet fidei tam veteris, quàm noui Testamenti, Christiani, siue fidei Christianæ, Gratiæ, siue Iustitiæ, & Præstantiæ, siue Magnitudinis spiritualis, secundum dona supernaturalia, ac proinde singulorum hominum nomine possunt intelligi, vel singuli fideles, tam veteris, quàm noui Testamenti, vel singuli fideles Christiani sub nouo Testamẽto comprehensi, vel singuli tãtùm Iusti, vel denique singuli magnæ, & excellentis sanctitatis homines in vtroq; testamento celebrati, quales fuerunt antiqui Patriarchæ Abraham, Iacob, Ioseph, Moyses, Iosue, Dauid, & alij, quos veteris Testamenti scriptura commendat, Beatissimæ Virgo, Ioseph eius sponsus, Ioannes Baptista, Petrus, & alij Apostoli, Stephanus, & alij plures in Euangelijs, & actibus Apostolorum cum laude celebrati.

Singulos item Angelos singulorum hominũ custodiæ deputari, potest intelligi dupliciter: Vno modo, vt iuxta singulorum hominum, tam præteritorum, quàm præsentium, & futurorum distinctionem sit etiam Angelorum distinctio, quibus hominum custodia demandatur, ità vt nullus sit Angelus, qui simul, aut successiuè duorum, aut plurium hominum custodiæ deputetur. Alio modo, vt iuxta numerum, & distinctionem hominum simul actu viuentium, sit etiam Angelorum in actu custodientium numerus, & distinctio, ità vt decedentibus hominibus nunc actu existentibus, & alijs succedentibus, ijdem Angeli, qui decedentium fuere custodes, succedentium etiam hominum curæ deputentur. Controuersia solum est de singulis Angelis in posteriori sensu, quicquid sit de priori.

Inchoando igitur à primò diuisionis membro, quo solo proprius, ac legitimus qua fit, & conclusionis S. Thomæ sensus exprimitur, dicendum est primo in sacris litteris non esse satis euidentia testimonia, quibus intelligere, & credere cogantur eruditi fideles, singulis omnium fidelium hominibus, nimirum fidelibus, & infidelibus singulos ad custodiam Angelos deputari; locus enim omnium clarissimus custodiam iudicans Angelorum circa homines est apud Matth. 18. cap. vbi Dominus de parvulis Apostolos alloquens ait: *Videte, ne contemnatis vnum ex his pusillis; dico enim vobis, quia Angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei, qui in Cœlis est.* Nec tamen hic asseritur expresse conclusio S. Thomæ: Primo, quia de parvulis tantum fidelibus in eum credentibus Dominus loquebatur, vt patet ex verbis Domini præcedentibus in eodem capitulo: præmiserat enim: *Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt.* Secundò, quoniam, vt in eius loci Commentario scitè Caietanus aduertit, non dixit Dominus, Angeli singuli eorum, sed dixit: *Angeli eorum*: igitur ex eo loco non habetur, singulos Angelos, singulorum hominum, tam fidelium, quàm infidelium, aut etiam fidelium tantùm custodiæ deputari, sed eis tantùm custodiendis multos Angelos assignari. Quam expositionem priùs approbat, deindè carpit immeritò Catharinus, cuius verba refert Sixtus Senensis lib. 6. Bibliothecæ, annotatione septuagesima: sunt autem hæc, *Fateor, quod verbo non*

Matt. 18.

Caietanus

Catharin. Sixt. Senẽ.

cognit, ſed cum non repugnent, ſed magis conſentiant; & cum ratio faueat, & cum bini Theologi dogma iſtud accipiant, & cum iam omnibus perſuaſum ſit; & cum promoueat ad ædificationem exercitium charitatem in Deum, & ex nobis prouocans gratiarum actiones in Deum ipſum pro tanta erga nos ipſius prouidentia; & in ipſos Angelos pro peculiari eorum cura in nos, & nõ communi: & cum faueat etiam, ubi ſcriptura, quæ innuit peculiarem Angelum Petri fuiſſe cuſtodem, quod, & ipſemet Caietanus notauit, non aebebat quouis modo vocari in dubium. Hæc ibi. Sed hæc friuola ſunt; de ſenſu namq; verborum, non de re ipſa loquitur ibi Caietanus. Nec ex eo loco, veluti neceſſariò, ac euidenti, ſed vt probabili tantum, & communi fideliũ credulitati maximè conſono docent Theologi, ſingulos homines à ſingulis Angelis cuſtodiri. Quare conceſſis omnibus aſſumptis à Catharino neganda eſt argumenti conſequentia.

Et ex his etiam patet, locum illum, & alia diuinarum ſcripturarum oracula produci conſueta nõ aſſerere, ſingulis fidelium vtriuſq; teſtamenti, vel tantum noui ſingulos Angelos ad cuſtodiam fuiſſe delegatos, vt norat etiam ibi Caietanus.

Caiet.

Et eadem ratione ſolis diuinarum ſcripturarũ voluminibus conſideratis, minime conſtat, ſingulis hominum iuſtis diuinæ gratiæ munere decoratis ſingulos Angelos datos à Deo fuiſſe cuſtodes; de paruulis enim iuſtis, & Deo gratis ibi Dominus loquebatur, in principio nemque illius capitu
Matth. 18. li, dicitur: *Acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes: Quis putas, maior eſt in Regno Cœlorum? Et aduocans Ieſus paruulum ſtatuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini, ſicut paruuli, non intrabitis in Regnum Cœlorum. Quicunq; ergo humiliauerit ſe, ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in Regno Cœlorum.* Vbi perſpicuè conſtat ſermonem ibi eſſe tantum de iuſtis, quibus propter humilitatem non ſolum promittitur Regnum Cœlorum, ſed ob eandem cauſam tales in eo maiores eſſe declarantur. Nec alius clarior in diuina ſcriptura locus inuenitur, in quo de cuſtodia Angelorum circa homines in vniuerſum, aut circa fideles tantum, vel iuſtos ſermo ſit. Quod enim in Pſalmo
Pſalm 90. dicitur: *Quoniam angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis*: de quolibet quidem hoc iuſto ſecundum litteræ ſenſum intelligitur, nõ tamen ibidem aſſeritur, ſingulos homines iuſtos à ſingulis Angelis cuſtodiri, ſed eorum cuſtodiam ſanctis Angelis à Deo fuiſſe commiſſam: poſſet autem intelligi, deputatos à Deo fuiſſe centum, vel mille Angelos, qui iuſtos omnes etiam ter cẽtum, mille, vel plures à periculis, & malis imminentib. cuſtodirent.

Non poſſe abſque inſigni temeritate negari ſingulis hominibus, ac præſertim fidelibus, aut etiam iuſtis, vel etiam excellentis iuſtitiæ viris ſingulos Angelos ad cuſtodiam fuiſſe deputatos.

SEd quamquam hæc ità ſint, communis tamen Sanctorum Patrum & Scholaſticorum, ac totius Eccleſiæ Catholicæ conſenſus nullam dictarum trium veritatum patitur abſque inſigni temeritate negari. Ex quibus ea prima eſt, quam exprimit Concluſiõ S. Thom. videlicet, ſingulis hominibus, tam fidelibus, quam infidelibus ſingulos Angelos ad cuſtodiã à Deo deputari. Colligitur hæc veritas ex locis diuinæ ſcripturæ, & Patribus in articulo præcedente notatis; quibus alia quinque ſacrarum litterarum teſtimonia ſunt addenda. Primum eſt Geneſ. 21. *Vocauit*; *Angelus Dei Agar de Cœlo dicens, quid agis Agar? Noli timere exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco, in quo eſt: Surge, tolle puerum, & tene manum illius*; &c. Videtur enim hic Angelus ille ſignificari, cui pueri Iſmaelis fuerat à Deo cuſtodia demandata, qui etiam eiuſdem lacrimantis, & auxilium à Deo in ſumma neceſſitate poſtulantis orationes offerens Deo, non ſolum illi vitæ beneficium, ſed etiam poſteritatis ſucceſſionem, potentiæ, gloriæq; mundanæ ſplendorem impetrauit, & in his adipiſcendis diuinæ maieſtatis, nutu, virtuteq; minitrauit. Secundum eſt Gen. 48. *Angelus, qui eruit me de cunctis malis?* quibus verbis plane ſignificat Iacob, Angelum ſibi cuſtodẽ ſemper aſſiſtere, cuius patrocinio liberabatur à malis. Tertius locus eſt Thobiæ 5. *Credo, quod Angelus Dei bonus comitetur eum, & benè diſponat omnia, quæ circa eum geruntur, vt cum gaudio recipiat nos.* Vbi cura ſcribitur Angeli cuſtodis circa Thobiam iuniorem. Quartus locus eſt Iudith 13. *Cuſtodiuit me angelus Domini, & hinc euntem, & ibi commorantem, et indè huc reuertentem.* Quintum, & vltimum teſtimonium præ cæteris omnibus inſigne eſt Actorum 12 cap. *Et vt cognouit vocem Petri, præ gaudio non aperuit ianuam, ſed intro curres nunciauit ſtare Petrum ante ianuam: at illi dixerunt ad eam, inſanis: illa autem affirmabat ſic ſe habere; illi autem dicebant, angelus eius eſt.*

Gen. 21. Thob. 5. Iudith 13. Act. 12.

b Sanctorum verò Patrum dicta, ſiue loca præter ea, quæ in articulo præcedente notauimus, late referunt Valentia ſuper hac quæſtione, & Maſonius in ſecundo ſententiarum diſt. 10. diſp. 2. Ex quib. tamen plurima ſunt, quæ vel de magnis tantum, & excellentibus viris, vel ſolum de iuſtis, vel de ſolis loquuntur fidelibus, vel non de ſingulis loquuntur hominibus, tametſi multa ſint etiam ad homines vniuerſos, & ſingulos pertinentia: ex quibus clariora duximus hic eſſe referenda. Ac primo Dionyſius cap. 9. cœleſt. Hierarch. *Ipſa quidem* (inquit) *omnium ſumma prouidentia omnes homines ſalutariter propriorum angelorum reſtitutoris, manuductionibus diſtribuit.* S. Gregorius Niſſenus in lib. de Vita Moyſis antè medium. *Occultior traditio eſt, veriùs ſiquidem ad nos vſque deſcendit, quo creditur, poſteaquam in peccatum natura noſtra lapſa eſt, non omnino à clementia diuina neglectum, nec abſque ſuo patrocinio diuiſum, ſed Angelorum, qui natura incorporei ſunt, aliquem ſibi adminiculum cuiq; noſtrum conſtitutum eſſe.* Sanctus Hieronymus in c. 18. Matth. cuius verba tetigit hic S. D. in argumento *ſed contra. Magna eſt* (inquit) *dignitas animarum, vt vnaquæq; habeat ab ortu nativitatis in cuſtodiam ſui Angelum delegatum.* S. Iuſtinus Martyr quæſt. trageſima ad Orthodoxos: *Si vnamquamq; hominem Angelus cuſtos comitatur, vt diuina*

Dionyſius. Greg. Niſ. Hieron. Iuſtinus

;ur.Iuſt; *ſcripta dicunt*. Sanctus Laurentius Iuſtinianus lib. de Caſto Connubio Verbi, & Animæ cap. 8. *Singulis hominibus proprium Deus deputauit angelum; quatenùs ipſorum auxilio valeant præſentis vitæ tranſire diſcrimina.* Theodor. Theodoretus Epithom. diuinorum Decretorum cap. de Angelis. *Ex iis autem, quæ à Daniele dicta ſunt, conijci poteſt, nonnullos quidem ex Angelis præeſſe gentibus, aliquibus autem vnuſcuiuſq; hominis traditam eſſe cuſtodiam.*

Secunda veritas, ſiue propoſitio communi Doctorum, & fidelium exiſtimatione vera eſt, ſingulis fidelibus, tam veteris, quàm noui Teſtamenti ſingulos Angelos ad cuſtodiam à Deo fuiſſe deputatos. Hanc probant diuinæ ſcripturæ, & Sanctorũ Patrum dicta pro prima propoſitione ſupra notata. Baſilius. Quibus adde Baſilium lib. 3. contra Eunomiũ ita loquentem: *Quod adſit ſingulis credentibus Angelus, tanquam Pedagogus, & Paſtor vitam dirigens, nemo contradicet, qui memor fuerit verborum Domini, vbi dicit: Nè contemnatis vnum de puſillis iſtis.*

Tertia veritas, ſiue propoſitio communiter à Doctoribus, & fidelibus approbata eſt, vnicuique iuſtorum proprium Angelum ad cuſtodiam eſſe delegatum. Hæc ſequitur ex præcedentibus. His Chriſoſt. adde quatuor Patrum dicta. Primum eſt Chriſoſtomi Hom. 60. in Matth. cap. 18. *Hinc manifeſtum eſt* (inquit) *quod omnes ſancti angelos habẽt.* Et Hom. 5. in cap. 9. Heb. ait: *Vnicuiq; noſtrum Angelus aſſidet.* Cyr. Alex. Secundum eſt Cyrilli Alex. lib. 4. contra Iulianum ita loquentis: *Dictum eſt per vocem ſanctorum ſancto omni, & benè operari eligenti, angelis ſuis mandauit de te in omnibus viis tuis: & Paulus: Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus &c.* Tertium eſt Origenis Origenis Hom. 20. in Num. *Adiſt* (inquit) *vnicuiq; noſtrum, etiam minimus, qui ſunt in Eccleſia Dei, Angelus bonus, angelus Domini, qui regat, qui moneat, qui pro actibus noſtris corrigendis, & miſerationibus expoſcendis quotidiè videat faciem Patris.* Euchimi. Quartum eſt Euthimij in cap. 18. Matth. cuius verba ſunt. *Manifeſtum eſt, iuſtos habere angelos cuſtodes.*

De Magnis autem, & inſignis iuſtitiæ viris in vtroq; Teſtamento celebratis, certum eſt illis Angelum à Deo fuiſſe cuſtodem deſtinatum, vt plurima teſtantur ſupra notata, tam in articulo præcedenti, quam in præſenti controuerſia diuinæ ſcripturæ teſtimonia. Quam etiam veritatem argumẽto à minori ad maius deducto confirmant vniuerſa Patrum dicta ſuperius allegata pro tribus alijs ampliorꝭ latitudinis veritatibus.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: Non eſt fidei veritas, ſingulos Angelos, ſingulis hominibus, tam fidelibus, quàm infidelibus cuſtodiendis eſſe præpoſitos: Probatur: Quoniam id clarè, diſtinctèq; non habetur in ſacris litteris, neque ex eis neceſſaria conſecutione deducitur, neque eſt veritas ab Eccleſia determinata, neque eam communi omninò conſenſu Patres affirmant, vt ex ſupra dictis elucet.

Secunda concluſio: Temeritas eſt prædictam veritatẽ negare. Probatur: Quia multi Patres, & omnes Scholaſtici communiter eam affirmant, & eſt ſententia fidelium communi ferè conſenſu recepta dixi ferè: quia plurimi de cuſtodia Angelorũ circa infideles nihil opinantur, affirmando, vel negando, ſed de fidelibus tantum, cum plures etiam ex Patribus cuſtodiam Angelicam ad ſolos fideles limitare videantur. Eandem cõcluſionem probant Bannes, & Zumellus. Bannes Zumellus.

Tertia concluſio: Non eſt fidei dogma neceſſariò credendum, ſingulos fideles a ſingulis Angelis cuſtodiri. Probatur hæc concluſio eiſdem medijs, quibus probata eſt prima Concluſio; quia ſcilicet neque ex ſacris litteris, neque ex diuinis traditionibus, neque ex Concilijs, neque ex Patribus habetur, aut colligitur eius definitio, vt patet ex ſupra notatis.

Quarta concluſio: Temerarium valdè eſt prædictam tertiam concluſionem negare. Probatur eiſdem medijs, quibus probata eſt ſecunda Concluſio. Huic concluſioni conſentit Bannes, & alij ſupra notati. Bannes

Quinta concluſio: Singulos iuſtos à ſingulis Angelis cuſtodiri non eſt fidei veritas omninò certa. Probatur primò: quia dicta ſcripturarum ſupra notata non loquuntur diſtinctè de ſingulis Angelis ſingulorum iuſtorum cuſtodiæ deputatis, ſed tantum affirmant, aut ſignificant, iuſtos homines ab Angelis cuſtodiri, & aliquos ex eis præcipuos ab Angelo aliquo fuiſſe protectos, & à malis imminentibus liberatos. Secundò, quia multi ex Patribus non ſatis diſtinctè de cuſtodia ſingulorum iuſtorum, per ſingulos Angelos exercita loquuntur, ſed tantum aſſerunt, iuſtos homines ab Angelis cuſtodiri. Communis autem fidelium exiſtimatio, ſi perſpicuè non ſit Apoſtolica traditio, aut Eccleſiæ definitio, non conſtituit dogma fidei; de multis enim multæ ſunt probabiles tantùm, ac pię fidelium opiniones.

Sexta concluſio: Negare ſingulos homines iuſtos à ſingulis Angelis cuſtodiri, non ſolum eſt temerarium, ſed videtur etiam erroneum, aut ſaltẽ errori proximum. Probatur primò: quia videtur eſſe communis opinio fidelium, & eam docent omnes Scholaſtici, & multi ex ſanctis Patribus eam affirmant ex ſacris litteris, quæ pluribus in locis hanc veritatem indicant, quamuis non omninò diſtinctè ſignificent.

Septima concluſio: Singulos Angelos, ſingulis magnæ, & excellentis iuſtitiæ viris cuſtodiendis fuiſſe deputatos, tam in veteri, quàm in nouo Teſtamento videtur eſſe fidei dogma neceſſariò credendum. Probatur primò: Quia diuinæ ſcripturæ in multis locis ſupra notatis veritatem hanc ſatis apertè ſignificant. Hanc affirmant Chriſoſtomus chriſoſt. Hom. 3. in Epiſt. ad Coloſſ. & alij Patres de omnibus iuſtis, vel de omnibus etiam fidelibus idem aſſerentes: & eſt communis opinio fidelium exiſtimantium, ſingulos quoſque iuſtos à ſingulis Angelis cuſtodiri: Si quis tamen aſſereret, veritatem hanc non eſſe de fide, non facilè eſſet (vt arbitror) tanquam hæreticus arguendus; loca namque diuinæ ſcripturæ ſupra notata ex Gen.

cap.21.& cap.28.& Thobiæ 5.& Iudith.13.de Angelo quidem custodiente loquuntur, non tamen affirmant, eum illi soli personæ, de qua sermo ibi est, toto vitæ cursu custodiendæ fuisse deputatum; dici namq; posset, Angelum curam gessisse Iacob à iuuentute, sed alios, vel omnes etiam eiusdem familiæ viros custodiuisse. Quod de alijs, qui ab aliquo vno Angelo custoditi fuisse narrantur, multò facilius dici potest. Locus autem Actorum 12. non omninò conuincit, quia diuina scriptura opinionem dicentium: *Angelus eius est*, non narrat, vt omninò certam, & veram. Petrũ scilicet habuisse Angelum illi soli custodiendo deputatum, sed vt opinionem recensét existentium in illa domo. Vt autẽ

Bannes

erudité docet Bannes supra quæst. 1. art. 10. dubio quinto, dicta personarum, quæ loquentes inducuntur in sacris litteris, maiorem non habent authoritatem, & firmitatem, quàm tribuat eis sacer scriptor; vel quam habeant aliũdè ipsa pronunciata.

Secundò dico, Petrũ fuisse totius Ecclesiæ Principem, & Christi Vicarium ab eo delegatum, cui pro summa gradus, & officij celsitudine vnus aliquis ex præcipuis Angelis ministrantib. director, & custos secundum leges diuinæ prouidentiæ debebatur. Fideles itaq; domus illius, qui Petrum esse totius Ecclesiæ Catholicæ caput, & Christi Vicarium optimè nouerant, Angelum eius custodẽ pulsantem ad fores esse crediderunt. Ex quo patet nulla probabili consequentia deduci posse, singulis alijs fidelibus, aut iustis, aut etiam excellentis iustitiæ viris singulos Angelos ad custodiam fuisse delegatos.

Argumenta, & solutiones.

Malchius

CONtra primam, tertiam, & quintam Conclusiones argumẽtatur Malonius primò ex scripturis, & Patribus, quorum sensum superius explicauimus, ac proindè his argumentis nihil probat, nisi secundam, quartam, sextam, & septimam conclusiones nostras.

Secundò arguit: Quia communis est consensus Ecclesiæ, & omnium Scholasticorum, qui sufficit ad constituendam propositionem de fide, ergo. Et confirmatur: quia Sancti Patres vnanimiter consentiunt in conclusione D. Thom. ergo est traditio Apostolica.

Respondetur primò, Scholasticos Doctores nõ docere propositiones illas, tanquam fidei dogmata necessariò credenda, sed tamquàm Conclusiones valdè probabiles, & diuinarum scripturarum, & sanctorum dictis valdè cõsonas. Secundò dico: Magistrum sententiarum nihil in hac re determinare voluisse, & quosdam alios diuersa sẽsisse. Tertiò dico, communem scholasticorum consensum propositionem aliquam asserentium, vt necessariam, & euidenti consequentia deductam ex sacris litteris, aut ex Apostolicis traditionibus, aut ex Conciliorum Vniuersalium definitionibus, aut ex Pontificijs decretis aliquid ad fidem attinens decernentibus esse fidei veritatem; sic autem scholastici nullam ex dictis veritatibus affirmant, sed eas docent, vt probabili consecutione deductas ex diuersis diuinarum scripturarum dictis, & Patrum sententijs supra notatis, qui nec omnes conueniunt, nec plures ex eis satis distinctè loquũtur. Quartò dico, consensum Ecclesiæ, ideſt Concilij generalis, vel etiam consensum Ecclesiæ, ideſt totius populi Christiani in aliquam veritatem, tamquàm in dogma fidei constituere propositionem de fide, non autem si fit consensus in aliquam propositionem, tamquàm probabilem, & ad fidẽ minimè necessariam, quales videntur esse prædictæ veritates de singulorum Angelorum custodia, circa singulos homines, aut circa fideles, aut circa iustos. Videnda sunt, quæ de hac materia scribunt

Bannes, Zumellus

Bannes & Zumellus supra q. 1. art. 8. Ad confirmationem negatur antecedens; non.n.omnes consentiunt, nec satis distinctè loquuntur de singulis Angelis, & singulis hominibus. Secundò dico, nullam esse consequentiam; consensus enim Patrum in aliquam veritatem non conuincit, eam esse traditionem Apostolicam, nisi in eam ità consentiant, vt asserant eam esse traditionem Apostolicam. Vide, si placet, Bellarminum Tom. 1. lib. 4. de Verbo Dei non scripto cap. 9. vbi tradit quinque regulas, quibus cognosci possunt Apostolicæ traditiones.

Bellarm.

Tertiò: Deus ordinauit omnes homines ad Beatitudinem; ergo dedit eis media sufficientia; ergo singulis hominibus, singulos Angelos custodes assignauit. Prima consequentia probatur; quia Deus nulli negat media sufficientia, vt ait sacrum Concilium Tridentinum sessione 6. cap. 13.

Huic argumento facilè responderent oppositũ tenentes; dicerent enim, nullam esse secundam consequentiam; quia sufficiens medium pro pluribus hominibus ad salutem potuit esse vnius Angeli custodia.

Quartò: Homines semper impugnantur à dæmonibus; ergo debet esse illis præstò Angelus bonus custodiens; ergo singulis, &c. Consequentia patet; quia Eccl 42. dicitur: *Omnia duplicia, vnum contra vnum, & non fecit quidquam deesse.*

Eccl 42.

Sed huius etiam argumenti nulla est secunda consequentia; dici namq; potest, vnum Angelum bonum diuina virtute suffultum pluribus hominibus custodiendis, ac pluribus dæmonibus depellendis sufficere. Ad probationem dico, sermonem ibi esse de partibus Vniuersi, ac præcipuè de elementis, & eorum qualitatibus; vnius enim elementi singulæ qualitates singulas habent in altero sibi contrarias; humiditati siquidem aquæ siccitas ignis opponitur, & frigiditati caliditas, &c. prout ibi Lyranus exponit eleganter Glossæ ordinariæ sequens expositionem.

Lyranus.

Contra easdem Conclusiones argumentatur Porreta, & primò: multa producit diuinarum scripturarum dicta: quorum sensum iam explicauimus.

Porreta.

Secundò arguit: Quia Sixtus V. in quadã constitutione edita anno 1586. nonis Ianuarij contra exercentes artem Astrologię iudiciariæ sic loquitur: *Nonnè nobilissimæ intelligentiæ Angelis ipsi omnes sint administratorij spiritus in ministeriũ missi propter eos,*

Sixtus Quintus.

eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis? Nam rationales A
omnes ita diligit Deus, vt non ſolum Epiſcopos (quemad
modum à S. Ambroſio ſcriptum eſt) ad tuendum gre-
gem ordinauerit, ſed etiam angelos deſtinauerit. Præcla-
re etiam S. Hieronymus ait; Magna dignitas animarũ,
vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiam
ſui Angelum delegatum. Quod ſi angeli homines cuſto-
diunt, quid aduerſus angelorum cuſtodiam, & tutelam
aſtra moliri, aut efficere poterunt, quæ cum ipſis angelis
nullo modo ſunt comparanda.

Reſpondetur in definitionibus, ſiue Decretis ſummorum Pontificum, & Conciliorum intentionem eorum præcipuam eſſe diligenter conſideran- Nota Regulam.
dam, accuratèq; diſcernendum id, in quod veluti B
in ſcopum tota verborum ſeries, & oratio definitiua dirigitur, ab ijs, quæ tamquam media ſuauiter in ſcopum, ſiue finem ducentia præmittuntur. Quod enim in Decretis Pontificum, & Conciliorũ definitionibus veluti finis intenditur, & vt fidei veritas determinatur, aut agendum, vitandumue decernitur, id ab omnibus fidelibus certa, firmaq; fide tenendum eſt, & in ijs, quę ad mores attinent, inuiolabiliter eſt obſeruandum. Cętera verò, quæ ad illud fidelibus explicandum, ſuadendum, ac ſuauiter proponendum decreta alibus illis ſanctionibus inſeruntur, quamquàm maximæ ſint authoritatis, non ſunt tamen omnia, & ſingula, vt fidei C
dogmata recipienda; prout etiam declarant expoſitores ſupra quæſt. 50. artic. 1. & quæſt. 60. art. 3. Sic igitur in propoſito Sixtus Quintus volens artẽ Aſtrologiæ iudiciariæ circa humanos actus condemnare, angelicam cuſtodiam aſſumpſit, vt medium ad illius incertitudinem, fallaxq; iudicium fidelibus declarandum; idq; probat, non ex ſingulorum angelorum cuſtodia, circa ſingulos homines, ſed ſimpliciter ex Angelorum cuſtodia, quam eſſe firma fide tenendã ſupra docuimus: quod patet ex vltimis verbis ex illa conſtitutione relatis, ex quibus tale conficitur argumentum; Aduerſus angelorum cuſtodiam, & tutelam nihil poſſunt aſtra moliri, aut efficere; ſed Angeli homines cuſtoD
diunt; ergo. Maior probatur; quoniam aſtra cum ipſis Angelis nullo modo ſunt comparãda. Minor verò probatur authoritate Scripturæ: *Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, &c.* & ex dictis Sanctorum Ambroſij, & Hieronymi. Et quamuis S. Hieronymi verba ſingulorum angelorum cuſtodiã exprimant circa ſingulos, hoc tamen, vt dogma fidei nec proponit, nec determinat ibi Summ' Pontifex; cum nec minor ibi probãda ſingulos homines a ſingulis Angelis aſſerat cuſtodiri, ſed ſimpliciter homines ab Angelis cuſtodiri. Heb. 1.

Tertio affert dictum ſancti Bernardi Serm. 11. E
in Pſalm. 90. vbi de Angelo cuſtode loquens ait: *Si* S. Bernar.
fidem conſulas, probat Angelicam tibi præſentiam non
deeſſe; ergo ſecũdum Bernardum dogma fidei eſt, Angelicam circa vnumquemq; cuſtodiam dari.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam; aliud eſt enim fidem docere, nulli deeſſe præſentiam angelicam, quod eſt verisſimum, & aliud eſt, ſingulis hominibus Angelos aſſiſtere cuſtodes; quod fidem conſulere, vel docere nõ affirmat Bernard.

Quartò arguit; Quia Concilium Florentinum ſeſſione 20. Epiſtolam Magni Baſilij contra Eunomium approbat, in qua ſic legitur: *Alij angelorum gentibus præpoſiti ſunt, alij fidelium ſingulos conſequũtur, quibus ſingulorum tutela commiſſa eſt. Quod verò ſingulis fidelium adſit Angelus, vt Pedagogus quidam, & Paſtor ad vitam dirigendam, nemo contradicet, qui verborum Domini recordatur dicentis; Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei.*

Reſpondetur, verba quidem illa in Concilio Florentino fuiſſe relata à Ioanne Theologo pro Eccleſia latina diſputante cum Marco Theologo Epheſio Græcorum opinionẽ defendente de Proceſſione Spiritus ſancti à ſolo Patre: ſed nec ibi, nec alibi Concilium Epiſtolam illam approbauit, ſed Catholicam tantum Sancti Baſilij ſentẽtiam de Proceſſione Spiritus ſancti à Patre, & Filio definiuit, non in ea ſeſſione, in qua ſola dictorum duorum Theologorum diſputatio legitur, ſed in vltima. Quem autem ſenſum, & vim habeant illa verba Domini: *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei*: ſuperius explicauimus ex Caietano. Matth 18.

Contra eaſdem concluſiones ſunt argumenta, quę profert, & ſoluit Zumellus in ſua quæſtione ad hunc articulum. Zumellus

Contra quintam concluſionem producit Bannes ſanctorum dicta, quorum ſenſum in præcedentibus ſatis explicauimus. Banner.

An autem perſonis publicis, putà Pontificibus, Regibus, Ducibus, & alijs Communitatum, aut Collegiorum Præfectis præter Angelum eius, veluti particularis perſonæ cuſtodem, ſit alius Angelus à Deo deputatus ad eas, vt publicas perſonas in officijs communibus, & actibus in ordine ad commune bonum dirigendas, & ex qua Hierarchia, vel ordine deſumatur, explicat hic eruditè Bannes dubio ſuo ſecundo, ad hunc articulum.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrum cuſtodire homines pertineat ſolum ad infimum ordinem Angelorum.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd cuſtodire homines non pertineat ſolum ad infimum ordinem Angelorum. Dicit enim Chryſoſt.* quòd hoc, quod dicitur Matth. 18. Angeli eorum in cœlo, &c. intelligitur, non de quibuſcunque Angelis, ſed de ſupereminentibus: ergo ſupereminentes Angeli cuſtodiunt homines. 2 Præterea. Apoſt. ad Hebr. 1. dicit, quòd Angeli ſunt in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiũt ſalutis: & ſic videtur, quòd miſsio Angelorum ad cuſtodiam hominum ordinetur: ſed quinque ordines in exterius miniſterium mittuntur, vt ſupra dictum eſt.* Ergo omnes Angeli, quinque ordinum cuſtodiæ hominum deputantur. 3 Præterea. Ad cuſtodiam hominum maxi- 555 2.d. 11. q. 1 art. 2. Hom. 60. in Matt. parum ante med. to. 2. q. præc. a. 1

mè videtur eſſe neceſſarium arcere dęmones, quod maximè pertinet ad Poteſtates, ſecundum Greg.* & miracula facere, quòd pertinet ad Virtutes: ergo illi etiam ordines deputantur ad cuſtodiam, & non ſolum Virtutes.

Hom. 34. in euang. ante med.

Sed contra eſt, quòd in Pſal. cuſtodia hominum attribuitur Angelis, quorum ordo eſt infimus, ſecundùm Dionyſ.*

Ca. 6. & 9. cœl. hier. Ar. præc. ad 1. D. 162.

Reſpondeo. Dicędum, quòd, ſicut ſupra dictum eſt,* homini cuſtodia dupliciter adhibetur. Vno modo cuſtodia particularis, ſecundũ quod ſingulis hominibus, ſinguli Angeli ad cuſtodiam deputantur, & talis cuſtodia pertinet ad infimum ordinem angelorum, quorum ſecundùm Greg.* eſt minima nuntiare. Hoc autem videtur eſſe minimum in officijs angelorum, procurare ea, quæ ad vnius hominis ſalutem pertinent. Alia verò eſt cuſtodia vniuerſalis, & hæc multiplicatur ſecundùm diuerſos ordines; nam quantò agẽs fuerit vniuerſalius, tantò eſt ſuperius. Sic igitur cuſtodia humanæ multitudinis pertinet ad ordinem Principatuum, vel fortè ad Archangelos, qui dicuntur Principes angelorum. Vnde, & Michael, quem Archangelum dicimus, vnus de principibus dicitur Dan. 10. Vlterius autem ſuper omnes naturas corporeas habent cuſtodiam Virtutes. Et vlterius etiam ſuper dœmones habent cuſtodiam Poteſtates. Et vlterius ſuper bonos ſpiritus habent cuſtodiam Principatus, vel Dominationes, ſecundum Greg.*

Hom. 34. ante med.

Hom. 34. in euang. non multũ ante med.

Ad primum ergo dicendum, quòd verbum Chryſoſt. poteſt intelligi, vt loquatur de ſupremis in ordine infimo Angelorum. Quia, vt Dionyſ.* dicit, in quolibet ordine ſunt primi, medij, & vltimi. Eſt autem probabile, quòd maiores Angeli deputentur ad cuſtodiam eorum, qui ſunt ad maiorem gradum gloriæ à Deo electi.

Ca 4. cœl. hier à med. ium.

Ad ſecundum dicendum, quòd non omnes Angeli, qui mittuntur, habent particularem cuſtodiam ſuper ſingulos homines: ſed quidã ordines habẽt vniuerſalem cuſtodiam magis, vel minus, vt dictum eſt.*

Infolu ad arg. præc.

Ad tertium dicendum, quòd etiam inferiores Angeli exercent officia ſuperiorũ, inquantum aliquid de dono eorum participant, & ſe habent ad ſuperiores, ſicut executores virtutis eorum. Et per hunc modum etiam omnes Angeli infimi ordinis poſſunt, & arcere dęmones, & miracula facere.

Forma Textus.

PRæmiſſa diſtinctione, duabus concluſionibus reſpondetur quæſito. Diſtinctio eſt: Homini cuſtodia duplex adhibetur, vna particularis, ſecundùm quod ſingulis hominibus ſinguli Angeli ad cuſtodiam deputantur: alia eſt vniuerſalis reſpiciens primò totum Collegium, ſecundariò verò ſingulas perſonas, quæ illius Collegij ſunt partes.

A

Prima concluſio: Cuſtodia hominum particularis pertinet ad infimum ordinem Angelorum. Probatur: Angelorum eſt minima nunciare; ſed minimum in officijs Angelorum eſt procurare ea, quæ ad vnius hominis ſalutem pertinent: ergo. Maior eſt D. Gregorij.

Secunda concluſio: Cuſtodia vniuerſalis multiplicatur ſecundùm diuerſos ordines. Probatur primò: quia quantò agens fuerit vniuerſalius, tantò eſt ſuperius; ergo cuſtodia humanæ multitudinis pertinet ad ordinẽ Principatuũ, vel forte ad Archangelos, ſuper omnes autem naturas cura pertinet ad Virtutes, et vlterius ſuper dęmones cuſtodia pertinet ad Poteſtates, denique ſuper bonos ſpiritus cuſtodia conuenit Principatibus, vel Dominationibus ſecundùm Gregorium.

B

Deindè declarat S. Doct cur dixerit, vel fortè ad Archangelos, quoniam Archangeli dicuntur Principes: quod probat, quia Michael, quem Archangelum dicimus, vnus de Principibus dicitur Danielis decimo.

Expoſitio Textus.

IN diſcurſu præſentis articuli obſeruanda primò eſt vis conſequentiæ in probatione ſecundæ concluſionis, quæ in tribus conſiſtit. Primum eſt conuerſio illius propoſitionis: Quantò agens fuerit vniuerſalius, nimirum vniuerſalitate cauſalitatis, & extenſionis ad plures effectus, tantò eſt ſuperius, vt ſcilicet per conuerſionem dicatur: Quantò agens fuerit ſuperius, tantò eſt vniuerſalius. Secundũ eſt propoſitio ſubſumenda, quæ non niſi virtualiter habetur in textu, videlicet: Sed Archangelis Virtutes ſunt ſuperiores, & Virtutibus Poteſtates, & Poteſtatibus Principatus ſecundùm Gregorium: ex quo ſequitur, Virtutibus aſsignandam eſſe vniuerſaliorem cauſalitatem, & effectũ, quàm Archangelis, & ſic de alijs aſcendendo; igitur cuſtodia vniuerſalior aſsignanda eſt Virtutibus, quàm ſit ea, quæ tribuitur Archangelis, &c. Tertium, quod non exprimitur, ſed manifeſtè ſupponitur, eſt, maiorem eſſe corporearum omniũ naturarum multitudinem, quam ſit humana multitudo, & dœmones eſſe plures, & nobilioris naturæ, quam ſint ſpecies rerum corporearum, & Angelos bonos plures eſſe malis. Ex his namque ſequitur euidenter, Archangelis, vt omnium dictorum ordinum infimis, cuſtodiam humanæ multitudinis, quæ dictarum omnium multitudinũ minima eſt, conuenire, Virtutibus autem in ordine ſuperiori conſtitutis corporearum omnium naturarum curam eſſe tribuendam, Poteſtatibus autem adhuc ſublimioribus congruere facultatem dœmonibus imperandi, Principatibus denique miniſtrantium omnium ſummis deberi præſidentiam ſuper bonos Angelos inferiorum ordinum. Ex his vlterius ſequitur ſecunda concluſio D. Thomæ, videlicet cuſtodiam vniuerſalem multiplicari ſecundùm diuerſos ordines.

C

D

E

Cum autem multipliciter diuidatur humana mul-

multitudo,ſcilicet in Regna, quæ diuiduntur in Prouincias.quarum ſunt multæ Ciuitates, & Oppida,& in Ciuitatibus diuerſa Collegia, tam Eccleſiaſtica,quam ſæcularia,certum eſſe debet vnicuique multitudini vnum aliquem Angelum ex prænominatis ordinibus eſſe præpoſitum iuxta cuiuſq; multitudinis dignitatem,& gradum. Quod ex pluribus diuinarum ſcripturarum locis Sancti Patres probare conſueuerunt. Primus eſt Deuteronom. 23. Vbi iuxta vulgatam editionem legitur: *Conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael:* At ſecundùm verſionem ſeptuaginta interpretum legitur: *Conſtituit terminos populorum iuxta numerum Angelorum Dei.* Secundus Dan. 10. *Princeps Regni Perſarum reſtitit mihi viginti, & vno diebus. Et ecce Michael vnus de Principibus primis venit in adiutorium meum.* Et in Apoc. cap.2.& 3. ſub Angeli nomine quilibet vnius ex ſeptem ibi recenſitis Eccleſijs Epiſcopus nominatur,tamquam diuinitus eius cuſtodiæ deputatus, ſicut Angeli ad populorum,& Collegiorum regimina delegantur, vt etiam ex Patribus plures affirmant, Dionyſius cap.9. cœleſt.Hierarchiæ, Nazianzenus in oratione ad centum quinquaginta Epiſcopos, Clemens Romanus lib.2.recognitionum, Damaſus lib.2.c. 3.Remigius in Zach. cap.1. Origenes Homil.9. in Gen.& Hom.24.in Lucam, & Sanctus Salonius in Dialogo in Eccleſ.& alij.

Dan 23.

Dan. 10.

Apoc.2.& 3.

Dionyſ. Nazianz. Clemens. Damaſus. Remigius Origen. Salonius.

Aduerte præterea Valentiam in ſuo Commentario ad hanc quæſtionem aſſerere, committi nõnunquàm ſuperiorum ordinum Angelis cuſtodiã hominum ſingularium ob dictum illud Chriſoſtomi Hom.60.in Matth. *De ſupereminentibus Angelis dictum eſt illud Angeli eorum,&c.* Cui iam ſatisfecerat in hoc art.S.D.ad primum.

Valentia.

Chriſoſt.

Huius etiam expoſitoris opinionem impugnat Vaſquez,diſp.245.cap.1.in fine,& Ripa ſuper hoc articulo.Vt enim ſcitè Vaſquez obſeruat, ſi Chriſoſtomi teſtimonium quicquam valeret,probaret etiam, omnes Angelos cuſtodes eſſe de ſupremo ordine,quod nullus Schòlaſticorum hactenùs affirmauit.

Vaſquez. Ripa.

Poſtremò ſcito, D. Thomam in 2.ſent. diſt.11. quæſt.1.art.2.multa dixiſſe,quæ ad huius articuli materiam illuſtrandam maximè conferunt. Quæ omnia Zumellus in ſuum trãſtulit Commentariũ.

D Thom.

Zumellus.

ARTICVLVS IV.

Vtrum omnibus hominibus Angeli ad cuſtodiam deputentur.

D quartum ſic proceditur. Videtur,quòd non omnibus hominibus Angeli ad cuſtodiam deputentur. Dicitur enim de Chriſto, Philip.2.quòd eſt in ſimilitudinẽ hominum factus,& habitu inuentus, vt homo. Si igitur omnibus hominibus Angeli ad cuſtodiam deputantur,etiam Chriſtus Angelum cuſtodẽ habuiſſet:ſed hoc videtur inconueniẽs, cum Chriſtus ſit maior omnibus Angelis.Nõ ergo omnibus hominibus Angeli ad cuſtodiã deputantur.

2 Præterea. Omnium hominum primus fuit Adam:ſed ſibi non cõperebat habere Angelum cuſtodem, ad minus in ſtatu innocentiæ,quia,tunc nullis periculis anguſtiabatur: Ergo angeli non præficiuntur ad cuſtodiam omnibus hominibus.

3 Præterea.Hominibus angeli ad cuſtodiã deputantur, vt per eos manducantur ad vitã æternam,& incitentur ad benè operandum,& muniantur contra inſultus dœmonum: ſed homines præſciti ad damnationem,nunquã perueniunt ad vitam æternam: infideles etiam, etſi interdum bona opera faciant, non tamen benè faciunt,quia nõ recta intentione faciũt. Fides enim intentionem dirigit, vt Aug.* dicit Antichriſti etiam aduentus erit ſecundùm operationem Sathanæ, vt dicitur 2. ad Theſſal. 2.Non ergo omnibus hominibus angeli ad cuſtodiam deputantur.

Aug in pfatione rſ. 31.nõ multum ante med.to 8. Art.1 huius quæſt. in arg ſed contra.

Sed contra eſt authoritas Hierony.* ſupra inducta,qui dicit,quòd vnaquæque anima ad ſui cuſtodiam habet angelum deputatum.

Reſpondeo. Dicendum,quòd homo in ſtatu vitæ iſtius conſtitutus, eſt quaſi in quadam via,qua debet tẽdere ad patriam. In qua quidem via multa pericula homini imminent tũ ab interiori,tum ab exteriori, ſecundùm illud Pſalm.141.In via hac,qua ambulabam,abſcõderunt laqueum mihi. Et ideo,ſicut hominib. per viam non tutam ambulantibus dantur cuſtodes,ita,& cuilibet homini,quamdiù viator eſt,cuſtos angelus deputatur. Quando autem iam ad terminum viæ peruenerit,iam non habebit Angelum cuſtodem, ſed habebit in regno angelum corregnantem: in inferno dęmonem punientem.

Ad primum ergo dicendũ, quòd Chriſtus, ſecundùm quod homo,immediatè regulabatur à verbo Dei:vnde non indigebat cuſtodia angelorum. Et iterum ſecũdùm animam erat comprehenſor,ſed ratione paſsibilitatis corporis erat viator.Et ſecundùm hoc non debebatur ei angelus cuſtos, tanquam ſuperior, ſed magis miniſter,tanquam inferior. Vnde dicit Matth.4.quòd acceſſerunt angeli,& miniſtrabant ei.

c 139

Ad ſecundum dicendum, quòd homo in ſtatu innocentiæ,non patiebatur aliquod periculum ab interiori:quia interius erant omnia ordinata,vt ſupra dictum eſt: ſed imminebat ei periculum ab exteriori propter inſidias dęmonum,vt rei probauit euentus.Et ideò indigebat cuſtodia angelorum.

q.85.ar.4.

Ad

Digitized by Google

Ad tertium dicendum, quòd, sicut præsciti, & infideles, & etiam Antichristus, non priuantur interiori auxilio naturalis rationis: ita etiam non priuantur exteriori auxilio toti naturæ humanæ diuinitus concesso, scilicet custodia angelorum, per quam, etsi non iuuentur quantum ad hoc, quòd vitam æternam bonis operibus mereantur, iuuantur tamen, quantũ ad hoc, quòd ab aliquibus malis retrahuntur, quibus, & sibiipsis, & alijs nocere possunt. Nã, & ipsi dæmones arcentur per bonos Angelos, nè noceant, quantum volunt. Et similiter Antichristus non tantum nocebit, quantum vellet.

A

B

Forma Textus.

VNa distinctione, & duabus conclusionibus respondetur quæsito. Distinctio est: Duplex est hominis status, scilicet viæ, & termini.

Prima conclusio: Cuilibet Homini, quamdiu Viator est, custos Angelus deputatur. Probatur: Hominibus per viam non tutam, sed periculis imminentibus plenam ambulantibus dantur custodes; sed homo in statu viæ istius constitutus est quasi in quadam via, qua debet tendere ad Patriam: ergo cuilibet homini, quamdiù Viator est, &c.

Maior patet. Minor probatur dupliciter: Primò ratione, quia homini Viatori multa imminent pericula, tũ ab interiori, tum ab exteriori; ergo. Secundò authoritate Psal. 141. In via hac, qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi.

Secunda conclusio: Homo, quando iam ad terminum viæ peruenerit, non habebit Angelum custodem; sed habebit in Regno Angelum coregnantem, in Inferno autem dæmonem punientem.

Expositio Textus.

TOta præsentis Articuli difficultas in tribus argumentis, & responsionibus S. Thomæ consistit. Quas tribus quæstionibus examinat, & tuetur Zumellus, additis etiam quibusdam alijs argumẽtis, & solutionibus ex Diuo Thoma in secundo sent. dist. 11 quæst. 1. art. 3. Sed, si benè perspecta fuerit doctrina, tam huius articuli, quàm illius articuli tertij in secundo sent. nulla erit amplior explicatio necessaria. Videat ergo scripta Zumelli, qui voluerit.

D. Thom. Zumellus.

Vide, si lubet, Porrectam in appendice, vbi declarat optimè responsiones ad primum, & ad tertium argumentum.

Porrecta.

C

D

E

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrum Angelus deputetur homini ad custodiam à sua natiuitate.

AD quintum sic proceditur. Videtur; quod Angelus non deputetur homini ad custodiam à sua natiuitate. Angeli enim mittũtur in ministerium propter eos, qui hæreditatem salutis capiunt, vt Apostolus ad Hebr. dicit: sed homines incipiunt hæreditatem capere salutis, quando baptizantur: Ergo Angelus deputatur homini ad custodiam à tempore baptismi, & non à tempore natiuitatis.

557

2 Præterea. Homines ab Angelis custodiũtur, inquantum ab eis illuminantur per modũ doctrinæ: sed pueri mox nati non sunt capaces doctrinæ, quia non habent vsum rationis: ergo pueris mox natis non deputantur Angeli custodes.

3 Præterea. Pueri in materno vtero existentes habent animam rationalem aliquo tempore, sicut, & post natiuitatem ex vtero: sed cum sunt in materno vtero non deputantur eis Angeli ad custodiam, vt videtur, quia neque etiã ministri Ecclesiæ eos sacramentis imbuunt. Non ergo statim à natiuitate hominibus Angeli ad custodiam deputantur.

Sed contra est, quod Hier. * dicit, quòd vnaquæque anima ab ortu natiuitatis habet in custodiam sui Angelum deputatum.

Loco cit. art. 2. huius q. arg. sed cõtra. Orig. homil. 6. in Matt. non multũ remote à fine to. 3.

Respondeo. Dicendum, quòd sicut Orig. dicit super Matt. * super hoc est duplex opinio. Quidam enim dixerunt, quòd Angelus ad custodiam homini deputatur à tempore baptismi: alij verò, quòd à tẽpore natiuitatis, & hanc opinionem Hieron. * approbat, & rationabiliter. Beneficia enim, quæ dantur homini diuinitus, ex eo, quòd est Christianus, incipiunt à tempore baptismi: sicut perceptio Eucharistiæ, & alia huiusmodi. Sed ea, quæ prouidentur homini à Deo, inquantum habet naturam rationalem, ex tunc ei exhibentur, ex quo nascendo talem naturam accipit. Et tale beneficium est custodia angelorum, vt ex præmissis patet. * Vnde statim à natiuitate habet homo Angelum ad sui custodiam deputatum.

Sup illud. Matth. 18. Angeli eorũ semper. to. 9.

Ar. 1. & 4. huius q. 2. 164.

Ad primum ergo dicendum, quòd Angeli mittuntur in ministerium efficaciter, quidem propter eos solos, qui hæreditatem capiunt salutis, si consideretur vltimus effectus custodiæ, qui est perceptio hæreditatis. Nihilominus tamen, & alijs ministerium Angelorum non subtrahitur: quamuis in eis hanc efficaciam nõ habeat, quòd perducantur ad salutem. Efficax tamen est circa eos Angelorum ministerium, inquantum à multis malis retrahuntur.

Ad secundum dicendum, quòd officium custodiæ ordinatur quidem ad illuminationem doctrinæ, sicut ad vltimum, & principalem effectum. Nihilominus tamen multos alios effectus habet, qui pueris competunt, scilicet arcere dæmones, & alia nocumenta, tam corporalia, quàm spiritualia prohibere.

Ad

Ad tertium dicendum, quòd puer quamdiu est in materno vtero, nõ totaliter est a matre separatus, sed per quandam colligationẽ est quodammodo adhuc aliquid eius: sicut,& fructus pendens in arbore,est aliquid arboris. Et ideò probabiliter dici potest, quòd Angelus,qui est in custodia matris, custodiat prolẽ in matris vtero existentem. Sed in natiuitate, quando separatur à matre, Angelus ei ad custodiam deputatur, vt Hieron. dicit*

p. 165.

Leo in arg sed cõtra, citato.

Sensus quæsiti.

CVm duplex sit hominis natiuitas;altera in vtero,& altera ex vtero, de hac posteriori principuè quæstio est;quæ tamen ad priorem extenditur secundariò,vt patet ex tertio argumento, & eius responsione.

Forma Textus.

DIa primò referuntur opiniones ex Origene,deindè quæsito respondetur vnica conclusione. Prima opinio fuit dicentium, Angelum ad custodiam homini deputari à tempore Baptismi. Secunda verò fuit asserentium,angelum ad custodiam hominis delegari à tempore natiuitatis.

Conclusio est: Angelus homini deputatur ad custodiã à tempore natiuitatis. Probatur primò,authoritate Hieronymi. Secundò ratione: Quia beneficia, quæ dantur homini diuinitus ex eo,quòd est Christianus, differunt à beneficijs, quæ conferuntur eidem,inquantum habet naturam rationalem: quod illa incipiunt à tempore Baptismi,hęc autem ex tunc ei exhibentur, ex quo nascendo talem naturam accepit. At custodia angelorum est beneficium huius secundi generis;ergo.

Maior quo ad prioris ordinis beneficia, declaratur ex perceptione Sacramenti Eucharistiæ,& similium.

Minor relinquitur, vt clara ex supra dictis articulo primo,& quarto.

Expositio Textus.

DVbitatio est; quomodo perceptio Eucharistiæ incipiat à tempore Baptismi, vt hic ait Sanctus Doctor. Cui duplex potest adhiberi respõsio: Altera est Sanctum Thomam, hic vniuersaliter loqui de beneficijs,quæ diuinitus homini conferuntur,eo quòd est Christianus, de quibus ait, ea incipere tempore Baptismatis;quod verissimũ est per se loquendo; quia Baptismus ex sui natura est immediata præparatio ad omnia Sacramenta statim ab homine baptizato recipienda, quamuis per accidens ab eorum receptione contingat hominem impediri,vel ex defectu vsus rationis; & ita impeditur infans à perceptione Sacramenti Eucharistiæ,vel defectu ætatis;& sic impeditur à Matrimonio,& ab Ordinis Sacramento, vel ex defectu necessitatis,seu indigentiæ,& ita impeditur à Sacramento Pœnitentiæ,& extremæ Vnctionis. Aliam responsionem satis subtilem, & eruditam adhibet Porreda in appendice,quam vide,si placet. Idem etiam explicat accuratè conclusionem, & discursum præsentis articuli.

Porreda.

Circa responsionem ad tertium,vbi S. Doc. ait, probabiliter dici posse,Angelum,qui est in custodia Matris,custodire prolem in Matris vtero existentem;quia puer, quamdiù est in vtero Matris; non totaliter est à Matre separatus, sed per quandam colligationem est quodammodo aliquid ei*, quemadmodum fructus pendens ab arbore,est aliquid arboris,scito,Zumellum huic opponere veluti contrariam alteram responsionem eiusdẽ Angelici Doctoris in secundo sent. dist. 11. quæst. 1. art. 3. ad tertium,vbi ait,pueros in materno vtero subdi operibus diuinis,& angelorum, & ideo eis ab infusione animæ rationalis custodem Angelum assignari: Quam tamen apparentem cõtradictionem Conciliat Bergomensis dubio 164.& 165. dicens:illum Angelum,qui custodit Matrem, deputari ad custodiam infantis, quamdiu est in vtero eius,& quod hoc intendit Sanct. Doct.in 2.senten. vbi non asserit,proprium Angelum infanti adhuc in vtero existenti ad custodiam assignari, sed tantum ait,illi custodem Angelũ assignari, quod non incongruè potest intelligi:de Angelo Matris custode. Post natiuitatem autem ex vtero deputatur infanti proprius Angelus custos,vt hic affirmat S. Doct. Quare Zumellus falsum imponit Angelico nostro Doctori dicens,illum in secundo sent. asserere,puerum ab eo instanti, quo in vtero Matris habent animam rationalem,habere proprium Angelum ad sui custodiam deputatum, alium ab Angelo,qui Matrem eius custodit; falsum est enim, Angelum infantis custodem ibi vocari proprium, & ab Angelo Matrem custodiente distinctum.

Zumellus

Bergom.

ARTICVLVS VI.

VTrum Angelus custos quandoq; deserat hominem.

AD sextum sic proceditur. Videtur,quòd Angelus custos,quandoque deserat hominem, cuius custodiæ deputatur. Dicitur.n. Ierem. 51. ex persona Angelorũ. Curauimus Babylonem,& non est curata: derelinquamus ergo eam. Et Isa. 5. Auferam sepem eius,& erit in conculcationem. Glos.* .i. Angelorum custodiam.

558 2.d 11.q.1 art.4.

Glo. interlinearis ibid.

2 Præterea. Principalius custodit Deus, quàm Angelus:sed Deus aliquando hominem derelinquit,secundùm illud Psalm. 21. Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? Ergo multò magis Angelus custos hominem derelinquit.

3 Præterea. Sicut dicit Damas. Angeli,cum sunt hic nobiscum,non sunt in cœlo: sed aliquando sunt in cœlo: ergo aliquando nos derelinquunt.

li. 2. orth. fid. c. 3.

Sed contra. Dæmones nos semper impugnant, secundùm illud 1. Pet. 5. Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens, circuit quæ-

Digitized by Google

quærens,quem deuoret:Ergo multo magis bo ni Angeli,ſemper nos cuſtodiunt.

Reſpondeo.Dicendum,quòd cuſtodia Angeli,vt ex ſupradictis patet,*eſt quædam exe-
Art.2. huius q. cutio diuinæ prouidentiæ, circa homines facta. Manifeſtum eſt autem, quòd nec homo, nec res aliqua totaliter diuinæ prouidentiæ ſubtrahitur.Inquantum enim aliquid participat de eſſe,intantum ſubditur vniuerſali prouidentiæ entium.Sed intantum Deus ſecundũ ordinem ſuæ prouidentiæ dicitur hominem derelinquere,inquantum permittit hominem pati aliquem defectum,vel pœnæ, vel culpæ. Similiter etiam dicendum eſt, quòd Angelus cuſtos,numquàm totaliter dimittit hominem, ſed ad aliquid interdum eum dimittit, prout, ſcilicet non impedit,quin ſubdatur alicui tribulationi,vel etiam, quin cadat in peccatum, ſecundùm ordinem diuinorum iudiciorum.Et ſecundùm hoc Babylon, & domus Iſrael,ab Angelis derelictæ dicuntur: quia Angeli earũ cuſtodes non impediuerunt,quin tribulationibus ſubderentur. Et per hoc patet ſolutio ad Primum,& Secundum.

Ad tertium dicendum,quòd Angelus, etſi interdum derelinquat hominem loco, non tamen derelinquit eum, quantum ad effectum cuſtodiæ:quia,etiam cum eſt in cœlo,cognoſcit,quid circa hominem agatur: nec indiget mora temporis ad motum localem,ſed ſtatim
274 poteſt adeſſe.

Senſus quæſiti.

CVm deſerere dicatur tripliciter, vt patet in textu,ſcilicet ſimpliciter, ſiue totaliter, & ſecundum quid,& hoc duobus modis; vno modo permittendo defectum,alio modo è loco cuſtoditi recedendo:ſumitur in titulo verbũ deſerat principaliter iuxta primam ſignificationem.

Forma Textus.

CONcluſio eſt: Angelus cuſtos numquam totaliter dimittit hominem: ſed quo ad aliquid interdum eum dimittit,prout ſcilicet non impedit, quin ſubdatur alicui tribulationi,vel etiam, quin cadat in peccatum ſecundùm ordinem diuinorum iudiciorum.

Probatur: Nec homo,nec res aliqua totaliter diuinæ prouidentiæ ſubtrahitur,ſed in tantum Deus ſecundum ordinem ſuæ Prouidentiæ dicitur hominem derelinquere,inquantum permittit hominem pati aliquem defectum,vel pœnæ, vel culpæ; ergo ſimiliter dicendum eſt, quòd Angelus cuſtos numquam totaliter dimittit hominem, &c.

Antecedens quo ad primam partem probatur:Quoniam,inquantum aliquid participat de eſſe, intantum ſubditur diuinæ Prouidẽtiæ entium; omne autem,quod eſt,participat eſſe,ergo.

A *Quo ad ſecundam verò partem patet ex ſupra dictis de diuina Prouidentia. Conſequentia verò probatur; quia cuſtodia Angeli eſt quædam executio diuinæ Prouidentiæ,circa homines factæ. Ex his aperitur corollarie ſenſus eorum locorum diuinæ ſcripturæ,quæ producuntur in primo,& ſecundo argumento, & per eadem vtrumque diluitur.*

Expoſitio Textus.

REfert hic Zumellus ex Sancto Bonauentura duodecim Angelicæ cuſtodiæ beneficia, diuinarum ſcripturarum authoritatibus confirmata,quæ recenſet etiam Valentia ſuper hac q.exGa
B briele in 2.diſtinct.11. Zumellus Valentia

Totam huius articuli doctrinam declarat vberrimè Zumellus in ſua quæſt. ad hunc articulum ex doctrina præſertim Angelici Doct.in 2.ſent.diſtin.11.q.1.art.4. proponens, ac diluens quędam argumenta D.Thom.& nonnulla alia.

Angelus cuſtos quomodo ab aſpectu dæmonis poſſit abſcondi.

AVthor operis imperfecti in Matth.hom.5.dicit,Angelum bonum ſecundum Dei diſpenſationem aliquando recedere,ſeu magis ſe abſcõ
C dere,& inuiſibilem ſe reddere ante Diabolu. *Quoniam,niſi voluerit,*(inquit) *Angelus bonus,non videtur à Diabolo.* Quod dictum refert etiam Collector Bibliothecæ Patrum,notans in margine,delumptũ eſſe ex libro Paſtoris,qui Doctor eſt antiquiſſimus Sed quomodo poſſit Angelus bonus ab intuitu Dœmonis abſcondi,non facile eſt intelligere,cùm naturaliter Angeli ſe inuicem, vbicunque ſint,intueantur, nec poſſit Angelus bonus actum intelligentiæ Dœmonis impedire, alioquin illaberetur eius intellectui: dicere verò, bonum Angelũ id efficere virtute diuina,cum ſolido careat fundamento,minimè congruit. Auth. operis imperfe. in Matt. coll. Bibl.

D Videtur autem mihi,bonum Angelum hominis alicuius cuſtodiæ deputatum poſſe virtute ſua ab aſpectu Dœmonis abſcondi.De Angelo namq; cuſtode dupliciter loqui poſſumus:Vno modo abſolutè, ſine materialiter, quatenus ſcilicet talis Angel' eſt,puta Raphael, & hoc modo nequit abſcondi ab alterius Angeli cognitione non ſolũ abſtractiua,ſed nec etiã ab intuitiua: quilibet enim Angelus per inditam ſpeciem naturaliter alterum intuetur,vt patet ex ſupra dictis,quæſt.56. art.2. Alio modo de Angelo Cuſtode loqui poſſumus formaliter,quatenus eſt cuſtos; & hoc modo certum eſt,Angelum bonum ab Angeli mali cõſpectu poſ
E ſe ſeipſum naturali ſua virtute ſubtrahere, ita ſcilicet vt à Dœmone non videatur,vt cuſtos. Primò namq; Angeli cuſtodia, & eius continuatio effectus eſt diuinæ voluntatis,cuius ſecreta Dœmonibus ſunt occulta. Deinde Angeli cuſtodia conſiſtit,vel in actuali operatione tranſeunte circa cuſtoditum,vel in operationibus immanentibus intellectus,& voluntatis,quibus vel illuminat cuſtoditum,vel inuigilat eius cuſtodiæ,& in expeditione potentiæ ad operandum; ſic enim dicitur eſſe Reſolutio

præ-

præſens cuſtodito ſecundùm præſentiam ordinis. Poteſt autem Angelus circa cuſtoditum nihil operari, & alteri loco, vel etiam nulli ſe applicare, & cuſtoditum illuminare de rebus ſupernaturalib, aut alijs ad eius ſalutem pertinentibus, aut etiam inuigilare per actus intellectus, & voluntatis. Cōſtat autem actum illuminandi tam actiuè, quàm paſsiuè eſſe Dæmoni naturaliter occultum; quēadmodum etiam occulti ſunt illi naturaliter actus intellectus, & voluntatis cuiuslibet alterius Angeli.

Cum igitur in his poſita ſit Angelicæ cuſtodiæ ratio, ſatis euidenter apparet, Angelum cuſtodē, quatenus eſt cuſtos, ab intuitu Dæmonis abſcondi poſſe, & ita frequenter etiam euenire; neſcit .n. Diabolus, quandonā ex occulto Dei iudicio permittat Angelus cuſtos, hominem cuſtoditum alicui ſubdi tribulationi, vel in peccatū cadere, aut quando per internas illuminationes adiuuetur, aut per aſſiſtentis Angeli vigilantiam foueatur ob dictas cauſas.

ARTICVLVS VII.

Vtrum Angeli doleant de malis eorum, quos cuſtodiunt.

AD ſeptimum ſic proceditur. Videtur, quòd Angeli doleant de malis eorum, quos cuſtodiunt. Dicitur enim Iſa. 33. Angeli pacis amarè flebunt: ſed fletus eſt ſignum doloris, & triſtitiæ. Ergo Angeli triſtā tur de malis hominum, quos cuſtodiunt.

2 Præterea, Triſtitia eſt, vt Aug. dicit, de his, quæ nobis nolentibus accidunt: ſed perditio hominis cuſtoditi eſt contra voluntatem Angeli cuſtodis. Ergo triſtātur Angeli de perditione hominum.

3 Præterea. Sicut gaudio contrariatur triſtitia, ita pœnitentiæ contrariatur peccatum: ſed Angeli gaudent de peccatore pœnitentiā agente, vt habetur Luc. 15. Ergo triſtantur de iuſto in peccatum cadente.

4 Præterea. Super illud num. 13. Quicquid offertur primitiarum, &c. dicit glo. Orig. Trahuntur Angeli in iudicium, vtrum ex ipſorum negligētia, an hominum ignauia lapſi ſint: ſed quilibet rationabiliter dolet de malis, propter quæ in iudicium tractus eſt, ergo Angeli dolēt de peccatis hominum.

Sed contra. Vbi eſt triſtitia, & dolor, non eſt perfecta fœlicitas. Vnde dicitur Apocal. 21. Mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque vllus dolor: ſed Angeli ſunt perfectè beati, ergo de nullo dolent.

Reſpondeo. Dicendum, quòd Angeli non dolent neque de peccatis, neque de pœnis hominum.

A Triſtitia enim, & dolor, ſecundùm Auguſt. *non eſt niſi de his, quæ contrariantur voluntati. Nihil autem accidit in mundo, quod ſit contrarium voluntati angelorum, & aliorum beatorum: quia voluntas eorum totaliter inhęret ordini diuinæ iuſtitiæ: nihil autem fit in mūdo, niſi quod per diuinā iuſtitiam fit, aut permittitur.

Et ideo ſimpliciter loquēdo, nihil fit in mūdo contra voluntatem beatorum. Vt enim Philoſophus dicit in 3. Ethic. *Illud dicitur ſimpliciter voluntarium, quod aliquis vult in particulari, ſecundum quod agitur, conſideratis ſcilicet omnibus, quæ circunſtant, quamuis in vniuerſali conſideratum nō eſſet voluntarium. Sicut natura non vult proiectionem mercium in mare abſolutè, & vniuerſaliter conſiderando: ſed imminente periculo ſalutis hoc vult. Vnde magis eſt hoc voluntarium, quàm inuoluntarium, vt *ibidem dicitur.

Sic igitur angeli peccata, & pœnas hominum, vniuerſaliter, & abſolutè loquendo, non volunt: volunt tamen, quòd circa hoc ordo diuinæ iuſtitiæ ſeruetur, ſecundùm quam quidā pœnis ſubduntur, & peccare permittuntur.

Ad primum ergo dicendum, quòd verbum illud Iſaiæ poteſt intelligi de angelis ideſt nunciis Ezechiæ, qui fleuerūt propter verba Rapſacis, de quibus habetur Iſa. 37. Et hoc ſecundùm litteralem ſenſum. Secundum verò allegoricum, angeli pacis ſunt apoſtoli, & prædicatores, qui flent pro peccatis hominum.

Si vero ſecundùm ſenſum anagogicum exponātur de angelis bonis, tunc metaphorica erit locutio, ad deſignandum quod angeli volunt in vniuerſali hominum ſalutem. Sic enim Deo, & angelis, huiuſmodi paſſiones attribuuntur.

Ad ſecundum patet ſolutio per ea, quæ dicta ſunt.*

Ad tertium dicendum, quòd tam in pœnitentia hominum, quàm in peccato, manet vna ratio gaudij angelis, ſcilicet impletio ordinis diuinæ prouidentię.

Ad quartum dicendum, quòd angeli ducūtur in iudicium pro peccatis hominum, non quaſi reī, ſed quaſi teſtes ad conuincendum homines de eorum ignauia.

Senſus quæſiti.

DE malis tam culpæ, quàm pœnæ ſermo eſt, vt patet ex Concluſione.

Forma Textus.

CConcluſio eſt: Angeli non dolent neque de peccatis, neque de pœnis hominum. Probatur: Triſtitia, & dolor non eſt, niſi de his, quæ contrariantur voluntati.

Loco arg. 2.

1.3. Eth. c. 1 non- mote à li to. 5.

eō. li. iv ca. non ie mote à pr

In cor. art.

559 2. d. 11. q. 1 art 5:

colligitur ex li. 14. de Ciu Dei, c. 7. & 8 to mo 5.

Hom. 11. in Num. aliquantulum ante med. to. 1.

ti, ideſt quæ ſunt inuoluntaria ſimpliciter: At nihil accidit in Mundo, quod ſit contrarium voluntati angelorũ, & aliorum Beatorum; ergo. Maior probatur authoritate Auguſtini, & declaratur ex ratione oppoſiti, ſcilicet voluntarij, quoniam, vt ait Ariſt. in 3. Ethic. illud dicitur ſimpliciter voluntarium, quod aliquis vult in particulari, ſecundùm quod agitur, conſideratis ſcilicet omnibus, quæ circumſtant, quamuis in vniuerſali conſideratum non eſſet voluntarium: ſicut Nauta non vult proiectionem mercis in mare abſolutè, & vniuerſaliter cõſiderando, ſed imminente periculo ſalutis hoc vult, & ideò magis eſt hoc voluntarium, quàm inuolantarium, vt ibidem ait Ariſt. Minor verò probatur: Voluntas angelorum, & aliorum Beatorum totaliter inhæret ordini diuinæ iuſtitiæ; ergo ſimpliciter loquendo nihil fit in mũdo contra voluntatem angelorum, & aliorum Beatorũ. Antecedens patet.

Conſequentia probatur: Quia nihil fit in Mundo, niſi quod per diuinam iuſtitiam fit, aut permittitur. Declaratur eadem minor in materia propoſita: Nam angeli peccata, & pœnas hominum vniuerſaliter, & abſolutè loquendo non volunt: volunt tamen, quòd circa hoc ordo diuinæ iuſtitiæ ſeruetur, ſecundùm quam quidam pœnis ſubduntur, & peccata permittuntur.

Expoſitio Textus.

Concluſionem articuli eſſe fidei veritatem, & dicta patrũ oppoſitum ſonantia multas expoſitiones admittere.

HVius articuli concluſio eſt veritas fidei in ſacris litteris ſatis expreſſa; nam Iſaiæ 25 dicitur. *Præcipitabit mortem in ſempiternum, & auferet Deus lachrymam ab omni facie, & opprobrij populi ſui auferet de vniuerſa terra,* & Apoc. 7. *Non eſuriẽt, neque ſitient amplius, neque cadet ſuper illos ſol, neque vllus æſtus.* & cap. 12. *Mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque ſitient amplius, neque cadet ſuper illos ſol, neque vllus æſtus.* Et cap. 12. *Mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque vllus dolor.* Et quamuis hæc de hominibus dicta ſint: quia tamen in illa cœleſti Beatitudine æqualitas quædã eſt hominum, & Angelorum iuxta illud Apoc. 21. *Menſura hominis, quæ eſt Angeli*; ideò, ſicut hominũ beatitudo ex ſui perfectione triſtitiam omnẽ excludit, eadem ratione nec illam admittet Angelica beatitudo. Oppoſitum tamen huius concluſionis, Angelos ſcilicet dolere de peccatis hominum, & eorum pœnis multi ex Sanctis Patribus nõ obſcurè ſignificarunt. Chryſoſt. in ſermone de Aſcenſione, *Angeli* (inquit) *& Archangeli noſtris dolebant ſupplicijs, & quando puniebamur, ipſi quoque nimia triſtitia tenebantur; & Cherubim, licèt Paradiſum cuſtodiebant, tamen noſtris ſupplicijs triſtabantur. Et ſicut conſeruus bonus cum à Domino cuſtodiendum conſeruum acceperit, ſatisfacit quidem diuinæ iuſſioni, ſed tamen pœna conſerui nimiũ dolere conteritur: ſic & Cherubim meruerunt quidem cuſtodire Paradiſum, ſed dolebant honorem cuſtodiæ* Leo Nonus à Gratiano relatus de Conſecrat. diſt. 1. cap. Hi duo: *Quod nouem* (inquit) *hebdomadibus Alleluia intermittitur, non incongruè per nouem hebdomadas nouem Angelorum ordines deſignantur, quorum decimus ordo per ſuperbiam corruens angelicum numerum minuit, & à ſolicitate perturbauit. Qui condolentes ſuæ diminutioni, & parẽ ſibi timentes ruinam à perfecta laude creatoris fuerũt præpediti, &c.* Sedulius in Collectaneis capit. 8. ad Rom. ait: *Sicut gaudent Angeli ſuper pœnitentes ſic triſtantur ſuper conuerti nolentes.* Et infra: *Non ſolũ Angeli, qui benigniores ſunt, nobis condolentes, &c.* Sanctus Antonius Aegyptius in Epiſtola ad Arſanoitas ita ſcribit. *Pro certo dico vobis, filioli meĩ, quod noſtra negligentia, & humiliatio, & externa commotio non nobis ſolis eſt detrimento, ſed angelis labor exiſtit.* Theophilactus in Matt. *Angeli* (inquit) *hominum peccatorum quaſi propter nos confuſi minus fidentes ſunt, neque ipſi poſſunt tam liberè Deum videre, & precari forſan pro nobis.* Origenes Hom. 20. & 24. in Num. & Hom. 13. & 35. in Lucam docet expreſsè, Angelos hominum cuſtodes in die iudicij à Deo iudicandos, verum eos accurata diligentia cuſtodierint, & præmia, vel pœnas à Deo recepturos iuxta curæ modum hominibus cuſtodiendis impenſæ, & nunc de ſua ſalute ſollicitos inter ſpem, & metum hæſitantes iuſtiſsimam Dei ſententiam præſtolari. Eius verba refert Sixtus Senenſis lib. 5. Bibliothecæ Sãctæ, annotatione, 126. & poſt eum Zumellus ſuper hoc art. ſententiam Origenis videtur ſequi Hieronymus lib. 2. Com. in Micheã; cuius etiam verba refert Senenſis loco notato.

Sed, quia credendum non eſt, tot illuſtres doctrina, & ſanctitate Patres errori tam craſſo, fereque palpabili conſenſiſſe, dicendum eſt primo Sanctos Patres per eos loquendi modos nihil aliud, quàm Angelicam in homine ſibi credito cuſtodiẽ do diligentiam, & ardentem charitatis affectum ſignificare voluiſſe; atque ideò per quandam ſimilitudinem ad hominem in alterius hominis ſibi commiſſa cura, ſiue cuſtodia diligẽtem, & anxiũ, aſſerere, eos triſtitiam, doloremq; cõcipere, à perfecta laude præpediri, nimia ſollicitudine perangi, & laborare, confundi, ac minus eſſe fidentes, nec poſſe tam libere Deum videre propter eorum hominum perditionem, & pœnam, quorũ ſibi fuerat à Deo demandata cuſtodia. Secundò dicendũ eſt, Sanctos Patres per actus illos triſtitiæ, doloris, &c. non actus aliquos poſitiuos Angelicæ voluntatis, ſed priuationem, ſiue magis negationem gaudij accidentalis, quod erant habituri, ſi cuſtoditi per eos ſaluarentur, inſinuari. Origenes autem adeò perſpicuè loquitur, vt eius verbis nulla Catholici ſenſus adaptari valeat expoſitio. Nec Sanctus Doct. hic ad quartum dicens, Angelos in iudicium duci pro peccatis hominũ, non quaſi reos, ſed quaſi teſtes ad conuincendum homines de eorum ignauia, aſſerit, Origenem hoc ſignificare voluiſſe; ſed veritatem exprimit, abſtinens à cenſura, non tam propter Origenem, quàm propter authorem Gloſſæ, qui verba Origenis in argumento poſita refert in ſenſu Catholico, Hieronymus autem non ex propria, ſed ex aliena ſententia, ſcilicet Origenis loqui videtur, vt loco citato Senenſis aduertit, & poſt eum Zumellus.

Circa declarationem minoris propoſitionis, vbi dicitur, Angelos peccata, & pœnas hominum abſolutè non velle, ſed tamen velle, vt ſeruetur in hoc ordo diuinæ iuſtitiæ, ſecundùm quam pœnis ſub-

Iſa. 25.
Apoc. 7.
Apoc. 12.
Apoc. 21.
Chriſoſt.
Leo IX.
Sedulius.
S. Anton.
Theophil.
Origenes
Sixtus Senenſis.
S. Hieron.
Reſolutio
S. Thom.
Senenſis. Zumellus.

Digitized by Google

subduntur, & peccata permittuntur, vide, quæ notat Bannes.

Bannes

Postremò vide Zumellum totam huius articuli doctrinam examinantem, & explicantem.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum inter Angelos possit esse pugna, seu discordia.

560 2. d. 11 q. 2. art. 5.

AD Octauum sic proceditur. Videtur, quòd inter Angelos non possit esse pugna, seu discordia. Dicitur enim Iob 25. Qui facit concordiam in sublimibus: sed pugna opponitur concordiæ. Ergo in sublimibus Angelis non est pugna.

2 Præterea. Vbi est perfecta charitas, & iusta prælatio, non potest esse pugna: sed hoc totum est in Angelis: ergo in Angelis non est pugna.

3 Præterea. Si Angeli dicuntur pugnare pro eis, quos custodiunt, necesse est, quòd vnus Angelus foueat vnam partem, & alius aliam, sed si vna pars habet iustitiam, constat q alia pars habeat iniustitiã: ergo sequitur, quòd Angelus bonus sit fautor iniustitiæ: quod est inconueniens: ergo inter bonos Angelos non est pugna.

Sed cõtra est, quòd dicitur Dan. 10. ex persona Gabrielis. Princeps regni Persarum, restitit mihi viginti, & vno diebus. Hic autem princeps Persarum erat Angelus regno Persarum in custodiam deputatus. ergo vnus bonus Angelus resistit alij: & sic inter eos est pugna.

Respondeo. Dicendum, quòd ista quæstio mouetur occasione horum verborum Danielis: quæ quidem Hieron. *Exponit, dicens princeps regni Persarum esse Angelum, qui se opposuit liberationi populi Israelitici, p quo Daniel orabat, Gabriele preces eius Deo præsentante. Hæc autem resistentia potuit fieri: quia princeps aliquis dæmonum Iudæos in Perfidem ductos ad peccatum induxerat, per quod impedimentum præstabatur orationi Dan. pro eodem populo deprecantis. Sed secundum Greg. 17. Moral. *Principes regni Persarũ bonus Angelus fuit custodiæ regni illius deputatus. Ad videndum igitur qualiter vnus Angelus alteri resistere dicitur, considerandũ est, quod diuina iudicia circa diuersa regna, & diuersos homines, per Angelos exercentur. In suis autem actionibus Angeli per diuinam sententiam regulantur. Contingit autem quandoque, quòd in diuersis regnis, vel in diuersis hominibus contraria merita, vel demerita inueniuntur, vt vnus alteri subdatur, aut præsit. Quid autem super hoc ordo diuinæ sapientiæ habeat, cognoscere non possunt, nisi Deo reuelante: vnde necesse habent super his sapientiam Dei consulere.

Exponens ilia verba Dan. citat. in a sed contra, to. 5.

Li 17. Moral. cap. 7. ante med

Sic igitur, inquantum de contrarijs meritis, & sibi repugnantibus diuinam consulunt voluntatem, resistere sibiinuicem dicuntur, nõ quia sint eorum contrariæ voluntates, cum in hoc omnes concordent, quòd Dei sententia impleatur: sed quia ea, de quibus consulunt, sunt repugnantia. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

Sensus quæsiti.

EE bonis Angelis sermo est, & de pugna ex occasione custodiæ.

Forma Textus.

QVæsiti primo sensus exponitur, deindè duorũ Sanctorum sententiæ referuntur: Postremò respondetur quæsito vnica conclusione. Quæstionis occasio sunt verba Danielis cap. 10. Princeps Regni Persarum restitit mihi viginti, & vno diebus.

Sententia Hieronymi verba hæc exponentis est, Principem Regni Persarum esse Angelum malum, qui se opposuit liberationi populi Israelitici, cui Angelus Gabriel resistebat orando, & preces Danielis orantis pro populo Israelitico Deo præsentando.

Hæc autem oppositio, seu resistentia ex parte Angeli mali fieri potuit (inquit Hieronymus) quia Dæmon ille Iudæos in Perfidem ductos ad peccandum induxerat, per quod peccatum præstabatur impedimentum orationi Danielis pro populo deprecantis. Gregorij verò sententia est, Principem Regni Persarum fuisse bonum Angelum ad custodiam illius Regni deputatum.

Conclusio est: Angeli resistere sibiinuicem, seu pugnare dicuntur, inquantum de contrarijs meritis, & sibi repugnantibus diuinam consulunt voluntatem, non quia sint eorum contrariæ voluntates, sed, quia ea, de quibus consulunt, sunt repugnantia.

Probatur prima pars: Quoniam Angeli diuersorum Regnorum custodiæ deputati necesse habent sapientiam Dei consulere super contrarijs meritis, vel demeritis, quæ quandoque in diuersis Regnis, vel diuersis hominibus inueniuntur, vt vnus alteri subdatur, aut præsit: Ad hoc est Angelo sibi inuicem resistere, seu pugnare, ergo. Maior probatur: quia diuina iudicia circa diuersa Regna, & diuersos homines exercentur per Angelos, qui in suis actionibus per diuinam sapientiam regulantur, nec possunt cognoscere, quid super hoc habeat ordo diuinæ sapientiæ, nisi Deo reuelante: ergo Angeli diuersorũ Regnorum custodiæ deputati necesse habent sapientiam Dei consulere, &c.

Minor relinquitur, vt nota: Secunda verò pars conclusionis negans, Angelorum voluntates esse cõtrarias, probatur: Quoniam in hoc omnes concordant, quòd Dei sententia impleatur.

Tertia demum pars affirmans, ea, de quibus Angeli diuinam consulunt voluntatem, esse repugnantia, patet ex dictis.

Expositio Textus.

Epist. Iud. Apoc. 12.

DE pugna bonorum Angelorum cum malis nihil hic loquitur S.D. eam, vt constantem relinquens ex diuina Scriptura, præsertim in Epistola Iudæ, vbi dicitur: *Cum Michael Angelus cum diabolus disputans altercaretur de Moysi corpore.* Et Apocal. 12. Vbi dicitur: *Factum est prælium magnum in cœlo: Michael, & Angeli eius præliabantur cum Draconе, & draco pugnabat, & angeli eius.* Consistit autē hæc pugna malorum Angelorum in eorum peruersa voluntate diuinæ ordinationi renitente, & in effectu aliquo per eos attentato, aut etiam quandoque realiter producto circa hominem, aut populū ab Angelo bono custoditum, & est tentatio, siue impulsio, siue persuasio ad peccandum.

Circa dictum illud: *Quid autem super hoc habeat ordo diuinæ sapientiæ, cognoscere non possunt, nisi Deo reculante, vnde necesse habent sapientiam Dei consulere,* lege, quæ ad reprimendam quorundam præsumptionem scribit Porrecta in solutione tertij argumenti.

Porrecta.

QVAESTIO CXIV.

De dæmonum impugnatione, in quinque articulos diuisa.

DEinde considerandum est de impugnatione dæmonum.

Et circa hoc quæruntur quinque.

Primò, Vtrum homines à dæmonibus impugnentur.

Secundò, Vtrum tentare sit proprium diaboli.

Tertiò, Vtrum omnia peccata hominum ex impugnatione, siue tentatione dæmonum proueniant.

Quartò, Vtrum possint vera miracula facere ad seducendum.

Quintò, Vtrum dæmones, qui ab hominib. superantur, ab impugnatione hominum arceantur.

Ratio ordinis.

CVstodiæ opponitur impugnatio, vt malum bono, & idcò post quæstionem de bonorum Angelorum custodia sequitur hæc altera quæstio de Dæmonum impugnatione. De qua primò tractat quæstionem. An est in primo artic. secundò quæstionem: quid est in 2. art. vt patet ex articuli discursu. Tertiò de eadem agit quo ad eius effectum, & finem præcipuum, quod est peccatum, quod ponitur in definitione dæmoniacæ tentationis in 3. artic.

Quartò de medijs præcipuis, scilicet miraculis, quibus in impugnationibus nonnunquam vtūtur Dæmones ad seducendum in art. 4. Postremò de duratione, seu continuatione pugnæ post habitam ab homine victoriam in vltimo artic.

A

B

C

D

E

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum homines impugnentur à Dæmonibus.

561 De ma. q. 3 art 3 & art 4

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd homines non impugnentur à dæmonibus. Angeli enim deputantur ad hominum custodiam missi à Deo: sed dæmones non mittuntur à Deo, cum dæmonum intentio sit perdere animas, Dei autem saluare. Ergo dæmones non deputantur ad hominū impugnationem.

2 Præterea. Non est æqua conditio pugnę, vt infirmus contra fortem, ignarus contra astutum exponatur ad bellum: sed homines sunt infirmi, & ignari, dæmones autem potentes, & astuti. Non est ergo permittendum à Deo, qui est omnis iustitiæ author, vt homines à dęmonibus impugnentur.

3 Præterea. Ad exercitium hominum sufficit impugnatio carnis, & mūdi: sed Deus permittit electos suos impugnari propter eorum exercitium. Ergo non videtur necessarium, quod à dæmonibus impugnentur.

Sed contra est, quòd Apostolus dicit ad Ephes. 6. quòd non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus.

Respondeo. Dicendum, quòd circa impugnationem dæmonum duo est considerare. s. ipsam impugnationem, & impugnationis ordinem. Impugnatio quidem ipsa ex dæmonum malitia procedit, qui propter inuidiam profectum hominum impedire nituntur: & propter superbiam, diuinæ potestatis similitudinem vsurpant, deputando sibi ministros determinatos ad hominum impugnationem: sicut, & Angeli Deo ministrant in determinatis officijs ad hominum salutem.

Sed ordo impugnationis ipsius est à Deo, qui ordinatè nouit malis vti ad bona ea ordinando. Sed ex parte Angelorum, tam ipsa custodia, quàm ordo custodię reducitur ad Deū, sicut ad primum actorem.

Ad primum ergo dicendum, quòd mali Angeli impugnant homines dupliciter. Vno modo, instigando ad peccatum: & sic non mittuntur à Deo ad impugnandum, sed aliquando permittuntur secundùm Dei iusta iudicia. Ali quando autem impugnant homines puniendo: & sic mittuntur à Deo. Sicut missus est spiritus

Digitized by Google

ritus mendax ad puniendum Achab regem Israel, vt dicitur 3. Reg. vlt. Pœna enim refertur in Deum, sicut in primum actorem: & tamen dœmones ad puniendum missi alia intentione puniunt, quàm mittuntur. Nam ipsi puniunt ex odio, vel inuidia: mittuntur autem à Deo propter eius iustitiam.

Ad secundum dicendũ, quòd ad hoc, quod non sit inæqualis pugnæ conditio, fit ex parte hominis recompẽsatio, principaliter quidem per auxilium diuinę gratiæ: secundario autem per custodiam Angelorum. Vnde 4. Reg. 6. Elisæus dixit ad ministrum suum. Noli timere: plures enim nobiscum sunt, quàm cum illis.

Ad tertium dicendum, quòd infirmitati humanæ sufficeret ad exercitium impugnatio, quæ est à carne, & mundo: sed malitiæ dœmonum non sufficit, quæ vtroque vtitur ad hominum impugnationem. Sed tamen ex diuina ordinatione hoc prouenit in gloriam electorum.

Sensus quæsiti.

CVm Dœmones dupliciter impugnent homines, scilicet instigando eos ad peccatum; & puniendo, vt ait S. D. ad primum de vtroque impugnationis modo sermo est in quæsito.

Forma Textus.

PRoposita distinctione, quæsito satisfit vnica conclusione. Distinctio est: Circa impugnationem Dæmonum duo est considerare scilicet impugnationem, & impugnationis ordinem.

Conclusio est: Impugnatio quidem ipsa ex Dæmonũ malitia procedit, sed ordo impugnationis est à Deo. Probatur primò, quo ad primam partem: Quia Dæmones propter inuidiam profectum hominum impedire nituntur, & propter superbiam diuinæ potestatis similitudinem vsurpant, deputando sibi ministros determinatos ad hominum impugnationem, sicut Deus bonos Angelos deputat, qui sibi ministrent in determinatis officijs ad hominum salutem.

Quo ad secundam verò partem probatur: Quia Deus ordinatè nouit malis vti ad bona ea ordinando. Postremò declaratur ex oppositio, scilicet ex angelica custodia, quæ tam ipsa, quàm eius ordo reducitur ad Deum, tamquam ad primum actorem.

Expositio Textus.

Prima dubitatio.

DVplex occurrit circa materiam præsentis articuli dubitatio. Prior est, quam hic excitat Caietanus: Quia non videtur conclusio D. I. homẽ respondere quæsito, in quo proponitur quæstio, an est, num scilicet homines impugnentur à Dœmonibus; Conclusio autem respondet de causis impugnationis. Cui satisfacit ex doctrina Philosophi 1. 2. Post. dicentis: quæstionem omnem esse quæstionem medij, & nihil aliud esse quærere, an sit quadratura circuli, quã interrogare, num sit aliquod medium ad eam probandam: sic in proposito idẽ est quærere, vtrum homines impugnentur à Dæmonibus, & an impugnationis sit aliquod mediũ, siue causa; & ideò S. D. conclusione respondens impugnationis causas afferente directè, & secũdum artem quæsito respondet, & probando conclusionem ostendit à priori, Dæmonum impugnationẽ esse. Aristot.

Secundò breuius dici posset, S. Thomam sufficienter probasse in argumento, sed contra, impugnationem Dæmonum esse authoritate Apostoli ad Ephes. 6. dicentis: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Principes, & Potestates, aduersus Mundi rectores tenebrarum harũ, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus.* Supponit ergo S. D. in corpore fidei veritatem esse, homines à Dæmonibus impugnari, & ideò in conclusione respondet de causis. Ephes. 6.

Esse autem Catholicæ fidei dogma, homines à Dæmonibus impugnari: præter allegatum Apostoli testimonium docent alia plura diuinarũ scripturarum oracula; nam Gen. 3. inuidens Diabolus fœlicissimo innocentiæ statui primorum parentũ humani generis callidè mulierem aggressus dixit: *Cur præcipit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno Paradisi?* & infrà: *Nequaquam morte moriemini*, &c. Sicq; paulatim eam impulit in peccatum, & mortis ream coram Deo constituit. Et 3. Reg. 22. *Egressus est autem spiritus & stetit coram Domino, & ait: Ego decipiã illum*, scilicet Achab. Et infra: *Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius*, & Thobiæ 6. *Tunc respondit Tobias, & dixit: audio, quia tradita est septem viris, & mortui sunt: sed & hoc audiui, quia Dæmonium occidit illos.* Et Iob 2. cap. *Egressus igitur Sathana facie Domini percussit Iob vlcere pessimo à planta pedis vsque ad verticem eius.* & Matth. 4. *Tunc Iesus ductus est in desertum à spiritu, vt tentaretur a Diabolo &c.* & 1. Pet. 5. capit. *Aduersarius vester diabolus circuit quærens, quem deuoret.* & Apoc. 12. *Et proiectus est Draco ille magnus serpens antiquus, qui vocatur diabolus & Satha nas, qui seducit vniuersum orbem.* Gen. 3. 3. Reg. 22. Thob 6. Iob 2. Matth. 4. 1 Pet. 5. Apoc 12.

Secunda Dubitatio.

POsterior dubitatio est: An, quemadmodum ad singulos homines custodiendos singuli delegati sunt Angeli boni, sic etiam ad singulos oppugnandos singuli deputati sint Angeli mali: quod non est omninò certum, sed partem affirmantem esse Patrum antiquam traditionem docet Gregorius Nissenus in lib. de vita Moysis dicens: *Occultior quædam traditio est, verus sermo ad nos vsque descendit, Angelorum aliquem in adminiculum cuique cõstitutum fuisse, naturæq; nostræ corruptorem in omnibus contra annitentem, prauum aliquem, atque malificum dæmonem ad male viuendum homines impellentẽ ad singulos destinasse. Horum autem medium factum ho-* Greg. Nis.

minem, quorum alter virtutis præmia cogitationibus offert, alter titillationes, & voluptates carnis ſuggerit, &c. Quam ſententiam tenuerat etiam Origenes lib. 3. Periarchon. cap. 2. & eam ſequitur Magiſt. in 2. ſent. diſt. 11. & fauet illi S. Doct. cum vſurparam Dæmonum ad Deum ſimilitudinem exprimit dicens; *Et propter ſuperbiam diuinæ Poteſtatis ſimilitudinem vſurpant, deputando ſibi miniſtros determinatos ad impugnationem, ſicut & Angeli Deo miniſtrant in determinatis officijs ad hominum ſalutem.* Conſtat autem ex præcedenti quæſtione, ſingulos Angelos, non ſolum ſingulis Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & Collegijs, ſed etiam ſingulis hominibus cuſtodiendis à Deo deputari; Similiter itaque Dæmones ſuperbia tumidi, & ſalutis hominum inuidi ad ſingulos homines oppugnandos ſingulos Dæmones delegant. Quod circa ſemetipſum factum fuiſſe, Deo permittente teſtatur Apoſt. 2. Cor. 12. dicens. *Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus Sathanæ, qui me colaphizet.* Quamuis enim varias huic loco Patres adhibeant expoſitiones, congruam tamen videtur expoſitio S. Thomæ verba illa ſic exponẽtis: *Angelus ſathanæ, ideſt Angelus malignus. Eſt autem Angelus à Deo miſſus ſeu permiſſus, ſed Sathanæ, quia Sathanæ intentio eſt, vt ſubuertat, Dei verò, vt humiliet, & probatum reddat.* Quam expoſitionem ſequitur Lyranus. Eſt igitur valdè probabilis ea ſententia, quæ docet, ſingulis hominibus oppugnandis ſingulos Dæmones inferiores à ſuperioribus Dæmonibus fuiſſe deputatos.

Origenes Mag. ſent. S. Thomas

2. Cor. 12.

Lyranus.

Poſtremò aduerte modum impugnationis, ſeu tentationis, & inſtigationis ad peccatum: hic à D. Thoma non explicari; quia locus eius proprius eſt in prima ſecundæ, quæſt. 80. quæ eſt de cauſa peccati ex parte Diaboli: vbi de modo inſtigationis ad peccatum vberrimè diſſerit. De quo etiam latiſsimè diſputat in q. 3. de Malo art. 3. & 4.

S. Thom.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum tentare ſit proprium Diaboli.

561 21. q. 97. 2. 2 cor 12. d 21 q. 1 a. 1. & opu 7 cap. 7.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd tentare non ſit proprium diaboli. Dicitur enim Deus tentare, ſecundùm illud Geneſ. 22. Tentauit Deus Abraam: tentat etiam caro, & mundus. Et etiã homo dicitur tentare Deum, & hominem. Ergo non eſt proprium dæmonis tentare.

2 Præterea. Tentare eſt ignorantis: ſed dæmones ſciunt, quid circa homines agatur. Ergo dæmones non tentant.

3 Præterea. Tentatio eſt via in peccatum: peccatum autem in voluntate conſiſtit. Cum ergo dæmones non poſsint voluntatem hominis immutare, vt per ſupradicta patet, *videtur, quòd ad eos non pertineat tentare.

q. 111. a. 1.

el interli. ibid.

Sed contra eſt, quòd dicitur 1. ad Theſſal. 3. Ne forte tentauerit vos is, qui tentat. Gloſ. ideſt, diabolus, cuius officium eſt tentare.

Reſpondeo. Dicendum, quòd tentare eſt propriè experimentum ſumere de aliquo. Experimentum autem ſumitur de aliquo, vt ſciatur aliquid circa ipſum: & ideò proximus finis cuiuslibet tentantis eſt ſcientia. Sed quandoque vlterius ex ſcientia quæritur aliquis alius finis vel bonus, vel malus. Bonus quidem, ſicut cũ aliquis vult ſcire, qualis aliquis ſit, vel quãtum ad ſcientiam, vel quantum ad virtutem, vt eum promoueat; malus autem, quando hoc ſcire vult, vt eum decipiat, vel ſubuertat. Et per hunc modum poteſt accipi quomodo tentare diuerſis diuerſimodè attribuatur. Homo enim tentare dicitur, quandoque quidem, vt ſciat tantum. Et propter hoc tentare Deum, dicitur eſſe peccatum: quia homo quaſi incertus experiri præſumit Dei virtutem. Quandoque verò tentat, vt iuuet; quandoque verò, vt noceat. Diabolus autem ſemper tẽtat, vt noceat, in peccatũ præcipitando: & ſecundùm hoc dicitur proprium officium eius tentare. Nam, etſi homo aliquando ſic tentet, hoc agit, inquãtum eſt miniſter diaboli. Deus autem tentare dicitur, vt ſciat, eo modo loquendi, quo dicitur ſcire, quod facit alios ſcire: Vnde dicitur Deuteron. 13. Tentat vos Dominus Deus veſter, vt palam fiat, vtrum diligatis eum. Caro etiam, & mundus dicuntur tentare inſtrumentaliter, ſeu materialiter, inquantum, ſcilicet poteſt cognoſci, qualis ſit homo, ex hoc, quod ſequitur, vel repugnat concupiſcentijs carnis: & ex hoc, quòd contemnit proſpera mundi, & aduerſa, quibus etiam diabolus vtitur ad tentandum. Et ſic patet ſolutio ad Primum.

Ad ſecundum dicendum, quòd dæmones ſciunt ea, quæ exterius aguntur circa homines: ſed interiorem hominis conditionem ſolus Deus nouit, qui eſt ſpirituum ponderator, ex qua aliqui ſunt magis proni ad vnum vitium, quàm ad aliud. Et ideò diabolus tentat explorando interiorem conditionem hominis, vt de illo vitio tentet, ad quod homo magis pronus eſt.

Ad tertium dicendum, quòd dæmon, etſi non poſſit immutare voluntatem, poteſt tamen, vt ſupra dictum eſt,* aliqualiter immutare interiores hominis vires, ex quibus, etſi non cogitur voluntas, tamen inclinatur.

q. 111. a. 3. & 4.

Forma Textus.

Concluſio eſt: Proprium officium diaboli eſt tentare, vt noceat in peccatum præcipitando. Probatur ex differentia finium tẽtationum, quæ homini, Deo, carni, ac Mundo tribuuntur: Nam homo tentare dicitur quandoque quidem, vt ſciat tantum, quandoque verò,

vt

inuet, & quandoque, vt noceat, vel etiam, vt in peccatum præcipitet; quod tamen agit, inquantum est minister diaboli: Deus autem tentare dicitur, vt sciat, id est, vt alios scire faciat: Caro autem, & Mundus dicuntur tentare instrumentaliter, seu materialiter.

Relinquitur ergo, vt proprium officium diaboli sit tentare, vt noceat in peccatum præcipitando, vel per seipsũ immediatè, vel per homines, vt eius ministros, vel per Carnem, & Mundum, vt instrumenta.

Antecedens primò declaratur in communi; quia finis proximus cuiuslibet tentationis est scientia, & quandoque ex scientia quæritur aliquis alius finis, vel bonus, vel malus: bonus quidem, sicut cum aliquis vult scire, qualis aliquis sit, vel quantum ad scientiam, vel quantum ad virtutem, vt eum promoueat: malus autẽ, quando hoc scire vult, vt eum decipiat, vel subuertat; ergo tẽtare diuersis tribuitur diuersimodè, scilicet homini, Deo Carni, & Mundo. Assumptum quo ad priorem partem probatur; quia tentare est proprie experimentum sumere de aliquo, vt sciatur aliquid circa ipsum; ergo proximus finis cuiuslibet tentationis est scientia; Quo ad aliã partem relinquitur, vt notum. Deindè probatur idem antecedens, quo ad singulas eius partes.

Et primò, quo ad primam; quia tentare Deum, ideò dicitur esse peccatum, quia homo quasi incertus experiri præsumit Dei virtutem. Quo ad secundam verò probatur authoritate Deut. 13. Tentat vos dominus Deus vester, vt palàm fiat, vtrum diligatis eum. Quo ad tertiam verò partem, et quo ad eam particulam (materialiter) probatur: Quia potest cognosci, qualis sit homo, ex hoc, quod sequitur, vel repugnat concupiscentijs carnis, & ex hoc, quod contemnit prospera Mundi, & aduersa; ergo Caro, & Mundus tentant materialiter. Quo ad alteram verò scilicet (instrumentaliter) probatur; quia diabolus his etiam vtitur ad tentandum.

Expoſicio Textus.

NOta primò concluſionem, & totam ferè præſentis articuli doctrinam eſſe de fide. Nam de Diabolo tentante dicitur Matth. 4. *Accedens tentator*: & 1. Theſſalonicenſ. 3. *Nè forte tentauerit vos is, qui tentat*. De homine verò tentante dicitur in Pſalm. 94. *Sicut in irritatione ſecundùm diem tentationis in deſerto, vbi tentauerunt me Patres veſtri, probauerunt me, & viderunt opera mea. De Deo autem tẽtante* dicitur Gen. 22. *Tentauit Deus Abrahã*. Et infra: *Nunc cognoui, quod Timeas Deum*. Et Deuter. 13. *Tentat vos Dominus Deus veſter, vt palàm ſit, vtrum diligatis eum, an non in toto corde, & in tota anima veſtra*. De Carne verò dicitur Iacobi primo. *Vnuſquiſque verò tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus*. De Mundo verò dicitur 1. Io. 3. *Omne, quod eſt in Mundo, concupiſcentia carnis, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, quæ nõ eſt ex Patre, ſed ex Mundo eſt*: Quibus verbis ſumma breuitate complectitur Ioannes totam tentationis materiam, quam humanis affectibus offert, ac ſuggerit Mundus.

Matth. 4. 1. Theſſ. 3. Pſal. 94. Gen. 22. Deut. 13. Iacobi 1. 1. Io. 3.

Tentationis definitio.

Secundò nota, ex diſcurſu litterę colligi definitionem tentationis, non ſolùm in communi, ſed et in ſpeciali, quatenùs eſt propria dœmonis; eſt. n. in communi loquendo Tentatio experimentum, quod de aliquo ſumitur, vt ſciatur aliquid circa ipſum, vel etiam vlterius, vt qui tentat, promoueat eum, qui tentatur, ad bonum, vel eum decipiat, aut ſubuertat. In ſpeciali verò Tentatio, prout eſt diaboli propria, eſt experimentum, quod diabolus de homine ſumit, vt noceat in peccatum præcipitando.

Tertiò nota, nomen Tentationis analogicè dici de tentatione hominis, Dei, Dæmonis, Carnis, & Mundi: ex quibus primum Analogatum ſecũdùm communiorem vſum vocabuli principaliter ſignificatum eſt tentatio Dæmonis. Communiter enim tentatio in malum ſumitur: ea verò, quæ eſt à Dæmone, peſſima eſt, quia præcipitationem in peccatum habet, vt finem; & ideò per ſe primò, & principaliter tentare conuenit Diabolo: quadam autem participatione miniſteriali, vel inſtrumentali, aut etiam materiali quibuſdam alijs communicatur, videlicet homini, Carni, & Mundo. Vt enim aduertit Porreꝛta ſuper hoc art. quando, duo concurrũt ad aliquid, alterum, vt materiale, alterum, vt formale, alterum, vt principale agens, & alterum, vt inſtrumentum, tunc denominatio propria, & abſoluta fit ab eo, quod eſt formale, ſiue à forma, & ab agente principali, non autem à materia, neque ab inſtrumento, niſi ſecundùm quid. Cum enim faber vtens ſerra vt inſtrumento, conſtruit Archam, non dicetur ſerra ſimpliciter Archam facere, ſed Artifex. Neque ſenſitiua natura, quæ materia eſt naturæ rationalis in homine, denominat hominẽ abſolutè, vt ſcilicet homo dicatur animal ſimpliciter, ſed rationale tantum, quod ad ſenſitiuum comparatur, vt formale, denominat hominem; dicitur enim homo ſimpliciter rationalis, vel animal rationale. Cum itaque Diabolus in actu tentationis ad malum ſit agens principale, cuius agentis, & actionis inſtrumenta ſunt nonnunquam homo, Caro, & Mundus, quæ duo vltima ſunt ſæpè tẽtationis materia, ideò propriè, ſimpliciter, etiam abſolutè ſolus Diabolus in diuina Scriptura tentator appellatur.

Porreꝛta.

ARTICVLVS III.

Vtrum omnia peccata procedant ex tentatione Diaboli.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd omnia peccata procedant ex tentatione diaboli. Dicit enim Dionyſ. 4. cap. de diu. nomin. quòd multitudo dæmonum eſt cauſa omnium malorum ſibi, & alijs. Et Damaſc. dicit, quod omnis malitia, & omnis immunditia, à diabolo excogitata ſunt.

2 Præt. De quolibet peccatore dici poſſet, quod Dominus de Iudæis dicit Ioan. 8. Vos ex patre diabolo eſtis: hoc autem eſt, inquantum ipſi ex diaboli ſuggeſtione peccabant. Omne ergo peccatum eſt ex ſuggeſtione diaboli.

3 Præterea. Sicut Angeli deputantur ad cuſto-

963 1 2 qu. 80. art. 4 & 3. q. 8 a. 7. ad 2 & mal. q. 2 a. 5. Ca. 4 par. 4 parum à pr. lib. 2 c. 4. ad fin.

Digitized by Google

stodiam hominum, ita dœmones ad impugnationem: sed omnia bona, quæ facimus, ex suggestione bonorum angelorum procedũt: quia diuina ad nos mediantibus Angelis perferuntur. Ergo, & omnia mala, quæ facimus, proueniunt ex suggestione diaboli.

Sed contra est, quòd dicitur in lib. de Eccl. dog. Non omnes cogitationes nostræ malæ à diabolo excitantur, sed aliquoties ex nostri arbitrij motu emergunt.

Li. de eccl. do ca 82. habetur inter opera Aug. to 3. cum tamẽ sit Genuinus.

Respõdeo. Dicendum, quòd causa alicuius potest dici aliquid dupliciter. Vno modo directè, alio modo indirectè. Indirectè quidem, sicut cum aliquod agens causans aliquam dispositionem ad aliquem effectum, dicitur esse occasionaliter, & indirectè causa illius effectus, sicut si dicatur, quod ille, qui secat ligna, est causa combustionis eorum. Et hoc modo dicẽdum est, quòd diabolus est causa omnium peccatorum nostrorum: quia instigauit primum hominem ad peccandum, ex cuius peccato cõsecuta est in toto genere humano quædã pronitas ad omnia peccata. Et per hunc modum intelligenda sunt verba Damas.* & Dion. Directè autẽ dicitur esse aliquid causa alicuius, quod operatur directè ad illud: & hoc modo Diabolus non est causa omnis peccati. Non. n. omnia peccata committuntur diabolo instigãte, sed quædam ex libertate arbitrij, & carnis corruptione. Quia, vt Origenes dicit,* etiam si diabolus non esset, homines haberent appetitum ciborum, & venereorum, & huiusmodi: circa quæ multa inordinatio contingit, nisi per rationem talis appetitus refrẽnetur, & maximè suppositа corruptione naturæ. Refrenare autem, & ordinare huiusmodi appetitum, subiacet libero arbitrio. Sic ergo non est necessarium omnia peccata ex instinctu diaboli prouenire: si qua tamen ex instinctu eius prouenient, ad ea complenda eo blandimento decipiuntur homines nunc, quo primi parentes, vt Isid. dicit.* Et per hoc patet responsio ad primum.

Inducta in arg. 1.

Lib. 9 Periar. cap. 2 inter prin. & med. to mo 4.

Lib. 1 de sum. bon. c. 5. in medio.

Ad secundum dicendum, quòd si qua peccata absque instinctu diaboli perpetrãtur, per ea tamen fiunt homines filij diaboli, inquantũ ipsum primo peccantem imitantur.

Ad tertium dicendum, quòd homo potest per seipsum ruere in peccatum, sed ad meritũ, proficere non potest, nisi auxilio diuino, quod homini exhibetur mediante ministerio angelorum. Et ideo ad omnia bona nostra cooperãtur Angeli, non tamen omnia nostra peccata proueniunt ex dœmonum suggestione: quamuis nullum genus peccati sit, quod non interdum ex dœmonum suggestione proueniat.

Forma Textus.

Præmissa distinctione respondet quæsito duabus cõclusionibus. Distinctio est: Causa alicuius potest dici aliquid dupliciter: vno modo directè, alio modo indirectè. Declaratur vtrumque membrum: Illud agens est causa indirectè, siue occasionaliter alicuius effectus, qđ causat aliquam dispositionem ad aliquem effectum; sicut si dicatur, quod ille, qui secat ligna, est causa combustionis eorum: Illud autem est causa directè alicuius effectus, quod operatur directè ad illum.

Prima conclusio: Diabolus est causa indirectè, siue occasionaliter omnium peccatorum nostrorum. Probatur: Quia diabolus instigauit primum hominem ad peccatũ, ex cuius peccato consecuta est in toto genere humano quædam pronitas ad omnia peccata. Confirmatur conclusio authoritatibus Dionysij, & Damasceni allegatis in primo argumento, de hoc enim modo causandi loquũtur prædicti patres.

Secunda conclusio: Diabolus non est causa directa omnis peccati.

Probatur: Illud dicitur esse directè causa alicuius, quod operatur directè ad illud: at Diabolus non operatur directè ad omne peccatum: ergo. Probatur minor; Quia nõ omnia peccata committuntur Diabolo instigante; ergo. Probatur hoc assumptum authoritate Origenis, qui dicit: Etiamsi diabolus non esset, homines haberent appetitum ciborum, & venereorum, & huiusmodi, circa quæ inordinatio contingit; ac proindè peccatum, nisi talis appetitus refrenetur, & maximè suppositа corruptione naturæ; ergo non est necessarium, omnia peccata ex instigatione Diaboli prouenire. Probatur consequentia; quia refrenare, & ordinare huiusmodi appetitum subiacet libero arbitrio. Deinde declaratur eadem assumpta propositio, quæ est sub contraria negatiua ex altera subcontraria affirmatiua, ostendendo, quomodo quædã peccata ex instinctu dæmonis prouenium: & dicitur, ad ea peccata complenda, quæ ex instinctu Dæmonis prouenium; eo blandimento accipi homines, quo primi parentes fuere decepti, vt ait Isidorus lib. 1. de summo bono, cap. 5.

Expositio Textus.

PRo textus intelligentia tria sunt obseruanda; Primum est: vtramque conclusionem in diuinis litteris habere fundamentum. Primæ namque testimonium reddit Apost. ad Rom. 5. cap. dicens: *Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Vsque ad legem enim peccatum erat in mundo: peccatum autẽ non imputabatur, cum lex non esset, &c.* Et sap. 2. dicitur: *Inuidia Diaboli mors intrauit in orbem terrarũ: imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius.* Rom. 5. Sap. 2.

Secundam verò conclusionem confirmant duo alia dicta scripturarum. Primum est Iob. 4. capit. *Ecce, qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatem, quanto magis hi, qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, confumentur, velut à tinea?* Quibus verbis comparatur Angelorum, & hominum pronitas in peccatum: & Iob 4.

asse-

aſſeritur, longè maiorem eſſe hominum pronitatem, eo quod ſpiritus hominis terrenum, ac fragile corpus inhabitet, eiuſque tam vegetatiuæ, quã ſenſitiuæ potentiæ, quæ ſunt eiuſdem corporis actus, terrena veluti obiecta reſpiciant, & eis, vt vitæ ſuæ fundamentis innitantur: ſunt enim hæc corporea ſenſibilia, quæ cernimus, ad vitam hominis tam vegetabilem, quàm animalem quàm maximè neceſſaria.

Conſtat autem primum ſaltem apoſtatantium Angelorum, nullo alio ſuggerente, ſed ex propria, plenaque tantum voluntatis ſuæ libertate peccaſſe, multò magis ergo poterit homo, qui longè fragilior, ac pronior eſt ad peccandum, ſolo ſuæ volũ B tatis arbitrio abſque vlla Diaboli ſuggeſtione delinquere.

Alterum dictum eſt Iacobi 1. *Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus.* Vbi Apoſtolus propriam cuiuſque concupiſcentiam ſufficientem eſſe peccati cauſam, alia quacumq; cauſa extrinſeca remota, declarat. Iacobi 1.

Eandem veritatem exprimit eleganter Nazianzenus in libro ſuo ſententiarũ, quas carmine ſcripſit, ſent. 52. & Gregorius Magnus lib. 3. Moral. ca- Nazianz. Greg. M. & Auguſtin.
pit. 18. & eſt communis ſententia Scholaſticorum, quos recenſet Salas in ſuis diſputationibus ad primam ſecũdæ, quæſt. 80. diſp. vlt. ſect. vltima. Quibus tamen aduerſari videtur Auguſt. ſerm. 68. ad fratres in hæremo dicens. C

Cum mali aliquid cogitamus, aut facimus, ſiue parum, ſiue magnum, hoc nulli dubium eſt, quin malignũ Angelum hortantem habeamus. Quibus verbis triplex adhiberi poteſt interpretatio.

Prima eſt, D. Auguſtinum hac loquendi forma ſollicitudinem voluiſſe Dæmonis exprimere, qui per coniecturas, viſis peccatorum in noſtra voluntate naſcentium exordijs, impiger adeſt, concupiſcentiam ſuã ſuggeſtione vehementius incẽdens, & viam peccatis facilem, planamque conſternẽs. Secunda eſt, Auguſtinum nihil aliud velle ſignificare, niſi peccati genus omne ex Diaboli ſuggeſtione procedere, quamuis nõ cuiuſq; generis peccata ſingula Dæmone inſtigante committantur. D

Poſtrema eſt, dictum illud vniuerſalitatem habere moralem, cui euentus oppoſiti non repugnat.

Secundò. Circa primam concluſionem aduerte Diabolum eſſe cauſam indirectè omnium peccatorum noſtrorum, remouendo ſuggeſtione ab Adam totius humani generis primo parente iuſtitiam originalem peccata prohibentem: quemadmodum ergo remouens columnam deſcenſum lapidis prohibentem cauſa eſt indirectè deſcenſus lapidis, ſic diabolus primum hominem tentando, & ſua ſuggeſtione illum in peccatum præcipitando, cauſa eſt indirectè peccatorum humani generis ex illa originali iuſtitiæ priuatione procedentium. E

Tertiò circa ſecundam concluſionem ſignificãtem diabolum quædam in hominibus peccata directè cauſare, quod tamen expreſsè negat S. D. in 2.2. quæſt. 80. art. 1. vide eundem S. Doctorem ſeipſum conciliantem, quæſt. 3. de Malo, art. 3. qui in * Thom.

A principio corporis, ita loquitur:

Cauſa aliquid mouens multipliciter dicitur; quandoque enim dicitur cauſa id, quod eſt diſponẽs, vel quod eſt concilians, vel quod eſt præcipiens: quandoque verò dicitur cauſa id, quod eſt perficiens: & hæc propriè, & verè cauſa dicitur quia cauſa eſt, ad quam ſequitur effectus, ad actionem autem perficientis ſtatim effectus ſequitur, non autem ad actionem diſponentis, vel conſulentis, vel imperantis, ſuaſio enim non cogit inuitum, vt Aug. dicit in lib. 83. Quæſt. Sic ergo dicendum eſt, quod Diabolus humani peccati cauſa eſſe poteſt per modum diſponentis, vel perſuadentis interius, aut exterius, aut etiam per modum præcipientis, vt apparet in ijs, qui ſe manifeſtè diabolo ſubdiderunt, ſed per modum perficiẽtis cauſa peccati eſſe non poteſt, &c. Ex quibus addita doctrina præſentis articuli, colligitur, Diabolũ eſſe cauſam aliquando directè peccatorum noſtrorum, non per modum perficientis, id eſt per modum cauſæ phyſicæ, vt probat ibid. efficaciter S. D. & in prima ſecundæ, loco notato, ſed per modum diſponentis, vel conſulentis, aut etiam imperantis, qui eſt modus agendi cauſæ moralis. Poſtremò lege, ſi vis, ea, quæ ſcribit Bannes circa reſponſionem ad tertium argumentum D. Thomæ. Bannes.

ARTICVLVS IV.

Vtrum Dæmones poſſint homines ſeducere per aliqua miracula vera.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd dæmones non poſſint homines ſeducere per aliqua miracula vera. Operatio enim dæmonum maximè vigebit in operibus Antichriſti: ſed, ſicut Apoſtolus dicit ſecundæ ad Theſſalonicenſ. 2. eius aduentus eſt ſecundùm operationem Sathanæ in omni virtute, & ſignis, & prodigijs mendacibus. Ergo multo magis alio tempore per dæmones non fiunt niſi ſigna mendacia. 564

2 Præterea. Vera miracula per aliquam corporum immutationem fiunt: ſed dæmones nõ poſſunt immutare corpus in aliam naturam, dicit enim Aug. 18. de Ciuit. Dei. Nec corpus quidem humanum nulla ratione crediderim dæmonum arte, vel poteſtate, in membra beſtialia poſſe conuerti. Ergo dæmones vera miracula facere non poſſunt. Li. 18. ca. 18. ante med. to 5.

3 Præterea. Argumentum efficaciam non habet quod ſe habet ad oppoſita.

Si ergo miracula vera poſſunt fieri à dæmonibus ad falſitatem perſuadendam, non erunt efficacia ad veritatem fidei confirmandam: quod eſt inconueniens, cum dicatur Marci vltimo: Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.

Sed contra eſt, quòd Auguſt. * dicit lib. 83. quæſt. quòd magicis artibus fiunt miracula Lib. 83. q. 79. to. 4.

ple-

plerunque ſimilia illis miraculis, quæ fiunt per ſeruos Dei.

Reſpondeo. Dicẽdum, quòd, ſicut ex ſupra dictis patet,* ſi miraculum propriè accipiatur, dæmones miracula facere non poſſunt, nec aliqua creatura, ſed ſolus Deus. Quia miraculũ propriè dicitur, quod fit præter ordinem totius naturæ creatæ, ſub quo ordine continetur omnis virtus creata. Dicitur tamen quandoq; miraculum large, quod excedit humanam facultatem, & conſiderationem.

q. 110 a. 4 & qu. 165. art. 8.

Et ſic dæmones poſſunt facere miracula, quæ ſcilicet homines mirantur, inquantum eorum facultatem, & cognitionem excedunt. Nam, & vnus homo, inquantum facit aliquid, quod eſt ſupra facultatem, & cognitionem alterius, ducit alium in admirationem ſui operis, vt quodammodo miraculum videatur operari.

Sciendum eſt tamen, quòd quamuis huiuſmodi opera dæmonum, quæ nobis miracula videntur, ad veram rationem miraculi non pertingant, ſunt tamen quandoq; veræ res. Sicut Magi Pharaonis per virtutem dæmonum veros ſerpentes, & ranas fecerunt. Et quando ignis de cœlo cecidit, & familiam Iob, cum gregibus pecorum vno impetu conſumpſit, & turbo domum deijciens filios eius occidit, quę fuerunt opera Sathanæ, phantaſmata non fuerunt, vt Auguſt. dicit 20. de Ciu. Dei.*

Ad primum ergo dicendum, quòd, ſicut Auguſtinus* dicit ibidem, Antichriſti opera poſſunt dici eſſe ſigna mendacij, vel quia mortales ſenſus per phantaſmata decepturus eſt, vt quę nõ facit, videatur facere: vel quia, ſi ſint vera prodigia, ad mendacium tamen pertrahẽt credituros.

Ad ſecundum dicendum, quòd, ſicut ſupra dictum eſt.* Materia corporalis nõ obedit Angelis bonis, ſeu malis ad nutum, vt dæmones ſua virtute poſſint tranſmutare materiam de forma in formam: ſed poſſunt adhibere quædam ſemina, quæ in elementis mundi inueniũtur, ad huiuſmodi effectus complendos, vt Auguſtinus* dicit 3. de Trinit. Et ideo dicendum eſt, quod omnes tranſmutationes corporaliũ rerum, quæ poſſunt fieri per aliquas virtutes naturales, ad quas pertinent prædicta ſemina, poſſunt fieri per operationem dæmonum huiuſmodi ſeminibus adhibitis.

Sicut cum aliquæ res tranſmutantur in ſerpentes, vel ranas, quæ per putrefactionem generari poſſunt. Illæ verò tranſmutationes corporalium rerum, quæ non poſſunt virtute naturæ fieri, nullo modo operatione dæmonum ſecundum rei veritatem perfici poſſunt: ſicut quod corpus humanum mutetur in corpus beſtiale, aut quod corpus hominis mortuum reuiuiſcat. Etſi aliquando aliquid tale operatione dæmonum fieri videatur, hoc non eſt ſecũdum rei veritatem, ſed ſecundum apparentiã tantum: quod quidem poteſt dupliciter contingere. Vno modo ab interiori, ſecundùm quod dæmon poteſt mutare phantaſiam hominis, & etiam ſenſus corporeos, vt aliquid videatur aliter, quam ſit, ſicut ſupra dictum eſt.* Et hoc etiam interdum fieri dicitur virtute aliquarum rerum corporalium. Alio modo ab exteriori. Cum enim ipſe poſſit formare corpus ex aere cuiuſcunque formæ, & figuræ, vt illud aſſumens, in eo viſibiliter apparcat, poteſt eadem ratione circumponere cuicunque rei corporeæ quamcunq; formam corporeã, vt in eius ſpecie videatur. Et hoc eſt quod Auguſt. dicit 18. de Ciu. Dei* quod phantaſticum hominis, quod etiam in cogitando, ſiue ſomniando, per rerum innumerabiliũ genera variatur, velut incorporatum in alicuius animalis effigie ſenſibus apparet alienis. Quod non eſt ſic intelligendum, quod ipſa vis phantaſtica hominis, aut ſpecies eius eadẽ numero incorporata, alterius ſenſibus oſtendatur: ſed quia dæmon, qui in phantaſia vnius hominis format aliquam ſpeciem, ipſe etiam poteſt ſimilem ſpeciem alterius ſenſibus offerre.

q. 119. a. 3. & 4.

Lib. 18. de Ciu. Dei, cap. 18 in med. to. 5.

Ad tertium dicendum, quòd, ſicut Auguſt.* dicit in lib. 83. quæſt. cum talia faciunt Magi, qualia Sancti, diuerſo fine, & diuerſo iure fiũt. Iſti enim faciunt quærentes gloriam ſuam, illi quærentes gloriam Dei. Et iſti faciunt per quædam priuata commercia: illi autem publica adminiſtratione Dei, cui cuncta creatura ſubiecta ſunt.

q. 79. priũ a med. to. 4.

C 18. declinando ad fin.

† Eo loco proximè dicto.

Li. 3. ca 8. to. 3.

Forma Textus.

VNa diſtinctione præmiſſa tribus concluſionibus reſpondetur quæſito. Diſtinctio eſt: Miraculum dupliciter accipitur, ſcilicet propriè, & largè.

Prima concluſio: Si miraculum propriè accipiatur, Dæmones miracula facere non poſſunt.

Probatur: Quia miraculum propriè dicitur, quod fit præter ordinem totius naturæ creatæ: at ſub tali ordine continetur virtus Dæmonis; ergo.

Probatur hæc minor: Quia omnis virtus creata continetur ſub ordine totius naturæ creatæ.

Secunda concluſio: Si miraculum largè accipiatur, Dæmones poſſunt facere miracula. Probatur: Quia miraculum largè dicitur id, quod excedit humanam conſiderationem, & facultatem; at Dæmones poſſunt aliqua facere, quæ excedunt humanam conſiderationem, & facultatem; ergò.

Minor probatur: Quia vnus homo quandoque facit aliquid, quod eſt ſupra facultatem, & cognitionem alterius,

Digitized by Google

rerius, ducens eum in admirationem ità vt quodammodo miraculum facere videatur; ergo multo magis Dæmones id efficient.

Tertia conclusio: Quamuis huiusmodi opera Dæmonum, quæ nobis miracula videntur, ad veram rationem miraculi non pertingant, sunt tamen quandoque vera opera. Probatur ex scripturis: Quia Magi Pharaonis per virtutem Dæmonum veros serpentes, & ranas fecerunt, & quandoque ignis de cœlo cecidit, & similiam Iob cum gregibus pecorum vno impetu consumpsit, & turbo domum deijciens filios eius occidit, ac hæc fuerũt opera Sathanæ, non autem phantasmata, vt ait Augustinus li. 20. de Ciuit. Dei.

A

B

Expositio Textus.

ADuerte primò vim rationis, qua probatur prima conclusio, in hoc positam esse, quod miraculum fit præter, & supra totum ordinem naturæ: ac proinde solus ille potest miracula facere, qui naturę suæ dignitate est supra totum ordinem naturæ constitutus, illiq; suæ potestatis excellentia dominatur: hic autem est solus Deus. Alia verò agentia creata, & virtutes eorum sub ordine totius naturæ continentur, & ideò nullius agentis creati virtus potest in effectum totum ordinem naturæ creatæ superantem: alioquin agens operaretur vltra suum posse, & effectus ex operatiua potentia procederet, qui non esset illi proportionatus, sed ad alterius rerum ordinem pertineret, quod est absurdum. Deinde lege, si placet, ea, quæ pié latis, & erudité scribit Baunes respondens illi quæstioni: An per miracula Dęmonis arte facta excusari possint homines à fide, vel à virtute recedentes. Vide præterea loca D. Thom. supra notata, quæst. 110. articulo quarto.

Baunes

C

PRIMA CONTROVERSIA.

DE MAGIA NATVRALI.

Magia communiter sumpta notitiam multis scientiarum, & bonarum artium professoribus esse necessariam, quid nomine Magiæ significetur, quæ sit eius definitio, & diuisio, & qui primi fuerint eius professores.

D

Vtilitas, & necessitas.

MVltis scientiarum, ac bonarum artium professoribus communes sunt Magicæ Controuersiæ, quibus tam honestæ, & proficuæ, quam malæ, perniciosæq; Magiæ non solum est vtilis, sed etiam necessaria cognitio. Theologis enim, qui de virtutibus, & vitijs, & de bonorum, malorumq; differunt spirituũ potestate, totius Magiæ natura, proprietatesq; debent esse notissimæ. Quapropter de magicis artibus, & earum efficacitate Magister agit in 2. sent. dist. 7. & ibi S. D. & alij scholastici doctores: post Augustinum lib. 3. de Trinitate cap. 7. & alios Sanctos Patres, & expositores diuinæ Scripturæ Exodi 7. & seq. Singulariter autem quæstionem

Magister. August.

S. Thom.

E

hanc latè versat, sapienterq; definit S. Thomas libro 3. cont. gent. à cap. 103. vsque ad 107. inclusiuè, & ibi Ferrar. & in 2. 2. q. 92. vsque ad 96. inclusiuè, & ibi Caiet. & alij expositores; & Michael Medina de recta in Deum fide lib. 2. cap. 7. & Sylu. in suo opere de strigimagarum, Dæmonumq; mirandis, & Bartholomęus Spina de strigibus, & in Apologia aduersus Ponzinibium, Victoria in Relect. de arte magica, Martinus Delrius in suo opere magicarum disquisitionum, Suarez, de Statu Religionis lib. 2. de superstitione, præsertim à cap. 14. vsque ad finem illius tractatus, Ioannes Azorius li. 9. institutionum moralium, Benedictus Pererius in Opusc. de magia, & alij.

Ferrarien. Caietan. Mich. med. Syluester. Spineus. Victoria. Martinus. Gratianus Suarez. Azorius. Pererius.

Ad Iuris etiam peritos quęstionis huius notitia pertinet, vt secundum leges Imperiales. C. de malef. & Math. & Ecclesiasticas sanctiones in decreto Gratiani causa 26. de sortilegijs, maleficijsque valeant iudicare.

Nec à Philosophis secreta naturę scrutantibus, & mirabilium effectuum causas inuestigantibus est hæc Quæstio prorsus aliena, quamquam de Magicis artibus, & effectibus naturæ corporeæ facultatem superantibus nihil certo, firmoq; iudicio valeant definire; quia bonorum, malorumque spirituum virtutes, & effectus sola distincte nouit, discernitq; æ Theologia diuini luminis illustratione, præfulgida, & sacrarum litterarum ductu, præsidioq; roborata. Ex Philosophis Plinius lib. 30. historiæ naturalis, capit. 1. de Magicæ artis origine, scribit accuratè, & post eum Ioannes Franciscus Picus Mirandulanus de rerum prænotione lib. 7. cap. 2. vbi partes eius distinguit, ac de singulis disputat eleganter. Denique Marsilius Ficinus libro 13. Platonicæ Theologiæ cap. 4. de magicis effectibus multa scribit ex doctrina Platonis, & Academicorum, vt ipse putat, quæ sicut nihil habent soliditatis, sic omni destituta sunt colore probabilitatis, & quod peius est, erroris maximi semina sunt aduersus fidei doctrinam de Christi miraculis, quibus suam diuinitatem, prædicationumque veritatem confirmauit, ac proinde cæteris etiam sanctorum miraculis ad fidei veritatem, aut eorũ sanctitatem declarandam adimit credulitatem.

Plinius. Io Franc. Picus Marsil. Fic.

Prædictis addo Io. Bapt. Portam Neapolitanũm qui libellum edidit de magia naturali ad praxim deducta, in quo multa vana, & superstitiosa continentur.

Et quia præter eas, quas implicat hæc controuersiæ suapte natura difficultates, plurimas aliunde extrinsecus euocatas nimia fortasse recentiorum diligentia collegit, & vastam prius quæstionis latitudinem in immensum extendit, adeò vt iam nullis videatur finibus contineri, necesse nobis est iuxta scholasticæ normam disciplinæ dilpurationem hanc cancellis vndiq; præmunire, præscriptisq; limitibus terminare. Quod optimè fiet, si magiam, de qua disserendum est, in partes, & capita quædam præcipua distinxerimus, vt ordinate singulorum difficultatibus ablolutis, nihil amplius ad eam, quæ Theologo necessaria est, Magiæ notitiam desiderari posse videatur. Sed prius de nominis origine rationeq; dicendum est. Ma-

Rō nomi-nis. Cicero. Hieron.

Magus dictio Persica est, qua significatur sapiens, vt innuit Cicero de Diuin. dicens, Magos genus esse sapientum, & doctorum apud Persas, cui consonat Hieronymus in secundum cap. Danielis dicens, Magos esse, qui de singulis rebus philosophantur, & Chaldeorum Philosophos Magos fuisse nuncupatos, quorum præcipui Reges erant, & Principes gentis illius, qui syderum etiam contẽplationi, ac futurorum ex eis prædictioni studebant. Et, quia Persarum sapientes Deorum cultui potissimum vacare solebant, cui multa vana, superstitiosaq; permiscebant, ideò, crescente paulatim vanitate, quibusdam artibus, & maleficijs omnia se scire, & efficere posse professi sunt, ac proindè nomen Magi pro malefico iam sermo communis vsurpat, vt Hieronymus aduertit loco supra notato.

Sic itaque Magiæ nomen prima quidem sui institutione sapientiam, sed vsu communiori maleficiorum notitiam, professionem, & artem videtur significare. Qui plura de nominis huius ratione

Io. Picus. Io. Fr. Picus.

scire desiderat, legat Apologiam Ioannis Pici Mirandulani in disputatione de Magia naturali, & Cabala, & scripta nepotis eius Ioannis Francisci Pici de Prænot. lib. 7. c. 1.

Est igitur Magia duplex, altera bona, & honesta, quæ verè scientia est naturalium causarum intendens cognitioni: altera mala, & illicita superstitionum, ac maleficiorũ exercitio dedita. Vtriq; verò Magiæ nomen est commune secundùm analogiam, cuius sic accepti rationem assignat Franciscus Victoria in sua relectione de arte Magica dicens, Magiam artem esse, & facultatem ad efficiẽdum, & patrandum opera occulta, & mirabilia, non solum extra solitum rerum cursum, sed supra hominum opinionem, & captum. Dicitur *Ars & facultas ad efficiendum*: quia Magia non in sola contemplatione consistit, sed vere practica, siue certitudinem habeat demonstratiuam siue Topica tãtùm gaudeat probabilitate; Efficiendi vero, siue patrandi vocabulo non immediata solum ab artis Magicæ perito effectus productio significatur, sed etiam mediata, quæ per bonos fiat, aut malos spiritus, precibus, aut imperio, vel alio quocunque modo morali compulsos ad operandum. Et quia nulla potest Deus ad agẽdum arte compelli, ideò necesse nõ est in Magiæ definitione facultatem ad eam, quæ creata est, explicitè limitare. Dicitur: *Opera occulta, & mirabilia*. Vt Magia discernatur à quahibet arte, facultateq; communi, quæ manifestos, vel secundùm se, vel secundùm eorum causas omnibus, aut plurimis producit effectus Quemadmodum si magnetis virtus communiter esset occulta, & vir aliquis perspicacis ingenij vim eius, ac proprietatem nunc primum experimento, discursuq; cognosceret, ac cæteris vsu factoq; demõstraret, Magus ab omnibus crederetur, eo quod effectum facilem ex occultissima causa procedentẽ, & omnibus admirabilem; Videnda sunt, quæ de

Augustin

Magnete veluti miracula refert August. lib. 21. de Ciuit. Dei. cap. 4. Nomine præterea operum non soli intelliguntur effectus sensibiles extra animã in rebus producti, sed etiã futurorum prædictio, & quæcumque de rebus occultis tam futuris, quã præteritis, quàm etiam existentibus diuinatio. Dicitur; *extra solitum rerum cursum*, non totius naturæ, sed extra consuetum rerum cursum; quia scilicet comparatione cæterorum effectuum, qui ex alijs naturalibus causis communiter notis eueniũt, illi, quorum scientiam, siuè notitiam, & facultatẽ Magia profitetur, per quam rari sunt, ac minimè consueti. Postremò dicitur: *supra hominum opinionem, & captum*: quia scilicet vel simpliciter omniũ hominum capacitatem excedunt, quales ex ijs operibus plurima sunt, quæ per Dæmonum ministerium producunt artis Magicæ professores, vel non simpliciter omniũ, sed plurimorum, ac ferè omnium intelligentiam exuperant: atque ideò magicæ facultatis effectus neq; sunt verè, ac propriè supernaturales, neque miracula. Nam, & si mirabilia quædam sint extra communem rerum cursum, & supra hominum opinionem, & captum, totius tamen ordinem naturæ non excedunt, nec ex virtute deriuantur supernaturali, quæ naturalem nõ solum hominis, sed etiam Angeli superat intelligentiam.

Martinus.

Et ex his patet error Martini Delrij lib. 1. disquisitionum magicarum cap. 2. dicentis, prædictã Victoriæ definitionem adeò strictam esse, vt artificiosam, & naturalem Magiam excludat; patet nãque eam definitionem vtramq; magiam latè complecti, prout etiam vberius, ac euidentius infra dicenda declarabunt. Ex quo statim alius eiusdem Authoris defectus eluceſcit in assignanda Magiæ definitione; plures enim in ea ponit aduersus artẽ particulas minimè necessarias, vt quod magicæ facultatis effectus vi creata, & non supernaturali producantur. Nostra enim ex Victoria desumpta, præcisè, per se, & formaliter intellecta prædictas includit conditiones, siue particulas.

definitio magiæ ex Victoria.

Distinctio magiæ.

Nunc magiæ distinguendæ sunt partes, & suo quæque loco, & ordine collocandæ, vt de singulis ordinatè differendo, disputationis huius nostræ series non solum legentis intelligentię sit perspicua, sed etiam ab eo facilè memoria teneatur. Dico igitur Magia duplex, vt ante diximus: Altera physica, siue naturalis, & altera minimè naturalis, sed Dæmoniaca, & superstitiosa: Illa, scilicet naturalis dupliciter sumi potest: Vno modo latè, prout idem est, quod scientia virtute luminis naturalis de rebus ad ordinem Vniuersi naturalem pertinẽtibus acquisita, quo sensu Persæ tali scientia prędi tos magos appellarunt: sicq; magia scientias omnes complectitur humanitus acquisibiles sub vna ratione generica, vel magis analoga. Alio modo sumitur magia naturalis pro notitia practica secretiorum virtutum, & operationum causarum naturalium. Cuius quinque iuxta prædictos Authores, ac præsertim Ioannem Picum, & Michaelẽ Medinam possunt partes assignari. Quarum prima est physica naturalis proprie dicta, quæ notitia practica est rerum sublunarium sympathiam, aut antipathiam habentium ad inuicem, ita vt, si tali loco, tẽpore, & modo fuerint applicatæ, adeò mi-

Naturalis magiæ distinctio

mirabiles edent operationes, & effectus, vt vulgaribus manifesta miracula videantur: qualis videtur fuisse Thobiæ senioris priùs cæci sanitas vnctione fellis inducta, cuius virtutem Raphael Angelus optimè nouerat, & iunori Tobiæ reuelarat. Ad eandem Magiæ naturalis artem spectat delatio lapidis cuiusdam in Tigride geniti, qui contra ferarum nocumenta præsidium est salutare, vt ait Aristoteles in lib de Mirabilibus, & alia multa, quæ narrat Augustinus loco supranotato, quibus addunt alia plura Victoria in allegata relectione; & Michael Medina de recta in Deum fide lib 2. c. 7. & Martinus prædictus lib. 1. cap. 3. Hanc Magiæ partem diligenter coluisse dicuntur Indi, Aethiopes, Chaldei, & Persæ, quibus herbarum, & lapidum, ac cæterarum rerum ad miros effectus patrandos virtute pollentium facultas maxima suppetebat. Ex illustribus autè in hac facultate professoribus nominari solent Thespion apud Gymnosophistas, Hierarchas apud Brachmanos, Budas apud Babylonios, Abbaris apud Hyperboreos, Zoroaster Horomasi filius apud Persas, Zamolxides apud Thraces. Vt autem notat Cicero libro primo, de Diuinatione, Persarum lege cautum erat, neminem regio potiri fastigio, nisi Magiam, ideſt totius naturæ, & religionis noritiam prius imbibisset. Plures huius partis studiosos recenset Medina loco superius allegato.

Aristot. Augustin. mich med. Martinus. Magi æcul tores.

Secunda naturalis Magiæ pars est Mathematica, non quæcumque, sed ea, quæ absque naturalibus actionibus, & passionibus ex solis mathematicis disciplinis opera quædam, se producere posse profitetur ijs, valde similia, quæ ex naturalibus rebus mutuam habentibus sympathiam prima naturalis magię pars efficere consueuit. Huius Mathematicę Magię peritia, siue potestate dicitur Architas Tarentinus columbam ligneam, quę volaret, & statuam Mercurij verba resonantem effecisse, & Albertus Magnus caput æneũ fabricasse narratur, quod cum summa omnium admiratione loqueretur. Diuus etiam Seuerinus Boetius summi vir ingenij, ac eruditionis plures hac arte mirandos effectus patrasse memoratur. Alia plura recenset Michael Medina loco supra notato. Legendus est Beda de propositionibus Arithmeticis Tomo 1. vbi ex ratione, siue computatione numerorum tradit regulas ad diuinandum, quem quis numerum animo conceperit, & in quo septimanę die quispiam quid egerit.

Alb. Mag.

mich. med. Beda.

De numerorũ etiã, & figurarum efficacitate latè disserit Ioannes Picus loco supra notato, Pytagoricorum secutus opinionẽ, pro qua multa profert sanctorum dicta numerorum actiuitatem satis aperte sonantia. Sed eorum sensum aperiemus interius. Vidi ego quendam ludi gratia fingentem nauim periclitantem, & in ea Christianos, & Turcas, qui ad nauim exonerandam conuenissent, vt quibus quasi sorte numerando contingeret, mitterentur in aquam, Christianumq; sic Turcas, cũ Christianis ordinantem, vt quasi confusè, & fortuitò dispositi viderentur: & nihilominus in singulis actibus numerandi iactura solis obtingeret infidelibus.

Io Picus.

Ludicũ.

A Tertia naturalis Magiæ pars est Astronomica, quam esse Cabalæ partem Ioãnes Picus affirmat, eam, scilicet quæ cœlestium corporum, ac virtutũ eorum, & influxuum notitiam cõcinet. Cuius professio est imagines, & annulos fabricari, in quibus cęlestes recipiantur influxus, qui mirabiles producant effectus. Huic arti dicuntur studuisse quidam Rogerius Bachon, & Albertus de Villanoua, & quidam alij.

Quarta naturalis Magiæ pars est Musica, de qua latè differit Martinus prædictus in allegato lib. 1. cap. 4. q. 2. Hæc in proportione numerorum aptè sonis accommodata consistit, quam Platonici valdè magnificantes eidem excellentes, ac miros effectus tribuerunt.

B

Postrema naturalis Magiæ pars est perspectiua quo ad eam partem, quæ luminibus, speculis, imaginibus, & annulis, aut etiam manuum dexteritate oculorum fallit obtutum.

Cum igitur effectus omnes admirabiles naturalis Magiæ facultate, siue ministerio producibiles ex diuersis dependeant causis naturalibus ad diuersarum scientiarum, & artium notitiam pertinentibus, consequens est, naturalem Magiam, nec vnam esse scientiam, aut artem à cæteris distinctam, nec naturalis Philosophiæ partem, vt affirmat Victoria, sed omnibus ferè scientijs, & artib, etiam mechanicis humanitus acquisitis esse commistam: ita vt in qualibet scientia, vel arte earum causarum notitia dici valeat Magia naturalis, ex quibus ad vsum applicatis produci possunt effectus præter consuetum rerum cursum, & supra cõmunem hominum opinionem, & captum: An autem, & quomodo non ex solis causis ad naturalis philosophiæ noritiam pertinentibus, sed etiam ex quantitatibus, figuris, & numeris ad scientias mathematicas pertinentibus, & ex cœlorum motib', aspectibus, coniunctionibus, & influxibus astronomicę consideracioni subiectis multos omnibus hominibus admirabiles effectus produci valeant, si loco, tempore, ac modo debito causæ fuerint applicatæ, aut disposita rectè materia, in quam debeant operari dicemus inferius.

Magiæ amplitudo cõtra Victoriam.

C

D

Distinguunt autem nonnulli primam naturalis Magiæ partem, scilicet physicam propriè dictam in profecuam, veneficam, & præstigiosam; quam etiam diuisionem adaptant Mathematicæ, & Astronomicæ Magiæ. Quæ distinctio, cum non sit per differentias scibilis, inquantum scibile, merè est accidentalis, ac proindè, vt arti minimè congruens, omittenda. Magiæ verò superstitiosæ partes distinguemus in altera controuersia.

Magiæ naturalis distinctio.

E

QVAESTIO PRIMA.

De vi imaginationis, tam circa corpus ipsius imaginantis, quàm circa corpus alienum, ipsi tamen imaginanti coniunctum.

PRoposito igitur, & explicatis superficiè tenus præcipuis Magiæ partibus, multæ se se offerunt quæstiones diligenter examinandæ, & cum diui-

diuini luminis adiutorio definiẽdæ. Et primò quidem illæ permittendæ sunt, quæ de naturali, honestaq; Magia moueri solẽt. Ex quibus prima ad naturalis philosophiæ notitiam pertinens quærit: An ea sit imaginationis humanæ vis, siuè potestas, vt miros producat effectus, non in corpore tãtùm ipsius imaginantis, sed etiã in alieno. Et corpus quidem imaginantis animæ proprium ex apprehensione vehementi mirificè transmutari quotidiana ferè docet experientia; & S. D. tertia parte, q. 13. art. 3. ad tertium, veritatem hanc sapienter, vt solet, explicat dicens: *Imaginationi, si fuerit fortis, obedit corpus quantum ad cæsum de trabe in alto posita; quia imaginatio nata est esse principium motus localis, vt dicitur in tertio de anima. Similiter etiã quantum ad alterationem, quæ est secundùm calorem, & frigus, & alia consequentia; eo quòd ex imaginatione consequenter natæ sunt consequi animæ passiones, secundùm quas mouetur cor, & sic per commotionẽ spirituum totũ corpus alteratur. Aliæ verò dispositiones corporales, quæ non habent naturalem ordinem ad imaginationem, non transmutantur ab imaginatione, quantumcunque sit fortis, putà figura manus, vel pedis, vel aliquid simile.* Hæc ibi S. Thom. Quam etiã doctrinam aduersus Auicennam tradit in 3. cont. gent. cap. 103. Quam Michael Medina loco sæpè citato multis illustrat exemplis ex Auicenna, Augustino, Hippocrate, Galeno, Plinio, Quintiliano, & alijs. Ex quibus etiam multa profert Martinus loco supra notato. Nec vlla de vi imaginationis, quo ad hanc partem, siue respectum videtur apud sapientes esse difficultas.

S. Thom. Mich. med. Martinus.

Tota Controuersia est de facultate imaginationis in corpus alienum; cuius duplex potest ad corpus imaginantis esse comparatio; Vel enim est illi coniunctum, vel est ab eo separatum. Dicitur autem coniunctum corpus, quod vel vtero continetur, vt infans, vel quod actu contingitur, sicut ouа incubanti gallinæ dicuntur esse coniuncta. Et siquidem corpus alienum sit corpori imaginantis dictorum modorum altero coniunctum, certum est, imaginationis virtute posse permutari, sicut, & corpus animæ proprium. Sicut diuina scriptura Gen. 30. cap. testatur dicens: *Tollens ergo Iacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex Platanis, ex parte decorticauit eas, detractis q; corticibus, in ijs, quæ spoliata fuerãt, candor apparuit: illa verò, quæ integra fuerant, viridia permanserunt, atque in hunc modum color effectus est varius. Posuitq; eas in canalib. vbi effundebatur aqua, vt cum venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in aspectu earum concipierent. Factum q; est, vt in ipso calore coitus oues intuerentur virgas, & parerent maculosa, & varia, & diuerso colore respersa, &c.*

Gen. 30. an.

Eandem veritatem S. Augustinus lib. 18. de Ciuit. Dei, cap. 5. breuiter exprimit, cum de Apis loquens, quibus erat insigni colorum varietate mirabilis, quam vt Deum Aegyptij coluerunt, ait: *Non enim magnum erat dæmonibus ad eos, (scilicet Aegyptios) decipiendos phantasiam talis tauri, quem sola cernerẽt ostentare vaccæ concipienti, atque pregnãti, vndè libido matris attraheret, quod in eius fœtu iam corporaliter appareret, sicut Iacob de virgis variatis, vt oues, & capræ variæ nascerentur, effecit. Quod enim homines coloribus, & corporibus veris, hoc dæmones figuris fictis facillimè possunt animalibus concipientibus exhibere.* Cuius rei causam Isidorus assignans ait: *Hanc enim fœminarum dicunt esse naturam, vt quales perspexerint, siue mente cogitauerint in extremo voluptatis æstu, dum concipiunt, talem sobolem procreent. Etenim anima in vsu venereo formas extrinsecas intus transmittit, earumq; satiata typis, rapit species earum in propriam qualitatem.* Aliam rationem assignat Abulensis in Genesim, ca. 30. dicens, animã, quatenus vnitur corpori, vt motor, ipsum mouere, & dirigere assimilando ipsum naturæ suæ, quantũ potest, & se habere ad illud, sicut artifex ad opus; ita vt quemadmodum artifex per formam exemplaris in mente retenti eiusdẽ formæ similitudinẽ imprimit in effectu, sic anima sensitiua sensibilem concipiens imaginem in vltimo æstu, & ardore libidinis, eius similitudinem imprimit fœtui, transmissa tunc, cum primò conceptio fit, in semen simul cum formatiua virtute, vi quadam inductiua talis coloris, aut formæ. Vt enim Plinius aduertit lib. 7. historiæ naturalis, in vsu venereo cogitatio cuiuslibet animo transuolans effingere similitudinem creditur, multoq; plures in homine, quàm in cæteris animantibus similitudinis differentias operatur. Cuius causa est imaginationis, seu magis cogitatiuæ nobilitas, quæ summa perspicacitate, miraq; celeritate varias, ac propè innumeras rerum formas à sensibus acceptas, veluti res ipsas actu præsentes concipit, multipliciter ordinat, atque commiscet.

Abulens. Plinius.

Hinc ratio reddi potest à priori, cur fœtũ multi non parentum, sed rerum ab eorum altero, vel etiam ab vtroque conceptarum similitudinem referant: qualis fuit illius Matronæ partus, quæ ex proprio marito filium concepit, ac peperit Aethiopi similem in pariete cubiculi depicto. De qua re differit erudite Quintilianus. Quamobrem, vt Pisoni scribens ait Galenus: Diues quidam volens filium excellentis pulchritudinis generare, formosissimi pueri simulachrũ vxori proposuit in actu venereo contemplandum, ficq; factum est, vt imagini partus quàm simillimus ederetur.

Quintil. Galenus.

Plura generis huius exempla referunt Authores prædicti, præsertim verò Michael, & Martinus. Sed (quod mirabilius est) fœtu iam in vtero formato, ac partui proximo, si Mater quidpiam cibi, vel potus oculis visum, aut imaginatione conceptum anxiè concupiscat, & in actu, ac æstu desiderij partem sui corporis aliquam manu contingat, rei concupitæ statim in prole secundùm eandem speciem, siue figura corporis partem similitudo genuina formatur.

De corpore verò contactu solo coniuncto duo proferri solent exempla, alterum Pauonis fœminę fouentis ouа, cui si linteum album fuerit circumpositum, vel appositum, albi nascentur Pauones, vt quidam asserunt.

Alterum est Gallinæ ouis incubantis, cui si cancellis inclusa serpens ostendatur vsque ad illud tẽporis

Digitized by Google

poris punctum, quo fuiſſent pulli prodituri, non pulli gallinacei, ſed ſerpentes ex ouis erumpent.

Quæſtio Secunda.

De ui imaginationis circa corpus ab imaginante ſeparatum, & diſtans.

Sententiæ Doctorum.

SEd iam de corpore penitùs ſeparato dicẽdum eſt: an alienæ imaginationis actu valeat immutari. Auicenna in quarta ſexti naturalium capit. 6. dicit quatuor. Primum eſt, animam humanam per fortem imaginationem, aut intenſum affectum corpus non ſolùm propriũ, ſed etiam alienum realiter tranſmutare, adeò, vt corpus humanum deducere valeat ex ęgritudine ad ſanitatem, & è contra, nubes in aere condenſare, pluuias, niues, grãdines, & ventos educere, aut excitatos cõpeſcere. Secundum eſt, non omnibus animabus à natura vim talium immutationum fuiſſe conceſſam, ſed illis tantum, quæ naturales quaſdam virtutes in ſui generatione ab aſtrorum cœleſtium influxu receperunt, quibus ſupra vim cæteris animabus communem ſic eleuantur, vt opera cunctis hominibus admirãda valeant operari; Exiſtimat enim Auicenna rationalem animam eiuſdem, aut valdè ſimilis eſſe naturæ cum intelligentia, atque ideò naturaliter huic Mundo corporeo dominari. Tertium eſt, varias eſſe rationalium animarum poteſtates iuxta varios cœleſtium planetarum influxus. Illa enim (inquit) anima, quæ ſub Iouis dominio, concurrente propitio cæterorum planetarum aſpectu, fuerit humano corpori copulata, Iouis quandam ſimilitudinem, ac imaginem conſequetur, ita vt quaſi Iouis imago virtutem habeat in totam huiuſce Mundi materiam operandi, quæ Iouis intelligentiæ ſubijcitur, poſitq; pro libito ſuę voluntatis nouis in quamlibet eius partem qualitatibus, & formis inductis eam immutare. Vtrumũ eſt, illi tantum animæ rationali prædictam competere facultatem, cuius fortiſsima fuerit imaginatio, & intenſus affectus, ac purus, & corporeis paſſionibus minimè ſubditus, & quæ materiam, ſiue ſubiectum habuerit immutationi iam dictæ præparatum.

Auicenna.

Marſilius Ficinus lib. 13. Platonicæ Theologiæ dicit quatuor. Primum eſt: Phantaſia inſtar virtutis viuificę ſicut proprium corpus formar, quoties acrioribus affectib. agitatur, ita faſcinationibus, & maleficijs format alienum, adeò, vt imaginatio febris febriles, ideſt cholericos ſpiritus vibret, qui in venefici hominis corpore ſunt, qui, cum primum incitati ſunt, vna cum ſpiritu prorumpunt illuc tamquam ſagittæ, quo malefica phantaſia quaſi ad ſignum intenderet. Maximè verò ex oculis emicant ſenioris, perque oculos pueri tranſeunt, veluti radij per vitreas materias, & pueri ſpiritus, & humores inficiunt. Hoc dictum quibuſdam probat argumentis inferius adducendis, & diluẽdis, & confirmat hiſtoriæ cuiuſdam narratione dicen-

Marſilius.

tis, homines quoſdam in Illirijs, & Triballis, cum eſſent irati, ſi diutiùs, attentiusq; intuerentur hominem, illum necare, idemq; feciſſe fœminas nõnullas in Scithia.

Secundum eſt: Quia ratio ſuperat phantaſiam, vt bonitas malum, quando ad beneficium aliquod tota animi erga Deum intentione defigitur, nonnunquam corpus illud, erga quod eſt affecta, afficit beneficio, tam proprium, quàm alienum.

Tertium eſt: Hoc munere excellunt illi, vt eſt apud Platonicos, qui diuino quodam beneficio præ cæteris complexione tẽperata, cęleſtiq; ſunt prædicti, nec non puris, & modicis nutriti cibis, honeſtis præterea, diuinisque moribus educati. Hi medici ſæpè ſunt generis humani, & corpori, cui cupiunt bona, ſi directi prorſus in Deum pijs votis ardenter exoptant, illicò præſtant, præſertim ſi hominis beneficium acceperit animus ſit paratus.

Tandem Auicennæ conſentiens affirmat de mẽte Platonis in Timeo, & Phedro, animam, cum ſupra phantaſiam, & corpoream omnem naturam fuerit eleuata, tunc iam non eſſe animam, ſed Angelum, tuncq; ſuę virtutis influxu poſſe non ſolum humana corpora tranſmutare, ſed etiam ſolo mentis affectu poſſe quatuor elementa Mundi mouere, ventos excitare, cœlo nubes inducere ſereno, & eas in pluuias condenſare, ventos compeſcere, & aerem ſerenare.

Alphonſus Toſtatus Epiſcopus Abulẽſis in ſuo 4. Paradoxo cap. 17. duobus dictis ſuam ſententiã exprimit. Primum eſt: Falſum eſt, quod vulgares enunciant, videlicet quoſdam homines malorum oculorum fore, qui ſi oculo furibundo, aut qualitercunque ad malum moto aliquid intueri voluerint, illud lædent, aut occident: quod ſi benignis illud oculis intueantur, nihil nocebit. Secundum eſt: Si faſcinare dicatur, videndo rei viſæ nocere, ſiue hoc ſpontaneè, ſiue inuoluntariè fiat, fateri oportet faſcinationem aliquid eſſe, & eſſe aliquorum hominum, aliorumq; animalium oculos res viſas faſcinantes.

Toſtatus.

Michael Medina loco ſupra notato negat, animam quidquam poſſe per imaginationis vehemẽtiam, aut per aliam virtutem in corpus omninò ſeparatum.

Valentia 2. 2. quæſt. 96. puncto 2. concedit, poſſe interdum aliquem effectum non magni momenti in alieno corpore ſequi ex imaginatione per vapores exhalãtes ob adiunctum cordis motum, præſertim ſi alienum corpus non ſit valdè diſtãs: at effectus quoſdam admirabiles in alieno corpore fieri, vt expulſionem tempeſtatis, & ſanitatem in morbo difficillimo, exiſtimat eſſe omninò commenticium.

Valentia.

Martinus prædictus duas ſtatuit concluſiones. Prima eſt: In corpus alienum diſiunctum, & ſeparatum ab imaginante anima humana, neque per imaginationem, neque per aliam potentiam mediantibus vllis radijs, ſpiritibus, vel ſpeciebus vlla mirifica huiuſmodi poteſt efficere. Hanc ait Theologorum eſſe communem, ac præſertim D. Thomæ, Ferrarienſis, & Medinę: quod eſſe falſum

Martinus.

ex eisdem autoribus ostendemus. Secunda eiusdē conclusio est: Satis verisimile est, posse aliquid imaginationem in corpus vicinum arcta quapiā coniunctione, & contactu copulatum, si tamen, & imaginatio sit valdè intensa, & vicinum corpus ad eam valdè dispositum.

Suarez. Suarez Disp. 12. Metaph. sect. 8. num. 25. negat imaginationis actum virtutem habere naturalem ad alterandum alienum corpus, sed num. 26. sequens D. Thomam ait, fascinationem fieri ab aliqua qualitate venenifera existente in oculo, aut in interiori corporis dispositione, complexione, aut humoribus, quę communicatur spiritibus vitalibus, qui imaginatione, & attentione animi commouentur, & ad oculos perueniunt, & aerem inficiunt vsque ad certam distantiam, & sic alteri nocent.

S. Thomas Est igitur sententia D. Thomę infra quęst. 117. artic. 3. & lib. 3. cont. gent. cap. 103. quę media est inter prędictas extremas opiniones, affirmans, ex imaginatione, si fuerit vehemens, sequi nonnunquam, non quidem immediatè, sed mediatè immutationem corporis alieni, ideſt ab imaginante distincti. Quam sententiam sequitur Ferrariensis in expositione dicti cap. Bannes in Commentario ad dictum articulum, & Bartholomęus Sibylla in suo speculo peregrinarum quęstionum, Decade 3. cap. 8. quęstiunc. 3. Ad cuius euidentiam, & huius quęst. siue partis controuersię resolutionem.

Ferrarien. Bannes. Sibylla.

Resolutio.

Virtute imaginationis mutari non posse immediatè corpus extrinsecum, sed medijs tantum corporeis spiritibus in illud transmissis, atque ita per uetularum aspectum pueruulos Fascinari.

PRemittenda primò distinctio est iam tacta, videlicet imaginationis actu dupliciter immutari posse corpus extrinsecum, & ab imaginante seiunctum, scilicet immediatè, & mediate. Et priori quidem modo dicentes fieri per actum virtutis imaginatiuę corporis alieni mutationem, mirabile paradoxum asserūt principijs verę philosophię repugnans; sub eorum enim actuum genere comprehęditur imaginatio, qui vel nihil omninò producunt, vel, si quid efficiunt, non in externa materia, sed in ipsa recipitur operatiua potentia.

Præterea nulla vis organica cognoscitiua, aut appetitiua vim habet practicā circa externę materię formationem, aut immutationem, nisi media virtute motiua, aut alteratiua partiū aliquarum corporis ipsius cognoscentis, & appetentis: cum ergo virtus imaginatiua sit organica, hoc vno tantùm modo poterit alienum corpus omninò separatum immutare. Probatur assumpta propositio; Quia longè maior est virtus intellectus, & voluntatis, quam cuiusuis organicę, & sensitiuę potentię: Constat autem, humanum intellectum, & voluntatem nihil extrinsecus operari, nisi per vires earum partiū corporis motiuas, quę natę sunt obedire voluntatis imperio, & pręconceptos, aç

A volitos effectus, vt instrumenta producere; igitur imaginatio multò minus quidquam efficere potest immediatè circa corpus, siue viuens, siue vitā carens omninò distinctum, & ab imaginante separatum.

Distinctio. Posteriori verò modo, scilicet mediatè per imaginatiuę virtutis actum corpus extrinsecum immutari, quatuor modis potest intelligi. Primò, vt per actum proprium alicuius sensus exterioris, puta visus, aut tactus fiat immutatio. Secundò: vt per radios aliquos sensibiles fiat ex oculis emissos. Tertiò, vt fiat per virtutem aliquam intentionalem eo modo, quo colores aerem, & oculum immutant, & informant. Postremò, vt per spiritus aliquos subtiles, & corporeos per oculum, tactum, vocem, aut flatum transmissos immutentur extrinseca corpora. Quę etiam immutatio duplex esse potest, proficua, scilicet, & venefica. Hęc verò singula sunt examinanda.

Cum autem visio, & quęlibet externi sensus operatio fiat, non extramittendo, sed speciem sensibilis in ipsa virtute sensitiua recipiendo, sitq; de genere actionum immanentium, impossibile est, quouis actu sensus, vt sensus est, alienum corpus immutari à sentiente. Et eadem ratione secundus modus excluditur; radij namq; sensibiles ex oculis emicantes, aut nulli omninò sunt, si visionis actum intelligantur intimè constituere, siquidem illuminatio ad actiones attinet transeuntes: aut si qualitas organi est; exiguę valdè virtutis est, nec potest, nisi fortè per aeream vnitam ei qualitatē, puta spiritus aliquos infectos, alienum corpus immutare; alioquin non vetularum, sed adolescentularum oculi, qui multò lucidiores sunt, potentius immutarent, quod esse falsum, non communis opinio tantùm, sed etiam experientia docet. Tertius verò modus ex eodem principio vanus esse deprehenditur; virtus enim illa intentionalis ad actionem pertinet transeuntem, quę nulli conuenit potentię cognoscitiuę; nec virtus illa mediatam constituit actionem, sed magis ipsius agētis actio est, vt patet ex probabili eorum sententia, qui dicunt Deum voluntatem nostram immediatè mouere, & motionem illam, prout in voluntate recipitur, esse vim quandam intentionalem à Deo mouente perductam; sicut motio Artificis in instrumento recepta secundùm esse quoddam intentionale in eo est. Solus igitur quartus, & vltimus modus ex illis omnibus potest esse legitimus.

S. Thom. Ad cuius euidentiam sciendum est primò ex Diuo Thoma infra quæst. 117. ar. 3. ad secundum, & 3. cont. gent. cap. 103. nullam ex apprehensione sequi corporis immutationem, nisi apprehensioni addita fuerit affectio aliqua; vt gaudij, timoris, concupiscentiæ, aut alterius passionis: & quoniā huiusmodi passiones accidunt cum determinato motu cordis, ex quo sequitur totius corporis immutatio, vel secundùm motum localem, vel secundum alterationem aliquam, ideò numquam apprehensio corpus proprium alterat cognoscentis, nisi medio locali motu. Et, quia sic alterato corpore imaginantis, spiritus immutantur, præsertim

in

in oculis, ad quos ſubtiliores ſpiritus perueniunt, qui ex oculis egredientes determinatam inficiunt aeris latitudinem, ideò, ſi vehemens fuerit animæ motus ad malitiam, noxius, ac veneficus erit oculorum aſpectus, & maximè pueris, quorum tenerum eſt corpus: ac proindè faciliè receptiuum impreſſionis; atque ita per vetularum aſpectum pueri faſcinantur: ſicut etiam ſpeculum nouum, & purum inficitur oculo menſtruatæ, vt ait Ariſt. in lib. de Somno, & Vigilia: & Lupus, ſi hominem à propinquo conſpexerit, antequàm cõſpiciatur ab eo, reddit eum per aliquod temporis ſpatium impotentem ad clamãdum, eo quòd eius oculi veneno-ſis ſpiritibus ſint infecti, qui propinquum hominẽ inficientes organa vocis impediunt, nè vocem reſonent, duratque impedimentum, quantum ſpiritũ virtus ipſa durauerit, vt ait Abulenſis in quarto Paradoxo, cap. 16. Quod ſi prius homo lupum aſpexerit; nullum ei lupus afferre poteſt vocis impedimentum; quia forſitan virtute ſpirituum ex oculis hominis emanantium vis oculorum lupi pũuenta reprimitur, & eorum venefica virtus extinguitur.

Faſcinatio

Abulenſis

Sed de vetularum aſpectu Martinus ait, eas deformi ſuo ſqualore, ac tetritudine poſſe infantulos perterrefacere, ita vt eo timore concitentur humores, ac citiùs erumpant morbi, ad quos tenellũ infantuli corpus iam erat diſpoſitum. Sed cum ex multis alijs occurrentibus contingat infantes timore percelli, ex nullo tamen eorum genus illud infirmitatis incurrunt, quod in eos vetularum malignus inducit aſpectus; Vim igitur eorum oculos veneficam habere neceſſe eſt, quæ ſpecialem infantibus afferat ægritudinem. Raucedinis autem ex occurſu Lupi Martinus iam dictus duplicé affert cauſam, alteram ex parte hominis, qui ex repentino feræ conſpectu timore perculſus, & toto corpore frigefactus raucedinem in organo vocis incurrit; alteram ex parte lupi, qui prior hominem videns ad vindictam ſe præparat, & noxium in hominem vaporem exuſtat, ſicque hominem efficit raucum, nè clamans cæterorum hominum ſubſidia valeat inuocare: at ſi videat ab homine ſe deprehenſum, ac viſum fuiſſe, metuere, & fugam meditari, atq; ideò de noxio ſtatu in hominem emittendo non cogitare. Sed ratio, quam affert ex parte hominis, feris omnibus communis eſt ab homine repente viſis, cum tamen effectum illum ſoli lupo tribuant Authores grauiſsimi, ex quibus S. Ambroſius lib. 7. in Lucam, cap. 10. ſic loquitur. *Lupi, ſi quem priores hominem viderint, vocem ei quadam naturæ vi videntur eripere: ſi autem eos homo priùs viderit, exagitari memorantur.* Quod etiam affirmat Iſidorus lib. 12. Etymol. & Abulenſis in allegato Paradoxo cap. 19. & 20. Ratio etiam ex parte Lupi friuola eſt, quia Lupus etiam priùs ab homine viſus non ſemper fugit, ſed nonnunquam illum aggreditur, & tunc præcipuè, cum fuerit fame confectus, vel vnius, aut plurium Luporum ſubſidio roboratus. Sed hæc miſſa faciamus ad rem noſtram minimè pertinentia.

Martini opinio reijcitur.

S. Ambr

Iſidorus, Abulenſ

A *Faſcinationem ſecundùm vnam rationem eſſe voluntariam, & ſecundùm aliam rationem eſſe naturalem.*

SEcundò conſiderandum eſt, faſcinationẽ propriè dictam, quæ nimirum fit hominis oculo, ſecundùm vnam rationem eſſe voluntariam, ſecũdùm aliam verò naturalem; cauſa namque prima mouens ſceleſtum hominem ad faſcinandum eſt maligna voluntas, vt perſpicuè docet infra S. D. q. 117. art. 3. ad ſecundum dicens. *Cum aliqua anima fuerit vehementer commota ad malitiam, ſicut maximè in vetulabus contingit, efficitur ſecundum modum prædictum aſpectus eius venenoſus, & noxius, & maximè pueris, qui habent corpus tenerum, & de facili receptiuum impreſſionis.* Hæc ibi. Non mouetur autem anima ad malitiam, niſi per actum voluntatis, cuius nutu tam phantaſia, quàm aliæ vires imperio voluntatis naturaliter obſequentes mouentur ad operandum; ex vehementi verò imaginatione, vt ibidem ait S. D. ſpiritus coniuncti corporis immutantur, ac præſertim in oculis, ad quos ſpiritus deriuantur ſubtiliores, qui ex oculis erumpentes, & proximè circumſtantem aerem inficientes, tenellíſque puerorum corporibus in eadem aeris parte conſtitutis imbibiti breui temporis ſpatio venefica ſua eos qualitate perimunt.

B

C Et quia ſpiritus illi ſuapté natura noxij ſunt corporibus illis, qui talis ſunt nocumẽti capaces, ideò ſecundùm hanc rationem, & cauſam materialem, ac efficientem proximã eſt faſcinatio naturalis. Neque neceſſe eſt, ſpiritus illos pueriles noxios ipſis quoque vetulabus eſſe, veneficos: aliud eſt enim ſenectutis, & aliud puritiæ temperamentum, nec ſenum omnium eadem complexio eſt, nec ſpiritus ſingulorum eiuſdem omninò qualitatis, & efficacitatis exiſtunt, ſed plurimæ, ac magnæ ſunt eorum differentiæ iuxta varias corporũ diſpoſitiones naturales, & acquiſitas, atque ideò non omnibus vetulabus virtus ineſt faſcinatiua, ſed illis tantum, quarum malignæ cogitationes, & affectus medio cordis motu ſæpè, ac diu corpus alterando veneniferam illam qualitatem in corpus proprium induxerunt ad ſpiritus omnes, etiam vitales latè diffuſam, quæ tamen in eis verè, ac propriè ægritudo non eſt, vt exiſtimat Abulenſis, ſed habitus quidam eſt acquiſitus indiuiduali earum cõplexioni minimè noxius, aut aduerſus. Et quia non in quolibet oculorum aſpectu tales ſpiritus commouentur in corpore, vel in oculis, in ea quantitate præſertim, quæ faſcinare poſsit infantem, ſed in eo tantum aſpectu, quem fortis præceſſerit imaginatio cum affectu maligno, ideò falſum eſt, quod ait Abulenſis, videlicet hominem peſtiferã illam qualitatem habentem nõ pro arbitrio quos voluerit, ſed naturaliter quoſcumque obuios parum diſtantes, atque ad corruptionem diſpoſitos faſcinare, niſi claudat oculos. Cum enim ſub hominis libera facultate poſita libera ſit imaginatio, & appetitio, ex quibus ſequitur corporis alteratio, ſpirituumq; commotio, ſequitur, qualitatẽ illam habẽtes faſcinatiuam poſſe pro libito, quos voluerint, Deo permittente, faſcinare, ſi fuerint

Obiectionis ſolut.

D

E Abulenſis opinio cõfutatur.

eius ægritudinis prauia dispositione capaces; quos verò prodiua voluntate nullo malignitatis affectu præcedente conspexerint, nihil eis afferre nocumenti.

A

Nullius aspectu, contactu, aut habitu, vel filo posse quemquam naturaliter ab infirmitate curari.

TErtiò notandum est, hominem virtutibus moralibus, etiam heroicis exornatum, & perfecta corporis ac spirituum sanitate, vel temperamento donatum non posse, tametsi maximè voluerit, benignos suorum oculorum aspectu, aut alia virtutis emanatione mirabiles in ægrotantibus effectus sanitatis fascinationi contrarios efficere, quamuis fortasse nonnunquàm possit ex parte leuamen afferre. Malum enim, vt ait Dionysius, conspicit omnifariam, bonum autem consurgit ex integra causa, atque ideò facilius est venefica spirituum qualitate morbum inducere, quàm eorum æqua dispositione sanare. Plura nouimus animalia solo aspectu, vel flatu valdè nocentia, aut etiã illicò perimentia, vt de Basilisco Plinius, & alij referuntur, cum tamen nulla fiat aspectu solo, vel flatu sanantia, ex graui præsertim infirmitate. Quare nedum falsa, & hæretica, sed planè stulta fuit eorũ opinio, qui Christi miracula in perfectum corporis eius temperamentum referebant, dicentes, talem habenti corporis dispositionem subditam esse vniuersam rerum corruptibilium sphæram, & quicquid in ea continetur, & eius obsequi voluntatis imperio. Perfectio namq; temperamenti ad optimas vitium naturalium functiones ordinatur, & ex eis cognoscitur, non autem ex effectu in extrinseca corpora virtutis emanatione producto, & cũ temperamentum sit corpori naturale, virtus eiũ effectiua sanitatis ex eo naturaliter emanare, atque ita quorumcumque sibi occurrentium dicta fuas, & intemperies ad curatiuam temperiemque reduceret. Prædictum errorem, siue magis insanã lare profutac Michael Medina loco supra notato, & Vasquez 3. par. q. 93. disp. 57. vbi etiam probat miracula Christi in virtutem imaginationis eius non esse referenda.

Plinius.

B

C

D

Mich. med.

Postremò quæri potest, an cõtactu, aut habitu, vel sibilo possit quispiam naturaliter aliũ à morbo curare, vulnera sanare, aut ferrum extrahere. Cui quæsito quamquàm non defuerint respondentes, hæc omnia dictis modis effici posse virtute naturali, simpliciter tamen negandum est, tales curationes ex humani corporis virtute naturali posse derivari. Nullum enim hactenus erroris prædicti sectatores exemplum proferre potuerunt alicuius, qui sola naturali virtute contactus, halitus, aut sibili fuerit à quauis infirmitate sanatus; constat enim in praxi prædictis actibus multa superstitiosa misceri, vt Martinus superius allegat' obseruat lib. 1. cap. 3. quæst. 4. quod euidens signum est pacti cum dæmone saltem impliciti ad obtinẽdam eius opera sanitatem.

E

Martinus.

Conclusiones deductæ, & probatæ.

PRima conclusio: Magiæ definitio vera, & optima ea est, quam ex Victoria superius assignauimus, videlicet: Magia est ars, seu facultas ad efficiendum opera occulta, & mirabilia, non solum extra solitum rerum cursum, sed etiam supra hominum opinionem, & captum.

Secunda conclusio: Imaginationis virtute potest corpus alienum corpori imaginantis coniunctum immutari.

Tertia conclusio: Non potest anima humana vi sua naturali per fortem imaginationem, aut solo mentis affectu elementa mouere, ventos excitare, aut excitatos compescere, nubes in aere condensare, pluuias, niues, & grandines è cœlo trahere, aut præparatas, vel etiam erumpentes auertere, & aerem serenare. Hæc est contra Auicennã, & Marsilium Ficinum.

Quarta conclusio: Imaginationis actu quantũuis vehementi non immutatur immediatè corpus alienum.

Quinta conclusio: Imaginationis actu vehemẽti potest immutari ex sanitate in ægritudinẽ corpus alienum media corporis ipsius imaginantis alteratione spiritus commouente, qui ex oculis erumpentes veneniferæ suæ virtutis efficacitate fascinant tenellum pueruli corpus ad talem virtutẽ, & immutationem suscipiendam, non loci tantum vicinitate, sed etiam temperamento dispositum.

Sexta conclusio: Fascinatio, quæ fit hominis oculo secundùm vnam rationem est voluntaria, secũdum aliam verò est naturalis.

Septima conclusio: Fascinatiua virtus neq; consequitur humanam speciem, aut animalis naturã, neque est in quolibet homine, aut in quolibet animali. Hæc patet ex dictis, & probat eam late Abulensis in allegato 4. Paradoxo cap. 10. 11. & 12.

Abulens.

Octaua conclusio: Homo virtutibus etiam heroicis exornatus, & perfectissimo corporis temperamento donatus non potest vi sua naturali, quãuis maximè velit, vlli ægroranti sanitatem afferre. Hæc est contra Auicennam, Marsilium Ficinũ, & alios.

Nona conclusio: Nullus homo potest vi corporis sui naturalis per contactum, halitum, aut sibilũ alterum à morbo curare, vulnera sanare, aut ferrũ extrahere. Hanc probat, & tuetur Martinus loco supra notato.

Martinus.

Argumenta, & solutiones.

COntra secundam conclusionem hoc vnũ produci potest argumentum. Imaginatio est actio immanens: ergo nullum habere potest effectum in alieno corpore, quantumuis contiguo.

Respondetur, hoc argumento probari quartam nostram cõclusionem, videlicet actu imaginationis nullum effectum immediatè, ac directè produci, sed mediatè, & indirectè, & quasi per accidẽs, medio, scilicet motu cordis, & spiritibus ab eo motis, vt ante diximus.

Con-

Contra tertiam concluſionem argumentatur
Marſ. Fic. Marſilius Ficinus. Primò: Qui diuinę inſpirationi totum ſe committit, ceſſat eſſe animâ, fitque Deo regenerante Dei filius, & Angelus, at cum talis effectus fuerit, imperabit ſphæris elementorũ; ergò.

Prima propoſitiõ probatur: Quia Dei ſummi influxus per mentes Angelicas vſquè ad animam hominis defluens inſtigat quotidiè animam corpori merſam, & exuta carneam teſtam ponat potẽtias, operationesque animales, & pro anima fiat Angelus.

Et confirmatur authoritate D. Ioannis dicentis, huiuſmodi animum ex Deo naſci. Secunda verò propoſitio probatur: Primò, quia anima natura ſua excedit Mundi machinam, & per vires inferiores mira operatur in corporibus etiam aliens, ergo multò maiora operabitur, quando in caput ſũ rexerit ſuum, & euaſerit Angelica. Secundò: Quando anima corpori huic addicta eſt, parui huius Mundi elementa, ideſt humores quatuor agitat, eiſque calorem, frigus, humorem, ſiccitatem, colores omnes, ſaporesq; inducit; ergo, quando ſoluta ab hoc emergit in amplum, Deo iam plena animalis huius grandioris humores, ideſt quatuor elementa maioris Mundi mouet, vt ſua: Probatur ſequela; quia iam quaſi euaſit anima Mundi, eius videlicet Mundi partis, erga quam afficitur maximè. Et confirmatur: Quia, ſicut vna, & eadem hominis anima, quæ cubitale infantis corpuſculum rexerat, regit cubitum, atque tricubitum, ac deindè quatuor cubitorum, & decem rurſus, vt dicitur de Gigantibus, ita ſi vſque ad centum creuerit, & ducentos, æquè reget; ergò, ſi vim ab ipſo Deo videlicet habet viuifica vis rationalis animæ in Mundi ſphæras, vim quoque habet in eas rationis, ac mentis affectus; igitur ſolo affectu citabit ventos, Deo duce, ac cœlo nubes inducet ſereno, easq; coget in pluuias: rurſus ſedabit ventos, & aerem ſerenabit. Antecedens probatur; Quia quod naturę ordine, & dignitate omnem molem corporis antecedit, non mouet totam ipſam molem, quã molis partem implere poteſt, atque mouere.

Tertiò probatur eadem ſecunda propoſitio. Quoniam id fieri poſſe, factumq; fuiſſe dicũt Hippocrates Chous, Theologi Mauri, & Arabes confitentur, Maurorum Princeps Auicebron, & Arabũ Auicenna, Porphyrius, Proclus, & oẽs Platonici.

Reſpondetur primam, & ſecũdam propoſitionem dupliciter intelligi poſſe; Vno modo, vt poſſit homo ſupernaturali Dei auxilio, & Spiritus ſancti gratia præueniente ſupra totius naturæ gradum, ac vires eleuari, & diuinæ naturæ conſors fieri, ac Dei filius, & mentis affectuſque puritate factus ſimilis Angelo poſſit diuina virtute Mundi huius elementa mouere, ventis imperare, &c. non tamen hac ei facultate per modum habitus inhærente, ſed illi, cum Deo placuerit, influxa veluti inſtrumento: & ita certum eſt, plures Sanctorum circa præcipuas Mundi partes feciſſe miracula, vt patet
Ioſ. 10 Ioſue 10. Vbi dicitur: *Tunc locutus eſt Ioſue Domino in die, qua tradidit Amorrhæum in conſpectu filiorum Iſrael, dixitq; coram eis: Sol, contra Gabaon nè moueris, & Luna contra vallem Aialon. Steteruntque Sol, et Luna, donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis*, & 3. Reg. 18. ad preces Heliæ ignis deſcendit de Cœlo conſumens oblatum Deo ſacrificium; ſic enim ait Scriptura: *Cecidit autem ignis Domini, & deuorauit holocauſtum, & ligna, & lapides, pulueremque, & aquam, quæ erat in aquæ ductu lambens*. Et 4. Reg. 1. duo quinquagenarij cum ſuis quinquaginta viris, igne ad inuocationem Heliæ de Cœlo deſcendente, narrantur occiſi, ſic enim ibi loquitur ſacer textus. *Reſpondensq; Helias dixit Quinquagenario: Si homo Dei ſum, deſcendat ignis de Cœlo, & deuoret te, et quinquaginta tuos, deſcenditq; ignis de cœlo, & deuorauit eum, et quinquaginta, qui erant cum eo, &c.* Alia
3. Reg. 18.
4. Reg. 1.
præterea ſunt innumera per ſanctos patrata mirabilia circa Mundi huius elementa, nubes pluuias, ventos, miſta, plantas, bruta, homines viuos, ac vita functos, quæ partim veteris, partim noui teſtamenti narrat hiſtoria, & alia plurima rerum geſtarum recenſent Eccleſiaſtica monumenta. Alio modo poſſunt intelligi dictæ propoſitiones, vt ſecundum ordinem naturalem à Deo in humana natura conſtitutum poſſit homo, vel Anima per influxum Dei generalem in intellectum, & voluntatem viribus ſuæ naturæ in Angelum ſecundùm eſſe naturale transferri, ac Dei filius effici, ſicq; Mũdi partibus imperare, & hunc ſenſum videtur habuiſſe Ficinus, vt patet ex illius diſcurſu ſupra notato; cuius concluſio ſententiam exprimit Auicennæ, & aliorum philoſophorum, qui mirabiles illos effectus virtuti ſecundùm ordinem rerum naturalem animæ congruenti tribuebant. Et in hoc ſenſu nedum falſa, ſed planè facta eſt vtraque propoſitio. Prima quidem; quia ſupponit animam in Angeli naturam poſſe vi ſua naturali transformari, quod multipliciter abſurdum eſt.

Primò: quia rationalis animæ natura incorruptibilis eſt, atque ideò ſubſtantialiter immutabilis. Secundò: Quia contradictio manifeſta eſt, animam eſſe formam corporis, & eſſe Angelum; nam, ſi forma corporis eſt, ſubſtantia incompleta eſt, quia compoſiti pars eſt: ſi verò Angelus eſt, iam completa ſubſtantia eſt, cui compoſiti partem eſſe repugnat. Tertiò quia, ſi Anima fieret Angelus, eius etiam acciperet operandi modum, ſicq; intelligeret abſque phantaſmate, & ſine diſcurſu, & immobilem haberet apprehenſionem, & affectum. Et alia plura ſimilia ſequuntur abſurda, de quibus non eſt dicendum per ſingula.

Secunda etiam propoſitio falſa eſt, nec eius probationes aliquid valẽt. Ad primam enim negatur illatio; non enim illud omne, quod aliud excedit gradu, ſeu dignitate naturæ, vim habet ad illud efficaciter immutandum, alioquin homo quilibet ſuæ voluntatis imperio, & virtutis efficacitate poſſet vniuerſa alterius naturæ corpora tranſmutare, & ſpecies brutorum ignobilium, plantæ, mixta, & elementa, nobilium brutorum, putà Leonis, aut Aquilæ nutu, virtuteq; mutarentur, & plantarum vi cætera mixta, & horum actualitate mutarẽtur elementa. Quod autem aliquid per imaginationem operetur anima nonnunquam in corpus a-

lienum, non ex animæ prouenit efficacitate, sed ex praua corporis dispositione, ac spirituum commotione, & diffusione, quæ, veluti actiua corpora, passum sibi propinquum, & plenè dispositum possunt naturaliter immutare: talis verò propinquitas, & dispositio non inuenitur in quolibet extrinseco corpore respectu animæ, quantumuis nobilis, ac moralium virtutum prædita fuerit excellentia; cum præsertim actiones intellectus, & voluntatis sint immanentes, nec quidquam operetur anima circa externa corpora, nisi medio corpore, tãquam organo naturaliter illi coniuncto, ad cuius actionem suscipienda non omnia corpora sunt dispposita, nec sicu propinqua.

Ad secundam negatur sequela. Ad eius probationem negatur antecedens. Ridiculum enim est asserere, animam morali virtute perfectam esse animam Mundi, siue ponatur, vt Mundum informans, siue ponatur, vt illi tamquam motor assistens; anima namque virtutibus exornata Mundo superior est, non efficiendi, mouendiue potestate, sed contemplationis, & affectus circa res sphæris his visibilibus superiores excellentia: Rebus enim immobilibus vnitur anima per cognitionem, & amorem, & in eas quodammodo transformatur, sicque ad eorum ordinem corporeis omnibus altiorem eleuatur.

Ad confirmationem dico primò, determinatã esse à natura cuiuslibet speciei viuentis magnitudinem, & augmentum, puta decem cubitorum in humana specie, vt sub latiori quantitate non possit existere. Secundò dico, nullam esse consequentiam: quoniam animæ naturaliter, ac per se conuenit corpus, cui veluti forma coniungitur, viuificare, ac proindè mouere, rationis autem, & voluntatis actibus non est insita virtus à natura ad partes Vniuersi, præcipuè vero longe dissitas immutandas; Actus enim immanentes suapte natura nihil extrinsecus operantur, tam etsi virtute supernaturali multa possint efficere mirabilia. Ad probationem autem antecedentis negatur assumptum ob supra dictam causam.

Ad tertiam probationẽ ex authoritatibus philosophorum dico, si de naturali facultate loquantur, errorem eorum esse palpabilem, & execrandum, vt doctrinæ de Christi diuinitate contrarijs, ac fidei veritati per miracula confirmatæ maximè noxium.

Contra quartam, & quintam conclusionem nulla producunt oppositæ sententiæ defensores argumenta, sed opinionis suæ declaratione, aut obiectionum solutione suo se satis instituto fecisse crediderunt.

Abulensis

Contra sextam conclusionem argumentatur Abulensis in dicto 4. Paradoxo cap. 23. Fascinare in animalibus prouenit ex quadam pestifera qualitate naturali existente in aliquo animali per modum cuiusdam ægritudinis: at qualitates naturales operantur naturaliter non subditæ arbitrio nostro: ergo nec qualitas fascinatiua subest arbitrio nostro, sed naturaliter operatur, ita vt patulis oculis existentibus, fascinatiui spiritus egrediantur, A qui, inuitis eis, quorum spiritus sunt, quoscumque obuios parum distantes, atque ad corruptionem dispositos fascinent. Minor probatur exẽplo eius, qui manum habet calidam, aut frigidam, quam si quis adiunxerit alteri, etiam eo inuito, calidum, aut frigidum corpus, cui applicatur, efficiet.

Respondetur: Maiorem dupliciter intelligi posse; Vno modo, vt fascinatio ex ea qualitate proueniat, vt primo mouente, & agente ex ijs, quæ sunt in animali, vel homine, & hoc modo falsa est illa propositio; primum enim mouens ad actum fascinandi est hominis fascinantis maligna voluntas, vt ante diximus: Alio modo, vt ex ea qualitate, siB ue spiritibus infectis procedat, vt ex causa quasi materiali, & efficiente proximo, & in hoc sensu vera est dicta propositio. Ad minorem autem dico, naturales qualitates, & spiritus illos veneniferos naturaliter operari, sed eorum excitationem, motionem, & applicationem ad agendum ex voluntate quandoque dependere saltem indirectè, & consequenter; vt in re proposita declarauimus ex doctrina D. Thomæ.

Contra octauam conclusionem argumentatur Marsilius Ficinus. Primò: Magnam habet vim Ma Marsil. Fic.
leficæ phantasia, ergo ratio benefica eorum homiC num, qui diuino quodam beneficio præ cæteris cõplexione temperata, cœlestique sunt præditi, nec non puris, & modicis nutriti cibis, honestis præterea, diuinisq; moribus educati, vim habet in duplo maiorem circa corpus illud, in quod est affecta. Consequentia probatur: Quia ratio superat phantasiam, & bonitas malum. Confirmatur argumentum primò ex dicto Zoroastris ita loquentis: *Si mentem ardentem ad opus pietatis intenderis, labile corpus seruabis*: Secundo, quia talia quædam miracula facta ab Apollonio Thaneo philosopho narrat Philostratus: Tertiò, quia Pytagorici multi affirmant, similia quædam gesta fuisse à Pytagora, Empedocle, & Philolao: Quartò, quia Iamblicus aitD Pytagoricos, quotiens narrantur miracula, facilè solitos credere, illa à Deo per diuinas animas fieri. Postremò loca nonnulla Platonis adiungit.

Respondetur, nullam esse consequentiam; quia malum ex quolibet singulari defectu resultat, bonum autem non nisi ex integra causa consurgit. Ad eius probationem negatur illatio. Quia ratio superat quidem phantasiam nobilitate obiecti, & operationis ab organo corporeo penitùs separatæ, non autem actionis efficacitate, quam in corpus alienum exerceat immediatè. Per phantasiam enim, & appetitum sensitiuum, & alias potentias organicas ratio operatur ad extra: & quia malum vnico defectu constituitur, facilè est rationi malignanti nocere, media phantasia, spiritus corporis veneniferos commouendo modo superius explicato. At nullius corporis quantumuis perfecto tẽperamento donati spiritus adeò possunt esse salubres, ac efficaces, vt actibus phantasiæ, & appetitus medio motu cordis excitati corpus alienum febri, lepra, epidimia, aut alia graui infirmitate laborans pristinæ valeant restituere sanitati. Quod itaque ratio, quæ longè nobilior est phantasia, nõ effi-

Digitized by Google

efficiat in alieno corpore ſanitatem, non eius impotentiæ, ſed ſpirituum corporeorum ineſficacitati tribuendum eſt. Bonitas autem exuperat malũ, non ſolùm nobilitate, ſed etiam efficacitate, ſimpliciter, & abſolutè loquendo; quoniam, vt ait Sanctus Doct. in tertio ſententiarum diſtinctione 27. quæſt. 1. art. 3. ad tertium, bonum non habet de neceſſitate admixtionem mali, ſicut malum habet de neceſſitate admixtionem boni: & præterea bonum agit in virtute propria, ſed malum agit in virtute boni, vt etiam ait Dionyſ. 4. cap. de diu. nom. Nec tamen ſequitur, eſſe facilius inducere ſanitatem, quàm ægritudinem; quoniam, vt ſæpè notat ex Dionyſ. S. D. & præſertim in prima ſecundæ, q. 78. art. 4. ad tertium, quilibet ſingularis defectus cauſat malum: ſed bonum nõ cauſatur, niſi ex integra cauſa, ſiue ex integritate bonitatis, & ideò facilius eſt huic agenti particulari malum cauſare; quàm bonum, præſertim ſi medio agente, aut inſtrumento non magnæ virtutis operetur in paſſum contrariè diſpoſitum. Quamuis itaq; ea ratio maiorem habeat bonitatem, quàm phantaſia, ac proindè ſit ea potentior ad agendum, quo ad proprias, quas longè nobiliores habet, operationes, & effectus phantaſiæ: quo ad eos tamen effectus, qui non niſi media phantaſia, & alijs corporeis virtutibus ab ea procedunt, non eſt neceſſe maioris efficacitatis eſſe rationem: quia motus ex mouente recipitur in mobili ſecundùm modum ipſius mobilis.

S. Thom.

Ad confirmationes autem dico primò, nonnullos ex antiquis illis philoſophis diuinarum reuelationum fuiſſe participes media populi Hebræi traditione, ſeu doctrina in Aegypto multis communicata, & fortaſſe publicè diuulgata, quam Plato, & alij ſapientiæ conquirendæ gratia peregrinantes apud Aegyptios ab eorum ſapientibus voce, aut etiam ſcripto traditam receperunt. Secundo dico: Magiam Zoroaſtris, vt vanam, & ſuperſtitionibus plenam ab illuſtribus Authoribus condẽnari, ac præſertim à Plinio lib. 30. Hiſtoriæ naturalis cap. 1. & Ioanne Pico Mirandulano, quem refert Ioan. Franciſcus eius nepos lib. 7 de rerũ prænotione capit. 2. quamquàm non deſint aſſerentes cum Platone in Alcibiade, Magiam Zoroaſtris nihil aliud fuiſſe, quàm naturæ, & diuinorum peritiam: Quod etiam affirmat Michael Medina in allegato lib. 2. De recta in Deum fide cap. 7. fol. 59. Procli verò Platonici, & Apollonij Theanei Magias, vt ſacrilegas, & dæmoniacas impugnat acerrimè dictus Ioannes Franciſcus Picus, capit. 5. & 20. libri illius ſeptimi de rerum prænotione: quibus non abſimilem fuiſſe Iamblici, Pytagoricorumque Magiam exiſtimandum eſt, licèt hanc, vt in numerorum præcipuè rationibus myſteria diſquirentem, illicitis dæmonum artibus, pactionibus q; minùs implicitam eſſe, & fortaſſe penitùs abeis alienam ſapientum multi crediderunt.

Plinius; Io. Fr. Pic. Plato. Michael Med. Magiæ defenſor.

Contra vltimam concluſionem ſunt argumenta, quæ refert, & ſoluit Martinus prædictus loco ſupra notato, ſcilicet lib. 1. cap. 3. quæſt. 4.

Martinus.

QVAESTIO II.

An per Chriſopeiam, ſiue Alchimiam effici poſſit verum aurum.

Sententiæ Doctorum.

PHyſicæ Magiæ pars eſt Alchimica, tam ſpeculatiua, quàm practica, cuius præcipuum ſtudium eſt viliora metalla in aurum metallorũ omnium perfectiſsimũ, aut ſaltem in aliquid illi valde ſimile tranſmutare. Variæ namq; ſunt Philoſophorum, & Theologorum de huius artis efficacitate ſententiæ.

Albertus.

Albertus enim Magnus lib. 3. de Mineralibus, cap. 9. ſatis apertè docet, alchimica facultate miniſtra poſſe verum aurum à natura, veluti agente principali produci, ita vt, quemadmodum periti Medici purgatiuis medicinis adhibitis corruptas, & noxias humanis corporibus materias eijciunt, & per alia remedia corporis humani virtutem corroborant, ac ſanitati reſtituunt, ſic artis Alchimiæ profeſſores argẽti viui, & ſulphuris materiam metallis omnibus inſitam purgantes corroborent; vt virtute naturæ principaliter operantes verum aurum educatur, & fiat; Quod enim (inquit Albertus) virtutes elementares, & cæleſtes faciunt in vaſis naturalibus, hoc etiam faciunt in vaſis artificialibus, ſi artificialia formantur ad modum vaſorum naturalium, & quod facit natura calore Solis, & ſtellarum, hoc faciet ars calore ignis, dummodo ſic contemperetur, vt non excedat virtutem ſe mouentem, & informantem, quæ eſt in metallis; huic enim cæleſtis ineſt virtus, quæ primò commiſcuit eam, & hæc inclinatur ad hoc, vel ad illud per artis iuuamen. Hæc Albertus. Quam ſententiam Cardanus lib. 7. de ſubt. multis nititur argumentis ſtabilire. Quem magna Chymicorum turba auri cupidiſsima ſecuta eſt. Hanc opinionẽ eſſe valdè probabilem affirmat Martinus Delrius lib. 1. cap. 5. quæſt. 1. ſect. 3.

Cardanus.

Martinus.

Oppoſitam ſententiam tuetur Auerroes in Paraphraſi ad primum librum de Generatione animalium cap. 1. dicens, arte Chymica verum aurũ effici non poſſe, ſed aliquid illi ſimillimum, quod eiuſdem videatur eſſe naturæ; ſicut (inquit Auerroes) ex putri materia mures generantur ijs adeò ſimiles, qui generantur ex ſemine, vt eiuſdem eſſe ſpeciei vulgo credantur.

Auerroes.

S. Thom.

Eandem ſententiam ſequitur S. D. in ſecundo ſententiarum diſtinctione 7. quæſt. 3. ar. 1. ad quintum, vbi ſic loquitur: *Ars virtute ſua non poteſt formam ſubſtantialem conferre, quod tamen poteſt virtute naturalis agentis; ſicut patet per hoc, quod per artem inducitur forma ignis in lignis: ſed quædã formæ ſubſtantiales ſunt, quas nullo modo ars inducere poteſt; quia propria actiua, & paſſiua inuenire non poteſt; ſed in his poteſt aliquid ſimile facere, ſicut Alchimiſtæ faciunt aliquid ſimile auro, quantum ad accidentia exteriora, ſed tamen non faciunt verum aurum, quia forma ſubſtantialis auri non eſt per calorem ignis, quo vtitur Alchimiſta, ſed per calorem Solis in loco determinato,*

nato, vbi viget virtus mineralis, & idèò tale aurũ non habet operationem consequentem speciem, & similiter in alijs, quæ eorum operatione fiunt. Hæc ibi S.D. Qui tamen in secunda secundæ, quæst. 77. art. 2. ad primum, sub conditione loquens in neutram partem videtur declinare, adeò vt Caietanus indè colligat Sanctum Thomam non reputare impossibile fieri per hanc artem verum aurum: sed quoniam (inquit ibi Caietanus) nunquam, aut rarò fit aurum, sed sæpissimè contrarium accidit; quia nimbum ex auro verò faciunt fumum, ideò huiusmodi ars, aut nõ est humana, aut principium est post consilium à sapientibus habitum. Sententiam D. Thomæ ex secundo sent. relatam sequitur, & declarat Aegydius quolibeto 3. quæst. 8. quam etiam approbat Abulensis in Exodum, capit. 7. quæst. 10. & quidam alij minoris notæ.

Caietan.

Aegydius Abulensis

Benedictus Peterius lib. 1. de Magia, capit. 12. tria dicit: Primum est, Nullam esse rationem philosophicam, vel necessariam, vel etiam admodum probabilem, qua demonstretur, rationem chimicam efficiendi verum aurum esse impossibilem.

Peterius.

Secundum est: Probabilissimè dici posse, omnimodam rationem efficiendi verum aurum, non quidè physice, sed moraliter, vt aiunt, loquendo, vel impossibilem, vel propemodum impossibilem videri, non propter vllam rationem philosophicam, q. adhuc ab vllo sit allata, sed propter ipsam experientiam, quæ in rebus naturalibus, moralibus, atq; artificialibus summi argumẽti, firmissimæq; rationis vim debet obtinere: docet autem experientia, neminem adhuc præter vnum, aut alterum probatis proditum historijs, quem liquido constet verũ aurum, & omni ex parte probatum effecisse.

Tertium est; Non tantùm probabiliter dici, sed etiam pro vero, certoque posse confirmari, artem chimicam ea parte, quæ profitetur effectionem auri veri, vanam esse, ac perniciosam Reipublicæ.

Valentia.

Eandem fere sententiam sequitur Valentia in suo comm. ad secundam secundæ, quæst. 13. de vanis obseru. puncto 2. dicens, neque eos, qui affirmatè asseuerant transmutationem aliorum metallorũ in aurum per artem chimicam esse possibilem, neque eos, qui absolutè negant eam esse possibilem, satis prudenter, ac eruditè loqui, sed eorum tantũ sententiam esse veram, qui sibi persuadent transmutationem illam, etiamsi fortè possibilis per se sit, esse tamen ita difficilem, vt videri debeat esse supra humanam facultatem, atque ideò studium illud chimicum esse communiter indiscretum, & periculosum, & illicitum ratione saltem circumstantiæ personarum, &c.

Resolutio.

Per artem Chimicam non posse fieri verum aurum secundùm mentem Diui Thomæ; Cuius dicta, quæ videntur opposita conciliantur.

QVia relatas ferè omnes opiniones existimo verbis, ac dicendi modo magis, quàm reipsa differentire, & facilè posse conciliari, ideò primò, mentem Sancti nostri Doct. Theologorum, ac Philosophorum facilè principis diligenter inuestigabimus, vt ad eius sensum cæterorum omnium dicta reducamus, & ex fundamentis illis cæterisque communibus argumenta diluamus. Colliguntur autem ex doctrina D. Thomæ in præsenti materia septem propositiones, ex quibus tres sunt vniuersales, & absolutæ, siue cathegoricæ, duæ sunt particulares hippotheticæ, siue conditionales, & aliæ duæ particulares absolutæ. Prima vniuersalis est: *Nihil prohibet artem vti aliquibus naturalibus causis ad producendum naturales, & veros effectus* Hæc habetur in 2. 2. quæst. 77. art. 2. ad primum. Secunda vniuersalis propositio est: *Ars virtute sua non potest formam substantialem conferre, quod tamen potest virtute naturalis agentis.* Hæc habetur in 2. sentent. loco supra notato. Tertia ibidem vniuersalis, idest nullam in speciali formam exprimens est. *Quædã formæ substantiales sunt, quas nullo modo ars inducere potest, quia propria actiua, & passiua inuenire non potest, sed in his potest aliquid facere simile*; prima conditionalis est: *Si aurum, vel argentum ab Alchimicis factum veram speciem non habeat auri, & argenti, est fraudulenta, & iniusta venditio.* Secunda conditionalis est: *Si per alchimiam fieret aurum verum, non esset illicitum ipsum pro vero vendere.* Hæ duæ habentur in 2. 2. loco allegato. Prima particularis est: *Natura potest ex terra facere aurum aliis elementis cõmixtis, quod ars facere non potest.* Hæc habetur in q. 6. de Potentia art. 1. ad 18. cuius sensum explicat illa, quæ habetur in 2. sent. loco notato, videlicet: *Alchimistæ faciunt aliquid simile auro, quantum ad accidentia exteriora, sed tamen non faciunt verum aurum.* Secunda particularis est: *Aliquæ sunt similitudines, & proprietates auri veri, quæ non conueniunt auro per alchimiam sophisticato.* Hæ verò sunt quatuor: prima est proprietas lætificandi. Secunda est, medicinaliter iuuare contra quasdam infirmitates. Tertia est, posse poni frequentius in operatione. Quarta est diutius in sua puritate permanere, quã aurum sophisticatum.

D. Thom.

Auri veri proprietates.

Ex his autem propositionibus certum est primò, duas hippotheticas nulli ex Cathegoricis vniuersalibus, aut particularibus esse contrarias. Secundò constat, nullam ex dictis cathegoricis alteri repugnare, sed magis vnius veritatem alteri firmandæ veritati suffragari.

Dubitatio tantùm esse potest de prima vniuersali respectu primæ particularis. Prima namq; vniuersalis ad probationem secundæ conditionalis assumpta videtur significare, per alchimiam fieri posse verum aurum, alioquin frustra videretur assumpta. Sed bene consideranti perspicue patet, id in ea propositione, seu probatione nullo modo significari; Erat enim conditionalis: *Si per Alchimiam fieret verum aurum, non esset illicitum ipsum pro vero vendere:* cuius probatio est: Nihil prohibet, idest possibile est, artem vti aliquibus naturalibus causis ad producendum naturales, & veros effectus, ergo si per alchimiam fieret verum aurũ posset licite pro verò vendi.

Antecedens probatur authoritate Augustini in 3. de

3. de Trinit. cap. 8. Consequentia patet; quia veri & naturales effectus habent perfectam, & naturalem sui generis nobilitatem & proprietates, ac operationes etiam naturales: in quo dicitur supponere, ad plenam eius efficaciam sufficere veritatem illius propositionis in sua vniuersalitate sumptæ videlicet: Possibile est, artem vti aliquibus naturalibus causis ad producendos veros, & naturales effectus, qui scilicet habeant naturales perfectiones, proprietates, & operationes. Ex hac quinti sequitur per necessariam, & euidentem consequentiam illa conditionalis, ergo si per alchimiam fieret verum aurum, cui scilicet conuenirent naturales auri proprietates, liceret eiusdem pro vero vendere: quicquid sit de veritate, aut falsitate huius particularis affirmatiuæ: Per alchimiam potest fieri verum aurum: Aut huius negatiuæ: Per alchimiam non potest fieri verum aurum. Et idem est, ac si probatio planior esset hoc modo: Quod est simpliciter possibile est, artem vti veris, & naturalibus causis ad producendos veros, & naturales effectus, qui naturales habeant perfectiones, proprietates, & operationes, dicimus esse tales effectus, pro quibus vendere: ergo. Super alchimiam potest fieri verum aurum, &c. Quam illationem plane constat esse necessariam, & euidentem.

Bergomatis cõciliationes reijcitur.

Ex his sequitur primo consonantia dictorum Sancti Thomæ, quæ videri contrarietas ex præferentia tribus modis sunt ab eo data, & ab omnibus in sua tabula aurea Dub. 90. Primus est, aurum dici posse verum duplicitèr, vno modo vere, & essentialiter, alio modo vere, sed communi, & proportionato modo. Verum aurum primo modo fieri per alchimiam asserit S. Thomas in 2. 2. q. 96. ad 3. posteriori modo verum fieri posse negat, vt dictis & alibi. Sed hæc solutio sunt conciliationes oppugnantes textui Sancti Thomæ in citata lectione, quæ substantiæ, siue species veras tantum, eisque conuenientibus proprietatibus, modo vero speciei, non autem de solis veris proprietatibus loquitur, primo ex vera specie auro conuenientes veras deducens, eo proprietates, sicut eam in se habent. Secundus conciliandi modus est, aurum, imitatum, in secunda secundæ loqui de Arte alchimia agente in virtute naturæ per applicationem agentium naturalium, in aliis autem locis loqui de Arte in virtute propria. Sed falsitas huius responsionis patet legenti verba Doct. Thomæ ex dictis paulò ante relata, vbi manifestè loquitur de agente virtute naturalis agentis operantis, & virtutes actiuas naturales passiuis applicante.

Postremus conciliandi modus eiusdem authoris est, Diuum Thomam, in 2. loquendo de habentibus perfectam artem alchimiæ, in alijs verò locis de sophisticè agentibus ex ignorantia veræ artis. Sed hanc responsionem excludunt verba illa D. Thomæ in 4. sententiæ. *Sed tamen non faciunt verum aurum, quia forma substantialis auri non est per calorem ignis, quo vtuntur Alchimistæ, sed per calorem solis in loco determinato, vbi viget vis mineralis.* Vbi causam dat per alchimiam fieri nequire verum aurum non reflexit in Artificum ignorantiam, sed in causarum

A impotentiam, quibus hoc ars vitur necessariò. Dicamus itaque, verba D. Thomæ bene perpetuæ consonare.

Secundò sequitur, non esse satis consonam menti D. Thomæ expositionem Caietani in 2. 2. dicentis, illum non reputare impossibile, per artem Chimicam fieri verum aurum. Iam enim constat D. Thomam vbiq; negare per eam artem effici posse verum aurum. Caietani expositio reijcitur.

Impossibile esse per artem Chimicam fieri aurum verũ veritate speciei naturalis, quamuis fieri possit aurum verum veritate communis æstimationis, & cõsuetudine dicta Philosophorum.

B

Vt autem D. Thomæ sensus, & veritas, ac opinionum apparens consonantia, notandũ est primò, scientiam omnem circa ea solùm cognoscenda versari, quæ necessaria sunt, quorum triplex est ordo, siue gradus. Quædam enim vniuersalitatem habent simpliciter subiectorum, & temporum, vt Angelum esse intellectualem, & incorporeum, & hominem esse animal rationale, & hæc dicuntur necessaria simpliciter: quædam autem habẽt subiectum, & tempotum vniuersalitatem regulariter, vt Lunam, aut Solem eclipsari, quia, scilicet semper inest subiecto prædicatum, non simpliciter, sed quando natum est inesse. Quædam verò necessaria sunt vniuersalitatem habentia subiectorum, & temporum, vt in pluribus, quando prædicatum natum est inesse subiecto, vt animal generare sibi simile secundum speciem, cuius oppositum euenit, quandoque per accidens, vt cum ex defectu materiæ, vel agentis monstrum generatur. Necessariũ triplex.

C

Ex huius ordinis necessaria sunt ea, quæ à scientijs physicis, tam speculatiuis, quàm practicis, & ea, quæ moralibus considerantur, quamuis ad eas etiam multa pertineant, quæ sunt in primo, vel in secundo necessitatis gradu. Iam autem diximus auri factiuam partem esse scientiæ physicæ practicam: illud igitur tantum ad eius attinet scientiam, & praxim, quod vt plurimum euenit ex causis efficientibus ad materiam secundùm ipsius artis regulas applicatis. Et, quoniam id, quod impossibile est esse, idem est cum eo, quod necesse est nõ esse, & æquipollentes sunt apud logicos hæ propositiones, Impossibile est esse, & necesse est non esse, sequitur, tot impossibilis esse gradus, quot & necessarij, ac proinde propositionem illam, Impossibile est per artem chimicam fieri verum aurum esse de physica talem impossibilitate, intelligendam.

D

Secundò sciendum est ex D. Thoma in 1. sent. dist. 10. quæst. 1. art. 5. differre specie id, quod est à natura, ab eo, quod est ab arte, & id, quod est per putrefactionem ab eo, quod est per seminationẽ, non solum, quando vtrumq; ab vno agente particulari producitur, sed etiam, quando producitur vnum ab agente vniuersali, & aliud ab agente particulari: quod satis apertè significat Sanctus Doctor, supra quæst. 71. articulo vnico ad primum dicens: *Vndecilla, quæ naturaliter generantur ex semine*

E

S. Thom. Genita ex semine, & genita ex putrefactione specie differunt.

non

non poſſunt naturaliter, ſine ſemine generari. Et de Veritate quæſt. 12. art. 2. proponens quartum argumentum ait: *Diuerſus modus generationis eſt indicium diuerſitatis ſpeciei; Vnde mures generati ex ſemine non poſſunt eſſe eiuſdem ſpeciei cum illis, qui generantur ex putrefactione, vt Commen. dicit octauo Phyſic. &c.* Cui argumento reſpondens ait: *Cauſæ naturales habent determinatos effectus, cum earum virtutes ſint finitæ, & limitatæ ad vnum; & ideò, quæ à diuerſis cauſis naturalibus producuntur in eſſe ſecundùm diuerſum generationis modum, oportet eſſe ſpecie diuerſa.* Quod idem etiam admittit, vt verum, in 1. ſent. diſtinct. 3. quæſt. 1. art. 2. reſpondens ſecundo argumento aſſumenti, in omnibus habentibus vnam naturam in ſpecie non eſſe, niſi vnum modum, quo natura illa communicatur, atque ideò ſecundùm Comm. mures, qui generantur ex putrefactione terræ, & qui generantur ex ſemine, nō eſſe eiuſdem ſpeciei; & in 3. ſent. diſt. 13. ar. 2. quæſtiunc. 4. ad primum, ſic loquitur: *Effectus proportionatus agenti differt ſpecie ſecundùm diuerſitatem agentis. Vnde animalia generata ex ſemine, & ex putrefactione non ſunt eiuſdem ſpeciei.* Et de Potentia quæſt. 3. art. 11. ad ſextum, ſic ait: *Nec oportet eorum, quæ ſunt in genere, ſi ſpecie differant, eſſe vnum modum procedendi in eſſe, vt patet per animalia generata ex ſemine, & ex putrefactione, quæ in genere conueniunt, & ſpecie differunt:* quod idem alibi ſæpè docet S. D. Cui non aduerſatur id, quod ait in ſeptimo Metaphyſ. tex. 23. ibi namque duo dicit, alterum eſt, animalia perfecta non poſſe generari, niſi ex ſemine, animalia verò imperfecta, quæ ſunt vicina plantis, poſſe generari ex ſemine, & ſine ſemine; alterum eſt, poſſe animalia aliqua ex ſemine genita eſſe eiuſdem ſpeciei cum ijs, quæ ex putrefactione ſunt genita, quod probat ex ſimili in plantis, quæ producuntur aliquando, ſine ſemine per actionem Solis in terra bene diſpoſita, quę plantæ ſic productæ emittunt ſemina, ex quibus plantæ ſimiles in ſpecie generantur. Ex hac verò ſimilitudine nihil aliud inferri conſtat, niſi murem ex putredine genitū eſſe eiuſdem ſpeciei cum filio ſuo ex eius ſemine generato, non autem cū omni alio mure ex putredine genito: quia neque neceſſe eſt, mures omnes ex putredine genitos eiuſdem eſſe ſpecificæ differentiæ, vel naturæ, quamuis ex eis plures in eadem videantur athomo ſpecie contineri, illi nimirum, quorum eadem ſunt principia proxima generationis.

Obiectio

Dico ergo non eſſe neceſſe omnes mures genitos ex putri materia differre ſpecie ab ijs, quæ ſint geniti ex ſemine, & non aſſero, neceſſe eſſe omnes mures genitos ex putri materia differre ſpecie ab ijs, omnibus quæ ſunt geniti ex ſemine.

Secundò dico melius, neceſſe eſſe omnes mures genitos ex propagatione, & nullo modo ex putri materia, ſcilicet neque immediatè, neque mediatè, vt ſunt omnes mures dependentes per ſucceſſionem à maſculo, & fœmina creatis à Deo, differre ſpecie ab ijs, qui vel immediatè, vel mediatè ſunt geniti ex putrefactione, quia ſcilicet vel ipſi, vel aliquis ex eorum genitoribus eſt genitus ex putrefactione, & quod dicimus de muribus, dicendū eſt de quibuſcunque alijs, quæ ſecundùm ſpeciem ſubalternam habent duplicem modum generationis: & ita ſaluatur veritas propoſitionis vniuerſaliter, & formaliter ſumptæ; nimirum genita ex putrefactione differre ſpecie ab ijs, quæ generantur ex ſemine.

Nota rationem.

Cum igitur aurum ſit metallorum omniū perfectiſsimum, & habeat in intimis terræ viſceribus naturalia ſuæ generationis principia proxima ab ijs, quam maximè differentia, quibus Alchimiſtæ nituntur aurum efficere, conſequens etiam eſt, aurum virtute Solis concurrentibus mineralibus in terræ ſinu reconditis, vt proximis cauſis generatū eſſe longè diuerſum ab eo, quod Alchimiſtæ mediis quibuſdam alijs principijs, tam efficientib. quàm materialibus efficiūt. Differunt enim pluſquàm genere calor Solis, prout virtus eſt Solis, & calor ignis, prout ignis eſt virtus, calor enim, vt virtus eſt Solis, inſtrumentaria vis eſt vniuerſalis, & æquinoctæ cauſæ ad longè plures, ac nobiliores effectus extenſa, quàm calor ignis, aut quemcumque virtutem corporis ſublunaris.

Deindè, vt aurum ſecundùm veram auri naturam, & ſpeciem generetur, neceſſarius eſt non ſolùm calor in materia minerali receptus, ſed etiam frigus terræ naturale, cuius proprium eſt diſiungere, fluentemq; materiam conſtipando ſolidare; his enim humiditati coniunctis, quam Lunæ virtus fouet, conſeruat, & alit, virtus illa cōſtituitur minerallis, quam S. D. ait in loco terræ determinato vigere.

Veræ aurum dupliciter.

Tertiò conſiderandum eſt, verum aurum dupliciter dici poſſe; Vno modo ſtrictè, ac ppriè, quod ſcilicet ſpeciem habet auri naturalem, & eius proprietates, & operationes ad eam naturaliter conſequentes: & hoc per Chriſopeiam, ſeu Alchimiā fieri nullo modo poteſt, vt ait S. D. in 2. ſent. ob rationem ibidem aſſignatam, quia ſcilicet forma ſubſtantialis auri non eſt per calorem ignis, quo vtuntur Alchimiſtæ, ſed per calorem Solis in loco determinato, vbi viget virtus materialis. Alio modo dicitur verum aurum ſecundùm communem vtentium æſtimationem, ſecundùm quam illud cōmuniter iudicatur habere veram auri naturam, quod in omnibus accidentibus, ſcilicet pondere, duritie, colore adeò aſſimilatur auro naturali, vt ab eo diſcerni minimè poſsit, & pluries igne liquefactum, & aurificium conſuetis probatum experimentis, immobile in ſua natura, & accidentibus cum eandē ſimilitudine ad aurum naturale perſiſtat, quamuis quatuor illis careat proprietatibus, quas auro naturali conuenire diximus ex D. Thoma 2. 2. quæſt. 77. ar. 2. quæ, quia frequentioribus, ac præcipuis vſibus auri nihil, aut parum conferunt, ideo contrahentes conſueta probatione, & experimento contenti, hæc veluti parum conducētia, & ſubtiliorem conſiderationem requirentia non attendunt. S. Thom.

In hoc igitur ſecundo ſenſu loquendo certum eſſe crediderim per artem chimicam cauſas naturales materiæ ſecundùm ipſius artis regulas applicān-

cantem effici posse verum aurum, idq; regulariter, & vt in pluribus euenire; nam, quod sæpissimè fallantur Alchimistæ, non ex ipsius artis defectu, sed ex eorum euenit ignorantia, aut errore practico, quia scilicet materiæ non rectè causas applicant naturales, vt auro verò producendo sufficiant.

Conciliantur opiniones. Et ex hac vnica distinctione sic explicata conciliari facilè possunt opiniones omnes ante relatæ. Albertus enim, Cardanus, & alij dicentes, per artem chimicam effici posse verum aurum, de auro verò loquuntur secundùm communem hominũ æstimationem. Auerroes autem, S. Thomas, & alij de verò auro strictè, & propriè loquentes sententiam tuentur oppositam. Porrò si Caietanus, Pererius, & Valentia, de auro verò loquantur secundũ communem vtentium æstimationem, verissima est eorum opinio: si autem verum aurum strictè, ac propriè sumptum existimant arte chimica, licèt perrarò fieri posse, non est eorum opinio, veluti probabilis, admittenda.

Conclusiones deductæ, & probatæ.

PRima conclusio: Per artem Chimicam nequit effici verum aurum, strictè, & propriè dictũ, quale illud est, quod in intimis terræ visceribus cœlesti virtute generatur. Hæc patet ex dictis, & ex ratione præcipuè D. Thom. supra relata ex 2. sent. & alijs argumentis, quibus vtuntur secundæ sententiæ defensores.

Secunda conclusio: Fieri potest aurum Alchimica facultate, quod sit verum secundùm communẽ vtentium æstimationem. Hanc conclusionem probant omnia argumenta, quibus vtitur Martinus Delrius pro defensione primæ sententiæ, & impugnatione secundæ.

Tertia conclusio: Hæc propositio: Per artẽ Chimicam potest fieri verum aurum (secundùm communem, scilicet vtentium æstimationem) est propositio per se, & necessaria necessitate physica. Probatur: Quia regulæ illius artis per se loquendo sunt infallibiles: at illæ docent, & dirigunt ad efficiendum ex alijs metallis aurum verum secundũ communem vtentiũ æstimationem, ergo quotiescumque rectè, & sapienter artifex eis vius fuerit, semper efficiet aurum verum secundùm communem æstimationem.

Vltima conclusio: Ars autifactiua non ab omnibus vtcumque peritis, sed à solis verè sapientib. summa cum prudentia licitè potest exerceri. Probatur primò. Quoniam experientia compertum est, Alchimistas sæpissimè falli, dum post expensas eorum facultatibus longè maiores, non aurum ex plumbo, ære, vel argento, sed ex auro fumum, & scoriam efficiunt, atque ideò scitè Caietanus ait, artem hanc, aut humanam non esse, aut solis Principibus post res consultas cum sapientibus conuenire.

Caietanus

Extr. Ioã. XXII. Secundò probari potest authoritate Extrauagãtis Ioannis XXII. sub Titulo de Crimine falsi, sic de chimicorum professione, & arte, prout ab eis exercetur, definiente: *Spondent, quas non exhibent, dimittat pauperes Alchimistæ, pariter, qui se sapientes existimant, in foueam incidunt, quam fecerunt. Nam haud dubiè huius artis alchimiæ alterutrum se professores ludificant, cum suæ ignorantiæ conscij eos, qui simpla ipsos aliquid huiusmodi dixerint, admirantur: quibus cum veritas quæsita non suppetat, diem cernunt, facultates exhauriunt, ydemq; verbis dissimulant falsitatem, vt tandem, quod non est in rerum natura, aurum, vel argentum sophistica transmutatione confingant: eoq; interdum eorum temeritas damnata, & damnanda progreditur, vt fictis metallis cudant publica monetæ characteres, &c.* Denique probari potest hæc cõclusio septem alijs argumentis, quibus probat Valentia loco supra notato Chimicæ artis exercitiũ communiter esse indiscretum, periculosum, pernicio-sum, & illicitum, ratione saltem circumstantiæ personarum, &c.

Argumenta, & solutiones.

COntra primam conclusionem sunt argumenta cuiusdam Iani Lacinij à Cardano collecta, & à Pererio relata, quæ tamen insoluta relinquit. Ian. Lac.

Primum argumentum est: Metalla sunt, quædã pura, & cocta, vt aurum, & argentum, quædam cocta, sed impura, vt æs, ac ferrum, quædam cruda, & impura, vt vtrumque plumbum: sed impura repurgari, & cruda concoqui possunt, igitur ex ære, ferro, & plumbo aurum, & argentum fieri potest. Minor probatur ex Arist. 4. Meteororum, vbi de concoctione agit: De repugnatione verò dubium non est, quippè cum proprium sit ignis separando purgare.

Respondetur, duplicem esse repurgationem, & concoctionem. Altera est dispositiua, & inductiua formę substantialis auri veri strictè, ac propriè dicti, & talis repurgatio, & concoctio per artem Chimicam effici nequit; quia non sufficit virtus ignis, quo vtitur hæc ars, ad hunc effectum.

Altera est dispositiua, & inductiua formæ substantialis, non quidem auri, sed alterius mixti valdè nobilis, & auro, quàm simillimi: & talis repurgatio, & concoctio fieri potest virtute ignis applicati metallis ab Alchimistis.

Secundum: Omnia metalla constant sulphure, & argento viuo, ergo possunt in aurum transformari.

Antecedens supponitur, vt verum. Consequentia probatur: Quia quæcumque similia sunt, facilè in inuicem transmutantur, eoque magis, quod natura videtur semper perfectissimum intendere in omni genere, quale est aurum inter metalla.

Respondetur primò, posse fortasse metalla omnia Solis virtute cõcurrentibus alijs proximis causis necessariò requisitis, in aurũ transmutari, quod sit verum aurum, strictè, & propriè loquendo, nec tamen sit consequens, id arte chimica fieri posse.

Secundò dico, posse per artem quodlibet aliud metallum in aurum transmutari, quod sit verum, non veritate speciei naturalis, sed veritate commu-

nis

nis æstimationis habentis illud pro verò.

Tertium: Ars est imitatrix naturæ, at natura consequendo, purgandoq; ex sulphure, & argento viuo aurum, & argentum efficit; ergo idem etiam efficiet ars.

Respondetur, artem imitari naturam, sed non adæquare; & ideò facere poterit aliquid auro simillimum, non tamen aurum verũ strictè, & proprie dictum.

Quartum: Ea dici debent secundùm naturæ ordinem copulata, & inuicem transmutabilia, quæ non habent omninò diuersas operationes, sed easdem, in eo tantùm differentes, quod quædam habent eas imminutas, & imperfectas, volut fœtus infantis comparatione, ouum pulli, aurelia papilionis: At plumbum, æs, ferrum, & argentum nullas habent operationes ab auro distinctas, sed eas tantùm, quas illud habet, vtpotè liquefcere, duci, graue esse, nitere, ignibus resistere, easdem habent hæc, sed vitiatas, & imminutas; non enim ita splendent, non sunt adeò grauia, minus resistunt ignibus, &c. igitur hæc dici debent aurum imperfectum, & beneficio artis perduci queunt ad perfectionem auri.

Respondetur, ex duabus præmissis assumptis in argumento, nihil aliud rectè posse deduci, nisi metalla omnia in aurum esse trãsmutabilia, quod virtute Solis, alijs etiam proximis causis concurrentibus effici posse concedimus.

Argumentator autem contra regulam deducit secundum fallaciam consequentis, id fieri posse per artem.

Contra eandẽ conclusionem argumentatur Pererius. Primò: Vel impossibile est per artem chimicam fieri verum aurum, quia nihil eorum, quę fiũt à natura, potest fieri ab arte, aut, quia nihil eorũ, quę sunt in genere suo perfectissima, potest produci, nisi vno modo, idest solùm ab agente suo naturali, aut quia aurum naturale generatur virtute caloris cœlestis, aurum verò chimicum efficitur calore igneo, qui duo calores, cum multum inter se differant, non poterunt eundem effectum præstare: sed hæ rationes omnes sunt deficientes; ergo. Pererius.

Probatur hæc Minor; & primo, quo ad primam rationem; quia generatio multorum animalium, aliarumq; rerum fit opera, & ministerio artis non secus, quàm à sola natura: quo ad secundam autem; quia volũtarie assumitur illa propositio, quo ad tertiam verò: quia falsum est, calorem cœlestẽ, & igneum specie differre: quod probatur, quoniã ab eodẽ contrario, hoc est à frigore similiter corrumpuntur, & ab eadem causa interdum producuntur, nimirum à lumine, cum se inuicem intendant, atque augeant. Secundò: quoniam verè; calor ad productionem ignis, & mixtorum simili ratione conducit.

Respondetur, tres illas rationes esse congruentes, sed præcipue tertiam. Ad primæ impugnationem dico primò, animalia per artem genita non esse eiusdem, sed simillimæ speciei cum ijs, quæ generantur à natura, nisi forte per artem applicentur omnes illæ causæ naturales, ex quibus animalia illa generantur, vt accidit in generatione vesparum, crabronum, & scarabeorum ex cadaueribus animalium: quæ per artem in locis cadauerũ putrefactioni, & generationi congruis possiunt facilè collocari. A

Ad impugnationem secundæ, dico, rationabile valdè esse, perfectiorum entium generationem in quolibet ordine non fieri pluribus modis, sed vno tantùm.

Ad argumentum contra tertiam, quę est Sancti Thomæ, dico calores illos specie differre: ad primam probationem in oppositum negatur illatio; calor enim in ligno, vel aqua causatus à Sole duplicem habet perfectionem solà ratione distinctã: altera est, qua potentiam actuat, perficitq; subiectum, ita vt sit verè, & propriè calidum, & secundùm hanc potest calorem ignis intendere, & ab eo similiter intendi, non quia sit eiusdem rationis specificæ, sed quia altioris ordinis est, & nullam cum calore ignis habet repugnantiam, à frigore tamen corrumpitur quasi per accidens, quia capacitatem eius remouet à subiecto. B

Altera eiusdem caloris perfectio est, vt sit virtus, & actio physica Solis agentis in tali subiecto recepta, & secundùm hanc multos potest effectus operari, quos non potest calor ab igne productus, sicut etiam Sol causa longè potentior est, quàm ignis. Nec Pererio concedimus lumen ignis eiusdẽ esse rationis specificæ cum lumine Solis: comparãtur enim, vt virtus vniuersalis, & particularis. Ad secundam probationem negatur assumptum ob causam superius assignatam. C

Secundò: Experientia manifestè ostendit, quædã animalia similiter generari posse calore igneo, atque calore cœlesti. Nam apud Aegyptios pulli calore igneo ex Ouis in furno positis excludũtur, atque procreantur, vt refert Iulius Scaliger contra Cardanum.

Respondetur primò, calorem cœlestem pullos nunquam generare, nisi vt virtutem vniuersalem operantem medio calore agentis particularis, putà gallinæ, vel ignis. Secundò dico, calorem illum extrinsecum incubantis animalis, aut ignis, vel furni calefacientis ouа non esse vim actiuam principaliter ad pulli generationem operantem; nam virtutem principaliter operantem ex Galli compressione, siue coitu receperunt ouа in sui generatione, sed calor ille dispositio quædam est corroborans inditam ouo virtutem generatiuam, vt per eam fieri valeat pulli generatio, quemadmodum virtus eorum hominum generatiua, qui vel ex temperamenti, vel ex senectutis conditione minus habiles sunt generationi, quibusdam solet remedijs medicinalibus adhibitis roborari, nec tamen eorum virtute dicitur homo generari, sed virtute tãtùm hominis generatiua medicinalium externa virtute roborata. Vnde etiam pullus vnius speciei fouens ouа gallinæ alterius speciei pullos educit, quod etiam in auibus accidit diuersæ speciei. D

Postremò arguit ex Plinio lib. 33. cap. 4. dicente, posse aurum ex auri pigmento generari, & ità suis temporibus effectum esse, fuisseque illud aurum excellens. E

Re-

Digitized by Google

Reſpondetur primò: Ex auri pigmento fieri aurum, educendo, & vrendo virtute ignis minutiſſimas auri particulas, auri pigmento commixtas: ſic autem nulla generatio eſt, ſed ſeparatio. Secundò dico, non plenè conſtare, num aurum illud veram prorſus haberet auri naturam.

Martinus. Contra eandem concluſionem argumentatur Martinus. Primò: Multarum rerum cauſæ naturales nos latent, & poteſt hæc eſſe de illarum numero: multa quoque fiunt naturaliter, quæ quis propter cauſarum ignorationem, ſi facta certò neſciat, vel neget facta, vel non facta naturaliter contendat: ergo.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam; nihil enim aliud inferri poteſt hoc argumento, niſi leuiſſima quædam ſuſpicio, quam ratio S.D. ex 2. ſent. ſupra poſita ſufficienter excludit.

Secundò: Illa Magorum induſtria, qua mutarũt angues in virgas, & è conuersò, iuxtà Beatum Auguſt. naturalis mutatio fuit, quæ tamen mirabilior eſt hac, de qua nos agimus.

Reſpõdetur primò, multos Patres, & Doctores aſſeruiſſe Magorum miranda facta coram Pharaone non fuiſſe reales effectus, ſed mera præſtigia sẽſus intuentium ludificantia: Ità S. Iuſtinus Martyr in reſponſionibus ad quæſtiones Orthodoxorũ q. 76. Tertullianus in libro de Anima, Gregorius Niſſenus, Ambroſius in comment. ſecundæ ad Timothæum tertio capitulo, Græcus Interpres à Gloſſa relatus Rupertus Abbas lib. 1. comm. in Exodum, & alij. Secundò dico, mutationem illam virgarum in dracones, & è conuersò factam fuiſſe virtute dæmonum, vt aiunt Auguſtinus, Toſtatus, Caietanus, & alij. Conſtat autem dæmones cognoſcere perfectiſſimè ſemina rebus naturalibus indita, & ea poſſe citiſſimè ex oppoſitis etiam Mundi terminis congregare, & ligno, vel alteri materiæ ad res alias ex ea generandas applicare: cui notitiæ, & facultati conſtat hominum cognitionem, & potentiam immensè poſſe comparari. Tertiò dico, generationem earum rerum, quæ dæmonum virtute facta fuerãt à Magis, non poſſe alicui loco determinato, ſed vbique fieri poſſe, ſi paſſiuis applicentur actiua.

2. Iuſtinus. Tertull. Niſſenus. Ambroſ. Græcus. Rupertus. Auguſt. Toſtatus. Caiet.

Tertiò: Calor ignis vim habet transformandi metalla per varias alterationes, liquationem, ſeparationem, congregationem, & alias huiuſmodi, ſicut calor natiuus cibum poteſt variè conformare, priuſquàm augeat, & incrementum præbeat ipſi alimento: nec minus eſt miranda illa cibi, putà pomi in carnem, quam hydargiri in aurũ commutatio, ergo. Et confirmatur: Quia, ſi ſingulas illas alterationes conſideres, quas Chriſopæi requirunt, etiã quàm plurimas, nullam inuenies, quæ vires ignis in materiam diſpoſitam agentis excedat.

Reſpondetur, falſum eſſe antecedens quo ad vtramq; partem; nam loquendo de tranſmutatione ſecundum veras, & reales, & non tantum æſtimatas metallorum formas, non poteſt vnum in alterũ ignis virtute mutari ob ſæpè dictam cauſam. Quod autem calore natiuo cibus mutetur in carnem, opus naturæ eſt, ſicut etiam in locis mineralibus virtute naturæ cæterorum ſpecies metallorum vertuntur in aurum; non eſt autem ars in ſuis operibus naturæ æquiparanda.

Ad confirmationem dico, alterationes illas omnes, prout ordinantur, vt diſpoſitiones ad veram, & naturalem auri formam inducendam excedere vim ignis naturalem. Et ex his ſoluuntur alia eiuſdem authoris argumenta ex Pererio, & alijs mutuata.

Poſtremò profert argumentũ ex narrationibus diuerſorũ aſſerentium, metalla in verum aurum à pluribus Alchimiæ profeſſoribus fuiſſe mutata.

Reſpondetur primò, narrationes illas ex multis partibus eſſe de falſitate ſuſpectas. Vel enim ab Alchimiſtis prodierunt, quibus nulla fides eſt adhibenda, vt ſatis perſpicuè ſignificat Summus Pontifex in allegata Decretali, & multæ Chimicorum fraudes ab eis etiam publicè confeſſæ teſtantur, & paupertas comes eorum perpetuus illos diuitias paſſim omnibus promittentes manifeſtè falſitatis accuſat.

Deindè non plenè conſtat, aurum, quod aſſerunt ab Alchimiſtis fuiſſe factum, ſtrictè, & propriè fuiſſe verum aurum, quamuis fortaſſe potuerit eſſe verum aurum ſecundum communem vtentium æſtimationem, vt antè diximus. Mitto præſtigia fieri poſſibilia dæmonum miniſterio, ad quos, re deſperata, Chimici tandem confugere cõ ſueuerunt.

Martinus.

Contra ſecundam, & tertiam concluſionem ea produci poſſunt argumenta, quibus vtuntur ſecundæ ſententiæ defenſores pro ſua concluſione confirmanda, quam primo loco poſuimus. Ea refert, & ſoluit Martinus lib. 1. cap. 5. q. 1. ſect. 2.

Superceſſent hic nobis quatuor aliæ quæſtiones definiendæ. Prima eſt de diuinatione ex elementatis, Meteoris, plantis, arboribus, & animalibus: Secunda de coniectatione Medicorum. Tertia de Cõiectura phyſionomica, & chiromantica. Quarta de diuinatione ex ſomnijs. Sed de his commodius agemus in ſequenti controuerſia.

QVAESTIO III.

An Magia Mathematica ſit alicuius efficacia.

Ioannes Picus Mirandulanus in ſuis Concluſionibus tres habet ad Magiam Mathematicam pertinentes. Prima, quæ apud eum inter Magicas concluſiones eſt vigeſimatertia, hæc eſt. *Quilibet numerus præter ternarium, & denarium ſunt materiales in Magia, illi formales ſunt, & in Magia Arithmetica ſunt numeri numerorum.* Secũda immediatè ſequens eſt. *Ex ſecretioris philoſophiæ principijs neceſſe eſt confiteri plus poſſe characteres, & figuras in opere Magico, quàm poſſit quæcunque qualitas materialis.* Tertia huic annexa eſt. *Sicut characteres ſunt proprij operi Magico, ita numeri ſint proprij operi Cabalæ, &c.* In Apologia verò ſenſum harum cõcluſionum explicans ait, characteres, & figuras veram, & naturalem habere actiuitatem ſecundum omnes philoſophos tàm in agendo: quam in modo agendi, &

Pic. Mir.

patiendi, ſeq; de tali actiuitate loqui in ſuis Magi
cis concluſionibus, & licet (inquit) ſecundum Peripateticos longè minoris ſint actiuitatis, & virtu
tis, quàm ſint qualitates materiales, tamen dicerent Pytagorici, quod ſicut mathematica ſunt formaliora phyſicis, ita etiam actualiora, & ſicut in ſuo eſſe minus dependent, ita etiam in ſuo opere. Tandem addit, id, quod dixit de potentia Mathematicorum, indifferens eſſe ad fidem, ſeq; id affirmaſſe, non vt in ſe, & abſolutè verum, ſed vt conſequens ad ſecretam philoſophiam Pytagoricorũ, quorum (inquit) ſententia eſt, numeros eſſe formaliores, ac proindè etiam actualiores, & inter numeros impares ternarium, eo quod ſit primus impar, & primum in vnoquoque genere eſt perfectiſſimum in illo genere: & inter pares denarium, qui eſt omnis numerus, vt patet, ab eo enim vltra numeramus per replicationem.

Caietan. Caietanus 2.2.q.96.art.2. loquens de imaginibus aſtronomicis ait, figuram, tametſi nullius actionis naturalis principium eſſe videatur, eſſe tamen conprincipiũ, & diſpoſitionẽ ad formam, quę eſt naturalis actionis principiũ; ſicut .n. (inquit) figura hominis eſt conſequens formam hominis, ita ſimilis figura eſt diſpoſitio in materia ad ſuſcipiendum formam hominis, & figura cuiuſcunque organi naturalis putà cordis, epatis, manus, &c. inter diſpoſitiones ſunt ad formas organicas, & ad operationes, non quatenus figurę, ſed quatenus terminationes quædam corporum naturalium.

Ex quo deducit nihil prohibere, quin figura, quæ humano miniſterio terminare ponitur tale corpus ſub tali ſydere, ſit veluti quædam ſecunda ſtella propter cõformitatem ad tale ſydus. Quam

Montagn. ſententiam Montagnolius in annotatione ad eundem articulum affirmat eſſe probabilem.

D. Thom. S. Thomas in allegato art. 2. ad ſecũdum negat, figuram eſſe actionis naturalis principiũ: & in 4. ſen. diſt. 12. q. 1. art. 2. quęſtiuncula prima ait, quãtitatem ſe tenere ex parte materiæ, qualitatem autem ex parte formæ, & ideò quantitatem non agere, niſi mediante qualitate, quæ eſt per ſe actionis principium: & in 3. cont. Gent. cap. 105. ait, per figuras non diſponi materiam, vt ſit in potentia ad aliquam formam, quia figura abſtrahit ſecundum ſuam rationem ab omni materia, & forma ſenſibili: & in lib. 2. cap. 41. in fine ait, Pytagoram ſua illa rerum principia conſtituiſſe, non per modum principiorum agentium, ſed per modum formalium principiorum, ſub quibus veluti generibus omnia

Ariſt. alia comprehenderentur, vt patet ex Ariſtotele in primo Metaphyſ. capit. 5. lect. 8. commentarij D. Thomæ.

Io. Fr. Pic. Eandem ſententiam ſequitur Ioannes Franciſcus Picus lib. 7. de Prænotione cap. 4. in fine dicẽs, apud Ariſtotelem, & omnes philoſophos eſſe cõpertiſſimum, actiuas virtutes ineſſe non poſſe figuris, litteris, & characteribus. Quod idem etiam af

Ferrarien. Valentia. Martinus. Suarez. firmat Ferrar. ſuper dicto cap. 105. Valentia ſuper dicto articulo in 2.2 Martinus lib. 1. cap. 3. q. 1. in fine, Suarez lib. 2. de ſuperſtitione cap. 15. num. 19. & alij Theologi communiter.

Reſolutio.

Mathematica, ſcilicet quantitates, numeros, & figuras, nullius actionis, aut paſſionis eſſe poſſe principia.

RECOLẽdæ ſunt hic primò illæ vulgatiſſimæ differentiæ, quas ſcholaſtici omnes inter tria præcipuarum ſcientiarum realium obiecta conſtituunt, dicentes, res à Metaphyſico conſideratas à materia penitus eſſe ſeparatas tam ſecundum rationem, quàm ſecundùm eſſe: Mathematicæ verò cognitionis obiecta rationis quidem actu velut à materia ſenſibili diſiuncta conſiderari, ſed verè ſecundum eſſe materiæ eidem ſenſibili copulari: Phyſicam autem eruditionem in earũ rerũ cõtemplatione verſari, quæ neq; ſecundũ eſſe, neq; ſecũdum rationem abſtrahunt à materia. Dupliciter itaq; poſſunt à nobis conſiderari Mathematicæ cognitionis obiecta, putà ſuperficies, lineæ, numerus, & figura. Vno modo, prout in intima ſua ratione materiam ſenſibilem non includũt, ſicq; per primam noſtri intellectus operationem abſq; vlla materia ſenſibili cognoſcuntur. Alio modo, prout compoſitæ, ſenſibiliq; ſubſtantiæ realiter adhærent. vt eius accidentia. Primi modo certum eſt, ea nullius actionis, aut paſſionis eſſe poſſe principia. Agens enim omne corporeum quiddam ſenſibile eſt, ex materia formatum, compoſitum, & per materialem aliquam, & ſenſibilem formam, puta calidicatem, aut frigiditatem agit in alterum: patitur autem omne per ſenſibilem materiam, cui ſoli cõuenit alteratione mutari. Illud igitur, quod agendi, patiendiue principium eſt, materiam, in ſui ratione ſenſibilem includere neceſſe eſt, ita ſcilicet vt ad eam ordinem, & dependẽtiam habeat, quẽadmodum forma, quæ ex actione, paſſioneq; conſequitur, ſecundũ intimam ſui rationem ordinem habet, & dependentiam ad materiam, ſine qua cõcipi, definitiuè minimè poteſt. Nullum itaq; Mathematicorum ſiue ſit continuum, vt linea, ſuperficies, corpus, & figura, ſiue ſit diſcretum, vt numerus, ex ſui propria ratione formale principium eſſe poterit agendi, aut patiendi: Et eadem ratione neq; poſteriori modo conſideratæ res mathematicæ, prout ſcilicet in materia ſenſibili realiter exiſtunt, poſſunt eſſe compoſito rationes agendi; formæ ſiquidem omni, quæ principium actionis eſt, aut paſſionis, ratio conuenit agendi, aut patiendi ſecundum intimam ſui rationem, & quidditatem, quamuis in actũ agendi non exeat, niſi ſit exiſtẽs, eo quod exiſtentia agentis, formæ, & operationis cõditio eſt neceſſaria. Quarè merito Philoſophus in prædicamentis figuram non in ſecunda ſpecie qualitatis, quæ eſt naturalis potentia, vel impotentia, conſtituit, ſed in quarta, qua nullum formaliter loquendo ſignificatur agendi principium.

Materiæ diſpoſitio duplex.

Secundò ſciendum eſt, duplicem eſſe materiæ diſpoſitionem ad formam aliquam recipiendam. Altera eſt, cui nomẽ, & ratio diſpoſitionis propriè congruit: hæc verò qualitas quædam eſt in materiam ab agente deriuata; quæ, prout ab agẽte quędam efflux io eſt, & via nondum vltima terminationẽ

Matemati ca dupliciter conſi dera ntur

Ariſt.

tione completa, illius eſt actio phyſica, vt autem inhæret materiæ, diſpoſitio illius eſt ad formam in eadem materia recipiendam.

Vtroq; vero modo ſimul conſiderata, veluti ſemen, ac virtus vicem gerens principalis agentis ad compoſiti generationem, ſecundum formam agentis formæ ſimilem operatur: vt patet in calore, qui, cum ex igne calefaciẽte in ligno recipitur, in illud agit, diſponens illud ad formã ignis. Quatenus.n. ab igne deriuatur in lignum, diſpoſitio actiua eſt, cũ ſit ignis actio phyſica: vt autem in ligno recipitur, ex parte materia ſe tenet, & eius diſpoſitio paſſiua eſt ad formam ignis. Dixi autem diſpoſitionem propriè dictam eſſe qualitatem ab agente deriuatam, non quod omnis diſpoſitio, aut omnis eius gradus ab hoc agente procedat, qui materiam hanc alteratione tranſmutat, veterem formã expellit; nouam inducit, & priori corrupto compoſito, nouũ generat; ſcimus enim, multis rebus qualitates naturaliter ineſſe ſymbolicas, quæ naturales sũt diſpoſitiones, vt vna res per alterius actionem facilè poſſit in eius naturam tranſmutari: ſic.n aer ob raritatis, leuitatis, & caliditatis cõuenientiam cum igne facilè per ignis actionem tranſmutatur in ignem, & lac, quod ex vberibus ſugit infans, ſicut & quodlibet animali connaturale nutrimentum, actione vegetatiuæ tranſit in carnẽ, adeò vt verum ſit illud Philoſophi dictum; *Inter habentia ſymbolum facilis eſt tranſmutatio.* Contingit etiam nonnunquam, ab vno agente diſponi materiam, & ab altero formam induci; Solis enim calore ligna calefiunt, & ficcantur, quæ ſic diſpoſita facilè incenduntur ab igne. Sed quod intẽdimus, eſt, diſpoſitionem omnem propriè dictam ex genere ſuo, & ſecundum omnem, aut aliquem gradum ab agente materiam tranſmutante deriuari, & ipſam diſpoſitionem ab agente fluentem eſſe eius actionem, ac virtutem in materia receptam, raritas.n. leuitas, & caliditas, quæ ſunt naturales aeris qualitates, licet in aere non cauſentur, ab igne, poſſunt tamen in multis alijs corporibus ab igne produci: & quamuis in eo gradu, quo ſunt aeri connaturales, non ſint ab igne cauſatæ, ſecundum vlteriores tamen gradus, quibus vltimò ad formam ignis aereis materia diſponitur, ab ignis virtute, & actione dependent.

Arist.

Hæc verò mathematicis entibus. ſ. quantitatibus, numeris, & figuris minimè conuenire perſpicuum eſt. Non enim neceſſe eſt, vt agens calorem, frigiditatem aut aliam aliquam formam accidentalem in ſubiectũ, vel etiam ſubſtantialem inducens in materiam prius in ea cauſet quantitatem continuam, aut numerum aliquẽ, vel figuram, aut eorũ aliquã partem; additur.n. calor, & nigredo ligno torã illi naturalẽ quantitatem, vnitatem, & figurã habẽti, & ex eo carbo generatur, nulla prius addita materiæ quantitate. Deinde nullus vnquã actionem exterioris agentis in materiam aſſeruit eſſe quantitatem, numerum, aut figuram ſicut è contra Philoſopho conſentiunt omnes affirmanti, motum ad albedinem idem eſſe realiter, quod albedo, & motũ ad vbi idem eſſe realiter, quod vbi, & motum augmenti, qui fit ab intrinſeca viuentis potentia, idem eſſe, quod quantitas, prout eſt in fieri. Omne verò principium agendi formale propter actionem eſt, quæ in agentibus materialibus ſola ratione formali diſtinguitur à termino eius intrinſeco. Cum itaque nulla poſſit exterioris agentis actio deſignari, quæ ſit idem realiter ſuperficiei, numero, vel figuræ, conſequens etiam eſt, ſuperficiẽ, numerum, & figuram nullius actionis, aut paſſionis eſſe poſſe principia.

Eſt igitur altera diſpoſitio minus propriè dicta; hæc verò eſt illud omne accidens; quod inhærens ſubiecto; ſiue materiæ conditionem illi confert ad ſimpliciter, vel commodius agendum, aut patendum neceſſariam: qualis eſt quantitas, & figura, vt ex dicendis patebit. Nec poſſunt actiones alterius rationis à prædictis tribui quantitatibus, numeris, aut figuris: quoniam omne agens agit ſibi ſimile ſecundum formam, quæ eſt ei principiũ, & ratio formalis agendi: Ignis enim calore calefacit, & lumine Sol illuminat, & ſic de alijs. Et cum vniuerſa mathematica ſenſibilia ſint valdè conſpicua, fatuitas eſſet expreſſa virtutibus occultis, & vix humana ratione perceptibilibus, ex quibus æquiuoci deriuantur effectus, ea connumerare. His adde, mathematica ſecundum eſſe, quod habent in materia, eſſe reliquorum accidentium receptiua, ac proindè naturæ materiæ eſſe valdè proxima, & ideo potentialitatem illis quàm maximè conuenire. Cum itaq; cætera, quæ ſenſu cognoſcimus in corporibus his corruptibilibus, accidentia, rationes ſint agentibus effectus producẽdi ſimiles illis vnìnocè ſecundum ipſamet accidentia, quæ ſunt agendi principia, fatuum eſt numeris, & figuris effectus æquiuocos aſſignare.

Diſpoſitio impropria

Poſtremò notandum eſt, figuram in motu locali cauſando quadam ratione concurrere, & eſſe veluti conprincipium in actionibus etiam eorum agentium, aut inſtrumentorum, quæ per motum localem applicantur ad agendum: figura namq; diſponitur agens, & inſtrumentum, vt paſſo commodius applicetur: & corpus rotundæ, vel etiam acutæ figuræ facilius diuidet medium, quàm ſi quadrata figura fuerit infignitum; motus enim localis terminatur ad vbi, cui figura naturaliter adaptatur. Alterationibus autem nihil confert: quoniam actiua potentia, vt ſic non minus abſtrahit ab hac, aut illa figura, quàm ſubſtantia, cuius eſt virtus ex ea fluens naturaliter illi proportionata.

Matematica, vt cauſent.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Entia Mathematica, ſiue ſint continua, vt linea, ſuperficies, corpus, & figura, ſiue ſint diſcreta; vt numeri, nullius ſunt actionis, aut paſſionis principia.

Secunda concluſio. Figura quodammodo conprincipium eſt in motu locali cauſando, & in applicatione agentis ad paſſum.

Tertia concluſio. Quantitas non eſt propriè diſpoſitio materiæ, vel ſubſtantiæ materialis ad alia accidentia recipienda. Probatur hæc concluſio.

Martinus. mènta, quæ profert, & ſoluit Martinus in allegato lib. 1. cap. 4. q. 2. ex anno climacterico. ex partu octimeſtri, & ex diebus criticis ex quibuſdam rationibus, & paſſionibus numerorum, & ex patrũ dictis. Quæ vide, ſi placet.

S. Thom. Ferrarien. Contra tertiam concluſionem produci poſſet dictum S. Thom. ſupra notatum ex 3. p. q. 77. art. 2. cuius ſolutio patet ex dictis. Lege Ferrarienſem in allegato cap. 105.

QVAESTIO IV.

De Magia Aſtronomica, figurarum, ſeu imaginum operatiua.

Sententiæ Doctorum.

CVm duæ ſint Aſtronomicæ Magiæ partes, altera operatiua, & altera diuinatiua, ſeu iudiciaria, de priori nunc dicendum eſt, non quo ad eius totam latitudinem, ſed quo ad eam partem; quæ fabricandis imaginibus ad cœleſtium imaginum ſimilitudinem intendit. Fuit autem Alexandri ſententia in libro de Magis, vt refert Victoria in allegata relectione, in imagine, vel ſtatua, aut annulo fabricatis, & compoſitis ad certam influẽtiam, & diſpoſitionem ſtellarum eſſe virtutem ad aliquos effectus efficacem, ad quos oportet concurrere multitudinem cauſarum inferiorum. Cui ſententiæ multos fauiſſe Peripateticos affirmat idem author in dicta relectione de Arte Magica.

Alexãder.

Caiet. Eandem opinionem ſecutus eſt Caietanus 2 2. quæſt. 96. art. 2. vbi tria dicit. Primum eſt: Imagines Aſtronomicæ, non vt corpora artificialia ſũt, ſed vt effectus ſunt cœleſtis ſyderis, & vt conſtituunt in ſpecie cœleſtis conformitatis ratione figuræ talis (licèt miniſterio humano) poſſunt cœleſtes influxus ſuſcipere, & habere virtutem ad agẽdum. Secundum eſt: Figura, licèt nullius appareat naturalis actionis principium, eſt tamen actionis naturalis conprincipium, & diſpoſitio ad formã, quæ eſt actionis naturalis principium, non quatenus figura, ſed quatenus terminatio quædam eſt corporis naturalis. Tertium eſt: Figura, quæ humano miniſterio terminare ponitur tale corpus ſub tali ſydere, eſt veluti quædam ſecunda ſtella propter conformitatem ad tale ſydus. Hanc opinionem Montagnolius affirmat eſſe probabilem, quã etiam defendit Pomponatius lib. 4. de incantationibus. Marſilius Ficinus imagines Aſtronomicas inter medicamenta conſtituit naturalia.

Montagn. Pompon. Marſil. Fi. Io Bapt. Porta.

Ioannes Baptiſta Porta Neapolitanus lib. 4. Magiæ Naturalis cap. 24. & 25. Magiam Aſtronomicam ad praxim deducens docet, cui lapidum generi ſit hæc, aut illa figura, vel imago cœleſtis inſcribenda, ſingulisq; lapidibus cœleſtibus illis imaginibus ſtatis, ac opportunis quibuſdam temporibus inſignitis proprias virtutes ex antiquorũ documentis aſſignat.

S. Thom. Ferrarien. S. D. in dicta q. 96. art. 2. ad 2. perſpicuè docet, artificiales illas imagines nullius eſſe virtutis, nec vllam ex impreſſione cœleſtium corporum ſortiri virtutem ad agendum: quatenus artificialis

A ſunt, ſed ſolum ſecundum materiam naturalem, quod idẽ aſſerit in 3. conc. Gen. cap. 105. & Quolib. 12. art. 24. Quam ſententiam explicat, & tuetur Ferrar. in allegato c. Sylu. in ſumma Verbo ſuperſtitio q. 10. Bartholomæus Sybilla in ſuo ſpecu-

Sylueſter. Bar. Sybilla. Ioan. Pic. Io Fr. Pic. Victoria. Valentia. Martinus. Suarez.

B la peregrinarum quæſtionum Decade 1. cap. 9. q. 3. Ioan. Picus lib. 8. in Aſtrologiam c. 3. & eius Nepos Io. Fr. de rerum præ notione lib. 7. cap. 10. Victoria in ſua relectione de Arte Magica, quæſt. 3. Valentia in ſuo Commentario ad dictum articulum, Martinus Delrius lib. 1. c. 3. q. 1. Suarez lib. 2. de ſuperſtitione c. 15. num. 16. & ſeq. & alij Theologi Communiter.

Reſolutio.

Imagines arte factas ad ſimilitudinem cœleſtium imaginum nullius eſſe virtutis.

QVæſtionis huius primum, præcipuumq; fundamentum illud eſt, quod præcedẽtis quæſtionis diſcurſu conſtituimus, Mathematica ſcilicet ex ſui ratione nullius actionis, aut paſſionis eſſe poſſe principia, neq; diſpoſitiones propriè ſumptas ad formam aliquam in materia, vel ſubiecto recipiendam.

C Secundò conſiderandum eſt, plurimas ab Aſtrologis antiquiſſimis imagines in octaua ſphæra ſecundum certas quaſdam ſyderum poſitiones, ac numeros fuiſſe cogitatione formatas, atq; diſtinctas, & propriis nominibus deſignatas, ex quibus nonnullas recenſent diuinæ litteræ, vt Pleiades, Hyadas, Arcturum, & Orionem. Dicitur enim Iob cap. 9. *Qui facit Arcturum, & Orionem, & Hyadas, & interiora Auſtri.* Et cap. 38. *Nunquid conuingere valebis micantes ſtellas Pleiadas, aut gyrum Arcturi poteris diſſipare?* Et Amos cap. 5. *Qui conuertitis in abſinthium iudicium, & iuſtitiam in terra relinquitis, facientem Arcturum, & Orionem.* Eſt autem Arcturus imago Vrſæ ſitæ circa polum arcticum, viginti & vnam habens ſtellas; ex quibus ſeptem nobiliores curruſcum temone figuram præſeferunt, nec vnquam occidunt, ſed polum ſemper circumeunt. Orion autem decem, & ſeptem, aut ſecundũ alios Viginti, & octo ſtellas complectens in Tauro, & Gemini ſitus, vt ait Iſidorus lib. 3. ante veſtigia Tauri conſtitutas figuram conſtituit armati viri gladium manu tenentis. Hyadæ verò ſtellæ ſunt exiſtentes in pectore Tauri viſu valdè notabiles. Pleiades autem ſeptem ſunt ſtellæ in capite Tauri, ex quibus ſex apparent valdè propinquæ ſeptima verò obſcurior eſt, vt etiam ait S. D. in comm. dicti cap. Iob 38. Præter quas ijdem Aſtrologi plures alias in cœlo figuras numero circiter triginta; & octo ſua cogitatione conſtituunt. In Zodiaco namq; duodecim confinxere. ſ. Arietem, Taurum, Gemmos, Cancrum, Leonem, Virginem, &c. Extra Zodiacum autem multò plures, ſcilicet Vrſam minorem, Coronam, &c. quas omnes recenſet Iſaellus in Epitome ſuper Sphæram cap. 2.

D

Iob 9. Iob 38. Amos 5.

Iſidorus.

S. Thom.

E

Iſaellus.

Cum autem in ſtellis ſic a Deo creatore diſpoſitis alia multę poſſent, ac poſſint imagines, aut figuræ cõfingi, eas tamen præcæteris applican-

conſequatur aliqua virtus ex influentia cœleſti, non quatenus figura eſt, ſed quatenus ſpeciē cauſat artificiati, quod adipiſcitur virtutē ex ſtellis.

Ferrarien. Verùm, vt ibi ſcitè Ferrar. aduertit, dictum illud dupliciter poſſumus interpretari: Vno modo, vt à D. Thom. prolatum, tamquam verum: & ita ſenſus eius eſt, ex influentia cœli ſequi virtutem ad conſtitutionem figurę non ratione figuræ, quatenus formaliter figura eſt, ſed quatenus ſpeciem cauſat artificiati, ideſt ratione ſubiecti, quod in artificiati conſtitutione ſuo certa conſtellatione mutatur, & alteratur. Non enim affirmat ibi ſimpliciter S. Thomas, ad figuræ conſtitutionem ſequi virtutem ex influentia Cœli, ſed addit: ſecundùm quod cauſat ſpeciem artificiati, quod adipiſcitur virtutem ex ſtellis, ſignificans virtutem in artificiatum ex ſtellarum influxu deriuatam non ſequi ex figuræ conſtitutione, vt figuræ conſtitutio eſt, ſed quatenus cū mutatione, & alteratione fit materiæ naturalis, quæ per figuram illā in ſpecie conſtituitur artificiati.

Obiecta Suarezij. Sed hanc reſponſionem impugnat Suarez loco ſuperius allegato. Primò: Quia eadem reſponſio dari poſſet de omnibus characteribus, qui in his imaginibus imprimuntur, cum in illis ſculpēdis, vel imprimendis neceſſe ſit aliquam fieri mutationem in materia. Secundò, quia talis forma adhibetur, vt neceſſaria in tali conformitate, & ſimilitudine ad actum; ergo ſignum eſt adhiberi, vt artificialem formam per ſe, & non tantum ob aliam alterationem, quæ fit in materia, quando illa imprimitur. Probatur illatio; quoniam hæc alteratio fieri poſſet per aliam formam, vel ſine illa, comprimendo illam materiam, vel denſando, vel cauādo, vel liqueraciendo illam prius, & poſtea infundendo. Tertiò: Quia nec ex parte huius mutationis poteſt conſurgere in tali materia diſpoſitio ſufficiens; tum quia poteſt illa mutatio eſſe tantū localis diuidendo, & ſeparando aliquas particulas illius materiæ ab alijs, per quam ſeparationē non applicatur illa materia cœlo melius ad recipiendum calorem, vel lumen, tum quia, licet ſæpè dum imprimitur figura, fiat aliqua alteratio caloris, ita tamen tranſit, vnde non poteſt eſſe diſpoſitio ad perſeuerantem influentiam: nec poteſt eſſe ſola diſpoſitio ſufficiens in corpore tam denſo, & terſo, & natura ſua alieno à tali virtute.

ſolutiones Sed hæc friuola ſunt, & mentem D. Thomæ non attingunt, nec Ferrarien. expoſitionem infringūt. Intendit enim ibi S. D. figuras illas artificiales, & multo magis characteres ſecundum ſe nullius ex ſyderibus influxus eſſe capaces, ſed ratione tantū ſubiecti, quod alteratur in impreſſione figuræ, vel imaginis in tali conſtellatione factæ virtutem aliquam ex ſtellarum influxu poſſe ſuſcipere. Cui veritati nititur euadere, qua facile poſſemus vti philoſophi verbis illis ibidem expreſſa. *Quia vera reſponſio &c.* Quæ quia vera reſponſio pro eorum opinione non eſt, ſed euaſio, ſiue fuga, ideo ſola fauet illis verborum apparentia, ſed intentionem eorū in rei veritate deſtruit. Concederet ergo facile S. D. figuris, & characteribus hoc eſſe commune, vt

A neutrum ſecundùm ſe cœleſtis ſit influentiæ receptiuum, aut ratio eas in ſubiecto, aut artificiali eō poſito recipiendi, ſed quod vtrumque ſyderos recipiat influxus ratione ſubiecti in eorum ſcilicet figurarum, & characterum impreſſione mutati. Differentia verò manifeſta eſt, quia characteres ex Magorum Necromanticorum inſtitutione per ſe primò adhibentur, vt ſigna pacti cum Dęmonibus initi, aut reuerentiæ illis exhibitæ, quod Aſtronomicis imaginibus minimè conuenit, vt ibidem ait S. D. & in 2. 2. loco ſupra notato. D. Thom.

Secundum argumentum concedimus; eo namque confirmatur doctrina D. Thomæ in illo priori B ſenſu, de quo diſputamus.

Ideo namque figurarum Aſtronomicarum vſū reprehendit, quia eas Porphyrius, & alij figuras illas adhiberi volebant, vti neceſſarias, vt formas artificiales per ſe, & non tantum propter alterationem in earum impreſſione factam circa materiam naturalem. Sed, quia philoſophus illa vnica relinquebatur euaſio verbis tantum eorum opinioni fauens, verè tamen eorum intentionem deſtruens, ideò voluit eam philoſophorum nomine proferre S. D. vt vis argumentorum vndequaque pateſceret euidenter.

Ad certum dico primò, mutationem in Aſtronomicarum imaginum factione interuenientem C numquam eſſe præcisè localem, ſed alterationem aliquam per ſe, vel per accidens illi ſemper adiungi: cum enim ex auro, aut ex ære fit ſtatua, neceſſe eſt, vt materia liqueſcat, & infundi valeat, ignem adhibere, aurum frequentibus ictibus contundere, & præparare; crebis autem ictibus in auro, & in alia qualibet materia ſolida calor excitatur, quo diſponi facilè poteſt illa materia naturalis ad ſyderum influxus recipiendos.

Secundo dico, S. Thomam non affirmare figurā omnem Aſtronomicam quomodocunque factam eſſe cœlitis virtutis receptiuam ratione alterationis in materia factæ, ſed hoc tantum aſſerere, D nimirum virtutem omnem naturalem Aſtronomicis imaginibus ex cœlorum influxu tribui conſuetam, illis non ratione figuræ, ſed ratione alterationis in ſubiecto factæ conuenire: quod ſi nulla præuia, aut comite alteratione in materia naturali recipiatur imago, non affirmat S. D. ſed quaſi tacitè negat, virtutem ineam, vel in eius materiam ex cœlorum influxu, derivari.

Tertiò dico, caletactionem, aut quamlibet aliā alterationem cito tranſeuntem eſſe poſſe diſpoſitionem ſufficientem ad influentiam, ſeu perſeuerantem in quocunque corpore, quantumuis denſo, ad cuius recipiendam, ſicut patet in cæteris mixtis ex materia tranſeunte compoſitis, in quibus ex componentium qualitatibus tranſeuntibus velut diſpoſitionibus virtus vna permanens generatur. E

Alio modo poteſt dictum illud exponi dicendo S. Doctorem ab imbecillis argumentis figuras Aſtronomicas reijcere characteribus inſignitas veluti ſuperſtitioſas, & quia Magis earū imaginum defenſoribus vnica videbatur euaſio ſupereſſe, eam affert

altera expoſitio S. Thom.

Digitized by Google

asſert in fine capituli dicens: *Quia verò figura in artificialibus ſunt quaſi forma ſpecifica, poteſt aliquis dicere, quod nihil prohibet, quia conſtitutionem figuræ, quæ dat ſpeciem imagini, conſequatur aliqua virtus ex influentia cæleſti, non ſecundùm quod figura eſt, ſed ſecundùm, quod cauſat ſpeciem artificiati, quod adipiſcitur virtutem ex ſtellis.* Quod ſupterfugium admittens, non concedens S. D. vim ſuarum rationum peruſtere demonſtrat inuictam ſubdens: *Sed de literis, quibus inſcribitur aliquid in imagine, vel aliis characteribus, nihil aliud poteſt dici, quam quod figuræ illæ non habent ordinem niſi ad aliquem intellectum: quod etiam oſtenditur per ſacrificia, proſtrationes, & alia huiuſmodi, quibus vtuntur: quæ non poſſunt eſſe, niſi ſigna reuerentiæ exhibitæ alicui intellectuali naturæ.* Hæc ibi S. D. Quibus nihil aliud videtur intendere, niſi vim rationum ibi poſitarum aduerſus Magorum impietatem ſuſtinere. Hanc expoſitionem ſequitur Valentia in commentarijs ad 2. 2. loco notato, & Suarez in allegato lib. 2. de ſuperſtitione cap. 15. num. 29.

Valentia.

Rō contra Cuetan.

Sed prætereà probatur, inanem eſſe prorſus euaſionem illam. Quia figura, quatenus figura realiter exiſtens in rerum natura (de hac enim eſt q̃ſtio, non autem de figura in abſtractione concepta) ſpeciem cauſat artificiati, igitur figura, vt figura eſt, formaliter conuenit in ſpecie artificiatorum conſtituere, & conſequenter etiam eidem ſub eadem ratione formali conuenit artificiatum conformè, ac ſimilem reddere cuicunque eiuſdem rationis figuram habenti, ſiue illud eam habeat naturaliter, ſiue per artem, ſiue ſit naturæ corruptibilis, ſiue incorruptibilis, dummodo ſit ea figura realis. Eſt igitur manifeſta diſtinctio ſuperficialem ſolũ apparentiam veritatis argumentis opponens, & latebras quærens, vt vel ſic euidentem argumentorum efficacitatem euadat. Et confirmatur, quoniam albedini, quatenus albedo eſt, conuenit cauſalitas propria formalis, quæ eſt conſtituere ſubiectum, aut compoſitum accidentale in ſpecie albi, & quælibet alia forma, ſiue ſit accidentalis, ſiue ſubſtantialis, ex propria ſua ratione formali actũ exercet in aliqua ſpecie conſtituendi ſiue ſimpliciter, ſiue ſecundùm quid. Adeò vt ſit manifeſta cõtradictio, formam exiſtere in ſubiecto, vel materia, & eam, aut compoſitum ex vnione ſubiecti, vel materiæ cum forma reſultans in nulla ſpecie conſtituere. Hoc ipſo namq; quod ineſt, informat, & in ſpecie conſtituit.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: Imagines Aſtronomicæ, ſiue figuræ ſecũdum re, quatenus tales ſunt, ideſt vt imagines, & figuræ, vel vt quædam artificialia ſunt, non poſſunt ſydereos influxus recipere, nec vllam habere poſſunt virtutem ad agendum. Hæc eſt D. Thom. locis ſupra notatis, & eidem conſentit Caiet. & alij Theologi ſupra nominati, & ſatis patet ex dictis in q. 1. præced.

Secunda concluſio: Imagines Aſtronomicæ, quatenus ſpeciem cauſant, aut in ſpecie conſtituunt artificiati, nullius ſunt capaces cæleſtis influxus, nec vim aliquam habent ad agendum. Hæc eſt contra Caietanum, & eius veritas ex dictis elucet.

Tertia concluſio: Imagines Aſtronomicæ ratione materiæ naturalis, & præuiæ alterationis ſubiecti, in quo recipiuntur, virtutem aliquam ex ſyderum influxu receptam habere poſſunt ad agendum. Hæc eſt D. Thom. locis ſuperius allegatis in 2. 2. & 3. cont. gent. & patet ex communi Philoſophorum doctrina de naturali corporum ſympathia, de ſyderum influxu, & dependentia inferiorum à ſuperioribus in agendo.

S. Thom.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra primam concluſionem argumentatur Alexander in libro de Magis. Quia virtus cæleſtis licèt non formaliter, tamen virtualiter, & eminenter eſt virtus omnium elementorũ, & mixtorum, & habet efficaciam omnium illorum, ergo nihil obſtat, quo minus credamus, in imagine, vel ſtatua, vel annulo Aſtrologico fabricatis, & compoſitis ad certam influentiam, & diſpoſitionẽ ſtellarum ſic virtus, aut efficacia ad aliquos effectus, ad quos oportet concurrere multitudinem cauſarum inferiorum.

Alexand.

Reſpondetur, hoc argumento probari tertiam noſtram concluſionem; imagines enim, & figuræ ſecundùm ſe nullius ſunt influxus receptiuæ, ſed tantum ratione materiæ naturalis, cui congruunt actiuæ, paſſiuæq; potentiæ, ſecundùm quas, ſi congrua fuerit diſpoſitione præparata, poteſt ſyderũ virtutes recipere, & per eas effectus mirabiles operari.

Contra eandem concluſionem duo produci poſſunt exempla: Primum quidem ex Celio narrante Iarcham Indorum principem ſeptem annulos cõpegiſſe, ac ſeptem ſtellarum nominibus præſignaſſe, vt eis opera quædam efficeret admirãda, eoſq́ue tandem Apollonio Thianeo dono dediſſe, eorumq́ue virtute Apollonium iam ætate prouectum florem præteritæ recepiſſe iuuentutis, & longo temporum ſpatio conſeruaſſe.

Celius.

Secundum autem ex Platone 2. de Rep. & ex Cicerone lib. 3. de officijs, & Greg. Nazianz in Monodia de Gygis annulo, quem geſtando palam reddebatur aſtantibus inuiſibilis; vbi autem intra digitum vertiſſet annulum, ab omnibus videbatur: addunt́q; Gygem eiuſdem annuli virtute factum inuiſibilem Lydorum regiam penetraſſe, regem occidiſſe, & ſeipſum regem conſtituiſſe.

Plato. Cicero. Nazian.

Reſpondetur primò, ſeptem illos annulos non fuiſſe ſimplices omninò figuras, ſed nominibus fuiſſe planetarum inſcriptos, atque ideo eorum opus, & vſum ad Magiam ſuperſtitioſam, & illicitam pertinere. Secũdò dico, impoſsibile eſſe quacumque creata virtute iuuentutis vigorem recuperare, præterquam per eſum fructus ligni vitæ, quòd veluti remedium vni cum ad reparandum humidum radicale Deus in terreſtri Paradiſo conſtituit, ex quo propter peccatum eiecit primũ humani

mani generis parentem Adam dicens: *Ne forte*
Gen. 3. *mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum*. Quod ſi fuiſſent alia virtutem habentia naturalem in Vniuerſo, aut artis humanę diligentia, media cognitione cœleſtiũ influxuum effici potuiſſent aliqua, quorum virtute flos reuocaretur præteritæ iuuentutis, minimè latuiſſent Adam, cui perfecta rerum omnium ſciẽtia fuerat ab initio creationis infuſa, ſicque facilè potuiſſet abſque eſu ligni vitæ alijs medijs humidum deperditum reparare, & eam immortalitatem adipiſci, quam ex comeſtione fructus ligni vitæ ſeruans Innocentiæ ſtatum in Paradiſo illo terreſtri recipere potuiſſet, atque ita diuina fruſtraretur intentio verbis illis expreſſa; *Ne forte ſumat etiam de ligno vitæ, & viuat in æternum*. Gen. 3. Tertiò dico, nullius rei virtute naturali, aut artis opera poſſe corpus aliquod inuiſibile reddi. Plura namque res hæc inuoluit abſurda. Aut enim, qui fit reddetur inuiſibilis, ſi fuerit ĩ medio aliquo ſpatio conſtitutus inter oculos, v.g. Petri, & feneſtellam, vel oſtiolum, per quod Petrus videt arbores, animalia, & ædificia deforis exiſtentia, impediret viſionem Petri, aut non impediret: Si primum, ergo qui ponitur inuiſibilis, terminabit viſionis actum, atque videbitur: ſi ſecundum ergo vel ſpecies viſibilium tranſibunt per corpus opacum, & in eo recipientur, vt in diaphano, quod non patitur ordo naturæ, vel corpus illius hominis, qui factus dicitur inuiſibilis, in diaphani corporis naturam eſſet mutatum, quod ſola facere poteſt diuinæ maieſtatis omnipotentia. Deinde rerum hoc habet ordo naturalis, vt medio, ſeu diaphano illuminato ſtatim ex quolibet illi præſente corpore reſultet naturaliter ſpecies viſibilis, qua proximus, & directè oppoſitus oculus actuatur, ſicut igne poſito, deriuatur naturaliter in proxima, & immediata corpora calefactio, adeo vt nulla vi naturali valeat impediri. Quamuis enim Angelus bon', aut malus interpoſito frigido, ac denſo corpore poſsit calefactionẽ alterius proximi corporis impedire, non tamen immediatè; ſtatim enim, vt aliud interponitur, iam illud prius immediatum non eſt, & tunc id, quod de nouo ponitur immediatum, calefiet ab igne naturaliter. Non enim poteſt Angelus naturales rerum proprietates, & paſſiones ex eis continuò; & naturaliter efluentes impedire, ne fluant; cum neque ſit cauſa naturæ, quæ proprium eſt earum principium. Poſtremo dico, Dæmonis præſtigio fieri potuiſſe, vt Lydorum ille Rex, & eius curia, & alij præſentem Gygem minimè viderent, & annulos illos arte Necromantica fuiſſe cum characteribus fabricatos, nec vllos effectus naturales edidiſſe.

Contra eandem concluſionem deſumunt quidam argumentum ex naturali rerum inter ſe ſimilium ſympathia, qualis etiam eſſe videtur inter cęleſtes ſyderum figuras, & aſtronomicas ad eorum imitationẽ arte factas: ſicut enim (inquiunt) Echo ex oppoſito reſultat pariete, & in ſpeculo concauo radij collecti reuerberatione oppoſitum corpus accendunt, & cythara tenſis æque, ac alterius cytharæ fidibus, percuſſa ſuo tinnitu ſimillimum in altera ſonum efficit, ita cœleſtes imagines, & figuræ virtutem ſuam, & efficientiam communicant imaginibus, & figuris Aſtronomicis ad earum ſimilitudinem fabricatis.

Reſpondetur primò, ineptas has omnes eſſe ſimilitudines ad eorum opinionem philoſophis vel mediocriter eruditis explicandam, aut ſuadendã. Cum enim, vt antè diximus, in Cœlo nullę ſint reales hominum, aut brutorum, vel aliarum rerum, quæ ſunt apud nos, imagines, & figuræ, nulla poteſt eſſe realis earum imaginum, aut figurarum, quas vocant aſtronomicas, ad eas, quas in cœlo fingunt, ſimilitudo, ac proindè neque harum ad illas vlla poteſt eſſe cauſalitas, aut virtutis communicatio. In exemplis verò productis vtrumque conſonans eſt reale. Deindè paries vocem repercutiẽs nullam habet cum homine ſimilitudinem, nec ſimilitudo, ſaltem vniuoca eſt inter ſolem vrentem, & ſpeculum, nec inter ſpeculum reuerberans, ſeu reflectens radios, & lignum, quod eorum efficacitate comburitur. In Cytharis autem illis ſimilitudo realis eſt maxima.

Secundò dico, figuram ſecundùm ſe, ſiue vt figura eſt, nullius actionis, aut paſſionis eſſe poſſe principium, ſed ratione tantùm ſubiecti naturalis, cuius actiuæ virtuti merè per accidens adiungitur hæc magis, quam illa figura.

Contra ſecundam concluſionem ſunt argumenta Caietani, quæ ex ſupra poſitis fundamentis facilè diluuntur. Ea refert, & ſoluit Valentia loco ſuperius allegato, & Suarez in dicto cap. 15. Eorum ſolutiones Ferrarienſis indicauerat in allegato capitulo 105. Caiet. Valentia Suarez

QVAESTIO IV.

De Magia Aſtronomica diuinatiua, ſiue iudiciaria.

Diſtinguitur Aſtronomica Magia iudiciaria in quatuor partes, quæ ſingulæ declarantur, & diſtinguuntur licita ab illicitis.

QVatuor Aſtronomicæ Magiæ Iudiciariæ partes videtur diſtinguere S. Thomas 2.2.q.95 artic. 5. Prima eſt ea, quæ per cœleſtium corporũ, & motuum eorum regularium inſpectionẽ de ijs futuris euentibus iudicat, qui ex eis, veluti cauſis, & principijs immutabilibus procedunt, vt effectus omninò neceſſarij, quales ſunt Eclipſes, coniunctiones, oppoſitiones, ſtationes, retrogradationes, aſpectus, &c. ex quibus veluti cauſis alij plures effectus eueniunt in rebus his naturalibus corruptibilibus partim contingentes, & partim neceſſarij. Hæc tamen pars non niſi impropriè iudiciaria, ac minus adhuc propriè diuinatiua poterit appellari. Iudiciaria namque propriè ſumpta nũcupatur illa, quæ circa rerum ſublunarium verſatur effectus ex cœlorum motibus, & aſpectibus præuidendos: Diuinatiua verò conſueuit ea nuncupari, quæ futurorum contingentium notitiam ex di- S. Thom. Diuiſio.

ctis cœlorum motibus,& influxibus profitetur.

Eſt igitur ſecunda pars,quæ neceſſarijs omnib. effectibus ex cœlorum motibus, & influxibus euenientibus prægnoſcendis intendit, quales ſunt aeris in anno proximè futuro diſpoſitio ſalubris, aut noxia,graſſantes in hominibus, aut cæteris animantibus morbi,annonæ charitas, aut vbertas, ventorum,pluuiarum,æſtus,aut frigoris,niuium, & grandinum ex vberantia; hæc enim ex cęleſtib. cauſis dictis phyſica quadam neceſsitate proueniunt.

Tertia pars futurorum contingentium cognitionem in rebus ratione carentibus ex eiſdem cœleſtibus cauſis profitetur. Cui magna ex parte videntur intendere,qui diaria pro ciuitatibus, aut Prouincijs ſcribunt pronoſtica de ſingulis dierum euentibus,putà ſerenitatibus,pluuijs, ventis, &c. poſſunt enim hæc multipliciter variari,aut impediri reſpectu præſertim loci determinati, ac proinde veluti futura contingentia nulla certa cognitione,ſed coniectura tantùm intelligi, prædicivè poſſe videntur.

Poſtrema pars circa liberos humanæ voluntatis actus,& opera prægnoſcenda verſatur:quorum tres videntur eſſe differentiæ; quædam enim ad vnam aliquam attinent multitudinem, vt Regnorum,aut Rerum publicarum reuolutiones, bellorum,paciſq: vicisſitudines, & ſimilia: quædam autem ſingularium ſunt perſonarum, quæ duas ēt habent differentias,alteram actionum,& euentuū totius vitæ,quas ex puncto natiuitatis abſque minuta dierum diſcretione coniectant : alteram actionum quolibet die, vel etiam hora in ſingulis quibuſque rebus,& negotiis eligēdarum. De quibus ſingulis quam breuiſsimè dicendum eſt.

Et primas quidem duas Aſtronomicæ Magiæ partes,quæ nonniſi impropriè iudiciariæ, vel diuinatiuæ dicuntur,cum neceſſaria ſimpliciter,vt prima pars,vel vt in pluribus,ſicut ſecunda,ſpeculentur,meritò veras eſſe ſcientias, & honeſtas affirmat S.D.loco ſuperius allegato,& vniuerſæ Theologorum,ac Philoſophorum Academiæ: quòd idē ſignificat Sixtus V.in ſua conſtitutione edita anno 1586. nonis Ianuarii aduerſus Aſtrologos iudiciarios. Vbi eam excipit Aſtrologiæ iudiciariæ partem,quæ eſt circa Agriculturam, Nauigationem,& rem medicam.Quare liberè poterunt Aſtronomiæ periti tales cœlorum effectus,veluti neceſſariò futuros ſimpliciter, & abſolutè prædicere.Cuius oppoſitum incautè docet Martinus Delrius loco ſuperius allegato.

Quę licita

Illicita.

De tertia verò parte,quæ futurorum contingentium circa res naturales ratione carentes ex ſtellarum aſpectibus,& influxibus notitiam profitetur,latè ſupra diſſeruimus,quæſt.57.ar.3.cont.1. Vbi probauimus,in rebus naturalibus etiam in ordine ad cœleſtia corpora ſimul ſumpta,multa cōtingenter euenire, & ea nullius Angelicæ mentis virtute,quantumuis excellenti poſſe præſciri,multo minus ergo poterunt ab homine præuideri.Nullus igitur abſque magna temeritate, vanitate, & falſitate poterit hæc ſimpliciter, & certò futura prædicere,vt ait S.D.in 2.2.loco ſuperius allegato,& ibi Caietanus. Probabiles autem euentus cōiecturas,ſiue ſuſpiciones prudenter, & cautè proferre cuiq; ſcientiæ prædictæ profeſſori licitū eſt. S. Thom. Cai.

Non poſſe Aſtronomos ex ſyderum motibus, coniunctionibus,& aſpectibus de futuris humanis actibus liberis certò,aut ſatis probabiliter iudicare.

SVpereſt iam vltima pars,quæ liberorum humanæ voluntatis actuum præſcientiam,aut coniecturam ex cœlorum, ſiue ſyderum aſpectibus profitetur.

Vt autem colligitur ex D.Thoma in 2.2. quæſt. 95.art.5.& 3.cont.gent.cap.92.& in 1.2.q.9. art. 5.& in 3.de Anima,tex.150. & alibi dupliciter exiſtimari poſſunt agere cœleſtia corpora in intellectum,ſiue rationem, atque adeò in voluntatem, quæ in ratione eſt,vt ait Ariſt.in 3.de Anima tex. 42. Vno modo directè imprimendo in intellectū, & voluntatem, ficq; eam efficaciter mouendo ad volendum,& operandum, & hoc modo ſumma fatuitas eſt opinari,cœleſtia corpora influere in intellectum,& voluntatem . Impoſsibile eſt enim, quodcunque corpus in eam ſubſtantiam, aut potentiam operari,quæ neque ſit à materia dependens neque ſit actus organi corporei,quales ex vera philoſophia conſtat eſſe intellectum,& voluntatem;quapropter ex antiquis philoſophis illi tantū exiſtimauere cœleſtia corpora imprimere in intellectum,& voluntatem,qui intellectum aſſerebant à ſenſu non eſſe differentem,ac proindè dicebat Homerus,talem eſſe in hominibus voluntatē, qualem in die inducit Pater virorum,Deorumque ſcilicet Sol,vel Cœlum,vt S.D. exponit in 2. de Anima tex.150.

Alio modo poſſumus exiſtimare, cœleſtia corpora agere in intellectum,& voluntatem indirectè,& quaſi per accidens, imprimendo ſcilicet in corpus humanum,& conſequenter in vires ſenſitiuas apprehenſiuas,& appetitiuas, quæ ſunt actus corporalium organorum. Mouetur enim, quodāmodo,ſcilicet indirectè voluntas ab appetitu ſenſitiuo,atque ita redundat motus cœleſtium corporum in voluntatem.Vt enim ait S.D. in 1.2.q.9 art.2.Id,quod apprehenditur ſub ratione boni, & conuenientis,mouet voluntatem per modum obiecti:quod autem aliquid appareat bonum,& conueniens,ex duobus euenit, ſcilicet ex conditione eius,quod proponitur,& eius,cui proponitur; Cū enim conueniens dicatur ſecundùm relationem ex vtroque extremorum eius ratio dependet. Quo fit,vt iuſtus vno modo diſpoſitus rem, aut actionē aliquam iudicet,eſſe conuenientem, quam ſub alia diſpoſitione poſitus minimè conuenientem eſſe iudicabit.Nam,vt ait Ariſt.in 3.Ethic. capit.4. qualis vnuſquiſque eſt; talis finis videtur ei. Exēplo res fit perſpicua:frigore nunc Petri corpus affligitur, eo quod frigiditas ſit complexioni Petri contraria,atque ideo caliditas ſit eius nunc complexioni conueniens: ex præſentis itaque frigoris nociua diſpoſitione,cui calor opponitur, vt conueniens

Voluntas quomodo à cęlo mouetur.

S. Thom.

uenies eidem corpori diſpoſitio, cauſatur, vt ex occaſione, in Petro apprehenſio caloris, & calefacientis, ſeu calefactum, quod bonum eſſe iudicatur, & vt appetendum offertur voluntati, quemadmodum etiam ităro Paulò fit vindicta conueniès, & ex hoc excitatur practicus intellectus ad apprehendendum repercuſſionem, vt bonam, & Paulò conuenientem hic, & tali modo, &c. Et de ſenſuali concupiſcentia dicitur Iacob. 3. *Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus.* Appetentis itaque diſpoſitio corporea, quanquam ex parte ſubiecti ſe teneat, voluntatem tamen non niſi ex parte obiecti mouere poteſt: cum eam nō moueat, niſi quatenus modo dicto redundat in apprehenſionem obiecti voluntatis. Cum itaque cœleſtia corpora ſuis influxibus varias in humanis corporibus diſpoſitiones efficiant, pluribus etiam modis diſpoſitiuè, & indirectè, & quaſi per accidens noſtrum intellectum, & voluntatem immutant, nulla tamē illi impoſita neceſſitate, quia motio hæc eſt ex parte obiecti valdè deficiētis à perfecta ratione boni. Poſſunt igitur, vt ait S.D. locis ſupra notatis cœleſtia corpora in humanum corpus influendo, & conſequenter in vires eius ſenſitiuas, quæ inclinant ad humanos actus, ipſum hominem inclinare diſpoſitiuè ad aliquid eligendū, aut operandum. Sed quia Ratio ſuæ præſtantia dignitatis virium ſenſitiuarum dominatur affectibus, poteſt, quod à ſenſu præſentatur, vt bonum, recto diſcurſu, tanoq; iudicio malum eſſe definire, & vt malum, ac euitandum offerre voluntati, & eam ad oppoſitum eligendum, efficaciter inclinare. Quod etiam diuina ſcriptura teſtatur Geneſ. 4. dicens: *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.*

Iacobi 3.

Gen. 4.

Sydera quo inclinent Caietanus

Quibus verò modis cœleſtium corporum, ſiue ſyderum motus, coniunctiones, & aſpectus in hominibus inclinationes efficiant, explicat vberrimè Caietanus in ſuo Comm. ad art. 5. q. 95. ſuperius allegatæ ex doctrina D. Thomæ in ſupradicto cap. 92. dicens, duas ſimul nonnūquam in eodem homine inclinationes concurrere per accidens, vt cum (exempli gratia) Petrus inclinatur ad ſubmerſionem in aquis, ſimul etiā inclinatur ad aliquid operandum ſuper, vel iuxtà aquas.

Et quoniam ex quacunque corporis humani diſpoſitione, aut ſenſitiuæ partis affectione non inclinatur, aut mouetur ex neceſsitate voluntas, quæ cœleſtibus corporibus, & aſtris excellentior poteſt, ſi voluerit illis liberè dominari; ideò futuræ voluntatis humanæ deliberationes, & actus tam eliciti, quam imperati nulla poſſunt ex ſyderum motibus, & aſpectibus certa cognitione præſciri, ſed debili valdè coniectura, fallaciq; diuinatione prænoſci. Quare prudenter, & ſobriè debēt Aſtronomicæ Magiæ periti talibus vti coniecturis, nihil cuiquam omninò veluti certum, aut valdè probabile prædicendo, ſed naturalem dumtaxat inclinationem inſinuent ad ea mala ſalubriter præcauenda, quorum diſpoſitiones, & initia norunt, iā eſſe præſentia, vel etiam eſſe futura præuident, vt pie non minus, quam eruditè Caietanus aduertit, & alij ferè omnes neoterici ſupra nominati.

Quæ verò, & quanta ſit culpa temerè diuinantium, & prædicentium liberos humanę voluntatis actus ex influxu Cœlorum, aut ſyderum aſpectu, declarant diuinæ litteræ, leges humanæ tàm ſæculares, quàm eccleſiaſticæ, ſcripta Sanctorum, documenta philoſophorum, Regnorum, & gentium omnium conſenſu; & odium in diuinatores illos multiplici pœnarum genere patefactum, vt explicabitur in ſequenti Controuerſia, leges omnes, & authores collegit Martinus diligenter lib. 4. cap. 3 q. 1. Suarez, & Azorius locis ſuperius allegatis.

Martinus. Suarez. Azorius.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: Cęleſtia corpora directè non influunt in intellectum, nec in voluntatem, nec vllam eis inferunt neceſsitatem. Probatur: Quoniam inter agens, & patiens debet eſſe proportio: nulla verò poteſt eſſe proportio ſpiritus, vt patientis ad corpus, vt agens, ergo. Eandem concluſionem multis argumentis probat S.D. in 3. cont. gent. cap. 84. & 85.

S. Thom.

Secunda concluſio. Cęleſtia corpora diſpoſitiuè, indirectè, & quaſi per accidens, & per quandā redundantiam mouent humanam voluntatem. Hæc patet ex dictis, & probat eam, ac explicat elegantèr S.D. de Verit. q. 5. art. vltimo, & locis ſupra notatis.

Tertia concluſio: Præſcire poſſunt Aſtronomi diſpoſitiones, & inclinationes ex cœlorum influxibus in humano corpore futuras in ordine ad actus voluntatis. Hæc ſequitur ex ſecunda, & patet ex dictis, & probat eam S. Doct. locis ſuperiùs allegatis.

Quarta concluſio: Ex cœleſtium corporum, ſiue ſyderū aſpectibus, & influxibus prægnoſci, aut prædici non poſſunt actus humanæ voluntatis, niſi coniecturali notitia valdè debili. Probatur: Quia non niſi paruam habet homo notitiam de cœleſtibus corporibus, & aſtris, ac de eorum motibus, coniunctionibus, oppoſitionibus, & aſpectibus, & ea, quam habet, incerta eſt ob nouos motuum progreſſus, qui continuò fiunt, donec ſphærarum omnium motus poſt triginta ſex annorum millia compleatur, ſi tamen Deo placuerit tam lōgam eſſe motuum durationem.

Quinta concluſio. Multa futura ſunt in rebus naturalibus, quæ, cum ſint contingentia, non poſſunt ex cœleſtium corporum motibus, & aſpectibus ab Aſtronomo prægnoſci. Hæc patet ex dictis ſupra quæſt. 57. art. 3.

Sexta concluſio: Hæc, quę de futuris actibus humanæ voluntatis per coniecturas poſſunt Aſtronomi prægnoſcere, valdè prudenter, & ſobriè debent enunciare, nè mentes hominum impleant vanitate. Hæc patet ex quarta concluſione.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra primam Concluſionem ſunt argumēta, quæ profert, & ſoluit S. Thomas in 1. 2. q. 9. art. 4. & de verit. q. 5. art. vlt. & alibi.

S. Thom.

Con-

Contra ſecundam, & tertiam concluſionẽ ſunt quinque argumenta Ioannis Pici, quę refert, & ſoluit Ferrarienſis lib. 3. cont. gent. cap. 85. §. *Circa ea.*

Io. Picus. Ferrarien. S. Thom. Picus vterque Sibylla. Martinus. Suarez. Fonſeca. Molina. Vaſquez.

Contra quartam concluſionem ſunt argumenta, quæ profert, & ſoluit S. D. in 2. 2. q. 95. art. 5. & ea, quæ referunt, & ſoluunt vterque Picus locis ſuperius allegatis, Sybilla Decade 1. cap. 9. q. 3. Martinus lib. 4. c. 3. q. 1. & Suarez loco ſupra notato.

Contra quintam concluſionem ſunt argumenta Fonſecæ, Molinæ, Vaſquezij, Suarezij, & aliorũ ſupra ſoluta, q. 57. art. 3.

QVAESTIO V.

Platonicorum opinione victa, quæ ſit efficacitas Muſicæ declaratur.

MVſicam Harmoniam, quæ, numerorum proportione ſeruata, ſuaues in audientium auribus reſonat ſonorum modos, ad pluri nos in nobis ſenſibilibus admirandos effectus extendi poſſe Platonici crediderunt, aſſerentes, non ſolùm homines, ſed genus omne ferarum, plantarum, mixtorum inanimatorum, & elementorum attrahi, ac virtute numerorum muſicorum immutari. Exiſtimant enim, excellentem quandam ineſſe cœleſtiũ corporum motibus harmoniam, cuius participata ſimilitudo muſicis hominum ſonis voce, vel inſtrumentis editis vim conferat admirabilem, quæ feras, Syluas, ſaxa, & flumina, veluti animata quædam (vt aiunt) anima communi, poſſit allicere, ac multipliciter immutare, quod Orphæum effeciſſe muſico lyræ ſono narrant Ouidius, Horatius, & alij Poetæ, quibus Platonicorum nonnulli fidem adhibere non erubeſcunt. Quorum vanitatem, & inſaniam falſis, ac ridiculis fundamentis innixam late confutat Martinus Delrius lib. 1. diſpu. Magic. cap. 4.

Martinus.

Neque tamen negandum eſt, multos eſſe muſicorum ſonorum mirandos effectus; brutorum namque plurima ſuaui ſonorũ proportione numerica quã maxime delectantur, & auiculæ propoſitos ab homine concentus attentè percipiunt, & mera facilitate perdiſcunt, ac reſonant. Sed magna dignum eſt admiratione, quod narrat Petr. Andreas Matthiolus in comm. ad lib. 2. Dioſcoridis, cap. 5. cuius Italica verba hũc latinè ſenſum efficiunt. Reperitur in Italia ſpecies quædam Araneorum peſſima, quæ à Taranto regni Neapolitani Ciuitate Tarantulæ nominantur, eo quod ibi ſit eorum copioſa generatio: hæ mira cauſant in hominibus, quos momorderint, accidentia; quidam enim cantant, alij rident, alij flent, alij clamant, alij euomunt, alij dormiunt, alij vigilant, alij ſaltant, alij tremunt, alij ſudant, alij alijs ſubduntur accidentibus, adeò, vt ſtulti, vel arreptitij videantur. Et paucis interpoſitis, addit: Sed valdè mirandum eſt, dictorum animaliũ venenum muſicalium inſtrumentorum ſono mitigari, & vinci. Tres enim, aut quatuor homines vidi dictorum morſibus animalium vulneratos ad locum, vbi muſica pulſabantur inſtrumenta perduci, ſtatimque eorum afflictionem minui, & ibi fortiter, continuoq; ſaltare, ſed, ceſſante ſono, priſtinis paulatim ſubiiciebãtur accidentibus, & idpò iam nunc muſicalis ille ſonus tamdiù manuteneri conſueuit, donec plenè, manifeſteq; ſanari videantur. Longus enim ſonus cum ſaltatione continua ſudorem prouocante veneni tandem ſuperat ægritudinem. Hęc ille.

Andr. Matthiolus. Tarantulę

De Muſicæ differentiis, ſu, & efficacia in mouendis, ac immutandis humanis affectibus latè differit Ariſtoteles in 8. Politicorum cap. 5. & ſequentibus, & Ludouicus Celius Rhodiginus lib. 9. lectionum antiquarum cap. 7. & 8. Nec plura de hac materia huic noſtræ Theologicæ controuerſię videntur eſſe neceſſaria.

Ariſtot. Celius.

QVAESTIO VI.

De Magia Perſpectiua, & Præſtigiatrice.

Diſtinguuntur Magiæ perſpectiuæ ſpecies, & earum vis declaratur.

MAgiæ Perſpectiuæ quatuor videntur poſſe membra diſtingui. Primum ad ſcientiam attinet Perſpectiuam Mathematicæ ſubalternatã quo ad eam Perſpectiuæ partem, quæ ſpeculis aut perſpicilijs vtitur ad res miris quibuſdam modis oculis offerendas. Cuius ea pars videtur eſſe præcipua, quæ res longiſsimè poſitas mediis quibus ocularibus inſtrumentis, ſiue perſpicilijs veluti propinquas offert oculis intuendas: Quale eſt illud inſtrumentum oblongum duplici chriſtallo, ſiue vitro pellucido, & concauo hinc inde confito ante quatuor annos inuentum, aut ex antiquorum traditione renouatum, quo res per multa milliaria diſitæ ſic præſentes oculis videntis conſtituũtur, vt ex quantitatis, & ſitus apparentia parum à conſpiciente diſtantes eſſe videantur. Secundum membrum eam conſtituit Magiæ partem, quæ loco, ſitu, diſtantia, medio, lumine, & cæteris ad viſionis actum ex parte viſibilis concurrentibus benè conſideratis, rem propè, vel ex vna parte videndam vnius, quæ vera eſt, figuræ conſtituit, vt eminus, aut ex alia parte conſpicienti alterius figuræ, quam oculis intuentium offerre deſiderant, eſſe videatur: Quod excellentes in arte pingendi frequẽter efficiunt. Tertium huius Magiæ membrum ad ſcientiam pertinet rerum naturalium: Propriumque eius eſſe videtur, intuentium oculos falſa rerum apparentia ludificare, quod artificioſa rerum naturalium commiſtione, vel applicatione fieri poſſe teſtantur Authores grauiſsimi, & ipſa docet experientia. Has viſiuæ potentiæ deceptiones Irenæus lib. 1. aduerſus hæres. cap. 4. vocat Anaxilai ludicra, de quibus etiam meminit Plinius lib. 28. & 35. & praxim ad efficienda quædam eorum præcipua docet Porta lib. 2. Magiæ naturalis, cap. 17. vbi ſcribit quomodo quibuſdam rebus adhibitis, cubiculum appareat viride, nigrum, flauum, aut argenteum, vel etiam vitibus, frondibus, & vuis plenum, quo facies hominum inſignis videantur eſſe macie, & palloris, & aut ſine capitibus aſtantes

Plinius. Porta.

tes appareant, aut esse eorum equina, vel asinina capita videantur. Postremum eiusdem Magiæ membrum in vilium quarundam personarum arte consistit, quæ summa, & incredibili manuum vtentes agilitate oculis intuentium illudunt, ita vt quibusdam ab eis quasi instantaneè factis, non illa, sed alia fecisse videantur. Quod exercitium valdè familiare est circulatoribus, & vulgò notissimum.

Secunda Controuersia.

De Magia non naturali, sed dæmoniaca, & superstitiosa.

Proposita duplici nominis significatione definitur Magia superstitiosa latè sumpta.

MAgiæ superstitiosæ nomen, quod primò declarandum occurrit, duplicem videtur habere significationem, scilicet latam, & strictam. Sub lata Magiæ significatione species omnes superstitionis tam diuinatiuæ, quàm operatiuæ continentur. In quo sensu Magiæ nomen vsurpant nonnunquam diuinæ litteræ. Matth. 2. *Magi ab Oriente venerunt.* Act. 8. *Vir autem quidam nomine Simon, qui antè fuerat in Ciuitate Magus,* & cap. 13. *Resistebat autem illis Elimas Magus.* Hos enim credimus vtriusque Magiæ, scilicet diuinatiuę, & operatiuæ fuisse professores. Hoc modo sumptam Magiam distinguens Plinius sub ea constituit species omnes diuinationis infra numerandas. Et hæc videtur apud Chaldeos, Persas, & alios quosdam artis Magicæ professores fuisse vulgata dictæ vocis significatio, vt patet ex dictis in principio Controuersiæ præcedentis. Nec obstat Augustinus à Gratiano relatus, 16. q. 3. c. *Igitur,* dicens, stellarum interpretes Magos fuisse nuncupatos Matth. 2. non enim ait, hanc fuisse propriam, & adæquatam nominis significationem. Ex vno siquidem fœdere cum dæmonibus inito peruersi homines Dei contemptores, & mira perpetrant, & futura diuinant. Sed magis propriè, & frequentius in sacris litteris nomine Magorum significantur, qui mira quædam hominum vires, & cognitionem excedentia faciunt virtute Dæmonis, cui stricto sese fœdere deuouerunt: vt Magi Pharaonis Exod. 7. & 8. Vnde passim diuina Scriptura Magos distinguit ab Ariolis, & alijs diuinatoribus. Leuit. 19. *Non declinetis ad Magos, nec ab Ariolis aliquid scisciteminí.* & cap. 20. *Anima, quæ declinauerit ad Magos, & Ariolos,* &c. & 1. Reg. 28. *Ecce tu nosti, quanta fecerit Saul, & quomodo eraserit Magos, & Ariolos de terra.* & Dan. 1. *Super cunctos Ariolos, & Magos, qui erant in Regno.* & cap. 2. *Vt conuocarentur Ariolí, & Magi, & malefici, & Caldæi.* & infra: *Magi, Ariolí, & Aruspices.* Eandem significationem huic nomini tribuit Augustinus apud Gratianum, 26. quæst. 5. cap. *Nec mirũ,* dicens, Magos eos esse, qui vulgo malefici ob facinorum multitudinem nuncupantur, qui permissu Dei elementa concutiunt, turbant mentes hominum minus confidentium in Deo, ac sine vllo veneni haustu, violentia tantum carminis interimunt.

Matth. 2. Act. 8. & 13

Gratianus

Leu. 19. & 20. 1. Reg. 28. Dan. 1. & 2

Augus.

Vndè etiam Exod. 7. Magi Pharaonis non Magi, sed Malefici nuncupantur: sic enim ait scriptura. *Vocauit autem Pharao sapientes, & Maleficos, & fecerũt & ipsi per Incantationes Ægyptiacas, & arcana quædam similia.* Distinguitur ergò Magia latè sumpta in diuinatricem, & operatricem. Sed antequam duos hos Magiæ modos, siue membra diuidamus in species, necesse est superstitiosæ Magiæ definitionem assignare, & quo ad singulas eius partes breuiter explicare. Est igitur magia superstitiosa quædam Ars, cuius professio, siue institutum est virtute Dæmonis occulta diuinare, & mirabilia præter consuetum, aut cõiter notum rerum cursum, & hominum opinionem, & captum efficere.

Exod. 7.

Definitio.

Dicitur Ars, quia notitia practica est ad actiones diuinatiuæ locutionis, & operationis externę: dicitur esse professio, vel institutum virtuti Dæmonis innixum, quia Magus ex fœdere cum Dæmone percusso diuinat occulta, & efficit mirabilia.

Dupliciter verò pactum iniri potest cum Dæmone, scilicet explicitè, & implicitè. Tunc propriè fit cum Dæmone pactum explicitum, quando ad modum contrahentium proponuntur hinc indè conditiones, & acceptantur: vt cum promittit Dæmoni Magus reuerentiam, & cultum, vel etiam ei semetipsum offert, vt ille ad scientias, honores, diuitias, aut voluptates adipiscendas, aut mira supra cõem hominum facultatem, & captum efficienda, vel etiam ad occulta diuinanda auxilium suæ virtutis impendat. Tale pactum inire tentauit Diabolus cum Christo Matth. 4. dicens: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Tunc autem pactũ interuenit cum Dæmone solũ implicitũ, quando mediis iã ab aliquo Mago ad aliquid obtinendũ fœdere constitutis, puta verbis, characteribus, aut alijs quibuscũq; signis, aut ceremonijs aliquis vtitur ad illud assequendũ, sciens, aut scire debens his esse Dæmonis opus annexũ. Hunc pacti modũ implicant vniuersa sortilegia, quibus nõ infideles tm, sed et fideliũ multi, ac fœminæ præsertim vtuntur ad aliquid obtinendũ, q tã inordinatè, q̃ anxie concupiscunt. Cæteræ definitionis particulæ satis fuere superius in prima contro. declaratæ.

Matth. 4.

Distinguũtur, & explicantur quinq; modi generales Magiæ superstitiosæ diuinantis ex pacto cum dæmonibus explicito.

NVnc priorem superstitiosæ Magiæ partem, s. diuinatiuã in proprias species, siue modos cũ D. Th. 2. 2. q. 95. ar. 3. diuidamus. Diuinatio omnis auxilio dæmonis vtitur ad futura præcognoscẽda. Pòt aũt dæmonis auxiliũ dupliciter postulari, scilicet expressè, vel tacitè: quorũ duorum differẽtiã explicat erudite Caiet. in suo Comm. ad dictũ art. in principio. Priori mõ dæmones inuocati quinque modis præcipuis futura prænunciant: Primò inuocantium oculis, vel auditui sese præstigiosè, vel etiam realiter præsentando, vt cum in assumpto corpore, vel in idolo, aut specu, vel etiã in aere loquitur dæmon: & hoc modo constituitur species quædã diuinationis, nuncupata Præstigiũ; eo

S. Thom.

Caiet.

quod oculi, siue sensus hominum præstringantur. Secundo in somno, mouendo species phãtasiæ modo superius explicato, sicq; notitiam occultorum in homine dormiente caulando. Et hæc dicitur diuinatio somniorum. Tertiò sic occultorum, ac præcipuè futurorum à dæmone reuelatio per veras, aut imaginarias mortuorum apparitiones, qui & ad vitam reuocati videantur, & diuinare, & ad interrogata respondere censeantur: quemadmodum de Samuele 1. Reg. 28. diuina narrat historia, cui Patres Doctores varias, & cõtrarias adhibent expositiones, quibusdam asserentibus, verè Samuelem, sic Deo disponente, fuisse suscitatum, vt reprobato Sauli futura mala prædiceret, quibusdam autem negantibus animam illius Sancti Prophetæ ab inferis fuisse reuocatam, & dicentibus, Dæmonis fuisse Præstigium. Nuncupatur hic diuinandi modus græco vocabulo Negromantia; Nigron. n. græcè mortuum, mantia vero diuinationem significat, eo quod quibusdam præcantationibus adhibito sanguine videntur suscitari mortui diuinare, & ad interrogata respondere. Quartò futura prænunciant Dæmones medijs quibusdam viuentibus hominibus arreptitijs, in quibus loquuntur, vel linguis eorum mouentes, aut vocum similitudines e pectore, aut ventre resonantes: Vndè ventriloqui dicti sunt. De quorum numero secundum communiorem sententiam fuisse Sybillas Martinus affirmat lib. 4. cap. 2. q. 6. Quam opinionem ea se falsam, & Christianæ pietati contrariam probãt opposita Sanctorum, & Ecclesiæ dicta. Nam, vt refert Clemens lib. 6. Stromatum Paulus Apostolus suos hortabatur ad lectionem Sybillinorum voluminum, cuius Apostoli verba hæc refert ex recondita quadam scriptura, *Libros græcos sumite, & Sybillas cognoscite quomodo vnum Deum significent, & ea, quæ futura sunt, & inuenietis eam esse filium Dei clarius, & apertius scriptum.* Iustinus Martyr in admonitorio gentium de Sybilla Cumæa scribens sic gentes alloquitur: *Vt cultum Dei ex parte conditis, facile vobis præstruitur ex antiqua Sybilla Cumæa inspiratione quædam per oracula vos edocente, quæ numerũ Prophetarum doctrinæ proxima videntur.* Et quibusdam interpositis, addit. *De salutoris autem nostri Iesu Christi aduentu, & de ijs omnibus, quæ is faciurus erat, manifestè pronunciat; quorum notitia nobis necessaria quædam præexercitatio futura est ad sacrorum propheticas virorum* Hæc ibi. Augustinus in expositione inchoata Epist. ad Rom. de Sybillinis oraculis, ita scribit. *Fecerunt, & inter gentiles Prophetæ, in quibus etiam aliqua inueniuntur, quæ de Christo cecinerunt, sicut etiam de Sybilla dicitur, quod non facilè crederem, nisi quod Poetarum quidam in Romana lingua nobilissimus antequam diceret ea de innouatione sæculi, quæ in Domino nobis regnare satis concinere, & conuenire videntur, præposuit verbum dicens. Vltima Cumæi venit iam carminis ætas Cumæum autem carmen Sybillinum esse nemo dubitauerit.* Hæc ille. Et de Ciuitate Dei lib. 18. cap. 13. Postquam viginti septem Erithreæ Sybillæ carmina retulit, quorum versuũ literæ capitales sic erant dispositæ, vt hæc verba redderent. *Iesus Christus Dei Filius Saluator*, subdit,

martini opinio de Sybillis reijcitur.

clemens.

Iustinus.

Augustin.

Eusebius.

A *Hæc autem Sybilla siue Erithræa, siue, vt magis quidã credunt, Cumana ita nihil habet in toto carmine suo, cuius exigua ista particula est, quod ad Deorum falsorũ siue fictorum cultum pertineat: quinimmo ita etiam cõtra eos & contra cultores eorum loquitur, vt in eorum numero deputanda videatur, qui pertinent ad Ciuitatem Dei.* Hæc Augustinus, qui non solùm ibi, sed alibi sæpè de Sybillarum oraculis meminit, veluti diuinitus inspiratis, sicut etiam antè ipsum Eusebius, dictus Cæsariensis, Arnobius, Lactantius Firmianus Sybillarum versibus, vt propheticè pronunciatis aduersus gentium infidelitatem vtuntur. Arnobius. Lact. Fir.

Præcipua quædam, & mira Sybillarum carmina de primo, & secũdo Saluatoris aduentu, & eius vita, morte, & resurrectione referũt Sixtus Senens. lib. 2. Bibliot. in verbo Sybilla, & Michael Medina de recta in Deum fide lib. 2. cap. 9. De Sybillis autem ita loquitur Sixtus. Sixtus Sẽ.

Sybillæ omnes fœminæ, fuerunt Vates Deo plenæ, perpetua virginitate florentes, futurarum rerum præscia, &c. Medina verò prædictus ita scribit: *Inter ea, quæ de Christo, & Euangelica Religione testimonia sunt lata, magnoperè sunt admiranda, quæ Sybillæ; quas diuino spiritu afflatas, vno excepto Cicerone, quod rem Christianæ religionis non caperet, prophanæ authores, & Sancti Patres conuenium, edidisse deprehendimus, &c.* michael med.

C Ex quibus perspicuè constat, communiorem esse Patrum, & Doctorum sententiam, Sybillas spiritu prophetico diuinitus eis immisso fidei nostræ mysteria prædixisse.

Quod res etiam ipsa prænũciatæ manifestè declarant, certum est enim, Dæmonibus Incarnationis diuini Verbi Mysterium, præsertim antequam fieret, non innotuisse, & multo minus nomẽ, passionem eius salutiferam, resurrectionem, ascensum in Cœlum, & alia, quæ Sybillinis illis versibus adeo clarè, distinctèq; prædicuntur, ac si ea propriis oculis iam facta vidissent.

D Quibus omnibus adde grauissimum Ecclesiæ testimonium in prosa metrica, quæ legitur in Missa Dominicæ Natiuitatis, in qua de perfida Iudæorum, Sinagoga sic loquitur: *Si non fuis Vatibus, credat vel gentilibus Sybillinis versibus hæc prædicta.* Numis igitur audacter, nè dicam temere, Martinus affirmat secundum communiorem sententiã oracula Sybillarum fanatico, seu Dæmoniaco spiritu pronunciata fuisse,

Ioannes Franciscus Picus de rerum prænotione lib. 4. in fine multos refert ex antiquis præsertim gentibus asserentes Sybillas furore correptas fatuorum eventuum vaticinia protulisse. Io Fr Pic.

E Sed jam ad institutum redeamus. Quartus ille diuinandi modus, quem à Sybillis excludimus, nũcupatur diuinatio per Pytones; qui vt ait Isydorus a Pytone Apolline fuit dicti, quem asserebant Gentiles authorem esse diuinandi, & primo Regũ vigesimo octauo: De Saule quærente mulierem diuinatricem sic loquitur facer textus: *Dixitq; Saul seruis suis: quærite mihi mulierem habentem Pytonẽ, & vadam ad eam, & fiscitabo per illam. Et dixerunt serui eius ad eum. Est mulier Pytonẽ habens in Endor.* Et Isidorus. Pytones vnde dicti. 1. Reg. 28.

Digitized by Google

Et paucis interiectis. *Diuina mihi in Pythone, &c.* Deut. 18. & Deuter. 18. *Nec sit Maleficus, nec incantator, nec qui Pythones consulat, nec Diuinos.*

Quintò Dæmones expresse inuocari futura prædicunt per quasdam figuras, aut signa eorum opera in rebus inanimatis apparentia.

Qui modus in quinque diuiditur modos materialiter, ac per accidens tantum ab inuicem differentes iuxta quinque corporum differentias, in quorum superficiebus apparent figuræ, vel signa: hæc verò sunt primò terrestre corpus, vt lignum, ferrum, aut lapis politus, in quibus si figuræ, vel signa appareant futurorum indicatiua, vocatur ea diuinatio Geomantia. Secundum est aqua, in qua prædicto modo facta diuinatio nuncupatur hydromantia. Tertium est aer, in quo facta diuinatio per figuras, aut signa in eo visa dicitur aeromantia. Quartum est ignis, in cuius figuris, & signis fit ea diuinatio, quæ dicitur Pyromàtia. Quintum sunt viscera animalium Dæmonibus in eorũ aris immolatorum, in quibus diuinatio facta dicitur Aruspicium.

Martinus. His addit Martinus lib. 4. capit. 2. quæst. 6. & 7. plusquam triginta diuinandi modos ex signis partim in rebus inanimatis, & partim in rebus animatis apparentibus, ex quibus tamen plurimi mẽbra sunt alicuius ex quinq; iam dictis. Videat eos apud dictum authorem, qui voluerit.

Distinguuntur modi communes Magiæ diuinantis ex pacto cum Dæmone tantum implicito.

ELus verò diuinationis, quæ absque expressa dæmonis inuocatione illius vtitur auxilio, duo sunt genera.

Alterum est: cum in quarundam rerum dispositionibus quidpiam consideratur, vt signum eorũ futurorum, quorum prænotionem habere desideramus. Cuius quatuor sunt species, vel modi præcipui, qui plurimos alios complectuntur.

Primus est diuinationis ex situ, & motu syderũ: & hæc est Astronomica diuinatio, cuius professores Genethiaci nuncupantur, eo quod ex natalium dierum consideratione futura prædicunt totius vitæ cursus accidentia.

Secundus est diuinationis per motus, & voces animalium, ac præsertim auium, vel per sternutiones hominum, aut membrorum saltus; qui diuinãdi modus cõi vocabulo nuncupatur augurium, ab auium garritu sic dictum, vel auspicium ab inspectione auium, quia frequentius ex auium garritu, & motu fieri solet hæc diuinatio. Tertius est eius Diuinationis, quæ fit ex hominum verbis ad aliquid aliud agendum, aut significandum emissis, quæ quis ad ea futura retorquet, quorum præcognitionem inquirit: & hoc dicitur Omen. Cuius exemplum profert S. D. ex Valerio Maximo, qui libro 1. ca. 5. narrat Romanis deliberantibus, Vtrũ ad alium locum migrarent, tunc fortè Centurionẽ quendam exclamasse, signifer, ibi tibi signum, hic optime manebimus. Quam vocem auditam (inquit Valerius) pro Omine acceperunt, transeundi

D. Thom.

A consilium omittentes. Quartus modus est eius Diuinationis, quæ fit ex consideratione quarundam figurarum, aut linearum in manibus hominum, & hæc dicitur Chiromantia, vel in spatulis animalium, & hæc vocatur Spatulamantia.

Alterum Diuinationis genus expressa carens Dæmonum inuocatione sortis modos omnes amplectitur; fit enim ex eorum consideratione, quæ seriò fiunt ab hominibus ad aliquid occultum inquirendum. Hæc verò sunt puncta protracta, figuræ resultantes ex plumbo liquefacto, in aquã proiecto, schedulæ scriptæ, vel etiam non scriptæ in occulto repositæ, & sorte acceptæ, vel distributæ,
B festucæ inæquales propositę, & à diuersis acceptę, taxilli proiecti, verba in libro, qui sorte fuerit apertus, occurrentia. Martinus in allegato lib. 4. ca. 2. q. 7. sect. 1. species decẽ, & octo numerat, & ex- Martinus.
plicat accurate Diuinationis explicitum cum dæmone pactum non habentis, quibus aliæ ferè innumeræ possent adiungi, quoniam earum distinctio non est per formales, & essentiales Diuinationis differentias sed per materias, siue subiecta, vel accidentia tantùm extrinseca. Vbi lector aduertat, plures Diuinationis modos ad vtrumque posse diuinationis genus pertinere, ad illud, scilicet quod
C cum Dæmone pactum habet explicitum, & ad illud, quod ex implicita tantum pactione futura diuinat; idem enim prænotionis, & diuinationis effectus ex eisdem medijs supra nominatis euenit, siue pactum explicitum, siue tantum implicitum cũ Dæmonibus habeat ille, qui diuinat. Qua ratione fortasse Martinus multas diuinationis species à D. Thoma sub vno genere collocatas sub alio constituit: sed D. Th. quod regulare, & frequens est in arte diuinandi sapienter attendens, species diui- S. Thom.
nationis prædicto modo distinxit, & ordinauit.

Illicitam esse diuinationem omnem, quæ fit per Dæmonis inuocationem explicitam, aut implicitam.

D SEd iam de singulis superius enumeratis diuinationis speciebus, siue modis, ea, quæ decet nostræ huius lucubrationis institutum, breuitate differamus. Præmittendum autem hic primò est cum D. Tho. 2. 2æ. q. 95. art. 4. Diuinationem oẽm, quæ fit per Dæmonum inuocationem, siue ea sit explicita, siue tantùm implicita, illicitam esse. Primò. Quia diuinationis eius principium est pactum cum Dæmone initum, in ipsa Dæmonis inuocatione consistens, siue verbis inuocationis formalibus, aut etiam contractum ineuntibus fuerit expressum, siue facto, puta recursu ad Dæmonem, societatẽ cum eo continente fuerit exercitum, & im-
E plicite tantum significatum, vt explicat ibi subtiliter, & erudite Caiet. Illicita est enim eius cum Dæ- Cajetanus
mone societas, & fœdus iuxta illud Isa. 28. *Dixistis, Isa. 28.*
percussimus fœdus cum morte, & cum tartaro fecimus pactum. Secundo Dæmon hostis est antiquus humani generis, astutiæ suæ technis, ac fraudibus hominibus semper assistens, vt eos circumueniat, peccatis implicet ac perdat: recurrentibus, & ab eo veritatẽ médicantib. horibus nonnũq; ẽt vera respõdet, vt assuescant sermonibus eius fidẽ adhibere, & il-

lius dcocumẽta, veluti regulas in operãdo, & eaũ do sibi ꝓstituere, arq; ita credulos, incautosq; decipiat, & in ꝓpetuæ dãnationis baratrũ secũ trahat.

Cum igitur à Christianis in Dei filios regeneratis perpetuum debeat esse Dæmoni diuinæ Maiestatis, & humani generis hosti bellum indictũ, læsæ maiestatis crimen, & apostasiæ delictum incurrit, quisquis inuocatione, vel quocumque societatis effectu Dæmoni cultum impendens illius implorat auxilium, vt ibidem explicat Caietanus. Caietan.

QVAESTIO I.

De Diuinatione, quæ fit per Astra.

Probatur esse generibus argumentorum vanam, & superstitiosam esse partem illam Astrologiæ iudiciariæ, qua versatur circa liberos humanæ voluntatis actus præcognoscendos, ac prænunciandos.

HIs itaq; præmissis, de prima nunc Diuinationis specie, q̃ fit per astra, dicendum est. Duo verò sunt hic breuiter demonstranda. Primũ est, Astrologiæ iudiciariæ, siue diuinatiuæ professionẽ circa contingentes rerũ euentus, & actus liberę voluntatis præcognoscendos, ac prænunciandos vanam esse, & oĩ prorsus veritatis soliditate destitutã. Secundũ est, eandẽ artẽ in ordine ad rẽ medicã, nauigationẽ, & agriculturã habere physicã certitudinem, & esse valdem vtilem, ac necessariam.

Suppositis igitur ijs, quæ de Magia astronomica diuinatiua, & iudiciaria diximus in præcedenti controuersia. q. 5. probatur primũ octo generib. argumentorũ. Quorum primum dicta continet diuinarum litterarum, ex quibus hæc videntur esse præcipua. Deut. 18. cap. *Gentes istæ, quarũ possidebitis terrã, augures, & diuinos audient, tu autem à Dominus Deus tuus aliter es institutus.* Vt autem Io. Franc. Picus aduertit lib. 5. de rerũ prænotione, c. 7. nomen illud, *augures*, à D. Hieronymo translatũ est ex hæbreo nomine horam significãte, quo maximus hebræorum Doctor Achinas eos affirmat intelligi, qui tempora supputant, & fœlices horas, ac infœlices obseruant. Et præterea vox illa, *diuinos*, oẽs futura contingentia prænunciantes, atq; adeò et Astrologos comprehendit. Isa. 41. capi. *Annunciate, quæ uentura sunt in futurum, & sciemus, quia dij estis vos.* & cap. 47. *Stent, & saluent te augures cæli, qui cõtemplabantur sydera, & supputabant mensas, vt ex eis annunciarent uentura tibi: ecce facti sunt, quasi stipula, ignis cõbusit eos.* Per augures aũt Cœli Astrologos, & Mathematicos intelligendos esse Glossa declarat Hierom. 10. *A signis cœli nolite metuere, & quæ timent gentes, quia leges populorum uanæ sunt.* Locum hunc explicat eleganter prædictus Picus in allegato c. 7. firmum ex eo trahens argumentũ ad confutandam Astrologorum ex astris diuinantium vanitatẽ. Quãr generalib. verbis condẽnat Salomõ Eccl. 8. dicẽs: *Multa bona affligitur, quia ignorat præterita, et futura nullo scire põt nũ. 10.* & c. 10. *Ignorat homo quid ante se fuerit, et quid post se futurũ sit, et quis poterit indicare?*

Secundum genus argumentorum Pontificia, & Ecclesiastica decreta complectitur. In quibus præcipuum locum tenet constitutio Sixti V. aduersus Astrologos iudiciarios edita anno 1586. nonis Ianuarij, quæ habetur in fine Directorij Inquisitorũ. Ante quam constitutionem Index librorum prohibitorum editus ex decreto Sacri Conc. Trident. in regula 9. sic statuit. *Episcopi verò diligenter prouideant, nè Astrologiæ iudiciariæ libri, tractatus, indices legantur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus successibus, fortuitisue casibus, aut ijs actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certò aliquid euenturum affirmare audent.* His accedunt Iuris Canonici sanctiones 26. quæst. 5. cap. *Quidam inquiunt*, & cap. *non liceat*, cap. *si quis clericus*, & quæst. 7. cap. *Quis existimaret*. In quibus genus omne diuinationum, & illud præsertim, quod fit ex astris Christianis omnibus interdicitur.

Tertium genus ex sanctorum Patrum dictis exurgit. Ex quibus acrius Iudiciariam hanc astrologiam confutare videntur Eusebius dictus Cæsariensis lib. 6. cap 9. de Præparatione Euangelica: & libro 14. ca. 4. Eusebius. Augustinus libro secundo super Genesim ad litteram cap. 17. & libro secundo dè Doctrina Christiana, cap. 21. & lib. 5. de Ciuitatè Dei, à capitulo primo, vsque ad decimum exclusiuè, vbi multis efficacissimis argumentis vanam ex astris diuinantium artem esse demonstrat. Aduersus quam etiam acerrimè dimicant Chrisostomus in secundum cap. in Matth. & ibidem etiam Gregorius, & Basilius hom. 6. in Genesim. Plures alios recensẽt Ioannes Franciscus Picus in allegato lib. 5. cap. 7. S. Io. chrisostomus. S. Greg. S. Basilius. Picus.

Quartum genus ex communi trahitur Theologorum consensu. Præcipui verò sunt S. Thomas loco supra notato, S. Bonauentura in centiloquio, S. Antoninus in secunda parte titu. 12. cap. primo, §. 6. Petrus de Tarantasia, Ricardus Paludanus, Gabriel, & Maior in quarto sent. Gulielmus Parisiensis in tractatu de legibus, Ioannes Picus lib. 12. in Astrologiam, & eius Nepos, Ioannes Franciscus libro 5. de rerum prænotione, Michael Medina de recta in Deum fide lib. 2. capit. 1. Peretius in opusc. de Magia libro tertio, Martinus loco supra notato, Azorius lib. 9. Instit. moralium capit. 13. Suarez lib. 2. de superstitione cap. 11. & alij recentiores communiter. S. Thom. S. Bonau. S. Anton. Tarantasia Ricardus. Paludanus Gabriel. Maior. Gulielm. Vterq; Picus. mich. med. Peretius. Martinus. Azorius. Suarez.

Quintum genus sumitur ex iure Ciuili lege secunda Cod. de Maleficijs, & lege Mathematicis Cod. de Episcopis, quibus innixi iuris vtriusq; periti vno simul consensu, ac veluti agmine colligati in Astrologiæ iudiciariæ professores vires contendunt, & arma conuertunt.

Septimum genus ex communi sapientum consensu conficitur. Ac primo Pytagoram huic Astrologiæ diuinatrici nullam fidem adhibuisse, testantur Plutarcus, Laertius, & Theodoretus, eandem etiam à Democrito fuisse contẽptã patet ex illo, quodies tribuitur, vulgato ploquio: Quod ante pedes nemo spectat, cœli scrutantur plagas. Irriserunt, & impugnarunt eã Phauorinus, Panætius Stoicus, & Seneca, Eudoxus, Bion, Auicenna, Carneades, Cicero, & Auerros acriter confutarũt. Plato, & Aristoteles, Philosophiæ, Princeps artẽ hanc indignam existimarunt, de qua verba facerent. Alios quam plurimos huius artis contemptores, & ho- Plutarcus. Laertius. Theodor. Democritus. Phauorinus. Panætius. Seneca. Eudoxus. Bion. Auicenna. Carnead. Cicero. Auerroes. Plato. Aristot. Eusebius.

& hoſtes referunt Merandulani locis ſupra notatis, & Martinus lib. 4. cap. 3. quæſt. 1.

Poſtremum genus argumentorum ex rebus ipſis, & ex principiis notis lumine naturali derivatur.

Eſt autem elegans, & dignisſimus ille diſcurſus, quem ex Bardeſane viro rerum Aſtronomicarum peritiſſimo Syro refert Euſebius lib. 6. de Præparatione Euangelica cap. 8. ſic enim vanas Aſtrologorum prædictiones conuincebat. Apud feras lex eſt prohibẽs occidere, fornicari, & adorare ſimulachra: vnde in illa regione nullum templum conſpicitur, nulla mulier meretrix, nulla adultera, nemo fur, nemo homicida: nec Venus Marti cõiuncta, vt alienam quiſpiam ſolicitaret vxorem, potuit efficere. Atqui ſingulis etiam apud eos diebus in medium Cœli Martem peruenire neceſſe eſt, & in tanta regione ſingulis horis naſci homines non eſt negandum. Apud Indos autem, & Bactros multa millia hominum ſunt, qui Brachmanes appellantur: hi tam traditione Patrum, quàm legibus nec ſimulachra colunt, nec animatum aliquid comedunt, vinum, aut ceruiſiam nunquam bibunt, ab omni demum maligniate abſunt, ſoli Deo attendentes. At verò cæteri omnes Indi in eadem ipſa regione adulteriis, cæde temulẽtia ſimulachrorum cultu inuoluuntur; inueniunturque ibi nonnulli, immò vero gens quædam Indorũ eſt in eodem climate habitans, qui homines venantes, atque ſacrificantes deuorant: nec vlli planetarum, quos felices, ac bonos appellant, à cæde, ac ſceleribus iſtis eos prohibent: nec maligni Brachmanos pellere ad malefaciẽdum potuerunt. Apud Perſas lex erat, filias, ſorores, matres quoque ipſas in matrimonium ducere; nec in Perſidie ſolũ, verum etiam quicumque Perſarum ad alia climata orbis è Patria exiuerunt, nefanda hęc diligentes matrimonia celebrarunt: quos aliæ gentes hoc ſcelus abhominatæ Magusſeos appellant. Sunt que vſque ad hodiernum diẽ in Media Aegypto, Phrygia, Galatiaque plurimi Magusſei ſucceſsione patrum eisdem ſceleribus contaminati.

Nec dicere poſſumus in terminis, & domo Saturni, cum Saturno ipſo in natiuitatibus omnium, Marte aſpiciente Venerem fuiſſe; Amazones viros non habent, ſed tempore veris fines ſuos egredientes cum vicinis conueniunt; Vnde omnes naturali lege eodem tempore pariunt, maſculisq; interfectis ſolas fœminas alunt, bellicoſæq; omnes ſimiliter ſunt, magnam exercitationis bellicæ curam gerentes.

Stultum eſt autem opinari, omnes iſt iuſmodi fœminas prorſus iiſdem natalitiis aſtris eſſe genitas, ſic hoc confirmatius argumento, exemploq; Iudæorum: qui vbicumque terrarum; & gentiũ ſint nati, aut verſentur, inuiolabili obſeruatione, & infantes ſuos octauo die circumcidunt, & omnem diem Sabbathi feriatum, feſtumq; religioſiſſimè agunt; Non ſunt autem Iudæi omnes ſub eadem cõſtellatione procreati, nec eos à patriis legibus, & inſtitutis vlla vis, & potentia cœleſtium corporum abſtrahere poteſt; Sed quid dicemus de Chriſtianis? qui innumerabiles toto orbe ſparſi, idem vitæ, genus, atque doctrinæ cuſtodiunt, nec à diſciplina, quam ipſis Chriſtus Dominus tradidit, vel promiſsis vllis, vel minis, aut ſuppliciis vel latum vnguem amoueri poſſunt; An dicturi ſunt, Chriſtianos omnes eodem aſtro eſſe natos? Sed illud maximum eſt argumentum, qui ante ſuſceptam Chriſti diſciplinam patrias leges, & inſtituta ſtudioſisſimè, acerrimèque tenebant, eos poſtea factos Chriſtianos, illis deſertis, abiectisq; longè diuerſam vitam agere, diuerſos ritus, & diuerſisſimam religionem, & doctrinam colere. Itaque nec multas Parthi Chriſtiani ducunt vxores, nec Medi canibus mortuos obijciũt, nec Indi mortuos ſuos cremant, nec Perſicum ſororibus, aut cum filiabus nefario matrimonio miſcentur, Aegyptii Apim, aut canem, aut hircum, aut felem colunt, ſed vbicunque ſunt eiſdem legibus, moribus, & inſtitutis viuunt. Quid plura? ſingulis horis apud omnes gẽtes homines naſcuntur: vbiq; autem leges, atque mores propter liberam hominis poteſtatem præualere videmus. Nec natalitia ſydera nolentes feras ad homicidium compellunt, aut Brachmanos ad eſum carnium, nec Perſas à ſceleratis nuptiis remouent, nec Medos prohibẽt vita defunctos canibus exponere, nec Parthos mæstas ducere vxores. Singulæ namq; gentes, vt volunt, & quando volunt, libertate ſua vtuntur, legibus, moribuſque obedientes.

Alia plura ſubtiliora, & maioris ponderis argumenta vide, ſi placet, apud Auguſtinum lib. 5. de Ciuitate Dei cap. 1. & ſequentibus, & D. Thomam 2. 2. quæſt. 95. art. 5. Apud vtrumque Picum locis ſuperius allegatis, & Michaelem Medinam lib. 2. de recta in Deum fide cap. 1. & Pererium in opuſc. de Magia lib. 3. & Suarezium in dicto cap. 11. De ſecundo quæſt. huius capite ſatis diximus in præcedente controuerſia quæſt. 4.

August. lib. 5. de Ciuit. Dei.
Pic. Mich. Med. Pererius. Suarez.

Ex dictis ſequitur hęc vnica Concluſio. Aſtrologiæ iudiciarię diuinatio tota vana eſt, & illicita.

cõcluſio 1

Argumenta & ſolutiones.

COntra concluſionem ſunt argumenta, quę referunt, & ſoluunt Sanct. Thom. vterq; Picus, Michael Medina, Pererius, Martinus, Suarez, & Azorius locis ſupra notatis.

QVAESTIO II.

De Diuinatione, quę fit per Auguria, Auſpicia, Aruſpicia, & omina.

Hos omnes diuinationis modos illicitos eſſe probatur ex ſcripturis.

QVæſtio hęc quatuor amplectitur diuinationis modos, qui ex rerum diſpoſitionibus, veluti ſignis futura prænunciant, qui quanquam ſub vno ſoleant augurii nomine comprehendi, vt etiã ſignificat S. D. in 2. 2. quæſt. 95. art. 3. ſæpe tamen augurii nomen accipitur, prout ſpecialis diuina-

S. Thomas

asſert in fine capituli dicens: *Quia verò figura in artificialibus ſunt quaſi forma ſpecifica, poteſt aliquis dicere, quod nihil prohibet, quin conſtitutionem figuræ, quæ dat ſpeciem imagini, conſequatur aliqua virtus ex influentia cæleſti, non ſecundùm quod figura eſt, ſed ſecundùm, quod cauſat ſpeciem artificiati, quod adipiſcitur virtutem ex ſtellis.* Quod ſupterfugium admittens, non concedens S. D. vim ſuarum rationum perſiſtere demonſtrat inuictam ſubdens: *Sed de literis, quibus inſcribitur aliquid in imagine, vel aliis characteribus, nihil aliud poteſt dici, quam quod ſigna ſint: unde non habent ordinem niſi ad aliquem intellectum: quod etiam oſtenditur per ſacrificia, proſtrationes, & alia huiuſmodi, quibus vtuntur: quæ non poſſunt eſſe, niſi ſigna reuerentiæ exhibitæ alicui intellectuali naturæ.* Hæc ibi S. D. Quibus nihil aliud videtur intendere, niſi vim rationum ibi poſitarum aduerſus Magorum impietatem ſuſtinere. Hanc expoſitionem ſequitur Valentia in commentarijs ad 2. 2. loco notato, & Suarez in allegato lib. 2. de ſuperſtitione cap. 15. num. 22.

Valentia.

Rō contra Caietan.

Sed præterea probatur, inanem eſſe prorſus eruaſionem illam. Quia figura, quatenus figura realiter exiſtens in rerum natura (de hac enim eſt quæſtio, non autem de figura in abſtractione concepta) ſpeciem cauſat artificiati, igitur figura, vt figura eſt, formaliter conuenit in ſpecie artificiati cōſtituere, & conſequenter etiam eidem ſub eadem ratione formali conuenit artificiatum conformé, ac ſimilem reddere cuicumque eiuſdem rationis figuram habenti, ſiue illud eam habeat naturaliter, ſiue per artem, ſiue ſit naturæ corruptibilis, ſiue incorruptibilis, dummodo ſit ea figura realis. Eſt igitur inanis ea diſtinctio ſuperficialem ſolū apparentiam veritatis argumentis opponens, & latebras quærens, vt vel ſic euidentem argumentorum efficacitatem euadat. Et confirmatur, quoniam albedini, quatenus albedo eſt, conuenit cauſalitas propria formalis, quæ eſt conſtituere ſubiectum, aut compoſitum accidentale in ſpecie albi, & quælibet alia forma, ſiue ſit accidentalis, ſiue ſubſtantialis, ex propria ſua ratione formali actū exercet in aliqua ſpecie conſtituendi ſiue ſimpliciter, ſiue ſecundùm quid. Adeò vt ſit manifeſta cōtradictio, formam exiſtere in ſubiecto, vel materia, & eam, aut compoſitum ex vnione ſubiecti, vel materiæ cum forma reſultans in nulla ſpecie conſtituere. Hoc ipſo namq; quod ineſt, informat, & in ſpecie conſtituit.

Concluſiones deducte, & probate.

PRima concluſio: Imagines Aſtronomicæ, ſiue figuræ ſecūdum re, quatenus tales ſunt, ideſt vt imagines, & figuræ, vel vt quædam artificialia ſunt, non poſſunt ſydereos influxus recipere, nec vllam habere poſſunt virtutem ad agendum. Hæc eſt D. Thom. locis ſupra notatis, & eidem conſentit Caiet. & alij Theologi ſupra nominati, & ſatis patet ex dictis in q. 1. præced.

Secunda concluſio: Imagines Aſtronomicæ, quatenus ſpeciem cauſant, aut in ſpecie conſtituunt artificiati, nullius ſunt capaces cęleſtis influxus, nec vim aliquam habent ad agendum. Hæc eſt contra Caietanum, & eius veritas ex dictis elucet.

Tertia concluſio: Imagines Aſtronomicæ ratione materiæ naturalis, & præuiæ alterationis ſubiecti, in quo recipiuntur, virtutem aliquam ex ſyderum influxu receptam habere poſſunt ad agendum. Hæc eſt D. Thom. locis ſuperius allegatis in 2. 2. & 3. cont. gent. & patet ex communi Philoſophorum doctrina de naturali corporum ſympathia, de ſyderum influxu, & dependentia inferiorum à ſuperioribus in agendo.

S. Thom.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra primam concluſionem argumentatur Alexander in libro de Magis. Quia virtus cęleſtis licèt non formaliter, tamen virtualiter, & eminenter eſt virtus omnium elementorū, & mixtorum, & habet efficaciam omnium illorum, ergo nihil obſtat, quo minus credamus, in imagine, vel ſtatua, vel annulo Aſtrologico fabricatis, & compoſitis ad certam influentiam, & diſpoſitionē ſtellarum ſic virtus, aut efficacia ad aliquos effectus, ad quos oportet concurrere multitudinem cauſarum inferiorum.

Alexand.

Reſpondetur, hoc argumento probari tertiam noſtram concluſionem; imagines enim, & figuræ ſecundùm ſe nullius ſunt influxus receptiuæ, ſed tantum ratione materiæ naturalis, cui congruunt actiuæ, paſſiuæq; potentiæ, ſecundùm quas, ſi congrua fuerit diſpoſitione præparata, poteſt ſyderū virtutes recipere, & per eas effectus mirabiles operari.

Contra eandem concluſionem duo produci poſſunt exempla: Primum quidem ex Celio narrante Iarcham Indorum principem ſeptem annulos cōpegiſſe, ac ſeptem ſtellarum nominibus præſignaſſe, vteis opera quædam efficeret admirāda, eoſque tandem Apollonio Thianeo dono dediſſe, eorumque virtute Apollonium iam ætate proiectum florem præteritæ recepiſſe iuuentutis, & longo temporum ſpatio conſeruaſſe.

Celius.

Secundum autem ex Platone 2. de Rep. & ex Ciceronе lib. 3. de officijs, & Greg. Nazianz in Monodia de Gygis annulo, quem geſtando palam reddebatur aſtantibus inuiſibilis; vbi autem intra digitum vertiſſet annulum, ab omnibus videbatur, addunt; Gygem eiuſdem annuli virtute factum inuiſibilem Lydorum regiam penetraſſe, regem occidiſſe, & ſeipſum regem conſtituiſſe.

Plato. Cicero. Nazianz.

Reſpondetur primò, ſeptem illos annulos non fuiſſe ſimplices omninò figuras, ſed nominibus fuiſſe planetarum inſcriptos, atque ideo eorum opus, & vſum ad Magiam ſuperſtitioſam, & illicitam pertinere. Secūdò dico, impoſſibile eſſe quacumque creata virtute iuuentutis vigorem recuperare, præterquam per eſum fructus ligni vitæ, quòd veluti remedium vni cum ad reparandum humidum radicale Deus in terreſtri Paradiſo conſtituit, ex quo propter peccatum eiecit primū humani

manigeneris parentem Adam dicens: *Ne forte*
Gen. 3. *mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum*. Quod ſi fuiſſent alia virtutem habentia naturalem in Vniuerſo, aut artis humanę diligentia, media cognitione cœleſtiũ influxuum effici potuiſſent aliqua, quorum virtute flos reuocaretur præteritæ iuuentutis, minimè latuiſſent Adam, cui perfecta rerum omnium ſciẽtia fuerat ab initio creationis infuſa, ſicque facilè potuiſſet abſque eſu ligni vitæ alijs medijs humidum deperditum reparare, & eam immortalitatem adipiſci, quam ex comeſtione fructus ligni vitæ ſeruans Innocentiæ ſtatum in Paradiſo illo terreſtri recipere potuiſſet, atque ita diuina fruſtraretur intentio verbis illis expreſſa; *Ne forte ſumat etiam de ligno vitæ, & viuat in æternum*. Gen. 3. Tertiò dico, nullius rei virtute naturali, aut artis opera poſſe corpus aliquod inuiſibile reddi. Plura namque res hæc inuoluit abſurda. Aut enim, qui fic redderetur inuiſibilis, ſi fuerit in medio aliquo ſpatio conſtitutus inter oculos, v.g. Petri, & feneſtellam, vel oſtiolum, per quod Petrus videt arbores, animalia, & ædificia deforis exiſtentia, impediret viſionem Petri, aut non impediret: Si primum, ergo qui ponitur inuiſibilis, terminabit viſionis actum, atque videbitur: ſi ſecundum ergo vel ſpecies viſibilium tranſibunt per corpus opacum, & in eo recipientur, vt in diaphano, quod non patitur ordo naturæ, vel corpus illius hominis, qui factus dicitur inuiſibilis, in diaphani corporis naturam eſſet mutatum, quod ſola facere poteſt diuinæ maieſtatis omnipotentia. Deinde rerum hoc habet ordo naturalis, vt medio, ſeu diaphano illuminato ſtatim ex quolibet illi præſente corpore reſulcet naturaliter ſpecies viſibilis, qua proximus, & directe oppoſitus oculus actuatur, ſicut igne poſito, deriuatur naturaliter in proxima, & immediata corpora calefactio, adeo vt nulla vi naturali valeat impediri. Quamuis enim Angelus bon', aut malus interpoſito frigido, ac denſo corpore poſsit calefactionẽ alterius proximi corporis impedire, non tamen immediatè; ſtatim enim, vt aliud interponitur, iam illud prius immediatum non eſt, & tunc id, quod de nouo ponitur immediatum, calefiet ab igne naturaliter. Non enim poteſt Angelus naturales rerum proprietates, & paſſiones ex eis continuò; & naturaliter effluentes impedire, ne fluant; cum neque ſit cauſa naturæ, quæ proprium eſt earum principium. Poſtremò dico, Dæmonis præſtigio fieri potuiſſe, vt Lydorum ille Rex, & eius curia, & alij præſentem Gygem minimè viderent, & annulos illos arte Necromantica fuiſſe cum characteribus fabricatos, nec vllos effectus naturales edidiſſe.

Contra eandem concluſionem deſumunt quidam argumentum ex naturali rerum inter ſe ſimilium ſympathia, qualis etiam eſſe videtur inter cęleſtes ſyderum figuras, & aſtronomicas ad eorum imitationẽ arte factas: ſicut enim (inquiunt) Echo ex oppoſito reſultat pariete, & in ſpeculo concauo radij collecti reuerberatione oppoſitum corpus accendunt, & cythara tenſis æque, ac alterius cytharæ fidibus, percuſſa ſuo tinnitu ſimillimum in altera ſonum efficit, ita cœleſtes imagines, & figuræ virtutem ſuam, & efficientiam communicant imaginibus, & figuris Aſtronomicis ad earum ſimilitudinem fabricatis.

Reſpondetur primò, ineptas has omnes eſſe ſimilitudines ad eorum opinionem philoſophis vel mediocriter eruditis explicandam, aut ſuadendã. Cum enim, vt antè diximus, in Cœlo nullę ſint rerales hominum, aut brutorum, vel aliarum rerum, quæ ſunt apud nos, imagines, & figuræ, nulla poteſt eſſe realis earum imaginum, aut figurarum, quas vocant aſtronomicas, ad eas, quas in cœlo fingunt, ſimilitudo, ac proindè neque harum ad illas vlla poteſt eſſe cauſalitas, aut virtutis communicatio. In exemplis verò productis vtrumque conſonans eſt reale. Deindè paries vocem repercutiẽs nullam habet cum homine ſimilitudinem, nec ſimilitudo, ſaltem vniuoca eſt inter ſolem vrentem, & ſpeculum, nec inter ſpeculum reuerberans, ſeu reflectens radios, & lignum, quod eorum efficacitate comburitur. In Cytharis autem illis ſimilitudo realis eſt maxima.

Secundò dico, figuram ſecundùm ſe, ſiue vt figura eſt, nullius actionis, aut paſſionis eſſe poſſe principium, ſed ratione tantùm ſubiecti naturalis, cuius actiuæ virtuti merè per accidens adiungitur hæc magis, quam illa figura.

Contra ſecundam concluſionem ſunt argumenta Caietani, quæ ex ſupra poſitis fundamentis facilè diluuntur. Ea refert, & ſoluit Valentia loco ſuperius allegato, & Suarez in dicto cap. 15. Eorum ſolutiones Ferrarienſis indicauerat in allegato capitulo 105. Caiet. Valentia Suarez

QVAESTIO IV.

De Magia Aſtronomica diuinatiua, ſiue iudiciaria.

Diſtinguitur Aſtronomica Magia iudiciaria in quatuor partes, quæ ſingulæ declarantur, & diſtinguuntur licita ab illicitis.

QVatuor Aſtronomicæ Magiæ Iudiciariæ partes videtur diſtinguere S. Thomas 2.2.q.95 artic. 5. Prima eſt ea, quæ per cœleſtium corporũ, & motuum eorum regularium inſpectionẽ de ijs futuris euentibus iudicat, qui ex eis, veluti cauſis, & principijs immutabilibus procedunt, vt effectus omninò neceſſarij, quales ſunt Eclipſes, coniunctiones, oppoſitiones, ſtationes, retrogradationes, aſpectus, &c. ex quibus veluti cauſis alij pluresque effectus eueniunt in rebus his naturalibus corruptibilibus partim contingentes, & partim neceſſarij. Hæc tamen pars non niſi impropriè iudiciaria, ac minus adhuc propriè diuinatiua poterit appellari. Iudiciaria namque propriè ſumpta nũcupatur illa, quæ circa rerum ſublunarium verſatur effectus ex cœlorum motibus, & aſpectibus præuidendos: Diuinatiua verò conſueuit ea nuncupari, quæ futurorum contingentium notitiam ex dictis

§ Thom. Diuiſio.

Digitized by Google

ctis cœlorum motibus,& influxibus profitetur.

Est igitur secunda pars,quæ necessarijs omnib. effectibus ex cœlorum motibus, & influxibus euenientibus prænoscendis intendit, quales sunt aeris in anno proximè futuro dispositio salubris, aut noxia,grassantes in hominibus, aut cæteris animantibus morbi,annonæ charitas, aut vbertas, ventorum,pluuiarum,æstus,aut frigoris,niuium, & grandinum ex vberantia; hæc enim ex cęlestib. causis dictis physica quadam necessitate proueniunt.

Tertia pars futurorum contingentium cognitionem in rebus ratione carentibus ex eisdem cœlestibus causis profitetur. Cui magna ex parte videntur intendere,qui diaria pro ciuitatibus, aut Prouincijs scribunt pronostica de singulis dierum euentibus,putà serenitatibus,pluuijs, ventis, &c. possunt enim hæc multipliciter variari,aut impediri respectu præsertim loci determinati, ac proinde veluti futura contingentia nulla certa cognitione,sed coniectura tantùm intelligi, prædicivè posse videntur.

Postrema pars circa liberos humanæ voluntatis actus,& opera prænoscenda versatur:quorum tres videntur esse differentiæ; quædam enim ad vnam aliquam attinent multitudinem, vt Regnorum,aut Rerum publicarum reuolutiones, bellorum,pacisq; vicissitudines, & similia: quædam autem singularium sunt personarum, quæ duas ẽt habent differentias,alteram actionum,& euentuũ totius vitæ,quas ex puncto natiuitatis absque minuta dierum discretione coniectant : alteram actionum quolibet die, vel etiam hora in singulis quibusque rebus,& negotiis eligẽdarum. De quibus singulis quam breuissimè dicendum est.

Et primas quidem duas Astronomicæ Magiæ partes,quæ nonnisi impropriè iudiciariæ, vel diuinatiuæ dicuntur,cum necessaria simpliciter,vt prima pars,vel vt in pluribus,sicut secunda,speculentur,meritò veras esse scientias, & honestas affirmat S.D.loco superius allegato,& vniuersæ Theologorum,ac Philosophorum Academiæ: quòd idẽ significat Sixtus V.in sua constitutione edita anno 1586. nonis Ianuarii aduersus Astrologos iudiciarios. Vbi eam excipit Astrologiæ iudiciariæ partem,quæ est circa Agriculturam, Nauigationem,& rem medicam.Quare liberè poterunt Astronomiæ periti tales cœlorum effectus,veluti necessariò futuros simpliciter, & absolutè prædicere.Cuius oppositum incautè docet Martinus Delrius loco superius allegato.

Illicita. De tertia verò parte,quæ futurorum contingentium circa res naturales ratione carentes ex stellarum aspectibus,& influxibus notitiam profitetur,latè supra diffeuimus,quæst.57.ar.3.cont.1. Vbi probauimus,in rebus naturalibus etiam in ordine ad cœlestia corpora simul sumpta,multa cõtingenter euenire, & ea nullius Angelicæ mentis virtute,quantumuis excellenti posse præsciri,multo minus ergo poterunt ab homine præuideri.Nullus igitur absque magna temeritate, vanitate, & falsitate poterit hæc simpliciter, & certò futura prædicere,vt ait S.D.in 2.2.loco superius allegato,& ibi Caietanus. Probabiles autem euentus cõiecturas,siue suspiciones prudenter, & cautè proferre cuiq; scientiæ prædictæ professori licitũ est. S. Thom. Caiet.

Non posse Astronomos ex syderum motibus, coniunctionibus,& aspectibus de futuris humanis actibus liberis certò,aut satis probabiliter iudicare.

SVpereſt iam vltima pars,quæ liberorum humanæ voluntatis actuum præscientiam,aut coniecturam ex cœlorum, siue syderum aspectibus profitetur.

Vt autem colligitur ex D.Thoma in 2.2. quæst. 95.art.5.& 3.cont.gent.cap.92.& in 1.2.q.9. art. 5.& in 3.de Anima,tex.150. & alibi dupliciter existimari possunt agere cœlestia corpora in intellectum,siue rationem, atque adeò in voluntatem, quæ in ratione est,vt ait Arist.in 3.de Anima tex. 42. Vno modo directè imprimendo in intellectũ, & voluntatem, sicq; eam efficaciter mouendo ad volendum,& operandum, & hoc modo summa fatuitas est opinari,cœlestia corpora influere in intellectum,& voluntatem . Impossibile est enim, quodcunque corpus in eam substantiam, aut potentiam operari,quæ neque sit à materia dependens neque sit actus organi corporei,quales ex vera philosophia constat esse intellectum,& voluntatem;quapropter ex antiquis philosophis illi tantũ existimauere cœlestia corpora imprimere in intellectum,& voluntatem,qui intellectum asserebant à sensu non esse differentem,ac proindè dicebat Homerus,talem esse in hominibus voluntatẽ, qualem in die inducit Pater virorum,Deorumque scilicet Sol,vel Cœlum,vt S.D. exponit in 2. de Anima tex.150.

Alio modo possumus existimare, cœlestia corpora agere in intellectum,& voluntatem indirectè,& quasi per accidens, imprimendo scilicet in corpus humanum,& consequentes in vires sensitiuas apprehensiuas,& appetitiuas, quæ sunt actus corporalium organorum. Mouetur enim, quodãmodo,scilicet indirectè voluntas ab appetitu sensitiuo,atque ita redundat motus cœlestium corporum in voluntatem.Vt enim ait S.D. in 1.2.q.9 art.2.Id,quod apprehenditur sub ratione boni, & conuenientis,mouet voluntatem per modum obiecti:quod autem aliquid appareat bonum,& conueniens,ex duobus euenit, scilicet ex conditione eius,quod proponitur,& eius,cui proponitur; Cũ enim conueniens dicatur secundùm relationem ex vtroque extremorum eius ratio dependet. Quo fit,vt iudex vno modo dispositus rem, aut actionẽ aliquam iudicet,esse conuenientem, quam sub alia dispositione positus minimè conuenientem esse iudicabit.Nam,vt ait Arist.in 3.Ethic. capit.4. qualis vnusquisque est; talis finis videtur ei. Exẽplo res fit perspicua:frigore nunc Petri corpus affligitur, eo quod frigiditas sit complexioni Petri contraria,atque ideo caliditas sit eius nunc complexioni conueniens: ex præsentis itaque frigoris nociua dispositione,cui calor opponitur, vt conueniens

Quę licita

Voluntas quomodo à cęlo moueatur.

S. Thom.

uenies eidem corpori diſpoſitio, cauſatur, vt ex occaſione, in Petro apprehenſio caloris, & calefacientis, ſeu calefactiui, quod bonum eſſe iudicatur, & vt appetendum offertur voluntati, quemadmodum etiam iratо Paulo fit vindicta conueniēs, & ex hoc excitatur practicus intellectus ad apprehendendum repercuſſionem, vt bonam, & Paulò conuenientem hic, & tali modo, &c. Et de ſenſuali concupiſcentia dicitur Iacob. 3. *Vnuſquiſque tentatur à Concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus.* Appetentis itaque diſpoſitio corporea, quanquam ex parte ſubiecti ſe teneat, voluntatem tamen non niſi ex parte obiecti mouere poteſt: cum eam nō moueat, niſi quatenus modo dicto redundat in apprehenſionem obiecti voluntatis. Cum itaque cœleſtia corpora ſuis influxibus varias in humanis corporibus diſpoſitiones efficiant, pluribus etiam modis diſpoſitiuè, & indirectè, & quaſi per accidens noſtrum intellectum, & voluntatem immutant, nulla tamē illi impoſita neceſſitate, quia motio hæc eſt ex parte obiecti valdè deficiētis à perfecta ratione boni. Poſſunt igitur, vt ait S.D. locis ſupra notatis cœleſtia corpora in humanum corpus influendo, & conſequenter in vires eius ſenſitiuas, quæ inclinant ad humanos actus, ipſum hominem inclinare diſpoſitiuè ad aliquid eligendū, aut operandum. Sed quia Ratio ſuæ præſtantia dignitatis virium ſenſitiuarum dominatur affectibus, poteſt, quod à ſenſu præſentatur, vt bonum, recto diſcurſu, tanoq: iudicio malum eſſe definire, & vt malum, ac euitandum offerre voluntati, & eam ad oppoſitum eligendum, efficaciter inclinare. Quod etiam diuina ſcriptura teſtatur Geneſ. 4. dicens: *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.*

Iacobi 3.

Gen. 4.

Sydera quo inclinent Caietanus

Quibus verò modis cœleſtium corporum, ſiue ſyderum motus, coniunctiones, & aſpectus in hominibus inclinationes efficiant, explicat vberrimè Caietanus in ſuo Comm. ad art. 5. q. 95. ſuperius allegatæ ex doctrina D. Thomæ in ſupradicto cap. 92. dicens, duas ſimul nonnūquam in eodem homine inclinationes concurrere per accidens, vt cum (exempli gratia) Petrus inclinatur ad ſubmerſionem in aquis, ſimul etiā inclinatur ad aliquid operandum ſuper, vel iuxtà aquas.

Et quoniam ex quacunque corporis humani diſpoſitione, aut ſenſitiuæ partis affectione non inclinatur, aut mouetur ex neceſsitate voluntas, quæ cœleſtibus corporibus, & aſtris excellentior poteſt, ſi voluerit illis liberè dominari; ideò futuræ voluntatis humanæ deliberationes, & actus tam eliciti, quam imperati nulla poſſunt ex ſyderum motibus, & aſpectibus certa cognitione præſciri, ſed debili valdè coniectura, fallaciq: diuinatione præno ſci. Quare prudenter, & ſobriè debēt Aſtronomicæ Magiæ periti talibus vti coniecturis, nihil cuiquam omninò veluti certum, aut valdè probabile prædicendo, ſed naturalem dumtaxat inclinationem inſinuent ad ea mala ſalubriter præcauenda, quorum diſpoſitiones, & initia norunt iā eſſe præſentia, vel etiam eſſe futura præuident, vt piè non minus, quam eruditè Caietanus aduertit, & alij ferè omnes neoterici ſupra nominati.

Quæ verò, & quanta ſit culpa temerè diuinantium, & prædicentium liberos humanę voluntatis actus ex influxu Cœlorum, aut ſyderum aſpectu, declarant diuinæ literæ, leges humanæ tàm ſæculares, quàm eccleſiaſticæ, ſcripta Sanctorum, documenta philoſophorum, Regnorum, & gentium omnium conſenſu; & odium in diuinatores illos multiplici pœnarum genere pateſactum, vt explicabitur in ſequenti Controuerſia, leges omnes, & authores collegit Martinus diligenter lib. 4. cap. 3 q. 1. Suarez, & Azorius locis ſuperius allegatis.

Martinus. Suarez. Azorius.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: Cœleſtia corpora directè non influunt in intellectum, nec in voluntatem, nec vllam eis inferunt neceſsitatem. Probatur: Quoniam inter agens, & patiens debet eſſe proportio: nulla verò poteſt eſſe proportio ſpiritus, vt patientis ad corpus, vt agens, ergo. Eandem concluſionem multis argumentis probat S.D. in 3. cont. gent. cap. 84. & 85.

S. Thom.

Secunda concluſio. Cœleſtia corpora diſpoſitiuè, indirectè, & quaſi per accidens, & per quandā redundantiam mouent humanam voluntatem. Hæc patet ex dictis, & probat eam, ac explicat elegantèr S.D. de Verit. q. 5. art. vltimo, & locis ſupra notatis.

Tertia concluſio: Præſcire poſſunt Aſtronomi diſpoſitiones, & inclinationes ex cœlorum influxibus in humano corpore futuras in ordine ad actus voluntatis. Hæc ſequitur ex ſecunda, & patet ex dictis, & probat eam S. Doct. locis ſuperiùs allegatis.

Quarta concluſio: Ex cœleſtium corporum, ſiue ſyderū aſpectibus, & influxibus præcognoſci, aut prædici non poſſunt actus humanæ voluntatis, niſi coniecturali notitia valdè debili. Probatur: Quia non niſi paruam habet homo notitiam de cœleſtibus corporibus, & aſtris, ac de eorum motibus, coniunctionibus, oppoſitionibus, & aſpectibus, & ea, quam habet, incerta eſt ob nouos motuum progreſſus, qui continuò fiunt, donec ſphærarum omnium motus poſt triginta ſex annorum millia compleatur, ſi tamen Deo placuerit tam lōgam eſſe motuum durationem.

Quinta concluſio. Multa futura ſunt in rebus naturalibus, quæ, cum ſint contingentia, non poſſunt ex cœleſtium corporum motibus, & aſpectibus ab Aſtronomo præcognoſci. Hæc patet ex dictis ſupra quæſt. 57. art. 3.

Sexta concluſio: Hæc, quę de futuris actibus humanæ voluntatis per coniecturas poſſunt Aſtronomi præcognoſcere, valdè prudenter, & ſobriè debent enunciare, nè mentes hominum impleant vanitate. Hæc patet ex quarta concluſione.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra primam Concluſionem ſunt argumēta, quæ profert, & ſoluit S. Thomas in 1. 2. q. 9. art. 4. & de verit. q. 5. art. vlt. & alibi.

S. Thom.

Con-

Contra ſecundam, & tertiam concluſionẽ ſunt quinque argumenta Ioannis Pici, quę refert, & ſoluit Ferrarienſis lib. 3. cont. gent. cap. 85. §. *Circa ea.*

Ioannes Picus Ferrarien. S. Thom. Picus vterque Sybilla. Martinus. Suarez. Fonſeca. Molina. Vaſquez.

Contra quartam concluſionem ſunt argumenta, quæ profert, & ſoluit S. D. in 2. 2. q. 95. art. 5. & ea, quæ referunt, & ſoluunt vterque Picus locis ſuperius allegatis, Sybilla Decade 1. cap. 9. q. 3. Martinus lib. 4. c. 3. q. 1. & Suarez loco ſupra notato.

Contra quintam concluſionem ſunt argumenta Fonſecæ, Molinæ, Vaſquezij, Suarezij, & aliorũ ſupra ſoluta, q. 57. art. 3.

QVAESTIO V.

Platonicorum opinione reiecta, quæ ſit efficacitas Muſicæ declaratur.

MVſicam Harmoniam, quæ, numerorum proportione ſeruata, ſuaues in audientium auribus reſonat ſonorum modos, ad pluri nos in rebus ſenſibilibus admirandos effectus extendi poſſe Platonici crediderunt, aſſerentes, non ſolùm homines, ſed genus omne ferarum, plantarum, mixtorum inanimatorum, & elementorum attrahi, ac virtute numerorum muſicorum immutari. Exiſtimant enim, excellentem quandam ineſſe cœleſtiũ corporum motibus harmoniam, cuius participata ſimilitudo muſicis hominum ſonis voce, vel inſtrumentis editis vim conferat admirabilem, qua feras, Syluas, ſaxa, & flumina, veluti animata quædam (vt aiunt) anima communi, poſſit allicere, ac multipliciter immutare, quod Orphæum effeciſſe muſico lyræ ſono narrant Ouidius, Horatius, & alij Poetæ, quibus Platonicorum nonnulli fidem adhibere non erubeſcunt. Quorum vanitatem, & inſaniam falſis, ac ridiculis fundamentis innixam late confutat Martinus Delrius lib. 1. diſpu. Magic. cap. 4.

Martinus.

Nequetamen negandum eſt, multos eſſe muſicorum ſonorum mirandos effectus; brutorum n. plurima ſuaui ſonorũ proportione numerica quã maximè delectantur, & auiculæ propoſitos ab homine concentus attentè percipiunt, & mira facilitate perdiſcunt, ac reſonant. Sed magna dignum eſt admiratione, quod narrat Petr' Andreas Matthiolus in comm. ad lib. 2. Dioſcoridis, cap. 5. cuius Italica verba hũc latinè ſenſum efficiunt. Reperitur in Italia ſpecies quædam Araneorum peſſima, qui à Taranto regni Neapolitani Ciuitate Tarantulæ nominantur, eo quod ibi ſit eorum copioſa generatio: hæ mira cauſant in hominibus, quos momorderint, accidentia; quidam enim cantant, alij rident, alij flent, alij clamant, alij euomunt, alij dormiunt, alij vigilant, alij ſaltant, alij tremunt, alij ſudant, alij alijs ſubduntur accidentibus, adeò, vt ſtulti, vel arreptitij videantur. Et paucis interpoſitis, addit: Sed valdè mirandum eſt, dictorum animaliũ venenum muſicalium inſtrumentorum ſono mitigari, & vinci. Tres enim, aut quatuor homines vidi dictorum morſibus animalium vulneratos ad locum, vbi muſica pulſabantur inſtrumenta perduci, ſtatimque eorum affli-

Andr. Matthiolus. Tarantulę

A fictionem minui, & ibi fortiter, continuoq; ſaltare, ſed, ceſſante ſono, priſtinis paulatim ſubiiciebãtur accidentibus, & ideò iam nunc muſicalis ille ſonus tamdiù manuteneri conſueuit, donec plenè, manifeſteq; ſanari videantur. Longus enim ſonus cum ſaltatione continua ſudorem prouocante veneni tandem ſuperat ægritudinem. Hęc ille.

De Muſicæ differentiis, vſu, & efficacia in mouendis, ac immutandis humanis affectibus latè differit Ariſtoteles in 8. Politicorum cap. 5. & ſequentibus, & Ludouicus Celius Rhodiginus lib. 9. lectionum antiquarum cap. 7. & 8. Nec plura de hac materia huic noſtræ Theologicæ controuerſię videntur eſſe neceſſaria.

Lib. 17

Ariſtot.

Celius.

B

QVAESTIO VI.

De Magia Perſpectiua, & Præſtigiatrice.

Diſtinguuntur Magiæ perſpectiuæ ſpecies, & earum vis declaratur.

MAgiæ Perſpectiuæ quatuor videntur poſſe membra diſtingui. Primum ad ſcientiam attinet Perſpectiuam Mathematicæ ſubalternatã quo ad eam Perſpectiuæ partem, quæ ſpeculis aut perſpicilijs vtitur ad res miris quibuſdam modis oculis offerendas. Cuius ea pars videtur eſſe præcipua, quæ res longiſsimè poſitas mediis quibus ocularibus inſtrumentis, ſiue perſpicilijs veluti propinquas offert oculis intuendas: Quale eſt illud inſtrumentum oblongum duplici chriſtallo, ſiue vitro pellucido, & concauo hinc inde confito ante quatuor annos inuentum, aut ex antiquorum traditione renouatum, quo res per multa milliaria diſsitæ ſic præſentes oculis videntis conſtituũtur, vt ex quantitatis, & ſitus apparentia parum à conſpiciente diſtantes eſſe videantur. Secundum membrum eam conſtituit Magiæ partem, quæ loco, ſitu, diſtantia, medio, lumine, & cæteris ad viſionis actum ex parte viſibilis concurrentibus benè conſideratis, rem propè, vel ex vna parte videndam vnius, quæ vera eſt, figuræ conſtituit, vt eminus, aut ex alia parte conſpicienti alterius figuræ, quam oculis intuentium offerre deſiderant, eſſe videatur: Quod excellentes in arte pingendi frequẽter efficiunt. Tertium huius Magiæ membrum ad ſcientiam pertinet rerum naturalium: Proprium-que eius eſſe videtur, intuentium oculos falſa rerum apparentia ludificare, quod artificioſa rerum naturalium commiſtione, vel applicatione fieri poſſe teſtantur Authores grauiſſimi, & ipſa docet experientia. Has viſiuæ potentiæ deceptiones Irenæus lib. 1. aduerſus hæres. cap. 4. vocat Anaxilai ludicra, de quibus etiam meminit Plinius lib. 28. & 35. & praxim ad efficienda quædam eorum præcipua docet Porta lib. 2. Magiæ naturalis, cap. 17. vbi ſcribit quomodo quibuſdam rebus adhibitis, cubiculum appareat viride, nigrum, flauum, aut argenteum, vel etiam vitibus, frondibus, & vuis plenum, quo facies hominum inſignis videantur eſſe macici, & palloris, & aut ſine capitibus aſtantes

C

D

E

Plinius. Porta.

tes appareant, aut eſſe eorum equina, vel aſinina capita videantur. Poſtremum eiuſdem Magiæ mébrum in vilium quarundam perſonarum arte conſiſtit, quæ ſumma, & incredibili manuum vtentes agilitate oculis intuentium illudunt, ita vt quibuſdam ab eis quaſi inſtantaneè factis, non illa, ſed alia feciſſe videantur. Quod exercitium valdè familiare eſt circulatoribus, & vulgò notiſsimum.

Secunda Controuerſia.

De Magia non naturali, ſed dœmoniaca, & ſuperſtitioſa.

Propoſita duplici nominis ſignificatione definitur Magia ſuperſtitioſa latè ſumpta.

MAgiæ ſuperſtitioſæ nomen, quod primò declarandum occurrit, duplicem videtur habere ſignificationem, ſcilicet latam, & ſtrictam. Sub lata Magiæ ſignificatione ſpecies omnes ſuperſtitionis tam diuinatiuæ, quàm operatiuæ continentur. In quo ſenſu Magiæ nomen vſurpant nónunquam diuinæ litteræ. Matth. 2. *Magi ab Oriente venerunt.* Act. 8. *Vir autem quidam nomine Simon, qui antè fuerat in Ciuitate Magus,* & cap. 13. *Reſiſtebat autem illis Elimas Magus.* Hos enim credimus vtriuſque Magiæ, ſcilicet diuinatiuę, & operatiuæ fuiſſe profeſſores. Hoc modo ſumptam Magiam diſtinguens Plinius ſub ea conſtituit ſpecies omnes diuinationis infra numerandas. Et hæc videtur apud Chaldeos, Perſas, & alios quoſdam artis Magicæ profeſſores fuiſſe vulgata dictæ vocis ſignificatio, vt patet ex dictis in principio Controuerſiæ præcedentis. Nec obſtat Auguſtinus à Gratiano relatus, 16. q. 3. c. *Igitur*, dicens, ſtellarum interprètes Magos fuiſſe nuncupatos Matth. 2. non enim ait, hanc fuiſſe propriam, & adæquatam nominis ſignificationem. Ex vno ſiquidem fœdere cum dœmonibus inito peruerſi homines Dei contemptores, & mira perpetrant, & futura diuinant. Sed magis propriè, & frequentius in ſacris litteris nomine Magorum ſignificantur, qui mira quædam hominum vires, & cognitionem excedentia faciunt virtute Dęmonis, cui ſtricto ſeſe fœdere deuouerunt: vt Magi Pharaonis Exod. 7. & 8. Vnde paſſim diuina Scriptura Magos diſtinguit ab Ariolis, & alijs diuinatoribus. Leuit. 19. *Non declinetis ad Magos, nec ab Ariolis aliquid ſciſcitemini,* & cap. 20. *Anima, quæ declinauerit ad Magos, & Ariolos, &c.* & 1. Reg. 28. *Ecce tu noſti, quanta fecerit Saul, & quomodo eraſerit Magos, & Ariolos de terra.* & Dan. 1. *Super cunctos Ariolos, & Magos, qui erant in Regno.* & cap. 2. *Vt conuocarentur Arioli, & Magi, & malefici, & Caldæi.* & infrà: *Magi, Ariolí, & Aruſpices.* Eandem ſignificationem huic nomini tribuit Auguſtinus apud Gratianum, 26. quæſt. 5. cap. *Nec mirũ*, dicens, Magos eos eſſe, qui vulgo malefici ob facinorum multitudinem nuncupantur, qui permiſſu Dei elementa concutiunt, turbant mentes hominum minus confidentium in Deo, ac ſine vllo veneni hauſtu, violentia tantùm carminis interimunt.

Matth. 2. Act. 8. & 13

Gratianus

Leu. 19. & 20. 1. Reg. 28. Dan. 1. & 2

Auguſt.

Vndè etiam Exod. 7. Magi Pharaonis non Magi, ſed Malefici nuncupantur; ſic enim ait ſcriptura. *Vocauit autem Pharao ſapientes, & Maleficos, & fecerũt & ipſi per Incantationes Ægyptiacas, & arcana quædam ſimilia.* Diſtinguitur ergò Magia latè ſumpta in diuinatricem, & operatricem. Sed antequam duos hos Magiæ modos, ſiue membra diuidamus in ſpecies, neceſſe eſt ſuperſtitioſæ Magiæ definitionem aſſignare, & quo ad ſingulas eius partes breuiter explicare. Eſt igitur magia ſuperſtitioſa quædam Ars, cuius profeſſio, ſiue inſtitutum eſt virtute Dęmonis occulta diuinare, & mirabilia præter conſuetum, aut cõiter notum rerum curſum, & hominum opinionem, & captum efficere.

Exod. 7.

Definitio.

Dicitur Ars, quia notitia practica eſt ad actiones diuinatiuæ locutionis, & operationis externę: dicitur eſſe profeſſio, vel inſtitutum virtuti Dęmonis innixum, quia Magus ex fœdere cum Dęmone percuſſo diuinat occulta, & efficit mirabilia.

Dupliciter verò pactum iniri poteſt cum Dæmone, ſcilicet explicitè, & implicitè. Tunc propriè fit cum Dęmone pactum explicitum, quando ad modum contrahentium proponuntur hinc indè conditiones, & acceptantur: vt cum promittit Dęmoni Magus reuerentiam, & cultum, vel etiam ei ſemetipſum offert, vt ille ad ſcientias, honores, diuitias, aut voluptates adipiſcendas, aut mira ſupra cõem hominum facultatem, & captum efficienda, vel etiam ad occulta diuinanda auxilium ſuæ virtutis impendat. Tale pactum inire tentauit Diabolus cum Chriſto Matth. 4. dicens: *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.* Tunc autem pactũ interuenit cum Dæmone ſolũ implicitũ, quando mediis iã ab aliquo Mago ad aliquid obtinendũ fœdere conſtitutis, puta verbis, characteribus, aut alijs quibuſcũq; ſignis, aut ceremonijs aliquis vtitur ad illud aſſequendũ, ſciens, aut ſcire debens his eſſe Dęmonis opus annexũ. Hunc pacti modũ implicant vniuerſa ſortilegia, quibus nõ infideles tm, ſed et fidelũ multi, ac fœminæ præſertim vtuntur ad aliquid obtinendũ, q tã inordinatè, q̃ anxie concupiſcunt. Cæteræ definitionis particulæ ſatis fuere ſuperius in prima controu. declaratæ.

Matth. 4.

Diſtinguitur, & explicantur quinq; modi generales Magiæ ſuperſtitioſæ diuinantis ex pacto cum dæmonibus explicito.

NVnc priorem ſuperſtitioſæ Magiæ partem, ſ. diuinatiuã in proprias ſpecies, ſiue modos cũ D. Th. 2. 2. q. 95. ar. 3. diuidamus. Diuinationis auxilio dęmonis vtitur ad futura pręcognoſcęda. Pòt aũt dęmonis auxiliũ dupliciter poſtulari, ſcilicet expreſsè, vel tacite: quorũ duorum differẽtiã explicat erudite Caiet. in ſuo Comm. ad dictũ art. in principio. Priori mõ dęmones inuocati quíque modis præcipuis futura prænunciant: Primò inuocantium oculis, vel auditui ſeſe præſtigioſè, vel etiam realiter præſentando, vt cum in aſſumpto corpore, vel in idolo, aut ſpecu, vel etiã in aere loquitur dęmon: & hoc modo conſtituitur ſpecies quædã diuinationis, nuncupata Præſtigiũ; eo

S. Thom.

Caiet.

Digitized by Google

quod oculi, siue sensus hominum præstringantur. Secundo in somno, mouendo species phãtasiæ modo superius explicato, sicq; notitiam occultorum in homine dormiente causando. Et hæc dicitur diuinatio somniorum. Tertiò fit occultorum, ac præcipuè futurorum à dœmone reuelatio per veras, aut imaginarias mortuorum apparitiones, qui & ad vitam reuocati videantur, & diuinare, & ad interrogata respondere censeantur: quemadmodum de Samuele 1. Reg. 28. diuina narrat historia, cui Patres Doctores varias, & cõtrarias adhibent expositiones, quibusdam asserentibus, verè Samuelem, sit Deo disponente, fuisse suscitatum, vt reprobato Sauli futura mala prædiceret, quibusdam autem negantibus animam illius Sancti Prophetæ ab inferis fuisse reuocatam, & dicentibus, Dœmonis fuisse Præstigium. Nuncupatur hic diuinandi modus græco vocabulo Negromantia; Nigron. n. græcè mortuum, mantia vero diuinationem significat, eo quod quibusdam præcantationibus adhibito sanguine videntur suscitati mortui diuinare, & ad interrogata respondere. Quartò futura prænunciant Dœmones medijs quibusdam viuentibus hominibus arreptitijs, in quibus loquuntur, vel linguas eorum mouentes, aut vocum similitudines è pectore, aut ventre resonantes: Vndè ventriloqui dicti sunt. De quorum numero secundum communiorem sententiam fuisse Sybillas Martinus affirmat lib. 4. cap. 2. q. 6. Quam opinionem esse falsam, & Christianę pietati contrariam probãt opposita Sanctorum, & Ecclesiæ dicta. Nam, vt refert Clemens lib. 6. Stromatum Paulus Apostolus suos hortabatur ad lectionem Sybillinorum voluminum, cuius Apostoli verba hæc refert ex recondita quadam scriptura. *Libros græcos sumite, & Sybillas cognoscite quomodo vnum Deum significent, & ea, quæ futura sunt, & iam nascentem filium Dei clarius, & apertius scripsum.* Iustinus Martyr in admonitorio gẽtium de Sybilla Cumæa scribens sic gẽtes alloquitur: *Vt cultum Dei ex parte conditatis, facue vobis præstruitur ex antiqua Sybilla Cumæa inspiratione quæ iam per oracula vos edocente, quæ nimirũ Prophetarum doctrinæ proxima videntur.* Et quibusdam interpositis, addit. *De salutoris autem nostri Iesu Christi aduentu, & de ijs omnibus, quæ in facturus erat, manifestè pronunciat, quorum notitia nobis necessaria quædam præexercitatio futura est ad sacrorum prophetiarum virorum* Hæc ibi. Augustinus in expositione inchoata Epist. ad Rom. de Sybillinis oraculis, ita scribit. *Fuerunt, & inter gentiles Prophetæ, in quibus etiam aliqua inueniuntur, quæ de Christo cecinerunt, sicut etiam de Sybilla dicitur, quod non facilè crederem, nisi quod Poetarum quidam in Romana lingua nobilissimus antequam diceret ea, de inuentione sacramenti, quæ in Domino nostro regnum, satis concinere, & conuenire videntur, præfatus verbum dicens. Vltima Cumæi venit iam carminis ætas Cumæum autem carmen Sybillinum esse nemo dubitauerit.* Hæc ille. Et de Ciuitate Dei lib. 18 cap. 23. Postquam viginti septem Erithreæ Sybillæ carmina retulit, quorum versuũ literæ capitales hic erant dispositæ, vt hæc verba redderent. *Iesus Christus Dei Filius Saluator*, subdit,

Martini opinio de Sybillis reijcitur.

Clemens.

Iustinus.

Augustin.

Eusebius.

A *Hæc autem Sybilla siue Erithræa, siue, vt magis quidã credunt, Cumana ita nihil habet in toto carmine suo, cuius exigua ista particula est, quod ad Deorum falsorũ siue fictorum cultum pertineat: quinimmo ita etiam cõtra eos & contra cultores eorum loquitur, vt in eorum numero deputanda videatur, qui pertinent ad Ciuitatem Dei.* Hæc Augustinus, qui non solùm ibi, sed alibi sæpè de Sybillarum oraculis meminit, veluti diuinitus inspiratis, sicut etiam antè ipsum Eusebius, dictus Cæsariensis, Arnobius, Lactantius Firmianus Sybillarum versibus, vt propheticè pronunciatis aduersus gentium infidelitatem vruntur.

Arnobius. Lact. Fir.

B Præcipua quædam, & mira Sybillarum carmina de primo, & secũdo Saluatoris aduentu, & eius vita, morte, & resurrectione referũt Sixtus Senens. lib. 2. Biblioth. in verbo Sybilla, & Michael Medina de recta in Deum fide lib. 2. cap. 9. De Sybillis autem ita loquitur Sixtus.

Sixtus Sẽ.

Sybillæ omnes fœminæ, fuerunt Vates Deo plenæ, perpetua virginitate florentes, futurarum rerum præscia, &c. Medina verò prædictus ita scribit: *Inter ea, quæ de Christo, & Euangelica Religione testimonia sunt lata, magnoperè sunt admiranda, quæ Sybillæ; quas diuino spiritu affl atas, vno excepto Cicerone, quod rem Christianæ religionis non caperet, prophanis authores, & Sanctis Patres conuenunt, edidisse deprehendimus, &c.*

Mich. Med.

C Ex quibus perspicuè constat, communiorem esse Patrum, & Doctorum sententiam, Sybillas spiritu propheticò diuinitus eis immisso fidei nostræ mysteria prædixisse.

Quod res etiam ipsa prænũciatæ manifestè declarant, certum est enim, Dœmonibus Incarnationis diuini Verbi Mysterium, præsertim antequam fieret, non innotuisse, & multò minus nomẽ, passionem eius salutiferam, resurrectionem, ascensum in Cœlum, & alia, quæ Sybillinis illis versibus adeo clarè, distinctèq; prædicuntur, ac si ea propriis oculis iam facta vidissent.

D Quibus omnibus adde grauissimum Ecclesiæ testimonium in prosa metrica, quæ legitur in Missa Dominicæ Natiuitatis, in qua de perfida Iudæorum Sinagoga sic loquitur: *Si non Iuis Vatibus, credas, vel gentilibus Sybillinis versibus hæc prædicta.* Nimis igitur audacter, nè dicam temerè, Martinus affirmat secundum communiorem sententiã oracula Sybillarum fanatico, seu Dœmoniaco spiritu pronunciata fuisse,

Io Fr Pic.

Ioannes Franciscus Picus de rerum prænotione lib. 4. in fine multos refert ex antiquis præsertim gentibus asserentes Sybillas furore correptas futurorum euentuum vaticinia protulisse.

E Sed iam ad institutum redeamus. Quartus ille diuinandi modus, quem à Sybillis excludimus, nũcupatur diuinatio per Pytones; qui vt ait Isydorus a Pytone Apolline fuit dictus, quem asserebant Gentiles aut horem esse diuinandi, & primo Regũ vigesimo octauo: De Saule quærente mulierem diuinatricem sic loquitur sacer textus: *Dixitq; Saul seruis suis: quærite mihi mulierem habentem Pytonẽ, & vadam ad eam, & sciscitabo per illam. Et dixerunt serui eius ad eum. Est mulier Pytonẽ habens in Endor.*

Isidorus. Pytones vnde dicti. 1. Reg. 28.

Et

Digitized by Google

Et paucis interiectis. *Diuinus mihi in Pythone, &c.* Deut. 18
& Deuter. 18. *Nec sit Maleficus, nec incantator, nec qui Pythones consulat, nec Diuinos.*

Quintò Dæmones expresiè inuocati futura prædicunt per quasdam figuras, aut signa eorum opera in rebus inanimatis apparentia.

Qui modus in quinque diuiditur modos materialiter, ac per accidens tantum ab inuicem differentes iuxta quinque corporum differentias, in quorum superficiebus apparent figuræ, vel signa: hæc verò sunt primò terrestre corpus, vt lignum, ferrum, aut lapis politus, in quibus si figuræ, vel signa appareant futurorum indicatiua, vocatur ea diuinatio Geomantia. Secundum est aqua, in qua prædicto modo facta diuinatio nuncupatur hydromantia. Tertium est aer, in quo facta diuinatio per figuras, aut signa in eo visa dicitur aeromantia. Quartum est ignis, in cuius figuris, & signis fit ea diuinatio, quæ dicitur Pyromantia. Quintum sunt viscera animalium Dæmonibus in eorũ aris immolatorum, in quibus diuinatio facta dicitur Aruspicium.

Martinus. His addit Martinus lib. 4. capit. 2. quæst. 6. & 7. plusquam triginta diuinandi modos ex signis partim in rebus inanimatis, & partim in rebus animatis apparentibus, ex quibus tamen plurimi mẽbra sunt alicuius ex quinq; iam dictis. Videat eos apud dictum authorem, qui voluerit.

Distinguuntur modi communes Magiæ diuinantis ex pacto cum Dæmone tantum implicito.

EIus verò diuinationis, quæ absque expressa dæmonis inuocatione illius vtitur auxilio, duo sunt genera.

Alterum est: cum in quarundam rerum dispositionibus quidpiam consideratur, vt signum eorũ futurorum, quorum prænotionem habere desideramus. Cuius quatuor sunt species, vel modi præcipui, qui plurimos alios complectuntur.

Primus est diuinationis ex situ, & motu syderũ: & hæc est Astronomica diuinatio, cuius professores Genethliaci nuncupantur, eo quod ex natalium dierum consideratione futura prædicunt totius vitæ cursus accidentia.

Secundus est diuinationis per motus, & voces animalium, ac præsertim auium, vel per sternutationes nominum, aut membrorum saltus; qui diuinãdi modus cõi vocabulo nuncupatur augurium, ab auium garritu sic dictum, vel auspicium ab inspectione auium, quia frequentius ex auium garritu, & motu fieri solet hæc diuinatio. Tertius est eius Diuinationis, quæ fit ex hominum verbis ad aliquid aliud agendum, aut significandum emissis, quæ quis ad ea futura retorquet, quorum præcognitionem inquirit, & hoc dicitur Omen. Cuius D. Thom. exẽplum profert S. D. ex Valerio Maximo, qui libro 1. ca. 5. narrat Romanis deliberantibus, Vtrũ ad alium locum migrarent, tunc fortè Centurionẽ quendam exclamasse, signifer, statue signum, hic optimè manebimus. Quam vocem auditam (inquit Valerius) pro Omine acceperunt, transeundi

A consilium omittentes. Quartus modus est eius Diuinationis, quæ fit ex consideratione quarundam figurarum, aut linearum in manibus hominum, & hæc dicitur Chiromantia, vel in spatulis animalium, & hæc vocatur Spatulamantia.

Alterum Diuinationis genus expressa carens Dæmonum inuocatione sortis modos omnes amplectitur; fit enim ex eorum consideratione, quæ seriò fiunt ab hominibus ad aliquid occultum inquirendum. Hæc verò sunt puncta protracta, figuræ resultantes ex plumbo liquefacto in aquã proiecto, schedulæ scriptæ, vel etiam non scriptæ in occulto repositæ, & sorte acceptæ, vel distributæ,
B festucæ inæquales propositę, & à diuersis acceptę, taxilli proiecti, verba in libro, qui sorte fuerit apertus, occurrentia. Martinus in allegato lib. 4. ca. 2. q. 7. sect. 1. species decẽ, & octo numerat, & explicat accuratè Diuinationis explicitum cum dæmone pactum non habentis, quibus aliæ ferè innumeræ possent adiungi, quoniam earum distinctio non est per formales, & essentiales Diuinationis differentias sed per materias, siue subiecta, vel accidentia tantùm extrinseca. Vbi lector aduertat, plures Diuinationis modos ad vtrumque posse diuinationis genus pertinere, ad illud, scilicet quod cum Dæmone pactum habet explicitum, & ad illud, quod ex implicita tantum pactione futura di
C uinat; idem enim prænotionis, & diuinationis effectus ex eisdem medijs supra nominatis euenit, siue pactum explicitum, siue tantum implicitum cũ Dæmonibus habeat ille, qui diuinat. Qua ratione fortasse Martinus multas diuinationis species à D. Thoma sub vno genere collocatas sub alio constituit: sed D. Th. quod regulare, & frequens est in arte diuinandi sapienter attendens, species diui- S. Thom.
nationis prædicto modo distinxit, & ordinauit.

Illicitam esse diuinationem omnem, quæ fit per Dæmonis inuocationem explicitam, aut implicitam.

D SEd iam de singulis superius enumeratis diuinationis speciebus, siue modis, ea, quæ decet nostræ huius lucubrationis institutum, breuitate differamus. Præmittendum autem hic primò est cum D. Tho. 2. 2æ. q. 95. art. 4. Diuinationem oẽm, quæ fit per Dæmonum inuocationem, siue ea sit explicita, siue tantùm implicita, illicitam esse. Primò. Quia diuinationis eis principium est pactum cum Dæmone initum, in ipsa Dæmonis inuocatione consistens, siue verbis inuocationis formalibus, aut etiam contractum ineuntibus fuerit expressum, siue facto, puta recurrendo ad Dæmonem, sociatè cum eo contrahente fuerit exercitum, & im
E plicitè tantum significatum, vt explicat ibi subtiliter, & erudite Caiet. Illicita est enim cum Dæmone societas, & fœdus iuxta illud Isaiæ 28. *Dixistis,* Caietanus Isa. 28.
percussimus fœdus cum morte, & cum Inferno fecimus pactum. Secundo Dæmon hostis est antiquus humani generis, astutijs suis technis, ac fraudibus hominibus semper assistens, vt eos circumueniat, peccatis implicet ac perdat: recurrentibus, & ab eo veritatẽ medicantib. herbis nonnũq; et vera respõdet, vt allicscant sermonibus eius hinc adhibere, & il-

lius documẽta, veluti regulas in operãdo, & eauẽdo sibi ꝓstituere, arq; ita credulos, incautosq; decipiat, & in ꝑpetuæ dãnationis baratrũ secũ trahat.

Cum igitur à Christianis in Dei filios regeneratis perpetuum debeat esse Dæmoni diuinæ Maiestatis, & humani generis hosti bellum indictũ, læsæ maiestatis crimen, & apostasiæ delictum incurrit, quisquis inuocatione, vel quocumque societatis effectu Dæmoni cultum impendens illius implorat auxilium, vt ibidem explicat Caietanus. Caietan.

QVAESTIO I.

De Diuinatione, quæ fit per Astra.

Probatur est, generibus argumentorum vanam, & superstitiosam esse partem illam Astrologiæ Iudiciariæ, quæ versatur circa liberos humanæ voluntatis actus præcognoscendos, ac prænunciandos.

HIs itaq; præmissis, de prima nunc Diuinationis specie, q̃ fit per astra, dicendum est. Duo verò sunt hic breuiter demõstranda. Primũ est, Astrologiæ iudiciariæ, siue diuinatiuæ professionẽ circa contingentes rerũ euentus, & actus liberę voluntatis præcognoscendos, ac prænunciandos vanam esse, & oĩ prorsus veritatis soliditate destitutã. Secundũ est, eandẽ artẽ in ordine ad rẽ medicã, nauigationẽ, & agriculturã habere physicã certitudinem, & esse valdem vtilem, ac necessariam.

Suppositis igitur ijs, quæ de Magia astronomica diuinatiua, & iudiciaria diximus in præcedenti controuersia. q. 5. probatur primũ octo generib. argumentorũ. Quorum primum dicta continet diuinarum litterarum, ex quibus hæc videntur esse præcipua. Deut. 18. cap. *Gentes istæ, quarũ possidebitis terrã, augures, & diuinos audiunt, tu autem à Domino Deo tuo aliter es institutus.* Vt autem Io. Franc. Pius aduertit lib. 5. de rerũ prænotione, c. 7. nomen illud, *augures*, à D. Hieronymo translatũ est ex hæbreo nomine horam significãte, quo maximus hebræorum Doctor Achinas eos affirmat intelligi, qui tempora supputant, & fęlices horas, ac infelices obseruant. Et præterea vox illa, *diuinos*, oẽs futura contingentia prænunciantes, atq; adeò et Astrologos compræhendit. Isa. 41. cap. *Annunciate, quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, quia Dij estis vos.* & cap. 47. *Stent, & saluent te augures cœli, qui cõtemplabantur sydera, & supputabant mẽses, vt ex eis annunciarent ventura tibi: ecce facti sunt, quasi stipula, ignis cõbusit eos.* Per augures aũt Cęli Astrologos, & Mathematicos intelligendos esse Glossa declarat Hierem. 10. *A signis cęli nolite metuere, & quæ timent gentes, quia leges populorum vanæ sunt.* Locum hunc explicat eleganter prædictus Picus in allegato c. 7. firmum ex eo trahens argumentũ ad confutandam Astrologorum ex astris diuinantium vanitatẽ. Quãẽt geherali. verbis condẽnat Salomõ Eccl. 8. dicẽs: *Multa bois afflictio, quia ignorat præterita, & futura nullo scire põt nũ.* 10. & c. 10. *Ignorat homo quid ante se fuerit, et qđ post se futurũ sit, et quis poterit indicare?*

Deut. 18.

Io. Fr. Pic.

D. Hiero. Achinas.

Isa. 41. & 47.

Hiere. 10.

Eccl. 8

Secundum genus argumentorum Pontificia, & Ecclesiastica decreta complectitur. In quibus præcipuum locum tenet constitutio Sixti V. aduersus Astrologos iudiciarios edita anno 1586. nonis Ianuarij, quæ habetur in fine Directorij Inquisitorũ Ante quam constitutionem Index librorum prohibitorum editus ex decreto Sacri Conc. Trident. in regula 9. sic statuit. *Episcopi verò diligenter prouideant, nè Astrologiæ Iudiciariæ libri, tractatus, indices hi ganiur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus successibus, fortuitis casibus, aut ijs actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certò aliquid euenturum affirmare audent.* His accedunt Iuris Canonici sanctiones 26. quæst. 5. cap. *Quidam inanes*, cap. *non liceat*, cap. *si quis clericus*, & quæst. 7. cap. *Quis existimaret.* In quibus genus omne diuinationum, & illud præsertim, quod fit ex astris Christianis omnibus interdicitur.

Tertium genus ex sanctorum Patrum dictis oritur. Ex quibus acrius Iudiciariam hanc astrologiam confutare videntur Eusebius dictus Cæsariensis lib. 6. cap 9. de Præparatione Euangelica; & libro 14. ca. 4. Augustinus libro secundo supra Genesim ad litteram cap. 17. & libro secundo de Doctrina Christiana, cap. 21. & lib. 5. de Ciuitate Dei, à capitulo primo, vsque ad decimum exclusiuè, vbi multis efficacissimis argumentis vanam ex astris diuinantium artem esse demonstrat. Aduersus quam etiam acerrimè dimicant Chrisostomus in secundum cap. in Matth. & ibidem etiam Gregorius, & Basilius hom. 6. in Genesim. Plures alios recensęt Ioannes Franciscus Picus in allegato lib. 5. cap. 7. Eusebius. S. Augustin. S. Io. chrisostomus. S. Greg. S. Basilius. Picus.

Quartum genus ex communi trahitur Theologorum consensu. Præcipui verò sunt S. Thomas loco supra notato, S. Bonauentura in centiloquio, S. Antoninus in secunda parte titu. 12. cap. primo, §. 6. Petrus de Tarantasia, Ricardus Paludanus, Gabriel, & Maior in quarto sent. Gulielmus Parisiensis in tractatu de legibus, Ioannes Picus lib. 12. in Astrologiam, & eius Nepos, Ioannes Franciscus libro 5. de rerum prænotione, Michael Medina de recta in Deum fide lib. 2. capit. 1. Peretius in suppusc. de Magia libro tertio. Martinus loco supra notato, Azorius lib. 9. Instit. moralium capit. 13. Suarez lib. 2. de superstitione cap. 11. & alij recentiores communiter. S. Thom. S. Bonau. S. Anton. Tarantasia. Ricardus. Paludanus. Gabriel. Maior. Gulielm. Vterq; Picus. Mich. med. Peretius. Martinus. Azorius. Suarez.

Quintum genus sumitur ex iure Ciuili lege secunda Cod. de Maleficiis, & lege Mathematicis Cod. de Epiſc. aud. quibus innixi iuris vtriusq; periti, uno simul consensu, ac veluti agmine colligati in Astrologiæ Iudiciariæ professores vires contendunt, & arma conuertunt.

Septimum genus ex communi sapientum consideratione conficitur. Ac primo Pytagoram huic Astrologiæ diuinatrici nullam fidem adhibuisse, testantur Plutarcus, Laertius, & Theodoretus, eandem etiam à Democrito fuisse contẽptã patet ex illo, quod ei tribuitur, vulgato ꝓloquio: Quod ante pedes nemo spectat, cęli scrutantur plagas. Irrisere, & impugnarunt eã Phauorinus, Panætius Stoicus, & Seneca, Eudoxus, Bion, Auicenna, Carneades, Cicero, & Auerros acriter confutarũt. Plato, & Aristoteles, Philosophiæ Princeps artẽ hanc indignam existimarunt, de qua verba facerent. Alios quam plurimos huius artis contemptores & ho- Plutarcus. Laertius. Theodor. Democritus. Phauorinus. Panætius. Seneca. Eudoxus. Bion. Auicenna. Carneades. Cicero. Auerroes. Plato. Aristot. Eusebius.

& hoſtes referunt Merandulani locis ſupra notatis, & Martinus lib. 4. cap. 3. quæſt. 1.

Poſtremum genus argumentorum ex rebus ipſis, & ex principiis notis lumine naturali deriuatur.

Eſt autem elegans, & dignisſimus ille diſcurſus, quem ex Bardeſane viro rerum Aſtronomicarum peritiſsimo Syro refert Euſebius lib. 6. de Præparatione Euangelica cap. 8. ſic enim vanas Aſtrologorum prædictiones conuincebat. Apud feras lex eſt prohibẽs occidere, fornicari, & adorare ſimulachra: vnde in illa regione nullum templum conſpicitur, nulla mulier meretrix, nulla adultera, nemo fur, nemo homicida: nec Venus Martι cõiuncta, vt alienam quiſpiam ſolicitaret vxorem, potuit efficere. Atqui ſingulis etiam apud eos diebus in medium Cœli Martem peruenire neceſſe eſt, & in tanta regione ſingulis horis naſci homines non eſt negandum. Apud Indos autem, & Bactros multa millia hominum ſunt, qui Brachmanes appellantur: hi tam traditione Patrum, quàm legibus nec ſimulachra colunt, nec animatum aliquid comedunt, vinum, aut ceruiſiam nunquam bibunt, ab omni demum malignitate abſunt, ſoli Deo attendentes. At verò cæteri omnes Indi in eadem ipſa regione adulteriis, cæde temulẽtia ſimulachrorum cultu inuoluuntur; inueniunturque ibi nonnulli, immò vero gens quædam Indorũ eſt in eodem climate habitans, qui homines venantes, atque ſacrificantes deuorant: nec vlli planetarum, quos felices, ac bonos appellant, a cæde, ac ſceleribus iſtis eos prohibent: nec maligni Brachmanos pellere ad malefaciẽdum potuerunt. Apud Perſas lex erat, filias, ſorores, matres quoque ipſas in matrimonium ducere; nec in Perſidie ſolũ, verum etiam quicumque Perſarum ad alia climata orbis è Patria exiuerunt, nefanda hęc diligentes matrimonia celebrarunt: quos aliæ gentes hoc ſcelus abhominatæ Magusſeos appellant. Stuteque vſque ad hodiernum diẽ in Media Aegypto, Phrygia, Galatiaque plurimi Magusſei ſucceſsione patrum eiſdem ſceleribus contaminati.

Nec dicere poſſumus in terminis, & domo Saturni, cum Saturno ipſo in natiuitatibus omnium, Marte aſpiciente Venerem fuiſſe; Amazones viros non habent, ſed tempore veris fines ſuos egredientes cum vicinis conueniunt; Vnde omnes naturali lege eodem tempore pariunt, maſculisq; interfectis ſolas fœminas alunt, bellicoſæq; omnes ſimiliter ſunt, magnam exercitationis bellicæ curam gerentes.

Stultum eſt autem opinari, omnes iſtiuſmodi fœminas prorſus iiſdem natalitiis aſtris eſſe genitas, ſit hoc confirmatius argumento, exemploq; Iudæorum: qui vbicumque terrarum; & gentiũ ſint nati, aut verſentur, inuiolabili obſeruatione, & infantes ſuos octauo die circumcidunt, & omnem diem Sabbathi feriatum, feſtumq; religioſisſimè agunt; Non ſunt autem Iudæi omnes ſub eadem cõſtellatione procreati, nec eos à patriis legibus, & inſtitutis vlla vis, & potentia cœleſtium corporum abſtrahere poteſt; Sed quid dicemus de Chriſtianis? qui innumerabiles toto orbe ſparſi, idem vitæ, genus, atque doctrinæ cuſtodiunt, nec à diſciplina, quam ipſis Chriſtus Dominus tradidit, vel promiſsis vllis, vel minis, aut ſuppliciis vel latum vnguem amoueri poſſunt; An dicturi ſunt, Chriſtianos omnes eodem aſtro eſſe natos? Sed illud maximum eſt argumentum, qui ante ſuſceptam Chriſti diſciplinam patrias leges; & inſtituta ſtudioſisſimè, acerrimèque tenebant, eos poſtea factos Chriſtianos, illis deſertis, abiectisq; longè diuerſam vitam agere, diuerſos ritus, & diuerſisſimam religionem, & doctrinam colere. Itaque nec multas Parthi Chriſtiani ducunt vxores, nec Medi canibus mortuos obijciũt, nec Indi mortuos ſuos cremant, nec Perſicum ſororibus, aut cum filiabus nefario matrimonio miſcentur, Aegyptii Apim, aut canem, aut hircum, aut felem colunt, ſed vbicunque ſunt eiſdem legibus, moribus, & inſtitutis viuunt. Quid plura? ſingulis horis apud omnes gẽtes homines naſcuntur: vbiq; autem leges, atque mores propter liberam hominis poteſtatem prævalere videmus. Nec natalitia ſydera nolentes feras ad homicidium compellunt, aut Brachmanos ad eſum carnium, nec Perſas à ſceleratis nuptiis remouent, nec Medos prohibẽt vita defunctos canibus exponere, nec Parthos mæſtas ducere vxores. Singulæ namq; gentes, vt volunt, & quando volunt, libertate ſua vtuntur, legibus, moribuſque obedientes.

Alia plura ſubtiliora, & maioris ponderis argumenta vide, ſi placet, apud Auguſtinum lib. 5. de Ciuitate Dei cap. 1. & ſequentibus, & D. Thomam 2. 2. quæſt. 95. art. 5. Apud vtrumque Picum locis ſuperius allegatis, & Michaelem Medinam lib. 2. de recta in Deum fide cap. 1. & Pererium in opuſc. de Magia lib. 3. & Suarezium in dicto cap. 11. De ſecundo quæſt. huius capite ſatis diximus in præcedente controuerſia quæſt. 4.

Auguſtin. D. Thom. vterq; Pic. Mich. Med. Pererius, Suarez.

Ex dictis ſequitur hęc vnica Concluſio. Aſtrologiæ Iudiciarię diuinatio tota vana eſt, & illicita. concluſio 1

Argumenta & ſolutiones.

CONtra concluſionem ſunt argumenta, quę referunt, & ſoluunt Sanct. Thom. vterq; Picus, Michael Medina, Pererius, Martinus, Suarez, & Azorius locis ſupra notatis.

QVAESTIO II.

De Diuinatione, quę fit per Auguria, Auſpicia, Aruſpicia, & omina.

Hoc omnes diuinationis modos illicitos eſſe probatur ex ſcripturis.

QVæſtio hęc quatuor amplectitur diuinationis modos, qui ex rerum diſpoſitionibus, veluti ſignis futura prænunciant, qui quanquam ſub vno ſoleant augurii nomine comprehendi, vt etiã ſignificat S. D. in 2. 2. quæſt. 95. art. 3. ſæpe tamen augurii nomen accipitur, prout ſpecialis diuina- S. Thomas

tionis eſt modus ab auſpicio, aruſpicio, & homine ſeparatus, ſicque dicitur augurium ea futurorum contingentium prænotio, ſiue diuinatio, quę fit ex auium garritu, voce, aut cantu, addito nonnũquã ſitu, aut poſitione; putà ſi Cornix, aut Coruus à dextera, vel à ſiniſtra cantus, aut garritus emittat. Auſpicium autem diuinatio eſt ex auium motu, volatu, paſtu, numero, ſtatu, aut habitu futura prædicens: vt ſi domum, aut Vrbem auolantes Columbę deſerant, aut Aquila ſtatuæ, aut capiti alicuius inſederit. Aruſpicium verò futurorum contingentium prænotio, & diuinatio eſt ex auium, aut aliorum animalium in aris dæmonibus immolatorum inteſtinis accepta.

Omen autem communiter dictum ea diuinatio eſt, quę de rerum euentu lęto, vel triſti, fauſto, vel infauſto fit ex hominis dicto, vel facto in aliquem alium finẽ ab eo directo: Vt ſiquis obſeruet, quid ſibi domum egredienti primum occurrat, quam audiat vocem ab aliquo prolatam, ſi, & quotiens ſternuat, aut ſternuẽtem audiat. Propriè verò dictum Omen prænotio eſt futuri cõtingentis ex hominum verbis abſque intentione prolatis accepta, vt patet in exemplo Romani Centurionis ſupra poſito. Hos omnes diuinationis modos, veluti ſuperſtitioſos, ac dæmoniacos diuina ſcriptura condemnat, ac prohibet dicens Deuteron. 18. *Nec inueniatur in te, qui luſtret filium ſuum, aut filiam ducens per ignem, aut qui ariolos ſciſcitetur, & obſeruet ſomnia, atque auguria.* Et infra. *Gentes iſte, quarum poſſidebitis terram, augures, & diuinos audiunt: tu autem à Domino Deo tuo, aliter inſtitutus es*: & Hierem. 27. *Vos ergo nolite audire prophetas veſtros, & diuinos, & ſomniatores, & augures, & maleficos.* & Num. 23. Sanctitatem Iſraelitici populi commendans Balaam ait. *Non eſt augurium in Iacob, nec diuinatio in Iſrael.* Concilium etiam Toletanum 4. cap. 30. pœnas infligit grauiſsimas Epiſcopis, & Clericis aruſpices, aut ariolos, vel augures conſulentibus, vt habetur 26. quæſt. 5. cap. *Si quis Epiſcopus* Quibus etiam Concilium Aurelianenſe ſentẽtiam excommunicationis adiungit aduerſus eos, qui diuinationes, vel auguria crediderint obſeruãda, vt ibidem refertur in cap. *Si quis Clericus*. De his plura ſcribit Azorius lib. 9. c. 15. & 18. & Ioannes Franciſcus Picus lib. 6. de Prænotione, capit. 4. An autem diuinationibus iſtis intendere ſit ſemper mortale peccatum, an quandoque veniale, declarat optimè Caietanus in ſummula, Verbo *Aruſpicium*.

Cõc. Tol.

Cõc. Aur.

Azorius. Picus.

QVAESTIO III.

De Diuinatione Phyſionomica, & Chiromantica.

Diſtinguuntur Phyſionomia, & Chiromantia in ſuas partes, ſine modus quorum ſingulorum rationes explicantur.

AD huius quæſtionis definitionem diſtinguenda, & explicanda primò ſunt nomina, & rationes Phyſonomię, & Chiromantię: deinde futura, quorum prænotionem, ſeu diuinationem dictarum artium profeſſores inquirunt, in ſua ſunt mẽbra, ſiue partes diſtribuenda: poſtremò iuxta ſingula propoſitę quæſtioni reſpondendum.

Phyſionomia generale nomen eſt artem ſignificans ex humani corporis, & membrorum, ſiue partium quantitate, figura, habitudine, proportione, colore, motu, temperie, & ſimilibus prænoſcentẽ, ſiue cõiectantem futura ad animi affectiones, ingenium, mores, & alios futuros euentus in genere, vel in ſpecie, aut etiam in individuo. Artem eſſe Phyſionomiam probat Ariſtoteles in libello de Phyſonomica, eo quod animæ ſequantur corpora, nec ſint impaſsibiles à motibus corporis, vt patet in ebrietatibus, & ægritudinibus: & è contra corpus (inquit) compatitur paſſionibus animę, vt oſtendunt amores, timores, dolores, & voluptates. Ex prędictis autem ſumi futurorum ad affectiones, &c. pertinentium coniecturam, ſiue prænotionem patet ex Ariſtotele in toto illo libello, in quo regulas, praximq; deſcribit ad futura iam dicta ex corporis, & partium eius quãtitate, figura, &c. pręcognoſcenda. Ariſtot.

Diſtinguitur autem Phyſionomia in Metopoſcopiam, Chiromantiam, Podomantiam: addunt, & quidam Onychomantiam. Eſt autem metoposcopia ea Phyſionomię pars, quę ex lineamentis, figura, colore, & habitu frontis, & totius faciei, & capitis futura prænunciat fauſta, vel infauſta. Chiromantia verò futuros enunciat euentus felices, aut infelices ex manuum inſpectione, lineamentis quo ad ſingulas earum partes præſertim interiores conſideratis. Hæc in ſuperſtitionem degenerãs palmam manus diuidit in areolas, Monticulos, & lineas rectas, & obliquas, perennes, ſiue ſimplices, & interſectas, cruces, angulos, triangulos, aut aliquid huiuſmodi referentes, ſingulis areolis, ſingulos planetas, veluti prefectos aſsignat: lineis autẽ aſtra propria depingit, quorum planetarum, & aſtrorum effectus quoſdam in areolis, & lineis diligenter attendit, vt ſecũdùm eorum diſpoſitiones, & differentias futura diuinet. Metopoſc. Chiromit.

Podomantia hęc eadem, vel ſimilia in humano pede conſiderans futura prænunciat. Demũ Onychomantia futurorum notitiã ex vngue pueri impolluti profitetur. Podomit. Onycom.

Vt autem naturales à ſuperſtitioſis phyſionomicis prænotionibus diſcernamus, alia neceſſariò diſtinctione vtendum eſt. Duplex autem eſt phyſionomia, altera phyſica, & altera aſtronomica. Ea phyſicá eſt, quam ſupra definiuimus, cuius doctrinam, & regulas tradidit Ariſtoteles, & quidã alij recentiores. Aſtronomica verò eſt, quæ proportionem quandam, & analogiam in ſingulis humani corporis membris ad planetas, & ſydera ſibi confingens ex diſpoſitionibus, figuris, & habitibus, quos veluti ſyderum effectus in ſingulis humani corporis membris contemplatur, futura merè contingentia, & ex libero voluntatis arbitrio procedentia audaci, ac temeraria quadam animoſitate prædicit.

Eo-

Eodem modo diſtinguitur Chiromantia, quam partem conſtituimus phyſionomiæ; quędam enim eſt chiromantia phyſica, ſiue naturalis, quæ diſpoſitiones conſiderat manuum naturales, & ex eis inclinationes, ac futuros euentus probabili coniectura deducit.

Quædam verò eſt Aſtronomica, chromantia, quæ proportionem, ſeu analogiam linearum, figurarum, & areolarũ, quas in palma manus, ſibi conſixit, attendens, futuros ex cauſis liberis, & contingentibus euentus enunciat.

Multæ futurorum aſſignantur differentiæ, & eorum præſertim, quæ ex libero voluntatis arbitrio deriuantur.

IAm verò futura diſtinguenda ſunt, vt, quæ phyſionomicis artibus prægnoſci valeant, intelligamus. Eſt autem futurorum duplex differẽtia: quædam enim ex cauſis dependent naturalibus: quorum etiam duo ſunt modi; nam quædam neceſſariò, & quædam contingenter euenĩunt. Et rurſus eorum, quæ neceſſario fiunt, triplex eſt ordo, vt ſupra notauimus cum Caietano. Alia verò futura ſunt ex libero voluntatis arbitrio deriuanda: quorum duæ ſunt partes; quædam enim adeò liberè producuntur, vt ex nulla intrinſeca, aut extrinſeca procedant cauſa neceſſaria, vt quod Petrus ſit Paulo librum, aut equum nulla præcedente promiſſione, vel ſtipulatione donaturus, vel quod Imperator ſit infidelibus bellum indicturus, cum nulla præuia nunc videatur neceſsitate compelli. Quædam autem liberè futura ſunt, quorum euentibus, ac efficientiæ quædam admiſcentur cauſæ neceſſariæ, aut etiã liberæ vim inferentes, ac proindè rationem, ac modum integræ, perfectæq; libertatis non habent.

Caietanus.

De quorum genere ſunt actiones illæ, quas Ariſtoteles in Ethicis miſtas appellat inuoluntario, vt quod Mercatores ſæua Maris tempeſtate iactati ſint pro vita tuenda mercium iacturam facturi, aut quod, latro, vel homicida iuſti Iudicis authoritate carceri mancipatus ſit vita priuandus. Sed rurſus futura, quæ plena, perfectaque gaudent ratione libertatis, in duos ſecantur intelligendi, ſiue prænoſcendi, ac prædicendi modos. Poſſunt enim vniuerſaliter concipi, ſicq; concepta prænunciari, vt quod bella ſint futura, aut quod Petrus ſit ducturus vxorem nullam in ſingulari determinãdo, aut quod ſit cum altero pugnaturus.

Ariſtot.

Deinde poſſunt eadem futura ſingulariter concipi, & ſingulariter prænunciari: vt quod ſint Germani cum Turcis, aut Poloni cum Scythis pugnaturi, quod Petrus Flauiæ ſit matrimonio copulandus, aut Cæſar à Bruto ſit occidendus. Sed præterea futura perfectè, plenèque voluntaria in duos modos, ſiue genera diuiduntur; quædam enim ex vniuſtantùm hominis operantis propria voluntate dependent: vt quod ego craſtina die ſim lectioni vacaturus, aut concionem ad populum habiturus. Quædam autem ex his futura ſunt, quæ nõ niſi cum alienæ voluntatis ſimul concurrentis, & cooperantis auxilio fieri, produciuè poſſunt: vt futurum Petri cum Flauia matrimonium, quod vtriuſque conſenſum exigit neceſſariò. Differunt hi duo futurorum modi, quod ea, quæ ſunt ab vna tantũ voluntate producenda, minorem habent incertitudinem, quàm ea, quæ ex duarum, vel plurium voluntatum concurſu, & efficientia ſunt oritura; minus enim incertum eſt, mecras eſſe lecturum, aut oraturum, quàm à te librum eſſe dono recepturũ.

Poſtremò diſtinguuntur eadem futura voluntaria generaliter ſumpta in ea, quorum ſola diuina voluntas eſt cauſa, vt Incarnationis myſterium, & reſurrectio mortuorum, & in ea, quæ ex voluntate creata primi mouentis influxu generali ſuſſulta dependent. Sed, cum dupliciter poſsit conſiderari diuina voluntas, ſcilicet abſolutè, & quatenus lege dirigitur diuinæ ſapientiæ, non quacumque, ſed hominibus conſtituta, duplicis etiam ordinis in ea, veluti in cauſa futura cõtinentur; quædam enim ad ſui productionem nullum creatæ voluntatis actum ſimul cum diuinæ voluntatis operatione concurrentem requirunt, vt Mundi creatio: quædam autem iuxta legem à Deo poſitam, nunquam à Deo fiunt abſque concurſu creatæ voluntatis, vt iuſtificatio, & glorificatio: quæ, quamquam, vt ordini ſubſunt infallibili diuinæ prouidentiæ, certiſsima ſint, ad eorum tamen certitudinem non videntur attingere, quæ ex diuina voluntate, prout eſt à legibus abſoluta, deriuantur; hæc enim vndiq; firmiſsima ſunt, illa verò, prout ex creata hominis, aut Angeli viatoris voluntate pẽdent, nutanti fluctuant indifferentia libertatis.

Phyſionomum naturalem, tria poſſe cognoſcere, ſcilicet, corporis temperamentum, futuram ægritudinẽ, & ſanitatem, & inclinationes ad tales actus liberos, non tamen ipſos actus futuros, & eorum prænotionem multò minus haberi poſſe per Aſtronomicã Phyſionomiam.

HOrum itaq; futurorum, non omniũ, ſed quorundam prænotio ad phyſionomum attinet naturalem, quorundam autem ad ſuperſtitioſum. Ad cuius euidentiam ſcito tria poſſe ex ſignis, & effectibus, aut etiam principijs in homine à phyſionomo naturali cognoſci. Primum eſt corporis temperamentum calidum, aut frigidum, ſiccum, aut humidum, biliosum, aut phlegmaticum, lætũ, aut melanconicum. Secundum ad hoc conſequens eſt ſanitas, aut languor futurus ſecundùm talem, aut talem ſpeciem. Viſa namq; Petri effigie, corporis, & ſingulorum membrorum eius quantitate, figura, proportione, & calore, & manuum, frontis, ac pedum lineamentis de eius temperamento, & ſanitate, vel ſpecie infirmitatis ad illud in quolibet ex quatuor anni temporibus conſequenco phyſionimus naturalis optimè iudicabit. Pars enim eſt hæc ars philoſophiæ naturalis, quæ ex effectib. cauſas, & è contra diſcurſu, ſeu demonſtratione neceſſaria concluſionem, vt in pluribus veram inferente deducit. Tertium eſt inclinatio huius hominis ad tale genus, aut ſpeciem actuum liberorum.

rum, siue puri sint, siue mixtionem habeant cum aliquo actu, vel effectu alterius causæ liberæ, vel necessariæ.

De hac igitur inclinatione physionomus ex signis illi proprijs, & naturalium causarum effectibus secundùm regulas scientiæ naturalis facilè iudicabit, vt patet ex Aristotelis physionomica. S. Thom. Quod etiam significat S. Thomas infra quæst. 115. art. 4. & 2. 2. quæst. 95. art. 5. & 3. contra gent. cap. 154. Et consonat ijs, quæ supra diximus in quæst. de Magia Astronomica iudiciaria: & idem affirmant Medina lib. 2. de recta in Deum fide cap. 1. Martinus Delrius lib. 4. q. 4. Quartum, quòd à physionomo naturali prænosci potest, sunt actus, & effectus ipsius hominis ab eo liberè producti, siue sint omninò simplices, siue sint alterius hominis actibus liberis, aut effectibus causæ naturaliter agentis commisti, quos tamen in genere, vel in specie tantùm: & ex dictis signis, & effectibus, vt leuibus, ac fallacibus coniecturis potest prænoscere; Quamuis enim plures esse videantur, qui propensiones suas naturales, & sensitiuæ partis affectiones sequuntur, pauci verò sint, (soli nimirùm sapientes,) qui prauis suis inclinationibus, & affectibus dominentur, atque ideò frequenter Astrologi, physionomique vera pronuncient, vt ait S. D. locis paulo ante notatis, id tamen merè per accidens est non solum comparatione voluntatis, sed etiam respectu totius hominis, qui per rationem, & voluntatem suis inclinationibus, & affectibus potest facilè dominari, &, à quibus voluerit, actibus abstinere, & oppositos etiam elicere, aut imperare. Actiones autem, aut passiones ordinis supernaturalis, cum naturalium omnium causarum facultatem exuperent, sunt naturali physionomo prorsus ignotæ.

Medina. Martinus. S. Thom.

Ad physionomiam autem astronomicam, & superstitiosam temerè de contingentibus, & liberis ad quemuis ordinem pertinentibus iudicantē futurorum omnes attinent differentiæ. Sed quemadmodum in nulla corporis, aut sensitiuæ partis dispositione, aut affectione veluti in causa continentur actus liberi voluntatis, sic multò minus possunt, quæ sunt ordinis supernaturalis, in vlla causa naturali contineri: Ac proinde vanæ prorsus, ac stultæ sunt omnes physionomorum, aut Chiromanticorum diuinationes, quæ ex his, aut illis corporis lineamentis, quantitatibus, figuris, proportionibus, aut coloribus futura prædicunt ex libera vnius, aut plurium voluntate, aut etiam ex sola diuinæ gratiæ largitate producenda: vt quod Petrus hoc, aut illo anno sit ducturus vxorem diuitem, pulchram, nobilem, &c. quod tali sit futurus dignitate sublimis, quod sit à Principe sæculari, vel ecclesiastico diligendus, &c. Et quo magis ad particularia descēderit vaticinium, eo minus erit ab omnibus æstimandum, & à prudentibus irridendum, vt si physionomus, aut chiromanticus illum Episcopum, Cardinalem, aut Papam futurum esse pronuncier, qui lineam naturalem, mensalem, vitalem, Epatis, rectam, saturniam, montem Veneris, Iouis, Saturni, Solis, Mercurij, Lunæ, & Martis, (sic enim vocant) habuerit intercisa. Potrò, quæ supernaturalia sunt, & ex sola pendent diuina voluntate, nullius hominis arte, vel ingenio præsciri posse declarat Apostolus 1. Corinth. 2. dicens; *Quis hominum scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? ita, quæ Dei sunt, nemo nouit, nisi spiritus Dei.* & Rom. 11. *O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius: Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit?* Qui plura videre desiderat, legat Medinam, & Martinum locis supra notatis.

1. Cor 2. Rom. 11.

Medina. Martinus.

Conclusiones deductæ, & probatæ.

PRima conclusio: Physionomia merè naturalis secundùm totam suam latitudinem sobriè, & prudēter exercita licita est. Probatur primò: Quia regulę Aristotelis in opusculo de physionomia sūt valdè probabiles, & multis experimentis confirmatæ. Et in primo eiusdem operis capitulo probat Aristoteles, physionomicam artem esse, vt ante diximus.

Secundò, quia diuinę scripturæ huius arti nonnullum præbent testimonium. Nam 1. Paralip. 12. de fortibus Israel dicitur: *Facies eorum, quasi facies Leonum, & veloces, quasi Capreę in Montibus.* & Eccles. 8. *Sapientia hominis lucet in vultu eius.* & cap. 19 *Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus.* Eandem conclusionem probat Martinus ex iuris interpretibus asserentibus, quādo plures de aliquo crimine sunt accusati, & captus illum esse primò quæstioni subijciendum, qui facie deformior est; eo quòd credendum sit, eum animo quoque cæteris esse deteriorem. Quibus addit sūmorum Philosophorum consensum, scilicet Pythagoræ, Platonis, Aristotelis, Sexti, & Ciceronis.

1. Paral. 12. Eccles. 8. & 19. Martinus.

Secunda conclusio: physionomia astrologica vana, & illicita prorsus est, nec digna est nomine scientiæ, vel artis. Hæc patet ex dictis, tam in præsenti quæstione, quàm in præcedenti controuersia in quæstione de Astrologia Iudiciaria, & in quæstione prima, huius Controuersiæ. Eius probatio potissima sumitur ex Constitutione Sixti V. aduersus Astrologos iudiciarios superius allegata. Eandem conclusionem pluribus argumentis probat Ioannes Franciscus Picus lib. 6. de Prænotione capitulo secundo.

Picus.

Tertia conclusio: Aegyptij quidam per orbem vagantes, & publicè Chiromantiam exercentes, qui vulgo Zingari nuncupantur, non videntur esse tolerandi. Hanc conclusionem latè probat Martinus loco supra notato quæst. 5.

Martinus.

Argumenta, & solutiones.

COntra secundā Conclusionem sunt argumēta, quæ referunt, & soluunt Martinus in allegata quæst. 5. Azorius lib. 6 cap. 16.

Azorius.

Præcipuum argumentum est ex illis verbis Iob cap. 37. *Qui in manu omnium hominum signat, vt nouerint singuli opera sua.* Quibus verbis significari videtur,

Iob 37.

decem, cuiuslibet hominis opera futura quibuſdã ſignis, ideſt lineis, & figuris in eius manibus eſſe deſcripta; ita vt ex talium inſpectione ſignorum præſcirí facile poſsint futuræ ſingulorum operationes, & euentus.

S. Thom. Sed expoſitio S.D. hunc perſpicuè ſenſum excludit; locum enim illum exponens ait, diuerſis operibus hominum diuerſas aeris congruere diſpoſitiones; quoniã aliud eſt opus noctis, & aliud diei, & rurſus aliud opus exercet homo tempore ſereni tatis, & aliud tempore pluuioſo: quod autem opus cuilibet tempori congruat, diſcernit homo ſecundùm rationem ſibi diuinitus datam; & hoc eſt (inquit) ſignum, quod Deus poſuit in manu, ideſt in operatiua virtute omnium hominum, vt ſciant congruè diuerſis temporibus opera diſtribuere. Alias quaſdam dictorum verborũ interpretationes lege apud expoſitores prædictos: ſed hæc, quã ex Gregorio S.D. accepit, eſt omnium optima.

QVAESTIO IV.

De Diuinatione, quæ fit per ſomnia.

Io. Fr. Pic. TRes antiquorum Philoſophorum ſententias de ſomnijs recenſent, & examinant Io. Franciſcus Picus lib. 4. de rerum Prænotione cap. vltimo, & lib. 6. cap. 7. Medina de recta in Deum fide lib. 1. cap. 1. Pererius in ſuo opuſculo de Magia libro ſecundo, quæſt. 1. & ſequentibus, & Azorius lib. 9. Moralium cap. 17. Somniorum cauſas quinque S.D. aſsignat in ſecunda ſecundæ, quæſt. 95. artic. 6. duas interiores, & tres exteriores. De quibus ibi ſcitè differit Caietanus, adeò, vt nihil amplius à Scholaſtico Theologo deſiderari poſſe videatur, de eiſdem etiam latiſsimè diſputat Picus lucis allegatis. Medina in allegato cap. Pererius in dicto lib. 2. & poſt eum Martinus lib. 4. cap. 3. quæſt. 6. & Suarez lib. 2. de ſuperſtitione ca. 13. & ante eos Bartholomæus Sybilla Decade prima, cap. 8. quæſtione 3. Quibus cum nihil addendum occurrat, & multa nobis maioris momenti ſuperſint examinanda, quæſtionis huius explicationem, & definitionem lectori relinquimus ex dictorum authorũ ſcriptis accipiendam.

Medina. Pererius. Azorius. S. Thom. Caiet. Picus Medina Pererius. Martinus. Suarez. Sybilla.

QVAESTIO V.

De Diuinatione per ſortes.

S. Thom. Picus. Medina. Sayrus. Martinus. Azorius. Suarez. DE ſortium differentijs, & de earum vſu licito vel illicito differunt S.D. in 2. 2. q. 95. ar. 8. & ibi Caietanus, Io. Franciſcus Picus lib. 6. de rerum Prænotione cap. 6. Michael Medina lib. 2. de recta in Deum fide, cap. 1. Gregorius Sayrus libro 4. Clauis regiæ cap. 5. Martinus Delrius lib. 4. cap. 4. Azorius lib. 9. cap. 21. Suarez lib. 2. de ſuperſtitione cap. 12.

Et quia materia hæc parum ad noſtrum attinet inſtitutum, loca Doctorum præcipua ſufficiet indicaſſe, ex quibus veluti fontibus lector in ijs, quę moueri ſolent, difficultatibus hauriat veritatem.

QVAESTIO VI.

A An opera Magorum vniuerſa præſtigioſa ſint, & vana, an verò ſint ex eis aliqua realia, & ſolida.

Magorum opera quędam eſſe præſtigioſa, & quędam realia, & quomodo hęc ab illis diſcernantur.

ALtera Magiæ pars, cuius finis eſt operatio, ex qua denominatur operatrix, tres habet partes præcipuas. Prima eſt: Ars notoria ad ſcientiam acquirendam virtute dæmonis ordinata. Secunda eſt ars ſanitatum, aut quorumcumque vtilium effectuum in corporibus effectiua. Tertia eſt ars maleficiorum in hominibus, brutis, plantis, miſtis, & elementis in vnius, vel plurium hominum damnũ, & perniciem operatiua. Sed, antequàm de ſingulis his Magiæ partibus, & earum membris, quæ plurima ſunt, differamus, tres neceſſariò præmittendæ ſunt quæſtiones generales. Prima eſt: An omnia Magorum opera vana ſint, ſiue præſtigioſa, an autem aliqua ſint vera, & realia. Secunda eſt: An aliqua Magorum opera ſint vera miracula. Tertia: An, & quomodo Magi in ſuis operibus vtãtur dæmonum miniſterio.

Quærimus ergo primò: num opera Magorum C vniuerſa præſtigioſa ſint, an autem ſint ex eis aliqua realia, & ſolida. Quæſtionem hanc verſant, & definiunt Victoria in ſua relectione de Arte Magica, Pererius in Opuſc. de Magia lib. 1. cap. 1. Martinus Delrius lib. 2. quæſt. 6. & Suarez lib. 2. de ſuperſtitione, capit. 16. Sed paucis hic eam verbis S. D. abſoluit tertia ſua concluſione reſpondens, opera dæmonum (quorum auxilio, & virtute in ſuis operibus vtuntur Magi) quæ nobis videntur miracula, res eſſe quandoq; veras, quod probat ex ſcripturis, quia Magi Pharaonis per virtutem dæmonium veros ſerpentes, & ranas fecerunt, & ignis, operante dæmone, de cœlo cecidit, & familiam D Iob cum gregibus pecorum vno impetu conſumpſit, & turbo domum deijciens filios eius occidit: quæ omnia, vt inquit Auguſtinus lib. 20. de Ciuit. Dei, fuerunt opera Sathanæ, non autem phantaſmata. Veritatem hanc optimè probant, & explicant ea, quæ ſcribit hic S. Doct. ad ſecundum, & ſupra quæſt. 110. & 111. & alijs locis ibi notatis, & præſertim de Potẽtia quæſt. 6. art. 5. in quibus etiã locis declarat vberrimè S.D. quomodo poſsint dæmones ſenſus exteriores, & imaginationem hominis immutare. Nec alia docent authores ſupra notati, ſed ex hiſtorijs multa Magorum facta realia, & quędam etiam præſtigioſa commemorant.

Victoria. Pererius. Martinus. S. Thom. Auguſt. S. Thom.

B Sed quomodo præſtigioſa diſcernantur à veris, non videtur vna certa, aut firma regula poſſe definiri. Certum tamen eſſe debet primò, quotieſcunque Magicus effectus dæmonis potentiam exuperat, non eſſe realem, ſed præſtigioſum, vt explicatè Suarez loco ſupra notato. Secũdò certum eſt, in Magorum operibus ea, quæ virtute fieri poſſunt dæmonis naturali non ſemper eſſe realia, ſed illuſorio ſæpè præſtigio ſenſibus apparẽtia, tum quia, Deo impediente, non poteſt ſemper quicquid voluerit

Suarez.

luerit, dæmon operari, tum quia, ſic dæmon, vt inuidus, & hoſtis humani generis mentes hominũ errore ſeducit, & vanitatibus implet. Quare circũſtantiæ tunc operis erunt diligenter conſiderãdæ, vt opera vera, & realiter exiſtentia diſcernantur à falſis, & apparentibus.

Conclusio

Sit igitur vnica Concluſio: Quamuis multa Magorum opera ſint præſtigioſa, ſunt tamen nonnulla, quę talia ſecundùm ſubſtantiam in rebus exiſtunt, qualia ſenſibus noſtris offeruntur. Hanc Cõcluſionem, quo ad vtramq; partem probat, & explicat S. D. locis allegatis, nec authores prædicti meliores adhibent probationes, ſed vera multiplicant.

S. Thom

Argumẽta

Contra concluſionem ſunt argumenta, quæ proferunt, & ſoluunt Sanctus Doctor, & authores ſupra nominati.

QVAESTIO VII.

An Artis Magicæ facultate verum miraculum effici poſsit.

Verum miraculum arte Magica fieri minimè poſſe, & quibus notis vera miracula diſcernantur à falſis.

S. Thom.

EAdem eſt quæſtionis propoſitæ difficultas cũ ea, quam S Doc. in artic. 4. quæſtionis huius 114. de dæmonum impugnatione proponit inquirens; An dæmones poſsint homines ſeducere per aliqua miracula vera. Magi namque fœdere cum dæmonibus inito, non propria, ſed eorum virtute mirabilia perpetrãt. Non poſſe verò dæmones vlla vera, & propriè dicta miracula facere, multis poteſt firmiſsimis argumentis probari, & vberrimè declarari ex doctrina Sanctiſsimi noſtri Doctoris Angelici locis ſupra notatis, quæſt. 110. art. 4. Eandem quæſtionem vertant, & definiunt Victoria in ſua relectione de arte Magica, quæſt. 5. Pererius de Magia lib. 1. cap. 8. & Martinus lib. 2. quæſt. 7. Sed longe ſolidiora, & planius, ac vberius explicata docet S. Thom. locis iam dictis, quibus nihil addendum exiſtimamus.

Victoria. Pererius. Martinus.

Quibus verò notis diſcerni poſsint à falſis, aut apparentibus vera miracula, ex eiſdem locis colligi facile poteſt. Sunt autem quatuor præcipuæ. Prima ſumitur ex effectiua virtute. Si namq; factum, aut operatio ab infinita ſolum poſsit emanare potentia, quæ totam exuperat creatæ naturæ facultatem, vere miraculum eſt: quod à Magis, qui dæmonum miniſterio, & virtutibus operantur rerum naturalium, aut etiam ſenſibus illudunt, effici nulla ratione poteſt. Certum eſt enim diuinæ virtutis influxum non adeſſe maleficis in ijs præſertim, quæ nec ad Dei gloriã, nec ad fidei confirmationem operantur.

Secunda nota ſumitur ex fine: Vera namq; miracula fiunt ad Dei gloriam apud homines exaltãdam, ad veritatem fidei comprobandam, ad vitia ex animis hominum depellenda, & virtutes in eos inducenda, & nonnunquàm ad alicuius hominis ſanctitatem cæteris declarandam. At verò Magi non Dei, ſed propriam, aut etiam diaboli in ſuis operibus gloriam quærunt, lucrum expetunt, mentes hominum falſitatibus implẽt, facinoribus viã ſternunt, furtis, adulterijs, homicidijs, & cuiuslibet generis patrandis maleficijs ſe non ſolum cooperatores, ſed etiam ſigniferos, ac Duces inſignes, ac perfida ſua impietate conſtituunt. Tertia nota eſt operis genus, & qualitas. Miracula ſiquidem vera opera quædam ſunt verè, & realiter exiſtentia, ijs, circa quos, aut quibus cernentibus fiunt, vtiliſsima, & ſecundùm circumſtantias locorum, temporum, perſonarum, &c. rectæ rationi, & legibus præſertim diuinis maximè conſona. At Magorum opera, vel præſtigioſa ſunt, vel facilè deficiunt, vt patet de virgis Magorum Pharaonis in colubros verſis, quos virga Moyſis, prius in colubrum verſa deuorauit: & experimento ſæpè compertum eſt, infirmitatem Magorum incantationibus expulsã leui quadam occaſione pactis Magorum aduerſa redire. Quarta nota eſt modus operandi: fiũt enim vera miracula per orationes ad Deum, & Sanctos piè directas, additis quandoque vigilijs, ieiunijs, & alijs pœnalitatibus ad expianda peccata, & ad Dei miſericordiam impetrandam voluntariè ſuſceptis. At Magi dæmones in ſuis operibus inuocant, figuris, characteribus, verbis ignotis, vel abſurda ſonantibus, vanisq; & ſuperſtitioſis vtuntur ceremonijs, & circumſtantijs, quibus etiam ſanctis, diuinaq; commiſcent ſcilicet verba ſacra, nomina Dei, & bonorum Angelorum, Cruces, candelas ſolemni ritu benedictas, aquam luſtralem, & alia ſacramentalia: quibus addunt quandoq; ſacramenta, fidei abnegationem, & ſacrificia, genuflexiones, & alios adorationis actus, quos dæmonibus exhibent. Ex his itaq; diſcerni facilè poterunt vniuerſa miracula, num vera ſint, an falſa, ſolida, an vana, & præſtigioſa.

QVAESTIO VIII.

An, & quomodo Magi in ſuis operibus vtantur dæmonum miniſterio.

S. Thom.

QVæſtionis huius difficultatem ſoluit egregiè Sanct. Thom. in hoc articulo in reſponſione ad ſecundùm argumentum. Cuius doctrinæ latiorem explicationem habes in præcedenti quæſtione 110. art. 2. & 3. & de Potentia Dei, quæſt. 6. art. 3. & de Malo quæſt. 16. art. 9. ad vndecimum, quorum locorum doctrinam Martinus amplificat libro 1. quæſt. 8.

Martinus.

Victoria.

De hac materia ſcribit eruditè Victoria in ſæpè allegata relectione de arte Magica, qu. 6. quærens, An Magi poſsint cogere dæmones pro ſuo arbitrio: in ſeptima verò, & octaua, quomodo poſsint corpora virtute dæmonum immutari. Huc etiam ſpectant, quæ ſcribit Pererius lib. 1. de Magia cap. ſexto, & Suarez lib. 7. de ſuperſtitione, capitulo 16.

Pererius. Suarez.

QVAE-

QVAESTIO IX.

An Magi per artem notoriam ſcientias valeant efficaciter adipiſci.

Artem notoriam illicitam eſſe, & inefficacem ad ſcientiam acquirendam.

S. Thom. PRoponitur, & ſoluitur hæc difficultas ab Angelico noſtro Doctore in ſecunda 2.q.96. arti.1.vbi duas ſtatuit concluſiones. Prior eſt. Ars notoria illicita eſt, & penitùs repudianda, & fugienda. Cuius probatio eſt; quoniã hæc ars vtitur quibuſdam ad ſcientiam acquirendam, non vt cauſis, ſed vt ſignis pertinentibus ad pacta quædam ſignificationum cum dæmonibus placita, atque fœderata, ergo: Antecedens duas habet partes: & probatur primò quo ad primam, illam videlicet: *non vt cauſis, ſed vt ſignis*; quoniam hæc ars vtitur inſpectione quarundam figurarum, & prolatione quorundam verborum ignotorum, & aliis huiuſmodi, ſed hæc non habent ſecundùm ſe virtutem cauſandi ſcientiam; ergo prædictis vtitur ars notoria, non vt cauſis, ſed vt ſignis.

Secundò probatur, quo ad alteram partem, videlicet, *pertinentibus, &c.* Quoniam ars hæc non vtitur prędictis, vt ſignis diuinitus inſtitutis, ſicut ſunt ſacramentalia ſigna, ergo ſunt ſuperuacanea ſigna, & per conſequens pertinentia ad pacta, &c. Poſterior concluſio eſt: Ars notoria inefficax eſt ad ſcientiam acquirendam. Probatur: Acquiſitio ſcientiæ per hanc artem intenta expectatur à dæmonibus, ergo hæc ars eſt inefficax ad ſcientiam acquirendam. Probatur conſequentia; Quoniam ad dæmones non pertinet illuminare intellectum, at acquiſitio ſapientiæ, & ſcientiæ fit per illuminationem intellectus, ergo.

Maior patet: Minor probatur primò, ex artic. 5. quæſt. 109. vbi probatur, in dæmonibus non eſſe illuminationem actiuam, neque paſsiuam. Secundò ab effectu; quia nullus vnquam per dæmones ſcientiam acquiſiuit. Tertiò authoritate Auguſtini lib. 10. de Ciuit. Dei. cap. 9 dicentis: Porphirium fateri theurgicis theletis in operibus dæmonum animæ intellectuali nihil purgationis accedere, quod eam faciat idoneam ad videndum Deum ſum, & perſpicienda ea, quæ vera ſunt, qualia ſunt omnia ſcientiarum theoremata. Antecedens autẽ probatur: Acquiſitio ſcientiarum per hanc artem intenta, vel expectatur à Deo, vel à dæmonibus; at non expectatur à Deo: ergo à dæmonibus. Maior probatur primò, quo ad ipſam totam diſiunctiuam; quoniam per huiuſmodi artem non intenditur acquiſitio ſcientiæ per modum homini connaturalem, ſcilicet adinueniendo, vel addiſcendo; igitur effectus hic, vel expectatur à Deo, vel à dæmonibus. Deinde probatur, quo ad eam partem, *vel à Deo*; quia certum eſt; aliquos à Deo ſapientiam, & ſcientiam per infuſionem habuiſſe, ſicut 3. Reg. 3. de Salomone legitur 3. Reg. 3. & 2. Paralip. 1. Et diſcipulis ſuis dixit Dominus Luc. 21. *Ego dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes aduerſarij veſtri.* Minor verò probatur: Quia donum ſapientiæ non datur à Deo quibuſcumque, aut cum certa obſeruatione, ſed ſecundùm arbitrium Spiritus ſancti iuxta illud 1. Corinth. 12. *Alij quidem datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ, & alij ſermo ſcientiæ ſecundùm eundem ſpiritum.* & poſtea ſubditur: *diuidens ſingulis, prout vult.* Qđ autem dæmones verbis hominibus colloquentes aliqua ſcientiarum exprimant documenta, hoc ad artem notoriam minimè pertinet, vt in eodem articulo Sanctus Doctor aduertit. Eſt igitur prorſus inefficax ars notoria ad ſcientiam acquirendam. Quid autem poſſit virtute naturali dæmon operari in viribus animæ noſtræ cognoſcitiuis, ſiue illæ ſint ſenſus exteriores, aut interiores, ſiue ſit intellectus, docuit ſupra Sanctus Doctor, quæſt. 111. & hic in reſponſione ad ſecundum argumentum, & de Malo, quæſt. 16. art. 10. & 11. vbi difficultatem hanc vberrimè verſat, ſapienterq; definit: quorum locorum doctrinam Martinus amplificat lib. 2. quæſt. 24. Vbi tamen affirmat, poſſe dæmonem, ſi velit, & ſinatur à Deo, per locutionem, & manifeſtationem ſui conceptus, non tantùm exterius hominem alloquendo, ſed etiam interiori locutione, & ſuggeſtione intellectum illuminando ſcientiam in homine cauſare. Non enim (inquit) video, cur hæc illuminatio, quæ in malum finẽ tendit, dæmoni ſit adimenda, cum hæc cognitio non referatur in Deum, nec cum vlla mentis vera fiat purgatione.

1. Cor. 12.

S. Thom.

Martinus.

His tamen duas addit limitationes. Prior eſt, quæſtionem eſſe de nomine, ſi quæratur, num hæc dicenda ſit illuminatio, an illuſio, an nuda veritatis manifeſtatio. Poſterior eſt, ſcientiam illam, q̃ dæmon infundit, vt plurimum dignoſci, eo quòd non ſit permanens, nec ea poſsit homo vti, cum voluerit, ſed tantùm per modum afflati, vel extatici certis locis et temporibus, aut cauſis; eam autem, q̃ Deus infundit, ſemper, & vbique prompram eſſe. Quæ tamen Diui Thomæ doctrinæ non obſtant bene perpenſæ, quamuis hęc velut illi contraria Martinus afferre videatur, & infuſionis vocabulo abutatur.

Rerum cognitionem à dæmonibus acceptam non eſſe illuminationem, neque ſcientiam, ſed magis illuſionẽ, & deceptionem.

AD cuius euidentiam duo ſunt in doctrina dæmonis ſuggeſtione comparata conſideranda. Primum eſt ipſa rerum cognitio. Secundum eſt effectus ad eam conſequens, qui finis eſt intentus à dæmone: & quo ad neutrum cognitio dæmonis acquiſita miniſterio, ſcientiæ, aut illuminationis vocabulo digna eſt. Cum enim diabolus, vt humani generis inimicus, inuidia flagrans in omni, quã circam quemlibet hominem exercet, operationi, malum, & perditionem eius intendat, circa nobiliſsimas animæ potentias, quæ ſunt intellectus, & voluntas, vires, & machinamenta ſuæ fraudis intendit, ſuggeſtisq; veritatib. falſitates immiſcet, & quas minimè ſinceras edocet veritates, non plenè,

3. Reg. 3. 2. Paral. 1. Luc. 21.

nè,aut satis perspicuè demonstrat, vt sic hominis confusa mens dubitationibus implicetur,quas soluere nesciat, & in errores trahatur veritati viam salutis indicanti contrarios.

Non est igitur illa rerum cognitio dæmonis arte,ministerioq; comparata verè,& propriè scientia,& multò minus illuminatio,sed magis obcæcatio,vel,si sic loqui liceat,obtenebratio. Quod ēt satis apertè significat S.Doct.de Malo, quæst.16. art.12.vbi sic loquitur: *Sicut in rebus corporalibus superior virtus adiuuat,& confortat inferiorem virtutem, ita per lumen Angelicum confortari potest lumen intellectus humani ad perfectius iudicandum, quod angelus bonus intendit,non autem Angelus malus: Vnde hoc modo Angeli boni mouent animam ad intelligendum,non autem dæmones. Ex parte autem specierum Angelus bonus,vel malus potest immutare hominis intellectum ad aliquid intelligendum, non quidem influendo species in ipsum intellectum, sed quædam signa exterius adhibendo,quibus intellectus excitatur ad aliquid apprehendendum,quod etiam homines facere possunt. Sed etiam vlterius Angeli boni,vel mali possunt interius quodammodo disponere,& ordinare species imaginarias,secundùm quod competit ad aliquod intelligibile apprehendendum: quod quidem Angeli boni ordinant ad hominis bonum,dæmones autem ad hominis malum, vel quantùm ad effectum peccati, prout scilicet homo ex ijs,quæ apprehendit,mouetur ad superbiam, vel ad aliquod aliud peccatum,vel ad impediendum ipsam intelligentiam veritatis,secundùm quod per aliqua apprehensa inducitur homo in dubitationem, quam soluere nescit,& sic trahitur in errorem.* Hæc ibi S.Doct.Cū igitur acquisitio scientiæ verè, & propriè dictæ per intellectualis substantiæ ministerium intra sē sus hominis operantis sit illuminatio,quæ dæmonibus salutem,& veritatem,ac viam omnem salutis hominibus ineuidentibus minimè congruit,cō sequens est,rerum cognitionem ab eis accepeam multiplicibus dubitationibus,falsitatibus,& erroribus esse commistam,& acquirenti valdè periculosam,nec scitiam,doctrinamue simpliciter, sed magis illusionem, ac deceptionem esse nuncupandam.

S. Thom.

Martinus.

Et ex his patet,quales fuerint eorum cognitiones,quos Martinus Delrius ibi recensēt,affirmans eos à dæmone scientiam accepisse. Qui libro tertio,quæst.4.sect.2. ritus omnes recensēt, quibus stulte quidam existimant, scientiam infusam diuinitus posse comparari, & suam ibi sententiam in melius mutans,aut luculentius explicans ait,nihil scientiæ talium rituum obseruatoribus infundi, sed dæmones eos obsidere,& eorum turbata phātasia,per eos loqui, linguam eorum mouendo ad quædam illis incognita,& arcana proferendum, quod esse verum multorum exempla celeberrima comprobarunt.

QVAESTIO X.

An Magia potestatem aliquam habeat in dæmones.

TRia supersunt adhuc breuiter attingenda. Primum est:An Magia potestatem aliquam habeat in dæmones. Secundum est: An obseruantiæ Magicæ ad proficuas corporum immutationes ordinatæ sint efficaces,ac licitæ. Tertium est: An aliqua,& quæ per artem Magicam ad nocendum hominibus,& rebus ad eos pertinentibus fieri possint Maleficia.

Nullis Magicis artibus cogi posse dæmones directè, & immediatè,sed tantùm indirectè & mediatè,virtute pacti cum ipsis dæmonibus fœderati.

QVærimus ergo primò, num insit aliqua Magiæ facultas in dæmones. Omissis autē antiquorum quorundam philosophorum,ac præsertim Hermetis,& Porphyrij deliriis,quæ refert, ac validè confutat Ioannes Franciscus Picus lib.7.de rerum Prænotione,cap.4.dico primò, nullis Magicis artibus directè,& immediatè posse dæmones, annulis,imaginibus,phialis,vel cuicumque corpori,aut alicui ex eius partibus alligari, vt inde non exeant,vel etiam interrogantibus vera respondeant,nec eisdem artibus posse ab iis corporibus, siue locis expelli,quibus fuerint applicati,vel efficaciter cogi ad aliquid operandum. Probatur hoc dictum primò; Quia dæmones sunt nobilissimi spiritus naturæ suæ dignitate,& ordine, ac proindè mentis acumine, & agendi facultate quolibet homine,secluso supernaturali diuinæ virtutis influxu,superiores; igitur nullis artibus possunt ab homine dæmones alligari,aut violenter expelli, aut efficaciter cogi ad aliquid operandum.

Picus.

Antecedens patet ex supra dictis in hoc, & in præcedenti tractatu, & probatur ex diuina scriptura Iob 41.vbi magnificis verbis Deus describit naturalem summæ nequitiæ coniunctam Sathanæ facultatem,& tandem concludens ait: *Non est super terram potestas,quæ comparetur ei, qui factus est,vt nullum timeret,omne sublime videt:ipse est rex, super omnes filios superbiæ.* Secundò probatur idem: Quia Magi dæmonibus præcipientes,& in suis operibus eorum volentes vti ministerio,verba proferunt,figuras,characteres, & lineamenta describunt, motus,& alias quasdam adhibent ceremonias,& rebus nonnunquam vtuntur corporeis, animalibus,scilicet plantis,lapidibus,& huiusmodi: cōstat autem ex supradictis, figuras,characteres, & verba,secluſa diuina,& ecclesiastica institutione, nullius esse virtutis,aut efficacitatis in alterū, cum sint meræ signa:motus autem,& cætera quæcumque corporea,tam substantiæ,quàm accidentia in spiritus agere sua virtute non possunt;semper enim agens debet esse passo præstantius,totus autem ordo corporeorum toti subijcitur spirituū latitudini. Et confirmatur vis huius argumenti: Quia nullis verbis,figuris,aut characteribus herbis,aut ceremonijs potest homo physicè, & efficaciter hominem alligare, in carcerem trudere, ac detinere,aut e loco pellere, aut cogere ad aliquid operandum,ergo multò minus Angelum, siue bonum,siue malum,qui naturæ suæ dignitate supremum tenet ordinem in Vniuerso.

Iob 41.

Secundò dico:Magicam omnem artem,& facul

tatem

tatem dæmonibus imperandi pacto nec cum ipsis dæmonibus, aut cum aliquo inter eos principe fœderato.

Probatur: Quia, Cum signa, & ritus iam dicti nullam habeant naturalem virtutem in dæmones, nec à Deo, vel ab Ecclesia, diuinitus inspirata fuerint instituta; consequens est, ea fuisse ab ipsis dæmonibus adinuenta, & hominibus tradita, vt eis tanquam percussi fœderis, ac reuerentiæ signis, veluti verbis, siue nutibus dæmones inuocantibus vterentur Magi, dæmonum mancipia constituti, mercedem suæ miseriæ deditionis leuissimam recipientes. Sed, qui superbia tumidi Deo creatori plurimis, ac maximis eos donis, ac beneficijs, quo cani subesse, ac eius imperio parere recusarunt, & naturæ, simul, & gratiæ fœdera diuina promissione sancita violarunt, multò magis characteribus, verbis, ac ritibus ab illis institutis innixa pacta confringent, nec homini, se deuinctos esse patientes multis versutiæ suæ technis, & artibus hominibus sibi confœderatis illudent. Quod non rarò contingisse multa veterum, ac recentiorũ scripta testantur, & plurima nostri sæculi vulgatissima declarant experimenta.

Tertiò dico Magos mediatè, & indirectè posse dæmones alligare, pellere, vel cogere ad aliquid operandum. Probatur: Quoniam in dæmonibus secundùm perfectiones naturales consideratis remanet adhuc ordines, & Hierarchiæ, & consequẽter prælatio quorundam ad alios, vt supra docuit Sanctus Thomas quæstione centesimanona, articulo primo, & secundo, superior autem dæmon, veluti prælatus coactiuã habet potestatem in inferiores; igitur Magus, fœdus habens cum aliquo dæmone, qui sit in aliquo ordine, vel etiam hierarchia dæmonum princeps, poterit eo mediãte subditum quemque dæmonem alligare, pellere, aut ẽt (moraliter saltem) cogere ad aliquid operandũ, sed principem ipsum cogere minimè poterit, vt probant argumenta pro secundo dicto paulò antè producta.

De hac materia latè differunt Ioannes Franciscus Picus loco supra notato, Bartholomæus Sybilla Decade tertia, capit. 8. quæst. 1. & 2. Victoria in sæpè allegata relectione de arte Magica, quæst. 6. Martinus Delrius libro secundo, quæst. 3. Quibus verò modis licitè, & efficaciter possint dæmones coerceri, docent eisdem locis authores prænominati.

Pirus. Sybilla. Victoria. Martinus

QVAESTIO XI.

An obseruantiæ Magicæ ad proficuas corporum immutationes ordinatæ sint aliquius efficaciæ, & an licitè valeant exerceri.

PRior quæstionis propositæ difficultas facilem habet solutionem; certum est enim, eas omnes corporum vtiles immutationes à dæmone fieri posse, Deo permittente, quæ virtutem eius non excuperant naturalem, atque ideò posse Magum suis artibus dæmones compellendo sanitates aliquas, & alios etiam effectus homini proficuos per eos, veluti ministros operari.

Posteriorem autem difficultatem determinat Sanctus Doct. in secunda secundæ, quæst. 96. artic. 2. Regulas autem, quibus vanas obseruantias dignoscere valeamus, Sanctus Doctor assignat in eodem articulo secundo, & in quarto. de quibus minutè, subtiliterque distinctis latissimè differit Martinus Delrius lib. 3. parte secunda, de Vana obseruantia, & post eum Sayrus in sua claui regia lib. 4. capitulo sexto, Suarez lib. 2. de superstitione, cap. 15. & ante istas Sybilla Decade tertia, capitulo nono, quæst. 3. & sequentibus. Sylueiter, & alij Summistæ in Verbo Superstitio.

S. Thom. Martinus. Sayrus. Suarez. Sybilla. Sylueiter.

QVAESTIO XII.

De Magia Cabala.

opinio Rabbinorum, & Ioannis Pici Mirandulani.

CAbalisticæ Magiæ figmentum cæteris vanis obseruantijs annumerandum censeo. Vt autem leuissima, superstitiosaque illius esse documẽta demonstremus, necesse prius est eius nominis originem, & sensum aperire, deindè significationis illius membra distinguere.

Docent Hebræorum Rabbini, traditam à Deo fuisse Moysi quandam scientiã in monte Sina gentis illius senioribus perpetuæ generationis successione futuris oretenus, secretoque communicandam, & ideò Cabalam fuisse nuncupatam; hoc enim nomine receptio quædam ex aure in aurem successiuè deriuata significatur; vox enim hæc, Cabala idem sonat, quod latinè recipio. Huius verò scientiæ duplicem aiunt esse differentiam; Alteram, quæ sensibus sacrorum voluminum philosophicis rationibus explicandis intendit; Alteram dicunt esse Beresith, ideſt Cosmologiam, cuius tota doctrina versatur circa primum librum Moysis, quẽ Genesim latinè nuncupamus; eo quòd ibi rerum omnium naturaliũ generatio, siue productio describatur. In hoc volumine dicunt Rabbini rerũ vniuersarum à Deo creatarum propria nomina contineri earum naturas, proprietates, & vires intelligentibus exprimentia.

Rabbinorũ opinio.

Hanc itaque posteriorem scientiæ Cabalisticæ differentiam, siue partem affirmant circa Diuinas, Angelicasq; virtutes, & sacrorum nominum significata symbolicè considerandа versari, cuiusque munus esse circa litteras, numeros, figuras, res, nomina, lineas, puncta, apices, spiritus, & accentus abditissima mysteria perscrutari. Sed hãc iterum in duo membra distinguunt, quorum alterum nuncupant Arithmeticam: quæ nomina, virtutes, proprietates, & conditiones cõtemplatur Angelorum dæmonum, & animarum: Alteram autẽ vocant Theomantiam, cuius est diuina numina, productiones, & mysteria speculari.

Dicunt ergo Rabbini, quemlibet huius scientiæ peritum miris rerum agendarum pollere virtutibus, futura præscire, & rebus omnibus tam

sublunaribus, quàm cœlestibus, tàm corporeis, quàm spiritualibus imperare; adeò, vt vniuersa veteris & noui testamenti miracula virtute Cabalæ fuisse perpetrata non vereantur asserere. Dicũt enim, Moysen per Cabalisticæ disciplinæ potentiam virgam in colubrum, & aquas in sanguinem conuertisse, ranas, muscas, locustas, bruchos, vesicas, grandinem, ignem, tabem Aegyptijs immisisse, primogenitum omne ab homine vsque ad pecus interemisse, in Mari Rubro filijs Israel viam aperuisse, aquam eduxisse de petra, coturnices è cœlis deduxisse, aquas amaras dulcorasse, nubis eos lumnam per diem, ignis verò per noctem populo viam in solitudine præmonstrantem effecisse, verba Dei de cœlis euocasse, rebelles igne, murmurantes lepra vsos fuisse, seditiosos hiatu terræ eos absumente in infernum viuentes demisisse, populum manna de cœlo descendente pauisse, à serpentum morsibus eum liberasse, vestes eius à corrosione seruasse, & victoriam aduersus hostes reddidisse.

In eandem Cabalæ facultatem referunt vniuersa miracula, quæ de Iosue, Elia, Eliseo, Daniele, Christo Domino, & alijs Sanctis diuina scriptura commemorat. Quam opinionem ex parte secutus est Ioannes Picus in suis Conclusionibus, & in Apologia. Ex multis enim, quas de Cabalistica Magia statuit, conclusionibus quinque sunt prædicto Rabbinorum errori non obscurè fauentes. Picus.

Prima est: Nulla potest esse operatio Magica alicuius efficaciæ, nisi annexum habeat opus Cabalæ explicitum, vel implicitum.

Secunda est: Nulla nomina, vt significatiua, & inquantùm nomina sunt, singula per se sumpta in Magico opere virtutem habere possunt, nisi sint Hebraica, vel indè proximè deriuata.

Tertia est: Sicut characteres sunt proprij operi Magico, ita numeri sunt proprij operi Cabalæ.

Quarta est: Sicut per primi agentis influxum, si fit specialis, & immediatus, fit aliquid, quod non attingitur per mediationem causarum, ita per opus Cabalæ, si fit pura Cabala, & immediata, fit aliquid, ad quod nulla Magia attingit.

Vltima est: Quicquid dicant cæteri Cabalistæ, ergo prima diuisione scientiam Cabalæ in scientiam Sephirot, & Semot, tamquàm in practicam, & speculatiuam distingerem. Quibus conclusionibus satis perspicuè Cabalisticæ vim tribuit, & efficaciam. In Apologia verò postquàm verè, ac propriè dictæ scientiæ Cabalæ patefecit originem, & rationem eius explicauit, & in plura significata, siue membra distinxit, adiungit eam esse primam, & veram Cabalam, quam in suis exprimit Cõclusionibus, quamquàm etiam de alia se nonnunquã in suis conclusionibus asserat meminisse.

Cabalam secundùm sui primam originem bonam esse, & à Deo reuelatam. Sed prout à Rabbinis asseritur, efficax ad patranda miracula, impiam, & hæreticã esse figmentum.

VT autem certa, & Christianæ pietati consona discernamus à falsis, & Catholicæ veritati, ac rectæ rationi contrarijs, vnica distinctione valdè necessaria vtendum est. Dupliciter enim de Cabala loqui possumus: Vno modo, quo ad propriã eius rationem, & primam originem ex diuina, vt creditur, institutione deriuatam; Alio modo, prout in opinione quorundam est Rabbinorum. Si de Cabala sermo fit priori modo sumpta, facilè crediderim eam à Deo Moysi fuisse reuelatam, & à Moyse septuaginta senioribus, Deo iubente, fuisse communicatam: sicq; de aure in aurem per multas in illo populo seniorum successiones vsque ad Esdram, & alios eiusdẽ ætatis seniores fuisse trãsfusam, vt ex Origenis, Hilarij, & Hieronymi dictis satis apertè probat Ioannes Picus, additis ẽt nonnullis diuinæ scripturæ verbis illi fauentibus, de quibus infra. Adde præterea, satis esse probabile, doctrinam hanc ab Esdra diuinitus admonito in septuaginta voluminibus fuisse descriptam, impositio præcepto, vt ea solis Hebreæ gentis sapientibus communicarẽtur. Quæ volumina summa impensa conquisita Ioannes Picus se legisse fatur, & in eis multa, immò pẽnè omnia fidei nostræ consona reperisse. Picus.

Si verò de Cabala sermo fit altero modo sumpta, idest quo ad practicam illam excellentiam, & efficaciam, quam illi quidam ex Rabbinis tribuerunt, impium, & hæreticum est figmentum ab omnibus fidelibus execrandum, & tamquàm vanum, & stultum à verè sapientibus irridẽdum. Quod pluribus non minus euidentibus, quàm firmis probatur argumentis. Ac primò duplex huius opinionis videtur esse fundamẽtum: Alterum est, nominibus hebraicis rerum naturas, & essentias significari; Alterum est, pronunciatis ab eo nominibus hebraicis, qui perfectam eorum habuerit intelligentiam, res illis nominibus significatas subijci pronunciantis arbitrio, & eius nutui ac mandatis obtemperare. Sed primò veluti satis probabili concesso (quod tamen negant Medina libro secundo, de recta in Deum fide, cap. septimo. §. *Præterea falsum est*, & Pererius lib. 1. de Magia, cap. 10.) secundùm vanissimum, ac stultũ est. Primò: Quia nullam ex scripturis, aut sanctorum dictis, aut factis fidem habet. Medina. Pererius.

Secundò: Quia nihil absurdius dici potest, quàm res mutes, vt elementa, saxa, sydera, & vniuersa cœlestia corpora, & bruta cuiusq; generis, tam syluestria, quàm domestica, & homines ratione præditos, ac Angelos intellectualis perfectionis nobilitate sublimes, hæc inquam omnia pronunciatis hebraicè eorum nominibus ab vno aliquo Rabbinorum, illius statim veluti subdita præceptis obtemperare, siue nominum suorum significata percipiant, vt homines, & Angeli, siue solùm verborum sonum aures corporis, terientem excipiant, significatas autem nominibus essentias non intelligant, vt bruta, siue demum, nec exteri sensi notitiam habeant, vt saxa, & plantæ, quibus nulla vis inest cognoscitiua.

Tertiò: Quia, vel hæc tanta vis hebraicorum nominum ad miracula perpetranda conuenit illis ex primæua, & quasi naturali significandi ratione,

Digitized by Google

tione, quam illis tribuit Adam iuxta illud Geneſ. Gen. 2. ſecundo. *Omne enim, quod vocauit Adam anima viuentis, ipſum eſt nomen eius*. Vel conuenit illis nominibus hæc virtus ex ſupernaturalis diuinæ largitatis influxu.

Primum dici non poteſt; quia nihil nominibus illis tribuere potuit Adam, quod naturalem hominis excederet facultatem: conſtat autem virtutem patrandi miracula, ſupra totius naturæ potentiã eleuari.

Secundum autem, præterquam quod omninò voluntariè, & abſque vllo fundamento diceretur, multa ſecum, eaq; maxima fert abſurda. Sequeretur enim primò, nominibus illis à quocumq; prolatis miracula fieri pro libito proferentis. Probatur illatio: quia poteſtas eorum nominum non ex loquentis hominis intelligentia, ſed ex ſupernaturali diuinæ virtutis influxu penderet. Et quemadmodum verba, quibus Chriſtiana Religio, veluti formis, ac inſtrumentis vtitur in Sacramentis ad expiãda peccata, & gratiam iuſtificationis hominibus conferendam, à quouis Eccleſiæ miniſtro, tam ignaro, quàm ſapiente ritè prolata eundem habent expiationis, & iuſtificationis, ſiue gratificationis effectũ, ſic hebraica nomina, ſi ſupernaturalem haberent à Deo virtutem, eadem miracula ſemper efficerent, à quocumque pronunciata ritè fuiſſent.

Secundò: Si plurimi (quod poſsibile eſt) perfectam haberent dictorum nominum cognitionem, ſequitur eos pro ſuæ voluntatis arbitrio poſſe miracula facere præter, & ſupra totum ordinem Vniuerſi, atque ita paſsim pro huius, aut illius Rabbini, vel capientis arbitrio rerum ordo turbaretur, & nihil eſſet firmum, aut conſtans in Vniuerſo.

Tertiò ſequitur, diuinam omnipotentiam fuiſſe creaturæ communicatam. Sequela probatur ex Diuo Thoma ſecunda ſecundæ, quæſt. centeſima ſeptuageſimaoctaua, articulo primo, ad primum, 8. Thom. vbi ex hoc, quod diuina omnipotentia non poteſt creaturæ communicari, deducit, impoſsibile eſſe, quod principiũ operandi miracula ſit aliqua qualitas habitualiter manens in anima: Ó tatem autem ex eorum opinione, contra quos diſputamus, virtutem ad patranda miracula nominibus illis hebraicis per modum habitus in eis permanentis à Deo fuiſſe collatam. Probat autem ſuam conſequentiam ibi Sanctus Doctor, quia virtus miraculorum extenditur ad omnia, quæ ſupernaturaliter fieri poſſunt, quorum cauſa eſt omnipotentia Dei.

Poſtremò: Si tanta eſt eorum nominum efficacitas, conſequens eſt, Rabbinos omnes Hebræorũ poſſe nominibus illis pronunciatis, creaturis omnibus pro libito ſuæ voluntatis imperare, & eadẽ, ac longè maiora miracula facere, quàm ea ſint, quæ diuina ſcriptura narrat feciſſe Moyſen, Ioſue, Eliam, Eliſeum, Danielem, & alios: ac proindè poterunt prodigioſas, ac peſsimas illas Aegypti plagas Chriſtianis inferre, cum voluerint, ſeruitutis iugum excutere, Mariã diuidere, manna, coturnicesq; de Cœlo trahere, contrarias ſibi nationes aſſ

A liciter debellare, Soli, cæteriſq; cęleſtibus ſphæris rapidiſsimè motis quietem imperare, ignem è cęlo deducere, leproſos mundare, languentes curare, mortuos ſuſcitare, currus, & equos igneos efformare, quibus vectoribus cum omnium intuentiũ admiratione per aera volitent.

Quorum nullum Rabbinos Cabaliſticæ ſcientiæ profeſſores, & in ea doctiſsimos effeciſſe, aut efficere potuiſſe perſpicuum eſt. Nam, ſi tanta eſt eorum, quantam ſibi per ea nomina tribuunt poteſtatem, ea profectò non ſemel vſi fuiſſent, vt à ſuorum hoſtium, quorum ſæpe fuere captini, ſe poteſtate vendicarent, & vt feliciter illis vniuerſa

B ſuccederent, & glorioſi præ cæteris orbis nationibus apparerent.

Sed forteſſe ſciolus quiſpiam ex Rabbinulis reſpondebit, nominibus hebraicis nullam ineſſe virtutem, niſi ritè fuerint pronunciata, legitimæ verò pronunciationis modos in captiuitate Babylonica periiſſe, nec ab Eſdra propheta Rabbinorum maximo fuiſſe reparatos. Sed hoc effugium nullius illis eſſe præſidij plurima declarant ex ijs, quę ſupra produximus, argumenta.

Probant enim, vanam, & nullius efficacitatis eſſe Cabalam abſolutè ſumptam, & ſub quibuſcunque temporum, locorum, perſonarum, ac modorũ

C circumſtantijs, & conditionibus conſideratam. Neque vacat, aut expedit ſtultitiam hanc inſignẽ, & euidentem pluribus argumentis exagitare.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

EX dictis ſequuntur tres concluſiones. Prima eſt: Probabile eſt, Cabalam ſecundùm propriam ſui rationem, & primam originem à Deo in monte Sinai, Moyſi fuiſſe reuelatam, & ab eodem ſeptuaginta ſenioribus fuiſſe communicatam, &

D de ore in os, ac de aure in aurem ſuccedentium in Hebræo populo ſeniorum vſque ad Eſdræ prophetæ tempora tranſijſſe, & ab eodem ſcripturæ ſenioribus tantùm communi ãdæ fuiſſe commendatã.

Probatur hæc concluſio primò: Quia, cum duo conſiderentur in ſacris literis, verba ſcilicet, & eorum intelligentia, ſiue littera, & ſpiritus, verbis longè præſtantior eſt intelligentia, & ſpiritus litteræ: comparantur enim ſenſus, & verba, vt gladius, & vagina: Verborum enim ſenſus, & intelligentia gladius eſt iuxta illud Apoſt. ad Epheſ. *Et gladium* Epheſ. *ſpiritus, quod eſt Verbum Dei*. Qua loquendi forma ſignificatur, verbum non eſſe gladium, niſi ratione ſpiritus, & ſenſus incluſi. Cuius vim exprimens

E idem Apoſtolus ad Hebr. 4. ſic loquitur: *Viuus eſt* Heb. 4. *enim ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animæ, ac ſpiritus, compagum quoque, ac medullarum, & diſcretor cogitationum, & intentionum cordis.* 2. Cor. 3. *littera* (inquit) *occidit, ſpiritus autem viuificat*. Cũ itaque Deus per Moyſen legem ſcriptam tradiderit populo Iudæorum, ſub qua diuina nouæ legis myſteria, veluti ſub cortice tegebantur, neceſſe fuit legis illius antiquæ ſenſum ſapientioribus il-

lius populi viris secretò, & hæreditaria quadam successione reuelari, vt illustrati, confortatiq; vitali fidei lumine ad nouum testamentum pertineo te, finem legis Christum, & præcipua salutis huma na mysteria radioribus iuxta cuiusque captum, & modum indicarent. Quod ita vere factum fuisse narrat Esdras lib. 4. cap. 14. dicens; *Scripti sunt per quadraginta dies libri ducenti quatuor: Et factum est, cùm complanissent quadraginta dies, locutus est altissimus dicens. Priora, quæ scripsisti, in palam pone, & legant digni, & indigni, nouissimos autem septuaginta conseruabis, vt tradas eos sapientibus de populo tuo. In his enim est vena intellectus, & sapientiæ fons, & scientiæ flumen. Et feci sic.* Secundo probatur conclusio ex Patribus. Et primo Origenes exponens dictum illud Apostoli Rom. 3. *Quia credita sunt illis eloquia Dei, Considerandum est* (inquit) *quia non dixerit litteras esse creditas, sed eloquia Dei*: Et quibusdam interiectis adiungit. *De Moyse, prophetisq;, & cæteris horum similibus hæc intelligenda sunt dicta, quibus sunt credita eloquia Dei: addes, & si quis apud eos sapiens, & intelligens auditor, & mirabilis consiliarius fuit.* Hæc Origenes. Quibus verbis satis apertè significat, præter legis verba dignius aliquid, nimirum spiritum, & intelligentiam mysteriorum hebraeis, non quidem omnibus immediatè, sed mediis senioribus, & præstantioribus fuisse traditã. Quod etiam expressius affirmat Hilarius in expositione Psalmi secundi dicens. *Erat autem à Moyse ante institutum in omne synagoga 70. esse doctores: Nã idem Moyses, quamuis veteris testamenti verba in literis condidisset, tamen separatim quædam ex occultis legis mysteria, 70. senioribus, qui doctores deinceps manerent, intimauerat: Cuius doctrinæ etiam Dominus in Euangelio meminit dicens. Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi: omnia quæcumque dixerint vobis, facite, & seruate; Doctrina verò eorum manet in posterum.* Hæc Hilarius. Quibus nil clarius pro conclusione nostra dici poterat.

Esdræ 4.

Origenes

Hilarius.

Secunda conclusio: Magia Cabalistica nullius est efficaciæ ad perpetranda miracula, vel mirabilia. Hãc probãt euidenter argumẽta supra posita.

Tertia Conclusio; In exquirendis mysteriis circa nomina, syllabas, elementa, puncta, & accentus hebraicæ scripturæ, siue locutionis non est anxiè laborandum. Probatur primo: Quoniam hæc tam scrupulosa, minutaque consideratio non ad verã, & à Deo traditam diuinorum mysteriorum cognitionem, sed ad superstitiosam Magiæ Cabalisticæ partem attinet, cui cæca nimis temeritate Rabbinuli virtutem ad patranda miracula diuinæ potẽtiæ propriam tribuerunt. Secundò: Quia neque scriptura noui testamẽti, neque Sancti Patres, neque Scholasticæ Theologiæ doctores ex horum adeò subtili consideratione mysteria fidei Christianæ deduxerunt. Quamquam enim in diuina scriptura plura Sãctis à Deo nomina legamus impolita quæ futuram insignium personarum ex diuina largitate gratiam, munera, & opera declararent, non ideò tamen consequens est, in omnibus omninò diuinæ scripturæ vocibus, & earum syllabis, ac elementis, aut etiam in punctis, apicibus, & accentibus latere mysteria, quæ proindè sint à Theologis, & diuini verbi Concionatoribus subtiliter, & scrupulosè venanda, & ex Cathedris, & suggestis populo prædicanda. Regulas habemus ex scripturis, & patribus generales, euidentes, ac solidas ad litterales, ac mysticos ex diuina scriptura sensus eliciendos, de quibus supra quæst. 1. art. 10. differit S. Doc. & eius expositores. Illas autem Rabbinicas regulas neque scripturæ significarũt, neque Sancti Patres approbarunt, sed veluti leuissimas, ac vanissimas, & diuinarum scripturarum, ac mysteriorum maiestate minimè dignas abiecerunt.

S. Thom.

Argumenta, & solutiones.

CONtra primam Conclusionem sunt argumenta non magni põderis, quæ proponit, & soluit Ioannes Picus loco superius allegato.

Picus.

Contra secundam, & tertiam conclusionem nulla, quæ viderim, producuntur argumenta.

QVAESTIO VLTIMA.

De maleficijs.

Maleficij significationes, & differentiæ.

MAleficium æquiuocum nomen est secundùm analogiam attributionis, & primò dicitur de malo, quod vnus quocunque modo causat in altero, vt morsus vulnus, ægritudo, aut de damnosis rebus ad aliquem pertinentibus illato. Secundò dicitur Maleficium magis stricte de re venefica, quæ ex fœdere cum dæmone percusso Magus vtitur veluti instrumento à Dæmone sibi demonstrato, vel etiam exhibito ad nocendum. Tertiò dicitur Maleficium de mero signo, quod fit à Mago, vt eo facto Dæmon ex fœdere, & promissione præcedente malum aliquod inferat alicui in persona, aut in rebus ad eum pertinentibus. Quibus addi potest; quartum ex causis confectum, & fignis. Hæc tria tantum postrema maleficiorum genera ad eas magicas attinent obseruantias, quæ ad nouas corporibus immutationes ordinantur. Distinguuntur hæc omnia eisdem differentijs ex finium illis communium diuersitate desumptis. Maleficium enim omne, vel ordinatur ad somnum inducendum, & hoc appellatur somniferum; aut ad amorem excitandum, & hoc dicitur amatorium; aut ad nocendum in bonis animi, corporis, aut fortunæ, & hoc nuncupatur hostile. Quæ singula nonnunquam efficiunt, aut efficere tentant Magi, siue Malefici per signa, & verba non eadem semper, sed pro Dæmonum instituentium voluntate diuersa; nonnunquam autem per naturales causas, quas ijdem dæmones indicarunt, aut etiam exhibuerunt. Quandoq; verò naturalibus causis signa miscentur, & verba. Quemadmodum aũt signa, sic & causæ; quib. ad nocendũ vtuntur magi, multipliciter variantur. Et hinc alia consurgit maleficiorũ distinctio ex signorũ, causarumq; differentijs tam simplicibus, quã cõmixtis accepta: quæ, quia infinita est, cum in infinitũ signa possint à Dæmone mul-

Maleficij differentiæ per se.

Digitized by Google

multiplicari, aliena prorsus est ab arte, & ideò relinquenda.

Martinus. De his materialibus, & accidentalibus maleficiorum differentijs Martinus vberrimè disserit libro 3. Differentijs autem formalibus, & per se nó distinguitur nisi tertium maleficij genus, scilicet Hostile, cuius tot formales videntur esse differentiæ, quot nocumenta specie distincta personis, aut rebus eorum per hoc maleficium illata numerantur. Hæc verò plurima sunt, nec singula possent facilè recensèri. Multa tamen ex eis collegerunt Martinus in suo illo 3. lib. & ante eũ Syluester De Scrigimagarum, Dœmonumq; mirandis lib. 2. capit. 6. & 7. & Malleus Maleficarum, parte prima, quæstione 8. & par. 2. cap. 5. & seq. Et in eodem opere Ioannes Nider in suo formicario, & alij in 2. tomo eiusdem operis.

Sylueſter. Malleus Malef. Io. Nider.

His annexæ sunt quæstiones multæ. Prima est: An striges virtute dęmonis possint in brutorum animalium, puta Lupi, felis, aut muris figuras vere, & realiter transformari. Secunda est, num striges vere, & realiter per aera deferantur à dœmonibus ad loca, vbi, perceptis multis voluptatibus, cum eis etiam carnali copula misceantur. Tertia est de causa propria maleficiorum: quæ sit Cur Deus permittat Dęmones, & Maleficos exercere malencia. Quinta est, Num tales perpetrantes sint apostatæ a fide vel hæretici, aut de apostasia, vel hæresi suscepti. Sexta, quomodo sit aduersus eos ab Inquisitoribus procedendum. Postrema: Quibus pœnis. Secundum iura sint afficiendi. De quibus late differunt Malleus Maleficarum, Sylueſter, & Martinus in operibus supra nominatis. Directorium Inquisitorum in secunda par. q. 43. & alibi, & Petrus Binsfeldius in Tract. de Confessionib. Maleficorum, & in Commentario in Titulum de Maleficis, & Mathematicis, q. 4.

Mall. Mal. Sylueſter. Martinus. Direct. iq. Binsfeldius.

Nos hæc pauca decerpsimus de Magia tam naturali, quàm superstitiosa, currente iam prælo. Quibus, vt extremam manum apponamus, admonet, & cogit eiusdem præli curtus tam termino proximus. Deo largiente, cui sit honor, & gloria.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrum dęmon, qui superatur ab aliquo, propter hoc ab impugnatione arceatur.

165 1. d. 6. a 5.

D quintum sic proceditur. Videtur, quòd dęmon, qui superatur ab aliquo non propter hoc ab impugnatione arceatur. Christus enim efficacissimè suum tentatorem vicit, sed tamen postea cum impugnauit, ad occasionem eius Iudæos incitando. Ergo non est verum, quòd diabolus victus, ab impugnatione cesset.

2 Præterea. Infligere pœnam ei, qui in pugna succumbit, est incitare ad acrius impugnandum: hoc autem non pertinet ad Dei misericordiam. Ergo dœmones superati non arcentur.

A

A

Sed contra est, est quòd dicitur Matth. 4. Tunc reliquit eum diabolus, scilicet Christum superantem.

Respondeo. Dicendum, quòd quidam dicunt, quod dœmon superatus nullum hominẽ potest de cætero tentare, nec de eodem, nec de alio peccato. Quidam autem dicunt, quòd potest alios tentare, sed non eundem. Et hoc probabilius dicitur, si tamen intelligatur vsque ad aliquod tempus. Vnde, & Luc. 4. dicitur, quòd consummata omni tentatione diabolus recessit à Christo vsque ad tempus. Et huius ratio est duplex. Vna est ex parte diuinæ clementiæ: quia, vt Chrys.* dicit super Matt. Non tandiu homines diabolus tentat, quandiu vult, sed quandiu Deus permittit. Quia, & si permittat paulisper tentare, tamen repellit propter infirmam naturam. Alia ratio sumitur ex astutia diaboli. Vnde Ambr.† dicit super Lucam, quòd diabolus instare formidat, quia frequentius refugit triumphari. Quòd tamen aliquando diabolus redeat ad eum, quẽ dimisit, patet per illud, quod dicitur Matth. 12. Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

B

C

* In opere imperfecto hom. 20 super illud vade retro Sathana, c. 2.

† Ambr. in 4 ca Luc. sup illud verbum. Et relicto eum diabolus, &c. 5.

Forma Textus.

D *Væ referuntur opiniones, quarum altera trahitur ad bonum sensum, & ita respondetur quæsito vnica responsione. Prima opinio fuit quorundam dicentium, Dœmonem superatum nullum hominem posse de cætero tentare, nec de eodem, nec de alio peccato.*

Secunda fuit aſſentium, posse dęmonem superatũ alios tentare, nonnamen eundem.

D

Conclusio est: Probabilius dicitur, dęmonem superatum posse alios tentare, sed non eundem vsque ad aliquod tempus. Probatur primò authoritate scripturæ dicentis Luc. 4. Consummata omni tentatione Diabolus à Christo recessisse, vsque ad tempus. Secundò probatur duplici ratione; quarum altera sumitur à parte diuinæ clementiæ: quoniam, vt Chrysostomus ait, non tamdiu homines Diabolus tentat, quamdiu vult, sed quamdiu Deus permittit. Sed Deus non permittit, Dæmonem superatum in hominis victoris tentatione perseuerare, ergo. Probatur minor ex eodem Chrysostomo. Quia, & si Deus permittat, Dæmonem paulisper tentare, tamen ipsum repellit propter infirmam hominis naturam. Altera ratio sumitur ex astutia Diaboli; Quoniam, vt ait Ambrosius super Lucam, Diabolus instare formidat, quia frequentius refugit triumphari. Et quia supponit conclusio, Diabolum ad eum redire, quem dimisit, probat S. Doct. hoc suppositum authoritate scripturæ Matth. 12. vbi spiritus immundus introducitur dicẽs. Reuertar in domum meam, vnde exiui.

E

Expoſitio Textus.

NOtanda hic primo eſt Sanctiſsimi noſtri Doctoris Angelici modeſtia, & erga Sanctos Patres, & antiquiores Scholaſticos reuerentia in ſua concluſione ſtatuenda, tamquam eadem cum ſecunda ſententia, adhibita moderatione; cùm facilè poſſet aduerſus vtramque diuerſam ſua concluſione proponere. Quem vtinam huiuſce noſtri ſæculi ſcriptores imitarentur, omniſſa gloriolæ mundanæ cupiditate, vero ſapiente, præſertimque Theologo minimè digna.

Porrecta. Deindè lege, ſi placet, apud Porrectam Sancti Gregorij litteras præſentis articuli materiam explicantes, & authoritate ſua roborantes.

A Sit nunc, & in perpetuum DEO ſumma laus, & gloria per nouem Beatorum ſpirituum Choros, quorum naturas, proprietates, & officia pro captu mentis humanę cognouimus per cęleſtem doctrinam S. Thomæ Aquinatis Doctoris Angelici, diuinæque voluntatis Interpretis. Cuius meritis, & interceſſione nos eius melliflux ſapientiæ ſtudioſos Deus, qui ſua ampliſsima largitate, magnaque miſericordia bona mortalibus inuiſibilia, & quouis eorum deſiderio maiora diſpenſat, ex humana ad Angelicas clariſsimo, perennique lumine fulgidas, ac ſummi boni perpetua fruitione beatas transferat Hierarchias.

FINIS.

ERRATORVM CORRECTIO.

Pag.	Col.	litt.	Error.	Correctio
3	1	A	termini	termimis.
6	1	E	& præterea.	& propterea
8	1	D	intellectuali	intellectualis
ibid.	1	B	non poſſe	non poteſt.
11	2	A	ſenſibuis	ſenſibilis
16	2	A	eccidit	accidit
26	1	B	Atq;	vt
28	2	A	ſepatarum	ſeparatarum
29	2	B	connexum	conuexum
32	2	C	numeros	numerus
ibid.	2	E	congrueras	congruere
37	2	A	differant	differant
38	2	C	funduin	fundamentum
50	1	C	ſpecie	ſpeciei
58	1	B	Theologos	Theologus
63	1	D	Hoſtum	Hoſtium
73	1	B	ſibi eſſe ei	ei eſſe ibi
ibid.			Dhriſti	Chriſti
80	1	E	ſuæ	ſeu
89	2	D	cum ſit	cum ſit
357	2	C	contrahent	contrahente
358	1	C	ſubſiſtant	ſubſtant
360	1	B	vindicarent	vindicaret
163	1	B	ſecundum quid	vel ſecundum quid
ibid.		C	ſenſibilia	viſibilia
166	2	A	quidam	quiddam
170	2	B	& accidens ſed poſſe ſubſtitiſ	inter ſubſtantiam, & accidens, ſed poſſe

Pag.	Col.	litt.	Error	Correctio
174	2	A	natura	naturæ
181	2	C	ſi habet	ſe habet.
189	2	A	poſſum	poſſumus
192	2	A	Ad vero	At vero
193	2	D	ſpecie produci	ſpeciem produci
200	1	C	amen	tamen
210	1	D	diſperatæ	diſparatæ
214	2	D	morali corpori	mortali corpori
217	1	C	nullam eſſe	nullã eſſe conſequentiam
ibid.		D	conſequentiam	conſequentiam
219	2	B	forma quam	forma quæ
230	2	A	& eande	eandem
234	1	A	mediam eſt	media eſt
237	2	B	effici	efficit
248	2	D	equiuocd	equiuocæ
254	1	D	repreſentat	repreſentans
433	2	B	inordinatum actũ	per inordinatum actum
434	2	B	firmamq;	firmaq;
435	1	D	temeretur	teneretur
436	2	D	ad quem	ad quam
438	2	A	gratia	in gratia
517	2	A	ſe dixit	ſed dixit
542	1	E	ab eſſe	ab eo
543	1	D	eleuanter	eleuantur
563	2	B	inferioria	inferioris
562	1	C	angelos	angelis

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE.

Ex Geneſi.

1 *N principio creauit Deus Cælum, & Terram.* 351
Fiat Lux. 203
Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli. 35
Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. 430
Cap. 2. *Requieuit Deus die ſeptimo ab vniuerſo opere, quod patrarat.* 144
Omne enim, quod vocauit Adam anima viuentis, ipſa eſt nomen eius. 647
Cap. 3. *Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno Paradiſi?* 599. & 497
Nequaquam morte moriemini. ibid.
Nè forte mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. 649.
Eritis (inquit) ſicut dij, ſcientes bonum, & malum. 401
Et collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim. pag. 576
Cap. 4. *Sub illo erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.* 631
Cap. 18. *Cumque eleuaſſet oculos apparuerunt ei tres viri ſtantes propè eum, &c.* 560
Cap. 19. *Verſa eſt in ſtatuam ſalis.* 57
Cap. 19. *Venerunq; duo Angeli Sodomam veſpere, &c. Et ecce miſerunt manum viri, & introduxerũt ad ſe Loth, clauſerunq; oſtium, & eos, qui foris erant, percuſſerunt cæcitate à minimo vſque ad maximum, dixerunq; ad Loth, habes hìc quempiam tuorum? &c.* 560
Cumque eſſet mane cogebant eum Angeli dicentes, Surge tolle vxorem tuam, & duas filias, quas habes, nè & tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis. Diſſimulante, &c. 582
19. *Ita vt oſtium inuenire non poſſent.* 63
28. *Angelus, qui eripuit me, &c.* 582
C. 21. *Vocauitq; Angelus Dei Agar de cælo dicẽs, quid agis, Agar? noli timere; exaudiuit enim Deus vocẽ pueri de loco, in quo eſt: ſurge, tolle puerum, & tene manum illius.* 586
Cap. 22. *Tentauit Deus Abraham.* 601
Nunc cognoui, quod timeas Deum. ibid.
Cap. 24. *Ipſe mittet Angelum ſuum coram te.* 569
Cap. 30. *Tollens ergo Iacob virgas populeas virides, & amigdalinas, & ex Platanis, ex parte decorticauit eas, detractiſq; corticibus, in ijs, quæ ſpoliata fuerũt, candor, apparuit: illa verò, quæ integra fuerant, virides permanſerunt, atque in hunc modum color eſſet Eius eſt varius. Poſuitq; eas in canalibus, &c.* 608
Cap. 48. *Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis.* pag. 582. & 586

Ex Exodo.

Cap. 7. *Vocauit autem Pharao ſapientes, & maleficos, & fecerunt etiam ipſi per incantationes Aegyptiacas, & arcana, quædam ſimilia.* 633
Cap. 14. *Tolleſq; ſe Angelus Domini, qui præcedebat caſtra Iſrael, abijt poſt eos, & cum eo pariter columna nubis priora dimittens poſt tergum ſtetit inter caſtra Aegyptiorum, & caſtra Iſrael.* 97
Cap. 23. *Ecce ego mitto Angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat in via, et introducat in locum, quem parani.* 569

Ex Leuitico.

Cap. 17. *Nequaquam vltra immolabunt hoſtias ſuas dæmonibus, cum quibus fornicati ſunt.* 382
19. *Nè declinetis ad Magos, nec ab Ariolis aliquid ſciſcitemini.* 633
20. *Anima, quam declinauerit ad Magos, & Ariolos.* ibid.

Ex Deuteronomio.

Cap. 4. *Quæ creauit Deus in miniſterium cunctis gentibus.* 35
Cap. 13. *Tentat vos Dominus Deus veſter, vt palam ſint, vtrum diligatis eum, an nè in toto corde, & in tota anima veſtra.* 601
Cap. 18. *Nec ſit maleficus, nec incantator, nec qui Pythones conſulat, nec Diuinos.* 635
Gentes iſtæ, quarum poſſidebitis terram, augures, & diuinos audiunt: tu autem à Domino Deo tuo aliter inſtitutus. 636
Cap. 23. *Conſtituit terminos populorum iuxta numerũ filiorum Iſrael.* 591
Cap. 32. *Immolauerunt dæmonijs, & non Deo.* 382

Ex Ioſue.

Cap. 10. *Tunc locutus eſt Ioſue Domino in die, qua tradidit Amorrhæum in conſpectu filiorum Iſrael, dixitq; coram eis: Sol, contra Gabaon nè mouearis, & Luna contra vallem Aialon, ſteteruntq; Sol, & Luna, donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis.* 613

Ex 1. Regum.

Cap. 28. *Dixitq; Saul ſeruis ſuis: quærite mihi mulierem habentem Pythonem, & vadam ad eam, & conſciſcabo per illam. Et dixerunt ſeruꝰ eius ad eum. Eſt mulier Pythonem habens in Endor.* 634
Ecce tu noſti, quanta fecerit Saul, & quomodo eraſerit Magos, & Ariolos de terra. 633
Diuina mihi in Pythone. ibid.

Ex 3. Regum.

Cap. 18. *Cecidit autem ignis Domini, & vorauit holocauſtum, & ligna, & lapides, pulueremq; quoque, & aquam, quæ erat in aquæductu lambens.* 613
Cap. 22. *Egreſſus eſt autem ſpiritus, & ſtetit coram Domino, & ait: Ego decipiam eum.* 599
Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius. ibid.
Cap. vlt. Egreſſus eſt autem ſpiritus, & ſteterit coram Domino, et ait. Ego decipiã illum. Cui locutus eſt Dominus. In quo? & ille ait. Egrediar, & ero ſpiritus mẽdax in ore omnium Prophetarum eius. Et dixit Dominus, &c. 570

Ex 4. Regum.

Cap. 1. *Reſpondenſq; Helias dixit quinquagenario: Si homo Dei ſum, deſcendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos, deſcenditq; ignis de cælo, & de-*

& deuoranit eum, & quinquaginta, qui erant cum eo. pag. 613

Ex 1. Paralipomenon.

C. 12. Facies eorum, quasi facies Leonum, & veloces, quasi Capreæ in montibus. 640
Cap. 21. Misit quoque Angelum in Hierus. vt percuteret eam. 569

Ex 2. Paralipomenon.

Cap. 6. Tu solus nosti corda filiorum hominum. 270
C. 11. Qui constituit sibi Sacerdotes excelsorum, & dæmon. 382
Cap. 18. Processit spiritus, & stetit coram Domino, & ait: ego decipiam eum. Cui Dominus: In quo, inquit, decipies? at ille respondit: Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum. 528

Ex Tobia.

Cap. 3. Missus est Angelus Domini S. Raphael. 569
Cap. 4. In superbia initium sumpsit omnis perditio. 391
Cap. 5. Credo, quod Angelus Dei bonus comitetur eum, & bene disponat omnia, quæ circa eum geruntur, ita vt cum gaudio reuertatur ad nos. 586
Cap. 6. Tunc respondit Tobias, & dixit: audio, quia tradita est septem viris, & mortui sunt, sed & hoc audiui, quia Dæmonium occidit illos. 599
Cap. 8. Tunc Raphael Angelus apprehendit dæmonium & religauit illud in deserto superioris Aegypti. 382
Cap. 12. Ego sum Raphael Angelus vnus ex septem, qui astamus ante Dominum. 227. 355. 576. et 580
Videbar quidem vobiscum manducare, & bibere, sed ego cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtor. ibidem

Ex Iudith.

Cap. 13, Custodiuit me Angelus Domini, & hinc euntē, & ibi commorantem, & indè huc reuertentē. 586

Ex Iob.

Cap. 1. Circuiui terram, & perambulaui eam. 306
Nunquid Iob frustrà timet Deum? nonnè tu vallasti eum, ac domum eius, vniuersamq; substantiam per circuitum, operibus manuum eius tu benedixisti, possessio eius creuit in terra? sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ possidet nisi in facié benedixerit tibi. 528
Ecce vniuersa, quæ habet, in manu tua sunt. 570
Cap. 2. Ecce in manu tua est. ibid.
Egressus igitur Satban à facie Domini percussit Iob vlcere pessimo à planta pedis vsque ad verticem eius. pag. 599
Cap. 4. Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatem, quanto magis hi, qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur, velut à tinea? pag. 602
Cap. 9. Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas, & interiora Austri. 625
Cap. 10. Vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. 556
Cap. 25. Nunquid est numerus militum eius, & super quem non fulget lumen illius? 32. & 294
Cap. 37. Qui in manu omnium hominum signat, vt nouerint singuli opera sua. 640
Cap. 38. Nunquid coniungere valebis micantes Helias Pleiadas, aut gyrum Arcturi poteris dissipare? 625
41. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. 391
Non est super terram potestas, quæ comparetur ei: qui factus est, vt nullum timeret: omne sublime videt ipse est rex super omnes filios superbiæ. 644

Ex Psalmis.

Psal. 5. Verba mea auribus percipe, Domine, intellige clamorem meum. 519
8. Minuisti eum paulominus ab Angelis, gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti sub pedibus eius, &c. 35
13. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. 352
23. Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. 515
32. De Cœlo respexit Dominus, vidit omnes filios hominum. 306
De præparato habitaculo suo respexit super omnes, qui habitant terram. Qui finxit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum. 207
48. Simul insipiens, & stultus peribunt. 352
49. Deus Deorum Dominus locutus est. 3
73. Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. pag. 399
76. Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium. 32
77. Misit in eos iram indignationis suæ, indignationē, & iram, & tribulationem, immissiones per Angelos malos. 570
81. Deus stetit in Synagoga Deorum. 3
85. Non est similis tui in dijs domine. 3
90. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. 581. & 586
94. Sicut in irritatione secundùm diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me Patres vestri, probauerunt me, & viderunt opera mea. 601
103. Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem. 578. & 347
105. Immolauerunt filios suos, & filias suas Dæmonijs. pag. 382
109. Implebit ruinas. 36
131. Si custodierint filij tui testamentum meum, &c. pag. 412

Ex Prouerbijs.

Cap. 4. Iustorum semita, quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem. 456

Ex Ecclesiaste.

Cap. 5. Ne dicas coram Angelo, non est prouidentia. pag. 249
8. Sapientia hominis lucet in vultu eius. 640
Multa hominis afflictio, quia ignorat præterita, & futura nullo scire potest nuncio. 636
Cap. 9. Quodcumque potest facere manus tua, instanter operare; quia nec opus nec ratio, neque sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. 379
Cap. 10. Ignorat homo, quid ante se fuerit, & quid post se futurum sit, quis poterit iudicare. 636

Ex Sapientia.

Sap. 2. Inuidia Diaboli mors intrauit in orbem terrarū: imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius. pagina 391. & 602
Pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gemētes. 482
Dicentes: hi sunt, quos habuimus aliquando in deri-

sum,

Digitized by Google

Locorum Sacræ Scripturæ.

ſum, & in ſimilitudinem hujus operij, ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt. ibid.

11. *Diligis enim omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum quæ feciſti; nec enim odiens aliquid conſtituiſti, aut feciſt, quomodo autem poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes, aut quod à te vocatum non eſſet, conſervaretur? parcis autem omnibus, quoniam tua ſunt Domine, qui amas animas.* 197

Cap. 12. *Non quæram eſt natio eorum, & naturalis malitia ipſorum.* 196

Ex Eccleſiaſtico.

Cap. 10. *Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo.* pag. 396

Initium omnis peccati ſuperbia. ibid.

Cap. 18. *Qui vivit in æternum, creavit omnia ſimul.* pag. 352

Cap. 19. *Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus.* 640

Cap. 42. *Omnia duplicia, unum contra unum, & non ſcio quicquam deeſſe.* 388

Ex Iſaia.

Cap. 6. *Volavit ad me unus de Seraphim.* 577.

Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ uni, & ſex alæ alteri. 577

Duo Seraphim clamabant alter ad alterum. pag. 227. 517. & 538.

Cap. 9. *Labia enim Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt.* 3

Cap. 14. *In cœlum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti in lateribus Aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo.* 419. & 418

Detrahetur ad infernos ſuperbia tua. 391. & 484

Cap. 25. *Præcipitabit mortem in ſempiternum, & auferet Dominus lachrymam ab omni facie, & opprobrium populi ſui auferet de univerſa terra.* 196

Cap. 28. *Diximus percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* 635

Cap. 42. *Annunciate quæ ventura ſunt in futurum, & ſcietimus quia Dij eſtis vos.* 636

Cap. 47. *Stent, & ſalvent te augures cæli, qui contemplabantur ſydera, & ſupputabant menſes, ut ex eis annunciarent ventura tibi: ecce facti ſunt quaſi ſtipula, ignis combuſſit eos.* 636

Cap. 53. *Quis credidit auditui noſtro, & brachium Domini cui revelatum eſt.* 283

Cap. 63. *Quis eſt iſte, qui venit de Edom tinctis vestib. de Boſra?* 517. 283. et 915.

Ego, qui loquor juſtitiam, & propugnator ſum ad ſalvandum. ibid.

Cap. 64. *Oculus non vidit Deus abſque te, quæ præparaſti diligentibus te.* 283

Ex Hieremia.

Cap. 10. *A ſignis Cæli nolite metuere, & quæ timent gentes, quia leges populorum vanæ ſunt.* 636

Cap. 17. *Pravum eſt cor hominis, & inſcrutabile, & quis cognoſcet illud? ego Dominus ſcrutans cor, & probans renes.* 370

23. *Cælum, & terram ego impleo.* 100

Ex Ezechiele.

Cap. 8. *Elevavit me ſpiritus, &c.* 63

Cap. 10. *Et extendit Cherub manum de medio Cherubim ad ignem, qui erat inter Cherubim.* 538

Cap. 28. *Elevatum eſt cor tuum, & dixiſti, Deus ego ſum, & in cathedra Dei ſedi in corde maris.* 401

Elevatum eſt cor tuum, quaſi cor Dei, ibid.

In ſapientia, & prudentia tua feciſti tibi fortitudinem, & acquiſiſti aurum, & argentum in theſauris tuis, in multitudine ſapientiæ tuæ, & in negotiatione tua multa multiplicaſti ſibi fortitudinem, & elevatum eſt cor tuum in roborem tuo. 487

Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapientia, & perfectus in decore Paradiſi Dei fuiſti. Omnis lapis pretioſus operimentum tuum, Sardius, Topatius, & Laſpis, & Chryſolitus, & Onix, & Berillus, & Saphyrus, & Carbunculus, & ſmaragdus, aurum opus decoris tui, & foramina tua in die qua conditus es, præparata ſunt. Tu Cherub extentus, & protegens, & poſui te in monte ſancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulaſti perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ, donec inventa eſt iniquitas in te. In multitudine negotiationis tuæ repleta ſunt interiora tua iniquitate, & peccaſti, & ejeci te de monte Dei, & perdidit te ô Cherub protegens, de medio lapidum ignitorum. Et elevatum eſt cor tuum in decore tuo: perdidiſti ſapientiam tuam in decore tuo, in terram projecite. 459.

Tu ſignaculum ſimilitudinis, & plenus decore. 239. & 242.

In deliciis Paradiſi Dei fuiſti. 428

Poſui te in monte ſancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulaſti, perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ, donec inventa eſt in te iniquitas. 459. et 442

Elevatum eſt cor tuum in decore tuo, perdidiſti ſapientiam, in terram projecite. 391. & 423

Ex Daniele.

Cap. 1. *Super cunctos Arioles, & Magos, qui erant in Regno, &c.* 633

Cap. 2. *Ut convocarentur Arioli, & Magi, & malefici, & Chaldæi.* ibid.

Magi, Arioli, & Aruſpices. ibid.

Cap. 3. *Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria, & ſocijs ejus ut formaret, & exciſſis flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis.* 581

Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula. Benedicite Angeli Domini Domino. 347

Cap. 7. *Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei.* 32. & 579

Judicium ſedit, & libri aperti ſunt. 576

Cap. 8. *Ecce ſteterat in conſpectu meo quaſi ſpecies viri, & audivi vocem viri inter Vlai, & clamavit, & dixit, Gabriel, fac intelligere iſtum viſionem.* 569

Cap. 10. *Princeps Perſarum reſtitit mihi viginti, &*

no diebus,& ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum. 227.591
Ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum. 574

Ex Amos.

Cap.5.Qui conuertitis in absynthium iudicium, & iustitiam in terra relinquitis,facientem Arcturum,& Orionem. 625

Ex Zacharia.

Cap.1.Respondit Angelus Dei,& dixit,Domine exercituum,vsquequo non miserebris Hierusalem? 528
Cap.2.Et ecce Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, & Angelus alius egrediebatur in occursum eius,& dixit ad eum:Curre,loquere ad puerum istũ. pag. 517.& 569
Cap.3.Et ostendit mihi Dominus Iesum Sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini,& Sathan stabat à dextris eius,vt aduersaretur ei. 530

Ex Malachia.

Cap.3. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam. 3

Ex Matthæo.

Cap.2. Magi ab Oriente venerunt. 633
Cap.3.Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. 57
Cap.4.Tunc ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo. 599
Accedens tentator. 601
Hæc omnia tibi dabo,si cadens adoraueris me. 633
Cap.7. Lata porta,& spaciosa via est,quæ ducit ad perditionem,& multi sunt,qui intrant per eam: quàm angusta porta,& arcta via est, quæ ducit ad vitã, & pauci sunt,qui inueniunt eam. 36
Cap.11.Hic est enim,de quo scriptum est:ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam. 3
Inter natos mulierum non surrexit maior Io.Baptista. ibidem.
Qui minor est in regno Cælorũ,maior est illo. 536
Cap.12.Hic non eijcit Dæmones, nisi in Beelzebub principe Dæmoniorum. 534
Si Sathanas Sathanam eijcit, quomodo stabit regnum ipsius? ibid.
C.18.Accesserunt discipuli ad Iesum dicẽtes: quis putas maior est in Regno cælorum? Et aduocans Iesus paruulum statuit eum in medio eorum,& dixit. Amen dico vobis,nisi conuersi fueritis,& efficiamini, sicut paruuli,non intrabitis in Regnum Cælorum. Quicũque ergo humiliauerit se,sicut paruulus iste, hic est maior in Regno Cælorum. 586
Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis illis, qui in me credunt. ibid.
Videte nè contemnatis vnum ex his pusillis; dico enim vobis,quia Angeli eorum. 585
Angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris mei,qui in cælis est. 355.582.& 589
Cap.25. Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo,& Angelis eius. pag. 116. & 449.
Cap.26.An non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quam duodecim legiones Angelorũ? pag. 113

Ex Luca.

Cap.1.Missus est Angelus Gabriel à Deo. 569
Non est impossibile apud Deum omne verbum. 49
C.2.Quod enim ex te nascetur sanctũ, vocabitur filius Dei. 369
Facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum. 113.& 227
Cap.10.Videbam Sathanam sicut fulgur de cœlo cadentem. 391.& 430
Cap.14.& 18.Qui se humiliat,exaltabitur,&c. 396
Cap.15. Gaudium erit coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. 379
Cap.16.Factum est autem;vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. 91
Mortuus est autem diues,& sepultus est in inferno.ibi.
Cap.21.Ego dabo vobis os,& sapientiam,cui non poterunt resistere,& contradicere omnes aduersarij vestri. 643

Ex Ioanne.

Cap.1.Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. 347
Cap.3.Ab initio diabolus peccat. 442
Cap.8. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit. 391.& 430
In veritate non stetit. 442.& 445
Cap.9. Venit nox,quando nemo potest operari. 379.
20. Beati qui non viderunt,& crediderunt. 282

Ex Actis Apost.

Cap.1.Tu Domine,qui corda nosti hominum. 270
Cap.8.Vir autem quidam nomine Simon,qui antea fuerat in ciuitate Magus. 633
Cap.12. Nunc scio verè,quia misit Dominus Angelũ suum, & eripuit me de manu Herodis. 569.et 582
Et vt cognouit vocem Petri, præ gaudio non aperuit ianuam, sed intrò currens nunciauit stare Petrum ante ianuam:at illis dixerunt ad eam,insanis:illa autem affirmabat sic se habere:illi autẽ dicebant,Angelus eius est. 586
13. Resistebat autem illis Elimas magus. 633

Ex Epistola ad Romanos.

Cap.1.Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur,sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas. 238
Cap.5. Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit,& per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt,in quo omnes peccauerunt,vsque ad legem enim peccatum erat in mũdo:peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset. 602
Ca.8.Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. 474
Qui autem scrutatur corda Deus. 270
11. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius,& inuestigabiles vię eius;Quis enim cognouit sensum Domini,aut quis consiliarius eius fuit? 640

Ex Epistola 1. ad Corinthios.

Cap.2.Oculus non vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascendit,quæ præparauit Deus his,qui diligunt illum, nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum. 283
Quis enim hominum scit,quæ sunt hominis, nisi spiritus

tus hominis, qui in ipso est, ita, & quæ sunt Dei, nemo cognouit, nisi spiritus Dei. 640
Cap. 12. Alij quidem datur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum. pag. 643
Dividens singulis, prout vult. ibidem.
Cap. 13. Si linguis hominum loquar, & Angelorum, pagina 517. & 513
Cum essem parvulus, loquebar, vt parvulus, sapiebam, vt parvulus: quando autem factus sum vir, euacuaui, quæ erant parvuli. 456
Cap. 14. Omnes prophetent in Ecclesia, intret autem infidelis, vel idiota, ab omnibus conuincitur, ab omnibus iudicatur, quia occulta cordis eius manifesta fiunt, & cadens in faciem adorabit Deum pronunciabitque quod vere Deus in nobis sit. pag. 270
Cap. 15. Alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas Stellarum, stella enim differt a stella in claritate, sic resurrectio mortuorum. 422

Ex Epistola 2. ad Corinthios.

Cap. 3. Littera occidit, spiritus autem viuificat. 647
Cap. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit siue bonum, siue malum. 379
Cap. 10. Nos autem non in immensum gloriamur, sed secundùm mensuram, qua mensus est nobis Deus. pag. 396
Cap. 12. Datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Sathanæ, qui me colaphizet. 600
13. Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. 282

Ex Epistola ad Galatas.

Cap. 6. Bonum autem facientes non deficiamus; tempore enim suo metemus non deficientes, ergo, dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. 379

Ex Epistola ad Ephesios.

Cap. 2. Eramus natura filij iræ. 196
Cap. 3. Mihi autem Sanctorum minimo data est gratia, hæc euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio Sacramenti abscondisi à sæculis in Deo. 283
Cap. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. 554. & 559
Et gladium spiritus, quod est verbum Dei. 647

Ex Epistola ad Colossenses.

Cap. 1. In ipso condita sunt vniuersa in cœlis, & in terra, visibilia, & inuisibilia, siue Throni, siue Dominationes, siue Principatus, siue potestates: Omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. 347
Siue Throni, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates. 538

Ex Epistola 1. ad Thessalonicenses.

Cap. 3. Nè forte tentauerit vos is, qui tentat. 601

Ex Epistola 2. ad Thessalonicenses.

Cap. 2. Qui aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se, tamquàm sit Deus. 401

Ex Epist. 1. ad Timothæum.

Cap. 2. Adam non est seductus. 407
Cap. 3. Non Neophitum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. 391
Cap. 6. qui solus habet immortalitatem. 54

Ex Epistola ad Hebræos.

Cap. 1. Et iterum, cum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, & adorent eum omnes Angeli Dei. pag. 75 421
Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. 116
273. 575. 576. 583. & 589.
Cap. 4. Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. 647

Ex Epistola Iacob.

Cap. 1. Vnusquisque vero tentatur à concupiscentia sua abstractus, et illectus. 601. 603. et 631.
Cap. 2. Dæmones vero credunt, et contremiscunt. 295.

Ex Epistola prima Petri.

Cap. 5. Aduersarius vester Diabolus circuit quærens, quem deuoret. 599

Ex Epistola secunda Petri.

Cap. 1. Maxima, & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ consortes naturæ. 418
Cap. 2. Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus Inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos. 484

Ex Epistola prima Ioannis.

Cap. 3. Omne, quod est in Mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ non est ex Patre, sed ex mundo est. 601

Ex Epistola Iudæ.

Angelos verò, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium. 418
Cum Michael Archangelus cum Diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, non ausus est iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit: Imperet tibi Deus. pag. 598. & 517

Ex Apocalipsi.

Cap. 2. Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnũ ignis, & sulphuris, vbi, & bestia & pseudo prophetæ cruciabuntur die, ac nocte in sæcula sæculorum. pag. 484
Cap. 7. Post hæc vidi quatuor Angelos stantes super quatuor Angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, neque super mare, neque in vllam arborem. Et vidi alterum Angelum ascendentem ab Ortu Solis habentem signum Dei viui, et clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ, & Mari dicens, nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quo ad vsque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. 560
Ecce ego Ioannes vidi alterum Angelum ascendentem ab Ortu Solis habentem signum Dei viui, & clamauit voce magna quatuor Angelis. 517
Et vidi alterum Angelum ascendentem ab Ortu Solis, & clamauit voce magna quatuor Angelis. 227
Et omnes Angeli stabant in circuitu throni, &c. dicentes, Amen, Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum amen. 528

Non

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

Non eſuriet, neque ſitient amplius, neque cadet ſuper illos Sol, neque vllus æſtus. 596

10. Et habebat in manu ſua libellum apertum, et poſuit pedem ſuum dexterum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram. 100

Cap. 12. Draco traxit ſecum tertiam partem ſtellarum. pag. 35. & 36.

Factum eſt prælium magnum in cœlo; Michael, & Angeli eius prælia bantur cum dracone, & draco pugnabat, & Angeli eius, & non valuerunt. 362. 442. & 598.

Michael, & Angeli eius prælia bantur cum dracone. pagina 574

Draco pugnabat, & Angeli eius. 354

12. Draco pugnabat, & Angeli eius, & non valuerũt, neque locus inuentus eſt eorum amplius in Cœlo. Et proiectus eſt draco ille magnus, &c. Angeli eius cũ illo miſſi ſunt. 484

Et proiectus eſt Draco ille magnus Serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & Satbanas, qui ſeducit vniuerſum orbem. 599

Et audiui vocem magnam de cœlo dicentem: Nunc facta eſt ſalus, & virtus, & regnum Dei noſtri. ibid.

Mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque ſitient amplius, neque cadet ſuper illos Sol, neque vllus æſtus. 596

Cap. 16. Blaſphemauerunt Deum Cœli præ doloribus, & vulneribus ſuis, & non egerunt pœnitentiam ex operibus ſuis. 528

Cap. 21. Menſura hominis, quæ eſt Angeli. 369. & 596

Ex lib. 4. Eſdræ.

Cap. 14. Scripti ſunt per quadraginta dies libri ducenti quatuor. Et factum eſt cum compleuiſſent quadraginta dies, locutus eſt altiſſimus dicens. Priora, quæ ſcripſiſti, in palam pone, & legant digni, & indigni; nouiſſimos autem ſeptuaginta conſeruabis, vt tradas eos ſapientibus de populo tuo. In his enim eſt vena intellectus, & ſapientiæ fons, & ſcientiæ flumen. pag. 649

Indicis locorum Sacræ Scripturæ Finis.

INDEX RERVM NOTABILIVM

Quæ in hoc tertio Volumine continentur.

Abſtractum.

ABSTRACTVM à contrahente poteſt aliquid eſſe dupliciter, &c. pag. 157. col. 2. e

Abſtractum dupliciter, ſcilicet ſecundùm rem, & ſecundùm modum concipiendi. ibid. c

Abſtractum ſubſiſtens quo ſenſu ſit tantùm unum, pagina 160. c. 1. c

Accidens.

Accidentia congenita non habent neceſſariò potentiam propriam à ſubſtantia diſtinctam. 172. c. 2. b

Accidens tantùm unum numero recipi poteſt in hoc ſubiecto in ordine ad hoc agens hac numero actione. pag. 111. c. 1. d

Actio.

Actio conuenit rebus compoſitis, & ſimplicibus ſecundùm modum naturæ, &c. 175. c. 2. b

Actio immanens, quare non ſit media inter agens, & obiectum. 162. c. 2. e

Actio metaphyſica eſt in agente. 127. c. 2. e

Actio ſola metaphyſica eiuſdem eſt prædicamenti cum potentia ad eam per ſe primò ordinata. 170. col. 2. c. & 173. c. 2. a

Actio omnis virtutis actiua terminatur ad eſſe per ſe primò. 47. c. 1. a

Actio agentis in ſubiectum quadam eſt diſpoſitiua, & quadam inductiua formæ. 364. c. 1. b

Actione immanente nihil produci, quo ſenſu verum ſit. pag. 180. c. 2. a

Actiones naturæ rationalis, vt naturaliter ſint inclinatiuæ à bono, poſtulant, vt dicta natura inſit naturaliter, & immobiliter ratio vniuerſalis, & perfecti boni. 385. c. 2. a

Actus.

Actus ſidei idem numero duplicem poteſt habere notitiæ modum, ſcilicet ſpeculatiuæ, & practicæ. pagina 418. c. 2. d

Actus etiam ex genere boni, vt elicuntur à dæmone, ſemper ſunt mali moraliter. 481. c. 1. c

Actum intelligendi eſſe penitus immaterialem, rectè probat S. Thom. 11. c. 2. d

Actus intelligendi perfectior eſt, ſi ſubſtantia intelligentis ſit ipſum obiectum per identitatem. 221. c. 2. b

Actus intellectus ſibi inuicem ſuccedentes, quomodo indumduentur. 51. c. 1. a

Actus intellectus & voluntatis Angelicæ non ſunt ſecundùm ſe quandoque magis, & quandoque minus intenſi. 154. c. 2. b

Actus proprius & potentia propria non identificantur, niſi in actu puro. 157. c. 1. c

Actus voluntatis tribus modis poteſt eſſe naturalis, ſiue necſſarius, &c. 273. c. 2. c

Actus idem voluntatis materialiter eſt modo naturalis, & modò liber, & modò cognoſcitur ab Angelo, & modo non cognoſcitur. 276. c. 1. c

Actus voluntarij cur ſoli Deo ſint noti. 276. c. 2. c

Actus liberi in hoc inſtanti producti in ſenſu compoſito, ſiue ex ſuppoſitione ſunt neceſſarij, ſed ſimpliciter liberi. 278. c. 2. d

Actus proprius, quo ſenſu dicatur reſpondere potentiæ propriæ. 169. c. 1. a

Actus proprius, & potentia propria ſunt diſtincta realiter. ibidem b,

Actus proprius, & potentia propria, quo ſenſu reperiantur in quolibet genere. ibid.

Actus perfectus eſt ratio cognoſcendi actus imperfectos propria cognitione. 184. c. 2. c

Actus potentiæ cognoſcitiuæ, vt ſic, diſtinguuntur ſpecie iuxta diſtinctionem naturarum cognitarum. pag. 163. c. 2. a

Actus purus, quare communicari non poſſit. 5. c. 1. a

Actuum intelligendi differentiæ eſſentiales ſumuntur in ordine ad obiecta, ſine quibus nequeunt actus, aut potentiæ definiri. 159. c. 1. a

Adam.

Adam, quo ſenſu dicatur ex infirmitate peccaſſe. pagina 407. c. 1. d

Adæ, & Euæ peccatum, quomodo fuerit ex inconſideratione. ibid. c. 2. b

Adam, cur dicatur non fuiſſe ſeductus. ibid.

Aeuum.

Aeuum poſſet à Deo materialiter variari, non tamen formaliter. 152. c. 2. b

Aer.

Aeris regiones tres. 490. c. 1. c

Aeromantia.

Aeromantia quid ſit. 635. c. 1. b

Affirmatio.

Affirmatio ſi eſt cauſa affirmationis, & negatio eſt cauſa negationis: verum eſt in cauſis propriis, & præciſis. 191. c. 1. c

Agens.

Agens omne creatum agit propter ſe. 108. c. 2. d

Agens quodlibet per intellectum duas habet rationes agendi, ſcilicet proximam, & remotam. 385. c. 1. c

Agentis virtutem ſiant etiam naturam eſſe ſuam regulam idem eſt, quod illi naturaliter, & immutabiliter ineſſe rationem boni, ad quod ordinatur actio. pagina 386. c. 1. b

Agentium materialium effectus, quo ad omnes eorum conditiones non poſſunt in cæleſtia corpora, veluti in præciſam cauſam reduci. 264. c. 2. b

Alchimia.

Alchimia arte, an fieri poſſit verum aurum. 615. c. 2. a

Alchimia pars eſt Magiæ phyſicæ. ibid.

Ambulatio.

Ambulatio propriè dicta, quæ ſit. 70.c.2.b

Amicitia, Amor, &c.

Amicitia, & amor amicitiæ differunt. 342.c.2.d
Amicitia non eſt hominis ſecundùm ſua naturalia ad Deum. 343.c.1.a
Amicitia, an ſit inter inæquales. 342.c.2.d
Amicitia propriè, & latè ſumpta quid ſit. 335.c.2.b
Amicitia propriè non eſt ad ſeipſum, ſed aliquid maius amicitia. ibid.
Amor ſufficienter diuiditur in amorem amicitiæ, & in amorem concupiſcentiæ. ibidem.a
Amor idem, eſt amor amicitiæ, & amor concupiſcentiæ diuerſa ratione. ibid.
Amor amicitiæ, nec eſt, nec intelligi poteſt ſine concupiſcentia. 397.c.1.d
Amor amicitiæ naturalis erga Deũ ſuapte natura peccati maculam non expellit. 344.c.2.e
Amore amicitiæ homo Deum diligit. 343.c.1.b
Amore erga Deum naturali, & amori ſupernaturali alia, & alia ratio bonitatis in Deo reſpondet. pagina 345.c.1.c
Amamur amore concupiſcentiæ, quandoq; aliquid magis, quàm nos. 341.c.2.b
Amore concupiſcentiæ poteſt amans aliquid ſibi dupliciter appetere, ſcilicet vt finem, & vt bonum ad appetentem ordinatum. ibid.d
Amoris concupiſcentiæ obiectum duplex. 337.c.2.d
Amore concupiſcentiæ diligitur Deus ſecundariò. ibid.e
Amor Angelorum. Vide infra. Angelorum voluntas, amor, & amicitia.

Analogum.

Analogi vnius conceptus eſt etiam aliquo modo conceptus alterius analogati. 238.c.2.c

Angeli Nomen.

Angeli nomen quid ſignificet. 3.c.1.b
Angelorum apud Philoſophos, & Theologos diuerſa nomina. ibid.c.2.a
Angeli Dij quandoq; dicuntur in ſacris litteris, & apud Platonem. ibid.b
Angelus dictus eſt Chriſtus. ibid.a
Angeli dicuntur quidam ſancti homines. ibid.c.1.d
Angeli nomen dicitur de Sacerdote. ibid.e
Angelos plures vno quandoque nomine deſignari. pagina 574.c.2.c
Angelum vnum pluribus nonnunquam Angelorum nominibus nominari. ibid.
Angeli Michaeles duo. ibid.a
Angelus idem quandoque Raphael, & quandoque Gabriel nuncupatur. 575.c.1.b

Angeli ſubſtantia.

Angelus eſt pars Vniuerſi nobiliſſima. 350.c.1.b.
Angelus, tam ſecundùm eſſentialem perfectionem, quàm ſecundùm proprietates creatus eſt à Deo proportionatus cæteris creaturis, & Vniuerſo. ibid.e
Angelus à Deo creatus eſt propter Vniuerſi bonitatem, ibidem.
Angelus potuiſſet à Deo creari nullam habens proportionem ad Vniuerſum. ibid.c.2.c
Angelos ante mundum corporeum fuiſſe creatos aſſerere, an ſit hæreticum. 350.c.2.e
Angelum non eſſe implicat contradictionẽ, &c. 58.c.1.e
Angeli ſunt quidditates naturaliter ſubſtantes. Pagina 46.c.2.b
Angelus quilibet eſt tale ſubſiſtens abſtractum, cui neceſſariò cõgruit omnis perfectio poſſibilis infra propriæ naturæ latitudinem. 47.c.1.a
Angelus idem eſt quod ſua ſubſtantia, tam ſecundùm eſſe naturale, quàm ſecundùm eſſe intelligibile. pagina 221.c.1.d
Angelos eſſe naturaliter incorruptibiles, multi ſentiunt. pag. 53.c.2.c
Angeli, num dici debeant naturaliter incorruptibiles, an corruptibiles. 57.c.1.a
Angeli dicendi ſint ſimpliciter incorruptibiles, & immortales. 47.c.2.c, & 59.c.1.b
Angeli reſpectu diuinæ potentiæ non debent dici corruptibiles, & mortales, ſed poſſibiles non eſſe. ibid.
Angeli quomodo per gratiam ſint immortales. ibid.c
Angelos eſſe omninò incorporeos, & immateriales, efficaciter probat S. Thomas. 50.c.2.c, & 65.c.2.c, & pag. 11.c.1.d, & c.2.b
Angelos non eſſe corporeos Concilium Lateranenſe non determinauit. 232.c.1.d
Angelorum ſubſtantiæ ineſt compoſitio generis, & differentiæ. 49.c.1.b
Angelicæ ſubſtantiæ infinitas eſt intenſiua. ibid.c.2.d
Angelorum eſſe naturale, & eſſe intelligibile diuerſa ratione cauſatur à Deo. 238.c.2.b
Angelus, nec ad ſuperiora, nec ad inferiora cõparatur, vt actus perfectus ad imperfectos. 184.c.2.d
Angeli eſſentia non continet inferiora completè virtualiter, aut formaliter. ibid.
Angeli ſimilitudinem ad Deum, ſibi vendicant ſecundùm omnes perfectiones ſimpliciter. 207.c.1.a
Angelus à Deo creatus fuit huic Vniuerſo proportionatus, tam ſecundùm eſſe naturale, quàm ſecundùm eſſe intelligibile. 186.c.2.c
Angelus mouens Cælum non continet eminenter perfectionem motus Cæli continentia completa. 187.c.1.a
Angelorum proportio ad cæleſtia corpora, & ad animas rationales. 189.c.1.b
Angelorum, & cæleſtium corporum perfectiones ſecundùm communes earũ rationes ſunt cauſabiles à creaturis, non autem ſecundùm proprias, & ſpecificas earum rationes. 190.c.1.b
Angelorum proportionalitas ad corpora cæleſtia attenditur non ſecundùm potentiam accidentalem, quæ eſt ad actum ſecundum, ſed ſecundùm potentiam eſſentialem, quæ eſt ad actum primum. 190.c.2.a

Angelorum diſtinctio.

Angelorum diſtinctionem, & differentias ſancti Patres ſe ignorare fatentur. 43.c.1.d
Angeli conueniunt in nobiliſſima natura, non autem in nobiliſſimo gradu. 51.c.2.b
Angelos plures ſub eadem ſubtona ſpecie collocari, quidam ex Sanctis Patribus forſan ſenſerunt. pagina 42.c.1.c
Angeli à Sanctis Patribus conſiderantur, vt vna natura, propter vnum modum ordinis ad beatitudinem. pag. 43.c.1.a
Angelorum eſt vna natura ſecundùm ſpeciem ſubalternam. 43.c.2.d

Angelo, quid Gabrieli, non poteſt Deus addere proprietatem ſubſtantialem emanantem à natura, per quã diſtinguatur in plura individua. 47.c.1.c
Angelos eiuſdem ſpeciei non poteſt Deus producere, qui per hoc diſtinguantur, quod ſint diuerſimodè apti ad opera eiuſdem ſpeciei. 48.c.1.b
Angelos ſpecie differre dupliciter poteſt intelligi. pagina 37.c.1.d
Angelos implicat multiplicari numero in eadem ſpecie, non autem intelligibus, dato, quod eſſet tantùm vnus. 49.c.1.a
Angeli plures, an ſint in eadem infimâ ſpecie ſecundùm ordinem naturæ. 38.c.2.d
Angeli quidditas ſecundùm ſe aquè primò conſtituit ſpeciem, & individuum. 45.c.1.c
Angelorum ſpecie differentium effectus non eſt neceſſe ſpecie diſtingui. 108.c.1.b
Angeli carent ordine per accidens. 40.c.2.d

Angelorum Numerus.

Angelorum multitudo maior eſt multitudine omnium hominum. 35.c.1.c
Angelorum multitudinem eſſe maximam eſt de fide. pag. 33.c.2.a
Angelorum multitudinem eſſe minorem tota hominum multitudine probabilis eſt opinio. ibidem col.1.c. & col.2.c
Angeli multitudinem omnem ſpecificam, non autem numeralem excedunt. 31.c.1.c. & c.2.a
Angelorum multitudinem eſſe maiorem ſpeciebus rerũ materialium, non eſt de fide. 32.c.2.b
Angelorum multitudinem eſſe maximam, & maiorẽ ſpeciebus rerum materialium, ſignificant ſacræ litteræ. ibid.

Aſſumptio corporis ab Angelo.

Aſſumptio facta per angelum quid ſit. 64.c.1.d
Angelum eſſe definitiuè in aſſumpto corpore, eſt per accidens, & non per ſe. ibid.c.2.a
Angelum eſſe in aſſumpto corpore, vt in loco adæquato, non eſt neceſſe. ibid.b
Dæmon non aſſumit corpus obſeſſum. ibid.d
Angeli mouentes cælos non aſſumunt eos. ibidem
Angelus malus vniens ſe cadaueri & illud mouens, & in eo loquens non dicitur illud aſſumere. ibid.e
Angelus non poteſt aſſumere corpus, quod ſit verè corpus animalis. ibidem
Angelus, an naturali ſua virtute corpus aſſumat, an diuina tantùm. 65.c.1.c
Angelus ex qua materia corpus aſſumat. 65.c.2.a
Angelorum corpora figuram habent, duritiem, pagina 66.c.1.c
Angeli aſſumunt corpora diuerſarum figurarum. pagina 62.c.2.c
Angelorum corpora poſſunt colorari per lucidi corporis oppoſitionem. 66.c.1.c
Angelorum corpora non ſunt verè, ac propriè colorata. ibidem.
Angeli aſſumpſerunt corpora Dei maieſtatem referentia. 67.c.1.a
Angelus per nullam potentiam poteſt vniri corpori, vt ſit eius forma ſubſtantialis. 64.c.1.b
Angelum aſſumere corpus non eſt vniri corpori præciſè in ratione motoris, ſed &c. ibid.c
Angelorum apparitiones, an ſemper ſint reales. 66.c.1.c
Angeli in aſſumptis corporib. non efficere poſſunt ea opera vitæ, quibus aliquid eſt cõ tũ nõ vitalib. 69.c.2.c
Angeli in aſſumptis corporibus, quædam opera vitæ poſſunt efficere, quo ad eorum ſubſtantiam, & effectum, non autem ſimpliciter, & propriè. 70.c.1.c
Angelorum comeſtio fuit vera veritate ſignificationis. pag. 70.c.2.d

Angelorum locus.

Spirituales ſubſtantiæ verè ſunt in loco. 74.c.2.a
Angelum eſſe in loco quid ſit, ſiue quænam ſit ratio, vt exiſtat in loco. ibid.b
Angelica locationis ſententia diuerſæ. ibid.
Locandi, ſiue exiſtendi in loco ratio formalis duplex. pag. 76.c.2.b
Angelum quandoque eſſe nuſquàm, nullum eſt abſurdum. 87.c.1.a
Angelus ſemper & neceſſariò eſt intra vniuerſum, vt pars in toto, non autem, vt locatum in loco. ibid.c
Angeli virtus, quomodo ſit limitata ad certam partem ſpatij. ibid.c.2.c
Angelus ſemper neceſſariò coexiſtit tempori, nec tamẽ neceſſariò ſemper eſt præſens loco. 88.c.1.b
Angelus eſt in loco definitiuè. 73.c.2.b
Angelum eſſe in loco definitiuè quid ſit. ibid.c
Angelum eſſe in loco definitiuè non eſt eſſe in loco ſibi adæquato. ibidem
Angelus exiſtens in loco tria habet conſideranda, ſ. rationem exiſtendi in loco, rem exiſtentem in loco, & modum exiſtendi in loco. 79.c.1.b
Angeli operatio eſt in loco, vt ratio locandi, eius autem ſubſtantia eſt in loco, vt quod, modus autem eſt duplex, ſ. per ſubſtantiam, & per potentiam. ibidem
Actio, quæ eſt angelo rõ locandi, eſt in loco, nec diſtinguitur realiter à motu ſed formaliter tantũ. 127.c.1.a
Angeli operatio, per quam eſt in loco, duplex eſt pagina 80.c.1.b
Angeli ſubſtantia transfertur de vno loco ad alium locum. 123.c.2.b
Angelus ab angelo impelli non poteſt virtute naturali, & loco moueri. 124.c.1.a
Angelum eſſe præſentem ſecundùm ſubſtantiam, dupliciter poteſt intelligi. 79.c.2.c
Angelus prius ſit præſens immediatè paſſo præſentia ordinis, quàm præſentia operationis. 86.c.1.b
Angelus non eo modo eſt in loco, quo eius operatio. pagina 93.col.1.a
Angelus per operationem, vt rationem locandi, non ſolùm ſit præſens, ſed etiam ſubſtantialiter eſt ſimul cũ re, circa quam operatur. 86.c.2.d
Angelus non eſt in loco per vnionem, formaliter loquendo. 124.c.2.b
Angelus prius natura applicatur loco, quàm operetur. pag. 78.c.1.a, & b
Angelus non eſt in loco per applicationem virtutis, niſi incompletè. 94.c.2.b
Angelus per præſentiam ordinis non eſt in loco completè, ſed incompletè. 78.c.1.c
Angelicæ ſubſtantiæ applicatio ad ſpatium, quam eſſe vult Molina, coincidit cũ operatione, quam S. Thomas

Digitized by Google

affirmat eſſe rationem locandi. 83.c.1.c
Angelus inferior non poteſt à ſuperiori transferri de loco ad locum. ibidem
Angeli creatio præcisè non conſtituit eum in loco. ibid.
Angelus non locatur per Vbi. 83.c.1.e
Angeli modus per ordinem ad ſpacium explicatus non eſt eius locus. ibidem
Angelicæ ſubſtantiæ nullus modus abſolutus poteſt addi ex ipſius Angeli voluntate. 86.c.2.c
Angeli ſubſtantia non eſt in loco per modum abſolutú, ibidem.
Angeli ſubſtantia cum negatione diſtantiæ non eſt ei ratio exiſtendi in loco. ibid.
Subſtantia non eſt Angelo ratio exiſtendi in loco. ibid.
Angelum per motum conſtituere ſeipſum in loco eſt ipſum per operationem locari. 84.c.2.d
Angelus non eſt in loco circumſcriptiuè, ſed definitiuè. pag. 85.c.1.c
Angelus non eſt in loco per potentiam tranſcendentalé intrinſecam Angelo operandi tranſeunter, &c. ibid.d
Angelus eſt in loco per operationem tranſeuntem. ibid.
Angeli operatio, quæ eſt ei ratio locandi, non eſt tantùm operatio cum continua exteriori actione, ſed etiam operatio nonnunquam interciſa, immò, & ſolus orditur &c. ibid.e
Angelus ſubtrahens actionem ſuam ab hoc loco poteſt immediatè agere in quocunque alio loco, quantumuis à priori diſtante. 89.c.1.b
Angelus non eſt in loco per modum locati, & ſituati per ſeſed per accidens tantùm. ibid.e
Angeli operatio licèt non ſit in ipſo, eſt tamen ratio, vt ſit in loco. ibid.c.2.a
Angeli non ſunt in Cœlo empyreo, vt ab eis exornato, neque tantùm metaphoricè. 89.c.2.c
Angeli ſunt in Cœlo Empyreo per operationem nobis ignotam. ibid.
Angelo determinatur locus indiuiſibilis, aut diuiſibilis maior, vel minor, prout Angelus ſuam liberè virtutem applicauerit. 99.c.2.e
Angelus operans in extremis non neceſſariò operatur in medio. ibid.
Angelus à loco non dependet, nec habet ad eum commenſurationem naturalem. 100.c.1.a
Angelus non poteſt in locis quantuis diſtantia ſeparatis operari, ibidem
Angelus ſimul eſſe non poteſt in infinitis eiuſdem ſphæræ locis diſcontinuis. ibid.
Angeli & animæ ad corpus habitudo diuerſa eſt. ibid.
Angelus exiſtens in pluribus locis partialibus eſt in loco definitiuè. ibid.
Angelus ſecundùm ſuam potentiam naturalem, & ordinariam Dei non poteſt ſimul eſſe in duobus locis illius virtutem adæquantibus, vel etiam totalibus inadæquatis. 101.c.1.a
Angelus ſecundùm ſuam potentiam naturalem, & ſecundùm legem Dei ordinariam neque eſt, neque eſſe poteſt in toto Mundo. 100.c.2.c
Angelus poteſt eſſe in duobus locis partialibus intra ſphæram eius actiuitatis clauſis. 101.c.1.c
Angelo determinatum eſſe locum minimum, in quo, & non in minori poſſit locari, multi Scholaſtici ſentiũt. pag. 102.c.2.b
Angelo non eſt determinatus locus minimus, ſed eſſe poteſt in minori, & minori vſque in infinitum. ibid.c
Angelus poteſt eſſe in loco indiuiſibili, puta in puncto, vel linea, non tantùm incohatiuè, ſed etiam completiuè. 103.c.2.c
Locus Angeli duplex, ſ partialis, & totalis. 98.c.1.b,c
Locus Angeli adæquatus, & locus inadæquatus quiſnam ſit. 107.c.2.b
Locus Angeli dupliciter ſumitur, ſcilicet materialiter, & formaliter, quæ diſtinctio variè à Doctoribus exponitur. 107.c.2.c
Locus formalis Angeli eſt ipſum patiens, vt iam habet effectum productum ab Angelo. 113.c.1.c
Angelorum loca formaliter diſtinguuntur ſecundùm ſpecificam effectuum diſtinctionem, etiam in eadem corporis. ibid.c.2.ab
Angelus, an poſſit pro ſua voluntate ſibi locum determinare minorem, & minorem vſque in infinitum, vel etiam Indiuiſibilem. 102.c.2.c
Angelo non conuenit Vbi, neque ſitus, neque diſtantia ſitualis. 120.c.2.b
Angelus dici poteſt habere ſitum, & Vbi propriè, licèt aquinocè reſpectu corporis. 121.c.2.d
Angelo per ſe non conuenit diſtantia, nec ſitus, aut Vbi, pag. 122.c.2.c
Angelo conuenit diſtantia ſitus, & vbi per accidens, & extrinſeca denominatione. 120.c.2.c
Angelus agens in alium angelum, non eſt in eo, tanquã in loco. 94.c.1.a
Angelus exiſtens in vno loco diſtat ab alio diſtantia locali, non per ſe ſed per accidens, non intrinſecè, ſed extrinſecè. 80.c.1.c
Angelus per accidens, diſtans non eſt ſubiectum ſitus, aut vbi, ibid. c.2.b
Angelus cum ſua ratione locandi conſideratus eſt quodammodo quantus, & extenſus, ac diuiſibilis. pagina 126.c.2.c
Angelus poteſt corpus in puncto contingere, & ſic eum mouere. 103.c.2.c
Angelus ab angelo alligari non poteſt virtute naturali. pag. 124.c.1.d
Angelus ab angelo poteſt amoueri à loco virtute naturali. ibid.c
Angelus vnus, an poſſit eſſe ſimul in pluribus locis. pagina 98.c.1.b
Angelus producens ſimul plures effectus, non eſt in pluribus locis. 101.c.1.b
Angelus cuſtodiens hominem ſemper eſt in vno tantùm loco matertaliter. 95.c.2.d
Angelus cuſtos monetur ſecundùm quid ad motum cuſtoditi. 96.c.1.a
Angelus non poteſt eſſe in toto Vniuerſo per præſentiã ordinis. ibid.b
Angelos plures ſimul eſſe poſſe in eodem loco, multipliciter poteſt intelligi. 107.c.1.d
Angelos plures in eodem loco ſimul eſſe non poſſe, quo ſenſu verum ſit. 105.c.2.b,& c
Angelos plures in eodem loco ſimul eſſe poſſe, variè opinati ſunt Doctores. ibid.
Loci intra eandem ſphæram Angelicæ actiuitatis exiſtentes dupliciter poſſunt ad virtutem, & operationẽ angelicam comparari, &c. 98.c.1.e

Angelum non posse esse in duabus extremis partibus suæ sphæræ, quin existat in intermediis multi senserunt. ibid. c.2.b, & c

Angeli plures non solùm potentia logica, vel divina, sed etiam virtute sua naturali absolutè sumpta, quamuis non secundùm ordinem à divina Providentia præfixum, possunt esse in eodem loco singulis adæquato, sublatis per Dei potentiam impedimentis 110.c 1.a

Angeli mali plures simul esse possunt in eodem loco formaliter. ibid.e

Angeli boni plures non possunt esse, simul in eodem loco formaliter, secundùm ordinem divinæ Providentiæ. ibid.c.2.d

Angeli plures nisi ad unum ministerium, quomodo nõ sint in eodem loco. 113.c.2.a

Angeli duo custodientes unam personam, alter, ut prima tam, & alter, ut publicam, quomodo sint in diversis locis. ibid. d

Angelorum Motus.

Motus angelici ratio quænam sit. 117.c.1.d

Motus angeli in quo sit, ut in subiecto. ibid.

Motus, an propriè conveniat angelo. ibid.

Motus angelici definitio explicata. 118. c.2.d

Angelici motus ratio. ibid.

Motus angeli aliquid ponit in angelo, & aliquid in passo. 119.c.1.b

Motus angeli inchoatiuè est in angelo, sed completiuè est in corpore moto. ibid.

Motus angeli continuus, prout exit ab Angelo, non est in genere quantitatis. ibid.

Motus angeli continuus, ut terminatur ad corpus, & in eo recipitur, est in genere quantitatis per accidens. ibidem c.

Angeli operatio in passo recepta, ut operatio est, & motus continuus angeli, non est in genere quantitatis, sed est continua continuitate transcendentali. ibid.

Motus angeli localis non est Vbi fluens, aut substantiæ modus, aut continua acquisitio existentiæ Angeli in alia, atque alia parte spatij, &c. 122.c.1.c

Motus angeli est operatio vere, ac formaliter transiens, & ad genus actionis metaphysicæ pertinens, quamuis eius effectus, sine passio sit quàtu per accidens. ib.

Motus angeli nihil aliud est, quam diversi contactus diversorum locorum successiuè, & non simul. ibid.d

Motus localis angeli minimè non convenit cum motib. localibus corporum. ibid.e

Motus violentus, aut præternaturalis non potest esse in angelo, nisi divina virtute movente. ibid.

Motus angeli proprie dicitur liber, aut etiam naturalis, prout ex naturali virtute angeli dependet. ibid.

Angelum esse in loco, aut moueri localiter, quid formaliter significet. 121.c.1.a

Angelus diversa contingens corpora successiuè dicitur, uno modo moueri per accidens, & extrinseca denominatione: alio verò modo per se, & intrinseca denominatione. ibid. c.2.c

Angelus existens in uno termino absolutè, id est sine respectu tendentiæ ad alium terminum, non dicitur moueri. 199.c.1.a, & b

Angelus, quomodo dicatur inchoare motum, scilicet per præsentiam ordinis, &c. ibid.

Angelus existens in loco per præsentiam ordinis, non dicitur moueri, nisi secundùm quid, & minus proprie. 125 c.1.a

Angelus non potest moueri per vacuum. 85.c.2.b

Angelus moueri potest per accidens, non intrinsecè, sed extrinsecè. 81.c.1 & 2

Angelus nunquam monetur per modum corporalis motus, nisi per accidens. 120 c.2.c

Angelus, quo extrinsecè denominetur motus. 121. c.1.c

Angeli motus, quo sensu dicatur esse diuersi contactus. ibid. col. 1.b

angeli motus p accidẽs nõ denominat ipsũ intrinsecè. ib.

Motus localis Angelo propriè non conuenit, sed æquiuocè. ibid.d

Angelus dicitur moueri per se extrinseca denominatione ab extrinseca corporum mutatione contactu Angelicæ virtutis effecta. 122. c 2.a

Angelus dicitur moueri localiter per se, & formaliter, & intrinsecè, non motu corporis, sed motu ipsi angelo proprio. ibid.b

Angelus, cũ dicitur moueri per accidens, extrinseca tantum denominatio est ex motu corporis, cui applicatur Angelus. ibid.

Motus localis, prout est corporum, non conuenit angelo, nisi metaphoricè. ibid.c

Angelo per motum localem acquiritur terminus aliquis non existens in angelo, sed extrinsecè tantum denominans &c. ibid.d

Angelus successiuè, tangens diuersa corpora, aut diuersas partes unius corporis, sibi succedentes in eodem loco non dicitur moueri. 123.c.1.a

Angelus mouens Cælum applicando virtutem suam diuersis partibus sibi succedentibus in Oriente, non monetur motu discreto. ibid.

Angelo per se moto, nullus in eo modus intrinsecus variatur. 121.c 1.a

Angelus dupliciter potest moueri, scilicet per se, & per accidens. 120 c.2.a

angeli monẽtur p accidẽs i assumptis corporib. 70.c.2.c

Angelus monetur per accidẽs, moto corpore, in quo operatur. ibid.

Angeli substãtia, quomodo dicatur moueri. 125.c.2.b

Angelus dicitur moueri, non per sui, sed per rei motæ mutationem, & tamen realiter monetur, licet per extrinsecam tantùm denominationem. ibid.c

Angeli motus, an sit cõtinuus, vel discretus. 126.c.1.b

Motus angelici continuitas, vnde sumenda sit. ibi.c.2.b

Angelus potest moueri motu continuo. 129. c.1.c

Angeli motus, ut sit vere, propriè, et absolutè cõtinuus, requirit spatij continuitatem. ibidem

Angelus in loco indiuisibili existens moueri non potest loca semper indiuisibilia occupando. 130.c.1.c

Angeli motus continuus est unus cõ unitate contactus, & operationis unius totalis, cuius tamen operationis, & motus, prout in loco recipitur, plures sunt partes. 127.c.2.d

Angeli motus unus continuus plures potest habere operationes, prout ab angelo procedunt. ibid.

Angelici motus continuitas requirit non solùm continuitatem magnitudinis, et partibilitatem, sed et angeli, quo ad id, quod est ei ratio locandi. 127.c.1.a

Motus angeli, quatũ sit ex parte angeli, non habet, ut sit continuus. 129.c.1.d

Digitized by Google

Angelorum ſpecies.

Species intelligibiles ex Angelorum eſſentia fluere probatur. 185.c.1.a,& 197.c.1.e
Angeli eſſentia nõ eſt propria,& per ſe primò cauſa ſpecierum intelligibilium. 185.c.2.a,& e
Angeli ſubſtantia non continet virtualiter ſpecies intelligibiles,quæ ſunt rerum repræſentatiuæ, tanquam earum propria cauſa. ibid.
Specierum continentia virtualis in eſſentia Angeli non infert formalem. 197.c.2.d
Species intelligibiles,vt repræſentatiuæ non cognoſcuntur in ſubſtantia Angeli cognita. 198.c.2.c
Species intelligibiles alia ratione cauſantur à ſubſtantia Angeli,& alia ratione à Deo. 198.c.2.e
Ideæ diuinæ, vt rerum ſimilitudines, ſunt per ſe primò cauſæ ſpecierum intelligibilium Angelorum. ibid.d
Species ſunt Angelo debitæ,vt naturales eius perfectiones. 186.c.2.a
Angelico intellectui ſpecies illarum tantum rerum debentur,quas Deus creauit,&c. ibidem
Species,per quas intelligunt Angeli,non ſunt, nec eſſe poſſunt à rebus acceptæ. 193.c.1.a
Species animæ ſeparatæ non cauſantur ab Angelis eſſe eliuè,ſed exemplariter, vel etiam effectiuè virtute diuina. ibid.d
Species imprimitur in potentia ab obiecto, non ex ſola actualitate obiecti,ſed neceſſaria eſt etiam diſpoſitio, & capacitas ex parte potentiæ. ibid.c.2.c
Species non poteſt ab vno Angelo in mente alterius Angeli produci. ibid.d
Angelus, ſi ſine ſpeciebus crearetur,nihil poſſet cognoſcere,nec tamen eſſet vilior quacumque creata natura. 194.c.1.a
Angelus perfectioris eſſ naturæ,quàm hòmo, etiam ſi ſpecies Angeli eſſent ab extrinſeco. 203.c.2.a,& b
Species Angelorum,cur dicantur infuſæ. 199.c.1.b
Species angelorum quare nonnunquam dicantur innatæ,congenitæ,&c. ibid.d
Species angelorum non eſſent eædem,neque ijdem Angeli,ſi Deus aliud Vniuerſum corporeum creaſſet. ibidem.
Species nouæ,non reſultarent ex Angeli eſſentia, creatis à Deo nouis creaturis. ibid.d
Species angelorum ſunt naturales proprietates ab eorũ eſſentia profluentes. 200.c.1.a
Species Angelorum non ab eſſentia fluere, ſed ſpeciali actione Dei infundi,probabile eſt. ibid.
Species nouæ à Deo infunderentur angelis,ſi Deus de nouo crearet alias creaturas. ibid.b
Species vnius angeli non ſunt plures proprietates, ſed partes,quaſi poteſtatiuæ vnius proprietatis, quæ eſt habitus ex eis conſtitutus. 201.c.1.a
Species angelorum de eodem obiecto ſunt vno modo eiuſdem ſpecies,alio verò modo diuerſæ. 201.c.1.c
Species Angelorum ſunt vniuerſales in repræſentando, non tamen à rebus abſtractæ. 177.c.1.c
Species intelligibilis angeli ob ſui excellentiam in eſſendo eſt inadæquata ſimilitudo diuerſorum. 207.c.2.a
Speciem vnam plures repræſentare quidditates, poteſt dupliciter intelligi,ſcilicet mediatè, & immediatè. pag. 208.c.1.d
Species angeli intelligibilis plures quidditates repræſentat mediante vna communi ratione formali, & per ſe primò repræſentata. ibid.c.2.b
Speciei angelicæ obiectum continet formaliter plures quidditates. 210.c.2.e
Species angeli communem pluribus quidditatibus rationem repræſentat,ſine abſtractione a ſingularibus. pag. 208.c.2.e
Angeli ſuperiores, an intelligant per ſpecies vniuerſaliores. 212.c.1.b
Angelum,quantò ſuperior eſt,tantò per pauciores ſpecies intelligere,quo ſenſu verum ſit. 216.c.2.b,& c
Species angelorum,ideò dicuntur vniuerſaliores, quia plures rerum exiſtentium quidditates repræſentant. pag. 213.c.1.e, & col.2.a,& b
Species ſola humanæ mentis eſt vnius tantum quidditatis repræſentatiua. ibid.d
Species angelicæ, non repræſentant quidditates poſſibiles. 214.c.1.a
Species ſuperiorum angelorum,non ob eam præciſè cauſam dicuntur vniuerſaliores,quia plures rerum rationes repræſentent. 114.c.1.c
Species nouæ non infunduntur angelis ad rationes ſupernaturales intelligendas,ſed tantùm ſpeciebus additur nouum lumen. ibid.c.2.a
Species angeli,etiam infimi ordinis non dicitur vniuerſalis,quia naturam cum omnibus, vel aliquibus individuis repræſentat. ibid.c.2.d
Angelus ſupremus habet neceſſariò plures ſimilitudines,ſine ſpecies. 215.c.1.c
Angelus nobilior,& nobilior creabilis à Deo vſque in infinitum pauciores haberet ſpecies,quàm inferiores per additionem ſpecierum in inferioribus. ibid.d
Angelum ſupremum infimæ Hierarchiæ probabile eſt intelligere plures rationes de Angelo ſupremæ Hierarchiæ,quàm infimus infimæ Hierarchiæ. pagina 215.c.2.b
Angeli ſuperiores non tantùm ſecundùm Hierarchiã, ſed etiam ſecundùm ordinem per pauciores ſpecies intelligunt. ibid.c
Angelica ſpecies quælibet dicitur vniuerſalis, quia plures quiadditates repræſentat. ibid.b
Species,& ſubſtantia angeli ſe tenent ex parte obiecti, non ex parte potentiæ. 225.c.2.b
Speciebus angelicis eſt excellentia naturalis hoc ipſo, quod exemplatæ ſunt ab eſſentia diuina. 253.c.2.c
Angelus per eandem ſpeciem cognoſcit naturam, & ſingularia omnia,tam præſentia,quàm actu futura, & etiam poſſibilia. 234.c.1.a
Species angeli repreſentans infinita dici poteſt infinita ſecundùm quid,vel altioris ordinis. ibid.b
Angelus dupliciter aſſimilatur rebus materialibus, vt ſuperior inferioribus,ſcilicet per eſſentiam præciſe, & per eſſentiam ſpeciebus perfectam. 250.c.1.a
Angelus,quibus ſpeciebus,& modis cognoſcat ſingularia materialiter exiſtentia. 252.c.1.d
Species,qua Angelus materialia cognoſcit,quatuor repræſentat,ſcilicet quidditatem, ſingularitatem, exiſtentiam,& accidentia omnia. 252.c.2.d
Species angelica non eodem modo repræſentat quidditatem & ſingulare. 255.c.2.c
Species eadem angelica ſimul oppoſita repræſentat in actu primo. 256.c.1.b

An-

Angelus per ſpeciem quidditatis oppoſita ſucceſſiuè cognoſcit vno, vel pluribus actibus. ibid.
Species angelica non poteſt repræſentare non exiſtentiá Socratis, niſi ſuppoſita eius exiſtentia. ibid.c
Species angeli eſt principium ſufficiens, tam abſtractiuæ, quàm intuitiuæ cognitionis. ibid.c.2.a
Species angeli tunc ſolum repræſentat ſingulare, cum fuerit actu exiſtens. 255.c.1.a
Speciei angelicæ duplex conuenit repræſentatio ſingularis, altera in actu primo, & altera in actu ſecundo: ibidem b.
Angeli per eandem Ideam, ſiue ſpeciem perfectè cognoſcunt naturam ſpecificam, & accidentia omnia, tam per ſe, quam per accidens illi connecta. 253.c.1.d
Species angeli intelligibilis, an, & quomodo repræſentet durationem. 259.c.2.a
Species angeli repræſentat durationem, vt rem repræſentatam, quando eſt. ibid.c
Speciem Angeli repræſentare durationem, vt conditionem, non rectè dixit Caietanus, & alij. 260.c.1.a
Species nulla eſt accidentalis in angelo, quæ Deum immediatè repræſentet. 240.c.2.a
Angeli ſubſtantia munus ſupplet excellenter ſpeciei. pag. 221.c.2.c
angelus, an per ſuam eſſentiam, vel per additam ſpeciè Deum cognoſcat. 235.c.2.a
angelus an, & quomodo poſſit ea, quæ per vnam, vel per plures ſpecies repræſentantur, ſimul, & diſtinctè cognoſcere. 298.c.2.d
angelus vtens vna ſpecie non neceſſariò, ſimul omnia per eam repræſentata cognoſcit. 300.c.2.a
angelus per plures ſpecies diuerſorum ordinum plures ſimul actus elicit. 301.c.1.c
angelus poteſt per plures eiuſdem ordinis ſpecies actus, & conceptiones ſimul intelligere, prout vnius ſpeciei actus, & conceptiones ſunt partes. ibid.c.2.d
angelus quomodo per plures ſpecies diuerſorum ordinũ ſimul intelligat. ibid.c.1.c
angelus poteſt omnia per ſpecies repræſentata ſimul imperfectè cognoſcere. 304.c.1.c

Angelorum cognitio.

Angeli plures intellectiones eiuſdem ordinis ſimul exiſtentes, an habeãt intenſionem perfectam. 302.c.2.b
angelus, an poſſit eſſe in potentia ad omnem actum ſecũdum reſpectu naturaliter cognoſcibilium. 296.c.2.a
angelus, quomodo exiſtẽs in potentia, circa aliquod obiectum reducat ſe in actum ſecundum. ibid.d
angelus per ſuam eſſentiam, nec inferiora, nec ſuperiora, præter Deum diſtinctè cognoſcit. 184.c.2.a
angelus poteſt in ſe ipſo, tam ſuperiora, quàm inferiora imperfectè cognoſcere. 185.c.1.a
angelus ſeipſum per ſuam ſubſtantiam immediatè cognoſcit. 221.c.1.d
angelus ſeipſum per ſuam eſſentiam intelligens, vniuerſa per eandem intelligit accidentia, quæ eam concomitantur. 224.c.1.b
angelus cur ſeipſum per ſeipſum intelligat. ibid.c
angeli eſſentia eſt principium formale, & efficiens quo proximum elicitiuum intellectionis. ibid.d
angeli eſſentia, quomodo concurrat cum intellectu. pagina 224.c.2.e
angelus, an alterum angelum cognoſcat per ſimilitudinẽ intentionalem, an per ſubſtantiam ipſius angeli cogniti, an per ſubſtantiam angeli cognoſcentis. pagina 227.c.2.b
Angelum alterum angelum cognoſcere per ſubſtantiá angeli cognoſcentis, vel etiam per ſubſtantiam angeli cogniti, multi docuerunt. ibid.c.d, et e
angelus non cognoſcit alterum angelum per ſubſtantiá ipſius cognoſcentis. 228.c.1.c
angeli eſſentia non poteſt eſſe forma intelligibilis alicuius intellectus. 229.c.1.a
angeli præſentia, ſiue indiſtantia localis non ſufficit, neque requiritur, vt vnus angelus cognoſcat alium. ibidem.
Cognitio intuitiua angeli poteſt fieri ad quamcumque diſtantiam. 530.c.2.c
angelum cognoſcere alterum angelum per eſſentiam angeli cogniti, vel cognoſcentis eſt impoſsibile. pagina 229.c.1.c
angeli cognoſcentis ad cognitum, quæ ſit proportio neceſſaria. 830.c.1.a
angelus inferior, an cognoſcat ſuperiorem quidditatiuè, aut etiam comprehenſiuè. ibid.d
angelus quilibet alterum quidditatiuè cognoſcit. ibidem col.2. b
angelus inferior non comprehendit ſuperiorem. pagina 231.c.1.a
angelus ſuperior comprehendit inferiorem. 232.c.1.b
angelorum eſſentiæ ſecundùm ſimilitudinem in eſſe naturæ Deum repræſentant duobus modis. 238.c.2.c
angelus per ſuam ſubſtantiam, vt ſpeciem intelligibilẽ Deum cognoſcit immediatè per eam repræſentatum cognitione diſtincta, licèt imperfecta. 239.c.1.d
angeli eſſentia Deum repræſentat mediatè, & immediatè. 239.c.2.a
angelica cognitio de Deo per eſſentiam angeli, vt effectum Dei eſt mediata. 238.c.2.e
angeli ſubſtantia eſt verè, & propriè ſpecies reſpectu Dei. 239.c.2.b.& e
angeli ſubſtantia eſt verè, & propriè ſpecies reſpectu angeli. ibidem.
angeli eſſentia ſeipſam primò, Deum autem ſecundariò repræſentat. ibid.
angeli eſſentia Deum repreſentat immediatè, ſicut ipſum angelum. 240.c.1.a
angeli eſſentia prius refertur ad Deum, vt ratio cognoſcendi, quàm, vt effectus cognitus. ibidem c
angeli cognitio de Deo mediata, & immediata vna eſt ſecundùm rem, diſtincta verò formaliter. 240.c.2.a
angelus, an perfectiorem habeat de Deo cognitionem per ſuam ſubſtantiam, quàm per ſpecies aliarum rerum. 242.c.2.c
angelus perfectiorem habet cognitionem de Deo per eſſentiam ſuam, vt ſpeciem intelligibilem, quàm ſit illa, quam habet per eandem eſſentiam, vt cognitam. pag. 243.c.1.d
Cognitio, quam habet angelus de Deo per ſuam eſſentiá eſt realiter diſtincta ab ea, quam habet angelus per ſpecies aliarum rerum. 243.c.2.b
Cognitio illa, qua angelus per ſuam eſſentiam cognoſcit Deum, ſimpliciter eſt perfectior omni alia cognitione, qua cognoſcit Deum per ſpeciem inferioris creaturæ. 243.c.2.d

Co-

Cognitio, quam habet angelus de Deo per ſuam eſſentiam, eſt perfectior ex parte cognoſcentis ea cognitione, quam habet de Deo per ſpeciem ſuperioris Angeli. ibid.b

Angelus inferior perfectius cognoſcit Deum per eſſentiam propriam, vt ſpeciem intelligibilem, quam per ſpeciem angeli ſuperioris. 243.c.2.e

Angelus inferior per eſſentiam ſuam, vt cognitam perfectius cognoſcit Deum, quàm per ſpeciem repræſentantem angelum ſuperiorem. 243.c.1.d

Angelus ſupremus perfectius Deum cognoſcit per propriam eſſentiam, vt ſpeciem intelligibilem, quàm per ſpecies repræſentantes omnes angelos inferiores collectiuè. ibid.

Angelum ſupremum per ſuam eſſentiam, vt cognitam, perfectius Deum cognoſcere Deum, quàm per ſpecies repræſentantes omnes inferiores angelos eſt probabile. 244.c.1.c

Angelos futura contingentia cognoſcere tantùm per coniecturam quomodo verum ſit. 262.c.2.c, & d

Angelos non poſſe præcognoſcere futura omnia ex cauſis naturalibus proueniencia, non eſt dogma fidei. pag. 267.c.1.b

Angeli cognoſcunt cogitationes cordium in ſuo effectu. pag. 269.c.2.d

Actus voluntatis ſimpliciter naturales poteſt angelus naturaliter cognoſcere. 273.c.2.d

Angelus non poteſt naturaliter cognoſcere actus liberos voluntatis, ſine ſint eliciti ſine imperati. ibid.e

Angelum cogitationes alterius ad ſe ordinatas cognoſcere dixit D Thomas quandoque per ſpeciem, qua loquentem cognoſcit, & quandoq; per ſubſtantiam ſuam. 274.c.1.d

Angelus cognoſcit alterius angeli cogitationes per ſpeciem illum alterum angelum repræſentantē. ib.c.2.a

Angelus habet ſpeciem repræſentantem, quaſi in actu primo cogitationes cordium. ibid.b

Angelis inditas non eſſe ſpecies repræſentantes cogitationes cordium cur dixerit S. Tho. & Caiet. ibid.c

Angelus cogitationes alterius ad ſe directas cognoſcit ét per ſubſtantiam ſuam. 275.c.1.a

Angelus proprias cogitationes per duplicem ſpeciem cognoſcit, ſcilicet per ſubſtantiam ſuam, & per ſpeciē obiecti cogitati. 275.c.1.b

Angelus eodem modo cognoſcit cogitationes animæ ſeparatæ, & hominis viatoris, quo cognoſcit alterius angeli cogitationes. ibid.c

Actus exteriores imperati cognoſcuntur ab angelo naturaliter, quo ad ſubſtantiam actus, non autem quo ad modum. 275.c.2.d

Angelus cognoſcit naturaliter actus phantaſiæ, & appetitus quo ad ſubſtantiam, non autem quo ad modum. ibid.e

Angelos myſteria gratiæ virtute naturali poſſe cognoſcere, docuerunt Scotus & alij. 283.c.1.b

Angelos lumine naturali myſteria gratiæ non poſſe cognoſcere probatur optimis argumentis. ibid.c.2.c

Cognitio angeli naturalis de re ſupernaturali poteſt eſſe multiplex. 285.c.1.c

Angelus non poteſt naturaliter intuitiuè cognoſcere ſupernaturalia, quo ad ſubſtantiam etiam poſtquam facta ſunt. ibid.d

Angelus non poteſt virtute naturali, & cognitione abſtractiua cognoſcere ſupernaturalia, quo ad ſubſtantiam à Deo facta. ibid.e

Angelus naturaliter cognouit humanitatem Chriſti ſubſiſtere, ſed eius ſubſiſtentiam determinatè non videbat. pag. 286.c.1.a

Angelus naturali virtute myſterium Incarnationis non cognouit euidenter. ibid.d

Angelus non poteſt naturaliter cognoſcere exiſtentiam corporis Chriſti in Sacramento. ibid.c.2.a

Angelus cognoſcit abſentiam panis in Sacramento, & accidentia exiſtere ſine ſubiecto. ibid.b

Angelus naturaliter videre poteſt penetrationem corporis cum corpore. ibid.c

Angelus poteſt videre naturaliter ea, quæ ſunt ſupernaturalia, quo ad modum ſe tenentem ex parte principij. ibid.

Angeli virtute ſua naturali cognoſcere non poſſunt myſteria gratiæ. 287.c.1.a

Angelus ex vno effectu ſupernaturali à Deo facto iudicare poteſt in confuſo, & quo ad an eſt de alio effectu ſecundùm ſubſtantiam ſupernaturali. ibid.b

Angelus poteſt vnico actu cognoſcere ea omnia, quę pertinent ad omnia ſingularia eiuſdem ſpeciei. pagina 300.c.2.a

Angelus non poteſt per vnicam ſpeciem plures actus inadæquatos, aut conceptus elicere. ibi.d

Angelus per ſuam eſſentiam ſeipſum, & omnia ad ordinem Vniuerſi pertinentia neceſſariò ſemper intelligit ſed indiſtinctè hæc, ſeipſum autem perfectè. pagina 305.c.1.a

Angelus, an cognoſcendo neceſſaria, vel contingētia, aut effectus in cauſa, vel è contra, vel etiam cognoſcendo ſupernaturalia diſcurrat, aut poſſit diſcurrere, ſi velit. 308.c.2.c

Angelus vno cognitionis actu cognoſcit effectum in cauſa, & cauſam in effectu. 310.c.2.a

Angeli ſupernaturalium myſteriorum reuelationes, & coniecturalem cognitionem habent ſine diſcurſu. ibidem b.

Angelus cognoſcit ſine diſcurſu, non ſolùm ſupernaturalia immediatè reuelata, ſed etiam ea, quæ in aliis reuelati principijs continentur. ibi.c. & d

Angelus cordium cogitationes ſine diſcurſu cognoſcit. ibidem e.

Angelus non poteſt pro libito ſuæ voluntatis diſcurrere. pag. 311.c.1.d

Angelus in cognitione naturali non diſcurrit. ibid.c.2.b

Angelus, an intelligat omnia, vel aliqua componendo, et diuidendo. 313.c.2.c

Angelum multa intelligere componendo, & diuidendo plures opinantur. ibid.

Angelus dupliciter poteſt cognoſcere ſubiectum, prædicatum, & eorum habitudinem, ſcilicet per vnam, et per plures ſpecies. 315.c.1.d

Angelus per ſpeciem hominis cognoſcit irrationale, non tamen ſingulas brutorum differentias. ibid.c.2.b

Angelus ſupernaturalia reuelata cognoſcit per ſpecies naturaliter inditas, quibus intelligit naturalia, lumine tamen illis diuinitus addito ſupernaturali. ibidem

Angeli naturalia cognoſcendo non componunt, neque diuidunt. ibid c

Digitized by Google

Angeli cordium cogitationes, & contingentia ſine compoſitione, & diuiſione cognoſcunt, ibid.
Angeli reuelata, ſiue ſupernaturalia cognoſcendo non componunt, neque diuidunt. 316.c.1.a
Angeli non poſſunt pro ſua voluntate componere, & diuidere. ibid.
Angeli cognitionem ſex rerum generibus præſentatam, cur intellexerit Auguſtinus nomine ſex dierum. pagina 223.c.1.a
Cognitio matutina propriè, & impropriè dicta. ib.d,e
Cognitionis Angelicæ diſtinctio in matutinam, & veſpertinam, quomodo propriè ſit intelligenda. ibid.
Angeli omnes viatores duplicem habuerunt cognitionẽ matutinam. 324.c.1.b
Angelis ſolis bonis, conuenit cognitio matutina ſimpliciter, & propriè dicta. ibid.
Matutina cognitio, cur nonnunquam ab Auguſtino dicatur prior, & nonnunquam poſterior veſpertina. ib.
Angeli per omnem modum cognitionis matutinę cognouerunt res in Verbo, ideſt in eſſentia Dei cognita, non tamen æquè perfectè. ibid.e
Angelis ineſſe cognitionem matutinam naturalem defenditur. 359.c.1.c

Angelorum Habitus.

Angelicus intellectus an præter ſpecies habeat aliquos habitus congenitos, vel acquiſitos. 391.c.1.c
Habitus intellectuales in Angelis eſt idem realiter, & formaliter, quod ipſe ſpecies intellectuales. 293.c.1.c
Habitus in Angelis eſt naturalis. ibid.
Habitus intellectus Angelici eſt lumen formaliter, ſpecies autem materialiter. ibid.c.2.d, & e
Habitus opinionis, & fidei acquiſitæ eſſe in Angelis, eſt probabile. 294.c.1.c
Habitus ſupernaturales à lumine naturali, & ſpeciebus diſtinctis realiter ſunt in Angelis. ibid.c.2.b

Angelorum Potentia.

Potentiam Angeli eſſe eius eſſentiam multi docuerunt. pag. 168.c.1.b
Angeli præſident corporeæ creaturæ. 354.c.2.a
Angelus vna virtute formaliter cuſtodit, monet, præſidet, & illuminat. 99.c.1.c
Angelis, an inſit potẽtia motiua diſtincta ab intellectu, & voluntate. 179.c.1.c
Angelus quicquid agit, per imperium agit voluntatis. pag. 179.c.2.c
Angelorum virtus motiua idem eſt realiter cum virtute executiua. 180.c.1.a
Actus imperij idem eſt in Angelis, quod actus executionis metaphyſicè, non autem phyſicè ſumptus. pagina 180.c.1.a
Angeli perficiunt virtutem Cæli Empyrei, ut efficacius attingat effectum, vel, &c. 90.c.2.a
Angeli poſſunt cauſare lumen in corpore. ibidem
Angelus vnus non poteſt virtute ſua naturali agere in omnes vnius multitudinis phantaſias. 63.c.2.a
Angelus neque potentia ſua naturali, neque diuina virtute poteſt alienam naturam ad vnitatem ſuæ perſonalitatis admittere. ibid.c
Angelus virtute ſua naturali, quomodo poſſit alium angelum detinere, vel alligare. 91.c.2.c
Angelus poteſt plures effectus ſimul producere, non tamen, vt plures. 73.c.2.a
Angelus poteſt aliquid operari in puncto. 103.c.2,b
Angeli per artem producunt effectus nobiliores iis, quos poteſt natura producere. 561.c.2.c
Creaturam corpoream per Angelos adminiſtrari diuina ſcripturæ teſtantur. 560.c.1.a
Angelis obedire materiam corpoream ad nutum quid ſit. 561.c.1.d
Angelus quilibet bonus prælationem habet ſuper quælibet malum. 558.c.1,b
Angelus nullum cum Vniuerſi turbatione poteſt mouere corpus. 562.c.2,d
Angelus nullum totum elementum poteſt à loco mouere. ibid.
Angelus non poteſt Cæli motum efficere velociorem, &c. ibidem
Angelus quomodo poſſit immutare ſenſum humanum, tam ab exteriori, quàm ab interiori. 567.c.2.a

Angelorum Tempus.

Tempus Angelicum menſurans operationes tranſeuntes, vt ſic formaliter non eſt in ipſo Angelo, ſed in corpore ab eo moto, mediante motu. 125.c.2.a
Angeli operatio tranſiens, prout eſt in Angelo, connotans illationem effectus in paſſo, menſuratur tempore Angelico. ibidem
Angeli operatio, prout in corpore recipitur, menſuratur tempore noſtro. ibid.
Tempus menſurans operationem Angeli tranſeuntem, prout eſt in Angelo connotans effectum in paſſo, eſt in Angelo ſupremo omnium operantium actu. ibid.b
Operatio, prout exit ab Angelo pluriſicata, menſuratur tempore diſcreto, quæ tamen, vt terminatur ad paſſum, poteſt continuo tempore menſurari. 128.c.1.c
Tempus Angelicum eſt idem realiter cum operatione Angeli ſimpliciſſima. 152.c.1.b
Angeli operationes immanentes menſurantur tempore diſcreto. ibid.c
Angeli operationes tranſeuntes diſcretè menſurantur tẽpore diſcreto. 153.c.1.c
Angelorum operationes quædam ſunt naturales, & quædam liberæ. 151.c.2.c
Angelorum operationes liberæ, quædam immanentes, et quædam tranſeuntes, & hæ multas habent differentias. ibid. & 152.c.1.a
Angeli operationes tranſeuntes, circa eandem partem magnitudinis menſurantur ſecundùm vnam rationem, vno inſtanti diſcreti temporis, ſecundùm aliam autem tempore noſtro. 152.c.1.d
Angeli operationes tranſeuntes continuæ menſurantur, operatione Angeli nobiliſſima tranſeunter operantis, qui non ſemper eſt idem. ibid.c
Temporis continui Angelici ſubiectum eſt Angelus nobiliſſimus actu operans operatione tranſeunte. ibid. col.2.b
Tempus continuum Angelicum variatur materialiter, ſed non formaliter. ibid.
Tempus noſtrum differt eſſentialiter à tempore continuo Angelorum. 153.c.1.c
Tempus Angelicum eſt natura ſua ſpirituale. ibid.
Motus, quos efficiunt intelligentiæ in corporibus cæleſtibus menſurantur tempore noſtro. ibid.
Tempus Angelicum continuum eſt tantum vnum. ibid. c

Angeli vna operatio menſuratur inſtanti per ſe loquendo, ſed per accidens tempore diſcreto, nunquam autem continuo. ibid.

Temporis diſcreti quidditas non eſt præciſa ratio numeri, ſed eſt duratio realis propriam habens latitudinẽ illi, tam ſecundum ſe, quàm ſecundum eius partes per ſe conuenientem. ibid.c.2.d

Angelorum Voluntas, Amor & Amicitia.

Angeli voluntas ad duos actus genere differentes extenditur, qui ſunt velle, & mouere. 180.c.1.d

Angeli dilectio reſpectu naturalium dupliciter poteſt intelligi maior, aut minor ſ. phyſicè, & moraliter. 418.c.2.e

Angelus in primo inſtanti dilectionem ſimul habuit naturalem, & ſupernaturalem. 444.c.1.b

Angeli dilectio naturalis dupliciter dicitur. ibid.

Angelus neceſſariò, tam quo ad ſpecificationem, quàm quo ad exercitium actus appetit bonum, & beatitudinem naturaliter illi congruentem. 338.c.1.a

Angelus, an diligat ſeipſum naturaliter, tam quo ad ſpecificationem, quàm quo ad exercitium actus, 337.c.1.d

Angelus diligit neceſſariò ſeipſum, & ſuas perfectiones naturales, quo ad ſpecificationem, & quo ad exercitium actus. 338.c.1.e

Angelus non neceſſario, quo ad exercitium diligit alterum angelum. ibid.d

Angelus diligit Deum neceſſariò, tam quo ad ſpecificationem, quàm, quo ad exercitium actus. ibid.

Angelus cur Deum dilectione naturali neceſſariò diligat, quo ad exercitium actus. 345.c.2.d

Angelus diligens Deum amore concupiſcentiæ, tam quá finem plus diligit Deum, quá ſeipſum. 343.c.1.d

Angeli ſancti compatiuntur miſeris, non propriè, & formaliter, ſed radicaliter, & cauſaliter. 489.c.1.d

Amicitiæ angelicæ obiectum triplex. 337.c.2.d

Amicitiam habet angelus ad Deum in puris naturalibus conſideratus. 343.c.1.b

Angelus naturaliter plus diligit Deum, quàm ſuus Patrem. ibid.c

Angelus primum ſuæ dilectionis, & electionis actum in ſupernaturalem finem expreſsè dirigere tenebatur. 418.c.1.b

Angeli in primo ſuæ creationis, & operationis inſtanti ſeipſos naturaliter, & electiue dilexerunt, & in Deũ vt vltimum finem ex charitate ſuper omnia dilectũ, & omnia ſua retulerunt. ibid.d

Angeli dilectio ſupernaturalis in primo inſtãti prius modum habuit naturalitatis ex modo ſubiecti, quàm modum libertatis. 432.c.1.d

Angelorum Productio.

Angelos à Deo fuiſſe productos eſt dogma fidei. 347.c.2.d

Angeli, an inter opera ſex dierum fuerint a Moyſe numerati, ibid.

Angelos antè Mundum corporeum fuiſſe creatos affirmare temerarium eſt. 353.c.2.a

Angelos à Deo fuiſſe creatos antè alias creaturas nõ eſt probabile. ibid.c.1.e

Angelos non fuiſſe creatos antè Mundum corporeum, non eſt Apoſtolica traditio, nec expreſsè traditur in ſacris litteris, &c. 351.c.2.d

Angeli motores orbium non fuerunt creati in Cœlo empyreo. 354.c.2.c

Angelicæ Voluntatis libertas, & neceſsitas.

Angeli omnes in ſecundo inſtanti plenam habuerunt operationis libertatem, tam quo ad exercitium, quàm quo ad ſpecificationem. 418.c.1.e

Angeli in primo inſtanti habuerunt neceſsitatem ſuppoſitionis ad actum conſenſus dicendum. 435.c.2.a

Operatio vna, & eadem Angeli, ſimul habet inſeparationem naturæ, & excellentiam libertatis. pagina 431.c.1.b

Angelica voluntatis primum actum fuiſſe naturaliter, ac neceſſariò rectum. ibid.

Angelicæ voluntatis actus naturalis, & ſupernaturalis in eodem inſtanti fuere, & ad vnius volitionis cõplementum conuenerunt. ibid.c.2.a

Angelicæ voluntatis actus integratus ex naturali, & ſupernaturali diuerſam habent bonitatem, & neceſſitatem. ibid.b

Actus ille, quo ſeipſos inordinatè dilexerunt Angeli peccatores, fuit vna ratione naturalis, & alia electiuus vna ratione bonus, & alia malus. 418.c.2.a

Angelica natura, cur poſsibilius ex ſua naturali virtute rediret ad bonum, ſi homini id eſſet conceſſum, vt ſcilicet virtute naturæ rediret ad bonum. 478.c.1.d

Angelus quo ſenſu apud Damaſcenum dicatur eſſe liberi arbitrij, & mutabilis in vtramque partem ſ. in bonum, & in malum, &c. 479.c.1.a

Electio Angeli plenè deliberata connexam habet variationem termini, qua non poteſt ab ea ſeparari. pagina 475.c.1.b

Angelorum cognitio, & electio circa ſupernaturalia modum habet cognitionis, & electionis circa naturalia. 470.c.2.d

Angeli apprehenſio, & electio cur ſit immobilis. 471.c.1.a

Angelorum meritum.

Angelos ſanctos ſuam meruiſſe beatitudinem diuina ſcriptura ſignificat. 368.c.2.a

Angelus in primo inſtanti, quamuis mereri potuerit, ẽ tamen potuit demereri. 435.c.2.c

Angelus in primo inſtanti potuit habere meritum perfectum cum impeccabilitate. 444.c.1.a

Actus ille, quo meruerunt omnes angeli beatitudinem, fuit actus charitatis, non ſolùm informantis, ſed etiá elicientis. 372.c.1.d

Operatio angeli meritoria eadem fuit in ſecundo inſtanti, quæ in primo ſecundùm rem, ſed fuit mutata, quo ad modum. 453.c.2.c

Angelis non fuit à Deo collata beatitudo, vt eam per opera ſequentia mererentur. 369.c.2.c

Angeli boni plures in vno inſtanti ſimul habuerunt actus meritorios. 459.c.1.c

Angelorum Beatitudo.

Angelo ſecundùm Ariſtotelem conuenit beatitudo. pagina 355.c.1.b

Angeli an creati fuerint beati beatitudine naturali. pagina 356.c.2.d

Angelo ſecundùm ſua naturalia conſiderato conuenit beatitudo naturalis. 358.c.1.b

Angelus creatus fuit cum beatitudine naturali. ibid.

Angeli boni cũ beatitudine ſupernaturali habent natu-

Digitized by Google

valem, ac illi cernut etiam naturali. ibid.
Angelus videns Deum hoc modo ſe habet ad ipſum, ſicut ſe habet quicunque non videns Deum ad communem rationem boni. 375.c.2.d
Angeli beati cognitione beatifica cognoſcunt omnia naturalia, etiam minima. 374.c.2.d
Angelus, & homo beatus dupliciter in eſſentia diuina vident creaturas, ſ. ſecundùm eſſe earum in Deo, & ſecundùm earum quidditates. 372.c.2.c
Angeli ſuam beatitudinem naturalem amittere potuerunt, & mali eam amiſerunt. 357.c.2.e

Angelorum ſtatus.

Angelica naturæ ſtatus quatuor diſtingui poſſunt. pagina 510.c.1.a
Angelus in triplici ſtatu creari à Deo potuit. 439.c.2.a

Angelorum malitia, ſiue peccatum.

Angelus in puris naturalibus exiſtens nullum poteſt patì defectum conſiderationis circa pertinentia ad legem naturæ. 388.c.2.c
Angelos quoſdam eſſe diuinæ Maieſtatis, & humani generis inimicos probatur. 382.c.2.b
Angelos malos eſſe malos error eſt quorundam Rabbinorum. 383.c.1.a
Angelus impeccabilis eſt naturaliter in actu amoris, quo ſeipſum, & Deum naturaliter diligit. 336.c.2.d
Angelus peccare non poteſt naturaliter circa actus naturales, quo ad ſpecificationem actus. ibid.c
Angelus in puris naturalibus conſideratus peccare poteſt contra legem Dei poſitiuam non excedentem naturæ ordinem. 387.c.1.a
Angelo nullo à Deo creabili poteſt qualibet lex poſitiua non excedens ordinem naturæ eſſe connaturalis. ibid.a
Angelus malus peccat contra legem naturalem, non primò, directè, & immediatè, ſed indirectè, & conſequenter, &c. 388.c.1.c
Angeli primum peccatum fuiſſe ſuperbiæ docent ſacræ literæ. 391.c.1.c
Angelis ineſſe non poſſe peccata luxuriæ, gulæ, auaritiæ, iræ, & accidiæ propriè ſumpta. 392.c.2.b
Angelum Deus creare non poteſt in actu odij, vel ſuperbiæ. 435.c.1.c
Angelus malus cur dicatur diuinam ſimilitudinem appetiſſe. 414.c.2.b
Angeli mali habuerunt peccata ſuperbiæ, & inuidiæ, & alia multa ab illis derivata. 393.c.2.a
Angeli primum peccatum an fuerit ſuperbia? pagina 394.c.1.b
Angeli primum peccatum non potuit eſſe actus nolitionis, ſed debuit eſſe actus volitionis. ibid.col.2.b
Angelus peccare non potuit primò, malum aliquod eligendo. 395.c.1.c
Angeli ante peccatum nullum habere potuerunt errorem, aut ignorantiam in vniuerſali, vel in particulari ibid.
Angelus peccare potuit circa corpora ſecundùm aliquam rationem ſpiritualem in eis conſideratam. ibid.c.2.c
Angeli primum peccatum non potuit eſſe circa corporea, ſed circa rem omninò ſpiritualem. ibidem
Angelus prædicator cur dicatur beatitudinem naturalem appetiſſe, vt vltimum ſimpliciter. 396.c.2.b
Angelus malus cur dicatur peccaſſe appetendo finalem, habere beatitudinem ſuis viribus. 397.c.1.b
Angelus malus amans ſeipſum amore inordinato, duos ſimul in vno actu habuit amores, quorum vnus fuit inordinatio. ibid.d
Angeli multi ſecundùm ordinem naturis earum inditum actu volitionis, vel inobedientiæ, vel etiam omiſſionis peccare primò non potuerunt. 397.c.2.e
Angeli peccatum, quo per ſe primo peccat in quolibet actu, eſt ſuperbia. 395.c.1.c
Angelus peccans an prius ordine naturæ habuerit ignorantiam, vel errorem, aut inconſiderationem tantùm, vel etiam ex ſimplici voluntatis electione peccauit. 401.c.2.c
Peccatum primum Angeli non fuit ſola omiſſio regulæ actualis, ſed fuit actus commiſſionis contrarius regulæ. 403.c.2.c
Angeli, & Adæ, ac Euæ peccatum quomodo diſtinguatur. 407.c.1.c
Angeli mali iudicium practicum de propria excellentia amanda fuit verum obiectiuè, ſed falſum modaliter, & interpretatiuè. 403.c.2.c
Angelus non peccauit ex electione ſciens, & prudens. pag. 404.c.2.c
Angelus an appetierit eſſe, vt Deus per æqualitatem perfectum, & naturalem. 410.c.1.b
Angelus primò peccans erravit errore concomitante actum voluntatis. 408.c.1.c
Angeli non peccauerunt primò appetendo per ſe ineffaciter æqualitatem Dei per eſſentiam. 414.c.1.c
Angeli inferiores quomodo appetierint ſubeſſe Lucifero magis, quam Deo. 462.col.2.b
Angeli omnes in primo ſuæ creationis inſtanti fidei actum habuerunt tam ſpeculatiuum, quàm practicum. pag. 418.c.2.e
Angeli mali in ſecundo inſtanti fidei actum habuerunt ſpeculatiuum, ſed non practicum. ibid.
Angeli mali actu æquali phyſicè, & intenſiuè ſeipſos dilexerunt in vtroque inſtanti. 419.c.1.a
Angelus malus ſeipſum dilexit in primo, & in ſecundo inſtanti actibus inæqualibus moraliter, ſeu appretiatiuè. ibid.
Angeli peccare potuerunt ſupernaturalem beatitudinè appetendo. ibid.d
Peccatum primum Angeli, an fuerit appetitus inordinatus beatitudinis naturalis, an ſupernaturalis, vel alicuius alterius excellentiæ. 415.c.2.a
Peccatum primum Angeli fuiſſe dilectionem inordinatam naturalis beatitudinis. 417.c.1.c
Angelus malus beatitudinem ſupernaturalem non appetiit, vt vltimum finem, quo ad modum volendi, ſed eam ad ſemetipſum ordinauit. 419.c.2.c
Angelus malus cognoſcens ſpeculatiuè beatitudinem ſupernaturalem, non conſideranit practicè illam vires eius excedere, &c. ibid.
Angelus malus cur dicatur ex inconſideratione peccaſſe. ibidem
Angeli mali actus, quo ſupernaturalem beatitudinem appetiit inordinatè, non fuit verè, & propriè ſupernaturalis. ibidem
Angelus malus cur dicatur voluiſſe virtualiter, & interpretatiuè beatitudinem ſupernaturalem propriis viribus aſſequi. ibid.e

An-

Angelos malos peccaſſe vtramque beatitudinem ſimul appetendo, probabile eſt. 420.c.1.a
Peccatum primi Angeli fuiſſe alijs cauſam peccandi cõmunis eſt ſententia Theologorum. 462.c.1.d
Angelus malus beatitudinem ſupernaturalem, & Deũ ad ſeipſum, vt ad finem ordinauit. 463.c.1.a
Angelus malus ex modo appetendi, beatitudinem ſupernaturalem habere voluit, vt perfectionem quandam naturalem. ibid.b
Angelum appetitione vnionis hypoſtaticæ peccaſſe fuit poſſibile. 421.c.1.a
Angelis omnibus à principio reuelatum fuit myſterium Incarnationis. ibid.b
Angelis omnibus impoſitum fuiſſe præceptum, vt Chriſtum adorarent, eſt ſatis credibile. ibid.c.1.a
Angeli mali non peccauerunt appetitione vnionis hypoſtaticæ. ibidem
Angelum peccaſſe ſuam appetendo perfectionem naturalem, vt vltimum finem, ad eam ordinando tam ſupernaturalem beatitudinem, quam hypoſtaticam vnionem ſuæ naturæ concupitam, probabile eſt. ibid.
Angelorum primum peccatum non fuit appetitus tyranici principatus ſuper omnes alias creaturas, nec cõcupiſcentia culmis, vel honoris, &c. ibid.a
Angelorum primum peccatum non fuit appetitio exemptionis ab omni imperio Dei, quo ad miniſteria, in quibus occupantur. 421.c.2.a
Angelus primò peccare non potuit, eo quod ei ſimpliciter eſſet displiceret eſſe Deo inferiorem naturam. pagina 422.c.1.a
Angelus ſupremus ſecundariò appetijt tyrannicũ principatum ſuper alios. 422.c.2.c
Iudicium Angelorum peccantium quomodo fuit perfectum. 477.c.1.d
Angeli peccatum non fuit præſumptionis. 423.c.2.c
Angelorum pugna declaratur. 445.c.1.d
Angeli mali intellectus poteſt ineſſe falſitas, non ſolum virtualiter, ſed etiam formaliter. 319.c.1.d

Angelorum via, moralæ & inſtantia.

Angelum in primo inſtanti peccare, an fuerit poſſibile. pag. 430.c.1.c
Angelica voluntatis primum actum fuiſſe naturaliter, ac neceſſariò ad rectitudinem determinatum probatur. ibid.c.2.b
Angeli quomodo peccare potuerint in ſecundo inſtanti, pag. 418.c.2.c
Angeli an pleniorem habuerint deliberationem in ſecundo inſtanti. 408.c.1.d
Angelus malus conſiderationem diuinæ regulæ habitã in primo inſtanti omiſit in ſecundo. 409.c.1.d
Angelus in primo creationis inſtanti non potuit omiſſione peccare. 433.c.1.a
Angelus in primo creationis inſtanti non potuit velle omiſſionem formaliter, nec virtualiter, nec interpretatiuè. ibid.d
Angelus, malus aliud in primo, & aliud in ſecundo inſtanti iudicium habuit. 434.c.2.c
Angelus, ſi non fuiſſet creatus in gratia, an in primo inſtanti actum liberi arbitrij habere non potuiſſet, cur aliquam moram habere potuiſſet inter creationem, & lapſum. 439.c.1.d
Angelorum via quot habeat inſtantia. ibid.c.2.d
Inſtantis Angelici à noſtri temporis inſtanti differentia. 441.c.1.d
Inſtantia duo temporis Angelici immediata non poſſãt coexiſtere duobus inſtantibus noſtri temporis. ibid.e
Inſtans Angelicum, licet ſit formaliter indiuiſibile, nihilominus tamen poteſt eſſe multipliciter diuiſibile. ibid.d
Angelorum operatio prima meritoria potuit cum ſua menſura coexiſtere vni ſolinoſtri temporis inſtanti. ibid.c.2.b
Angelorum ſecundum, vel tertium inſtans per ſe ſumptum coexiſtere potuit vni noſtri temporis inſtanti. ibid.d
Angelorum oppratio quomodo durare potuerit per inſtans noſtri temporis. 442.c.1.a
Angelorum beatitudo quomodo eſſe poſſit in inſtanti. ibi.
Angelorum malorum pœna quomodo dicatur in inſtanti contigiſſe. ibid.c
Angelos malos gratiam, & meritum per inſtans ſolum noſtri temporis habuiſſe, non eſt probabile. ibid.d
Angelorum malorum duratio in gratia fuit valde breuis. 442.c.2.b
Angelorum omnium tam bonorum, quã malorum vita fuit æqualis. ibidem
Angeli primus actus, quomodo potuerit ferri ſimul in naturalia, & ſupernaturalia. 444.c.1.b
Angelus in primo ſuæ creationis inſtanti, quo ſenſu dicatur naturalem motum ad bonũ habuiſſe. ibid.c.2.a
Angelus quomodo dicatur in primo inſtanti ſeipſum in ſeipſum conuertiſſe per veſpertinã cognitionẽ. ibid.b
Angelorum via vno duntaxat merito, & inſtanti materialiter, duobus autem formaliter fuit expleta. ib.c
Meritum cum perſeuerantia ad beatitudinem conſequẽdam tam Angelis, quam hominibus eſt neceſſarium. pag. 445.c.2.a
Perſeuerantia in bonis Angelis vna tantùm materialiter operatione fuit expleta, duabus autem formaliter. ibid.
Meritum duplex fuit in bonis Angelis, ſcilicet perfectum, & imperfectum. ibidem
Actus bonorum Angelorum in prima inſtanti meritorio quomodo nona ratio meriti in ſecundo inſtanti addita fuerit. ibid.c
Angeli operatio meritoria mutationem habuit intrinſecam in ſecundo inſtanti. 445.c.1.d
Meritis æqualis duratio in Angelis bonis, & malis non potuit ſuſtineri. 446.c.2.c
Angelorum via, & terminus an in eodem inſtanti ſimul eſſe potuerint. ibid.d
Angelos bonos otioſos manſiſſe, dum mali peccabant, nõ eſt aſſerendum. 447.c.1.c.d
Angelorum viam, & terminum ſimul fuiſſe probabile eſt. 446.c.2.c
Angelis hoc fuiſſe lapſum, quod homini mors, quo ſenſu ſit malignorum. 450.c.2.c
Angelorum via duo non potuit habere inſtantia immediata, quæ duobus correſponderent inſtantibus noſtri temporis. 451.c.1.c
Angelorum prima operatio meritoria potuit cum ſua menſura coexiſtere vni ſolo noſtri temporis inſtanti. ibid.c.2.a
Angelorum via, quodlibet inſtãs abſolutè ſumptũ coexiſtere potuit vni noſtri tẽporis inſtanti, et plura pluribus ib.

Angelos malos per inſtans tantum noſtri temporis gratiam, & meritoriam actionem habuiſſe non eſt ſatis probabile. ibidem
Angelorum malorum duratio in gratia, & operatione meritoria breviſſima fuit. ibid.b
Angeli omnes in primo creationis inſtanti verè, & propriè meruerunt beatitudinem. ibid.c
Angelorum viam ex tribus Angelici temporis inſtantibus fuiſſe completam, eſt valdè probabile. ibid.c
Angelorum viam duobus tantùm inſtantibus integratri, altero, vt via tantùm, & altero, vt termino tantùm, eſt probabile. ibid.d
Angelorum viam duobus fuiſſe inſtantibus integratâ, altero, vt via tantùm, & altero, vt via, finnt, & termino, eſt probabile. ibidem
Angelos in ſecundo inſtanti formaliter, & virtualiter indiuiſibili meruiſſe, & in eodem etiam beatitudinis præmium recepiſſe, non implicat. ibid.e
Angelorum viam fuiſſe ex multis inſtantibus, ſibi ſuccedentibus non eſt probabile. 452.c.1.a
Angeli mali in ſecundo inſtanti plures ſimul habuerũt actus malos ſeſe ordine naturæ conſequentes. pagina 459.c.1.c

Angelorum Illuminatio.

Illuminationis Angelicæ definitio legitima. 557.c.1.c
Angelus quomodo alterum Angelum illuminet. pagina 507.c.1.b
Illuminatio, vt fiat in Angelis, duo neceſſariò requirit. ibidem c.
Angeli inferioris virtus, quomodo confortetur ex conuerſione ad Angelum ſuperiorem. ibid.c.2.b
Angeli illuminatio actiua, & paſſiua quid ſit. pagina 508.c.1.c
Illuminatio Angeli efficit quodammodo nouum lumen & quodammodo intendit lumen præexiſtens. ibidem
Illuminatio Angelica non fuit per phyſicum influxum. ibid.c.2.a
Angeli ſuperiores ſtatim, vt cognitionem myſteriorũ, à Deo acceperint, illam inferioribus communicant. pag. 515.c.1.e
Angeli inferiores de myſterijs Incarnationis, & redemptionis plenius fuerunt a ſuperioribus illuminati, quando fuerunt completa. ibid.d
Angeli an à principio creationis ſuæ, vel beatitudinis cognouerint myſteria gratiæ, & præcipuè diuini Verbi Incarnationem. 515.c.1.c
Angelorum inferiorum cognitio à lumine ſuperiorum habita quoſenſu dicatur ab eodem lumine dependere, etiam in conſeruari. 551.c.1.b
Illuminationis, & locutionis Angelicæ differentiæ tres. 503.c.1.d
Illuminationis definitio. ibid.
Illuminatio vnius Angeli ab alio quomodo fiat. ibidem col.2.b
Illuminationis multi modi. 504.c.2.b
Illuminationis modus duplex, ſcilicet phyſicus, & moralis. ibid.d
Illuminatio phyſica ſeptem modis poteſt exiſtimari vni Angelo reſpectu alterius conuenire. ibid.d
Illuminationis phyſicæ modi omnes reijciuntur. pagina 505.c.1.a
In illuminatione corroboratio intellectus, & oſtenſio veritatis non ſunt duæ actiones realiter diſtinctæ. pagina 507.c.1.d
Illuminatio non fit per infuſionem, aut intenſionem luminis naturalis, aut ſupernaturalis. 508.c.2.c
Illuminatio in Angelis non fit per hoc, quod vnus Angelus alteri ſpecies infundat, aut infuſas modificet. ibidem.
Illuminatio non fit per hoc, quod Angelus illuminans producat nouitatem in illuminato. ibidem
Illuminatio non fit per virtutis influxum habentis eſſe intentionale in illuminato. ibidem
Illuminatio non fit in Angelis per modum naturæ, ſed tantum per modum artis cooperantis naturæ. ibidem
Illuminatio non fit in Angelis per vnionem ſuperioris cum inferiori ad modum extrinſecæ formæ, &c. ibi.
Angelus dupliciter poteſt hominem illuminare, ſcilicet viſibiliter, & inuiſibiliter. 562.c.1.b
Illuminationis tres ſunt modi. ibid.
Manifeſtatio eius, quod mente concipitur, ſecundùm quod pendet à prima veritate, eſt illuminatio. pagina 527.c.1.a
Illuminatio qualem veri manifeſtationem requirat. ibidem b.
Homo quomodo illuminetur à Deo, ab homine, & ab Angelo. 562.c.2.c
Illuminatio non eſt, ſi fiat à Michaele manifeſtatio conceptionis, & volitionis, prout pendet à voluntate Michaelis. ibidem
Illuminatio eſt, ſi fiat manifeſtatio conceptionis, & volitionis, prout pendet à prima voluntate, & veritate. ibid.
Lumen intellectus humani quomodo per lumen intellectus Angelici roboretur. 562.c.2.b
Angeli boni quomodo directè imprimant in intellectũ. pag. 563.c.2.d, & e
Angeli mali non imprimunt directè in intellectum. ibidem e
Angelus cur non imprimat directè in voluntatem. ibid.
Angelus ſecundùm vnam rationem non illuminat immediatè phantaſmata, ſecundùm aliam autem illuminat immediatè. ibid. per totum.

Angelorum locutio.

Locutionem aliquam eſſe in Angelis eſt fidei dogma. pag. 517.c.1.d
Locutio vnius Angeli ad alterum quomodo fiat. ibidem col.2.b
Locutionis Angelicæ decem modi ſecundùm opiniones Doctorum diuerſas. ibidem
Locutionis in communi, ſiue vt locutio eſt, ratio quænam ſit. ibidem
Locutio non ſemper ordinatur ad manifeſtandum alteri. 519.c.1.a
Locutionis Angelicæ definitio explicata. ibid.b
Locutio eſt verbum ordinatum, &c. ibid.c
Verbum eſt realiter, & eſſentialiter manifeſtatio. ibid.d
Locutionem Angelicam conſtituunt verbum, & ordo ad alterum, non vt duæ res, ſed vt res, & modus. pagina 419.c.2.a
Verbum Angelicum eſt locutio eſſentialiter: ordo verò ad alterum eſt determinatio, & modus locutionis. ibid. per totum.
Locutio Angeli an ſignum præexigat excitatiuum. pagina 520.c.1.a

Locutio inter beatos Angelos non præexigit ſignum excitatiuum. ibid.
Locutionis vis excitatiua non diſtinguitur realiter ab ipſa locutione. ibidem
Intellectiua virtus Angeli præhabet eminenter vim omnium potentiarum ſenſitiuarum cognoſcitiuam.ib.c
Locutionis noſtræ ſigna eminenter continentur in Angelica locutione. ibid.d
Locutionis excitatio eſt ordinatio conceptus ad alterũ. ibidem.
Locutionem Angeli,præciſo ſtatu beatitudinis,per virtutem ſiue ſignum excitatiuum fieri ab ipſa locutione minimè diſtinctum. ibid.
Angelus conceptum ad ſe directum videt per ſpeciem, per quam Angelum loquentem cognoſcit. §20.c.2.a
Angelus alteri loquens excitat illum,non phyſicè, ſed moraliter. §21.c.1.c
Loquentem Angelum cur ſemper alter audiat. pagina §21.c.2.b
Locutio Angelica non ſit per hoc,quod Angelus loquẽs cauſet in audiente notitiam. §21.c.2.d
Locutio non ſit in Angelis per hoc, quod vnus in alterius intellectu cauſet ſpeciem, aut conceptum, vel modum aliquem realem. ibid.e
Locutio Angeli non ſit per duo ſignorum genera,&c. pag. §22.c.1.a
Locutio Angeli non ſit per characteres,ſiue ſigna corporea. ibid.b
Locutio Angeli non ſit per aliqua ſpiritualia ſigna ab actu intelligendi,& à conceptione diſtincta. ibid.c
Locutio Angelica ſit per hoc, quod vnus Angelus conceptum ſuum ordinat ad manifeſtandum alteri. ibi.e
Locutio Angelica ſit per aliquod ſignum excitatiuum ad audiendum,quod non eſt ab ipſa locutione diſtinctum,&c. ibid.c.2.a
Angelus ſpectatus in ſuis naturalibus poteſt alteri Angelo mentiri. §24.c.1.c
Locutionis noſtræ,& Angelicæ differentia. §25.c.1.d
Locutionis Angelicæ ad Deum quinque modi ex ſacris litteris. §28.c.1.d
Locutionis Angelicæ ad Deum modi omnes ad accipiendum aliquid à Deo ordinantur. ibid.
Angelum Deo loqui,non vt aliquid ei communicet, ſed vt ab eo aliquid accipiat,eſt de fide. §28.c.2.b
Locutio Angelica an locali diſtantia impediatur. pagina §29.c.1.d
Locutionem Angelicam requirere diſtantiam localem multi ſenſerunt,vt Scotus,& alij. ibid.
Locutioni Angelicæ nullum affert impedimentum diſtãtia localis,etiam ſi eſſet infinita. §29.c.2.b
Locutio Angelica,ſi fieret per phyſicam efficientiam, requireret determinatam diſtantiam. ibid.d
Locutio Angelica,ſi fieret per phyſicam efficientiam,eſſet accipienda determinata diſtantia ſecundum proportionem virtutis Angeli. §30.c.1.c
Locutionem vnius Angeli poteſt vnus audire abſque alijs. §31.c.2.d

Hierarchia Angelorum.

Hierarchia quid ſit. §33.c.2.a
Hierarchiæ definitio ex Dionyſio explicata à D. Thom. pag. §34.c.1.a
Hierarchia dicitur a Hieros,quod eſt ſacrum, & Archos,quod eſt princeps. §33.c.1.a
Hierarchiarum diſtinctio,& differentiæ. §34.c.1.a
Angeli Hierarchiæ vnius ſub vna continentur ſpecie ſubalterna. ibid.a
Hierarchiam quamlibet habere tres ordines non ſine temeritate poteſt negari. §35.c.2.c
Hierarchiæ ſupremæ proprium eſſe diuinorum operum rationes in eſſentia diuina immediatè contemplari. pag. §42.c.2.d

Angelorum ordines.

Ordinis Angelici definitio ex magiſtro. §35.c.2.d
Ordines Angelorum dupliciter poſſunt diſtingui. pagina §35.c.1.d
Angelum inferiorem eſſe ſupremo homine ſuperiorẽ, quo ſenſu verum ſit. §35.c.2.d
Angelos multos ſub vno ordine contineri, multa loca ſcripturarum affirmant. §38.c.1.a
Angeli,qui ſunt in terminis diuerſorum ordinum, quo magis inter ſe conueniant ſecundùm propinquitatẽ naturæ,quam vnus eorum cum aliquibus ſui ordini, minus autem ſecundùm idoneitatem ad ſimilia officia. §38.c.1.d
Ordines Angelorum à DD. Dionyſio,& Gregorio, & à multis alijs Patribus variè fuiſſe numeratos,nec tamen verè eſſe diſcordes. §46.c.2.a
Ordinem Angelorum decimum cecidiſſe quidam affirmant,quod in bono ſenſu verum eſt. §52.c.2.d
Ordo gratiæ non mutatur à Deo propter excellentius aliquod donum gratiæ. §78.c.2.b
Ordines eſſe in Dæmonibus affirmant ſacræ litteræ. pagina §54.c.2.c
Ordo idem ſecundùm vnam rationem continet Angelos bonos,& malos,ſecũdùm aliam verò minimè.ibi.

Angelorum miſſio.

Angelos aliquos in miniſterium mitti eſt fidei veritas. pag. §69.c.2.a
Miſſio diuinarum perſonarum infert à minori ad maius miſſionem Angelorum. ibidem b
Angelus quandoque ab Angelo mittitur. ibid.d
Angelus ab Angelo miſſus an dicatur miſſus in miniſterium. §70.c.1.a
Angelus miſſus non eſt propriè miniſter mittentis.ibid.
Angelus ab Angelo mitti poteſt dupliciter, ſcilicet per actualẽ mandatum,& per donorum communicationem. ibid.
Angeli ſuperiores denominantur miſſi, eo quod inferioribus ſua dona communicant. ibidem
Angelus malus mittitur nonnunquam à Deo, & nonnũ quam ab Angelo malo. ibid. c.2.a
Angelos ſuperiores nunquam ad exterius miniſterium miſſi,probat S.D.ex tribus generibus cauſarum,pagina §72.c.2.a
Angelicus ordo non prætermittitur per Dei potentiam ordinariam. ibidem d
Angeli ſuperiores,qui non mittuntur,ſunt quatuor ordines ſuperiores. ibid.e
Angeli ſuperiores an quandoque mittantur in miniſterium. ibid.b
Angelos etiam ſupremos à Deo mitti in externa miniſteria ſenſerunt Scotus,& alij. §73.c.1.a
Angelos quatuor ordinum ſuperiorum non miſſi probatur. ibid.e

Miſſio angelorum duplex, ſcilicet exterior, & interior. ibid.c.2.d
Miſſio angelorum analogicè dicitur. ibid.e
Miſſio angelorum exterior duplex. ibid.
Angelorum perfectiones ſpirituales omnibus ſunt communes, ſed diuerſo modo. 574.c.1.d
Miſſio quædam angelis conuenit partim, ad viſibilem, partim ad inuiſibilem pertinens. ibid.c.2.e
Miſſio conuenit angelis à natura diſpoſitiuè, ſed à gratia completiuè. 575.c.1.e
Angelos ſuperiores ad altiora, inferiores autem ad inferiora miniſteria mitti. ibid.c.2.b
Supremos angelos ad Chriſtum miſſos fuiſſe probabile eſt. ibid.
Angelus miſſus ad cuſtodiam Paradiſi cur dictus ſit Cherubim. 576.c.1.c
Angelus Michael, qui præeſt Eccleſiæ, non eſt de numero Cherubinorum. ibid.c.2.b
Angelus Raphael non eſt de ſupremis. ibid.
Angelos omnes eſſe miniſtratorios ſpiritus, quo ſenſu dicat Apoſtolus. 576.c.2.d
Seraphinus apud Iſaiam quo ſenſu intelligatur miſſus ad prophetam. 578.c.2.d
Gabriel miſſus ad beatam Virginem fuit ex ordine Archangelorum. 578.c.2.e
Angeli miſſi ſemper aſſiſtunt Deo. 579.c.2.e
Aſſiſtere Deo quo ſenſu dicantur Angeli. ibid.d
Aſſiſtere Deo dicuntur Angeli dupliciter. ibid.
Angeli ſecundæ Hierarchiæ cur non omnes mittantur. pag. 581.c.2.b

Angelorum Cuſtodia.

Homines ab Angelis cuſtodiri ſacræ litteræ, & Patres teſtantur. 582.c.2.d
Homines ab Angelis cuſtodiri docent Philoſophi. ibid.
Angelis conuenit officium cuſtodiendi homines ſecundùm rationem à natura, & ſecundum aliam ex gratia. 583.c.1.c
Homini, ſi eſſet conditus in puris naturalibus, daretur Angelus cuſtos. ibid.c
Angelos hominem in puris naturalibus creatum cuſtodiret, vt princeps, non vt ſeruus. ibid.
Angeli officium in cuſtodiendo hominem, ſi eſſet homo in puris naturalibus. ibid.
Angelica cuſtodia duodecim, immò decem, & octo ætates. ibid.c.2.b
Angelos ſingulos hominibus ſingulis tam fidelibus, quàm infidelibus ad cuſtodiam deputari non eſt de fide. pag. 585.c.1.d
Angelos ſingulos hominibus ſingulis cuſtodiendis deputari an ſit certum ſecundum fidem. ibid.e
Angelos ſingulos ad cuſtodiam ſingulorum hominum cuiuſcunque conditionis fuiſſe delegatos, non poteſt abſque inſigni temeritate negari. 586.c.1.c
Angelos ſingulorum infantum cuſtodiæ fuiſſe deputatos negare videtur erroneum, aut erroris proximum. pag. 587.c.2.d
Angelos ſingulos cuſtodiæ ſingulorum hominũ excellentium iuſtitiæ fuiſſe deputatos videtur dogma fidei. ibid.
Angelos ſingulos ſingulorum inſignis iuſtitiæ virorum cuſtodiæ deputatos fuiſſe negans non eſt facilè vt hæreticus condemnandus. ibid.e
Angelum proprium cuſtodem cur Petrus habuerit. pagina 588.c.1.b
Angelos ſingulos ſingulis hominibus ad cuſtodiam deputari non eſt traditio Apoſtolica. 588.c.2.c
Angeli plures ex perſonis in regimine conſtitutis ad cuſtodiam deputentur. 589.c.2.c
Angelus vnus cuilibet multitudini tam ſæculari, quàm Eccleſiaſticæ eſt à Deo propoſitus. ibid.
Angelus, qui eſt in cuſtodia Matris, cuſtodit prolem in eius vtero exiſtentem. 593.c.2.d
Angelus Cuſtos quomodo ab aſpectu Dæmonis poſſit abſcondi. 594.c.2.b
Angelos non dolere de malis, quos cuſtodiunt, eſt veritas fidei. 596.c.1.c
Angelos dolere de malis eorum, quos cuſtodiunt, multorum Patrum verba ſonant. ibid.c.2.d
Angeli quo ſenſu dicantur dolere de malis, &c. ibid.d

Angelorum pugna.

Angelorum bonorum pugna cum malis quomodo intelligenda. 598.c.1.d

Anima.

Anima non eſt ſingulare abſolutum omnibus modis. pagina 45.c.1.c
Anima noſtra continet omnia virtualiter ineſſe intelligibili. 196.c.2.e
Animæ quomodo indiuiduentur, & diſtinguantur ſecundùm habitudines ad corpora. 47.c.2.e, & 50.c.2.c
Anima potentia eſſe eius eſſentiam multi docuerunt. pag. 168.c.1.b
Anima rationalis non vnitur corpori per operationem ſenſitiuam, & intellectiuam totius compoſiti. pagina 191.c.2.c
Anima, vt ſubſtantia intellectualis, non eſt propter obnum compoſiti, ſed tantùm quatenus eſt forma, & pars. ibid.
Anima modus eſſendi eſt propria, & præciſa cauſa talis modi perficiendi, ideſt perfectionem accipiendi à ſenſibilibus. 191.c.1.b
Anima inde conueniant potentiæ liberæ. 272.c.2.c
Anima noſtra ſeparata ſeipſam per ſeipſam intelligit. pag. 224.c.2.c
Anima ſeparata non poteſt abſtrahere ſpecies à rebus. pag. 195.c.2.b
Anima ſeparata eodem modo cognoſcit cogitationes ad ſe directas, quo eas Angelus ad ſe directas cognoſcit. pag. 275.c.1.c
Anima noſtra habet virtutem imperantem, & exequentem diſtinctas realiter. 179.c.2.c
Anima naturali ſua virtute non poteſt corpus aſſumere. 66.c.2. per totum.
Anima virtute ſupernaturali pòt corpus aſſumere. ibi.
Anima quandoque diuina virtute corpora aſſumunt, vt Angeli. ibidem
Animarum apparitiones quandoq; fiunt operatione bonorum, vel malorum ſpirituum. ibidem
Animæ beatæ per cæleſtia corpora, vt inſtrumenta, cauſant perpetuitatem, & ſtabilitatem in rebus inferioribus. 90.c.2.c
Anima, Deus, & Angelus quomodo poſſint eſſe in eodẽ corpore. 114.c.2.b
Anima rationalis quomodo moueatur per accidens. pag. 120.c.1.d

Animæ Sanctorum in Lymbo detentæ fuerunt virtute loci diuinitus illi collatæ. 91.c.1.c

Anima Christi aliquid operata est in Lymbo Patrum. saltem illuminando. ibid.

Anima Christi secundum rem descendit ad inferos. 123.c.3.a

Animæ per merita, vel demerita feruntur in locum suum, sicut corpora per leuitatem, & granitatem. 91.c.2.a

Animæ damnatorum in primo separationis instanti inaluduntur in igne, velut in carcere, & in eo deformantur per accidens à Dæmonibus. ibid.

Animas damnatorum deferri à Dæmonibus potest esse locutio metaphorica. ibid.

Animæ beatæ feruntur in cælum per operationem continuam, vel discretam, nel magis in primo separationis instanti sunt in cælo. ibid.

Animæ beatæ dicuntur ab Angelis deferri, eo quod illis assistant, &c. ibid.d

Animæ separatæ actus primi sunt absq; discursu. 475.c.2.c

Anima separata redditur immobilis per primum actum, quem elicit in statu separationis. ibid.d

Anima separata per primum actum elicitum in statu separationis meretur, vt in termino. ibid.

Anima damnati in primo instanti separationis non potest mereri. 476.c.1.a

Anima veri sancti in primo instanti separationis non potest demereri. ibid.b

Animæ separatæ, & angeli immobilitas non est eiusdem rationis. 455.c.2.a

Anima separata beata potest moueri diuina virtute. 117.c.1.b

Animæ damnatorum locantur per pœnas. ibid.

Animal.

Animalia, quæ inter perfecta sunt nobiliora, cur non habeant plures sensus. 216.c.2.

Animalia per artem genita non sunt eiusdem speciei cum illis, quæ generantur à natura, nisi, &c. 620.c.1.a

Annulus.

Annulus Gygis miræ virtutis. 628.c.2.a

Annulorum septem Larthæ Indorum Regis mirabiles virtus. ibid.

Appetibile, & appetitio.

Appetibile duæ conditiones, scilicet vt existat, & vt appetendatur, ac iudicetur, vt bonum. 410.c.2.d

Appetibile ad intellectum attinet componentem, & affirmantem. 414.c.1.a

Appetitio duplex, scilicet absoluta, & conditionata, & quid vtraq; sit. ibid.c

Appetitio conditionata, seu velleitas duplex, &c. ibid.

Appetitiones conditionatæ non solent esse graues peccata. 414.c.1.d

Applicatio.

Applicatio tota est à secunda causa, sed non secundum omnem rationem, &c. 331.c.2.b

Applicatio non omnis, formaliter loquendo, est ab vtraque causa, sed materialiter tantum. ibid.

Applicationem esse influxum, & promotionem primæ causæ, quo sensu accipiendum sit. ibid.d

Approximatio.

Approximatio cur in corporibus sit necessaria ad agendum. 86.c.2.c

Aqua.

Aqua non est minor terra quantitate. 31.c.2.c

Aqua remota quantitate, nullibi est: sibi verò dimissa, resultat extra quantitas, per quam in eodem loco sit existens, vbi prius erat. 88.c.2.b

Aqua, remota quantitate, & remanente actione transeunte, esset, vbi operatur. ibid.

Arcturus.

Arcturus quid sit. 625.c.2.c

Ars.

Ars imitatur naturam in causandis ijs effectibus, qui nonnunquam etiam à solo causantur interiori principia. 434.c.1.d

Arte chimica fieri non posse verum aurum. 617.c.2.b

Arte chimica fieri posse verum aurum, non veritate naturalis speciei, sed veritate communis æstimationis. 617.c.1.c

Ars artificiosa à solis verè sapientibus summa cum prudentia licitè potest exerceri. 619.c.1.d

Ars imitatur naturam, sed non adæquat. 620.c.2.a

Ars notoria est illicita, & fugienda. 643.c.1.a

Ars notoria est inefficax ad scientiam acquirendam. ibid. scilicet. 643.c.1.a

Artificiale corpus tria in se habet consideranda. 626.c.1.b

Aruspicium, & Augurium.

Aruspicium quid sit. 638.c.1.a

Augurium quid sit. 635.c.1.d, & 638.c.1.a

Astrologia, & Astronomica.

Astronomica Magiæ partes duæ, altera operatiua, & altera iudiciaria. 629.c.1.b

Astronomicas imagines habere virtutes ad agendum multi senserunt. ibid.

Astronomicas imagines artes fallaces nullius esse virtutis docuit S.D. & alij multi. ibid.c

Astronomica Magia iudiciaria quatuor partes explicata. 629.c.2.d

Astronomica magia iudiciaria, quædam partes sunt licitæ, & quædam illicitæ. ibid.e

Astronomica Magia potest iudicare de effectibus physicè necessarijs ad agriculturam, nauigationem, & rem medicam pertinentibus. 630.c.1.a

Astronomica magia non potest indicare de futuris contingentibus naturalibus. ibid.b

Astronomos non posse ex syderibus, motibus, aspectibus, &c. de futuris humanis actibus liberis certò, aut satis probabiliter iudicare. ibid.c.2.a

Astronomi præscire possunt dispositiones, & inclinationes ex calorum influxibus in humano corpore futuram ordine ad actus voluntatis. 631.c.2.c

Astrologiam iudiciariam circa humanos actus vanam esse pro probatur octo generibus argumentorum. 636.c.1.a

Astronomica diuinatio. 633.c.2.d

Aurum.

Auri veri proprietates quatuor. 616.c.2.c

Auspicium.

Auspicium quid sit. 638.c.1.a

Auxilium.

Auxilium diuinæ gratiæ præuenientis angelis neceſſarium quid ſit. 360.c.2.a
Auxilij diuinæ gratiæ præuenientis, & operantis diſtinctio multiplex. ibid.b
Auxilium gratiæ præuenientis, quod eſt intellectus illuminatio, eſt qualitas. ibid.c
Auxilium ſe tenens ex parte intellectus, & voluntatis, quo Deus mouet efficaciter intellectum, & voluntatem, non eſt qualitas, ſed phyſica motio, &c. 361.c.1.a
Auxilium, quo Deus mouet intellectum, & voluntatẽ, non eſt Deus ſecundum ſe, neque prout eſt intimè aſſiſtens homini, aut angelo intelligenti, & volenti. ibid.b
Auxilium prædictum non eſt idem realiter, quod operatio intellectus, aut voluntatis humanæ, vel angelicæ. ibid.
Auxilium prædictum eſſe quoddam ens incompletum eo modo, quo colores ſunt in aere, & virtus artis in inſtrumento, eſt probabile. ibid.c
Auxilium prædictum, ſiue motio eſt operatio, & effectus ſolius Dei prius natura voluntatem mouentis, quàm ipſa ſeipſam moueat ad volendum. ibid.d
Auxilium prædictum, ſiue motio idem eſt, quod applicatio. ibid.e
Auxilium prædictum, ſiue influxus in voluntatem ante omnem habitum ſupernaturalem non diſtinguitur omninò realiter à voluntate, ſed tantum realiter metaphyſicè. ibid.c.2.c
Auxilium prædictum, ſiue motio, & applicatio voluntatis creatæ in habitu ſupernaturali perfectè diſtinguitur metaphyſicè à voluntate ſimul cum habitu ſumpta. 362.c.1.b
Auxilium diuinæ gratiæ non eſt ſimultaneum, ſed præuium. ibid.d

B

Beatitudo.

Beatitudo formaliter, & eſſentialiter ſumpta eſt operatio intellectus ſpeculatiui principaliter, & practici ſecundario. 357.c.1.b
Beatitudinis complementum eſt fruitio, & delectatio. ibid.
Beatitudo de ſui ratione habet, vt amitti nõ poſſit ibid.e
Beatitudo analogum nomen eſt. ibid.
Beatitudo Deo conuenit per eſſentiam. ibid.
Beatitudo conuenit homini in ſtatu viæ ſecundum operationem intellectus, &c. ibid.d
Beatitudo ſupernaturalis conſiſtit in viſione Dei, &c. ibid.e
Beatitudo conuenit angelis, vt vltima perfectio naturalis, &c. ibid.c
Beatitudinis nomen ſimpliciter conuenit ſoli beatitudini ſupernaturali. ibid.c.1.a
Beatitudo ſanctorum duplex, ſcilicet eſſentialis, & accidentalis. 378.c.2.a
Beatorum præmium duplex, ſcilicet eſſentiale, & accidentale. ibid.
Beatus videt quidditatiuè viſionem alterius beati, non tamen, &c. 284.c.2.b
Boni omnis ratio ad ordinem naturalem pertinentis in nulla poteſt creatura contineri. 386.c.1.a

C

Cabala.

Cabaliſtica Magiæ origo, & nominis ratio. 646.c.2.a
Cabalæ duplex differentia. ibid.
Cabalæ peritum affirmant Rabbini miris rerum agendarum pollere virtutibus. 645.c.2.a
Cabalæ virtute dicunt Rabbini Moyſen conuertiſſe virgam in colubrum, &c. 646.c.1.a
Cabala à Deo primò fuit Moyſi reuelata, ibidem. columna.2.a
Cabala ſucceſſiua traditione ſenioribus Hebræorum fuit communicata. ibid.
Cabalam nullius eſſe efficacitatis probatur multis argumentis. ibid.d & e

Calor.

Calor Solis, & calor ignis differunt pluſquam genere. 618.c.2.b
Calore furni quomodo pulli educantur ex ouis. 620.c.2.d

Carcer.

Carcer idem nonnunquam minus torquet nobilem, quã plebeium. 499.c.2.c

Cauſa.

Cauſæ efficientes quædam ſunt totales, & quædam partiales. 98.c.1.b, & 106.c.2.d
Cauſa quæ dicatur totalis. 106.c.2.d
Cauſa partialis quæ ſit. ibid.e
Cauſæ duæ per ſe ſufficientes ſi concurrant, non cauſant, vt totales ſecundum quoſdam. 107.c.1.a
Cauſæ duæ totales dupliciter poſſunt cõcurrere ad eundẽ effectum, vno modo diuiſim, ſiue vt duæ, alio modo, vt vniuntur in vnam. ibid.b
Cauſas eſſe plures eiuſdem effectus totales, & eiuſdem ordinis dupliciter poteſt intelligi, ſcilicet per potentiam phyſicam, & per potentiam logicam. ibid.d
Cauſæ duæ eiuſdẽ ſpeciei, & æqualis virtutis diuiſim ſumptæ producere non poſſunt naturaliter eundem effectum num. 108.c.2.b
Cauſæ plures efficientes, ac totales, et principales à Deo etiam applicatæ, vt plures ſunt, eundem effectum numero non poſſunt producere. 109.c.2.a
Cauſæ plures totales ſimul concurrentes, non tamen vt plures, ſed per modum vnius poſſunt naturaliter eundem effectum producere. ibid.c.1.d
Cauſæ plures totales eiuſdem virtutis ſuæ virtuti dimiſſæ, ſi tota vi operentur in paſſum, ſe inuicem impedient. 110.c.1.b
Cauſa vna poteſt intendere qualitatem, quam alia incohauit. 111.c.2.b
Cauſarum duarum totalium ad eundem effectum concurrentium actiones quodammodo ſunt vna actio, & quodammodo plures. 112.c.1.c
Cauſarum ſufficientia per ſe conſideratur in ordine ad effectum quo ad eius perfectionem, non autem quo ad eius inſtantaneationem. ibid.c.2.d
Cauſa æquiuoca effectus multipliciter in ſe participat quod vnitè habetur in cauſa. 446.c.2.d
Cauſa æquiuoca nobiliori modo continet omnem effectus perfectionem. ibid.b
Cauſa æquiuoca perfectionem illã habet totaliter, quæ in effectu partialiter participatur. ibid.c
Cauſa ſuperior mouens ad agendum modificatur inſta na-

ta naturam, & modum inferioris. 264.c.1.d
Cauſa ſuperioris intentus effectus poteſt non euenire propter materiæ impedimentum. ibid.
Cauſarum inferiorum, vel effectuum concurſus quandoque eſt neceſſarius, & quandoque contingens. ibidem col.2.c
Cauſa ſupremæ non ſemper per ſe concurrunt. ibid.
Cauſa duæ ſupremæ concurrentes dupliciter poſſunt aſſignari, vno modo, vt altera ſit efficiens, & altera materia: alio modo, vt traque ſit efficiens. 265.c.1.a
Cauſa contingens completa quomodo producat effectum ſuum neceſſariò. 268.c.1.b

Cœleſte corpus, & Cœlum.

Cœleſtia corpora tam ſingula, quam omnia ſimul ſumpta duas habent proportiones ad hæc inferiora, ſcilicet agentis ad materiam, &c. 264.c.1.d
Cœleſti corpori non eſt omninò ſubiecta inferioris corporis actio ſicut nec paſſio. ibid. c.2.b
Cœleſtium ſyderum concurſus poteſt eſſe neceſſarius, & tamen cauſarum inferiorum concurſum eſſe contingentem. 266.c.2.a
Cœleſtia corpora dupliciter exiſtimari poſſunt agere in intellectum, & voluntatem. 630.c.2.b
Cœleſtia corpora agunt in intellectum, & voluntatem, non directè, ſed indirectè. ibid.c
Cœlum Empyreum quid ſit. 354.c.1.d
Cœlum Empyreum habet influxum, perpetuitatis, & ſtabilitatis circa motus &c. 90.c.2.a
Cœli pars Orientalis, ſiue dextera, quomodo determinanda. 92.c.2.c

Chiromantia.

Chiromantia quid ſit. 638.c.2.c

Cognitio.

Cognitio naturalis ſtrictè ſumpta quæ ſit. 285.c.1.b
Cognitionis perfectio ſe tenens ex parte rei cognitæ. pagina 231.c.2.a
Cognitio abſtractiua, & intuitiua quid ſit. 285.c.1.c
Cognitio non ideò eſt intuitiua, aut quidditatiua, quia ſit per propriam ſpeciem. 241.c.1.c
Cognitio nulla intuitiua eſt in intellectu noſtro. ibidem c
Cognitio eadem poteſt eſſe intuitiua, & abſtractiua, reſpectu diuerſorum. 312.c.1.a
Cognitio eadem poteſt eſſe diſtincta, & confuſa, vera, et falſa reſpectu diuerſorum. ibidem
Cognitio abſtractiua poteſt eſſe immediata, & nõ quidditatiua, viſio autem immediata ſemper eſt quidditatiua. 237.c.2.d
Cognitio ſupernaturalis cur à D. Thoma comprehendatur tota ſub nomine cognitionis beatificæ. pagina 281.c.2.d
Cognitio rerum à Dæmonibus accepta non eſt illuminatio. 643.c.2.d
Cognitio rerum à Dæmonibus accepta non eſt ſcientia, ſed illuſio, & deceptio. 644.c.1.d
Cognoſcere ſimul, & cognoſcere vna operatione an ſint idem. 298.c.1.a
Multa qua ratione dici poſſint vnum intelligibile. ibidem col. 2.c
Cognoſcere, quid tu velis, aut intelligas, an pertineat ad perfectionem intellectus. 527.c.1.c
Cognoſcitur aliquid in verbo tripliciter. ſ. formaliter, cauſaliter, & diſpoſitiuè. 282.c.1.b

Cognoſcitiuum.

Cognoſcitiua natura per actum cognitionis fit alia. pagina 165.c.1.d
Cognoſcitiui imperfectio negatiua ſuppletur per ens intentionale. 183.c.2.c
Cognoſcitiuum, & intentionale non ſunt duo rerum ordines, &c. ibid.
Cognoſcitiua, vis quanto fuerit altior, táto magis vnitè fertur in cognoſcibilia. 184.c.1.a
Cognoſcentium gradus diligenter explicati. ibid.
Cognoſcitiuæ virtutis complementum duplex. pagina 225.c.2.a

Cogitatio cordis.

Cogitationes cordium à Deo cauſantur effectiuè, & finaliter mouente. 273.c.1.a
Cogitationes cordium non poſſunt per ſpecies Angelicas naturaliter repræſentari. ibid.c.2.a
Cogitationes cordium à ſolo Deo cognoſci eſt dogma fidei. 270.c.1.c
Cogitationes cordium non eſſe naturaliter Angelo cognitas pluribus modis poteſt intelligi. 272.c.1.a
Cogitationes cordium cur, & quomodo poſſint in ſpecie repræſentari. 274.c.2.c

Columba.

Columba, quæ ſuper Chriſtum in Baptiſmo deſcendit, an fuerit verum animal. 67.c.1.d
Columba illa, ſi fuit verum animal, probabile eſt, aſſũptam fuiſſe à Deo eo modo, quo ab angelis aſſumuntur corpora. ibid. c.2.a

Communicabilitas.

Communicabilitas triplex, ſcilicet cum diuiſione eſſentiæ, &c. 44.c.1.b
Communicabilitas non conuenit omni quidditati. ibid.c

Comprehenſio.

Comprehenſionis definitio. 231.c.2.c
Comprehenſio creaturæ liberæ non poſtulat, vt cognoſcantur decreta voluntatis eius. 232.c.1.a
Comprehendi cognitione, quid dicatur. 231.c.1.a

Compoſitio.

Compoſitio intellectus plures ſemper rerum cognitarũ conceptus includit. 315.c.1.b
Compoſitionis, & diuiſionis radix eſt luminis intellectualis debilitas, &c. ibid.
Compoſitio ex natura, & ſuppoſito in vno conuenit, & differt in actu à compoſitione, quæ eſt ex materia, et forma. 22.c.2. per totum.

Confirmatus.

Confirmati in gratia qualem habeant libertatem. pagina 443.c.2.b

Conſernatio.

Conſernatio rerum diuini amoris eſt gratia. 57.c.2.d

Contingentia, &c.

Contingentiæ radix eſt potentia rebus materialibus indita, &c. 265.c.1.c
Contingentes effectus eſſe poſſunt in his inferioribus ét in ordine ad totã cæli virtutẽ ſimul ſumptã. ibi.c.2.c
Contingentia nulla ratione poteſt reduci in agens corporeum ſine motorem. 264.c.2.c
Contingentiæ prima radix ſemper eſt materia. ibid.
Contingens concluſio ex duabus deducta præmiſſis ſ. neceſſaria, et contingente nõ reducitur in præmiſſã neceſſariam, niſi media contingente. 264.c.1.b

Con-

Contemptus.

Contemni poteſt diuina regula dupliciter, vno modo materialiter, conſequenter & per accidens, alio modo formaliter immediatè, & per ſe. 396.c.2.b

Contemni poteſt diuina regula formaliter duobus modis, ſcilicet obiectiuè, & modaliter. ibid.

Contineri, &c.

Continetur aliquid in alio eminenter dupliciter, ſcilicet completè, & incompletè. 246.c.1.a

Contineri completè, & incompletè quid ſit. ibidem

Continentia incomplete multi gradus, & modi. ibidem

Chriſtus.

Chriſtus cur ſine tranſitu medij ſit de nouo in Sacramento. 138.c.1.a

Chriſti corpus ſub ſpeciebus Sacramentalibus non eſt definitiuè. 74.c.1.b

Chriſti perſona dupliciter eſt compoſita, ſcilicet compoſitione ex ijs, & compoſitione cum ijs. 25.c.1.c

Chriſti humanitas non habet cum Verbo duplicem vnionem, propriè loquendo, ſed vnam. 26.c.1.d

Chriſti operatio in primo conceptionis inſtanti fuit plenè meritoria. 444.c.1.a

Chriſtus non eſt in Sacramento, vt in loco. 87.c.1.b

Chriſti corpus eodem miraculo caret commenſurabilitate in Sacramento, & eſt in duabus hoſtijs diſtantibus. 102.c.1.c

Chriſti comeſtio fuit vera veritate naturalis ſpeciei . pag. 70.c.2.b

Corpus, & corporeum.

Corpus non habet potentiam naturalem ratione materiæ ad eum motum, qui comparatione formæ eſt violentus. 124.c.1.b

Corpus eſt in loco circumſcriptiuè. 73.c.1.a

Corporis pars qualibet inexiſtens poteſt alterari . pagina 103.c.1.d

Corpori, vt mouetur, ſine vt agens, quantus locus debeatur. 94.c.1.d

Corpora poſita in vacuo non eſſent in loco, niſi per partes. 85.c.2.c

Corporis habens perfectum temperamentum cum animæ virtutibus non habet vim naturalem ad efficiendo mirabilia. 612.c.1.a

Corpus nulla virtute naturali, aut arte reddi poteſt inuiſibile. 629.c.1.b

Corporeum quatuor modis dicitur. 6.c.2.d

Corporea ſubſtantia, ablata quantitate, nullibi eſt. pagina 88.c.2.a

Corruptibile.

Corruptibile propriè dicitur, à cuius materia poteſt forma ſeparari. 54.c.1.a

Creatura.

Creaturas ex ſe nihil eſſe, & prius natura fuiſſe nihil, antequam eſſent productæ, quo ſenſu verum ſit . pagina 56.c.2.c

Creaturæ non omnes ſunt natura ſua, & ex potentia reali in ipſis exiſtente corruptibiles, & mortales. pagina 57.c.1.a

Creatura ſpiritualis, & corporea quo ſenſu dicatur à Deo ſimul eſſe creata. 352.c.2.a

D

Damnatus.

Damnatus quomodo doleat de peccato . pagina 482.c.2.a

Damnati finis eſt vniuerſalis quo ad cauſalitatem . pagina 481.c.1.c

Damnatus propter peccatum auaritiæ quomodo referat omnia in finem peruerſum . 481.c.2.c

Decretum.

Decretis Summorum Pontificum contenta, & aſſerta non omnia ſunt fidei dogmata, ſed ea tantùm, quæ præcipuè ſunt intenta. 589.c.1.a

Deitas, & Deus.

Deitas dicit modum ſupremum intellectualis naturæ, non autem gradū ſuperiorem. 5.c.2.a, & p.8.c.2.a

Deus eſt nomen ab vniuerſali prouidentia impoſitum . pag. 3.c.1.d

Deo ſoli conuenit continere omnia virtualiter in eſſe naturæ, et formaliter in eſſe repræſentatiuo. 184.c.2.b

Dei eſſentia comparatur cæterarum rerum eſſentijs, vt actus perfectus ad actus imperfectos. ibid.c.

Deo per ſe primò conuenit cauſare perpetuitatem, & ſtabilitatem ſecundariò autem Angelis, & animabus beatis per cæleſtia corpora, vt inſtrumenta. 90.c.2.b

Deus quo dicatur omnia in ſeipſis videre. 262.c.1.d

Deus in ſeipſo poteſt omnia propria cognitione cognoſcere. 184.c.2.d

Deo ſoli eſſe nota, quæ ex libera voluntate dependent, quo ſenſu verum ſit. 272.c.2.d

Deo ſoli voluntatem ſubiacere quo ſenſu verum ſit . pag. 173.c.1.a

Deus operatur in omni operante, &c. 330.c.1.c

Deus eſt propria, & per ſe primo cauſa entitatis, bonitatis, veritatis, &c. 185.c.2.c

Deus eſt propria, & per ſe primò cauſa ſpecierum intelligibilium Angeli. ibid.c

Deus eſt in diſtinctis locis, quatenus diſtincta ſunt . pagina 74.c.1.a

Deus ſolus illabitur menti. 505.c.1.b

Deus ſua virtute poteſt plura, vt plura producere . pag. 99.c.2.c

Deus maximè liberè operatur, cum aliquid ſupra naturale producit. 282.c.1.c

Deus, aut Angelus non poſſet mouere mundum per ſpacium illud infinitum, in quo ſecundùm aliquos Mundus eſt creatus. 85.c.2.b

Deus non eſt in Mundo definitiuè. 73.c.2.d

Deus immediatè non fuit locutus cū Moyſe, neq; immediatè legē dedit, ſed mediantibus Angelis. 62.c.2.d

Deus an aliquando corpus aſſumpſerit, vt aſſumit Angelus. 67.c.1.b

Deus cur dicatur quandoque apparuiſſe in corporibus aſſumptis ab Angelis. ibid.c

Delectatio.

Delectatio vehemens omnem triſtitiam excludit . pagina 489.c.1.a

Dæmon.

Dæmones eſſe quædam animalia aerea cum Platonicis nonnunquam affirmat Auguſtinus. 530.c.2.c

Dæmon errare poteſt circa ea, quæ contingenter, & liberè infunt, 318.c.1.d

Dæmones quid cognouerint de Chriſti diuinitate, officio, & dignitate. 289.c.2.b

Dæmones propriam ſemper appetunt excellentiam cū inconſideratione. 472.c.1.c

Dæmones peccaſſe, & peccare continuè peccato ſuperbiæ.

bla docent ſacræ litteræ. 391.c.2.a
Dæmonibus ineſſe peccatum inuidiæ cum ſuperbia docent ſacræ litteræ. ibid.c
Dæmones in primo, ſuæ creationis inſtanti peccaſſe erroneum eſt affirmare, nõ autem hæreticũ. 429.c.2.d
Dæmonum peccata ſunt primò cõtra legem Dei ſupernaturalem. 388.c.2.c
Dæmon ſi Deum ſummè diligeret amore concupiſcentiæ, non autem amicitiæ, ſed ſeipſum, non haberet Deum, vt finem debitè deſideratum. 481.c.1.d
Dæmones & damnati poſſunt appetere æqualitatẽ Dei, & ſuperioritatem ſub conditione, ſi eſſet poſſibilis. pag. 415.c.1.a
Dæmones cur gaudeant ſignis, characteribus, & ſacrificijs. 395.c.2.c
Dæmones, & damnati cur actum, aut opus efficere non poſſint moraliter bonum. 481.c.2.c
Dæmonum duo in ſunt actuum genera, ſcilicet deliberatorum, & naturalium. 481.c.1.b
Dæmonis iudicium particulare de propria excellentia appetenda quadam ratione fuit imperfectum, & quadam ratione perfectum. 472.c.2.b

Dæmonum obſtinatio.

Obſtinationis Dæmonum tres ſunt cauſæ. 470.c.1.b
Obſtinatio dupliciter ſumitur, ſcilicet vt eſt culpa, & vt eſt pœna. 467.c.2.c
Obſtinationis dæmonum prima cauſa eſt immobilitas apprehenſionis intellectus, & adhæſionis voluntatis. pag. 470.c.1.b
Voluntas Dæmonis quomodo dicatur tranſiſſe in affectionis ſuæ naturam. 477.c.1.d
Obſtinatio non opponitur omni modo libertatis. ib.c.2.a
Obſtinatio quid ſit. ibidem
Obſtinationis cauſa in dæmonibus eſt conditio naturæ ſtatus. ibid.d
Obſtinationis Dæmonum cauſa eſt obligatio pernerſæ voluntatis ad ſeruiendum peccato. 474.c.2.d
Obſtinationis Dæmonum cauſæ plures ſimul concurrentes aſſignantur. 476.c.1.d
Obſtinationis cauſa in anima ſeparata eſt immobilitas iudicij, & electionis eius extra ſtatum vię conſtituta. ibid.c
Obſtinationis animæ cauſa demeritoria ſunt vniuerſa peccata ab ea perpetrata, dum eſſet in corpore. ibid. col.2.a
Obſtinationis dæmonum cauſa propria non eſt ſola denegatio diuini auxilij mouentis ad pœnitentiam. ibidem col.1.c
Immobilitatis Angelici iudicij, & electionis nominib. quid intelligant S.Tho. & eius diſcipuli. ibidem d
Voluntas dæmonis, & animæ damnatæ ad finem peruerſum eſt immobiliter determinata, & eum reſpicit, vt vltimum, & vniuerſaliſſimum. 481.c.2.a

Dæmonum pœna.

Dæmones ab igne torqueri variis modis Doctores ſentiunt. 491.c.1.b
Dæmones, & animæ damnatorum quomodo torqueantur ab igne. ibid.
Dæmones ſuperiores cur acrius ab eodem igne alligante torqueantur, quam inferiores. 499.c.1.b
Dæmonibus ineſſe dolorem, & timorem, vt dicunt ſimplices actus voluntatis, eſt dogma fidei. 484.c.1.d
Dolor dæmonum non eſt dolor metaphoricè dictus. ibi.c
Dolor abſolutè, & formaliter ſumptus definitur. ib.c.2.a
Dolor, vt eſt actus voluntatis, quid ſit. ibid.
Dolor dæmonis, & animæ eſt actio vitalis. ibid.c
Dolor conſequens priuationem viſionis beatificæ an pertineat ad pœnam damni, vel ad pœnam ſenſus. ibid.d
Dæmones, & animas ab igne torqueri variis modis doctores opinantur, omnium tamen ſententiæ conciliatur. 497.c.1.c

Dæmonum locatio, & alligatio.

Dæmones, & animæ damnatæ in inferno locantur, non per agere, ſed per pati. 90.c.2.c
Dæmones locantur in igne, quia non poſſunt alibi, ſed ibi tantùm operari, vel quia ſemper agunt in ignem illum veritates eius alligationi. 91.c.1.c
Dæmonum plures legiones quomodo poſſint eſſe in vno corpore. 114.c.1.c
Dæmonis alligatio ab igne facta quem habeat terminum. 500.c.1.c
Dæmones quomodo per artem necromantiæ poſſint imaginibus, vel annulis alligari. 92.c.1.c

Dæmonum Ordo.

Dæmones ſub aliqua Hierarchia conſiſtunt aliquo modo. 555.c.1.b
Dæmonibus ineſſe prælationem affirmant ſacræ litteræ. pag. 556.c.1.a
Dæmonum prælatio poſt diem iudicij ceßabit quoad miniſteria, & hominum exercitia, non autem quoad radicem. ibid.b
Dæmones ab à bonis Angelis illuminentur. 557.c.1.a

Dæmonum impugnatio.

Impugnari homines à dæmonibus affirmant diuinæ ſcripturæ. 599.c.2.b
Impugnari ſingulos homines à ſingulis dæmonibus eſt Patrum antiqua traditio. ibid.d
Tentari homines à diabolo eſt dogma fidei. 601.c.1.d
Tentationis definitio, etiam prout eſt à dæmone. ibid.c
Diabolo per ſe primò conuenit tentare. ibid. c.2.a
Diabolum eſſe cauſam indirectè omnium peccatorum noſtrorum, docent ſacræ litteræ. 602.c.2.d
Peccati genus omne eſſe ex diaboli ſuggeſtione, non tamen ſingula cuiuſque generis peccata. 603.c.1.d
Diabolus quomodo ſit cauſa indirecta omnium peccatorum. ibidem
Diabolus eſt cauſa directè peccati, non per modum cauſæ perficientis, ideſt cauſæ phyſicæ, ſed per modum diſponentis, & conſiliantis, ideſt cauſæ moralis. ibi.c

Determinatum.

Determinatum eſſentialiter ſecundùm eſſe ſpecificum non eſt res determinabilis per plura eſſe ſpecifica. pagina. 165.c.2.c

Denominatio.

Denominatio ſit ab eo, quod eſt principale, & formale, non ab eo, quod eſt inſtrumentale, & materiale. pagina 601.c.2.b

Differentia.

Differentia dupliciter poteſt eſſe nobilior genere. pagina 51.c.2.b

Dilectio.

Dilectionis actus, qui ſuit proxima diſpoſitio ad gratiã in Angelo, vel in homine, non fuit effectiuè productiuus à gratia, formaliter loquendo. 365.c.2.c

Dilectionis actus prædictus ſuit effectiuè productus à gratia materialiter. 366.c.1.a

Dilectionis actum à gratia, vt efficiente procedere, formaliter loquendo, & ad tamen ad eam diſponere probabile eſt. ibid.b

Actus dilectionis Dei ſuper omnia poteſt etiam elici per auxilium ſupernaturale gratiam præcedens. ibid.d

Dilectio naturalis, & electiua quid ſit. 335.c.2.d

Dilectionis actus vnus ſecundùm rem eſt naturalis, & electiuus reſpectu diuerſorum. 337.c.1.b

Dilectio ordinata nequit eſſe ratio prauæ nolitionis, ſeu fugæ, vel odij. 395.c.1.a

Diſcurſus.

Diſcurſus duplex, aliter propriè, & aliter impropriè dictus. 309.c.1.c

Diſcurſus propriè dictus quid per ſe requirat, & quid per accidens ei coniungatur. ibid.

Diſcurſus conditiones per ſe ſunt tres, ſcilicet diſtinctio realis actuum, ordo item realis eorũ, & realis cauſalitas prioris intellectionis ad poſteriorem. ibid.d

Diſcurſui conditiones minimè neceſſariæ, ſed accidentales ſunt diſtinctio, & cauſalitas realis in obiecto. pagina 310.c.1.a

Diſcurſus non eſt, quando intellectus ſimul fertur in duo obiecta, quorum vnum eſt ratio cognoſcẽdi alterum. ibid.b

Diſcurrere non eſt perfectio ſimpliciter, ſed in tali natura. 312.c.1.d

Diſperſum.

Diſperſa in inferioribus vnitè contineri in ſuperioribus quatuor habet ſenſus. 249.c.2.e

Diſtinctum.

Diſtincta ſecundũ rationem in Deo non omnia ſunt in qualibet re creata realiter differentia. 180.c.2.c

Diſtinctio cauſatæ à materia eſt ſecundùm diuerſitatem potentiarum. 38.c.2.c

Diuinatio.

Diuinatio ſomniorum. 634.c.1.a, & 641.c.1.c

Diuinatio per Pythones. 634.c.2.c

Diuinatio ſortium multiplex. 635.c.2.a

Diuinatio omnis, quæ fit per Dæmonis inuocationem explicitam, aut implicitam, eſt illicita. ibidem

Diuinatio, quæ fit per auguria, auſpicia, aruſpicia, & omina, eſt ſuperſtitioſa, & illicita. 638.c.1.c

Diuinatio phyſionomica, & chiromantica. ibid.e

Dolor.

Dolor conſequens priuationem viſionis beatificæ ad pœnam damni pertinet, vt eius complementum. pagina 486.c.1.d

Durantia.

Durantia per inſtans quomodo incipiant, & deſinant eſſe. 452.c.1.d

Durantia ſolùm per inſtans habent primum, & vltimum eſſe. 142.c.2.b

E

Effectus.

Effectus, vt ſic non niſi mediatè cauſam repræſentat. 239.c.2.b

Effectus omnis dupliciter refertur ad virtutem ſuæ cauſæ, ſcilicet vt obiectum, & vt effectus. 99.c.1.b

Effectus in cauſa dupliciter exiſtit, ſcilicet formaliter & virtualiter. 262.c.1.c

Effectus non reducitur in cauſam ſuprematam, niſi per medium. 264.c.1.c

Effectuum quidam à ſolo cauſantur exteriori principio, quidam autem ſimul ab exteriori, & interiori. pagina 506.c.2.a

Effectus prouenient ex impedimento formaliter, aut ex concurſu duorum agentium, vel agentis cum materia non eſt ſemper neceſſarius. 267.c.1.a

Effectus ſequuntur contingenter ex cauſis proximis contingentibus, licèt cauſæ remotæ ſint neceſſariæ. pagina 264.c.1.c

Effectus omnes in ordine ad ſecundas cauſas, vt ſubſunt ordini diuinæ Prouidentiæ, non eueniunt neceſſariò, ſed infallibiliter. 268.c.1.a

Effectus à cauſa producta eſt duplex, quidam partialis, & quidam totalis, &c. 98.c.1.b

Effectus à cauſa actu producta vnitatem ſibi vendicat naturalem. 99.c.1.d

Effectus quicumque comparatus, vt totalis, & adæquatus, vel quaſi, & ſimul vni virtuti realiter, & formaliter comparatur, vt vnum numero. ibidem

Effectus realis tripliciter alteri virtuti, ſiue cauſæ poteſt comparari, ſcilicet vt defectiuus, vt exceſſiuus, & vt adæquatus. 98.c.1.d

Effectus huius numero dependentia ab hac tua cauſa numero non eſt illa accidentalis, ſed per ſe conuenit ei ex ſtat. 111.c.1.c

Efficientia.

Efficientia triplex, ſcilicet phyſica, moralis, & ſignificatiua. 624.c.2.b

Electio.

Electio ſequitur ex diſcurſu intellectus practici. pagina 404.col.2.c

Ens.

Entium duo ſunt genera, vnum eorum, quæ ad hoc primo ſunt inſtituta, vt ſint: alterum eorum, quæ per ſe primò ſunt inſtituta, vt alia repræſentent. 183.c.1.c

Entium ad repræſentandum primo inſtitutorum differentia ab aliis in hoc conſiſtit, quod eſt aliis aſſimilari, vel ea repræſentare. ibidem

Ens, quæ cætera continent, triplex genus. 184.c.2.c

Ens commune ad naturale, & ſuper naturale obiectum eſt noſtri intellectus ſub diuerſo lumine, & perfectione conſiderati, &c. 283.c.1.c

Erronea propoſitio.

Erronea propoſitio non eſt idem adæquatè, quod error. 409.c.1.a

Erronea propoſitio dupl. ſ. genericè ſumpta, & in materia fidei. ibid.

Erronea propoſitio ad materiam fidei pertinens duplex eſt, &c. ibid.b

Erronea propoſitio quomodo diſtinguatur ab hæreſi. ibid.

Error.

Error quid ſit, & quot modis contingat. 402.c.1.c

Error in Angelis ante peccatum nullus eſſe potuit. ibid.

Erroris nomen dupliciter ſumi poteſt, ſcilicet communiter, & reſtrictè ad ea, quæ ſunt fidei. 408.c.2.a

Error communiter dictus quid ſit. ibid.

Error contractus ad ea, quæ ſunt fidei, eſt hæreſis. ibid.

Error practicus duplex, ſcilicet antecedens, & concomitans actum voluntatis. 408.c.1.d

Error practicus, qui in omni peccato reperitur, non opponitur rectitudini intellectus secundum se, sed vt motiui ab appetitu. 408.c.2.c

Esse, & essentia.

Esse conuenit formæ per se, ideſt immediatè. 58.c.1.c
Esse per se conuenit formæ, multiplicem habet sensum. pag. 536.c.2.c
Esse conuenit formæ per se physicè. 56.c.2.a
Esse non conuenit per se primò cõposito, sed formæ. ib.b
Esse intelligibile concomitari esse entitatiuum quo sensu verum sit. 198.c.1.c
Esse non in alio, sicut accidens in subiecto, & esse per se separatim dupliciter sumi possunt. 21.c.1.b
Essentiæ rerum nullum sibi determinant essendi modũ, aut existentiam. 322.c.2.c
Essentia rei secundùm illum essendi modum, quem habet in causa, non distinguitur à causa. ibid.d
Essentiæ rerum, antequam sint, non ineſt potentia realis ad esse. 59.c.1.d
Essentia diuina substantia Angeli, & species compositi, vt una species. 391.c.1.d
Essentia diuina ob sui excellentiam est vnde aequata finis vltimo omnium. 207.c.2.c

Eua.

Eua non dicatur fuisse fœmina. 407.c.1.b

Eucharistia.

Eucharistiæ perceptio quomodo incipiat à tempore Baptismi. 539.c.1.d

Existentia.

Existentia ad idem attinet genus, speciem, & ordinem cum essentia. 284.c.2.c
Existentia subiectum non est natura sed habens naturam. 19.c.1.b
Existentia in sui definitione includit formam, vt ab agente producitum, & conseruatum. 59.c.1.c

F

Falsitas.

Falsitas intellectus Angelici compositionem exigit necessariò ex parte cognitionis. 126.c.1.c
Falsitas quomodo possit esse in intellectu nostro intelligendo quod quid est, & in intellectu Dæmonis. pagina 349.c.2.d

Fascinatio.

Fascinatio puerorum quomodo fiat aspectu pestilenti. pag. 610.c.2.c
Fascinatio vna ratione est voluntaria, & alia ratione naturalis. 614.c.2.c

Fides.

Fides, spes, & meritum viatoris quo ad id, quod perfectionis est in eis, simul esse possunt cum visione beatifica. 448.c.1.d

Figura.

Figuræ plures esse non possunt in vno corpore, nec plures operationes in eadem potentia. 303.c.2.c
Figuras, characteres, & numeros habere vim actiuam ad agendum fensit Ioannes Picus. 622.c.1.a
Figuram esse cum principium in agendo sensit Caietanus. ibid.c.1.b
Figuram esse naturale principium agendi negat S. Thomas. ibid.a
Figura conuenit aliquo modo in motu locali causando. pag. 603.c.2.c
Figuræ cælestes sunt entia rationis. 626.c.1.d

Finis.

Finem vltimum quælibet res assequitur per suam operationem. 369.c.1.c

Forma.

Forma non propriè sit, sed compositum. 561.c.2.d
Formæ existentes in materia non causantur ab immaterialibus formis, aut ab angelis. ibid.c
Forma est finis generationis, vt similis generanti. pagina 108.c.2.c
Formæ conuenit existentia per se primò simpliciter. pagina 56.c.2.c
Forma per se conuenire esse multiplicem habet sensum. 53.c.2.c
Formæ inseparabilitas à materia triplicem potest habere causam. 54.c.1.c
Formæ duæ eiusdem speciei, aut generis proximi simul esse non possunt in actu perfecto in eodem subiecto. pag. 301.c.1.c
Forma qualibet intelligibilis vnitur intellectui, vt principium formale, & efficiunt actus intelligendi. pagina 229.c.1.c

Futurum.

Futurorum multiplices differentiæ. 639.c.1.b

G

Gaudium.

Gaudium propriè actum an esse possit in damnatis. 488.c.2.c
Gaudium non verum, ac propriè dictum, sed radicaliter, seu causaliter tantum, & impropriè sumptum damnatis conuenire. ibidem

Generatio.

Generans generat sibi simile, non solum secundùm speciem, sed etiam secundùm conditiones individuales. pag. 108.c.2.d
Generatio perfectorum entium vnitum habet modum naturalem. 191.c.1.c
Generatio non est ex vnitis vitalibus, quæ communicant in effectu cum non vitalibus secundùm D. Tho. pag. 69.c.2.c
Generatio nullo modo fieri potest ab Angelo. ibid.
Generatio in diuinis significat relationem in recto, & essentiam in obliquo. 371.c.1.b
Genita ex semine, & genita ex putrefactione species differunt. 617.c.2.c

Genus.

Genus, prout est in speciebus distributum, continet formaliter species, & differentias. 21.c.2.d
Genus absolutè sumptum, & genus vt obiectum scientiæ, valde differunt. 21.c.1.c
Genus, et differẽtia vndè sumantur in Angelis. 12.c.2.b
Genus, & differentia in rebus materialibus, vnde sumantur. 13.c.1.c

Geomantia.

Geomantiæ quid sit. 633.c.1.a

Gloria.

Gloriam sanctorum augendam essentialiter affirmare est error in fide. 379.c.1.d
Gloriam sanctorum essentialiter augeri vsque ad diem Iudicij non asserit Innocentius Papa cap. Cum Marthæ. ibid.c.2.c

Gradus.

Gradus rerum communium habiles sunt finiti tam actiui quàm potentiæ. 5.c.1.a

Gra-

Gradus metaphyſicales, tam in Deo, quàm in creaturis ſolum ratione differunt. 180.c.2.d
Gradus rerum omnes, non autem eſſendi modos omnes à Deo fuiſſe productos. 5.c.1.a
Gradus omnes entium poſſibiles fuerunt actu à Deo producti. 5.c.2.b
Gradus intellectualis eſt omnium nobiliſsimus, & ſummus. ibid.a, & pag.7.col.1.c

Gratia.

Gratia, quo ſenſu dicatur perficere naturam, ſecundùm modum naturæ. 432.c.1.b
Gratia conſummata, & gratia non conſummata differunt etiam penes intenſum, & remiſſum. 456.c.2.c
Gratia, & culpa reſpectu hominis lapſi ſunt oppoſita immediata. 345.c.1.a
Gratia merentis eſt imperfectior gratia fruentis. pagina 370.c.2.d
Actio illa, qua Deus Angelis, & Adæ gratiam infudit duarum ſimul actionum efficacitatem habuit, ſcilicet diſpoſitiuæ, & inductiuæ. 364.c.1.c
Gratiæ infuſio, uno modo præcedit motum liberi arbitrij in Deum, alio modo ſequitur. ibid.c.2.a
Gratiam Angeli receperunt in primo creationis inſtanti per actum dilectionis ſupernaturalis, vt proximam, & proximam diſpoſitionem ad eam. 365.c.2.b
Gratia Angelis collata, non habet duplicem portionem in ea diſtinguendá, vt falsò docet Molina. 373.c.2.b
Gratia Chriſti, quam infinitatem habeat. 50.c.1.d

H

Habitus.

Habitus in communi deſinitur, & explicantur ſingulæ partes definitionis. 292.c.1.a
Habitus noſter intellectualis tria requirit neceſsariò, ſcilicet ſpecies ordinatas, lumen intellectus, & habilitatem. ibid.d
Habilitas eſt qualitas ſimplex. ibid.c.2.b
Habitus eſſentialiter eſt habilitas. ibid.a
Habitus aliquis poteſt eſſe à natura dupliciter, ſcilicet completè, & inchoatiuè. ibid.d
Habitus primorum principiorum, quomodo inſit nobis à natura inchoatiuè. 293.c.1.a
Habitus conſummatio, quomodo fiat in nobis. ibidem b
Habitus primorum principiorum eſt qualitas à ſpeciebus diſtincta realiter. ibid.e
Habitus unus Angeli ſcientiarum noſtrarum habitus omnes continet eminenter. ibid.c.2.c
Habitus Angelorum ſunt alterius rationis à noſtris, & altioris ordinis. 292.c.2.c
Habitus Angelorum. Vide ſupra, Angelorum Habitus.

Hæreticum.

Hæretica propoſitio quid ſit. 351.c.2.c

Homo.

Homo in ſtatu naturæ integræ peccatore non potuit in primo inſtanti uſus rationis. 334.c.2.d
Homo in ſtatu naturæ lapſæ, vel etiam in puris naturalib. peccare pōt in primo inſtanti uſus rationis. ibid.e
Homines, vel nullos, vel aliquos tantùm aſſumi ad ordines Angelorum quidam exiſtimarunt. 552.c.2.b
Homines conſtituere per ſe ordinem in beatitudine quidam opinantur. ibid.
Hominum via cur æqualis eſſe non potuerit. 442.c.2.c
Homo, quomodo illuminetur ab homine. 562.c.1.a

Humilitas.

Humilitatis obiectum eſt ſubiectio, & abiectio ſui. pagina 396.c.1.e

Hyades.

Hyades ſtellæ, quæ ſint. 625.c.2.d

Hydromantia.

Hydromantia quid ſit. 625.c.1.b

I

Idæa.

Ideæ diuinæ repræſentant futura contingentia poſt determinationem diuinæ voluntatis. 258.c.1.e

Ignis.

Ignis ſpiritus torquet, cauſando in eis qualitatem diſconuenientem. 496.c.1.b
Ignis ſpiritus alligat, non ut corpus præcisè, ſed, vt ignis eſt. 496.c.2.c
Ignis dupliciter locat, & detinet ſpiritus, ſcilicet formaliter, & effectiuè. ibid.e
Ignis vſtione alligatiua, & alligatione vſtiua detinet ſpiritus. ibidem
Ignis non vrit ſpiritus vſtione ab alligatione diſtincti. pag. 497.c.1.b
Ignis, quo inæqualiter torqueat ſpiritus. 499.c.1.b
Ignis, quomodo corpus animalis alterando cauſet in eo qualitatem doloriferam. 498.c.1.c
Ignis abſque vllius accidentis immiſsione torquet ſpiritus. 500.c.1.a

Ignorantia.

Ignorantia dupliciter ſumitur, uno modo propriè, & ſtrictè, alio modo latè, & minus propriè. 402.c.1.c
Ignorantia nulla ante peccatá eſſe potuit in Angelo. ibi.

Illapſus.

Illapſus in mentem quid requirat. 506.c.1.c
Illapſus in eſſentiam quis ſit. ibidem

Illuminatio.

Illuminatio phyſica illapſum in mentem requirit. pagina 506.c.1.a
Illuminatio hominis non ſit ab Angelo immediatè. ibi.
Illuminatio noua eſt terminus motus localis, ſecundùm ordinem rerum naturalem. 148.c.1.a
Illuminatio à Deo, ab Angelo, & ab homine, quomodo differant. 562.c.2.d
Illuminatio Angelorum. Vide ſupra, Angelorum illuminatio.

Imaginatio.

Imaginationis vis in corpus imaginantis. 607.c.2.e
Imaginationis, vis in corpus coniunctum corpori imaginantis. ibidem
Imaginationis, vis circa corpus ab imaginante ſeparatum, & diſtans. 609.c.1.a
Imaginationis virtute non poteſt immutari immediatè corpus extrinſecum. 610.c.1.c
Imaginationis actu, quomodo poſſit mediatè immutari corpus extrinſecum. ibidem

Imaginabile.

Imaginabile eſſe, ſeu phantaſiabile medium eſt eſſentialiter ſui eſſe ſenſibile, & eſſe intelligibile. 191.c.1.c

Imago.

Imago, quomodo ſit ratio cognoſcendi. 242.c.2.c
Imagines in octaua ſphæra ab Aſtrologis excogitatæ. pag. 625.c.2.c
Imagines octauæ ſphæræ à diuina ſcriptura nominatæ. ibid.

Imagines, quot ſint in octaua ſphæra. ibid. d
Imagines arte fabricatæ ad ſimilitudinem cæleſtium imaginum nullius ſunt efficaciæ. ibidem

Immobilitas.

Immobilitas Angelicæ voluntatis non pendet ex iudicio practico vniuerſali, ſed particulari. 472.c.1.e
Immobilitas per ſe primò conuenit iudicio practico, & per ipſum voluntati. 473.c.1.a
Immobilitas electionis quid ſit. 474.c.2.e

Immortale.

Immortale dicitur tripliciter. 54.c.1.d

Impeccabile.

Impeccabilem creaturam in ordine ad naturalia, peccabilem autem in ordine ad ſupernaturalia non poteſt Deus in gratia creare. 386.c.2.b
Impeccabilem omninò creaturam à Deo fieri poſſe quidam docuerunt. 383.c.1.c
Impeccabilis nomen quid ſignificet. 384.c.1.c
Impeccabilem omninò creaturam à Deo fieri non poſſe docet S. Thomas. ibid.c.2.a

Impedimentum.

Impedimentum, ex quo cauſatur actionis defectus, & ſequitur effectus contingens, duplex eſt ſcilicet actiuum, & materiale. 264.c.2.c
Impedimentum materiale duplex. ibid.d
Impedimentum dupliciter ſumi poteſt, ſcilicet formaliter, & materialiter. ibid.d
Impedimentum pertinet ad concurſum duarum cauſarum. ibidem

Impoſſibile.

Impoſſibile dicitur dupliciter. 54.c.2.a
Impoſſibili poſito, ſequitur aliud impoſſibile contradictionem inuoluens. 161.c.1.a
Impoſſibile duplex, ſcilicet per ſe, & per accidens, & quid ſit vtrumque. 411.c.1.b
Impoſſibile dupliciter appeti poteſt ſcilicet per ſe, et per accidens. 412.c.2.d
Impoſſibile cognitum, vt tale, non eſt appetibile abſolutè, ſed ſub conditione. 413.c.1.c
Impoſſibile per ſe appeti poteſt per ſe voluntate conditionata. ibidem
Impoſſibile per ſe, quod eſt negatio, vel priuatio, non poteſt appeti per ſe. 413.c.2.b
Impoſſibile per accidens poteſt appeti per ſe voluntate conditionata. ibid.c
Impoſſibile, tam per ſe, quàm per accidens apprehendi non poteſt, vt poſſibile, & bonum. ibid.
Impoſſibile per ſe poteſt appeti per accidens. 414.c.1.b

Incarnatio.

Incarnationis myſterium eſſe, quo ad ſubſtantiam ſupernaturale probatur. 285.c.2.b

Inclinatio.

Inclinatio naturalis ad actum duplex, ſcilicet actiua, vt agat, & moueat, & paſſiua, vt agatur, & moueatur. 343.c.2.c
Inclinatio cuiuslibet rei naturalis, tria ordinatè reſpicit, &c. ibid.

Inconſideratio.

Inconſideratio dupliciter ſumi poteſt, vno modo, prout eſt ſpeciale peccatum, & c. alio modo, vt eſt mera negatio conſiderationis. 402.c.2.c
Inconſideratio, prout eſt negatio, præceſſit electionem in Angelo malo. ibidem
Inconſideratio priuatiuè cum electione conſequente non ſunt duo peccata. 403.c.1.c
Inconſiderationis priuatio, & culpæ ratio, quæ in ea eſt, ex voluntate derivatur. ibid.c.2.b
Inconſideratio priuatiuè, non præceſſit naturæ primum Angeli peccatum. 404.c.2.a
Inconſideratio, quomodo ceſſauerit in Angelo peccatore ſpeculatiuè, ſed non affectiuè. 479.c.2.e

Incorporeum.

Incorporeum quot modis dicatur. 3.col.2.a

Incorruptibile.

Incorruptibile propriè dicitur, cuius forma à materia, nec actus à potentia eſt ſeparabilis. 54.c.1.a
Incorruptibilitatis cauſa triplex ſecundùm Diuũ Thomam. ibidem

Indiuiduatio, & Indiuiduum.

Indiuiduationis principium ſub eadem ſpecie eſt aliquid realiter diſtinctum à natura. 45.c.2.c
Indiuiduorum multiplicatio, cur eſſe non poſſit ſine materia. ibid.c.2.d
Indiuiduatio non eſt perfectio formaliter, ſed eam comitatur. 112.c.2.d
Indiuiduorum pluralitas ad imperfectionem naturæ pertinet. 42.c.1.a
Indiuidualis perfectio conſiſtit in tribus. 42.c.2.a
Indiuiduum ſub vna ſpecie conſtituitur, & ab alio diſtinguitur per aliquid intrinſecum. 47.c.1.a
Indiuiduum aliquod eſſe poteſt perfectionis infinitæ ſecundùm quid. 42.c.2.a

Indiuiſibile.

Indiuiſibile duplex eſt, ſcilicet mathematicè, vt punctus & naturaliter, vt granum ſinapis. 102.c.2.c

Infinitum.

Infinita perfectio in tali genere poteſt conuenire alicui ſubſtantiæ creatæ, & eius potentiæ. 254.c.2.e

Infirmitas.

Infirmitas curari non poteſt naturaliter aſpectu, contactu, baliteo, &c. 612.c.2.b

Influxus primæ cauſæ in ſecundam.

Applicatio, ſiue influxus primæ cauſæ, ſiue phyſica motio non eſt quid diſtinctum realiter à ſecundis cauſis, &c. 330.c.1.a
Influxus Dei in operationem agentis non diſtinguitur realiter ab ipſa operatione. ibid.c.2.a
Influxus primæ cauſæ in ſecundùm non eſt qualitas, ſed motio virtuoſa. ibid.c
Influxus primæ cauſæ eſt prævius actioni ſecundæ cauſæ, & eſt à ſolo Deo. 331.c.1.d
Influxus primæ cauſæ diſtinguitur à cauſa ſecunda realiter metaphyſicè, ſiue realiter formaliter, ſiue ex natura rei. 331.c.1.b
Influxus primæ cauſæ diſtinguitur à ſecunda cauſa, vt modus à re. 331.c.1.b
Applicatio duplex eſt in ſecunda cauſa libera, realiter metaphyſicè, ſiue ex natura rei diſtincta, &c. ibid.a
Influxus primæ cauſæ non eſt accidens habens eſſe incompletum. 332.c.1.a

Informatio.

Informatio in eſſe intelligibili non requirit diſtinctionem realem inter vtraq; extrema. 221.c.2.c

Intellectio, Intellectus, & Intelligere.

Intellectio tribus modis diſtingui, ſiue contrahi poteſt. 159.c.1.a

Intellectio, quo dividatur per differentias per se. ibid.c
Intellectionum successio in Angelis non est motus proprie loquendo. 298.c.2.d
Intellectiones, & conceptiones plures eiusdem ordinis in intellectu Angeli, simul elicitæ, quam perfectionē habeant. 303.c.1.a
Intellectus Angeli, & hominis non potest plura intelligere per modum plurium. ibid.c
Intellectus est proprium intellectualis naturæ complementum. 221.c.2.b
Intellectus possibilis nullam habet naturam, nisi, &c. pag. 175.c.2.b
Intellectus cur, & quomodo sit possibilis. ibid.
Intellectus aliquis potest dupliciter habere species congenitas, scilicet per se, & per accidens. ibid.c
Intellectus agens non est necessarius Angelis. 176.c.1.a
Intellectus possibilis non est in Angelis. 175.c.2.c
Intellectus agentis necessitas probatur ex discursu Aristotelis. 176.c.1.c
Intellectus agentis necessitas ex parte obiecti. ibid.
Intellectus obiectum duplex, scilicet adæquatum, & proportionatum. 176.c.2.c
Intellectus agens non est perfectio simpliciter intelligentis. 177.c.1.d
Intellectus, vt intellectus est, nihil aliud habet, nisi quod sit vitalis potestas. 222.c.2.a
Intellectus informatur ab intelligibili per hoc, quod illi vnitur in esse intelligibili. ibidem
Intellectus hominis pluribus vtens speciebus plures necessariò formar conceptus: non ita intellectus Angelicus, sed vnum tantùm potest formare conceptum. pag. 305.c.1.b
Intellectus perfectè cognoscens subiectum, simul etiam cognoscit proprietates. 314.c.2.b
Intellectus cognoscens perfectè potentiam, simul etiam eos actus cognoscit quidditatiuè, quos essentialiter potentia respicit. ibid.c
Intellectus perfectè cognoscens potentiam secundùm esse existentiæ & individuale simul etiam illos actus, & accidentia cognoscit, quæ sunt illi sic existenti cōiuncta. ibid.d
Intellectus speculatiuus non mouet, sed practicus. pagina 410.c.2.c
Intellectus potest habere assensum conditionatum. pagina 411.c.2.d
Intelligere hominis, quomodo non sit vnius speciei, sed diuersarum iuxta diuersitatem intelligibilium, & similiter intelligere Gabrielis. 165.c.1.b
Intelligere, quo sit abstractum à materia. 11.c.2.c
Intelligere omnia, siue multa per vnum, quomodo perfectionem dicat. 207.c.1.a
Intellectualis qualibet natura diuinæ gratiæ particeps duas habet naturas. 417.c.2.d
Intellectualis substantia tenetur operationes elicere conformes propriæ naturæ, tam naturali, quàm supernaturali. 418.c.1.a
Intellectualis substantiæ operatio virtute naturalis ordinis elicita, sic debet ab ea in finem dirigi naturalē, vt fini supernaturali non sit contraria. ibid.
Intelligibile, res habet essendi modos. 162.c.1.d
Intelligibilis informatio potest fieri quatuor modis. pag. 222.c.2.e
Intelligentias alias esse præter motrices orbium vsquè dixit Aristoteles. 29.c.2.e
Intelligentiam duos ordines posuit Aristoteles. ibid.
Intellectus Angelorū. Vide supra Angelorum cognitio.

Instans.

Instantia duo temporis continui necessariò habent tempus medium. 143.c.1.a
Instans primum motus discreti potest coexistere toti tempori vnius horæ, secundùm autem instans vltimo instanti eiusdem horæ. 144.c.2.a
Instans idem esse potest actionis primum, & vltimum. pag. 452.c.1.d
Instantia componentia tempus discretum, quomodo dicantur esse simul. 146.c.1.a
Instantanea, quomodo simul habeant fieri, & factum esse. 449.c.1.b

Instrumentum.

Instrumentum, quod assumitur ad detinendum, & includendum, debet coniungi passo. 91.c.1.d

Intentionale.

Intentionalis entis genus, cur à natura fuerit institutū. pag. 183.c.1.b

Inuidia.

Inuidia quid sit. 487.c.2.c

Iudicium.

Iudicium Theologi, & Philosophi de eadem re quomodo conueniant, & quomodo differant. 57.c.2.e
Iudicium practicum inconsideratum, vno modo prius est electione voluntatis, & alio modo posterius, pagina 403.c.2.d
Iudicium perfectum vltimum practicum de aliquo eligibili in particulari nunc eligendo, sequitur necessariò electio necessitate suppositionis. 404.c.1.d
Iudicium Angeli & omnis viatoris duplex, scilicet perfectum, & imperfectum. 471.c.1.e
Iudicium, vt in puro viatore sit perfectum, quæ requirat. ibid.
Iudicium solum perfectum, & electio perfecta Angeli est immobilis. ibid. c.2.d
Iudicium Angeli speculatiuum licèt mutetur, quasi materialiter, non tamen potest mutari formaliter. pagina 472.c.1.a
Iudicium dæmonum, ex quo secuta est electio, quomodo sit immobile. ibid.b
Iudicium Angeli viatoris, quod nam sit imperfectum, & quod sit perfectum, & simul electio ad iudicium consequens. 479.c.1.c

Iuuentus.

Iuuentutis vigor nulla creata virtute potest reparari. 628.c.2.e

L

Libertas.

Libertas pertinet ad intrinsecam perfectionem voluntatis, sed non quo ad oēm eius actum. 436.c.1.a
Libertatis prima radix est in rationis, siue intellectus indifferentia, &c. 330.c.1.d
Libertas formaliter in voluntate fixa est, quatenus, etc. ibid. e
Libertas quo ad specificationem actus non est necessaria, vt actus sit simpliciter, & perfectè meritorius. pag. 443.c.2.a

Lignum Vitæ.

Ligni Vitæ virtus. 628.c.2.e

Digitized by Google

Locus, & Locatum.

Locorum pluralitas diſtantiam ſitualem poſtulat neceſſariò. 133.c.2.c

Locorum pluralitas inter aliqua duo loca poteſt eſſe duplex, vna eorum, quæ totaliter diſtincta ſunt, alia eorum, quorum vnus aliquid participat alterius. ibid.d

Loca media inter duo extrema loca ſunt infinita. ibid.

Loca extrema inter ſe continua diſtinguuntur realiter à mediis. 134.c.2.b

Locatum, quomodo debeat eſſe proportionatum rationi locandi. 93.c.2.d

Loci rationem non habet vna ſubſtantia ſpiritualis reſpectu alterius. 94.c.1.a

Loci partes non eundem ordinem habent, quem habent partes temporis. 136.c.2.c

Lucifer.

Lucifer alijs Angelis propriam excellentiam appetendam propoſuit. 462.c.2.a

Lumen, & lux.

Lumen huius aeris factum ab hac lucerna non conſeruatur ab alia ſufficienter applicata. 111.c.1.a

Lumina duo non ſunt in eodē loco adæquato. 114.c.2.a

Luminis, & aliarum formarum differentia, quo ad eſſe terminum motus. 148.c.1.c

Lumen non omne ſed ab extrinſeco tantùm receptum ratione habet actus ſecundi, vt lumen Lunæ. 190.c.2.c

Lux Solis à Deo cur poſſit intendi, non autem perfectio Angelicæ naturæ. 48.c.1.b

Lux, & calor conueniunt in vna ratione obiecti, vt obiectum eſt. 211.c.1.b

Lux an, & quomodo videatur in oculo. 235.c.1.b

Lupus.

Lupi aſpectus præueniens hominis aſpectum rancedinē inducit. 611.c.1.a

M

Magia, & Magus.

MAgiæ cognitio ſcientiarum omnium profeſſoribus neceſſaria. 605.c.1.d

Magi nomen, quid ſignificet. 606.c.1.a

Magia duplex ſcilicet honeſta, & illicita, ſiue naturalis, & ſuperſtitioſa. ibid.c

Magiæ definitio declarata. ibid.

Magia naturalis dupliciter ſumi poteſt. ibid.c.2.d

Magiæ naturalis quinque partes. ibid.e

Magiæ naturalis cultores præcipui. 607.c.1.b

Magia Mathematica. ibid.c

Magia Aſtronomica. ibid.c.2.a

Magia muſica. ibid.

Magia perſpectiua. ibid.b

Magia per omnes ſcientias, & artes diffuſa. ibid.c

Magiæ naturalis diſtinctio. ibid.d

Magia Zoroaſtris. 615.c.1.d

Magia Procli, Apollonij, Iamblici, & Pytagoricorū. ibidem.

Magorum miranda coram Pharaone qualia fuerint, & qua virtute facta fuerint. 621.c.1.b

Magia Mathematica, an ſit alicuius efficaciæ. pagina 621.c.2.d

Magia perſpectiua, & præſtigiatoria. 632.c.2.b

Magiæ perſpectiuæ tres partes. ibid.

Magia perſpectiua, quomodo ludificetur aſpectus. ibid

Magiæ ſuperſtitioſæ ſignificationes. 633.c.1.b

Magia ſuperſtitioſè definitio explicata. ibid.c.1.b

Magiæ ſuperſtitioſæ diuinantis ex pacto cum dæmonibus explicito modi quinque generales. ibid.d

Magia quædam diuinatrix, & quædam operatrix ib.a

Magorum opera quædam eſſe præſtigioſa, & quædam realia. 641.c.2.per totum.

Magorum opera realia, quomodo diſcernantur à præſtigioſis. ibid.e

Magica facultate vera miracula fieri non poſſe. pagina 642.c.1.b

Magi, quomodo in ſuis operibus vtantur dæmonū miniſterio. 642.c.2.d

Magicis artibus dæmones cogi non poſſunt directè, & immediatè, ſed tm indirectè, & mediatè. 644.c.2.a

Magica ars, & facultas dæmonibus imperandi initiatur pacto cum ipſis dæmonibus initio. 644.c.1.a

Magicæ obſeruantiæ ad proficuas corporum immutationes ordinatæ, an ſint efficaces, et elicitæ. 645.c.1.c

Magiſter.

Magiſter, quomodo inſtruat, & illuminet diſcipulum. pag. 506.c.2.c

Magiſter illuminat diſcipulum offerendo ei medium demonſtrationis. 507.c.2.a

Maleficium.

Maleficium æquiuocum nomen eſt ad tria ſignificata. pag. 648.c.2.c

Maleficium magicum quid ſit. ibid.

Maleficium triplex ſcilicet ſomniferum, amatorium, & hoſtile. ibid.d

Maleficiorum multæ differentiæ. ibid.e

Malum.

Malum eſſe naturaliter poteſt intelligi dupliciter. pagina 425.c.2.c

Mali moralis cauſa eſt voluntas dupliciter. 402.c.2.a

Materia.

Materia apud Ariſtotelem triplex tantùm eſt. 39.c.2.b

Materia quidditatis eſt materia indiuiduans. 40.c.1.a

Materia apud Ariſtotelem, nunquam eſt proprietas indiuidualis. 39.c.2.c

Materiā habent quæcunq; ſunt numero multa. ib.c.1.c

Materia remota non proprie dicitur eſſe in potentia ad formam, aut ad compoſitum determinatè. 57.c.1.a

Materialiter differre pluribus modis intelligitur. pagina 37.c.2.d

Materiæ diſpoſitio duplex. 622.c.2.c

Materiæ diſpoſitiones proprie non ſunt mathematica. ib.d

Mathematica.

Mathematica dupliciter poſſunt conſiderari. 622.c.2.a

Mathematica ſunt materiæ diſpoſitiones improprie. pagina 623.c.2.a

Mathematica ſecundùm ſuum eſſe reale non ſunt actualiora phyſicis. 624.c.1.c

Matutina cognitio.

Matutinæ cognitionis triplex acceptio. 323.c.1.c

Matutina cognitio ſumitur etiam pro notitia rerelata. ibidem col.2.a

Matutina cognitio maximè propriè dicitur clara Dei viſio. ibid.d

Matutina cognitio Angelorum. Vide ſupra, Angelorum cognitio.

Medium.

Medium vni extremo comparatum, alteri magis aſſimi-

Digitized by Google

milatur. 669.c.1.b

Medium triplex in cognoscendo, scilicet medium sub quo, medium quo, & medium in quo. 316.c.2.c

Medium sub quo non facit visionem mediatam. pagina. 237.c.2.b

Medium quo, s. species non facit visionem mediatam per se loquendo, sed per accidens. ibid.

Mensura.

Mensuratæ rei conditiones, secundum quas propriæ mensuræ subijciuntur ex ordine tantum ad propriam mensuram sunt audiendæ. 249.c.2.d

Mensuram oportet esse eiusdem generis cum mensurato. pag. 252.c.2.b

Mensuram eiusdem esse hominis, & Angeli supra scripta accipiendum sit. 369.c.2.b

Meritum.

Meritum duplex, scilicet proprii, & impropriè dictum, & quid sit vtrumque. 378.c.2.c

Meritum habet rationem viæ, & principium termini pag. 469.c.1.c

Meritum omne gloriæ supponit gratiam imperfectam. pagina. 390.c.2.a

Meritum, vt termini, est solius animæ. 480.c.1.e

Meritum, quomodo secundum se totum, & secundum omnem eius rationem, & modum refundatur, aut non refundatur in Deum. 496.c.1.c

Meritum dupliciter dicitur perfectum, & imperfectum, scilicet, vt meritum est, & ex parte subiecti, &c. pagina. 443.c.2.d

Meritum Angeli in primo instanti fuit perfectum, vt meritum formaliter, non autem ex parte subiecti. pagina. ibid.e

Meritum, vt in termino, simul esse potest cum beatitudine. 449.c.1.b.

Meritum simul esse potest cum beatitudine, vt in fieri, non autem, vt in facto esse. ibid.

Meritum, & fides simul sunt cum beatitudine per visionem esse fidei, & meriti, & per primum esse beatitudinis. ibid.d

Meritum perfectissimè fuit in Christo cum impeccabilitate. 443.c.2.a

Metallum.

Metallorum concessio, & repurgatio duplex. pagina. 619.c.2.c

Metalla omnia virtute solis possunt in aurum transmutari. ibidem

Metallum non potest in aliud metallum calore ignis transmutari. 621.c.1.c

Metoposcopia.

Metoposcopia quid sit. 638.c.2.c

Miraculum.

Miracula facere quis possit. 605.c.1.b

Miracula falsa quatuor modis discernuntur a veris. pagina. 642.c.1.d

Mobiles.

Mobile omne, siue quod movetur, necesse est esse divisibile. 127.c.1.b

Modus.

Modi essendi verum sunt in supremo rerum gradu multiplicabiles in infinitum. 393.c.1.b

Mora.

Mora quid sit, & cur ita nominetur. 438.c.2.c

Motio, & Motus, &c.

Motio moralis non infert necessitatem, nec inducit infallibiliter ad volendum. 512.c.1.b

Motio voluntatis in bonitate divina essentialis, vt universalibono causata ad physicam mutationem videtur pertinere. ibidem c

Motus localis an, & cur sit omnium motuum nobilissimus. 563.c.1.b

Mota per se primò quacunque corpore, moventur per accidens non solum eius partes, & accidentia, sed quæuis etiam substantia creata eidem copulata. pag. 81.c.2.b

Motus per accidens proprie, quando nam motori connatus. ibid.

Motus rerum inferiorum moventur per accidens non à motore intrinsecè, sed extrinsecè. 80.c.2.c

Motus prius natura, & causalitate potest in puncto reperiri quàm in cæteris corporibus partibus. 104.c.1.c

Motus potest prius natura in vna parte corporis, quàm in cæteris. ibid.

Motus corporis super magnitudine habet vnitatem cum vnitate is cum pluralitate partium. 127.c.2.a

Motus, & successiua quomodo dicantur existere. pagina. 145.c.1.a

Motus, & quies incipiunt per vltimum non esse, & desinunt per primum non esse. 143.c.1.c

Motus semper mediat inter duo mutata esse. ibid.b

Motus discreti partes singulæ sunt instantaneæ. ib.c.2.a

Motus discreti primum instans potest respondere mutationi, sui autem vltimo eius instanti. 152.c.1.d

Motus Angeli constat ex recessu à termino à quo, & accessu ad terminum ad quem. 149.c.1.c

Moueri per se non est idem, quod intrinsecè denominatione moueri, nec moueri per accidens est idem, quod extrinsecè denominatione moueri. 124.c.2.d

Moueri per se, & per accidens quid sit. 119.c.1.c

Mouetur aliquid per accidens quinque modis. ibi.c.2.b

Mouetur per accidens forma qualibet accidentalis ad motum subiecti. ibidem

Mouetur per accidens subiectum, moto accidente; nam, moto calore per frigefactionem, mouetur aqua. ibid.

Mouetur per accidens pars, moto toto. ibid.c

Mouetur per accidens totum, mota parte. ibidem

Mouetur per accidens anima rationalis, moto corpore. ib.

Mouetur per accidens motus ad motum nauis, & Angelus, moto corpore, in quo est. ibidem

Mouetur per accidens corpus Christi, motis speciebus sacramentalibus. ibid.

Mouentur per accidens quædam intrinsecè, & quædam extrinsecè, & hæc multis modis. ibid.d

Motus per accidens corporis accidentis corpori, animæ rationalis, & Angeli in corpore assumpto, vel cui applicatur, & Christi in Sacramento, quomodo dicatur. 120.c.1.a

Mutationum regulæ ex D. Th. & Ferrariensi. 142.c.1.a

Mutationes omnes instantaneæ sunt termini motus continui. ibid.c

Multitudo.

Multitudo duplex, vna constans ex vnitatibus specie distinctis, &c. 21.c.1.c

Musica.

Musicæ Magiæ vis secundum Platonicos. 622.c.1.b

Muſicæ efficacitas. ibidem

Myſterium.

Myſteria gratia quæ ſint. 281.c.1.e
Myſteriorum gratia plures differentiæ, & gradus. 282.c.2.e pag.
Myſteria, quæ propriè dicantur ex ſola Dei voluntate dependere. 287.c.2.e
Myſteria non ſunt anxiè exquirenda ex nominibus, ſyllabis, elementis, punctis, & accidentibus, &c. pagina 648.c.1.d

N

Natura.

Natura nomen vniuerſaliter, & quod quid eſt idd ſignificant formaliter. 17.c.1.c
Natura ſingularis, & quod quid eſt in rebus materialibus differunt realiter. ibidem b
Naturæ ratio primum in vnaquaque re locum habet. 430.c.2.e pag.
Naturæ ratio in quolibet gradu reperitur imbibita, nulloque proprio, præciſouè gradu diſtincta. ibid.
Natura illa, quæ bonum perfectum conſequi poteſt alterius auxilio, nobilior eſt ea, quæ bonum tantum imperfectum ſua virtute poteſt adipiſci. 703.c.2.b
Natura humana potuit à Deo conſervari ſine ſubſiſtentia. 287.c.2.d
Naturæ ſpirituali poteſt aliquid denouo fieri naturale, non autem naturæ corporeæ. 473.c.1.b

Naturale.

Naturale dicitur tribus modis. 196.c.1.b
Naturale, & ſupernaturale ſunt differentiæ diſtinguentes ens in ſeipſo. 285.c.1.a

Neceſſarium.

Neceſſarij duplex ſignificatio, & multiplex vtriuſque differentia. 55.c.1.b
Neceſſarium aliquod eſt phyſicè, quod eſt poſſibile logicè. ibid. c.2.e
Neceſſarium, de omni, demonſtratio, & ſcientia ſunt nomina analogicè dicta vtraque analogia. 262.c.2.d
Neceſſarium prædicatum neceſſitat e phyſica, perſe conuenit ſubiecto perfeitate phyſicæ. 56.c.1.b
Neceſſariorum triplex ordo. 617.c.2.b

Negromantia.

Negromantia quid ſit. 634.c.1.b

Nomen.

Nomen æquiuocum poteſt dici propriè de ſingulis æquiuocatis. 121.c.1.e

Nubes.

Nubes habent figuram propriè, & reliter. 66.c.1.c

Numerus.

Numero multa materiam habent. 39.c.1.c
Numerus ſucceſſiuus exiſtit ſufficienter in ſucceſſione ſuarum partium. 145.c.1.a
Numeri non conuenit efficientia, niſi ſignificatiua pag. 624.c.2.b

O

Obiectum.

Obiectum, vt attingi poſſit à potentia, quid requirat. 284.c.2.b
Obiecti vnitas formalis duplex ſcilicet formalis realis, & formalis præciſè. 109.c.2.c
Obiecti ratio, qua attingitur, non neceſſario debet eſſe vnitaria. 211.c.2.c
Obiectum proprium cuiuslibet intellectus eſt ens modificatum in eius obiecto proportionate ſine motiuo, aut quaſi motiuo. 176.c.2.c
Obiecta ſcientiarum realium, quo differant. 622.c.2.a

Omen.

Omen quid ſit. 635.c.1.a

Onycomancia.

Onycomantia quid ſit. 638.c.2.c

Operatio.

Opera vitalia quæ ſint, & eorum differentia. 69.c.1.a
Operationes vitales aliquid habent commune cum non vitalibus, & aliquid proprium: quæ duo diſtinguuntur realiter. ibid. c.2.e
Operationis modus duplex alter, vt exit à potentia, & alter, vt attingit obiectum. 251.c.1.d
Operationis modus ſe tenens ex parte obiecti poteſt eſſe nobilior modo alterius operationis, ſe tenente ex parte obiecti dupliciter. ibidem
Operationum humanarum quædam ſunt naturales, & quædam liberæ, & ex his quædam elicitæ, & quædam imperatæ, &c. 272.c.2.b
Operatio naturalis, quæ dà eſt propriè ſumpta, & quædam libera, &c. 272.c.1.d
Operationes liberæ, quæ ſint. ibidem a
Operatio, quæ ſimul incipit cum eſſe rei, eſt ei ab agente, à quo habet eſſe. 430.c.2.c
Operatio prima cuiuſcumque rei eſt naturalis, vel ſimpliciter, vel aliquo modo. ibidem
Operatio qualibet naturæ, vt ſic, tribuitur authori naturæ. ibidem
Operatio, quæ tribuitur generanti, quando primò fit, nõ neceſſariò ſemper eidem tribuitur. 434.c.1.d
Operatio principalis agentis, & operatio inſtrumentalis vt ſic eſt vna operatio realiter diſtincta in duas ex natura rei, ſine realiter metaphyſicè. 331.c.1.a

Ordo.

Ordinis definitio ſecundùm Auguſtinum. 411.c.2.b
Ordo rerum duplex, ſcilicet naturalis, & ſupernaturalis, & vterque declaratur. 272.c.1.d
Ordo rerum duplex, ſcilicet earum, quæ per ſe primò à natura intentæ ſunt, vt actus, & earum, quæ per ſe primò intentæ ſunt, vt potentiæ. 168.c.2.e
Ordo rerum duplex, ſcilicet entium, & intelligibilium, pag. 196.c.1.d
Ordo intelligibilium plures habet gradus. ibidem
Ordines entium, & intelligibilium, quædam habent per ſe primò, & quædam ſecundariò ad eos pertinentia. ibidem c.2.b
Ordo entium totus in ſolo eſſe per eſſentiam, ac eius infinita virtute continetur. 197.c.1.d
Ordo intelligibilium in ſubſtantiarum quarundam creatarum perfectione virtualiter continetur. ibidem
Ordo præfixus à ſuperiori agente nõ eſt neceſſarius cuilibet agenti inferiori, &c. 137.c.1.a
Ordinem habens tantum per ſe, & non per accidens non habet plures gradus eiuſdem ſpeciei. 401.c.1.b
Ordo triplex in inferno, ſcilicet iuſtitiæ, culpæ, & pœnæ. 556.c.1.c
Ordinata per accidens, vt ſic ſunt inordinata. 61.c.2.b
Ordo Angelorum. Vide ſupra Angelorum ordo.

Orion.

Orion quid ſit. 625.c.2.d

Pa-

Planis.

Panis non quiescit toto tempore prolationis verborum consecrationis. 147.c.1.c

Parabola.

Parabolis interpretandis regula accommodata. pagina 593.c.1.d

Passio.

Passio una, & continua ex pluribus actionibus successivè sibi succedentibus potest constare. 127.c.2.c

Peccatum, &c.

Peccatum quid sit. 384.c.1.b

Peccabile quid significet. ibid.

Peccator in omni peccato mortali seipso fruitur, & caeteris omnibus vitijs, etiam Deo ipso. 410.c.1.b

Peccati genera omnia esse ex Diaboli suggestione, non tamen singula cuiusq; generis peccata. 603.c.2.b

Pena.

Pœnæ definitio explicata. 485.c.1.c

Pœnæ distinctio in pœnam damni, & in pœnam sensus, & earum differentia. ibid.c.1.a

Pœna damni tres gradus. ibid.c.2.c

Pœna damni, & pœna sensus differentiæ. 486.c.1.d

Pœna damni in pueris est quid imperfectum in genere pœnæ damni. 487.c.1.d

Pœnam damni, & sensus in eo instanti fuisse damnatis, in quo peccauerunt, probatur multis argumentis. 449.c.2.c

Pœnæ spirituum damnatorum, quomodo sint inæquales. 499.c.1.b

Pœna Dæmonum. *Vide supra*, Dæmonum pœna.

Perfectio.

Perfectio omnis extranea secundum se à genere substantiæ subsistens identicè subsistit etiam formaliter in seipsa. 160.c.1.b

Perfectiones in essentialiter subordinatis non æquè perfectè sunt in inferioribus, sicut in superioribus. pagina 246.c.2.b

Perfectiones eiusdem rationis vnivocè, vel analogicè in eisdem diuersorum ordinum nobiliori modo sunt in superioribus, quam in inferioribus. ibidem

Perfectio in essentialiter subordinatis, vel in ijs, quæ sunt diuersorum ordinum, in superioribus est totaliter, in inferioribus verò partialiter. ibidem c

Perfectiora quo sensu dicantur in maiori excessu secundùm magnitudinem, vel secundùm multitudinem fuisse à Deo creata. 31.c.2.c

Perfectas.

Perfectas physica, & logica, quomodo differant. pagina 56.c.1.d

Personalitas.

Personalitas diuina, quo sensu dici possit terminare dependentiam humanæ naturæ. 20.c.2.c

Perspicuitas.

Perspicuitas quibusdam res valdè distinctè sunt præsentes. 632.c.1.c

Phantasma.

Phantasma concurrit, vt instrumentum ad causandam speciem intelligibilem. 195.c.1.a

Phantasma speciem intelligibilem producens duo habet, scilicet rationem agendi, & conditionem, &c. pag. 192.c.2.b

Physionomia.

Physionomia quid sit. 638.c.2.c

Physionomiæ partes quæ. ibid.b

Physionomica duplex, s. naturalis & astrologica. ibi.d

Physionomus naturalis vtra potest ex suis principijs cognoscere. 639.c.2.d

Physionomus naturalis non potest præcognoscere actus, & effectus liberè futuros. 640.c.1.c

Physionomus astronomicus non potest præcognoscere actus, & effectus liberos. ibid.

Physionomia naturalis prudenter exercita licitè est. pag. ibid.c.2.b

Pleiades.

Pleiades sunt septem stellæ in capite Tauri. 625.c.1.d

Podomantia.

Podomantia quid sit. 638.c.2.d

Poli.

Polorum Mundi custodiæ præsit Deus duas intelligentias deputare. 104.c.2.d

Possibile.

Possibile, & impossibile dicuntur dupliciter. 56.c.1.a

Possibile omne logicè potest etiam reale possibile nuncupari, non simpliciter, sed extrinsecè. ibid.

Possibile, aut impossibile esse aliquid dupliciter potest considerari, vno modo ex parte iudicantis, alio modo ex parte eius, de quo iudicatur. 57.c.1.b

Possibiles, aut impossibiles iudicari debent effectus secundum causas proximas. ibid.d

Possibiles, aut impossibiles, quomodo dicantur effectus in ordine ad Dei potentiam. ibid.c.2.b

Potentia.

Potentia naturalis, quæ primò tendat ad non esse, non potest inesse rei naturali. 54.c.2.b

Potentia omnis vocalis in rebus est primò ad esse. ibid.

Potentia non repugnantiæ mera negatio est. 59.c.1.d

Potentia omnis sive creata, sive increata fertur in vnum obiectum formaliter. 99.c.1.c

Potentiæ huius equi generatiuæ absolutè loquendo obiectum est equus omnis generabilis eius actioni, vt eius actio est. 111.c.2.c

Potentiæ huius equi generatiuæ prout hic, & nùc actu operatur, obiectum est hic equus generabilis ex hac materia, circa quam nunc operatur. ibid.

Potentia actus, & habitus distinguuntur per obiecta. pag. 164.c.2.a

Potentia cognoscitiuæ, & actus earum dupliciter possunt distingui. s. in ordine ad cognoscentia, & in ordine ad obiecta. 165.c.1.c

Potentia ois visiua considerata præcisè, vt potentia est in ordine ad obiectum, vt obiectum est, quod est visibile, vnius est speciei in omnibus animalibus. ibid.

Potentia visiua hominis, vt potentia cognoscitiua est, specie distinguitur intra distinctionem specificam colorum puta albi, nigri, &c. & similiter visio, vt actus est talis potentiæ. 165.c.1.a

Potentia obiectiua excluditur. 169.c.1.a

Potentia operatiua in nulla creatura est idem, quod eius essentia. 171.c.1.d

Potentias Angeli, & animæ ab earum essentijs esse distinctas multi docuerunt. 168.c.1.d

Potentiarum diuersitas est secundum diuersitatem actuum adæquatorum. ibid.

Potentia executiua Dei, & Angeli differentia. pagina 180.c.1.b

Potentia vna, secundum rem potest se extendere ad actus genere differentes. ibid.d

Potentiam Angelorum motiuam esse realiter ab intellectu, & voluntate distinctam, non est satis probabile. 180.c.2.b

Potentia perfectio, non est maior secundùm totam suam latitudinem perfectione essentiæ. 333.c.1.c

Potentia qualibet primò fertur in per se primò obiectũ, & consequenter in alia. 388.c.2.d

Potentia generandi, & actus generationis in diuinis cur non pertineant ad idem genus. 171.c.1.b

Potentia generandi in diuinis significat essentiam in recto, & relationem in obliquo. ibidem

Prædicator.

Prædicator malus, an illuminet populum. 557.c.1.c

Prædicatum.

Prædicatum conueniens subiecto necessariò necessitate logica, conuenit ei per se perfectate physica. 56.c.1.b

Præsentia.

Præsentiæ localis quinque modi. 76.c.2.d

Præsentia circumscriptiua. ibid.e

Præsentiæ definitiua substantialis. 77.c.1.a

Præsentia definitiua ordinis. ibidem

Præsentia approximationis. ibidem

Præsentia operationis. ibidem

Præsentia ordinis quid sit. ibidem

Præsentia ordinis quatuor addit supra nudam potentiam. ibidem e

Præsentia ordinis est realis, ac vera. ibidem

Præsentia operationis est realis, & vera. 78.c.2.e

Præsentia operationis quid sit. 79.c.1.a

Præsentiæ relatio, qua est inter substantiã spiritualem, & corpus, in quod operatur, ea est, qua denominatur substantia spiritualis formaliter præsens. ibid.c.2.a

Præsentiæ relatio sola ratione distinguitur à relatione agentis, & passi. ibidem

Ordo inter substantiam spiritualem, & eius contactum, & relationem præsentiæ. ibidem c

Præsentiæ relatio, contactus virtutis, & substantia angeli quomodo ordinentur. ibidem

Præsentia approximationis ficticia est. 82.c.1.c

Præsentiam substantialem ficticiam esse probatur. ib.d

Præsentiæ ordinis immediatio quid sit, & penes quid attendatur. 86.c.1.a

Præsentia ordinis, per quam Angelus est in loco incompletè sequitur ad iudicium practicum, & electionem voluntatis de vno loco singulari, non autem de omnibus indifferenter. 95.c.2.b

Præsumptio.

Præsumptionis peccatum in quo consistat. 423.c.2.b

Præsumptio filia est inanis gloriæ. ibidem

Præstigium.

Præstigium quid sit. 634.c.1.b

Principium.

Principio potest tripliciter conuenire operationem elicere, &c. 170.c.2.c

Principium esse operationis primum simul, & proximum est infimæ perfectionis. ibidem

Priuatio.

Priuatio duplex, altera strictè, altera latè sumpta. pagina 143.c.2.e

Priuatio quædam impropriè dicta est quies propriè. ib.

Pronitas.

Pronitas ad peccandum posita non fuit in Angelis, sed negatiua. 460.c.2.d

Pronitas negatiua quid sit. ibidem

Propositio.

Propositio omnis necessaria est etiam per se. 56.c.1.b

Propositio fidei, quomodo ex consensu doctorum deducatur. 588.c.1.d

Propositionem de fide non semper constituit sanctorum Patrum, & scholasticorum consensus. ibidem

Proprietas.

Proprietates rerum respectu Dei producentis sunt effectus liberi, respectu verò rerum sunt prædicata necessaria. 201.c.1.a

Pyromantia.

Pyromantia quid sit. 635.c.1.b

Pythones.

Pythones vndè dicti. 634.c.2.e

Q

Quantitas.

Quantitas non est accidens per se primò institutum, vt sit receptiuum. 170.c.2.b

Quantitas, an præsupponat potentiam in subiecto ab ea distinctam. 172.c.2.e

Quantitas non est potentia propria aliorum accidentium. 173.c.1.c

Quantitas non est propriè dispositio materiæ ad alia accidentia recipienda. 623.c.1.e

Quidditas.

Quidditati subsistenti inest natura secundùm omnem gradum, & modum. 42.c.1.c

Quidditatem subsistentem sequuntur accidentia modũ omnem perfectionis habentia. ibidem

Quidditates subsistentes non possunt esse plures, nisi specie. 41.c.2.d

Quidditas, qua non est purus actus non omnis, quatenùs est de se, potest determinari, & contrahi ab aliqua entitate. 45.c.1.a

Quies.

Quies non pòt esse in instanti, sicut nec motus. 143.c.1.d

Quies est quæuis ab agendo cessatio, siue sit debita, siue non. 144.c.1.b

Quies apud Philosophos naturales, vt plurimum significat priuationem debitæ perfectionis. ibidem

Quies Angeli quædam mensuratur tempore, & quædã instanti. ibid.c

Quies Angeli qualis sit. 145.c.2.c

Quies secundùm Philosophiam est Cælo violenta, non autem secundùm fidem. 346.c.1.c

Quiescens in toto tempore præcedenti in vno termino impossibile est, vt in vltimo instanti illius temporis sit in alio termino. 143.c.1.b

Quiescens in toto aliquo tempore, &c. quo sensu verum sit. ibidem c

Quies verè, & propriè conuenit Angelo. ibid.c.2.b

Quiescere non potest aliquid in toto tempore præcedenti, & postea in vltimo eius instanti, esse in alio tempore. 146.c.2.c

R.

Ratio.

Ratio formalis, qua res aliqua dicitur esse talis formaliter, duplex est. 76.c.2.a

Recessus.

Recessus à termino, à quo tropliciter sumi pōt. 142.c.2.d
Recessus, prout includit accessum, necessariò fit in tempore. ibidem

Relatio.

Relatio non requirit potentiam à subiecto distinctam. pag. 173.c.1.b

Repræsentatio, &c.

Repræsentativi ratio per se primò convenit essentiæ diuinæ, cæteris autem ex eius participatione, vt idea est. 198.c.1.c
Repræsentationum gradus. 184.c.1.a
Repræsentatur alio modo causa per effectum, quàm per speciem repræsentetur obiectum. 237.c.2.c
Repræsentativo Cognito, cognoscitur etiá repræsentatú. 284.c.1.d

Respectus.

Respectus omnis exigit aliquod fundamentú. 82.c.1.d

Resurrectio.

Resurrectionis ratio quid requirat. 48.c.2.a

S

Sapientia.

Sapientia mundana, & sapientia diuina, s. Theologia diuersè ferèt de possibilitate indiciú. 57.c.1.c

Scientia.

Scientia altior, & scientia inferior de eadem re diuersum ferunt indicium. 57.c.1.b
Scientia quo sensu non generetur in Angelo. 202.c.2.c
Scientia omnis considerans genus aliquod, vt obiectum, species etiam eius omnes considerat. 211.c.1.c
Scientia de conclusione non remanet post oblivionem medij, & demonstrationis. 550.c.2.d.

Sensus, &c.

Sensus tactus potest simul plures tangibilium species recipere, non autem visus. 305.c.2.c
Sensibile esse duobus modis accipitur, scilicet communiter, & strictè. 192.c.1.b

Sybilla.

Sibyllæ diuino spiritu afflatæ prædixerunt mysteria fidei. 634.c.1.c

Similitudo.

Similitudo creaturæ ad Deum secundùm perfectiones Dei communicabiles, & secundùm perfectiones incommunicabiles diuerso mō attenditur. 206.c.2.d
Similitudo, siue ratio propria diuersorum dupliciter vni conuenit. 207.c.1.c
Similitudo diuersorum adæquata idem esse non pōt. ib.
Similitudo inadæquata diuersorum idem esse potest, si sit excellens. ibidem
Similitudo totius entis esse non potest, nisi natura simpliciter infinita. 215.c.1.c
Similitudo creata non potest diuinam essentiam distinctè, ideſt quidditatiuè repræsentare. 234.c.2.d
Similitudinis multi modi. 238.c.1.a
Similitudo iuxta sui diuersitatem diuersam efficit cognitionem. ibidem
Similitudinem, an rectè dicatur Deus habere cum creatura 249.c.2.c
Similitudo speciei ad rē repræsentatá quid sit. 257.c.2.a

Singulare.

Singulare per speciem vniuersalis cognosci, potest intelligi dupliciter. 254.c.2.d

Sol.

Sol non est nobilior superioribus corporibus. 32.c.1.a
Sol non potest producere eundem effectum numero, quem produxit hic ignis. 111.c.1.a

Species.

Species sensibiles habere congenitas non est modus possibilis in natura. 61.c.2.c
Spicies intelligibiles altioris ordinis vim habent excellenter plurium specierum inferioris ordinis in repræsentando. 183.c.2.d
Species intelligibilis omnia repræsentans posset à Deo creari, non tamen substantia. 186.c.2.a
Species animæ Christi fuerunt impressæ, sicut Angelis, non tamen eodem modo. 201.c.2.c
Species, quæ propriæ dicuntur inditæ, & quæ infusæ, pag. 202.c.1.a
Species, quomodo secundùm Platonem infundantur animæ. 202.c.1.c
Species vna intelligibilis, an plures possit repræsentare quidditates, aut res. 205.c.2.d
Species intelligibilis potest dupliciter esse pluriú quidditatum repræsentativa, vno modo formaliter, alio modo virtualiter. 206.c.2.b
Species potest plures quidditates formaliter repræsentare dupliciter. ibid.c
Species intelligibilis accipit vnitatem specificam ex vnitate formali obiecti. 208.c.2.c
Species intelligibilis potest esse alicuius rationis communis repræsentativa dupliciter scilicet cum abstractione à singularibus, & sine abstractione. ibidem b
Species quatuor modis dici potest vniuersalis in repræsentando. 213.c.1.c
Species non dicitur vniuersalior, quia sub ratione simpliciori repræsentet. ibidem d
Species animæ separatæ, multa etiam individua repræsentant. 215.c.1.a
Species animarum, & corporum cælestium (si sunt animata) repræsentant individua omnia. ibidem
Species intelligibilis dari potest, quæ Deum immediatè, quánis non quidditatiuè repræsentet. 236.c.1.a
Species immediatè repræsentat obiectum, nulla sui cognitione præsuppositá. 239.c.2.b
Speciem esse posse, quæ Deum distinctè, sed non quidditatiuè repræsentet est probabile. 240.c.1.c
Species nulla creata, etiam per Dei potentiam absolutá dari potest, quæ Deum repræsentet quidditatiuè. ibi.
Species eadem, si sit excellens, potest accipi, vt propria, & distincta ratio, et similitudo diuersorú. 253.c.2.c
Speciei similitudo, quæ est ratio repræsentationis, non est relatio. 255.c.1.d
Species humani intellectus nequit esse principium intuitiuæ cognitionis. 256.c.2.a
Species Angelorum, vide supra. Angelorum species.

Sphæra.

Sphæra vltima est in loco circumscriptiuè. 74.c.3.c

Spiritus.

Spiritus ab igne non patiuntur ex sola apprehensione. pag. 493.c.1.b
Spiritibus damnatis non additur qualitas, qua patipossint

sint ab igne corporeo. ibid.c
Spiritus non patiuntur per speciem intelligibilem ab igne in eos immissam. ibid.d
Spiritus ab igne non patiuntur per qualitatem ab igne productã, & illis inhærentẽ, ac eos deformantem. ib.
Spiritus potest vnirì corpori dupliciter. ibid.c.2.d
Spiritum nõ potest, res corporea virtute suæ naturæ detinere, sed vt instrumentum diuinæ iustitiæ. ibidem
Spiritus per alligationem in igne punientur. 494.c.1.c
Spiritus ab igne punientur, vt impediente, & contrario eorum inclinationi. ibidem c
Spiritus ignem alligantem apprehendunt necessariò, nõ Deo immediatè, sed igne, vt instrumento efficaciter agente. 495.c.1.b
Spiritus ab igne, vt instrumẽto per virtutem vrendi, vt maximè actiuam detinentur. 496.c.2.a
Spiritualis natura, quo sensu dicatur affici non posse ad ea, quæ sunt proprij corpori. 392.c.2.b

Status.

Status viatoris, vt in termino non repugnat statui comprehensoris. 455.c.1.d
Status vocabulum commune est analogum ad statum naturalem, & ad statum moralem. 473.c.2.d
Status naturalis, & moralis quid sint. ibidem.
Status quatuor, scilicet innocentiæ, patriæ, viæ, & damnationis propriè sunt Status. 474.c.1.b
Status conditio idem est, quod eius propria rõ. ibi.c.2.b
Status malorum Angelorum quid significet. ibid.
Status naturæ conditio in dæmonibus nõ est idem, quod existentia eorum in termino. 475.c.1.c

Stella.

Stellæ fixæ non differunt specie ab innicem. 38.c.2.a

Striges.

De strigibus quæstiones multæ. 649.c.1.b

Subsistentia, &c.

Subsistentiæ definitio latè explicata. 18.c.2.c
Subsistentia est realitas. ibidem
Subsistentia, quomodo substantiam primam constituat. 19.c.2.b pag.
Subsistẽtia distinguitur realiter ab existẽtia. 20.c.1.a
Subsistentia ad illud genus pertinet, cuius per eam natura terminatur. 21.c.2.c
Subsistentia cum natura nõ facit compositionem ex his, sed cum his. 22.c.1.d
Subsistentiæ, & naturæ compositio vnam habet conuenientiam, & octo differentias ab ea compositione, quæ est ex materia, & forma. ibidem c.2.a
Subsistentiam non esse complementum existentiæ, sed naturæ. 21.c.1.c
Subsistentiæ, & naturæ compositio, quomodo differat à compositione ex esse, & essentia. 23.c.1.b
Subsistentia conuenit rei prius ordine naturæ, quam existentia. ibid.d
Subsistentia, neque est idem cum existentia absolutè, neque prout est affecta tali modo, neque etiam idem est, cum ipso existentiæ modo. 23.c.2.a, & 24.c.1.a
Subsistentiam conferre potuit Deus humanitati per creatam qualitatem supra naturalem. 287.c.2.d
Subsistere dupliciter sumitur, vno modo, prout affirmationem præcisè significat existendi in rerum natura, & negationem sustentationis in alio, &c. 157.c.2.d
Subsistere potest aliquis contenere dupliciter, scilicet formaliter, & identicè. 158.c.2.a
Subsistere potest aliquid dupliciter, scilicet in seipso, & in alio. 158.c.2.c
Subsistere, prout dicit substantiæ modum alicui deest substantiæ conuenire per accidens. ibidem e

Subiectum.

Subiectum formæ, vel actus in actuffectis suscipiendi potest comparari. 314.c.2.a

Substantia.

Substantia dicitur subsistere per essentiam terminatam. 39.c.1.b pag.
Substantia non potest esse immediatum principium alicuius accidentis per se primò ad illud ordinatum. 199.c.1.c pag.
Substantia potest esse principium, & causa materialis immediatè receptiua accidentis. ibid.c.2.a
Substantia nõ potest esse principium proximum operationis actiuæ, nec passiuæ. ibid.c
Substantiam esse idem realiter cum accidente de præcamento qualitatis in creatura implicat contradictionem. 197.c.1.b
Substantiæ perficiendæ deseruiunt vniuersa. 197.c.1.b
Substantia spiritualis imperfectiõ, sicut intellectus, & voluntate, ita speciebus suppletur. ibid.d

Superior.

Superiora vnitè continent ea, quæ in inferioribus sunt dispersa. 219.c.1.c

Suppositum.

Suppositum à natura distingui intrinsecè in rebus immaterialibus probatur efficaciter S. Thomas. 19.c.2.a
Suppositi à natura distinctio posita est in radice, sinu, & sæ amplitudinis ad recipiendum aliquid non existens de ratione naturæ. ibidem e
Suppositum à natura differenter distinguitur in substantijs materialibus, & in immaterialibus. 20.c.2.c
Suppositum in substantijs immaterialibus non distinguitur realiter à natura, docet sæpè S. Thom. 25.c.1.b
Suppositum in substantijs immaterialibus distinguitur realiter à natura, S. Tho. pluribus in locis affirmat, &c.
Suppositum, & id, cuius est quidditas, non semper idem sunt. 17.c.1.c
Quod quid est, & id cuius est dupliciter comparantur, scilicet logicè, & metaphysicè, & primo modo dicuntur non distingui, sed secundo modo. ibidem d
Quod quid est, & id cuius est, siue natura, et suppositum idem sunt secundùm Aristotelem, & D. Tho. quo ad ea, quæ per se in primo modo simpliciter insunt habẽti quidditatem. ibidem c.2.a
Supposito prius simpliciter insunt accidentia omnia, sed quadam ratione prius naturæ conueniunt, etiam inquantia. 18.c.1.b
Suppositum quo sensu dicatur distingui à natura per existentiam. ibid.c.
Suppositi definitio latissimè declarata. ibid.c.2.a
Suppositum in compositis ex materia, & forma differt realiter à natura absolutè sumpta, non solum per additam existentiam, & accidentia, sed etiam per intrinsecum naturæ limitatiuum. 29.c.2.d
Suppositum tam in materialibus, quàm in separatis à materia distinguitur, non sola negatione, aut modo concipiendi, sed positiua realitate. ibidem e
Suppositum omne creatum distinguitur à natura per sub-

subsistentiam ipsius suppositi constitutiua. 24.c.1.a
Suppositi à natura distinctio per subsistentiam non est talis ex natura rei, sed verè, & propriè realis est. ib.

Superbia.

Superbiæ nomen explicatur. 396.c.1.a
Superbus quomodo differat à præsumptuoso, & ambitioso. ibidem
Superbia quam excellentiam respiciat. ibid.
Auuersio à Deo per se ad superbiam pertinet. pagina 396.c.1.c
Superbia proprium obiectum quo sensu dicatur excellentia. ibidem

Sydus.

Sydera quomodo inclinationem efficiant. 631.c.1.c

T

Tarantula.

Tarantulæ quos morbos inducant, & quomodo curentur morbi. 632.c.1.d

Tempus.

Tempus nostrum commune non distinguitur à motu coeli simplicissimo. 152.c.1.b
Tempus continuum non componitur ex instantibus, vt ex partibus. 143.c.1.d
Tempus discretum constituitur ex pluribus instantibus vt ex partibus. ibid.b
Tempus discretum distingnitur formaliter à partibus. pag. 145.c.2.c
Tempus Angelicum. Vide supra, angelorum tempus.

Tentatio, &c.

Tentationis definitio, etiam prout est à Dæmone. pagina 601.c.1.c
Tentare per se primo conuenit Diabolo. ibid.c.2.a
Tentare instrumentaliter conuenit homini, carni, & mundo. 601.c.2.b
Tentat homo Deum. 602.c.1.d
Tentat Deus homines. ibidem
Tentat caro, & mundus homines. ibidem
Tentatio Dæmonum. Vide supra, Dæmonũ impugnatio.

Terminus, &c.

Terminus est aliquid rei terminatæ. 22.c.1.c
Terminare, vt sic nullam dicit causalitatem. 20.c.2.a

Terra.

Terra, si quantitate denudaretur, vbinam esset. 95.c.1.d

S. Thomas.

S. Thomæ modestia, & obseruantia in Doctores antiquos. 650.c.1.a

Transubstantiatio.

Transubstantiatio nullam habet quietem oppositam. pag. 147.c.1.c

Tristitia.

Tristitia vehemens omnem delectationem excludit. pagina 489.c.1.a
Tristitia de priuatione beatitudinis non est eiusdem rationis cum tristitia, quæ claudit in inuidia. pagina V 487.c.2.a

Vbi.

Vbi, quod est speciale prædicamentum, quæ circumscriptio conueniat. 120.c.2.d
Vbi Angelicum causari potest ab igne detinente. pagina 500.c.2.c

Velleitas.

Velleitas actus quodammodo est absolutus, et quodammodo conditionatus. 431.c.2.c

Veritas, &c.

Veritatis, & falsitatis intellectus Angelici, & nostri, duæ conuenientiæ, & quatuor differentiæ. 312.c.2.b
Veritas, & falsitas quo sensu dicantur esse virtualiter in prima intellectus operatione. ibidem d
Veritas, & falsitas consistit in recto, aut non recto iudicio. ibidem
Veritas intellectus Angelici nullam exigit necessariò compositionem ex parte cogniti. 318.c.1.a
Verum sub conditione an, & quomodo sufficiat ad actũ intellectus. 412.c.2.b

Vermis.

Vermis damnatorum secundùm vnam rationem pertinet ad pœnam damni, & secundùm aliam ad pœnam sensus. 487.c.2.d

Vespertina cognitio.

Vespertinæ, & matutinæ cognitionis ratio ex Augustino. 323.c.1.a
Vespertinæ, & matutinæ cognitionis nomina quomodo sint intelligenda. 322.c.1.c
Vespertina cognitio dupliciter sumitur. 323.c.2.d

Videri, &c.

Videri in seipso, & videri in alio quid sit. 277.c.1.d
Videri potest aliquid in alio, tamquam in causa dupliciter. ibid.c.2.a
Videri possunt simplici intuitu plura simul tripliciter; primo vt vnum cum alio, secundo vt vnum ẽt in alio, tertio, vt vnum etiam ex alio videatur. 314.c.1.c

Virtus, &c.

Virtus motiua non habens effectum velocitatis determinatum non semper est infinita simpliciter. 151.c.2.c
Virtus non datur rei à Deo ad acquirendam perfectionẽ illi congruentem. 176.c.1.a
Virtus motiua distinguitur in imperantem, & exequentem. 179.c.2.c
Virtus superior potest id, quod potest virtus inferior, sed eminentiùs. 251.c.1.c
Virtutem superiorem posse quidquid potest virtus inferior, verum est secundùm quinque sensus dictæ propositionis. ibid.
Virtus diuina maximè manifestatur per hoc, quod Deus interdum præter ordinem naturæ aliquid operatur. pag. 513.c.2.c
Virtus vna potest dici superior altera dupliciter, scilicet ordine, & gradu. 251.c.1.c
Virtualiter contenta in aliqua causa non ponunt in numerum, nec cum illa causa, nec inter se, simpliciter loquendo. 32.c.1.b

Visus, & visibile.

Visum communiter ab omnibus vidctur visione corporea, &c. 63.c.1.c
Visum visione imaginaria in solius apparet imaginatione videntis. ibid.
Visibile sub conditione cur non sufficiat ad actum videndi. 412.c.2.d

Viuens.

Viuentia, vt sic quo ad operationes suas vitales mouentur à generante, sine à producente. 434.c.1.d

Volitio voluntas, &c.

Volitionis, seu electionis regula est iudicium practicum vltimum. 472.c.2.a

Voli-

Digitized by Google

Volitionis necessitas duplex, scilicet quo ad specificationem, & quo ad exercitium. 443.c.1.c
Volitum per se, tam quam modus volitionis primatium, non est necesse, vt sit actu consideratum. 396.c.2.e
Voluntatis decreta à nullo intellectu, etiam diuino, possunt in ipsa voluntate præcisè, vt in causa cognosci. pag. 232.c.1.a
Voluntas quosdam actus producit naturaliter, & necessariò, & quosdam liberè. 273.c.2.b
Voluntas vt natura; & voluntas, vt voluntas diuersos actus producit. ibid.
Voluntas hominis dupliciter à Deo mouetur ad gratiã. pag. 364.c.1.c
Voluntas Angeli, & voluntas hominis specie distinguuntur, non solùm vt proprietates ex natura fluentes, sed & vt potentiæ sunt in obiectũ relatæ. 336.c.2.d
Voluntati creatæ potest Deus conferre gratiam confirmationis, & immobilitatis in bono, etiam respectu supernaturalium. 386.c.2.c
Voluntatis, & operationis rectitudo respectu finis naturalis esse non potest cum auersione a fine supernaturali. 388.c.2.b
Voluntas quædam creata est sua regula virtualiter. pag. 389.c.2.b
Voluntas creata quo sensu dicatur posse peccare ob eã causam, quia est ex nihilo. ibidem
Voluntas quomodo sit causa mali moralis. 404.c.2.a
Voluntas quo sensu possit in oppositum, existente intellectu in apice rationis. 406.c.2.a
Voluntatis actum esse præsentem, & esse merè cõditionatum implicat. 410.c.1.a
Voluntas potest habere actum præsentem conditionatũ ex parte obiecti. ibidem c
Voluntas antecedens secundùm vnam rationem est absoluta, & secundùm aliam conditionata. 411.c.2.c
Voluntatis actus aliquis præsens potest esse conditionatus. 413.c.1.d
Voluntatis actui naturali secundùm vnam rationem cõgruit, secundùm aliam verò repugnat naturalitas exercitij. 432.c.1.b
Voluntatis actus primus non ob eam solam causam est à Deo, quia prima cognitio est à Deo determinante. pag. 436.c.2.e
Voluntatis Angelicæ actus primus qua ratione tribuatur authori naturæ. 437.c.1.c
Voluntas non rectè dicitur pars causæ ad seipsam mouendum. 477.c.2.c
Voluntas, & intellectus quomodo se inuicem moueant. ibidem.
Voluntatem esse nobiliorem intellectu, & in eã primario consistere beatitudinem, non sequitur ex responsione D. Th. ad tertium argumentum. 548.c.2.c
Voluntas non mouetur efficaciter, nisi à iudicio practico particulari, &c. 476.c.2.c
Voluntatem immutare ex parte ipsius voluntatis quo sensu dicatur esse proprium Dei. 412.c.1.d
Voluntas hominis, quo moueatur à corpore cælesti. pagina 630.c.2.c
Voluntas angelorum. Vide supra, Angelorum Volũtas.

Vniuersale, &c.

Vniuersale triplex, scilicet in causando, in prædicando, & in repræsentando. 213.c.1.b
Vniuersale in repræsentando duplex. ibid.
Vniuersalitas repugnat cuilibet speciei sensitiuæ, pagina 216.c.1.d

Vniuersum.

Vniuersi perfectio quid requirat. 5.c.2.e
Vniuersum debet assimilari Deo secundùm intellectum pag. 6.c.1.b
Vniuersi partes duplices, quædam ad primam eius integritatem, & substantialem perfectionem pertinentes, &c. 38.c.1.c
Vniuersi partium nobilitas, seu perfectio secundùm duo potest attendi, scilicet secundùm gradus, & secundũ ordinem. ibid.d
Vniuersi perfectio non requirit in qualibet parte rerum partium dispositionem. 418.c.1.c
Vniuersi pars suprema habet omnia, quæ ad totam speciem pertinent, in vno individuo, & ideò non sunt in ea plura individua. ibid.c.2.e
Vniuersi perfectio, & bonum in ordinis vnitate naturali consistit. 390.c.1.b
Vniuersi perfectio consistit, non in solo ordine prædicamentali rerum, sed etiam in transcendentali. ibidem
Vniuersi vnitas naturalis. ibidem d

Z.

Zingari non sunt tolerandi. 640.c.2.d
Zoroastris Magia. 615.c.1.c

FINIS.

Bononiæ, Apud Hæredes Io. Rossij. M. DC. XX.
Superiorum permissu.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA
Digitized by Google

Digitized by Google